XVII F2 25. 26

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XVII
F
25

Digitized by Google

Digitized by Google

MELCHIOR GOLDASTUS

HEIMINSFELDIUS

DE

REGNI BOHEMIÆ JURIBUS AC PRIVILEGIIS.

TOMI II.

Digitized by Google

MELCHIORIS GOLDASTI
HEIMINSFELDII,
COMMENTARII
DE
REGNI BOHEMIÆ,
INCORPORATARUMQUE PROVINCIARUM
JURIBUS AC PRIVILEGIIS,
NEC NON
DE HEREDITARIA SUCCESSIONE
REGIÆ BOHEMORUM FAMILIÆ,
In Libros VI. diviſi,

Et inde a prima origine diligentisſime & accuratisſime deducti,
Cum Animadverſionibus

STRANSKII, BALBINI, ALIORUMQUE.

ACCEDUNT

1. *Goldaſti Conſultatio de officio Electoris Bohemiæ, jureque in Conventibus S.R.I. Electorum.*
2. *Appendix Documentorum, cum ſupplemento.*
3. *Collectio variorum Conſiliorum de jure & ſucceſſione hereditaria Sereniſſimæ Familiæ Auſtriacæ in Hungaria & Bohemia, cum variis Fœderibus mutuæ defenſionis, Decretis, Reſcriptis Impp. & Regum.*
4. *P. Stranskius de Republica Bojema.*
5. *Joh. Peter Ludewig diſſertatio de Jure ſuffragii Regis Bohemiæ in Comitiis S. R. Imp. recuperati.*
6. *Johannis Nicolai Hertii diſſertatio de renovato Romano-Germanici Imperii & Regni Bohemiæ nexu.*

Cura atque ſtudio

JOHAN. HERMANNI SCHMINCKII,
Qui NOTAS & locupletiſſimum INDICEM adjecit.

TOMUS I.



FRANCOFURTI ad MOENUM,
Impenſis DOMINICI à SANDE,
Anno CHRISTI MDCCXIX.

Digitized by Google

SACRATISSIMO DOMINO
NOSTRO IMPERATORI,
FERDINANDO II.
PIO, FELICI, AVGVSTO, ROMANORVM CÆSARI INVICTISSIMO, GERMANORVM MODERATORI GLORIOSISSIMO, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, ILLYRICI, SLAVONIÆ &c. REGI; ARCHIDVCI AVSTRIÆ; DVCI BVRGVNDIÆ, HISTRIÆ &c. PRINCIPI HABISPVRGIÆ, HELVETIORVM, SVEVIÆ, ALISATIÆ &c.

SACRATISSIME DOMINE,

QUam tabulam rerum Bohemicarum in S. CAES. MAJESTATIS VESTRAE ſacello oblatum & conſecratum venio, eam ego variis initio rudimentis delineare & repræſentare conabar, quo & colores arti reſponderent, & obtutus adeuntium oculos grato ſplendore irradiaret; jam enim profanas tabellas, id eſt libellos ab adverſariis ſcriptos, in ſpongiam induere ſingillatim inſtitueram; jam rurſum expunctis & deletis argumentorum contrariorum falſis coloribus, diſſimulatam Bohemici ſtatus faciem charaxare, & veram ſuperpingere laborabam. Sed incaſſum & irrito hæc omnia labore: quod uterque iſte modus non videretur eum fructum allaturus eſſe, quem ſperare debebamus, tum quod prior in ipſa ſtatim fronte animum ſiniſtre affectum irritare magis & offendere, quam mitigare aut pacare, poſterior autem invidiæ plus & ſuſpectæ partialitatis, quam antidoti, aut certæ medicinæ, præſtare putaretur: tum quod rationum diſpulſio male poſitarum non ſubinde pravas opiniones ex hominum mentibus poſſet demere ac (ut ita dicam) expectorare. Quamobrem pro bono utilique facturus mihi videbar, ſi de totius cauſſæ origine, & Regni Bohemiæ, incorporatarumque Provinciarum natura, conditione & ſtatu uberius paulo differerem. Hic enim modus dicendi & commentandi ut minus habet invidiæ & ſuſpicionis, ita plus emolumenti atque utilitatis poteſt concinnare. Quemadmodum autem lana, priuſquam ultimum illum & optimum purpuræ colorem imbibat, ſuccis quibuſdam aliis præparanda & imbuenda eſt: ſic eorum animi, qui ad iſta legenda acceſſuri ſunt, prædictionibus quibuſdam de Bohemorum ſtatu, & cum Germanis conjunctione, informandi & præmuniendi videbantur, priuſquam eos ſplendido illo juris hereditarii cocco ſerioſe tingerem.

De ipſo autèm controverſiæ ſtatu diverſi diverſa ſentiunt, ut cujuſque animus in hanc vel illam partem inclinatur. Nam partium magis, quam veritatis ſtudio, rem geri, in ſcriptis videmus.

Principio dum poſſeſſionem S. Mti. Væ. controvertebant, quam Bohemi tamen in S. V. MAJESTATEM per coronam & ſceptrum, quibus veluti ſignis certiſſimis Regnorum dominia ſolent tradi, more modoque ſolemni tranſtulerant. Proceſſum judicii eum S. Mti. Væ. præſcribebant, quem ne infimus quidem Kmetho in Bohemia, nedum honeſtus aliquis Vladiccus & Lobkoto, facile pateretur ſibi imponi, ut nempe eosdem & actores, & reos, & teſtes, & judices in loco nec idoneo, neque etiam tuto, acciperet. Quæ res *libro IV.* pertractatur. In meritis cauſſæ ponunt oppreſſionem patriæ libertatis, & juris electivi, de qua *libro poſtremo* differitur; necnon violationem pacis publicæ tam profanæ, quam religioſæ. Et in hanc quidem invidiam S. Mti Væ. conciliandam omnes nervi intenduntur, omnes vires ſuppetiantur, omnium ſuffragia corrogantur, omnium

 privatæ

privatæ querelæ exaggerantur. Sed hanc accuſationem S. CÆS. Mtas. Va. ſola negatione confudit ac diſpulit. Ego vero, qui integros profiteor jurium ac privilegiorum Bohemicorum commentarios, auſus etiam ſum in hanc arenam deſcendere, ut de pace religionis in Bohemia *libro V. cap. VIII.* de expulſione Jeſuitarum, in quos omnium præſentium calamitatum culpa conjicitur, *cap. IX.* de vaticiniis denique & prophetiis, quibus decepti nonnulli ſeſe in barathrum infortuniorum ſuorum præcipitarunt, *cap. X.* exſequerer. Impoſui enim ſingulis libris certum modum, ne cauſſas confunderem. Sed quia veritas odium parit, & libertas ipſa nunc libertatem quærat ac deſideret, haud ægre paſſus mihi perſuaderi, ut ad declinandam hanc invidioſiſſimam invidiam, tria illa modo memorata capita reſecarentur & ſubmoverentur, ne in cujuſquam injuriam adducta videri posſent: ſatiusque duxi, veram meam opinionem tegere, quam aliorum minus commodam ſcrupuloſe indagare.

Verum ſibi dici ſecta noſtrorum temporum non amat. Et hiſce corruptiſſimis moribus medicinas præſcribere, cum ventis litigare arbitror, & reipſa experior. Purgantibus potius fomentis, quam monitis noſtris, indigent. Iterim tamen non deſino clavum rectum tenere: quem in divinis Sacra Scriptura dirigit, in humanis Decreta Imperii remulcant, quod præter hæc eſt, odi & arceo ceu profanum. Nec mihi quidquam pulchrum, nihil magnificum videri debet, niſi quod rectum eſt, & a Græcis κατόρθωμα appellatur. At ſæva infeſtaque virtutibus tempora ſunt? Eo, CÆSAR, audacius contra eſt eundum. Qui homini mortali nemini, præterquam S. CÆS. Mti. Væ. teneor rationem reddere meorum dictorum & factorum, is ego non moror, quid faciat mihi homo. Et abunde mihi gratiarum erit, ſi Deo placere potuero, qui ſupra nos rebus humanis curat: atque S. Mtis. Væ. juſſui ſatisfecero, quæ Dei vices in terris ſuſtinet. Juſſui, inquam S. CÆSAR. Mtis. Væ. parere volui, nulla mercede conductus, nullis pollicitationibus ſollicitatus, ſed ſoli imperio paratus. Neque ego etiam ullam mercedem a S. Mte. Væ. exſpecto, ut malevoli calumniantur, qui aliorum ingenia ex ſuis fingunt, nedum ut expetiſcam, qui nec divitias exſtruere didici, quibus nihil majus inter homines volunt credi; nec honores civiles ambio, nec titulos phaleratos capto, & functiones omnes Aulicas ipſum ingenium meum ſpernit, ſeriove recuſat. Non eſt ergo cauſſa, cur a quoquam homine veniam dictorum petam, præterquam a S. CÆS. Mte. Va. quam ut benigne indulgeat, id eam ſancte religioſeque veneror. Veritati quidem litare volui, non tamen dubium, quin aliquando exerrarim, quippe qui homo ſim, & hæc ipſa inter plurimas adverſitates ſcripſerim. Cæterum placebo S. MAJESTATI VESTRÆ, Sacrove ejus Conſiſtorio, ſi me culpam emendare monitum permiſerit.

S. CAES. Mti. Va.

Devotus

MELCHIOR GOLDASTVS
HEIMINSFELDIVS.

Candi-

CANDIDE ET BENEVOLE LECTOR.

TE enim compello: nigros illos & malevolos ſuis relinquens morſibus, quorum judicia & cenſura tam me non fugiunt, quam illis ega reſpondere dedignor. Qui enim in aliena ſtudia actionesque ultro inquirendum ſibi cenſent, curioſi ſunt πολυπράγμονες: qui parum intente aut diligenter inquirunt, & calumniari tomen audent, nu incurii ſunt συκοφάνται. Hoc unum eſt, quod te ſcire velim, intentionem eorum, qui mihi hoc negotii impoſuerunt, fuiſſe, ut cauſſa hac propter imperitos ex communioribus & notioribus diſciplinis juxta ſummum Philoſophum, hoc eſt ſparſis & paſſivis hominum literatorum ſcriptis publicis, ediſſertaretur, quo conſentientibus variarum gentium, & linguarum, & hominum prudentium ſententiis juſtitia cauſſa Caſarea exploratior perſpectiorque redderetur. Veritas eſt carbunculus, *inquit ille, etiam* in tenebris micat.

Eſt quidem Philoſophorum ratiocinando potius, quam teſtimoniis peritorum diſputare, ut docent Hippocrates cap. 1. *Ariſtateles* lib. 1. Rhetor. *Cicero in* Topic. *Galenus* lib. 5 Decret. *Quintilianus* lib. 5. Inſtit. Orat. *At Juriſprudentes primum locum tribuune argumento ducto ab auctoritate legum, quibus Reſpublica canſtituuntur & gubernantur, arg.* l. 2. D. de leg. c. regula, diſt. 3. *Sed quia univerſa legibus comprehendi non poſſunt, & rationibus analyticis jura, ſi Giphanio credimus, deſtituantur, ſolemus probabilem auctoritatem ſequi, qua Doctorum, & Politicorum, & Hiſtoricorum, & id genus aliorum auctorum ſcriptis continetur, ut probant Oldendorpius, Hegendorphinus, Everhardus in* Topic. *Coraſius in* tract. de Commun. opin. *Octav. Ferrorius* de Libr. acroamat. & exoteric. Ariſt. *Melch. Canus* lib. 7. de Loc. Theolog. cap. 48. *Jacob. Valdeſius* de Prærogativ. Hiſpan. cap. 2. num. 4.

Quum igitur hoc diſſertatio facti quaſtionem habeat, ut in Scholis loquuntur, pendeatque potius a teſtium aſſeveratione, quam rationis & argumentorum ſubtilitate, libuit omnium gentium ac linguarum teſtimonia emendicare, omnium doctrinarum & literarum homines atteſtari, cunctos veteres ac recentes proferre auctores, nihilque eorum relinquere intactum, qua ad cauſſam quomodocumque illuſtrandam facere videbantur.

Erunt fortaſſis, qui teſtium nonnullorum auctoritatem cavillari, fidemque conentur elevare. Sed hi erunt fere, qui nihil volunt inter homines melius credi, quam quod ipſi tenent. Belli mehercle homines, qui relictis omnibus graviſſimis teſtimoniis, ſibi ſolis fidem haberi volunt, teſtibus ſcilicet integris atque incorruptis. Videamus quid in iis carpant aut deſiderent. Epiſcopi, inquiunt, fuerunt, Clerici atque Monachi. Eo major illis fides eſt habenda ob vita ſanctimoniam, integritatem morum, ac diſciplina auſteritatem. At Scholaſtici inquiunt, & umbratici homines in tam ardua cauſſa publica nullam ſuſtinent auctoritatem. Immo vero, vera & non ſimulata juris utriuſque cognitio in Scholis, & Academiis a Profeſſoribus integra conſervatur, qua in foro a mercenariis cauſidicis corrumpitur. Quo innocentius in Scholis diſputatur, eo certiora debent Academicorum teſtimonia ac judicia cenſeri. At non decere arguunt, tam gravem & illuſtrem controverſiam heterodoxorum nominibus contaminari. Reſpondet meam vicem S. Leontius in lib. de Sectis ſcribens: Non neceſſe eſt omnia, quæ dicunt hæretici, non admitti. *Et diverſa religionis auctores adduci poſſe ad corroborandam veram ſententiam ſine labe & macula ſua confeſſionis, ſentit Clariſſimus Academia Tubingenſis Anteceſſor, Chriſtoph. Beſoldus in* Præfat in Præcognit. Politices. *Deſinant ergo vituperare id, quod nos in prora & puppi cauſſa Caſarea ponimus, quum videamus eas etiam nobis patrocinari, qui ab Caſare in religiane diſſident. Denique morem modumque naſtrum lancinant, & nos Commentarios alienis centonibus compilare invidioſe differunt & ſubſannant. Sed* verba in terminis allegare humilitatis eſſe, *ſummus Philaſophus, Albertus Magnus, cenſuit. Laboris major, quam ingenii, res eſt, fateor: ſed lectoris commodo ſerviendum erat, cui tantorum ſcriptorum volumina domi deſiunt. Maluimusque ipſas auctores ſuis verbis, quam noſtris loqui, ne videamur cuiquam valuiſſe aut adulari, aut obtrectare. Et hoc exegit ipſa inſtituti noſtri ratio, ut veritatem tam exacerbata controverſia non ex ſecretis archivis Caſareis erueremus, quod aliis praſtare in manu & promptu eſt, ſed ex vulgo notis, & gentium hominumque mortalium conſenſu; quum Corinthum non cuivis contingit adire. Jam diximus, eos, qui mihi hoc negotii dederunt, hunc ſcopum mihi propoſuiſſe, ut ex hiſce teſtimoniis certiſſimis omnes homi-*

net cognaſcerent, in S. Caſar. Majeſtatis juſtitiam conſentire univerſi orbis Europai tam ipſas Reges ac Principes, quam viros politicos & literatas, qua ſacros, qua prafanos. Sive enim ſententia eorum numerentur, ſive ponderentur, ſtantque faciuntque a Caſare & Auguſta Domo Auſtriaca.

Sicubi autem diſſentiens invenior ab eo, quod in prioribus libris a me aſſertum eſt, ſcies tamen rationes & auctores, quibus olim mea firmavi, non eſſe omiſſos: & jam tum de pluribus fui incertus, ac multa, vix cum ſcripta erant, mihi diſplicere inceperunt: *verba ſunt ejuſdem Anteceſſoris Tubingenſis, viri doctrina varia & judicii ſinceritate magni: eadem mea. quamquam perparum ſit, quod de meo apponitur. ſola ſtructura mea eſt: ipſa autem fercula aliunde & ex ſtipe collegi. Cuique aſſertioni, quibus capita diſtinguuntur, extemplo & ratio redditur in additionibus, & auctoritas certa ſubſignatur. Erant quidem non pauca, de quibus animus gliſcebat ſententiam meam apertius explicare: ſed praſtitit ἐξωτερίζειν, & crypticam veterum ſapientum padiam amulari, qui (ut Ariſtoteles monuit) cum vulga loqui maluerunt, licet aliter ac vulgus ſentirent.* Rara hæc eſt ſeculi felicitas, *ait idem probiſſimus verecundiſſimus Beſoldus*, ut ſentire quæ velis liceat; & quæ ſentias, dicere auſis. *Et Euripides, Gracus Sapiens, jam olim in libera Republica dixit:*

Ἓν μὲν μέγιςον, οὐκ ἔχειν παῤῥησίαν,

Illud unum omnium maximum, quod
libere loqui non liceat.

Et fac licere; quid mihi boni, ſi ingratis & faſtuoſis agris propoſita medicina, benefaciam? Recte & ex animi noſtri ſententia olim dixit Saluſtius: Fruſtra niti, & ſeſe fatigando nihil aliud, quam odium & contemptum ſibi quærere, extrema eſt dementia. *Mitto alia, qua amuli in hiſce Commentariis jamnunc μωμεῖσθαι inſtiterunt: ecce jubent periculo cavere, & caſum ruinamque Auguſta Domus minitantur. Ego vero, quid Deus ſtatuerit ac definiverit, nefas eſſe duco curioſius inquirere, in ſummam praſertim in terris poteſtatem ab ipſo Deo ordinariis mediis conſtitutam; cujus fatalitatem ſcrutari nec Religio Chriſtiana, nec ſtatuta SS. Patrum, nec Leges Imperii noſtri permittunt. Homo vere Chriſtianus mavult cum legitimo Magiſtratu divinitus conſtituto corruere, quam Deo reſiſtere, & os ei obvertere.* Cœlum & terra peribunt; *Matth. 24. v. 35. ſed ſtabit immota hac in aternum Apoſtolica ſententia:* Nulla eſt poteſtas, niſi a Deo: ac quæ ſunt poteſtates, eæ a Deo ſunt inſtitutæ. Itaque qui poteſtati repugnat, Dei inſtitutioni reſiſtit quique reſtiterint, pœnas dabunt, *Rom. 13. v. 1. Neque id non viderunt ipſi hujus mundi ſapientes.* Quid enim eſt aliud, *ait Cicero in Lalio*, cum Diis Gigantum more rebellare, niſi naturæ repugnare? *De futuris contingentibus non determinat Jureconſultus, ſed de eo, quod factum eſt, aut impraſentiarum fieri vel ſolet vel debet. Catera ἐν γόνασι τοῦ Θεοῦ poſita ſunt. Ego didici mandata munere fungi, & artem, quam profitear, in legitima vocatione exercere: profanam illam curioſitatem nec didici, nec cognoſcere aveo. Divine Gentilis ille Sapiens:*

Mitte arcana Dei, cœlumque inquirere,
quid ſit:
Cum ſis mortalis, quæ ſunt mortalia cura.

In quo dicto finio, & te, Lector Candide ac benevole, bene valere beneque agere jubeo.

HIC EST ORDO ET METHODVS ISTORVM COMMENTARIORVM.

Liber I. eſt Ἐγχώριος ſive Patrius, in quo Bohemia, Moravia, Sileſia &c. Germaniæ vindicantur.

Liber II, eſt [illegible] ſeu Subjugius, in quo de Bohemorum ſubinde rebellantium ſubactione, & jure tributorum diſſeritur.

Liber III. eſt Πολιτευτικὸς ſeu Civilis, in quo de ſtatu, honoribus, muneribus, & officiis, quibus Bohemiæ Reges atque Ordines in Imperio funguntur: necnon de jure eorum clientelari diſceptatur.

Liber IV. eſt Βουλευτικὸς καὶ Δικαστικὸς, ſeu Honorarius & Judicialis, in quo de regalibus, dignitate Senatoria in Imperio, & conventione Bohemorum tam activa quam paſſiva agitur.

Liber V. eſt Ἐκκλησιαστικὸς ſeu Pontificius, in quo de Ordinibus ſacris in Bohemia &c. & ſtatu religionis diſquiritur.

Liber VI. eſt Κληρονομικὸς ſeu Hereditarius, in quo de jure Regum Bohemiæ ſucceſſorio & hereditario diſputatur.

BONARUM ARTIUM
PATRONIS ATQUE CULTORIBUS
S. D. P.
JOH. HERM. SCHMINCKIUS.

INter *præclara acerrimi ingenii, ſingularisque diligentiæ monumenta, quibus maximus ille Polyhiſtor,* Melchior Goldaſtus, *Rempublicam literariam ſua ætate exornavit, jure meritoque principem obtinere locum Ejus* de Regni Bohemiæ juribus ac privilegiis commentarium, *nemo paulo humanior eſt, qui ignorare poſſit. Tanto enim labore ad hoc argumentum pertractandum, imo fere exhauriendum, innumera Veterum & Recentiorum excuſſit volumina, tanto apparatu ipſum opus eſt adgreſſus, tanto ſtudio hinc inde collecta digeſſit, & in admirabilem omnino ordinem redegit, ut hominis accuratiſſimam ſedulitatem, multijugemque eruditionem mecum admirentur omnes. Obſtupui plane, cum indulgente* Ampliſſimo MAGISTRATU REIPUBL. BREMENSIS *nuper viderem, manibusque meis evolverem ingentia illa, ut vocant, Excerptorum volumina, ex quibus pereruditus hic liber enatus eſt, quæ vel ſola fidem nobis faciunt, quam aſſidue, quam ordinate ſcripta ſua elaboraverit hoc ſeculi ſui decus & ornamentum; quicquid ogganniant maleferiati illi homines, qui fingunt tumultuariam ejus plerumque eſſe operam.*

Multum autem nos magno huic Viro debere, quis negat? quod præſertim intricatiſſimum hoc, multisque difficultatibus involutum argumentum ſua opera enodare & explicare voluerit. Quot enim non nugæ de rerum Bohemicarum conditione tunc temporis circumferebantur, cum permulti ex ſolis Saxonum, Suevorumque Speculis *ſaperent? Quot non pueriles fabulæ hoc de argumento etiam Senum animos occupaverant? At hæc omnia, ſi quid mihi videre datum eſt, feliciter excuſſit, omnesque nodos, aliis vix ac ne vix quidem ſolubiles, dexterrime ſolvit, ut ejus demum beneficio nobiliſſima Bohemorum gens egregia ſua in Imperio noſtro privilegia didicerit, quæ ita expoſuit, ita explicavit, ut ſole meridiano clariora ipſo uſu deprehendantur. Pariter & Germani ſua jura in hoc Regnum eo duce luculenter cognoſcere cœperunt, quæ temporum injuria, hominumque incuria pene obliterata habebantur. Ne autem hæc nimis magnifica, in gratiam Goldaſti a me conficta eſſe quisquam putet, conferat, ſi lubet, ea Juris publici, nec non rerum geſtarum commentaria, quæ ante hunc fœtum in lucem prodierunt, vel etiam illa, ſaltem maximam partem, quæ hoc libro inconſulto ſunt elaborata, & videbis B. L. quam turpiter in rebus Bohemicis, præſertim quantum ad Imperium Germanicum faciunt, ſe ſe dederint horum Auctores, quam frequenter Andabatarum more pugnent. Exempla permulta ſunt in promtu, & illorum maximam farraginem in medium producere poſſem, niſi nimis odioſa eſſe ſoleant.*

Quanquam vero Goldaſtus egregie de hoc argumento meritus ſit, non potuit attamen multorum cenſuras effugere. Nactus eſt Germanos, nactus itidem Bohemos adverſarios, qui partim ex invidia, partim ex malevolentia Auctorem noſtrum ſunt aggreſſi. Inter illos præcipue nomen ſuum profitetur Arumæus, *ne nunc alios commemorem, qui in libro ſuo de* Comitiis *majori conatu, quam effectu hunc librum perſtringere cœpit. Verum an ſatis recte mentem Polyhiſtoris noſtri perceperit, argumentaque illius ea, qua par eſt, ſinceritate & dexteritate ſolverit & refutarit, ego quidem non uno nomine dubito. Sed cum varia hominum judicia eſſe ſoleant, & ex diverſis animi motibus plerumque ſentiant, velim, ut hic quivis ſuo abundet ingenio. Id tamen non poſſum non hoc loco monere,* Arumæum, *noſtri Commentatoris ipſiſſima perſæpe verba deſcribere, & ex illo non raro ſapere, quanquam nomen ejus, ex quo profecerit, peſſimo exemplo ſileat.*

Ex Bohemis vero Heiminsfeldius *ille duos præſertim ſenſit adverſarios, ſine miſſione pugnantes. Inter quos primum locum obtinet* Paulus Stranskius, *qui ob motus Bohemicos tunc temporis exul in Belgio non*

)(*inelegan-*

inelegantem de Republica Bojema conſcripſit libellum, in quo paſſim Auctor noſter perſtringitur, quanquam non nominetur, attamen honeſte, abſque ullis calumniis & convitiis. Utinam in hoc Stranskij, ut in cæteris pene omnibus, veſtigia, Patrum noſtrorum ætate, preſſiſſet Bohuslaus Balbinus e. S. J. Pater non ineruditus, qui in Epitome ſua Rerum Bohemicarum, nec non Miſcellaneis, nimis acriter in Goldaſtum invehitur, & ſæpe numero magis maledictis, quam argumentis pugnat. Nunquam forte in debellando Auctore noſtro omnes vires ſuas conſumſiſſent hi Duumviri, ſi animo ab odio in Germanos libero, & in rebus patriæ noſtræ magis exercitato id negotium in ſe ſuſcepiſſent. Verum cum hæc longe aliter ſe ſe habuiſſe ex illorum ſcriptis diſcamus, quid mirum, ſi a veritatis tramite ſæpe aberrarint, & creberrime damnent, quæ coævis & certiſſimis nituntur monumentis, ut abunde conſtabit, nime omnia fallunt, ex animadverſionibus noſtris hic illic adjectis, in quibus frequenter fidem Goldaſti liberavimus, eique, rejectis falſis interpretationibus, veram mentem non uno loco vindicavimus. Nihilominus, lubens fateor, haud raro Stranskius cum Balbino hos de Bohemia commentarios illuſtrat, & quæ perperam in iis erant tradita, aut omiſſa, apte corrigit, & ſupplet, ut lector pretium operæ ferat, ſi ſtudioſe hæc monumenta inter ſe conferre velit.

Dum vero, ſuo merito, cum Viris Eruditiſſimis, hunc librum magnifacio, & immortalibus ſuperioris ſeculi ſcriptis adnumero, nemo ſibi velim perſuadeat, me omnia in eo probare, aut illum ab omnibus erroribus immunem eſſe opinari. Abſint hæc a me, qui Goldaſtum hominem eſſe optime novi, a quo mihi crede, nihil humani eſt alienum. Dicam quod ſentio: Sæpe nimis cauſæ, quam defendendam in ſe ſuſcepit, velificatur, quod non ſatis moderatum partium ſtudium haud raro Auctorem illum in diverſas partes agit. Præterea, ſententiam ſuam frequenter ex turbidis rivulis, & incertis, ſub quarta demum luna natis, monumentis adſtruere conatur, imo nimia illa Scriptorum multitudine, quorum vel nulla, vel rara eſt fides, quique commode omitti potuiſſent, librum ſuum magis oneravit, quam ornavit, quicquid etiam in præfatione ad ſui defenſionem adferat. Interim tamen nihil de pretio hujus commentarii decedet, qui, vere ominor, ætatem feret, quamdiu diligentiæ, ingenio, & conſummatæ eruditioni locus aliquis erit relictus.

Jam a multis annis Viri Eruditi, non uno nomine in Republica literaria celeberrimi, harum deliciarum certiſſimi arbitri, novam hujus exquiſitiſſimi commentarii editionem exoptarunt, cum neſcio, quo fato, vix in Inſtructiſſimis Bibliothecis reperiretur. Horum itaque juſtum deſiderium, cum & ore & ſcriptis cognoviſſet Pereximius & in Republica noſtra ob varios jam libros excuſos non ignobilis Bibliopola, Dominicus von Sande, nec hic partibus ſuis deeſſe voluit, ſed omnem lapidem movit, ut hac nova editione proxime orbem eruditum exornaret, omniumque bonarum artium cultorum favorem ſibi magis confirmaret. Hinc in excudendo hoc libro nullis ſumtibus pepercit, & maximam partem novos typos, chartamque elegantem adhibuit, ut non ſolum lectorum animum, verum & oculos, qui his deliciis facile capiuntur, delectaret.

Cum primum id decreviſſet Sandius noſter, conſilium & operam meam exoravit, quam ei, ne diutius Orbis eruditus tanto theſauro careret, denegare non potui, cum certiſſime mihi perſuadeam, æque bene de bonis literis, hac præſertim ætate, mereri, qui libros ſuperiorum Seculorum ſummo ſtudio elaboratos, & in tabernis literariis corvo albo rariores, denuo in dias luminis auras producunt, quam qui cum vulgo novos fœtus raro maturos, ſatisque expolitos in lucem protrudunt.

Accipe igitur, Humaniſſime lector, methodum, quam in nova hac editione ſecuti ſumus. Primo loco indefeſſam dedimus operam, ut, quantum fieri poteſt, emendate hic liber prodiret: Eum in finem permulta loca ex ſuis monumentis, quæ ad manus erant, correximus, plura vero intacta, ut ingenue fatear, fuerunt relinquenda, præſertim in faragine illa multorum Scriptorum, quos in notis ſuis valde prolixis in partes vocat Polyhiſtor noſter. Varia quidem mihi de errore videbantur ſuſpecta, verum ea ex ingenio emendare, cum fontes deficerent, ex quibus hauſta erant, nefas fore putabam. Quam ob rem malui κα]ὰ πόδα ſequi primam hujus libri editionem, a qua, teſtor fidem, niſi ipſa monumenta, quorum auctoritate nitebatur Goldaſtus, medicinam adferrent, nunquam receſſi. Non enim amo illorum obſcuram diligentiam, qui, neſcio, quo corrigendi pruritu inducti, nil niſi conjecturas ſuas, admodum ſæpe incertas, ne gravius dicam, vel ſi mavis novos errores Lectoribus ſuis exhibent.

Ne autem interruptione contextus per notas, ſæpe ſatis prolixas, turberis, qui hunc commentarium legis, ita eum diſpoſui, ut in una ſerie omnia fluant, & mutua connexione ſe ſe excipiant. Notas vero in ima paginarum ora, literis græcis indicatas, & ad ſuum locum relatas, textui ſubjeci,

ut

ut ſine ulla mora, commodo lectorum permaximo, conſuli poſſint, ſi quæ forte dubia aut obſcura in ipſo contextu exoriantur.

Quoniam vero Stranskius & Balbinus in ſuis ſcriptis Goldaſtum frequenter perſtringunt, interdum etiam illuſtrant, ex quorundam Eruditorum conſilio ipſa illa loca in fine notis Auctoris noſtri adjeci, & quidem ex Stransky Republica Bojema *præcipua ſaltem capita indicavi, in quibus a Goldaſto recedit; cum enim elegantiſſimus hic libellus in hac collectione noſtra pariter locum inveniſſet, ejus argumenta nullo negotio inveniri, commodeque conferri poſſunt. Ex Balbini vero* Epitome *&* Miſcellaneis Bohemicis, *cum haud ita obvii ſint hi libri, illa loca, quæ Auctorem noſtrum concernebant, ipſis, ut plurimum, hujus Hiſtorici Bohemici verbis exhibui, & uncinulis includi juſſi, quo eo melius a reliquis diſcerni poſſint. Hæc excipiunt meæ animadverſiones inter perlegendum & excudendum enatæ, quibus Commentatorem noſtrum paſſim contra adverſarios ſuos, ſæpe nimis acerbos & iniquos, defendere conatus ſum; in quo labore num ſemper metam attigerim, tui B. L. arbitrii res eſto. Plura quidem ex monumentis Hiſtoricis intemeratæ fidei collegeram, quibus argumentum hoc magis illuſtrare & confirmare decreveram, verum ea digerere mihi nunc non licuit; Dum enim hic Rerum Bohemicarum commentarius excuditur, a* SERENISSIMO HASSIÆ LANDGRAVIO *provincia conſcribendi hiſtoriam patriam mihi demandatur, quæ omne otium, a laboribus Academicis reliquum, plane eripit. Accedebat præterea nimia Bibliopolæ feſtinatio, qui, ut Goldaſtus noſter his nundinis paſchalibus novo habitu indutus prodiret, omni opera contendebat, eumque in finem duobus prælis &* Francofurti *&* Marburgi *ſubjiciebat, ne ſpe ſua fruſtraretur, cujus monitis, ex noſtri ævi moribus, etiam me invito, locus fuit relinquendus.*

Diviſum autem eſt hoc volumen in duos tomos, quorum primus integrum Goldaſti *commentarium de* Regno Bohemiæ *cum notis* Ejus, Stranskii, Balbini, meis, aliorumque *continet, ut & Ejuſdem Conſultationem* de officio Electoris Bohemiæ in Imperio Romano Germanico, *cum* Appendice Documentorum, *quibus* Supplementum Actorum publicorum, *ex Balbini* Codice Literarum Publicarum *excerptum, adjeci, cum ea mirum in modum argumentum noſtrum illuſtrent & confirment. Invenies quidem inter ea nonnulla, quæ germanice pariter in* Beylagis *Tomi ſecundi reperiuntur, verum cum latine exarata hæc monumenta, verſioneſque non ſemper ſatis accuratæ ſint, volui illa tibi, ea lingua, qua primum prodierunt, exhibere; quod monendum eſſe duxi, ne ſupervacaneam hanc diligentiam noſtram aliquis calumnietur. Ceterum plura* documenta Bohemica *videri poſſunt in Cl. Lunigij* Archivo S. R. I. *quæ ſi cum noſtris conferre velis, laboris tui pretium certiſſime feres.*

Tomus Secundus complectitur Collectionem illam Germanicam Variorum Auctorum, *ex Bibliotheca Goldaſti, qui* jus & ſucceſſionem hereditariam Auſtriacorum in Bohemia & Hungaria *tunc temporis, cum hæc controverſia maxime vigeret, ſolide explicarunt. Adjecta his ſunt varia* Inſtrumenta & decreta publica, (Beylagiorum *nomine plerumque veniunt) quibus non ſolum Widemannus, ſed & Streinius, Schlickius & Goldaſtus ad ſententiam ſuam probandam feliciſſime uſi fuerunt. Ea excipit Stranskii brevis quidem, ſed elegans* Reipubl. Bojemæ delineatio, *cui hac in collectione locum dare voluimus, ut eam commode cum Goldaſto componere, & ceu in tabella ſtatum & Politicum & Eccleſiaſticum hujus Regni intueri poſſis.*

Et cum bonis avibus hoc Seculo nexus ille inter Imperium Romano-Germanicum & Bohemiam, qui jam a multis annis nonnihil interruptus fuerat, ab AUGUSTISSIMO JOSEPHO, INVICTISSIMO ROMANORUM IMPERATORE, *inſtauratus eſſet, arctiorique vinculo hæc duo corpora demum inter ſe cohærerent, haud inconſultum fore putavi, ſi Excellentiſſimorum in Republ. literaria Virorum,* HERTII *&* LUDEWIGII, *diſſertationes* de renovato hoc nexu *erudite conſcriptas, pariter adjicerem, cum inſuper Goldaſtum mire explicent, & ab eo jam dicta magis confirment atque probent.*

Omnium horum librorum & diſſertationum, quas modo memoravimus paginas primæ editionis in margine notavimus, cum Viri Eruditi ſæpe illarum mentionem faciant in ſuis ſcriptis, quanquam in Goldaſto nonnihil intricatæ ſint ob ſolidatum in nova hac editione textum.

Tandem ſequitur Index Rerum memorabilium locupletiſſimus, quem magno ſtudio & labore, quantum inter breviſſimum temporis ſpatium, quod mihi relictum, fieri potuit, in gratiam Philohiſtorum concinnavi, cum in ejusmodi commentariis tales ſint perneceſſarij. Ne etiam neſcius ſis, quid de hoc libro paſſim ſentiant Viri Eruditi, præcipua, (quis enim omnia dabit) illorum judicia, ſive pro Goldaſto ſive con-

tra eum nulitent, præmittenda eſſe duxi, ne forte parum exercitati in ſacris noſtris ſibi perſuadeant, me ſolum hunc librum tanti æſtimare: Novi enim quam maligne, quam perverſe de bonis libris plerumque ſentiant, qui vix ac ne vix quidem extra limina ſuorum compendiorum pedem extulerunt.

Deſiderabit forte quispiam in hac noſtra collectione Goldaſti Informationem de ſtatu Bohemiæ, quod ad jus & ſucceſſionem in eo Archiducum Auſtriæ, *quam Francofurti anno 1660. in 4to. (ſine dubio errore typographi) prodiiſſe memorat Celeb.* Struvius, *Fautor & Amicus maxime colendus, in* Bibliotheca ſua Hiſtorica cap. 19. §. 9. *aliique plures. Verum, ſi quid video, hic liber non eſt diverſus a collectione illa Variorum Auctorum germanica, quæ in Tomo noſtro Secundo primum locum obtinet, & ejusdem argumenti eſt; quod & Ampliſſimum atque Celeber.* Menckenium *in verſione germanica Catalogi præcipuorum Hiſtoricorum, qui* Langleti methodum legendi Hiſtoriam *excipit, notaſſe, dum hæc ſcriberem, maxima cum voluptate deprehendi. Dubitabam quidem, ipſe fateor, in initio nonnihil de hac conjectura mea, ſed cum nuper* Bremæ *&* Guelpherbyti *Goldaſti ſcripta perluſtrarem, nec volam, nec veſtigium hujus libri, tanquam a collectione illa germanica diverſi, repperi, quod me haud parum, cum præſertim accederet Virorum in Hiſtoria literaria peritiſſimorum aſſenſus, in ſententia mea confirmavit. Vale Benevole atque Candide lector, & fave noſtris conatibus.* Marburgi Cattorum X. Kal. Maji A.P.C.N. CIↃ.IↃCCXIX.

JVDICIA
VIRORVM ERVDITORVM
DE
GOLDASTI COMMENTARIO
RERVM BOHEMICARVM.

Balbinus in Epitom. Rer. Bohem. lib. I. c. 10.

Si quis Bojorum Marcomanorum & Quadorum, qui antequam Slavi in has oras venerunt, Bojohemum incoluere, Principes ac Reges, paces ac bella, verbo, totam hiſtoriam Bojohemorum veterum noſſe cupit, GOLDASTUM ſibi comparet, hæc omnia diligentiſſime ex omnium pene gentium vetuſtis annalibus exſcribentem. Sed in eo ſe ridiculum omnino facit, quod ex eo quod Marcomanni, Quadi, Hermunduri, ac ceteri Germani populi *Bohemiam*, *Moraviam*, *Sileſiam* olim habuerint, colligere & conficere conatur, *Bohemiæ regnum* Imperii provinciam & Germanici juris eſſe.

Idem libr. cit.

Goldaſtum ego ſæpius pro eo ac maledicentia hominis meretur, tractavi.

Idem lib. 2. Miſcellan. Bohem. lib. 2. cap. 2.

Goldaſtus, quanquam alioquin ſubleſtæ fidei ſcriptor, ſed ubi aliorum auctoritate nititur, non omnino aſpernandus.

Idem lib. III. Miſcell. c. 22.

Plutarchus, ſapientiſſimus ſua ætate ſcriptor, librum vulgavit peregregium *de Herodoti malignitate*. Hoc certe exemplo nos quoque, quicunque in Bohemia nati ſunt, jure meritiſſimo conari oporteret, ut *malignitatem Goldaſti* demonſtremus Orbi; tantis enim & tam variis maledictis Bohemiam Goldaſtus affecit, ut a Bohemia condita neminem exſtitiſſe putem, qui majori odio gentis noſtræ occupatus ſcripſerit, quam obtrectator Bohemici nominis Goldaſtus.

Conringius de Finib. Imper. c. 22.

Bohemiam Germaniæ tributariam fuiſſe, omnesque ſuas dignitates a Cæſaribus habere, a Goldaſto *præclare* oſtenſum.

Datt. de Pace Publica Lib. I. cap. 27. §. 16.

Goldaſtus in *opere præclariſſimo* de Regno Bohemiæ.

Giovanni in German. Princ. lib. I. p. 211.

Goldaſtus *incredibili* induſtria Bohemiæ notitiam congeſſit.

Idem ibid. p. 388.

Libri de Regno Bohemiæ digni eſſent, ut iterum in lucem irent, cum rari ſint, lectuque utiles.

Chriſt. Gryphius de Script. Hiſt. Sec. XVII. p. 171.

De Regno Bohemiæ utrum ſucceſſivum ſit, *multo cum labore* diſquiſivit Melchior Goldaſtus *in commentario de Regno Bohemiæ*, & rarioribus nunc libris accenſendo, qui tamen cum Germanis nimium, Bohemis autem parum vel nihil favere videatur, a Balbino paſſim acerbe perſtringitur.

Gundlingius part. XVII. Gundling. p. 150.

Dieſin brieff hat Goldaſtus *in ſeinem gelehrten Buch* de Regno Bohemiæ.

Henelii Scholiaſtes lib. I. Sileſiogr. c. I.

Goldaſtus ſane vir antiquitatum peritiſſimus *lib. I. de Bohem. c. 5.* &c.

Idem l. c.

De Marcomannis tam *fuſe*, quam *ordinate* Goldaſtus *lib. I. de Bohem. c. 5. & ſeqq.*

)(*Idem*

Idem l. c.

Inter Scriptores recentiores de rebus Slavicis maxime ſatisfecere inprimis V.Clar. Goldaſtus in Bohemiæ jura commentans.

Idem l. c.

Magnus Polybiſtor Goldaſtus *lib. I. de Boh. c. 14.* de Sileſiis ſentit &c.

Ludvvig in Commentario ad Aur. Bull. p. 755.

Das Hauß Oeſterreich hat den Gegenſpruch, ob nemblich Bœhmen ein VVahl-Kœnigreich gevveſen, der feder des ſelbiger zeit in Reichs-Sachen berühmten Mannes Melchioris Goldaſti anvertrauet, vvelcher desvvegen einen gantzen Commentarium de Regno Bohemiæ & incorporatis Sileſiæ, Moraviæ, Luſatiæque provinciis *geſchrieben, und in deſen ſechſten Buch ausführlich zu ervveiſen geſucht hat, daſs Bœhmen jederzeit ein Erbreich gevveſen, und die Huldigungs Actus von unverſtändigen Leuten als eine VVahl angeſehen vvorden. Goldaſts buch iſt zu Franckfurt 1627. in 4to gedruckt mit vielen Beylagen, und vvahre vvohl vvehrt, daſs es vvieder auffgelegt vvürde, dann der Auctor auff das ſelbe mehr fleiſs, als auff alle ſeine vvercke gevvendet hat. VVievvohl man auch vvohl ſiehet, daſs Goldaſtus die Kunſt verſtanden die ſeegel nach dem vvind zu drehen.*

Mallinkrot de Cardinalibus S. R. E. pag. 514. edit. VVenckerian.

Bohemiam Germanici Imperii provinciam & inſigne membrum eſſe, publice conſtat, ipſosque Bohemos vere Germanos eſſe *ſatis valide*, ut omnino aſſentiri oporteat, Goldaſtus probat in libris de *Regni Bohemiæ juribus.*

Idem ibid. p. 570. de primatu trium Eccleſiar. Metropolit. German.

Pragenſem Archi-Epiſcopatum Germanicis accenſendum eſſe, inde conſtare puto, quod Bohemia Germaniæ pars ſit, id enim acriter propugnat & *ſolidiſſime* probat Goldaſtus *lib. I. de Juribus Regni Bohemiæ.*

Pacificus a Lapid. in not. ad Monzamban. p. 210.

Quod hodie Rex Bohemus Status & civis Imperii ſit, probat Goldaſtus in *præclaro opere de Regno Bohemiæ.*

Struvius in Biblioth. Hiſtor. cap. 10. §. 9.

Ad politicum ſtatum Regni Bohemiæ præ cæteris facit Melch. Goldaſti commentarius *de Bohemiæ regno*; in hoc *egregie* differit de juribus Regni Bohemici & provinciarum Bohemicarum, ſingula ex hiſtoriis & diplomatibus *accurate* probans.

Schurtzfleiſchius diſſertat. 15. pag. 2.

Multo rectius ſentit Johannes Matthias a Sudetis in libro *de origine Bohemorum*, cui plurima debet Melchior Goldaſtus in commentario *de Regno Bohemiæ.*

Idem diſſert. 18. pag. 4.

Niſi quod Melch. Goldaſtus, cum Regni Bohemiæ diplomata manu ſua verſaret, Luſatica pari diligentia tractavit, quorum exempla in Codd. exarata nuper videre mihi contigit, & plura, quam quæ evulgavit Goldaſtus, beneficio inſigni virorum JC. Leuberi & Hartranftii.

Idem diſſert. 19. §. 7.

Bohuslaus Balbinus vir ſane diligens, etſi cum duce ſuo Stranskio *nimis ſæpe & præter meritum* ſugillat Goldaſtum.

Idem ibid. pag. 8. & 9.

Magis *erudite & prudenter* de hoc Comitatu Glacienſi Goldaſtus, *de Regno Bohem. lib. I. c. 15.*

Idem diſſert. 20. p. 5.

Sed hæc atque talia *accuratiſſime*, ut alia ſolet, perſequitur Goldaſtus *de Regn. Boh.*

Thomaſius in Not. ad Monzamb. p. 163.

Goldaſti opus de regno Bohemiæ continet quidem multa erudita, ſed non omnino tamen promiſcue adſumenda, verum multa ſecundum affectum & intentionem Scriptoris dijudicanda.

MEL-

MELCHIORIS GOLDASTI *HEIMINSFELDII*

LIBER I.

De Bohemiæ Regni, incorporatarumque provinciarum, juribus ac privilegiis, nec non de hereditaria Regiæ Bohemorum familiæ ſucceſſione.

CAPUT I.

Bohemia Germaniæ Provincia Ante-Vetus & nunc-nova. Juris Germanici inde usque ab antiquiſſimis temporibus habita. Germani in Gallico ſolo cur Galliæ non adſcribantur: contra Slavi in Germanico ſolo Germaniæ addicantur? Germani Gallorum fratres. Celtæ Germani, eorumque ſermo communis. Franci unde dicti. Gallia Theutonica. Eadem Auſtraſia ſive Auſtria dicta. Nationum diſtinctio ex linguarum diverſitate improbatur.

REGIO illa, quam incingit vaſtæ Herciniæ (*a*) ſaltus, quamve *Bohemiam* vulgo indigetamus, Germaniæ noſtræ, non magnæ modo illi & antiquæ ſub Hermionibus, Bojis, Marcomannis, Quadis, & conſimilibus incolis, verum ipſi etiam præſenti & hodiernæ ſub Slavis Zecchiis, accenſita ſemper in rerum geſtarum monumentis & actis publicis legi- A
2 tur: ejuſque pars non minima jam inde ab antiquiſſimis temporibus ad noſtram uſque memoriam conſtanter exiſtimata atque aſſerta fuit. *

A 2. Equi-

(*a*) Herciniæ] *quam ſic dictam nonnulli putant ab* ἕρκος, *quod circuitum ſeu ſeptum ſignificat, ideo quod hæc ſylva Germaniam fere valli inſtar circumdet: Baſilius Faber Soranus in* Theſauro erudit. ſcholaſt. *inepte: nam appellationem Romani fecerunt ex adjectivo Germanico* Hertzin *vel* Hartzin, *a ſubſtantivo* Hartz, Harcia, *quod Herciniam notas: ut priſci illi Germani dixerint* Hertzinvvald, *qui nunc* Hartzvvald, Hercinia ſylva, *Joh. Mich. Bentherus in* Not. ad patris comment. in Taciti German. part. 1. cap 3. n. 66. *Nam & apud Latinos Græcoſque ſcriptores rarius reperitur abſolute poſitum, frequentius in adjunctis; verbi gratia,* Hercinia ſylva, Hercinius ſaltus, Hercinium nemus, ἑρκύνιος δρυμὸς, Hercinium jugum, *a piciferis nempe arboribus,* Hartzbæumen, *quibus tota conſita & referta eſt: quarum reſina antiquis Germanis* Hartz, *aliis* Pech *dicitur a pice, quod eſt Romanum & provinciale vocabulum, non Theutonicum, ut minus recte putavit Ægidius Tſchudius in* Rhæt. Alpin. deſcript. cap. 38. *Hoc loco intelligi debet incinctus ille Herciniæ ſaltus, quem Paterculus appellat, id eſt,* Sylva Bohemica, *der Bœhemervvald.*

* In eo ridiculum ſe omnino facit Goldaſtus, “quod (quaſi alia omnia argumenta deeſſent) ex eo, quod *Marcomanni*, *Quadi*, *Hermunduri* ac ceteri Germaniæ populi *Bohemiam*, *Moraviam*, *Sileſiam* olim habuerint, colligere & conficere conatur, *Bohemiæ Regnum Imperii provinciam & Germanici juris eſſe*. Nam quid ita ignorare potuit tam varias populorum primis illis ſeculis migrationes, de quibus tam erudite tot libris egit Wolfgangus Lazius? Nonne Italiam Græci prius tenuerunt? An non Latium Magnam Græciam appellari legit aut audivit? Quis tamen unquam Græculorum, etſi ambitioſiſſimus & vaniſſimus foret, ex eo capite juris aliquid *Græcis in Italiam* eſſe ſomniavit? Nonne Imperii Romani Majeſtas penes *Italos & Romanos* fuit, quibus Orbis ſerviebat? An Goldaſtus, ſi in priorem ſtatum revocanda ſunt omnia, *Romanos rerum Dominos* reſtituet? *Slavi Miſniam*, *Luſatiam*, *Brandenburgium*, *Pomeraniam*, *aliaſque ad Venedicum ſinum terras olim ante Saxones tenuerunt*, ut ex Saxonum hiſtoriis conſtat; an igitur hodie *Saxonia Slavoniæ pars erit?* Adde quod adverſus animi ſui ſententiam fateatur Goldaſtus primos Bojemiæ Cultores Bojos e Gallia Celtica profectos *Bojemiæ* nomen dediſſe, ergo Bohemiam eadem opera *Gallis* adſcribet? Nimirum in prima illa terrarum occupatione, cum alii ultro citroque commearent, alii excederent, alii tranſirent, tyrocinio Religioſorum res erat ſimilis, terras populi probabant, mox

A 2. Equidem Bohemiam eſſe vetuſtisſimam Germaniæ provinciam, ex Julio Cæſare, Tito Livio, Vel'ejo Paterculo, Juſtino, Strabone, Plinio, Arriano, Ptolemæo, aliis veteribus auctoribus abunde conſtat; & hoc nomine ſexcentis admodum ante natum Chriſtum annis cognitam, aſſerit Marcus Welſerus, Duumuir Auguſtanus, vir ſummo judicio, ſummaque doctrina præditus *lib.1. Rer. Boicar. fol.8.* Atque adeo eam in meditullio Germaniæ collocat Poſidonius apud Strabonem *lib.7. Geograph.* Quem ſecutus videtur idem Welſerus ibidem ſcribens: *Boios intra ſylvam Herciniam fuiſſe, qua media Germania magnam terrarum tractum, perpetua vaſti nemoris corona, in orbem cingit.* Et ante eum Hermannus Torrentinus in *Elucidario poëtico* ſcripſit: *Marcomanni, populus Germaniæ interioris.* Longum eſſet ſingula præſtantium auctorum dicta & teſtimonia B ad aſſertionem noſtram confirmandam in medium proferre, fortasſis etiam tædioſum, præſertim lectori in aliis occupato & properanti. Ne tamen eorum copia deſtitutus eſſe videar, indicabo eos in brevi, & quaſi per ſatyram, cæteros ſuis quoſque in locis producturus. Suntautem iſti; C. Plinius Major, (α) Pomponius Mela, (β) Jul. Solinus, (γ) Dionyſius 2

"mox inventis melioribus, aut alia ſpe invitante novas ſequebantur ſedes, nihil juris in priores, quas deſerebant, retinentes. Ita Wandali, Lombardi, Gothi omnes & Huni ac ceteri vagabantur. Nondum Imperii Germanici magna œconomia a M. Carolo erat fundata. Nihil dum in C provinciis diviſum, nulla jura Regnorum, jus omne in occupantium armis poſitum, ut quique populi venerant, libere ubi placuit, conſidebant, quos poſtea autem armorum vis, aut hoſtium metus, aut legum ac linguæ communio, aut religio, aut pacta fœdera, aliave ſocietas humana conjunxit. Itidem *Bohemia Regno* cum *Imperio Romano* poſtea convenit, ut hodie *præcipuum Imperii membrum* Bohemia habeatur. Hæc ſi Goldaſtus attendiſſet, relictis tam vetu- D ſtis cauſis, quæ jam perierunt, & ob antiquitatem apud ipſos J C. nullæ ſunt, ſuperſediſſet ſine dubio ac pepercisſet labori. Nunc duo libri, quos in hoc argumento inutili conſumſit, quodammodo illi perierunt." Hæc Balbinus in *Epitome Rer. Boh. lib. I. c. 10. in not. ad Vitam S. VVenceslai.* Conſ. *Miſcellanea ejus Bohemica lib. III. c. 1. §. 1. & 2.* ut & *cap. 22. §. 1.* ubi eadem plane contra Goldaſtum in medium profert, quæ maximam partem ex Stranskio de *Republ. Bojema cap. 3.* E *§. 7. & 8.* hauſit. Quanquam cauſam Goldaſti defendendam in me non ſuſceperim, nec Balbinum refutare decreverim, non poſſum tamen non data occaſione breviter indicare, quantam Auctori noſtro injuriam ſæpe faciat Bohemus ille, eum illi ſatis frequenter aſſingit, quæ ſorte nunquam Goldaſto in mentem venerunt. Certiſſimum in hac animadverſione ejusmodi rei habemus exemplum, cum ita Commentatorem noſtrum argumentantem introducit; *Marcomanni &c. Bohemiam &c. inhabitarunt, ergo Bohemia Regnum eſt Imperii pro-* F *vincia & juris Germanici.* Ubi hæc dicta ſcriptave? Falli Balbinum, ipſe B. L. mecum ſenties, ſi litem, quæ inter utrumque intercedit, cognoſcere velis; nam Goldaſtus argumentum, quod elaborandum in ſe ſuſceperat, ab ovo, ut ajunt, in hoc capite repetit, *§. 1.* in genere obſervat, Bohemiam, quam incoluerint Hermiones, Boji, Marcomanni, ipſi etiam Zechii, ſemper Germaniæ fuiſſe adſcriptam, id *§. 2.* ex innumeris teſtimoniis probat, dein *§. 3.* contraria ſentientes refel- G lit, & demum *§. 4.* in conditionem Slavorum in Bohemia & Moravia inquirit. Quæ omnia in ſequentibus pluribus explicat. Nihil ergo in hoc capite, quod tamen ſibi excutiendum ſumſit Balbinus, invenies, ex quo vel fidiculis illud argumentum extorquere poſſis. Præterea non ſatis accurate hic loquitur, dum *Bohemiam & Bohemiæ Regnum*, *Germaniam & Germaniæ Imperium* inter ſe confundit, quæ antiquiſſimis illis temporibus, de quibus Auctor noſter hic verba facit, ne ſolo quidem nomine cognita erant; quot vero & quantos id pariat errores norunt ii, qui in his ſacris ſunt edocti. Nec de Latio ſatis recte ſentit, quod Magnam Græciam olim dictam fuiſſe cenſet, uti Geographorum filiis eſt perſpectum. Nihil pariter ad infringendam Goldaſti ſententiam faciunt exempla a Græcis & Slavis deprompta, an enim Incolæ loci ſitum & fines mutant? An ora illa maritima Italiæ, quam caſcis illis temporibus Græci occuparunt, Magnamque Græciam vocarunt, eo ipſo deſiit eſſe provincia Italiæ? Imo, an alia regio eſſe cœpit, cum eam incolerent Vandali, Gothi, Langobardi &c. An Saxonia, Miſnia, Pomerania abjudicanda Germaniæ, quod eas aliquando poſſederunt Slavi? An Bojemia Gallis tribuenda, quod olim Boji Galliæ Celticæ populi eam obtinuerint? Non putem. Ceterum Bojemiam *Germaniæ* portionem eſſe, etiamſi nunquam Marcomanni &c. inhabitarint, tot argumentis, tot Vett. variarum gentium teſtimoniis Goldaſtus probavit, ut ſatis mirari nequeam dari & noſtra ætate homines, qui id in dubium vocare auſint. Vid. Cluverius *lib. I. de Germania Antiqua c. 11.* Limnæus de *I. P. lib III. c. 8. §. 56. & ſeqq.* Cellarius in *Notit. Orb. Antiq. lib. II. c. 5.* Quibuscum, ſi commodum erit, Stranskium & Balbinum conſeras, & ipſe videbis, num Bohemia Germaniæ abjudicanda vel vindicanda ſit.

(α) Plinius] *lib. 4. Natural. hiſtor. cap. 14.*

(β) Mela] *lib. 3. de ſitu orbis cap. 3.*

(γ) Solinus] *in Polyhiſt. cap. 32.* ubi ſcribit; Germania extenditur inter Hercinium ſaltum & rupes Sarmatarum. *quod Mela hiſce verbis expreſſit*; ab oriente Sarmatarum confinio gentium, *quo loco Petrus Ioannes Olivarius annotat:* Polonorum Viſtula amne. *Non ſum neſcius, Germaniæ & Sarmatiæ terminum a quibusdam poni Viſtulam*, die Wixel: *ſed aliud eſt amnis, aliud rupes, qui ſunt montes Carpathii Hungariam & Poloniam ſecernentes: Iodoc. Ludov. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Pol. *Martin. Helvigius in* Mappa Sileſiæ: *hodie* Tatri dicti, das Hungeriſche Gebirge: *Cluverius* lib. 3. cap. 31.

At Ioh.

Dionyſius Alexandrinus, (α) Meſſala Corvinus, (β) ſi titulus non mentitur auctorem; A
idem Torrentinus, (γ) Raphael Regius Volaterranus, (δ) Joachimus Vadianus, Conſul
Sanctigallenſis, (ε) Andreas Alciatus JC. (ζ) Sebaſtianus Munſterus, (η) Ægidius Tſchudus, Nobilis Glaronenſis, (ϑ) Beatus Rhenanus, Patricius Seleſtadienſis, (ι) Conradus
Peutingerus, JC. & Patricius Auguſtanus, (κ) Bilibaldus Birckheimerus, Conſiliarius Cæſareus & Nobilis Patricius Norimbergius, (λ) Jacobus Spiegelius, JC. & trium Cæſarum
Conſiliarius, (μ) Philippus Melanchthon, (ν) Paulus Jovius, Hiſtoriographus Roma-
3 nus, (ξ) Andreas Palæoſphyra ſeu Althamerus, (ο) Jodocus Willichius, (π) Franciſcus Irenicus, (ρ) Chriſtoph. Colerus Francus, JC. (σ) Marquardus Freherus, JC. &
Conſiliarius Electoralis Palatinus, (τ) Daniel Otto, JC. & Conſiliarius Geroltſeckius,
(υ) Petrus Albinus, Secretarius Electoralis Saxonicus, (φ) Jacobus Auguſtus Thuanus, B
Præſes Parlamenti Regii Pariſienſis, (χ) alii numeroſi, qui verbis ſententiiſque conſentientes, de Bohemia & Moravia, Germaniæ antiquæ provinciis, pariter æquabiliterque atteſtantur.

3. Quando autem ita eſt informatum anticipatumque mentibus quorundam hominum, hæc quidem fuiſſe caſcis illis & priſcis ſæculis, quum Germani adhuc Bohemiam
& Moraviam incolerent: nunc autem ab uſu & foro noſtro receſſiſſe; alia tempora alios
mores poſtulare: præſentes Slavos in Bohemia & Moravia nil quidquam commune
cum Germanis habere, lingua, vitæ conſuetudine, moribus, inſtitutiſque omnibus longiſſime a nobis disjunctos: nec magis reponendos in numero Germanorum, quam Helvetios, Rauracos, Tribocos, Nemetes, Vangiones, Magontiacos, Treviros, Ubios, C
Eburones, &c. in cœtu Gallorum: quam id recte ab illis diſputetur, viderint ſapientes
& prudentes rerum publicarum, in quibus nulla poteſt reſidere ignorantiæ ſuſpicio. Næ
mihi nec ſane ſapere videntur, & facere intelligendo ut nihil intelligant. Namque cis
Rhenum (loquor noſtro, non Romano, more ac ſitu) habitantes Germani a fratribus
ſuis Gallis, (ψ) propter metum Romanorum, rogati ac invitati, Rhenum trans-

 greſſi

At Ioh. Mich. Beutherus montes Sarmaticos, id eſt, Carpathios, ponit inter Viſtulam & Tibiſcum fluvios, nunc die Bergſtætte in Ungern, *in* Not. ad patris Comment. in Tacit. cap. 1. n. 17. & num. 39. & part. 2. cap. 20. *Alexand. Guagninus* Rer. Polonic. tom. 2. de Sauromatic. fol. 3. *Sarmaticorum montium juga ad Carpatum uſque montem vult hodie* Beskid *appellari. Salomon. Neugebaur* lib. 1. Hiſtor. Polon. fol. 7. *putat eſſe montes, qui Poloniam & Ruſſiam ab Hungaria & Moldavia dirimunt. Martinus Cromerus Sarmaticos montes vocat Alpes Daciam, id eſt. Tranſſylvaniam & Valachiam, claudentes,* lib. 1. Rer. Polonic. cap. 7.

(α) Dionyſius] *in Periegeſi orbis. in verſu, qui incipit;* Γερμανοὶ Σαρμαται, *ubi* Germanorum *nomine gentes Suevica ſeptemtrionales, quarum terras nunc Bohemi ac Poloni tenent, intelliguntur. Eodem pacto explicandus Priſcianus, ſeu Rufus Feſtus Avienus in* Perieg. de ſitu orbis, *in illo verſu;* Hinc ſunt Germanique truces, & Sarmata bellax.

(β) Meſſala] in libello *de Progenie Auguſti* in fin. & ibi Joanues Camers in *Scholiis.*

(γ) Torrentinus] in d. *Elucidario, verb.* Boij.

(δ) Volaterranus] in *Geographia lib. 7. de Boemia.*

(ε) Vadianus] *in Epitoma trium terra partium fol. 32. & fol. 38.* & in *Annotation. in Melam lib. 3. cap. 3.*

(ζ) Alciatus] *in Annotation. in Taciti German. verb.* Bojemia.

(η) Munſterus] *in Coſmographia* lib. 3. *& in Scholiis ad Melam* d. lib. 3. cap. 3. *& ad Solini Polyhiſt.* cap. 32. *Quem verbatim libavit Johannes Rauvven in* Coſmograph. cap. 16.

(ϑ) Tſchudus] *in Epiſtol. ad B. Rhenan.* de Nomine *German.*

(ι) Rhenanus] *lib. 3. Rer. Germanicar. cap. Bojemum,* in fin.

(κ) Peutingerus] *in Sermonib. convival.* quos habes in Politic. Imperialib.

(λ) Birckheimerus] *in Germania Explication.* D
& alibi in ſuis non ineruditis opuſculis.

(μ) Spiegelius] *in Scholiis ad Guntheri Ligurinum lib. 5.* in princip.

(ν) Melanchton] *ſive potius Johannes Brentius* 4
in Libell. de Vocabul. regionum & gent. quæ recenſentur a Tacit.

(ξ) Jovius] *lib. 30. Hiſtoriar. ſui temp. tom. 2. fol. 554.*

(ο) Althamerus] *in Scholiis ad Taciti libell. de Morib. German.*

(π) Willichius] *in Commentar. ad Taciti German. lib. 2. cap. 1.* E

(ρ) Irenicus] *in Exegeſ German. lib. 1. cap 42.*

(σ) Colerus] *in Animadverſion. ad Taciti German.*

(τ) Freherus] in *Cecropiſtromach. circa fin.*

(υ) Otto] in *Diſſertat. juridico-polit. de jure public. Imperii Roman. cap. 10.*

(φ) Albinus] in *Coronic. Miſnia tit. 3. fol. 31. & fol. 43.*

(χ) Thuanus] *lib. 2. Hiſtoriar. ſui tempor. in princip. & lib. 56. anno 1573.* F

(ψ) Fratribus ſuis Gallis] *Ita fert communior opinio: indeque* Germanorum *nomen eſſe ortum Pompejus Strabo* lib. 7. *auctor eſt; cujus opinionem ſequuntur Felix Faber Monach. Dominicanus* lib. 1. Hiſtor. Suevor. cap. 5. *Conrad. de Mure Canonicus Thuricenſ. in* Fabulario *ſeu* Repertor. Poet. & Hiſtor. *Conrad. Celtes Protucius* de ſitu & morib. Germanor. cap. 1. circa princip. *Ægid. Tſchudus in* Rhætor.

A greſſi ſunt, & ſermonis Celtici (α) commercio, qui dialecto tantum divertebatur, naturæ quadam cognatione, & vitæ morumque conſuetudine, facile in unam gentem cum fratribus ſuis Gallis coaluerunt, Germanicam ut originem, ita libertatem ultro citroque jactantes, quemadmodum Jul. Cæſar, (β) Tacitus (γ) & Strabo (δ) memoriæ tradiderunt. In qua fide cum Germanis Rheno diviſis conſtanter perſeverarunt, donec a Romanis victi (ε) oppreſſique cedere de ſocietate & conjunctione Germanorum, ſuorum

Aborigi-

Rhætor. Alpin. deſcript. cap. 38. *& in* Epiſt. de Nomin. Germanor. ad Rhenan. *Johan. Stumpfius in* Chron. Helvet. part. 1. lib. 2. cap. 2. *Reiner. Reineccius in* Syntagmat. hiſt. part. 2. fol. 243. *Baſil. Fa-*
B *ber. in* Theſaur. erud. ſcholaſt. verb. Germania. *Juſtus Lipſius in* Comment. in Tacit. fol. 284 *Joan. Gulielm. Stuckius in* Antiquit. convival. *Freherus in* Not. ad Fœdus Ludovici German. & Caroli Gall. Regum *apud Nithardum*, *in* præfat. ad Bongarſ. & in princ. Notar. *Gryphiander in* Comment. de Weichbild. Saxonic. cap. 38. num. 9. *Verum hæc Germanorum & Gallorum fraternitas frigere admodum in dies magis magisque cœpit, ſuas res tractantibus ſingulis, ut notat Joh. Mich. Beutherus*
C *JC. Argentinenſ. in* addition. ad Parris Comment. in Taciti German. part. 1. cap. 12. n. 8.

(α) Sermonis Gallici commercio] *Germanos & Gallos ejuſdem eſſe originis, ejuſdemque gentis, ſenſit Joh. Mich. Beutherus in* Not. in Taciti German. in princ. num. 3. *& ſub communi Celtarum appellatione, Mich. Beuther. pater in* Comment. part. 1. cap. 1. & cap. 13. *Eadem lingua, dialectis tantum differente, uſos fuiſſe, innuere videntur Jul. Cæſar.* lib. 1. de Bello Gall. *Ammian. Marcel-*
D *linus* Hiſtor. lib. 15. *B. Hieronymus Stridonenſis* lib. 2. Commentar. in Epiſt. Pauli Apoſtoli ad Galat. in præfat. *& ante eum S. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus in* præfat. lib. 1. adverſ. hæreſ. *B. Epiphanius* lib. 1. tom. 2. hæreſ. 31. *quorum uterque* Celticum *ſermonem &* Barbarum, *id eſt Germanicum, pro uno eodemque ponunt, quum* Barbari *de Germanis quaſi* κατ᾽ ἐξοχὴν *ab iſtis Scriptoribus uſurpentur, ut obſervat Savaro in* Not. ad Sidonii lib. 4. epiſt. 5. *Juretus in* Not. ad Yvonis
E epiſt. 215. in fin. *Lambinus, Taubmannus, Pareus, Succovius* Comment. in Plauti Trinum. in Prolog. *Chriſtophorus Brouwerus Societ. Jeſu in* Not ad Fortunat. *Hinc Sulpitius Severus, B. Martini diſcipulus,* Dialog. 1. cap. ult. vel Celtice, aut, ſi mavis, Gallice loquere, *id eſt Germanice. Sic enim Papias, & ex eo Salomon Conſtantienſis, interpretantur in Gloſſ.* Galliæ ſunt tres, Togata, id eſt Lombardia, ad morem Romanorum: Comata, id eſt Burgundia: Bracata, id eſt Teutonica,
F a longis bracis. *Et Balbus in Catholic.* Scias quod Galli Germani ſunt Teutonici: ſed Galli Senones ſunt Franci. *Non quod nomine Galli & Germani fuerint iidem, ſed ſermone. Quam eſſe communiſſimam opinionem, nobis fidem faciunt Sebaſt. Brand JC. in* Chronic. in princ. *Thomas Murnar in* Chronic. *Franciſc. Irenicus* lib. 1. Exegeſ. German. cap. 1. *Joan. Cochlæus in* Deſcript. German.
6 cap. 1. *VVolffgang. Hungerus JC. in* Ling. German. vindic. contra exoticos in præfat. *Henric.*
G *Loritus Glareanus in* Annotat. in Jul. Cæſar. de Bell. Gall. lib. 1. *Aventinus* Annal. Bojor. lib 1. *Tſchudus* d. cap. 38. *Vadianus* lib. 1. de Antiquit. ſive Colleg. & Monaſt. Germaniæ vet. *Joan. Rhellicanus in* Annotat. in Jul. Cæſar. de Bell. Gall. *Münſterus in* Coſmograph. *Conrad. Geſnerus Tigurin. in* Mithridate, *ibique Caſparus VVaſerus in* Comment. *Stumpfius* lib. 3. cap. 33. in fin. & cap. 100. & lib. 4. cap. 18. *Petrus Nannius* lib. 2. Miſcellan. *Franciſc. Hotomannus in* Annotat. in Cæſar. de Bell. Gall. lib. 1. & lib. 5. & in Francogall. *Suffridus Petri* lib. 1 de Friſior. orig. cap. 14. *Spangenberg* im Adels-Spiegel lib. 7. cap. 4. *Dalecampius in* Annotat. in Plinii lib. 18. Natural. hiſtor. cap. 18. *Guillimannus* lib. 1. de Reb. Helvet. *Nicol. Serarius Societ. Jeſu* lib. 1. Moguntiac. rer. cap. 11. *Reiner. Reineccius in* Comment. de Saxon. orig. fol. 17. in pr. *Joan. Iſacius Pontanus in* Itinerar. Galliæ Narbonenſ. in Gloſſar. ſeu Diſſertat. de ling. Gallor. vet. & lib. 6. Origin. Franc. cap. ultimo. *Junius Douza major* lib. 6. Annal. Holland. *Ex qua linguæ communione factum eſt, ut idem etiam nomen utrique genti communicaretur. Unde Germani dicuntur* Galatæ *ſeu* Galli, *a Flav. Joſepho* lib. 1. Antiquit. Judaic. cap. 7. *Diodor. Sicul.* lib. 5. Bibliothec. cap. 9. & lib. 17. *quod & Rodomannus annotavit; Mich. Beutherus in* Comment. in Taciti German. part. 2. cap. 1. *Elias Reuſnerus in* Enucleat. illuſtr. quæſt. hiſtor. cap. 2. *Et a Lamberto Schafnaburg. aliiſque mediæ ætatis hiſtoricis* Galliæ *nomen univerſæ Germaniæ* ὡς ἐν πλάτει *tribuitur, ut obſervavit Petrus a Beeck Canonicus Aquiſgran. in* Deſcript. Aquiſgran. cap. 1. *Gryphiander in* Comment. de Weichbild. Saxonic. cap. 35. num. 14. *Omnino* Celtas *pro Germanis poſuere priſci illi auctores, Herodotus* lib 2. *Ariſtoteles* lib. 1. Meteor. *Dio Nicæus* lib 39. *Arrianus Nicomedienſ.* lib. 1. *Nicolaus Damaſcenus* de Morib. gent. *apud Stobæum* Serm. 10. *aliique Græci, quos in teſtimonium producunt, & ſequuntur Megalus Grammaticus in* Etymologico. *Suidas in* verb. Γερμανοὶ, & verb. Κελτοὶ. *Lucillius Tarrhæus, ſive is ſit Sophoclens Thucas Platonicus (uti eum nominat Curius Lancelotus Paſius* lib. 2. de Literatur. non vulgar. cap. 70. *& Henric. Stephanus in* Annotat.) *in* Scholiis in Apollonii Rhodii Argonautic. lib. 4. *Euſtathius Theſſalonicenſis in* Scholiis in Dionyſii Periegeſ. *Varinus Phavorinus Camers* in Lexic. *Joan. Sulpitius Verulanus in* Interpretament. in M. Annæi Lucani Pharſal. lib. 4. *Irenicus* d. lib. 1. cap. 12. *Martinus Boregk Vratislavienſ. in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 1. *Mich. Beutherus in* d. Comment. in Taciti German. part. 2. cap. 1. & part. 1. cap. 1. *Paul. Merula JC.* Coſmograph. lib. 3. *Theodorus Marcilius in* Commentar. in Bartholomæi Delbene Florentini civitatem veri ſive morum. *Joan. Matthias a Sudetis JC. in* ſubſeciv. de orig. Bohem. & Slavor.

(β) Cæſar] *lib. 5. de Bell. Gallic. ubi interpretes.*

(γ) Tacitus] *in libell. de Germanor. moribus, ibidemque interpretes.*

(δ) Strabo] *lib. 7. Geograph. & ibi Iſaacus Caſaubonus* in Notis.

(ε) A Romanis victi] *Joan. Savaro JC. & Præſes Arverniæ in* Not. ad Sidonii Apollinar. lib. 4. epiſt. 17.

(α) Ala-

Aboriginum, qui jam tum in Alamanorum nomen (α) appellationemque conceſſerant, A
coacti fuerunt. A quo demum ſervitutis Romanæ jugo per Francos liberati, (β) &
rurſum cum Germanis conjuncti (γ) unum idemque Regnum, ſub corrupto Auſtraſiæ. (δ) id
eſt, Orientalis Francorum ſeu Germanorum Regni nomine, cis & ultra Rhenum
conſtituerunt. Et hoc eſt illud Auſtraſiæ Regnum ampliſſimum ac potentiſſimum, quod
5 nunc Imperii Chriſtiani titulo, (ε) honore, dignitate ac prærogativa reſplendet, præ-
fulgetque, *das Heilige Rœmiſche Reich Teutſcher Nation*: (ζ) in cujus fide & clien-
tela memorati illi populi Transrhenani & initio (η) fuerunt, & noſtro tempore perſeve-
rant. (θ) Neuſtriæ, id eſt Occidentalis Gallorum Regni, quæ & Gallia Romana, (ι) &
GalloFrancia (κ) nuncupatur, ut dominatum, qui ſub Carolo Calvo primum occœpit,
ita levitatem ſemper exoſi; adeo ut ne quidem in rebus ſpiritualibus & Eccleſiaſticis B

A 3 audien-

(α) Alamanorum nomen] *Aſinius Quadratus apud Agathiam* lib. 1. Hiſtor. *Arnobius* lib. 1. adverſus Gent. *ubi tamen alii malunt* Alanos *legere*, *quam* Alamanos, *quam recte*, *ipſi viderint*. *Vopiſcus in Proculo*: Alemannos, qui tum adhuc Germani dicebantur, &c. *Videatur Franciſc. Guillimannus* lib. 1. de Reb. Helvet. ſive Antiquit. cap. 2. *Joan. Matthias a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor. *Claud. Salmaſius in* Not. ad Spartiani Caracall. circa fin. *& in* Not. ad Vopiſc.

7 (β) Per Francos liberati] *Salvianus Maſſilienſ.* lib. 7. de Provident. Dei, *& ibi Conrad. Rittershuſius in* Commentar. *Sidonius Apollinaris* carm. 7. v. 373: *Hincmarus Rhemenſis in* Vita S. Remigii. Franci *autem*, *id eſt Liberi*, *dicebantur confœderati quidam populi inferioris Germaniæ*, *a fœdere contra Romanos pro libertate patria icto*; *cujus primi auctores* Salii *in Sicambria extiterunt*, *tanquam Suitii in Helvetia*, *Hollandi in Belgio*, *fœderum Principes hodie memorantur*. *Quænam autem gentes ſub priſco illo* Francorum *fœdero & appellatione comprehenderentur*, *commemorat Otto Friſingenſ.* lib. 4. Chronic. cap. 31. *Naucleras in* Chronogr. volum. 2. generat. 15. *Brotuffius in* Genealog. & Chron. Princip. Anhald. lib. 1. cap. 8. *VVelſerus in* Comment. ad Tabul. Peutingerian. *Bentherus in* Comment. in Taciti German. part. 1. cap 6. in fin.

(γ) Germanis conjuncti] *poſt Valentiniani Imperatoris mortem*, *Savaro ad* Sidon. d. carm. 7. v. 542.

(δ) Auſtraſiæ, id eſt Orientalis Regni] *Aimoinus* lib. 4. Hiſt. Franc. cap. 57. *Spiegelius in* Scholiis in lib. 3. Gunther, *Nic. Serarius Societat. Jeſu in* Notis ad Vitam S. Kiliani lib. 1. cap. 4. & lib. 1. Rer. Moguntiac. cap. 10. *Lindenbrog. in* Gloſſar. leg. antiq. verb. Auſtria. *Literatores illius avi*, *nequeuntes capere hujus verbi vim & interpretationem*, *ab* Auſtro, *i. e. meridie*, *conformarunt*, *quæ erat ab* Oſt, *id eſt Oriente*, Oſtraſia, *ut* Oſtrogotthia, *&* Oſtrofrancia *dicenda*, *quod eſt* Oſterrich, *orientale Regnum*. *Durat hic error in* Auſtriæ *Archiducatu uſque in hodiernum diem*: *quam rectius Græci* Ὀστρίκιον *vocant*, *ut docet Leunclavius in* Hiſtor. Muſulman. Turc. in Onomaſtic. 1. verb. Becrzſtan. Auſtri-*Germania pro Auſtraſia legitur apud Cyrinum Epiſcopum Friſingenſ. in* Vita S. Hemmerammi. Morgenreich *pro* Oſterreich, *apud Abraham. Hoſmannum Laubanenſ. in* Pompa Regii (*Matthiæ II.*) ingreſſus in ſuperior. Luſat. in præfat. ad ordin. Luſatiæ. Morgenland *apud Strickero in* Hiſtor. Caroli Magni, *& Rudolph de Embs in* Paraphraſ. Biblic.

(ε) Imperii Chriſtiani titulo] *Rhenanus in* præfat. Rer. Germanicar. ad Ferdinand. Cæſar. & lib. 1. cap. Franci in German. Secund & lib. 2. cap. 16. in fin. *Reinerus Reineccius in* Comment. de Saxon. orig. pag 8. & pag. 32. *Stumpfius* lib. 3. Chron. Helvet. cap. 100.

(ζ) Rœm. Reich Teutſcher Nation] *paſſim in* Receſſibus & Conſtitutionibus Imperii. *Simon Piſtoris* Conſil. 1. num. 8. *inter Conſilia Modeſtini Piſtoris*, *Herman. Kirchnerus* de Repub. Diſputat. 3. auct. 9. *Reinh. Kœnig in* Synopſ. jur. publ. diſc. 1. n. 40. in fin. *Theodor. Beza in* Annotat. in C Matth. c. 10. *Brandlacht in* Epitom. juriſprudent. publ. lib. 1. c. 1. n. 23. & ſeq. & c. 2. n. 8.

(η) Et initio fuerunt] *Albert. Krantz* lib. 8. Metropol. cap. 5. *Stumpfius* lib. 4. Chronic. Helvet. cap. 6. *Martin. Cromerus* lib. 1. rer. Polonic. cap. 10.

(θ) Noſtro tempore perſeverant] *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 7. *Tſchudus in* Rhæt. Alpin. deſcript. cap. 38. *Serarius* lib. 1. Rer. Moguntiac. cap. 10. in fin. D

(ι) Gallia Romana] *Reineccius in* d. Comment. pag. 8. *Hieronym. Bignonius JC. in* Not. ad Marculfi Formul. lib. 1. cap. 40. *Serarius in* Not. ad Vitam S. Kiliani lib. 1. cap. 6. *Freherus in* Diſſertat. Qua propria lingua priſci Francor. Reg. uſi. *Sic* lingua Romana *pro hodierna Francica ſive Gallica*, *Nithardo* Hiſtor. lib. 3. anno DCCCXLII. *VVandelberto in* Vita S. Goaris lib. 2. *Cui opponitur* lingua Theudiſca; *Serar. & Freher.* dictis locis. *Porro etiam* Francia Romana *pro Gallia uſurpatur* E *Luitprando Ticinenſi*, *ut obſervarunt Stumpfius* d. lib. 3. cap. 10. *Scaliger. in* Diatrib. de Lingua Europæor. fol. 125. & in Diatrib. de Hodierna Franc. Lingua, fol. 125. *Bignonius in* Not. ad d. lib. 1. cap. 40. *cui opponitur* Francia Teutonica *a Godefrido Viterbienſ. in* Panth. part. 17. *& Rhenano* lib. 1. Rer. Germanic. *Sic* Romanus homo *pro Gallo in* Legib. & Capitular. Francor. *cui opponitur* Francus, *id eſt Germanus ſeu Theutho*: 8 *ſicut apud Caſſiodorum* lib. 7. var. formul. cap. 3. F Romanus *&* Gothus, *id eſt Italus & Germanus*, *diſcriminantur*.

(κ) Gallo-Francia] *Hotomano dicitur* Franco-Gallia *in tractatu ſic inſcripto*, Celto-Galatia *Ptolomæo* lib. 2. Geograph. cap. 7. *De qua Claud. Verderius JC. in* Cenſion. in auctores pene omn. fol. 68. & ſeq. *VVolffgang. Hungerus in* Vindicat. ling. German. in Not. ad Caroli Bovilli vocab. Celtic. in verb. Wart. *& Nicol Vignerius in* Summar. hiſtor. Francor. lib. 2. in Ludovico Nihili, & Carolo Craſſo XXVIII. Rege Francor. anno G 885.

(λ) Com-

A audientiam Archiepiſcopi Senonenſis, qui ſe pro Galliæ & Germaniæ Primate, ex ejus-
dem Calvi privilegio, gerebat, & etiamnum ſcribit, unquam vellent agnoſcere: neque
etiam ſub Archiepiſcopi Trevirenſis, Galliæ Primatis multo antiquioris & juſtioris,
Archicancellariatu Gallico, ſed Moguntini Archiepiſcopi Germanico, comprehen-
dantur. (α)

4. At longe alia eſt conditio Slavorum in Bohemia (β) & Moravia, qui facta
in Germanicas illas provincias irruptione; quum eas ſibi per vim occupaſſent, a Ger-
manis bello petiti, aut ſolo uſurpato cedere, aut ſe ſuaque omnia Imperio Germa-
nico dedere jubebantur. Impares potentiæ tantæ reſiſtendæ poſterius elegerunt,
ſuppliceſque facti non gratiam modo, ſed & jus civitatis Germanicæ impetrarunt, ut
B & ſubditis uti frui liceret privilegiis civium Germanorum, & eorum Principes Regna
atque Ducatus in beneficium jure feudali & clientelari reciperent, omnibuſque ac ſin-
gulis Principum Germanorum juribus ac privilegiis qua ſacris, qua profanis, in univerſo
Imperio Romano-Germanico, non ſecus, ac ſi origine eſſent Germani, ſuaviter uti-
literque gauderent. Ex quo tempore in Regno, ditione ac poteſtate Imperii Ger-
manici, ſub Archicancellariatu Moguntini Archiepiſcopi, (γ) permanſerunt uſque ad
noſtram ætatem. Nec illis umquam officiebat linguæ Slavicæ uſus, quin nationi Ger-
manicæ adſcripti pro legitimis Germanis tam in Imperio, quam Eccleſia Romana, ub-
quequaque haberentur, eundemque Protectorem Cardinalem in Curia Romana, quem
Germanica Natio accepiſſet, & ipſi ſortirentur. Quod hodieque obſervatur tam in
C Curia, quam Academiis Italicis. (δ)

5. Ne faciam longius, huc pertinet locus Gobelini Perſonæ, (ε) Decani Bilefeldenſis
& Officialis Paderbornenſis, viri pro illo ævo cum docti tum prudentis, ſuper diſtinctione
provinciarum, ſecundum linguarum differitatem, (ζ) in hunc modum præcipientis:
*Notandum, quod ſint plures provinciæ inter Alpes & Oceanum, circa ripam Rheni
fluminis*

(α) Comprehendantur] *ſicuti hæc latius contra Thomam Murnarum exſequuntur Rhenan.* lib. 1.
Rer. German. *Henricus Bebelius in* Demonſtrat.
Germanos eſſe indigenas, *& in* libello de Laude,
antiquit. imperio, victor. rebusque geſtis veter.
German. *& in* libell. Qui ſint Helvetii, & an
D Rhenus diſterminet Germaniam a Gallia. *Hieronymus Gebvvilerus in* Libertat. German. de orig.
Francor. *&c. Hermannus Comes Nuenarius in* lib.
de origin. & ſedib. priſcor. Francor. *Conrad. Peutingerus in* Sermon. conuival. *VVimpheling. in*
Epitom. rer. German. *Irenicus in* Exegeſ. German. *ipſimet etiam Impp. Maximilianus I. &
Carolus V. Augg. in* Apologiis contra Regem Galliæ *publicatis, quas relatas legas* in Reichshand-
E lungen, *&* Conſtitution. Imperial. tom. 1.

(β) Slavorum in Bohemia] *qualis etiam eſt
Britonum in Gallia Aremorica; Venetorum in
Gallia Ciſalpina; Polybius* Hiſtoriar. lib. 2. *VVallorum in Anglia; Cambdenus in* deſcript. Britanniæ: *Saxonum in Tranſſylvania, Hungariæ provincia: Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de orig.
Bohem. & Slavor. *Preſmellanorum in Sleſia, &
Urnavaſchorum ad lacum Verbanum, in Longobardia; Tſchudus in* Rhæt. Alp. deſcript. cap. 38.

F (γ) Archicancellariatu Moguntini] *Chriſtoph.
Gevvoldus* de S. Romani Imperii Septemviratu cap.
9. verſ. penult. *Michael Geringerus JC. in* Velitat.
de S. Rom. Imp. Official. num. 22. *Vide ſubſcriptiones in* Conſtitutionibus Imperial. *& in* Reichs-
Satzungen.

9 (δ) Academiis Italicis] *Horatius Gabutius JC.
in* Statutis & privileg. almæ Univerſitat. Juriſtar.
Gymnaſii Bononienſ. *Anton. Riccobonus* lib. 1. de
Gymnaſ. Patavin. *Etiam Germanicis, ut Ingolſta-
G dienſi, in qua Bohemi ac Moravi cum Auſtriis &
Suevis ſub una natione comprehenduntur, ut teſtatur VVigulejus Hundius JC. Præſes & Conſiliarius ſupremi Conſiſtorii Bavarici, in* Metropol.
Salisburg. in tract. de Fundat. Monaſter. & Colleg.
Bavar. fol. 239.

(ε) Gobelini] *in Coſmodrom. ætat. 6. cap. 5.*

(ζ) Secundum linguarum differitatem] *quæ
diſſenſionem in natione generat, non diſtinctionem.
B. Remigius Rhemenſis in* Epiſtola D. Pauli ad Corinth. 1. cap. 14. Revera in multis linguis varietas eſt; & ubi varietas, ibi diſſenſio. *Quævis
natio ab alia ſeparatur vel propria cognatione,
ut Græcorum, Italorum, Teutonum; vel unita collectione, ut quondam Francorum; Joannes Balbus
Monachus Prædicatorius Januenſis in* Catholico,
verb. Natio: *hodie Germanorum, quorum natio
Theutones & Gallos Imperiales, Danos & Suecos,
Bohemos & Hungaros complectitur, & hoc nomine ab Italica, Gallica, Hiſpanica, & Anglica Natione diſcernitur, ut conſtat ex* Decretis Concilior. generalium, *& ex libello Romanæ Eccleſiæ,
qui inſcribitur;* Diviſiones decem Nationum totius Chriſtianitatis. *Linguarum diverſitas non dividit gentes ſub una eademque natione unitas, licet
moribus & conſuetudinibus quibusdam peculiaribus
diſſentiant. Quo reſpexit idem Balbus in verb.*
Germania, *ſcribens:* Horum (*ſcilicet Germanorum*)
plurimæ gentes, variæ armis, diſcordes habitu,
linguis diſſonæ, & origine vocabulorum incertæ.
Cui concinit Conrad. Celtes de ſitu & moribus Norinbergæ, cap. de Hercinia ſylva, in fin. *inquiens:*
In quo tractu Germaniæ, id eſt, Septentrionali,
tres nobiliſſimas gentes, Suevos, Francos & Bemos, ſylva ſuis ſaltibus claudit; moribus tamen,
& lingua, vel religione differentes. *Et de ſitu*
Germanor. cap. ult. *aſſerit, Germaniam*

Et variis populis, vario & diſcrimine linguæ,
Syderibusque ſuis, DEUS & natura tulere.

Denique

fluminis verſus Galliam proſpicientes, quæ in libris antiquis inter Galliæ partes repu- A
tantur: omnes tamen utuntur lingua Teutonica; & ideo inter provincias Teutonicas a
modernis computantur; ut ſunt Alſatia, Brabantia, Selandia, Flandria, Hollandia. Un-
de antiqui conſiderabant diviſiones provinciarum ſecundum limites & terminos montium,
& ſylvarum, ac marium: ſed vulgares moderni attendunt tales diſtinctiones ſecundum
differentias idiomatum. Unde accidit, quod illa civitas: quæ eſt in aliqua provincia
ſecundum unam conſiderationem, eſt in alia, ſecundum aliam conſiderationem. Hoc
vult dicere, Bohemos origine quidem eſſe Slavos, ſed ſitu & regione Germanos; *(α)*
ſive patriam ſuam a Teutonibus, *(β)* linguam a Slavis habere. At nos tandem imperi-
tum vulgus miſſum faciamus, & rem ipſam porro pertendentes, ad id, unde digreſſi
ſumus, revertamur. B

Denique Joh. Matth. à Sudetis JC. Bohemus, ami-
10 *cus noſter vetus, in Subſeciv. de orig. Bohem. &*
Slavorum: Nec tam nationibus, *inquit*, quam regione videtur Ptolomæus diſtinguere Sarmatas a Germania, Viſtula amne: quia Burgundinos, Guttones, aliosque Germanos numerat inter Sarmatas. *Et hac fuit ac eſt conſtans perpetuaque virorum Sapientum ſententia: quamquam ab ea ſeorſim abire videatur Munſterus* lib. 2. Coſmograph. cap. 29. in fin. & lib. 3. cap. 7. in fin. *& Henricus Chriſtophorus à Griesheim, Eques & Nobilis Conſiliarius Haſſiacus, in* Diſcurſ. Hiſtorico-politico de Comitiis Imperii Rom. German. concluſ. 68. *Quibuscum facere putatur Tacitus in German. ſcribens:* Gotinos Gallica, Oſos Pannonica lingua coarguit non eſſe Germanos; & quod tributa patiuntur: partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi, ut alienigenis, imponunt. *Sed Tacitus loquitur de origine, non de natione Germanica Situ ac Imperio, ſub qua utraque illa gens comprehendebatur, ut ipſa Taciti verba ſatis edocent, qui & ante de Oſis dixerat:* Araviſci in Pannoniam ab Oſis Germanorum natione, *& ex aliis auctoribus demonſtrat Cluverius in* German. antiq. *Hoc enim jure utimur, ut in tali caſu magis ſit reſpicienda juriſdictio, quæ ſola politice Germaniam definit, quam lingua, aſſerit Carpzovius in* Diſſertat. de Capitulat. Cæſar. cap. 5. num. 9.

(α) Situ & regione Germanos] *ita ſentit Rhenanus* lib. 1. Rer. Germanic. fol. 4. *VVillichius in* Commentar. in Taciti German. lib. 2. *Conradus* C
Geſnerus in Onomaſtic. verb. Boëmia, *Euphormio Luſinnus ſive Joannes Barclajus, JC. ſummi Pontificis Romani & Regis Magnæ Britanniæ Conſiliarius ac Legatus, in* Icone Animor. de Bohemis. *Jac. Auguſt. Thuanus* lib. 2. Hiſtoriar. ſui tempor. in princip. & lib. 56. anno MDLXXIII.

(β) Patriam ſuam a Teutonibus] *VVenceslaus Hagecius de Libotſchan Presbyter Bohemus in* Chronic. Bohem. in prolog. *& Johannes Sandelius Notarius Civitatis Cadanenſis in* præfat. in Chronica D
Hageciana *ab ſe in Germanicum ſermonem tranſlata.*

CAPUT II.

Bohemia Slavica Germaniæ noſtratis portio, in medio ejus ſita, Injuſtum quorundam Imperii Ordinum gravamen de cauſis extra Germaniam in Bohemiam extractis. Bohemia ab Imperatoribus & Ordinibus pro aliena provincia nunquam fuit habita. Comitia Imperii in Bohemiam indicta. Lingua Slavica non exterminat Bohemos ex Germania. Cauſa alienationis Bohemorum ab Imperio fuit exauctoratio Wenceslai Cæſaris, eorum Regis, & ſchiſma Huſſiticum eam ſubſecutum. Jus retorſionis Germanorum in Bohemos. E

Diximus, non modo priſcos illos Bohemiæ colonos fuiſſe Germanos, ve-
rum etiam ſucceſſores eorum Slavos Zecchios in Germanorum numero
reponendos eſſe, ipſamque Bohemiam cum Moravia in præcipuo Germani-
11 corum Principatuum gradu collocandam. Id nunc ita eſſe, probatorum au-
ctorum teſtimoniis & exemplis evincemus. Eginhardus, ſive is ſit Einhar-
dus ex fide vetuſtorum codicum nominandus, Caroli Magni Imperatoris Cancellarius
& gener, in libro de vita & geſtis ejuſdem Caroli Magni, ſcribit: *Omnes barbaras ac*
feras nationes, quæ inter Rhenum ac Viſtulam fluvios, Oceanumque & Danubium poſi-
tæ, lingua quidem penè ſimiles, moribus verò atque habitu valde diſſimiles, Germaniam
incolunt, perdomuit: inter quos fere præcipui ſunt Boëmani, &c. Anonymus vetus F
Monachus Benedictinus in Vita S. Adelberti Pragenſis Epiſcopi, in princip. *(α) Eſt*
locus in partibus Germaniæ, dives opibus, præpotens armis, ferocibusque viris, quem
incolæ

(α) Vita S. Adalberti] *qua exſtat in* Rerum Bohemicarum antiquis Scriptoribus *a Frebero collectis, ubi Coſmæ Pragenſi adſcribitur: & in* Antiquæ lectionis tom. 5. part. 2. *ab Henrico Caniſio JC. Ingolſtadienſi in lucem protracta. Diverſa eſt vita S. Adelberti Confeſſoris & Levitæ à Cœnobitis Medelocenſibus ſcripta, apud Laurentium Surium, Carthuſianum Colonienſem*, tom. 3. de Probatis Sanctorum hiſtoriis.

A *incolæ Boemiam cognomine dicunt.* Similia habet Coſmas Pragenſis Epiſcopus, (*) qui electus fuit anno Chriſti nati MXC. in *Chronic. Bohem. in princ.* Fridericus II. Imper. (α) Regi Bohemiæ in hæc verba reſcripſit: *Pontificem Romanum inſidiari nationi orbis reginæ* (id eſt Germaniæ) *ideo dare illum operam, ut ejus* (ſcilicet Germaniæ) *valentiſſimas gentes, Bojemos, Teutonas, &c. committere quovis queat modo.* In Decretis Concilii Lugdunenſis in Gallia anno MCCXLV. celebrati: (β) *Magnates Alemaniæ, Rex Bohemiæ, Dux Lotharingiæ,* &c. Matthæus Paris Conſiliarius Regis Angliæ in Hiſtor. majore, de Richardi Cæſaris electione ſcribit: *Hi ſunt maximi in Alemania, ad quorum nutum pendet electio ipſius Regni* &c. *Rex Bohemiæ, Comes Palatinus de Rheno* &c. Tancredus Bononienſis JC. in *Provinciali* (γ) *ſeu Annotat. Epiſcopatuum*
B *totius orbis*, inter Suffraganeos Archiepiſcopi Moguntini in Alemania numerat Pragenſem & Olomucenſem Epiſcopos. In *Decretis Conciliorum Conſtantienſis & Baſilienſis*, (δ) Epiſcopi & Prælati Bohemiæ, Moraviæ & Sileſiæ in Natione Germanica (ι) reponuntur. Quin & ipſum regnum Bohemiæ in eadem Natione recenſetur, cum in dictis *Conciliorum Decretis*, tum in *Practica Cancellariæ Apoſtolicæ.* (ζ) In Matricula Imperii in Comitiis Norinbergenſibus anno MCCCCLXVII. contra Turcas inſtituta, in fine legitur; *Item, Nachdem Bœheim, Mæhren, Schleſien, Luſitz, auch Egerer und Elnbogner Kreyß, auch zu der Teutſchen Nation gehæren.*

2. Leopol-

(α) Fridericus II. Imp.] *apud Aventinum* lib. 7. Annal. Boior. fol. 541.

C (β) In Decretis Concilii Lugdunenſ.] *apud Matthæum Paris in* Hiſtor. major. fol. 655. & *apud Severinum Binium, Canonicum Colonienſem*, Tom. 3. Concilior. general. part. 2.

(γ) In Provinciali] *quod refert etiam Petrus Rebuffus JC. & Advocatus Pariſienſis, in* Praxi beneficiorum *poſt practicam Cancellariæ Apoſtolicæ,*
12 *ſub hoc titulo:* Provinciale omnium Eccleſiarum Cathedralium univerſi orbis: *idque ſe excerpſiſſe dicit ex* libro Cancellariæ Apoſtolicæ. *Verba hæc*
D *ſunt:* In Alemania Archiepiſcopus Moguntinenſis hos habet ſuffraganeos: Pragenſis, caput Regni Boemiæ. Marovienſis vel Olomenſis. *leg.* Olomucenſis: *quo pacto etiam reſtituendum eſt in* Taxa annatar. Rom. Eccleſiæ, *ubi vulgo legitur* Olonincenſis. *Videatur Aubertus Miræus, Canonicus Antuerpianus, in* Not. Epiſcopatuum totius orbis.

(δ) In Decretis Concilior. Conſtantienſ.] *apud eundem Binium* dict. tom. 3. Concil. general part. 2.
E & tom. 4. part. 1. & *Joan. Stumpfium* in Beſchreibung des groſſen allgemeinen Concilii zu Coſtentz gehalten, part. 1. ſeſſ. 7. & ſeſſ. 12. fol. 70.

(ι) In Natione Germanica] *Bohemiam & Moraviam, earundemque Epiſcopos, in Germania ponit & enumerat Renatus Choppinus JC.* lib. 1. de ſacra politia tit. 3. n. 8. in fin. & lib. 2. tit. 4. num. 16. in princip.

(ζ) In Practica Cancellariæ Apoſtolicæ] *apud Rebuffum dicto loco. Adde etiam librum* de Di-
F viſionibus decem Nationum totius Chriſtianitatis, *& libellum Gallice ſcriptum ab innominato auctore ſub indice*; La diviſion du Moude, &c.

(*) Dubravius, Hagecius, Paprocius, Pontanus, aliique, qui de Epiſcopis Pragenſibus ſcripſerunt cum Goldaſto Coſmam Epiſcopum & Decanum unum eundemque fuiſſe volunt, ita ut primo fuerit Decanus, poſtea Epiſcopus Pragenſis. Verum alius plane eſt *Coſmas Epiſcopus*, alius *Coſmas Decanus*, nam [1] Coſmas Decanus in
G præfatione ad Gervaſium Mielnicenſem Præpoſitum ait ſe ſcribere Chronicon Bohemiæ ſub Henrico IV. Imperatore & Papa Calliſto, tempore Wladislai Ducis Bohemiæ, & Hermanni Pragenſis Eccleſiæ Præſulis; atqui hi omnes, & Henricus & Calliſtus & Wladislaus & Hermannus poſt Coſmam Epiſcopum Pragenſem vixerunt: Coſmas enim Epiſcopus electus eſt anno 1091. obiit vero anno 1098. [quod omnes nemine reclamante fatentur] huic ſucceſſit Hermannus ex Præpoſito Boleslavienſi electus A. 1098. juxta Hagecium (Coſmas qui interfuit, poſuit annum 1099.) obiit vero anno 1122. Poſt hunc *Meinardus fit Præſul in ordine denus*, ut canit idem Coſmas. Conſtat etiam Calliſtum Papam ab anno 1119. uſque ad annum 1124. Apoſtolicam ſedem tenuiſſe. Jam vero Coſmas *Decanus* & Scriptor, cum Hiſtoriam ſuam uſque ad Sobeslaum I. Bohemiæ Ducem deduxiſſet, in epilogo ait: *ſe hiſtoriam inchoaſſe ſub Epiſcopo Hermanno, omnique eſſe mortuum.* Nonne vides repugnare tempora, neque ſinere, ut unum eundemque Coſmam [& *Epiſcopum* & *Decanum* Annalium Scriptorem] eſſe credamus. [2] Cum Hermannus anno 1099. in Pannonia Epiſcopus a Seraphino Strigonienſi ungeretur, Coſmas *Decanus* narrat: *ſe ſacerdotio primum eſſe initiatum*, atque Coſmas Epiſcopus anno 1098. mortuus eſt, qua ratione igitur *Coſmas Decanus* Epiſcopus eligi potuit anno 1091. cum nonniſi poſt ſeptem annos ſacerdotium ſuſceperit. Objici poteſt: *Coſmas Decanus* de Coſma Epiſcopo ab Imperatore confirmato anno 1092. ſcribens, quaſi de ſe ipſo loquitur [*lib. II.*] *ſiniſtra finiſter rumor noſtras diverberat aures*, item anno 1086. ait: *ſe interfuiſſe cum Henricus Imperator privilegium Eccleſiæ Pragenſis ſignaret*, & *lib. III.* ad ann. 1094. cum Coſmas Epiſcopus eſt ordinatus, ſubdit: *in medio pernoctavimus campo.* Reſpondeo *Coſmam* adfuiſſe non ut *Presbyterum* [id enim fieri non potuit, cum ſit primum anno 1099. ſacerdotio initiatus, ut ipſe fatetur] multo minus ut *Epiſcopum*, ſed ut *familiarem Epiſcopo*, atque itineris comitem, quo reſponſo tota objectio dejicitur. Neque dici poteſt ab aliquo poſt *Coſmam* mortuum, quæ in hiſtoria ejus inveniuntur, adjecta eſſe, ut in aliis quoque Hiſtoricis factum eſſe animadvertimus, in Sigeberto, Reginone, Ottone Friſingenſi, Hermanno Contracto &c. quibus alii appendices adjecerunt, tum quia ipſemet Coſmas Decanus initio

2. Leopoldus de Bebenburg, Epiſcopus Bambergenſis, in tract. *de Juribus* A
Regni Francorum & Imperii Roman. cap. 2. ſcribit in hæc verba: *Ludovicus* [Pii filius]
habuit Orientale Regnum Francorum, ſcilicet totam Germaniam uſque ad Rheni fluenta,
& nonnullas civitates cum adjacentibus pagis [i. e. territoriis] *trans Rhenum: & voca-*
tus eſt Rex Germaniæ. Et intellige Germaniam, Bohemia, Pannonia & Moravia in-
cluſis. Et *cap. 3. fol. 23. Licet poſteritas Caroli Magni diu habuerit Regnum & Imperium*
Francorum tamen regnum & Imperiū hujuſmodi fuit diviſum tempore Imperatoris Lotharii.
Cujus Regni diviſi una pars fuit tota Germania, Pannonia, Bohemia & Moravia incluſis, quam
ex diviſione hujuſmodi Ludovicus, frater dicti Lotharii Imperatoris, in portione hæreditatis ob-
tinuit. Cui adſtipulatur Gobelinus Perſona *in Coſmodrom. ætat. 1. cap. 5.* ſcribens: *Item rurſus*
incipiendo verſus meridiem, provinciæ Germaniæ ſunt Cracovia, Polonia, Bohemia, Sla- B
vonia; quæ provinciæ omnes utuntur lingua Gothica vel Slavonica. Sed omnium diſer-
tiſſime Æneas Sylvius Piccolomineus, Sigiſmundi, Alberti II. & Friderici III. Impp.
Conſiliarius, Cardinalis & Archiepiſcopus Senenſis, & tandem factus Pius II. Pontifex
Maximus, *in Hiſtor. Bohem. cap. 1. Bohemia* [inquit] *in ſolo Barbarico trans Danubium*
ſita. Germaniæ portio eſt, &c. nec alia Bohemiæ, quam Teutonum terra, conjungitur.
Et *in Commentar. de Europæ ſtatu ſub Friderico III. Imp. cap. 17. Bohemia intra limites*
Germaniæ incluſa, ſola Aquilonibus expoſita eſt, habens ad Orientem Moravos & Sleſi-
tarum partem; ad Aquilonem Saxones & Miſnenſes; ad Occidentem, agrum Noricum;
ad Meridiem, Auſtriam & Bavariam undique Germaniæ populis cincta. Et in *Orat.*
de Conſtantinopol. clade & bello contra Turc. congregat. habita ad Ordines Germaniæ in C
Comitiis Francofurdianis anno MCCCCLVI. *Soli ex alienis in veſtro ſolo Bohemi ſedent,*
potentiſſimi & nobiliſſimi populi. Sed & illi veſtro Imperio parere ſe ajunt, Regemque
habent veſtri ſanguinis Nobiliſſimum Ladislaum. Hucuſque produximus teſtes ex media
ætate: qui ſequuntur, Patrum & noſtra memoria vixerunt.

13 3. Jacobus Spiegelius JC. & Conſiliarius Cæſareus, in *Scholiis ad Guntheri Li-*
gurinum lib. 5. in princ. Boemiam Germanici Imperii Regnum fuiſſe, nemo negare poteſt.
Sebaſt. Münſterus in *Coſmograph. lib. 3. cap. 501. Bohemiæ regio Germaniæ limitibus in-*
cluſa, ſylva Hercinia, tanquam nativo muro, undique cingitur. Et in *Deſcription.*
German. pro Tabula Nicolai Cuſæ intelligenda, *cap. 2. Quum Bohemia contineatur in-*
tra Germaniæ limites, undique piceis cincta arboribus, atque vallata montibus, Germa- D
niæ connumeratur. Joan. Boëmus Aubanus *lib. 3. de Moribus gent. cap. 11. Boemia re-*
gio Germaniæ limitibus incluſa. Hugwaldus Mutius (α) Helvet. *in Chron. German.*
lib. 1. fol. 7. Noſtro tempore Germaniæ regiones appellantur hoc genus nominibus, &c.
Boemia, Schleſia, Polonia, Bavaria, Pannonia. Joannes Dubravius Epiſcopus Olo-
mucenſis *lib. 1. Hiſtor. Bohem.* in princip. *In Germania ſita eſt Bohemia.* Et *lib. 9.* te-
ſtatur, *Boemos Germanis permixtos ipſam Germaniam inhabitare.* Martinus Boregk
Vratislavienſ. *in Chron. Bohem.* in princip. *Das Bœhmerland iſt eine Gegend in Teutſch-*
land, &c. Georgius Agricola *in Orat. de Bello adverſus Turcam* ad Ferdinandum Re-
gem & Principes German. *Bohemiam in Germania ſitam eſſe, nemini dubium credo;*
Germanis etiam parere Satrapis, quorum nonnulli licet linguam mutarint, ipſos tamen E
priſcarum familiarum nomina, quæ adhuc retinent, ſatis Germanos eſſe declarant. Joa-

« initio libri ait: ſe ſcribere ſub Epiſcopo Her-
« manno, qui tamen Epiſcopo Coſmæ ſucceſſit,
« tum quia totius hiſtoriæ uniformis eſt ſtylus.
« Notandum etiam hic eſt vulgo Coſmæ adſcribi
« *Vitam S. Adalberti*, uti Freherus, aliique fece-
« runt; verum male, nam ex ſtyli diverſitate di-
« verſus Scriptor noſcitur, tum quia Coſmæ Chro-
« nicon Vitæ S. Adalberti in pluribus contradicit,
« ex. gr. Ditmarum Epiſcopum Pragenſem primum
« Coſmæ Chronicon mirum in modum commen-
« dat ut Præſulem ſanctiſſimum: At vero Auctor
« Vitæ S. Adalberti eundem Ditmarum condemnat,
« & ait raptum eſſe in Tartara. Obiit Coſmas
« Pragenſis Decanus anno 1125. 21. Octobr. cum
« octoginta annos implevisset. Hæc Balbinus in
Epitom. Rer. Bohem. lib. III. c. 8. in not. Confe-
rantur ejus Miſcellanea *cap. 22. §. 1.* ubi præſertim
Goldaſtum exſibilat, quod in his Commentariis
fere ſemper Hiſtoricum illum Bohemicum Coſ-
mam *Epiſcopum* vocet, quem *Decanum* dice-
re debuiſſet. Potius notandi a Balbino fuiſſent
ipſi Bohemici Scriptores, quos ſupra laudavimus,
qui Goldaſto hoc in capite præiverunt. Quam
facilis autem ſit in rebus ejusmodi lapſus, vel ipſe
exemplo ſuo probat Balbinus, dum Theodericum
a Niem *Virdunenſem* appellat Epiſcopum, qui
omnium conſenſu Præſul *Verdenſis* in Saxonia F
fuit.

(α) Hugvvaldus Mutius] *qui ab imperitis nunc* Huldricus, *nunc* Henricus, *nunc aliter prænominatur: quum illud ei fuerit nomen a parentibus inditum, habitantibus in villario Stecken proxime Epiſcopicellam urbem Turgoviæ Helvetiorum, e regione prædii paterni Eſpen, mihi natalis Solis, in quo ego primam hujus lucis uſuram accepi anno Chriſti nato 1576. in feſto Epiphaniæ.*

A chimus Camerarius Papæberg. in *Orat. ad Principp. Chriſtian. de Bello Turcico: Bohemia ſubdita Regi noſtro* (ſcilicet Ferdinando I. Cæſari) *& ipſa noſtra putanda eſt.* Georg.
Fabricius Chemnicenſ. *in Poemat. Germanos inter populos Bojemia Regnum Conſtituit. &c.*
Lottinus, Legatus Venetus apud Cæſarem, in *Practica ſeu Theſauro politicæ ſapientiæ part. 1. in relat. de Aula & Regno Imperatoris Roman.* (α) *Undique Regnum hoc Germanis populis circumſeptum eſt. Terminatur enim ab Septentrione, Sileſia, Luſatia, & Miſnia; ad Occaſum Franconia ſive Norico, Voitlandia & Palatinatu ſuperiori; ad Ortum Moravia ac Sileſiæ parte. In longum ab Ortu in Occaſum habet millliaria Italica centum ſexaginta; in latum vero ſive a Borea in Auſtrum, centum & quatuor.* Franciſcus Sanſovinus, JC. Italus, *de Gubernat. & adminiſtrat. diverſor. Regnor. & Rerum-*
B *public. lib. 4. cap. de Germania; In Germania ſunt præterea duo Regna, Daniæ & Bohemiæ.* Et poſtibi; *Superior Germania habet iſtas regiones, &c. Bavariam, Auſtriam, Styriam, Moraviam & Bohemiam.* Joannes Boterus, JC. Italus, *in Politia Regia, de Imperio Roman. fol. 58. Germania in plures provincias diviſa eſt, ſed præcipue ſunt (loquor de iis, quæ viva membra Imperii ſunt) Auſtria, Bohemia (quamvis hæc multis privilegiis gaudeat, quæ eam ab oneribus eximunt) Moravia, Sileſia, Luſatia, &c.* Hieronymus Contarenus Epiſcopus Juſtinopolitanus, *in Deſcript. totius orbis, in Germania, fol. 17. In Germania hæ ſunt regiones, Saxonia, Bavaria, Auſtria, Boemia, Marcomandia, id eſt, Moravia.* Jacobus Auguſtus Thuanus *lib. 56. Hiſtoriar. ſui tempor.* anno MDLXXIII. *in Germania Boemi, Sileſii & Moravi.* Serhus Calviſius *in*
C *Oper. Chronologic.* anno DCXLV. *Dalmatæ Slavi, Duce Zecchio, in Germania Regnum* 14
Bohemorum occupant. Aubertus Mireus Canonicus Antverpienſ. *in lib. de Reb. Bohemic. cap. 1. In Germania ſita eſt Bohemia, &c.* At quorſum me abripit tum veritatis vindicandæ feruor, tum illorum invidia, quos tantis Europæ luminibus obſtruere, quod in ſe eſt, nec pudet nec pœnitet? Quis enim eſt tam obſtinax in ſuæ mentis præconcepta opinione, quem tot non recentium modo, non privatorum, non profanorum, ſed & veterum, & illuſtrium, & ſacrorum hominum, conſentientes ſententiæ (β, haud dicam movere, ſed convincere ac obſtringere non debeant?

4. Nec Germaniæ tantum portio eſt Bohemia noſtra, verum etiam in medio ejus (γ) ſinu poſita, ut ſupra indicavimus; & porro aſſerit Conradus Celtes Protucius in li-
D bello *de ſitu & moribus Germaniæ*, ita canens;

Boemos-

(α) In Practica ſeu Theſauro politicæ ſapientiæ] *interprete Philippo Honorio, ſive potius Julio Bello Juſtinopolitano, primum Cardinalis Valerii Veronenſis Romæ, dein Cardinalis Dietrichſteinii in Moravia Secretario, qui hoc opus ex Italico in Latinum ſermonem convertendum me auctore ſuſcepit.*

(β) Conſentieotes ſententiæ] *quibus inſuper calculum ſuum ex animi ſententia addunt, Albertus Krantzius, Decanus Hamburgenſis,* lib. 1. Wan-
E dalię cap. 4. *Joannes Carion, Mathematicus Brandeburgius,* lib. 3. Chronic. anno CCCCXXVII. *Franciſcus de Roſieres, Archidiaconus Tullenſis, in* ſtemmat. Ducum Lotharing. tom. 4. in hiſtor. cap. 68. fol. 233. *Georg. Agricola* de Veteribus & nov. metall. lib. 1. *Althamerus in* Scholiis in Taciti German. in princ. *Munſterus in* Coſmograph. lib. 3. & in Deſcript. German. cap. 2. *Joh. Stumpfius* lib. 2. Chronic. Helvet. cap. 4. fol. 58. *Irenicus in* Exegeſ. German, lib. 1. cap. 42. *Conradus Geſnerus,*
F *Medicus Tigurinus, in* Onomaſtic. verb. Boemia, *Joſephus Roſaccius in* Mundo elementari & cœleſti, *Joachimus Cluten a Parchum, JC. & Profeſſor Argentoratenſ. in* Syllog. rer. quotidian. cap. 24. lit. e. *Marq. Freberus in* Not. ad lib. 2. Petri de Andlovv cap. 2. *Thomas Lanſius, JC. & Conſiliarius VVirtenbergicus, in* Conſultat. de Provinciar. Europæ inter ipſas principatu, in Orat. pro German. *paſſim, Daniel Otto JC. in* Diſſertat. de Jur. publ. Imp. Rom. cap. 10. *Quirinus Cubachius JC.* lib. 2. Jurispru-
G dent. Germano-public. cap. 6. n. 27. *Auguſtus Viſcherus, JC. & Conſiliarius Electoralis Trevirenſ. in* Diſcurſ. de Election. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. quæſt. 4. *Jodocus Hondius in* Atlante minor. in deſcript. German. *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog Regum. Bohem. in topograph. regni Bohem. deſcript. ſect. 1 in pr. *Dominicus Arumaus in* Diſcurſ. 4. ad Aur. Bull. concluſ. 18. *Georg. Gumpeltzhaimerus in* Diſputat. de Regalib. concluſ. 115. *Reinhardus Kœnig JC. in* Theatro polit. part. 1. cap. 30. n. 32. *Æmilius Chreggrene Saxo, vel verius Michael Geringerus Hojanus JC. in* Velitat. de ſeptem ſacri Rom. Imp. Officialib. n. 22. *denique Lexicographi, Dictionarii & Nomenclatores plereque omnes, quos inter honoris & doctrina cauſſa nomino Petrum Daſypodium adoleſcentia mea magiſtrum, Joſuam Piſtorium ſive Malerum Senio rem, tum Eccleſiaſten Epiſcopicellanum, qui me recens natum ſacra unda tinxit, Johannem Friſium Tigurinum parentis mei amicum,* in Dictionariis; *Hadrianus Junius, Medicus Hornanus, excellentis vir doctrina; Martinus Cruſius,* 15
Nicodemus Friſchlinus, Adamus Siberus in Nomenclatoribus *ſive* Gemma Gemmar. *Sethus Calviſius in* Theſauro Latin. ſermon. *Solus Bartholomæus Anglicus Bohemiam non in Germania, ſed juxta Germaniam ponit,* lib. 15 de Proprietat. rer. cap. 30.

(γ) In medio ejus] *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 501. *Johan. Baptiſta Eyſen in* Deductione Bohemic. membr. ſeu part. 3. circa princ. *Joan. Jeſſenius a Jeſſen Rector & Cancellarius Aca-*

demiæ

Boemosque feroces, A
Quos medio nutrit bellax Germania tractu.

Joan. Boterus in *Relation. univerſal. lib. 1. cap. de Boemia; Boemi loquuntur in media Germania Slavonice.* Cyriacus Spangenbergius in *Chronic. Saxon. cap. 1.* de duodecim Europæ Regnis: *Das neundte, Bœhmen mitten in Teutſchland gelegen.* Pantaleo Candidus *lib. 1. Bohemaid. in princip.*

Ceſta Ducesque cano populi, quem Boide ſylva
Continet in medio Teutonis ora ſinu.

5. Hinc omnino factum eſſe puto, ut in Comitiis Mergetheimenſibus (α) anno MCCCLXXXVII. a Wenceſlao Cæſare, eodemque Bohemiæ Rege, celebratis, in diſtributione circulorum Imperii, [*] primæ partes delatæ fuerint Regno Bohemiæ cum ſubje- B
ctis ſibi Principibus, Comitibus, Baronibus, terris & hominibus ad Coronam Regni ſpectantibus, ut habent Decreta eorundem Comitiorum, quem vulgo Receſſum barbara voce appellant.

6. Quæ cum ita ſint, uti hucusque a nobis commonſtratum eſt, non queo nec poſſum ſatis mirari quorundam Imperii Ordinum invidioſam querelam de proceſſibus Aulæ Cæſareæ Pragenſis, & cauſſis extra Germaniam in Bohemiam extractis, olim contra Sigismundum, nuper admodum Rudolphum II. Imperatores prudentiſſimos, & pacis publicæ communisque ſalutis ſtudioſiſſimos, inſtitutam. Eam primi omnium Ericus Lawenburgius, & Henricus Sleswicenſis Duces, ſuper nullitate proceſſuum, ut ipſi ajebant, & iniquitate ſententiarum a Sigismundo Imp. Pragæ in Bohemia, Brunnæ in C
Moravia, & Budæ in Hungaria latarum, excitarunt, provocatione ad ſummum Pon-
16 tificem Romanum, & Patres Concilii Baſilienſis, interpoſita. Quam tamen Imperator, de conſilio Electorum cæterorumque Imperii ordinum, in publicis Comitiis, ceu frivolam & temerariam, mature prudenterque caſſavit atque irritavit, interdicta Patribus Concili in cauſſa Lawenburgica, (β) & Theodorico Archiepiſcopo Colonienſi, Martini V. Pontificis Maximi Commiſſario, in cauſſa Sleswicenſi, (γ) cognitione incompetente.

7. Intentionem autem ſuæ appellationis fundabant in neſcio quo Privilegio (δ) Principibus Imperii Germanici conceſſo, in quo cautum eſſe prætendebant, ne cauſſæ eorum, ſive ſint civiles, ſive criminales, extra Germaniam extrahantur, neve alibi, quam D
in ipſa Germania a Germanis judicibus dijudicentur, ac definiantur: idque exſtare dicebant in archivo Comitis Schwartzenburgii in Thuringia, qui ejus eſſet conſervator (ε) a Cæſare & ordinibus conſtitutus, quemadmodum ex ipſis Actis & Documentis

 Can-

demia Pragenſis in Programmat. de funere Alberti Jani Baronis Smiraicii, &c. *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronologic. Judicum, Duc. & Reg. Bohem. ſerie, fol. 4. in fin.

(α) In Comitiis Mergetheimenſibus] *quorum Decreta, quoad hunc locum, refert Chriſtoph. Lehmannus* lib. 7. Chronic. Spirenſ. cap. 68.

(β) In cauſſa Lawenburgica] *in Actis Concilii Baſilienſ. apud Binium* tom. 4. Concilior. gener. part. 1. *& meminerunt Georg. Spalatinus in* Chronic. und Herkommen der Churfürſten und Fürſten des lœbl. Hauſs zu Sachſen part. 2. *Georg. Fabricius* Origin. Saxonicar. lib. 6. *Marq. Freherus in* tract. vom Furſten-Recht, *quem inſcripſit*, kurtzer und gegründeter Bericht uber die Frag, ob die Rœm. Kayſ. Maj. in Sachen Furſtenthum, &c. belangend, allein und zwar durch dero Reichs-Hoffræth, oder mit Zuziehung der Chur und Fürſten, zu erkennen und zu ſprechen, fol. 4. & fol. 11. *Ludov. Perſona, JC. & Conſiliarius Saxonicus, in* Orat. de Witteberga, *And. Knichen* de Saxonico non provoc. privileg. verb. Electorum cap. 2. *Anton. Colerus, JC. & Patricius Lubecenſis, in* Diſſert. de Jure Imper. German. ſect. 24. *Theodorus Reinking, JC. & Vicecancellarius Haſſiacus in Principatu Marpurgenſi*, lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſſ. 4. cap. 19. n. 4. *Dominicus Arumaus JC. in* Diſcurſ. Academic. de Jure publ. vol. 1. p. 188. *Sueuius apud eundem* vol. 2. pag. 191. *Calviſius in* Chronolog. anno 1426.

(γ) In cauſſa Sleswicenſi] *Johannes Peterſen, Superintendens Wagriæ, in* Chronic. Holſat. part. 3. *Arnoldus Huitfeldius, Cancellarius Regni Daniæ, in* Chronic. Danor. in vita Erici X. Regis. E
David Chytræus in Hiſtor. Saxon. lib. 2. *Meminerunt hujus controverſiæ & alii ſcriptores, ut Andreas Angelus in* Chronic. Holſat. lib. 2. *Jonas ab Elverfeld, Eques Holſatus, ſive is ſit Henricus Rantzovius, Produx Regius, in* Cherſoneſi Cimbr. annal. de Holſatia ejusque ſtatu, claſſ. 1. *Ludolph. Schraderus JC.* Conſil. 21. *vol. 2. Erneſtus Cothmannus* conſil. 3. vol. 4.

(δ) In neſcio quo privilegio] *cujus etiam mentio fit* in Kayſerlichem und Kœniglichem Land- und F
Lehen-Recht part. 1. tit. 39. §. 1.

(ε) Conſervator] *iidem Auctores, & Gryphiander in* commentar. de Weichbild. Saxon. cap. 60. n. 16.

[*] Repetit hæc Goldaſtus *lib. II. c. 16. §. 2.* & *lib. IV. cap. 8. §. 2.* Male ob id audit apud permultos, quod inde Circulorum in Imperio originem deducat. Vid. quæ notata ſunt ad *lib. IV. c. 8. §. 2.* G

(α) A fide

A Cancellariæ Ducalis Gottorpianæ, & Regalis Haſnianæ, in literas a fide dignis ſcripto-
ribus eſt relatum. (α)

8. Noſtra memoria eandem querimoniam ex Capitulatione Cæſarea reſuſcitarunt 17
Proteſtantes Electores ac Principes, (β) inprimis Civitates Imperiales, in ſuis Grava-
minibus Imp. Rudolpho II. Aug. pacifico, oblatis anno MDCI. Nec illi ſolum genera-
tim, ſed & poſſeſſores Principatuum Juliacenſium, (γ) Erneſtus Marchio Branden-
burgius, & Wolffgangus Wilhelmus Palatinus Neoburgius, eampſe querelam ſuorum
principalium nomine anno MDCX. repetiverunt. Sed Imperator glorioſiſſimus peræque,
ac ipſius Succeſſor Matthias Auguſtus frater, inſuper habita illorum invidioſa proteſta-
tione, proceſſus Aulicos in Bohemia (δ) continuavit, magno cum potiorum & ſanio-
B rum Imperii Statuum, ſacri profanique ordinis, aſſenſu & approbatione: nec ipſi non
queritantes herbam dare, & de ſuo prætenſo gravamine (ε) tandem cedere coacti
ſunt.

9. At, inquiunt, ipſemet Imperator Rudolphus II. vi veritatis & ordinum Pro- 18
teſtantium demonſtratione adactus, Bohemiam a Germania ſeparatam eſſe diffiteri non
potuit. (ζ) Sed pace illorum dixerim, ſi Imperator invictiſſimus nunc reviviſcat, quin
negaturus, id ſibi umquam in mentem veniſſe, nedum ut publice fateretur, nullus ad-
dubito. Et contrarium plane, ac iſti dicunt, a Conſiliariis Aulicis, e quibus non nemo
adhuc ſuperſtes degit, tam in Decretis, quam aliis ſcriptis exceptivis, aſſeritur: nec
ipſi Proteſtantes in libellis ſupra memoratis inficiantur, & *Acta Comitiorum Ratisponen-*
C *ſium anno* MDCVIII. habitorum, abunde evincunt. Ecquid, amabo, illud ſibi vult,
quod idem Imperator Rudolphus in *Conſtitut. de Pace religionis in Bohemia, anno* MDCIX.
promulgata §. 8. decrevit, inquiens: *Dann vvir ſie* (ſcilicet Bohemos) *auch in die-
ſem allem bey dem Frieden des heiligen Reichs, vvegen der Religion auffgericht, der
Religionfried genannt, als ein vornehmes Glied des heiligen Reichs, bleiben laſſen.* An-
non verbis hiſce clariſſimis teſtatur, Bohemiam eſſe præcipuum Imperii Germanici
membrum?

10. Pergunt & hoc ariete muros Bohemiæ pulſare, quod Electores ac Principes Im-
perii Bohemiam pro Germaniæ provincia, ne quidem tempore Caroli IV. & Wences-
lai, Cæſarum, ac Bohemiæ Regum, agnoverint: adducuntque in teſtimonium *Acta &
librum*

D (α) A fide dignis Scriptoribus] *Krantzio* lib. 6.
Saxoniæ cap. 38. Peterſeno d. part. 3. an. MCCCCXXIV.
Spangenberg. lib. 4. Chronic. Schavvenburg. cap. 5.
verſ. da tratt einer, & verſ. darauff der Kayſer,
Huisfeldius ibidem, *Chytræus* d. lib. 2.

(β) Proteſtantes Principes] *Bernhardus Bertra-
mus JC. in* Diſſertat. de Comitiis Imp. Roman. Ger-
man. membr. 2. concluſ. 24. *Benedictus Carpzovius,
JC. & Conſiliarius Saxonicus, in* Diſſert. de Capitu-
lat. Cæſar. ſive Lege Reg. German. cap. 5. num. 9.
E *Mich. Geringerus in* Velitat. de Septem S. Rom.
Imp. Official. n. 22. *Auguſt. Viſcherus in* Diſcurſ.
de Election. Regis & Imp. Roman. concluſ. 10.
n. 44. quæſt. 4. *Videantur* ſchrifftliche Auſsfüh-
rung der Chur- und Fürſten und Stænden von den
Kayſerlichen Hoff-Proceſſen, im Febr. an. MDCI.
zu Prag ubergeben: *nec non Anonymi cujuſdam*
Bedencken uber den Kayſerlichen Hoff-Proceſs,
auff der Kayſerlichen Majeſt. Reſolution auff obge-
dachte Auſsfuhrung am 20. Auguſti ejuſdem anni
F ertheilt, *quod is auctor in Comitiis Ratisponenſibus
anno* MDCVIII. *inſtituit: item* hochvvichtige und
denckvvürdige Copeyen und Schrifften, ſo zvvi-
ſchen der Rœm. Kayſ. Maj. Rudolpho II. und et-
lichen Churfürſten, Fürſten, Stædten und Krayſs-
Stænden, in puncto gravaminum anno MDXC. zu
Prag, MDCIII. zu Regenſpurg, *item* ſonſten an-
nis MDCIX. und folgends ſind abgeloffen: *denique
Anonymi Juriſconſulti* Informatio juris & facti, vvie
es mit den am Kayſerlichen Hoff vvider die Stadt
G Donavverd auſsgegangenen Proceſſen, &c. be-
ſchaffen ſey.

(γ) Poſſeſſores Principatuum Juliacenſium] im
Auſsſchreiben an alle Chriſtliche Potentaten,
Chur- und Furſten, auch ins gemein an alle und je-
de Stænde, Glieder und Unterthanen des H. Rœ-
miſchen Reichs, &c.

(δ) Proceſſus Aulicos in Bohemia continuavit]
Auctor innominatus in der nothvvendigen Erinne-
rung *contra dictam* Informationẽ Donavverdicam
part. 2. *Quem auctorem Mart. Magerus JC. in* Ad-
vocat. armat. *audacter laudat VVilhelmum Jocher
JC. & Conſiliarium Bavaricum: ubi & ipſius Infor-
mationis auctorem nominat Sebaſtianum Fabrum
I. V. Doctorem.*

(ε) De ſuo gravamine cedere coacti ſunt] *ut
videre eſt in eorum* Gravaminibus Ratisponæ anno
MDCVIII. *item in* Commiſſione & Vorttrag *Chri-
ſtiani Principis Anhaltini nomine Unitorum ſta-
tuum Praga anno* MDCIX. *& in Correſpondentium*
Gravaminibus Ratisponæ anno MDCXIII. *oblatis:
in queis nulla ejus ulterior fieri mentio, ſed quo-
dammodo injuſtum relinqui ac præteriri animad-
vertitur. Videantur ipſa* Gravamina in gründli-
cher *Relation* des jenigen, ſo bey dem *in anno*
MDCXIII. zu Regenſpurg vorgevveſenen Reichs-
Tag von der Evangeliſchen correſpondirenden
Chur-Fürſten und Stænde, Geſandten und Ab-
geordneten verhandelt vvorden, lit. A.

(ζ) Diffiteri non potuit] *Bertramus in* d. Diſ-
ſertat. de Comit. membr. 2. concluſ. 24. *Geringerus*
in d. Velitat. de ſept. Sac. Rom. Imp. Official. n. 22.
Viſcherus in Diſcurſ. de Election. Regis & Imp.
Rom. concluſ. 10. n. 44. quæſt. 4.

(α) Acta

librum Imperii (α) *ab anno* MCCCXCVIII. *uſque ad annum* MCCCCXCIX. Francofordiæ A
in Comitiis compilata, in illis verbis; *Darzu Wenceslaus ſich nicht verſtehen wollen, und in vielen Jahren nicht zu teutſchen Landen kommen:* nec non & Goldaſti *Reichsſatzungen*, (β) *part.* 2. *fol.* 63. & *fol* 67. Verum ibi Theutonia & Bohemia non ſunt, ut cum vulgo loquar, oppoſitive, ſed reſpective intelligenda, ut totum cum parte, & publicum Imperium cum Regno privato, in quo Wenceslaus tanquam claudus ſutor Pragæ ſedebat totam vitam, comparetur. Nec inter cauſſas abdicationis Wenceslai Cæſaris ulla ſit hujus rei mentio in *Sententia Exauthorationis & privationis*, (γ) lata & publicata ab Electoribus Lonſteinii ad Rhenum anno MCCCC. non utique omiſſuris, ſi Bohemiam pro aliena provincia agnoviſſent. Nam hodieque non Bohemi modo, verum etiam Auſtrii, *das Reich* vocant Imperium Germanicum, hiſce uſitatis & parilibus B
formulis *im Reich, ins Reich ſchicken, ins Reich ziehen,* quibus loquendi modis ſi quis contendat Auſtriam extra Germaniæ fines collocari, næ ille vehementer erraret, nec a quoquam Germano homine audiretur: haut magis, ac ſi quis Juliacum, Cliviam,
19 Geldriam, &c. trans Rhenum ſitas provincias, e ſolo Germanico eliminare vellet, propterea quod ſeſe etiamnum communi quodam uſu ſermonis *Gallos*, nos autem Cisrhenanos, *Theutones* vocare ſoleant, verbi gratia *in Teutſchland ſchicken, in Teutſchland ziehen*, dicantur illi, qui trans Rhenum ad nos Legatos vel nuntios mittunt, vel ipſi proficiſcuntur, ut obſervavi in multis variiſque auctoritatibus, inſtructionibus, & literis exinde datis & commiſſis.

11. Inſtant ulterius, nec Carolum IV. Imper. nec ejus filium Romanorum Regem C
Wenceslaum, ſtatus Imperii umquam in Bohemiam, ut judicium ibi, (δ) ceu in loco extra Germaniam ſito, acciperent, evocaſſe. Verum & hanc quoque inſtantiam ſolvere poſſumus, oſtendendo exempla & reſcripta contraria, quorum quædam relata invenies in *Collection. Conſtitutionum Imperialium* (ε) & in *Reichsſatzungen*. (ζ) Ne longum faciamus, notanda ſunt hæc Caroli IV. verba (η) in ardua cauſa vertente inter Ducem Auſtriæ & Burggravium Norimbergenſem: *So haben wir mit wolbedachtem Muthe, mit Rath unſerer Furſten und Graffen, des Reichs getreuen, mit Vollkommenheit Kayſerlicher Macht, und mit rechter wiſſen, das gelentert: und leutern das, urtheilen, ſprechen und wœllen, &c. Mit Urkund dieſes Brieffes, verſiegelt mit unſerer Kayſerlichen Majeſtæt Inſiegel, der geben iſt zu Prag, &c.* anno MCCCLXIII. Nec in alium finem D
Carolus IV. Imp. ſua ſingulis Electoribus Palatia (ϑ) Pragæ aſſignavit, jureque hereditario poſſidenda tradidit, quam ut ſibi, filioque ſuo Wenceslao, in cognitione cauſſarum Theutonicarum, & conſultatione de rebus Imperii, præſto eſſent: quorum nonnulla etiamnum ſupereſſe, & nomina antiquorum poſſeſſorum retinere, (ι) ex Proceribus Bohemiæ in Anticamera Cæſarea, dum Pragæ anno MDCXII. Legatum agerem, cognovi. Et paulo ante indicata Caroli IV. Imperat. Decreta & Reſcripta ſatis demonſtrant, in ejus Aula Pragenſi ſemper unum atque alterum ex Electoribus, præter Principes, Comites ac Barones Imperii, præſentes fuiſſe.

12. Objicitur porro, Imperatori non licere Pragam, aut in aliam Bohemiæ civi- E
tatem, ad comitia ſtatus Imperii (κ) evocare. Quid tum præterea? nec ultra Augu-

 ſtam

(α) Acta & librum Imperii] *Geringerus in d.* Velitat. de Septem S. Rom. Imp. Official. n. 22. *Bertramus in* d. Diſſertat. de Comit. con. luſ. 24. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Election. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. quæſt. 4.

(β) Goldaſti Reichsſatzungen] Fol 63. & fol. 67. *in anno* 1370. & *anno* 1383. *ex Hagecii* Chronic. Bohem. part. 2. *in dictis annis* fol. 37. & fol. 47. b.

(γ) Sententia Exauthorationis] *Conſtitution. Imperial.* tom. 1. fol. 379. Reichsſatzungen part. 1. fol. 158. *ex Jacobi Kongelshovii* Chronic. anno 1400. & *Chriſtiani Urſtiſii* Germanic. hiſtoric. illuſtr. tom. 2. in fin.

(δ) Ut judicium ibi acciperent] *Bertram.* & *Gering.* allegatis locis, *Viſcherus* d. concluſ. 10. num. 44. quæſt. 4.

(ε) Collection. Conſtit. Imp.] *tom.* 1. *anno* 1358. *tom.* 2. *anno* 1359. & *anno* 1396.

(ζ) Reichsſatzungen] *part.* 1. *anno* 1398. *part.* 2. *anno* 1358. *anno* 1361. *anno* 1371. *anno* 1394. *anno* 1396. *anno* 1398.

(η) Caroli IV. verba] *hoc Decretum exſtat in* 20
dictis Reichsſatzungen, part. 2. fol. 73. *tranſſumptum ex* Grauaminibus in angeſtellter Reviſionſachen der Stadt Nurnberg *contra* den Herrn Marggraffen zu Anſpach, als Burggraffen in Nurnberg, &c.

(ϑ) Electoribus palatia] *nec Electores ſolum ſua* F
Pragæ Palatia habuerunt, ſed & reliqui Principum Magnates & a Cæſare in Imperio primarii, ut Dux Burgundiæ, &c. Hagec. in Chron. Bohem. part. 2. anno 1350. fol. 8. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 2. fol. 321.

(ι) Nomina antiquorum poſſeſſ.] *ut eſt, verbi gratia*, Sachſenhauſſ, *ad pontem Pragenſem, a Rudolpho Electore Saxoniæ primum exſtructa domus*; *Boregk* d. fol. 321.

(κ) Status Imperii evocare] *Bertramus* d. G
num. 42.

A ſtam Vindelicorum, nec infra Coloniam Agrippinam, eidem fas comitia indicere, ut
eſt in Novellis Imperii legibus ſancitum: [*] num ideo ceteræ Imperii urbes extra Ger-
maniam relegandæ & exterminandæ ſunt? Et tamen cum Pragæ, tum aliis Bohemiæ lo-
cis, quondam fuiſſe ab Ordinibus Imperii Comitia celebrata, in monumentis littera-
rum legimus: exempli gratia, Budewitzii (α) anno MCCXXVII. Libuſſæ (β) in Sile-
ſia anno MCCXXVIII. Pragæ (γ) anno MCCXCVII. Cadani (δ) anno MCCXCVIII. Egræ
(ε) aliquoties & noſtra ætate Rudolphus II. Imp. Conventum ordinum Deputatorum
Pragæ (ζ) anno MDCX. habuit, in quo Archiepiſcopi, Electores, Principes Eccleſiaſtici
& Laici, cum Auſtriæ & Burgundiæ Archiducum Legatis, comparuerunt. Ibi de con-
troverſia Cæſaris & Matthiæ fratris, Hungariæ Regis; de Bohemorum, Moravorum ac
B Sileſiorum ad Matthiam defectione; de reſtitutione Civitatis Donawerdanæ, de cauſſa
Juliacenſi, de unitorum denique gravaminibus & comminationibus, tractatum, actum,
& decretum fuit, ut docent Acta illius Conventus, & partim exſequitur Henricus Ju-
lius (η) Dux Brunſuicenſis *im gründlichen und warhafftigen Bericht, wegen der zwi-
ſchen der Rœm. Kayſ. Maj. Herrn Rudolphen dem Andern, und der Kœnigl. Würd. zu
Ungarn Herrn Matthiæ, getroffener Vergleichung, auch Abdanckung des Paſſauiſchen
Kriegsvolcks, &c.*

13. Deinde quum Imperii Comitia in liberis & immediatis Imperii Civitatibus ex
legis ſanctione [ϑ] debeant celebrari: Praga autem non ſit immediata S. Imperii, ſed pro-
vincialis & Metropolitica Regni Bohemiæ civitas, jure meritoque ſuo Status ſe illuc ſi-
C ſtere non tenentur, [ι] niſi ultro citroque conſentiant.

14. Iterum ingeminant, *linguam* (κ) Bohemicam eſſe contrariam Theutonicæ, & pror-
ſus ab ea diverſam, adeo ut Carolus IV. (λ) Imper. quum a ſummo Pontifice exemptionem
Epiſcopi

(α) Budewitzii] *Aventinus* lib. 7. Annal. Bojor. fol. 537. & fol. 541.

(β) Libuſſæ] *idem* d. lib. 7. fol. 542.

(γ) Pragæ] *Henricus Rebdorfenſ. in* Annal, anno MCCXCVII. *Henricus ſtero in* Annal. Altahenſ. anno eod. *Siffredus Presbyter. Miſnenſis in* Epitom. Chron. lib. 2. anno MCCXCVII. *Matthæus*
D *Mareſcalcus de Bappenheim, Canonicus Auguſtan. in* Chron. Auſtral. part. 2. anno MCCXCVII. *Aventinus* d. lib. 7. fol. 558. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno eod. fol. 357. *Gerardus de Roo, Hiſtoriographus Cæſareus & Auſtriacus*, lib. 2. Hiſtor. Auſtriac. anno MCCXCVI. *Sethus Calviſius in* Oper. Chronolog. anno MCCXCVII.

12 (δ) Cadani] *Bappenheimius* d. part. 2. anno MCCXCVIII.

(ε) Egræ] *Geringer.* d. num. 22. *Hagecius in*
E Chron. Bohem. part. 2. anno. 1461.

(ζ) Deputatorum Pragæ] *Gothardus Artus Dantiſcanus in* Mercurio Gallo-Belgic. ſuccenturiato, in anno MDCX.

(η) Henricus Julius] *ſive potius ipſius nomine atque juſſu VVernerus Kœnig JC. & Cancellarius, quondam Collega & amicus noſter ſempiterna memoria colendus.*

(ϑ) Ex legis ſanctione] Kayſerlich und Kœniglich Land und Lehenrecht. part. 1. tit. 37. & ſeq. *Speculum*
F *Saxonum* lib. 3. Artic. 62. *quorum illius auctor Bertholdus a Grimmenſtein Helvetius; hujus Eppo de Repkavv Saxo perhibetur: Aurea Bulla Caroli IV. Imper.* tit. 28 §. 5. *Receſſus Trevirenſis* anno 1512. §. Item haben wir und die Stænde, 66. *Criſtoph. Lehmannus* lib. 7. Chronic. Spirenſ. cap. 147. art. 7. *Auctor Diſcurſus* von Reichstægen &c. in prioc. *Henricus Bruningus JC. Bremenſis, in* tract. de variis Univerſitar. ſpecieb. concluſ. 13. lit. b. *Bertramus* de Comit. concluſ. 22. *Grimbeimius* de Comit.
G th. 64. & ſeqq. *Georg. Brndlacht JC. in* Epitom. Juriſprudent. publ. lib. 7. cap. 2. num. 15. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 2. diſſert. 3. th. 8.

(ι) Siſtere ſe illuc non tenentur] *Carpzovius in* Diſſert. de Capitul. Cæſar. cap. 5. num. 99.

(κ) Linguam] *Videndus Martinus Cromerus* lib. 1. rer. Polonic. cap. 6. Behemiſche Landordnung *B. 4. Beſoldus in* Diſſert. de Jurib. Majeſt. ſect. 3. cap. 8. num. 11.

(λ) Ut Carolus IV. Imp.] *Clemens V. Papa in Bulla de erectione Archiepiſcopatus Pragenſis apud Hagecium* part. 1. anno 1343. *Albertus Argentinenſis in* Chronic. anno 1346. *Johan. Paulus VVindeckius in* Commentar. de Principum Elector. orig. cap. 15. num. 5.

[*] Perſtringit Arumæus *de Comitiis cap. 5. §. 31.* Goldaſtum, quod dixerit Jus non eſſe Imperatori Comitia cogere ultra *Auguſtam Vindelicorum* & infra *Agrippinam*, quod id ex novioribus Imperii legibus probari non poſſit. Veruntamen, cum Auctor noſter hæc ex Legibus novellis tradat, nolim fidem ejus in dubium hac in parte vocare, nam videtur mihi reſpicere ad Receſſum Wormatienſem anni 1521. ubi §. 9. Carolus V. de Comitiis in loco, ubi velit, indicendis agens ait: Ob ſollen oder wollen wir der Mahlſtatt des Reichstags nicht über Augſpurg oder under Cœln führnehmen. Sic etiam idem Imperator in Receſſu Norimbergenſi Anni 1524. §. 3. loquitur: Doch ob ſich zwiſchen Pfingſten ſonſt von dato dieſes Abſchieds, oder die Zeit, ehe das Regiment, Inhalt obgeſchriebenen Ordnung und Vergleichung geſetzt, in dieſen geſchwinden Læufften und Empœrungen im heiligen Reich einige Empœrung entſtehen, oder etwas dapffere Sachen fürfallen wurden, ſoll und mag unſer Statthalter einen von den Churfürſten, zwey, drey, oder mehr von den 12. Fürſten, die Seiner Liebden dann jederzeit am nechſten geſeſſen ſeind, zu ſich an gelegenen Ort und Platz erfordern und beſchreiben, doch daſs ſolches über Augſpurg oder under Cœlln nicht beſchehe. Nec id etiam a conſuetudine uſu a longo tempore recepta abludit; nam ubi frequentius comitia ſunt celebrata, quam inter hos duos terminos. Vide igitur, an non ferri poſſit ſententia Goldaſti, ſi non tam nimis generaliter accipiatur.

Digitized by Google

Epiſcopi Pragenſis a ſuperioritate Moguntini Archiepiſcopi Avenione contenderet, in- A
ter cætera argumenta hoc præcipue, ut graviſſimum & firmiſſimum, adduxerit, quod
idioma Bohemicum a Theutonico ſit penitus alienum, & ſeorſam conſtituat nationem,
cui nil deſit, niſi proprius Archiepiſcopus. Inde concludunt, Bohemiam ut lingua &
moribus, ita natione eſſe a Germania ſeparatam. Sed noſtram vicem in diluenda hac
objectione occupent auctores omni exceptione majores: (α) quorum illatis ſententiis in-
firmabitur, quicquid ab illis inductum eſt. Principio dum Æneas Sylvius, qui aucto-
ritate Cæſarea Legatus in Bohemiam miſſus, omnia quam diligentiſſime exploravit, in
Hiſtor. Bohem. cap. 1. ſcribit in hunc modum: *In templis ſermone Teutonico plebes docent;*
in Cœmiteriis Bohemico: ſolis mendicantibus libertas fuit, qua vellent lingua populum in-
ſtruere: quæ res palam indicat, regionem ipſam olim Teutonicam fuiſſe, ſenſimque ſubin- B
traſſe Bohemos, id eſt Sclavos. Et in *German. cap. 47. Bohemia quamvis Sclavonico*
ſermone utitur, ſub Imperio tamen Germanico ſeſe continet, & moribus utitur Teutoni-
cis; & pauci ſunt inter Bohemos, ſaltem Nobiles, qui non utramque noverint linguam;
& undique cincta eſt ea terra Teutonicis plebibus. Illud quoque Germanicam eſſe Bohe-
miam palam oſtendit, quod intra Eccleſias Teutonico tantum ſermone inſtruere populum
22 *Sacerdotibus permiſſum eſt; in Cœmiteriis autem Sclavonico.* Alber. Krantzius *lib. 1. Wan-*
dal. cap. 4. Etiam Bohemia undique ſepta Teutonibus, quid aliud ſtudet, niſi quod lin-
guæ ſit conformis gentium proximarum? Accedit, quod in Bohemia multi vivunt inter
Teutones nati, qui linguam patriam non intermittunt. Spiegelius in *Scholiis ad Bartho*
lini Auſtriad. lib. 1. (β) *Methodius Martyr epiſtolam Wandalorum adducit, qui ſeſe publi-* C
ce Germanos teſtantur. Boëmus Aubanus *lib. 3. cap. 11. Mos vetus & Germanica lin-*
gua a pleriſque in hanc uſque diem obſervantur, in templis enim plebes ſermone Teutoni-
co docentur, in cœmiteriis Boemico. Hinc Conrado Celti dicitur:

—— *Sclavumque bilinguis.*

15 Tandem denique oggerunt, Bohemos & Moravos in Germania eſſe alienigenas
inde conſtare, quod nec in Aula Cæſarea ad dignitates & officia Imperii Germanici,
ſive publica ſive domeſtica, promoveantur; nec in ſacro Conſiſtorio tam inferiori quam
ſuperiori locum aliquem inveniant; nec ad Prælaturas & Præfecturas Imperiales aſſu-
mantur; nec in Cameræ judicio, ſi forte præſentati, recipiantur; nec ullo tum com-
muni tum præcipuo jure in Germania hodie gaudeant; nec civicis muneribus ſive ordi- D
nariis ſive extraordinariis in Republica noſtra fungantur. Largimur illis totam hanc ϑέ-
σιν, extra quam ſi in formato ſyllogiſmo elenchus improbetur æquivocationis. Non
enim Bohemi ac Moravi excluduntur tamquam ἀπελίδες, alienigenæ & extranei, ſed
23 jure quodam talionis, ſive (ut cum practicis noſtris loquar) retorſionis. (γ) Priores
namque Bohemi communionem illam & participationem mutuam honorum ac bono-
rum, a majoribus non minus ſapienter, quam prudenter inſtitutam, violare inſtiterunt,
quum Rex eorum Wenceslaus, Caroli Quarti Imperatoris filius, fuiſſet propter pluri-
varia ſua demerita Imperio abdicatus. Ex quo tempore Rex Wenceslaus & Procerum
nonnemo

(α) Auctores omni exceptione majores] *præter memoratos conſulantur, Archigrammateus Colonienſis in* Chronic. der hylligen Statt von Cœlln, in Carolo IV. Imper. *Munſterus in* Coſmograph. lib. 3. *Rhenanus* lib 1. Rer. German. fol. 4. *Willichius in* Commeot. in Taciti Germao. lib. 2. *Carolus Stephanus in* Dictionar hiſtoric. verb. Boemia. *Freherus in* Not. ad Aodlow lib. 2. cap. 2. *Chriſtophorus Gevvoldus JC. & Conſiliarius Bavaricus, in* Commentar. de S. Rom. imp. Septemvirat. cap. 9. *Jacobus Pergaminus Foſſombronenſ. in* Memoriali linguæ Italic. verb. Boemia. *Georgius Beatus, Notarius Francofurdianus in* præfat. ad Ordines Bohemiæ, præpoſita der Bœheimiſchen Landordnung anno 1604. *Carpzovius in* Diſſertat. de Capitul. Cæſar. cap. 5. num. 9. & num. 10. *Reinhardus Kænig in* Theatr. politic. part. 2. cap. 30. n. 31. in fin. *Georg. Gampeltzheimerus in* Diſputat. de Regalib. th. 115. *apud Arumæum* tom. 2.

(β) Spiegelius] *ejuſdem Epiſtolæ Vandalorum ad Conſtantinum Magnum Imper. meminit quoque Krantzius* lib. 1. Wandal. & *Franc. Irenicus* lib. 1. Exegeſ. German. cap. 13. *Sed falſus fuit Methodius, dum putavit Vandalos eoſdem fuiſſe cum Venedis noſtris, quum* Vandali *fuerint Germani Suevi,* Venedi *autem ſint Slavi, ut erudite monuit Cromerus* d. lib. 1. Rer Polon. cap. 5. E

(γ) Jure retorſionis] *quod in tali caſu licitum eſſe, etiam inter ipſosmet Germanos jura docent, & conſuetudo ubique gentium, præſertim in Saxonia, obtinet. Videatur* die Erbeinigung der Cron Bœheim mit dem Haus Sachſen *anno 1557*, auffgericht, §. Und nachdem die Stænde unſerer Cron Bœheim, &c. F *item* die Erbeinungeo mit den Chur- und Fürſtlicheo Hæuſern, Pfaltz, Brandenburg uod Oeſterreich accordirt, *in* Beylagis Germanicis. *Denique Ordinatio Politica Schavvenburgenſis a Principe Erneſto publicata* cap. 31. *Erneſto, inquam, Principe omnibus laudibus extollendo, Domino & hero meo dum advixit clementiſſimo, cujusve feliciſſimam memoriam nulla unquam obliteraret ætas, aut deleret invidia, ſi tam didiciſſet prudentiam regnativam, quam calluit œconomicam.* G

A nonnemo Majeſtatem Imperii Germanici parum comiter obſervare (α) cœperunt, id in ſummis opibus & induſtriis omnibus nitentes, ut injuriam, quam putabant ſibi illatam, tum in Summum Pontificem Romanum, ejus depoſitionis auctorem, tum in ipſos Imperii Principes veluti exſecutores, vindicarent. Initium fecerunt a Magiſtris, (β) Doctoribus & Studioſis Theutonicis, in Academia Pragenſi conſtitutis, quibus M. Joanne Huſſo inſtigante, (γ) homine Bohemo & Theutonibus parum æquo, Rex Wenceslaus & votorum Jura per ſententiam abjudicavit, & reliqua privilegia in tantum minuit, ut Theutones tot contumeliis irritati, Univerſitatem Pragenſem relinquere, & novas condere Academias in Germania, Viennæ, Lipſiæ, ac Erfordiæ, coacti fuerint. Hinc animum ad religionem reformandam, ut Pontifici Romano ægre facerent, appulerunt,
B introducta Wicleffi, (δ) Angli ſecta, eodem Huſſo & Hieronymo Faulfiſchio, (ε) cive Pragenſi, auctoribus: & poſt Huſſi Hieronymique in Concilio Conſtantienſi condemnationem & combuſtionem, ſubinde in terram Theutonicam hoſtiles excurſiones fecerunt. Quamobrem banno Pontificio excommunicati, & proſcriptione pariter Imperiali damnati, (ζ) quum ex omni regione caperentur ii, qui Huſſitæ putabantur, diris inſuper bellis Bohemi a Germanis impeterentur, univerſos Theutonas Rokyczano incentore (η) partim trucidarunt, alios bonis fortuniſque omnibus ſpoliatos Regno expulerunt, lege ſancita, (ϑ) ne quis eorum umquam ad ullum officium, (ι) aut munus, qua civile, qua Eccleſiaſticum, (κ) ullam etiam poſſeſſionem aut hereditatem (λ) in Bohemia

C (α) Parum comiter obſervare] *Theodoricus a Nyhem, Epiſcopus Verdenſis, in* Nemor. unionis tractat. 6. Labyriotho cap. 32. fol. 474.

(β) Initium fecerunt a Magiſtris &c. Theutonicis] *Hageeius in* Chronic. Bohem. part. 2. anno 1409. folio 65. b. & anno 1411. fol. 69. in fin. *Dubravius in* Chronic. Bohem. lib. 23. fol. 193. *Anonymus in* Hiſtor. de vita, actis & martyrio Joannis Huſſi, *impreſſa cum operibus Huſſi, Zach. Theobaldus in* Huſſitenkrieg. part. 1. cap. 5. *Cochlaus*
D lib. 1. Hiſtor. Huſſitar. fol. 13. & ſeqq.

(γ) Huſſo inſtigante] *idem Hagecius* d. part. 2. anno 1408. *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 35. *Dubravius* d. fol. 193. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 2. *Cochlaus* lib. 1. de bell. Huſſ. fol. 19.

(δ) Wicleffi Angli] *Johannis VVicleffi in Univerſitate Oxonienſi auditor fuerat Hieronymus Pragenſis, Magiſtrique ſui libellos ſecum in Bohemiam attulit, Huſſoque omnium primo communi-*
E *cavit. Hagecius* d. part. 2. anno 1400. *Cochlaus in* Hiſtor. Huſſitar. lib. 1. fol. 8.

(ε) Huſſo & Hieronymo Faulfiſchio auctoribus] *Sic Hieronymus iſte Pragenſis cognominatur ab Hageeio in* Chron. part. 2. anno 1400. fol. 59. *Putridus piſcis a Cochlao* lib. 1. Hiſt. Huſſitar. fol. 8. *Porro rem ipſam enarrant Munſter.* lib. 3. Coſmograph. cap. 502. *Hageeius* d. part. 2. *Dubravius* d. lib. 23. Hiſtor. Bohem. *Cochlaus* d. lib. 1. *Theobaldus* d. cap. 5. & cap. 7. *& alii numeroſi*
F *ſcribentes.*

(ζ) Proſcriptione Imperiali damnati] *Acta Comitiorum Norimbergenſium anno 1431. & Matricula Imperii ibidem contra Huſſitas inſtituta, qua publice exſtat.* im warhafften Abdruck fernerer defenſionum ond reſpective eventualhandlung &c. in Sachen des Herrn Hertzogen zu Braunſchweig contra die Statt Braunſchweig fol. 147. *cujus auctor eſſe perhibetur Joannes Rarhandus JC. & Reipub. Syndicus. Item* im ausführlichen warhafften
G hiſtoriſchen Bericht, der Hertzogen zu Braunſchweig Landfürſtliche Hoch-obrig- und Gerechtigkeit &c. betreffendt, part. 2. *cujus auctor eſt ipſe Illuſtriſſimus Dux Henricus Julius inter Principes ſua ætate literatiſſimus.*

(η) Rokyczano incentore] *M. Joanne de Rokyczan, Presbytero Huſſita, poſtea in Archiepiſcopum Pragenſem electo, circa annum Domini 1436. Hagecius* d. part. 2. fol. 135. *Exſtant ejus ſcripta in Concilio Baſilienſi diſputata, cum refutatione Joannis Raguſini. Librum ejus* de ſeptem Sacramentis *in lucem edidit Joan. Cochlaus in* Hiſtor. Huſſit in calce. *Quoad rem, videatur idem Hagecius* d. part. 2. anno 1460. verſ. M. Rokyczan aber. fol. 170.

(ϑ) Lege ſancita] *vel potius renovata ea, quam Sobieslaus, perduellis ille Bohemia Dux, anno* MCXXXV. *in conventu Pragenſi ſancivit hiſce verbis:* Erſtlich ſoll kein Teutſcher, noch anderer Auslænder in der Statt Prag, noch im gantzen Furſtenthumb, weder im geiſtlichen, noch im vveltlicheo Regiment kein Ampt haben, bey Verluſt der Naſen; ſondern ſollen nicht anderſt als für Gæſte gehalten werden: *apud Hagecium in* Chron. part. 1. anno 1135. fol. 233. 25

(ι) Ad ullum officium &c.] *Joh. Jacobus VVinsherus JC. in* Diſſertat. de Republ. & Regnor. conſtit. concluſ. 253. *Beſoldus in* Diſſert. de ſtat. Reipubl. ſubalt. cap. 4. num. 3.

(κ) Qua Eccleſiaſticum] *renovata & in hoc VVladislai II. Regis ordinatione a Bohemis extorta, quam refert idem Hageeius* d. part. 1. anno 1168. fol. 262 b.

(λ) Ullam etiam poſſeſſionem aut hæredit. in Bohem.] *VVladislaus Rex Hungaria & Bohemia in Diplomate de non alienandis Regni Bohemia Provinciis & terris, ſub dato Praga anno* MDX. Daſſ auch niemands aus unſern Unterthanen in denſelben Landen nichts Macht habe hinvveg zu geben, zu verkauffen, vveder zu verpfænden, keinem Ausvvohner, es ſey des Reichsfürſten oder andere, aus keinerley erdachter Weis oder Gevvonheit, alſo und darumb, daſſ durch gevvaltige Leut die obgeoannte Laod- und Fürſtenthumb von der Cron Bœheim keines vvegs nicht abgeſondert oder entfrembdet vverden mœchten. *Videantur* die Erbeinigung, ſo anno 1509. zvviſchen Kœnig Uladislao in Bœheim an einem, und Herrn Ludvvigen Pfaltzgraffen und Churfürſten, anders Theils; nachmals durch Kœuig Rudolphen anno 1595.

Bohemia admitteretur. In qua iniquitate quum etiam poſt factam tranſactionem, & A
in jus Civitatis Germanicæ, quam proſcriptione amiſerant, reſtitutionem, pertinaciter inhæreret, Imperator ac Principes Imperii jure retorſionis utentes, ſimiliter Bohemos a cunctis honoribus & bonorum poſſeſſionibus in Imperio Germanico excluſerunt. Unde factum eſt, ut nec Rex eorum aliquando fuerit ad electionem Romanorum Regis in Imperatorem promovendi citatus: (α) & Archiduces Auſtriæ (β) anſam arripuerint jus illud Electorale, quod Bohemis competebat, ambiendi. Non ergo alieni aut peregrini ſunt Bohemi (γ) in Imperio Germanico quaſi quidam capite minuti, tamen etſi retorſionem hanc ſuapte culpa patiantur, quum & privilegia recuperarint, & antiquam retineant libertatem. Id quod infra ſuis locis exſequemur.

no 1595. und Churfürſt Friederichen &c. auffgericht und beſtættigt vvorden, verſ. So ſoll auch hinfüro in Erbfællen. *Item*, die Bœheimiſche Erbeinigung mit dem Chur und Fürſtlichen Haus Sachſen, anno 1587. auffgericht, verſ. Und vviewol von vvegen der Todsfællen. *Item*, die Erbeinigung der Cron Bœheim mit dem Chur-und Fürſtlichen Haus der Marggraffen zu Brandenburg und Burggraffen zu Nürnberg, &c.

(α) Ad electionem &c. citatus] *Hagecius in* Chron. part. 2. in Wladislao Rege anno 1486. & anno ſeq. *Hartman. Maurus JC. & Conſiliarius Electoris Colonienſis, in* Relation. coronationis in Regem Rom. Caroli V. Imp. *&c. Krantzius in* Metropol. lib. 8. cap. 5. B

(β) Archiduces Auſtriæ] *Idem Maurus in dicta* Relatione *&c.*

(γ) Alieni aut peregrini ſunt Bohemi] *etiam Sileſii, Luſatii, Auſtrii, Tyrolenſes, Helvetii, Holſati, Belgæ, & alii Germanorum populi quam plurimi illud jus habent, ut neminem extra ſuam patriam natum, quos* frembde & auslændiſche *appellant, ad officia publica gerenda admittant; Beſold.* d. c. 4. n. 3. *nec inde tamen conſequens eſt eos, qui in* C *aliis patriis jus patiuntur retorſionis, a Germanorum ſic retorquentium ſocietate & conſortio excludi.*

CAPUT III.

Bohemia a quibus primum habitata. Hermiones. Hermunduri. Nemetes. Tuiſton nationis Theutonicæ conditor. Hermes ſeu Mercurius Triſmegiſtus cur Teuthates dictus. Aſcanez. Gomerus. Japheti benedictio ad Teuthones porrigitur. Mannus Imperii Germanici fundator.

QUænam gens terram Bohemiam prima omnium habuerit, res eſt ab noſtra
26 memoria propter vetuſtatem remota, nec nomen ejus (δ) in monumentis
literarum conſecratum legimus. Si quid vero dandum eſt fidei atque au- D
ctoritati excellentium virorum, *Tuiſcon*, (ε) qui & *Teutho*, quemve Moi-

C ſes

(δ) Nec nomen ejus] *Aventinus* lib. 1. Annal. Bojor. fol. 22. *Reſnerus in* Stemmat. Lothar. Duc. tom. 4. cap. 65. in hiſt. *VVelſerus* lib. 1. Rer. Boicar fol. 8. *Tamen Alexander Guagninus in* Sauromatic. *opinatur*, Vandalos *primo in regionem hanc, in gentium migratione prima, veniſſe: circa annum orbis conditi* MDCCLXXXVIII. *poſt diluvium* CXXXI. *ante Chriſtum natum* MMCLXI. *ut computat Zach. Theobaldus in* Genealogic. & Chronolog. Judicum, Ducum & Regum Bohem. ſerie, &c. fol. 1. in fin. *Quam deinde rurſum deſerentes, & propter Viſtulam fluvium conſedentes, Bojis Gallis vacuam reliquerunt. Sed hæc ut incerta in medio relinquimus: niſi ſub Vandalorum nomine Herminones comprehendas, quum utrique a Suevis originem traxerint.*

(ε) Tuiſcon] *Tacitus in* German. circa princ. *Beroſus Annianus* lib. 5. Antiquitat. *Münſterus* lib. 1. Coſmograph. cap. 29. & lib. 3. cap. 6. *Philip. Melanchton in* Chron. Carion. lib. 1. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 1. *Alexand. Guagninus in* Sauromat. Europ deſcript. in princ. *Beroſus Annianus* lib. 4. *Jodoc. Ludovicus Decius* lib. 1. de vetuſtat. Polon. *Porro in quibusdam Taciti exemplaribus ſcriptum reperi* Tuiſton *pro* Tuiſcon: *quam eandem ſcripturam in ſuis libris repreſentarunt Alexand. ab Alexandro* lib. 6. Genial. dier. cap. 4. *Mart. Frechtus in* Adnotat. in Witikindi lib. 1. *Jod. Hondius in* Atlant. minor. *& alii viri docti. Quam ſcripturam ut veriſimiliorem & ipſi etymo propiorem puto excipiendam, quod ut a* Teutho, Teutſch, *ita a* Tuiſto Tuitſch *vernaculo ſermone ſcribamus pronunciemusque. Elias Reuſnerus in* Enucleat. illuſtr. quæſt. hiſtoric. cap. 2. *Joh. Jacob. Hermannus in* Centur. illuſtr. quæſt. hiſtoric. dec. 2. q. 7. num. 8. *Fertur autem Tuiſton ſedem Imperii collocaſſe in* E *confinio Aſiæ & Europæ ſuper flumen Thanaim, circa annum orbis conditi 1827. poſt Diluvium 157. ut opinatur Stumpfius* lib. 2. Chron. Helvet. cap. 2. *Mich. Beutherus in* Comment. in Taciti German. part. 1. c. 5. *Annius in* Beroſ. lib. 4. *Guagninus* ibid. *Cremerus* lib. 1. Rer. Polonic. cap. 2. & cap. 14. *Jodoc. Ludovic. Decius* lib. 1. de vetuſtat. Polon. *Dan. Otto in* Diſſert. de jur. publ. Imper. Rom. Germ cap. 6. fol. 125. *Inde colonias in Germaniam ſub ductu Manni filii immiſit, Herciniamque ſylvam Her-* F *mioni ſeu Hermano nepoti in ſortem addixit. Quo reſpexiſſe videtur Julianus Cardinalis, quum Germanos cum Bohemis Huſſitis conflicturos exemplo Tuiſthonis ad fortitudinem cohortatur, apud Zach. Theobaldum* de Bell. Huſſit. part. 1. cap. 72. *Et idem Decius ibidem ait:* Tuyſcon Gygas legibus format apud Rhenum quam pulchre apparet, Sarmatas ad Tanaim usque prius legibus formatos.

ca

A ſes Aſcanez, (*) (α) id eſt Aſcanium, appellat, Gomeri (β) filius primogenitus, Japheti (γ) nepos, Noæ pronepos, gentis noſtræ conditor fuit; a quo Teuthones Teutſchen, & Teuthonia Teutſchland, hodieque nominatur. Huic natus eſt filius Mannus, (δ) ad quem Tacitus originem Germanorum referre videtur. Manno tres filios (ε) idem auctor aſſignat; e quorum nominibùs proximi Oceano Ingevones, medii Her-

ea ratione, quod tempus illuc adventus præceſ-
27 ſerit, quibus ſic legibus edoctis ultra Tuyſconi
ſedes quærere placuit, & ita ad Rhenum usque ſi-
mul, & in Bohemiam, & alia loca venit, nihilo-
minus priores ſedes non relinquens.

B (α) Aſcanetz] Geneſ. cap. 10. v. 3. & Paralipom.
lib. 1. cap. 1. v. 6. Euſebius & Hieronym. in Chronic.
Beſoldus in Diſcurſ. Polit. 5. de Rerumpubl. inter
ſe comparat. cap. 1. fol. 226. in fin. Hinc Aſcanaz
Judæi Germaniam dici, ſcribit Benjamin Tude-
lenſ. in Itinerar. & obſervarunt viri docti, Munſte-
rus lib. 3. Coſmograph. cap. 6. in fin. Michael Beu-
therus in Comment. in Taciti German. part. 1. c. 4.
Johannes Druſius lib. 1. animadverſion. cap. 41. Jo-
doc. Hondius in Atlant. minor. in tab. German.
C Freherus in Not. ad Laonici Chalcondylæ Deſcript.
German. tom. 1. Germanic. ſcriptor. Dan. Otto in
Diſſertat. de Jur. publ. Imp. Germ. cap. 6. fol. 123.

(β) Gomeri] quem ſunt, qui putent a Græcis &
Latinis Plutonem dictum, & Samothen ſive Samo-
tum cognominatum, Beroſus lib. 5. & ibi Annius
Viterbienſ. in Comment. Chaſſaneus in Catalog.
glor. mund. part. 12. conſiderat. 60. Achill. Gaſſarus
in Epitom. Chronic. Stumpfius lib. 3. cap. 1. Marti-
nus Cromerus de origin. Polonor. lib. 1. cap. 1. & ſeq.
D & quo auctore Celtæ gloriantur, Cæſar de Bell. Gal-
lic. lib. 6. Flav. Joſeph. lib. 1. Antiquit. cap. 7. Eze-
chiel Propheta cap. 1. v. 5. & ibi Interpretes, Stepha-
nus Doletus in lib. de Republ. Gallor. Forcatulus de
Gallor. Imper. & philoſoph. lib. 1. Joan. Picardus
Toutremainus lib. 1. de Priſca Celtopæd. Petr. Ra-
mus in lib. de morib. veter. Gallor. Fauchetus ſeu
Falcetus lib. 1. Antiquit. Gallic. & Francic. Jacob.
Valdeſius de Prærogativ. Hiſpan. in procem. num. 32.
& cap. 5. n. 10. Celtas autem intelligo qua Germa-
E nos, qua Gallos, de quibus Flav. Joſephus lib. 1.
Antiquit. Judaic. c. 7. ſcribit: Quos nunc Galatas
vocant, Gomarenſes (Γομαρεῖς, id eſt Germanos)
olim dictos, Gomer condidit. Quod ſi ita eſt,
idem mihi videtur Gomer & Samotus eſſe, qui Sa-
turnus, & Sol, & Pluto Romanis in Germania
provincialibus dictus & cultus fuit. Unde dies ei
conſecratus etiamnum a Boiis Satertag, id eſt Sa-
turni dies, & a cæteris Germanis Samſtag, id eſt
Samoti dies, appellatur. Celtis etiam videtur pa-
F trio nomine Hellus vocatus, quum Phœnices quo-
que & Aſſyrii Saturnum eundem cum Sole eſſe ſci-
ſcerent, atque ſub Heli nomine colerent, ut ex Da-
maſcio, Servio & Photio obſervavit Claud. Salma-
ſius in Notis in Vopiſci Aurelianum fol. 370. Nec
aliunde cenſeo Helvetiis, primis omnium Celtarum,
nomen fuiſſe inditum, quam ab Heli cuſtodia &
cultu, quaſi dicas Hellhueter, quum & Solodu-
rum prima omnium urbium Germanicarum Galli-
carumque exſtiterit: & ab horrendis ſuperſtitioni-
G bus ab Hermete ſeu Teuthate, ut Philaſtrius opi-
natur, introductis, quarumve nonnulla in Baccha-
nalibus noſtris veſtigia adhuc ſuperant, Hell pro
Regno Plutonis, id eſt inferno, & tranſlate pro ca-
mino, adhuc Helvetiis & reliquis Celto Germanis
uſurpetur. Porro a Gomero nomen retinere op-
pidum haud procul VVitoberga diſſitum, & Præ-
fectura Electorali illuſtre, putat Lud. Perſona in
Orat. de Witteberga: & ab eodem Cimbros dici-
vari, conſtans eſt Doctorum opinio, quam tuetur
VVolfgang. Muſculus in Comment. in Geneſ. cap. 9.
v. 27. Matthias Berneggerus in Annotat. in Taciti
Agricol. ſect. 5. cap. 11. in fin. Elias Reuſnerus in
Enucleat. illuſtr. quæſtion. hiſtoric. cap. 2.

(γ) Japheti] de quo eſt Noa benedictio vaticinia
Geneſ. 9. Dilatet Deus Japhet, & inhabitet in taber-
naculis Sem. Quam B. Chryſoſtomus in Commen-
tar. ſuper Matth. myſtice interpretatur de ſuſcipien-
do a Germanis & Sarmatis Chriſtianiſmo, inquiens:
Sem erat pater Judæorum; Japhet pater gentium,
quæ per Chriſtum ingreſſæ ſunt in tabernacula
Judæorum. Philaſtrius autem de dilatatione Im-
perii, quod a Romanis & tranſlatum in Germa-
nos, in Catalog. hæreſeon cap. 118. Videndus Mich.
Beutherus in Comment. in Tacit. German. part. 1.
cap. 4. idem Bernegger. in Annot. in Tacit. Agri-
col. d. ſect. 5. cap. 11. fol. 148.

(δ) Mannus] patri in Monarchia ſucceſſiſſe tra-
ditur circa annum ante Chriſti nativitatem 2000. 28
ut opinatur Lehmannus lib. 1. Chron Spirenſ. c. 4.
quo tempore Abraham Patriarcha in Oriente, &
Semiramis in Babylonia regnarint; Stumpf. lib. 2.
cap. 2. Dan. Otto in Diſſertat. de Jur. publ. Imp.
cap. 6. fol. 125. Beutherus in dict. Comment.
part. 1. cap. 6. VVeitzius in Semiramid. Joh. Jacob.
Hermannus in Centur. illuſtr. quæſtion. hiſt. dec. 2.
q. 8. num. 11. Jod. Ludov. Decius lib. 1. de vetuſtat.
Polon.

(ε) Manno tres filios] Tacitus in German.
Münſterus lib. 3. Coſmograph. cap. 6. Non mora-
mur hic fabulas Annianas ſub Beroſi nomine lib. 1.
Antiquit. orbis divulgatas; quas jampridem Caſpar
Varrerius Luſitanus in Cenſura, interprete Andrea
Schotto, Societ. Jeſu Presbytero, Joan. Goropius Be-
canus lib. 4. origin. Mich. Beutherus in Comment.
in Taciti German. part. 1. cap. 4. & ibid. Folius in
Not. marginal. Fridericus Tilemannus JC. in Di-
ſcurſu Philolog. de hiſtoricor. delect. Joſeph. Scali-
ger in Chronic. Euſebian. Ludovicus Vives, Beatus
Rhenanus, Mart. Cromerus, & alii viri docti in
ſuis cenſuris exploſerunt. Nec meliora ſunt ipſius
Annii in eum Commenta, quam aut Trithemii in
Hunibaldum Francum, aut Suffridi Petri in Fri-
ſica nugamenta, aut Johannis Balei in Anglicos lo-
gos. Porro Aſcanium hunc familiæ ſuæ conditio-
rem laudant Principes Aſcanii ſive Anhaltini; Per-
ſona in orat. de Witteberga: Mannum Comites
Mannisfeldii. Unde erat illa quondam inter eos
conſuetudo, ut in literis ad Mannisfeldium ſcri-
ptis Aſcanius; & viciſſim Mannisfeldius in iis ad
Aſcanium, nomen quiſque ſuum præponeret, tam-
quam originis pares, ut mihi confirmavit Jacob.
Bongarſius, Legatus Regius, harum conſuetudi-
num ſolertiſſimus indagator, cujusve memoriam
nunquam poſſum ſine deſiderio laudare.

(*) Idem argumentum Cluverius de Germania
Antiqua lib. 1. cap. 4. aliique innumeri multis pro-
ſequun-

Digitized by Google

Hermiones, cæteri Iſtevones vocentur. Igitur *Hermio*, (α) qui & *Hermino*, ac poſte- A
rioribus ſæculis in *Harminium*, *Herimannum*, & *Hermannum* (β) degeneravit, in ſortitione orbis Germanici mediterranea ejus accepit, (γ) id eſt, partes ad Danubium & Rhenum, ubi nunc Moravia, Bohemia, (δ) Franconia, Weſtphalia &c. frequentantur.

2. Reliquias gentis haud dubium quin Hermunduri propagarint, & ipſi Bohemiæ antiquiſſimi incolæ, (ε) qui ſive a Nemetibus, ſive a Bojis pulſi, in ea parte Bohemorum, (ζ) apud quos Albis oritur, (η) ſedes fixerunt. Eos tandem cum Marcomannis & Nariſcis, finitimis populis, aras & focos in Bohemia relinquere, & in Noricum demigrare, (θ) adverſarum rerum fortuna coegit.

3. Etiam Nemetes quoque originem gentis ſuæ Hermionem conditoremque ha- B
bere putantur, a Nemeto quodam ipſius nepote, quem Hibernorum hiſtorici (ι) e Scythia in Hiberniam primum omnium transfretaſſe, eamque deſertam incoluiſſe commemorant. Contra ea Lanſius (κ) hominem fuiſſe Germanum, & populares ſuos in eam traduxiſſe aſſeverat. Nomen ei ex re videtur inditum a *nemen*, (λ) (*) id eſt, rapiendo

C 2

ſequuntur. Verum, quæ de Aſcenaze conditore gentis noſtræ tradunt, illa ſunt incerta, ſi non plane falſa, ut variis argumentis Bochartus in *Geograph. Sacra lib. III. c. 9. & lib. IV. c. 38.* & Gerh. Joh. Voſſius *lib. I. de Orig. & Progreſſu Idolol. c. 38.* demonſtrarunt.

(α) Hermio] *Rhenanus* lib. 3. Rer. German. c. 1. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 1. *VVimpheling. in* Epitom. verb. German. cap. 1. *Stumpfius* lib. 2. Chron. Helvet. c. 2. *Beutherus in* Comment. in Tacit. German. part. 1. cap. 7. *Fuit iſte* Hermio *etiam avi cognomine* Teutho *ſeu* Teuthas *&* Teuthates *dictus, quod quaſi alter Tuiſthon & novus Celtarum, id eſt Germanorum & Gallorum, auctor conſervatorque exſtiterit, dum eos religione, moribus inſtitutiſque informans, ad humanius civiliusque quoddam vitæ genus traduxiſſet, ut innuere etiam Beutherus videtur in* d. comment. part. 2. cap. 23. *Nominis ergo ſimilitudine decepti tam antiqui, quam recentes ſcriptores, putarunt* Hermionem *noſtrum eundem eſſe, quem Græci* Hermetem, *Latini* Mercurium *dixere, veniſſeque ex Ægypto in Europam, & Germanos atque Gallos ſuperſtitionibus illis imbuiſſe, quas Druydes noſtro in myſteriis ſuis conſervabant: quum ex Tacito conſtet, Hermionem a Manno in Germania fuiſſe genitum. Unde fieri potuit, ut in Galliam colonias deduxerit, ibidemque ſub Teuthatis nomine cultus fuerit; Aventinus* Annal. Bojor. lib. 1. *Honderphius in* Promptuar. exemplor. in 1. præcept. Decal. ſub rubr. de idolis Vandalor. & Slavor. *verb.* Teuto. *Non, inquam, ex Ægypto adveniens Teuthas, ſed ex Scandinavia, quæ Sueciam & Daniam complectitur, in Germaniam & Galliam colonos miſit. unde enim Teuthones cum Cimbris profecti nomen univerſæ Germaniæ indiderunt; Alexand. Guagninus in* Compend. Chro-
29 nicor. Lituan. in princ.

(β) Hermannum] *Spangenberg.* d. cap. 1. *Sethus Calviſius in* Oper. Chronolog. fol. 7.

(γ) Mediterranea ejus accepit] *Tacitus* ibidem. *Plinius* lib. 4. Natural. hiſt. cap. 14. *Pompon. Mela* lib. 3 de ſitu orbis cap. 3. in fin. *ubi pro* ultimi Germaniæ, *legendum eſt* intimi. *Calviſius ponit annum Mundi conditi 2124 quo Hermio in Germaniam hanc interiorem tranſierit, & fundamenta Rerumpublicarum inibi jecerit.*

(δ) Moravia, Bohemia] *quas Hermionibus adſcribit Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 17. *quos* Herminones *vocat Brotuffius* lib. 1. Chron. Martispurg. cap. 1. *ſic dictos, quaſi mediterraneos, Suevorum aborigines.*

(ε) Antiquiſſimi incolæ] *Tacitus in* German. *Aventinus* lib. 2. Annal Bojor. fol. 110. *ubi pro illis corruptis nominibus,* Variſtæ, Eumunduri, *emendatius legatur,* Nariſci, Hermunduri: *Bre-* C
tuffius lib. 1. Chron. Martispurg. cap. 14. *Hagecius in* Chronic. Bohem. in proœm. de orig. Bohemor. *ubi meminit & Regis Hermundurorum Pauli, legumque ab eo conditarum, Palatii etiam Regis Hermundurorum, & locorum ab eis in Bohemia inſeſſorum ante Bojorum ſuperventum.*

(ζ) In ea parte Bohemorum] *Breutius in* Annotat. in Taciti German. *Philipp. Melanchth. in* Chron. lib. 1. *Victorin. Strigelius in* Comment. in Chronica Philippi, *Baſil. Faber in* Theſaur. erud. D
ſchol. verb. Hermunduri, *Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor. *Mich. Beutherus in* comment. in Taciti German. part. 2. cap. 19.

(η) Apud quos Albis oritur] *inde fors eſt, ut Hermunduri appellarentur, quaſi Hermiones ripenſes: nam* Dur *priſcis Germanis aquam denotabat, ut ſcribit Cambdenus in* Britanniæ deſcript.

(θ) In Noricum demigrare] *Rhenanus* lib. 1. cap. Marcomanni cum Nariſcis & Hermunduris in Noricum, &c. E

(ι) Hibernorum hiſtorici] *Sylveſter Gyraldus* 30
Cambrenſis lib. 1 Topograph. Hibern. *Guilielm. Cambdenus in* Britannia in Deſcript. Hiberniæ, *Richard. Stanihurſtus Dublinienſis* de Reb. in Hibern. geſt. lib. 1. & in Annotation. in Gyraldi opuſc. de Reb. Hybernic. *Richard. Vitus Baſiſtochius, JC. Anglus, in* Not. rer. variar. & antiquitat. in orat. ſuas.

(κ) Lanſius] *in* Conſultat. de Provinciar Europæ inter ipſas princip. in orat. pro German. F
fol. 89.

(λ) A nemen] *Aventinus* lib. 1. Annal. Bojor. fol. 8. *putat Germanos a Venedis ſeu Slavis ſic a jaculando nominari; ab Ugris vero* Scythulas, *id eſt Scythas,* ſchützen, *quaſi dicas, jaculatores & ſagittarios, ut ex Herodoto & Thucydide probat Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor. *Hinc natus error Scriptorum Hibernicorum, ignorantium Germanos etiam* Scythas *ab antiquis nuncupatos.* G

(*) Injurium ſe Genti ſuæ Goldaſtus præbuit, " cum quoſdam Germaniæ populos a Nehmen i. e. " rapere

A piendo & prædando. Hi ergo inter Hermiones inclutiſſimi & fortiſſimi, fortes Bohemiæ ultimas, Moraviam inſuper, & vicinas circum regiones, initio habuerunt. Inde Danubium, Rhenum, ipſumque Oceanum transgreſſi victricia ſigna in Germania, Gallia & Hibernia poſuerunt. Addo etiam, in Sarmatia & Scythia, quod ipſum nomen, quo Germanos, noſtro adhuc tempore, Sarmatarum & Scytharum ſoboles, Bohemi, Dalmatæ, Poloni, Moſci, Tartari, Bulgari, ipſi etiam Ungari, (α) indigetant, ſatis oſtendit. *Nemetzki* (β) illud eſt: & *Nemetum* appellationem univerſo generi hominum Germanorum ſive Teuthonum olim communem fuiſſe, viri docti aſſeruerunt. [γ]

„rapere & prædari, *Nemetes* appellatos putat. „Grandior error ſequitur: *inde* inquit *Sarmatæ &*
B „*Scythæ Germanos Nemetzky vocant, a rapiendo &* „*prædando.* Cum in Slavorum lingua nulla omni„no vox ſit, quæ *Némec* prædonem aut raptorem „ſignificet. Unde autem vox *Némec* nata ſit, „oſtendit Hageius. Balbinus *lib. III. Miſcellan.* „*cap. 22. §. 1.* Si tam ſtudioſe ſemper in originem nominum Gentium, Urbium, Vicorum, Hominum, aliarumque rerum inquirere, nec non ex his de earum indole & qualitate judicium ferre velimus, non ſolum etyma nominum ſæpe numero depre-
C henderemus nobis vel ingrata, vel indecora, verum etiam ſignificationes plane abſurdas & inhoneſtas, præſertim, ſi de earum rerum honeſtate vel turpitudine ex moribus noſtri ævi diſſeramus; Habuit Antiquitas multa honeſta, quæ nos inhoneſta putamus, quapropter quoties de rebus antiquis ſermo eſt, toties eæ ex ſui ſeculi moribus explicandæ ſunt. Olim ex raptu vivere non ingloriosum, nam decebat id gentem bellicoſam, ſed hodie hæc multo aliter ſeſe habent. Non ergo in-
D jurius eſt genti ſuæ Goldaſtus, dum Nemeti nomen a *Nehmen* derivat ex conſuetudine antiquiſſimi ævi. At hæc forte ferri poſſent in Balbino, niſi acrius in Goldaſtum inveheretur, eique plane alienam ſententiam affingeret, ubi enim dicit Auctor noſter: *Sarmatas & Scythas, vocare Germanos Nemetzky a rapiendo & prædando?* Lege B. L. & relege hunc §. cum notis, & nihil, ejusmodi in iis reperies; nam id vult Goldaſtus, Nemetes victricia ſigna poſuiſſe in Gallia, Germania, Hy-
E bernia, Sarmatia & Scythia, inde, cum Nemetes fuerint Germani, poſtea nomen hoc adhæſiſſe univerſo Germanorum generi, præſertim apud Bohemos, Moſchos, Polonos, Bulgaros &c. qui Majores noſtros ideo *Nemetzki* vocant, ut non opus ſit fingere aliquod vocabulum *Némec*, a quo id nomen deſcendat. Videtur eodem modo ſeſe res habere cum Nemetibus, ut cum *Francis*; cum enim hi arma ſua victricia in Orientem præ aliis Europæ gentibus inferrent, omnibus inde Europæis id nomen in hunc usque diem adhæſit.

(α) Ipſi etiam Hungari] *Teſte Alberto Molnaro Szenicienſi Ungaro, in* Grammaticæ Ungar. method. lib. 2.

(β) Nemetzki] *Ditmarus Merſepurgenſ.* lib. 7. Chronic. de reb. geſtis Saxon. Impp. fol. 101. Ad urbem, eo quod a noſtris (*ſcilicet Germanis*) ſit condita, Nemetzi dictam, *quaſi dicas Tuitium* Teutſch. *Sic oppidum in Bohemia a Germanis conditum, etiamnum Slavice vocatur,* Niemetzkybrodt, *id eſt, Germanorum vadum, ut docet Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. ſerie circa fin. *Et Jodoc. Ludovic. Decius Polonus* lib. 1. de Vetuſt. Polon. *in princ. ſcribit, Germanicum mare a Polonis* Nyemen *vocari. Apud Joan. Zonaram & Michaelem Glycam in* Hiſt. Byzant. *legitur*; ἔθνος δ' οἱ Νέμετζοι Κελτικόν· Nemetzi gens Celtica. *Ubi Joan. Leunclavius* ad Glycam *annotavit, Teutonas Slavorum lingua* Nemitzos *vocari. Et Abraham. Ortelius in* Theſauro *pro* Niemichis, *i. e. Germanis, habendos cenſet. Quos ſequitur Freherus in* Notis ad Chalcondylæ Deſcript. German. tom. 1. Germanic. rer. ſcriptor. *Petr. Montanus ſeu Jodoc. Hondius in* Atlante minori in Deſcript. German. *Qua ſcriptura videtur comprobare eorum opinionem, qui mediam ſyllabam in* Nemétes *producunt. Nam & apud Ptolomæum* Νέμητες *per η ſcriptum invenitur, nec aliter Paulus Meliſſus Schedius, accuratiſſimus linguæ Germanicæ Criticus, quam media longa in ſuis ponit* carminibus.

(γ) Viri docti aſſeruerunt] *Lehmannus* lib. 1. Chronic. Spirenſ. cap. 1.

CAPUT IV.

Boji e Gallia Celtica profecti, Sigoveſo Duce, a queis Bojohemiæ nomen. Ejus ſitus & fertilitas. Cimbri a Bojis repulſi. Ipſi Boji a Marcomannis expulſi. Bojoariæ Regnum, nunc Ducatus. Critaſirus Bohemiæ Rex. Boerobiſta Imperator Germanorum.

F HErmionibus ſive Nemetibus Boji [δ] e Gallia Celtica [ε] profecti in hoc Germaniæ tractu ſucceſſerunt, circiter annum Mundi conditi MMMCCCLX. ante Chriſtum natum DLXXXVII. [ζ] præter propter; Nebucadnezare in Babylonia, Zedekia in Judæa, Tarquinio Priſco Romæ regnantibus, tempore Eze- 31
chielis

[δ] Hermionibus Boji] *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 17.

[ε] Boii e Gallia] *quos tamen Spegelius putat non minus Germanos fuiſſe, quam Gallos Semnonas, in* Scholiis ad Güntheri Ligurin. lib. 5. in princ.

[ζ] Ante Chriſtum natum] *Stumpfius* lib. 3. Chron. Helvet. cap. 8. *VVelſer.* lib. 3. Rer. Boicar. fol. 8. *ponunt annos circiter ſexcentos totos ante natum Chriſtum: quos ſequitur Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 3. & cap. 30. *Cum Calviſio facit auctoritas doctiſſimi Tſchudi in* Rhæt. Alpin. deſcript.

Digitized by Google

chielis Prophetæ, ut computant Joſeph. Scaliger, [α] eumque ſecutus Calviſius. [β] A

2. Eos Sigoveſus, (γ) Ambigati Celtarum Regis ex ſorore nepos, avunculi conſilio primum in Italiam Belloveſum fratrem ſecutus; inde a Camillo pulſus (δ) per Pannoniam ſuperiorem in fertiliſſimos iſtos Hercinios ſaltus traduxit. Sic memoriæ prodidit T. Livius lib. 5. Hiſt. ſcribens; *Priſco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia eſt, penes Bituriges ſumma Imperii fuit: ii Regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, virtute fortunaque cum ſua, tum publica præpollens: quod in Imperio ejus Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur poſſe. Hic magno natu ipſe jam, exonerare prægravante turba Regnum cupiens, Belloveſum ac Sigoveſum, ſororis filios, impigros juvenes, miſſurum ſe eſſe, in quas Dii* B *dediſſent auguriis ſedes, oſtendit. Quantum ipſi vellent numerum hominum excirent, ne qua gens arcere advenientes poſſet. Tum Sigoveſo ſortibus dati Hercinii ſaltus.*

3. Tum, coactis ad anguſtias Albis ſcaturientis Hermionibus ſive Hermunduris, regioni nomen *Boiohem* (ε) circumjacentes populi a Bojis incolis (ζ) impoſuerunt. Quod inde a Tarquinio illo ad hæc uſque tempora bis mille ducentos (η) amplius retinuit annos. Id autem ſonat *der Boier* ſive *Boienheim*, id eſt, Bojorum ſedes, domicilium, ſeu patria; & contracte *das Boiheim:* unde hodieque dicitur *Bæheim*, & corrupte *Bæhmen*. Latini ex illo fecerunt alii *Boiohemum*; ut Paterculus *lib. 2.* alii *Boie-*
32 *mum*, ut Tacitus in *German.* alii *Bojæmum*, ut Strabo *lib. 7.* apud quem tamen vox ea varie in variis exemplaribus corrupta legitur, Βυβίεμον, Βυιαίβιον, Βυίασμον, Βυιαίμον, ut Xylander & Caſaubonus annotarunt, C Ex quibus lectionibus illam, quæ Βυίασμον præfert, Lipſio probari, mirari ſatis nequeo. Nam ex Paterculo & Tacito ſimulque hodierno ejusdem vocabuli uſu, ſatis certum eſt, optimam ex omnibus eſſe Βυιαίμον: quamquam Cluverius ſuſpicetur, ſcripſiſſe Strabonem Βοΐαιμον, vel [ut ego reſtituendum puto] per diphthongi diſtractionem, Βουΐαιμον. Apud Claud. Ptolomæum *lib. 2. Geograph.* legitur, Βαίμοι, quæ ſcriptura plane ad noſtram vernaculam pronuntiationem accedit. In Francicis Annalibus & Hiſtoriis itidem hoc nomen diverſimode variatum eſt, ut *Begamini*, *Beehaimi*, (ϑ) *Behemi*, *Behemanni*, *Boëmanni*, *Bethemani*, *Boëmani*, *Boimani*, *Bemani*, *Bæmani*, *Boëmi*, *Bohemi*, *Beheimi*, *Behemitæ*, *Behemenſes*, & aliter aliquando ſcriptum legatur. Ex quibus *Beehaimi* Joanni Nicotio (ι) D & Marq. Frehero, [κ] *Boimani* vero Caſp. Barthio [λ] probari animadverto. Verum

 quis eſt,

ſcript. cap. 1. in princ. *Stumpfius* d. lib. 3. cap. 10. *refert ad annum Urbis conditæ* CXLVI. *ſive* CXLV. *Tarquinii Priſci regnantis* XVIII. *Idem* lib. 2. cap. 2. *Beroſum Annianum ſecutus ſcribit, Bojum Celtarum ſeu Germanorum Regem vixiſſe circa annum Mundi* MMCCCCLV.

(α) Scaliger] *lib. de Emendat. temp. cap... & in Animadverſion. in Chronic. Euſeb.*

(β) Calviſius] *in opere Chronolog. fol. 59.*

(γ) Eos Sigoveſus] *Juſtinus ex Trogo Pompejo lib. 24. Vellejus Paterculus* lib. 2. *Rhenanus* lib. 1. Rer. German. cap. Externæ nationes in Germaniam veterem, & cap. Boji in Germaniam, *VVelſerus* lib. 1. Rer. Boicar. in princ. *Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 30. *Matth. a Sudetis I. C. in* ſubſeciv. de orig. Bohem. & Slavor.

(δ) Inde a Camillo pulſus &c.] *Strabo* lib. 7. Geograph. *Silius Italicus* lib. 3. de Bell. Punic. *Appianus in* Illyricis, *Pauſanias* in Phocic. *Juſtinus* lib 33. *Athenæus* lib. 5. Deipnoſophiſt. *Rhenanus* d. lib. 1. cap. Germani in Italiam Ciſpadanam *&c. Philip. Melanchthon. in* Chron. Carion. lib. 3. & lib. 4. *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. ſerie &c. fol. 2. *Conrad. Geſnerus in* Onomaſtic. verb. Boji, *VVelſerus* d. lib. 1. *Chriſtoph Colerus* in animadverſ. in Taciti German. *Boregk in* Chronic. Bohem. fol. 3.

(ε) Bojohem] *Dubravius* lib. 1. Hiſtor. Bohem. in princ. *Geſnerus in* Onomaſtic. verb. Boji, *VVelſerus* d. lib. 1. *Cluverius* lib. 3. cap. 3, & cap. 30, *Rhenanus* lib. 3. cap. Bojemum.

(ζ) A Bojis incolis] *Pulkavva in* Hiſtor. Boem. cap. 1. *Bojos dictos putat a Slavico vocabulo* Boi, *quo bellum notatur, quaſi bellicoſos; vel* Boh *ſeu* Boha, *quo Deus ſignificatur, quaſi Divinos, vel quod a Diis ſe genus ducere affirmarint. Beroſus Annianus, Aventinus, & plerique Anniani fabulatores a* Bojo *Germanorum Rege. Gerard. Mercator ſive ejus abbreviator Jodocus Hondius in* Atlante *nomen Boemorum deducit a Germanico* Boom, E *id eſt, arboribus, nempe Hercinis: Sed nanias iſtas merito ridet & explodit Zach. Theobaldus in* Genealog & Chronolog. Reg. Bohem. ſerie fol. 2.

(η) Bis mille ducentos] *Cluverius* d. lib. 3. cap. 30.

(ϑ) Begamini, Bechaimi] *ſunt ex pronuntiatione Norica, ut* Guncker *pro* Juncker, *& Junior Dominus, i. e. inferior: &* Gunffer *pro* Jungfer, *virgo. Niſi ſi auctores iſti putarint*, Bechaimos *dictos a piciferis ſylvis, quibus includuntur, quaſi* F Pechaimer, *id eſt, picearum colonos & cuſtodes. Apud Noricos* Pech *convicium eſt in hominem illiberalem, ruſticum & ſordidum. Et noti ſunt antiquorum Bohemorum* Pechhuete, *id eſt, pilei pices, ex Hagecio & Boregkio.*

(ι) Joanni Nicotio] *in Indice in Ammonii vel potius Aimoini* Hiſtor, Francor.

(κ) Marq. Frebero] *in* variantibus lectionibus in Adelmi Benedictini Annales Regg. Francor. anno DCCXCII. G

(λ) Caſp, Barthio] lib. 46. Adverſarior. cap. 12,

A quis eſt, qui non videat, omnes illas corruptelas ex vera ſcriptura & pronuntiatione noſtra-
te *Behaimi* ſive *Beheimi* eſſe detortas? Græci [α] noſtro ſæculo ſcribunt Βείμοι, [β] Βοήμοι,
Boemi; & Βοέμια, Βοήμια, [γ] *Boemia*. Etiam Itali, Galli, Hiſpani, ſine aſpiratione ita
ſcribunt pronuntiantque.

4. Regionis ſitum deſcribit Tacitus hiſce verbis: *Inter Herciniam ſylvam, Rhenum-
que & Mænum amnes, Helvetii; ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere. Ma-
net adhuc Boiemi nomen, ſignificatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultori-
bus.* Et Strabo *lib. 7. Geograph. Hercynius ſaltus denſior eſt, magniſque conſitus arbori-
bus, in locis natura munitis circulum includens magnum; in cujus medio regio eſt, egre-
giæ habitationi apta.* [δ] Vellejus Paterculus *lib. 2. Sentio Saturnino mandatum, ut per*
B *Cattos, exciſis continentibus Herciniæ ſylvis, legiones in Boiohemum* [ε] [*id regioni, quam
incolebat Maroboduus, nomen eſt*] *duceret.* Denique Aventinus *libr. 1. fol. 18. Prima
Boiorum ſedes fuit intra Hercyniam ſylvam; & extra, qua occidentem Danubiumque ſpe-
ctat, Hercynia ſylva eos pro nativo muro in modum cordis cytharæque munivit. Quam
regionem ab ipſis adhuc Boiemiam cognominamus, quaſi tu dicas Boiorum patriam & do-
mum, id enim noſtro ſermone Bojemia declarat.*

5. Adeo autem ſtrenue atque fortiter ditionem ſemel occupatam Boji defenderunt,
ut non modo conterminos populos a finibus ſuis per aliquot centum annos viriliter arce-
rent; ſed Cimbros [ζ] etiam, orbi terrarum formidabilem gentem, in ſe irruentes tam
valide propulſarint, ut retro cedere, & confugium in Pannonia quærere cogerentur.
C Qua de re Strabo *lib. 7.* refert: *Ait* [ſcilicet Poſidonius] *etiam Bojos quondam Hercy-
nium ſaltum incoluiſſe: Cimbros autem, quum ad hæc loca ſe contuliſſent, ab iis repulſos
ad Iſtrum & Scordiſcos Gallos deſcendiſſe.* Et Aventinus *lib. 1. fol. 20.* de Cimbris; *Ab
ultimis terrarum oris proficiſcuntur. Egeſippus,* [η] *Apoſtolorum diſcipulus, narrat, Ger-
manos olim Imperium orbis agitaſſe. Pars in Hercyniam ſylvam Bojeniæ fertiliſſimæ, ubi
tum Boji* [*ſicuti ex Eratoſthene, Poſſidonio,* [ϑ] *& Tacito prædiximus*] *habitabant, tranſi-
tum faciunt. At Boji correptis armis, agmineque facto, illos adoriuntur, atque finibus
ſuis exturbant.* Contigiſſe id anno Urbis conditæ DCXL. [ι] Cæcilio Metello & Papi-
rio Carbone Coſſ. id eſt, anno Mundi creati MMMDCCCXXXVII. [κ] ante Chriſtum
natum CXI. [λ] graves auctores aſſeverant.

D 6. Sub Auguſti Cæſaris ætatem, Bojorum Regnum ad Critaſirum [μ] recidit, quem
Dacorum Rex Boërebiſta, [ν] qui poſt Arioniſtum Germanicæ libertatis patrocinium
adverſus Romanos ſuſceperat, ſuo ſub Imperio habebat, anno ante Chriſtum natum
circiter X.

7. Tandem

(α) Græci] *Nicetas Acominatus Choniates, Nicephorus Gregoras, Laonicus Chalcondylas. Euthymius Zygabenus, Georgius Pachymerius.*

(β) Βοέμοι] *apud Chalcondylam* lib. 2. Rer. Turcic. *uno in loco legitur,* πολεμίους, *quod Conrad.*
35 *Clauſerus ejus interpres recte mutavit in* Βοέμους, *ap-*
E *probante etiam Frebero in* Not. ad Chalcondylæ Deſcript. German. *In Epiſtola Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ad Bohemos legitur* Πεμίων, *pro* Βαιμίων, Bæmiorum.

(γ) Βοήμια] *quam ſcripturam ſequitur Baſil. Faber in* Theſaur. erud. ſcholaſt. verb. Boji: *& Simon Stenius in* ſupplement. Commentar. Joach. Camerarii de bello Smalcaldic.

(δ) Egregiæ habitationi apta] *quibus verbis Strabo non modo Bojohemi ſitum, ſed ſoli etiam*
F *fertilitatem indicat: Cluverius* d lib. 3. cap. 3.

(ε) Legiones in Bojohemum] *ita hunc Paterculi locum emendant & ſupplent Hadrian. Junius in* Nomenclator. *& Cluverius* d. cap. 3. *pro, in Bohemiam: nam in vulgatis editionibus deeſt* (in) *particula præpoſitiva.*

(ζ) Cimbros] *Æneas Piccolomineus in* Commentar. de Europæ Stat. ſub Frideric. III. Imp. cap. 32. *VVimphelingus in* Epitom. rer. German.
G cap. 2.

34 (η) Egeſippus] *Hegeſippus* de bello Judaic. & excid. Hieroſol. lib. 2. cap. 9. *& ibi Renatus Laurentius Bartenſis in* Annotation.

(ϑ) Eratoſthene, Poſſidonio] *quorum fragmenta exſtant apud Strabonem* lib. 7. Geograph.

(ι) Urbis conditæ] *Tacitus in libell.* de Situ & morib. Germanor. *Julius Obſequens in* Annal. Prodigior. *Strabo* lib. 7. Geograph. *Julius Florianus in* Epitom. Livii.

(κ) Mundi creati] *Calviſius in* Oper. Chronolog. fol. 245.

(λ) Ante Chriſtum natum] *VVelſerus* lib. 1. Rer. Boicar. fol. 86. *Matth. a Sudetis in* Subſeciu. de orig. Bohem & Slavor. *Mich. Beutherus in* Comm. in Taciti German. par. 2. cap. 14. *Falluntur ergo, qui putant, Bojos iſtos Hercinianos nomen ſuum fœderi Cimbrico adverſum Romanos inito dediſſe, & cum cæteris Germanis, Teutoboco Imperatore, in Galliam & Italiam irruiſſe. Quæ irruptio facta eſt anno ante N. C. 105. hoc eſt a M. C. 3843. ut teſtantur Jacob. Tiſſotus in* Hiſtor. de Gigante Teutoboco Rege Teuthorum, *Calviſius in* Chronolog. A. M. C. 3843. *Oroſius* lib. 5. Hormeſt. cap. 9.

(μ) Ad Critaſirum] *Strabo* lib. 7. Geograph. *VVelſerus* lib. 2. Rer. Boic. fol. 108.

(ν) Boërobiſta] *Dio Caſſius* lib. 54. *VVelſer.* fol. 109. *Cluverius* lib. 3. German. antiqu.

7. Tandem tamen, ut eſt omnium rerum humanarum viciſſitudo & inconſtantia, A
volubiliſque Regnorum periodus, vi ac virtute Marcomannorum ſuperati; Boerobiſta in Moraviam, [α] Tranſylvaniam, [β] Moldaviam [γ] & Valachiam repulſo, & ipſi quoque Boji cum Rege ſuo Critaſiro pulſi [δ] ac Bohemo exacti [ε] in vicinum agrum Noricum [ζ] conceſſere, ibidemque Regnum novum condidere, [η] quod in præſentem uſque diem feliciter perennat, & longe lateque patens potenſque rerum ſub Boioariæ, [θ] Bojariæ, Bavariæ [ι] &c. titulo potitur.

(α) Boerobiſta in Moraviam &c.] *Dio Caſſius* Hiſt. Rom. lib. 54. *VVelſerus* lib. 1. fol. 115.

(β) Tranſylvaniam] *tum Iazygiam dictam; Dionyſ. Gothofredus in* Not ad procem. Novell. 11. lit. n. *Beſoldus* de Appellation. cap. 4. n. 5. *vide infra* cap. 12. n. 5.

(γ) Moldaviam. Walachiam] *Dacia nomine comprehenſas: idem Gothofred. & Beſold.* ibid. *Joh. Mich. Bentherus in* Not. in Taciti German. circa princ. num 2. *Leunclavius in* Reb. Turcic. *Mich. Virdungus in* Comment. in Taciti Agricol. cap. 41. *vide infra* d. cap. 12. n. 5.

(δ) Pulſi] Dominatu, *inquit VVelſerus*, non regione. *Manſere enim ut Hermunduri cum Bojis, ita cum Marcomannis permiſti Boji: VVelſerus* lib. 2. Rer. Boic. fol. 116.

(ε) Bohemo exacti] *id factum anno ante natum Chriſtum VI. quo Tiberius erat ab Auguſto in Germaniam miſſus: VVelſerus* d. lib. 2. fol. 110. *Calviſius in* Oper. Chronolg. anno Chriſti nati 5. *ex Paterculo* lib. 2. cap. 108.

(ζ) In agrum Noricum] *Jul. Cæſar.* lib. 1. de bell. Gall. cap. 5. *Rhenanus* lib. 1. Rer. German. cap. Marcomanni cum Nariſcis & Hermunduris in Noricum &c. *Munſterus* lib. 3 Coſmograph. *Rhellicanus, Glareanus, Glandorpius in* Annotation. in Cæſar. d. lib. 1. cap. 5. *Raymund. Marlianus in* Deſcript. veter. Galliæ locor. apud Cæſar. verb. Boji, *Bonus Accurſius Piſanus in* Indic. locor. apud Cæſar. *Carolus Stephanus in* Diction. hiſt. verb. Boji, *Abraham. Ortelius in* Nomenclatore Geograph. locor. apud Cæſar. *VVelſerus* d. lib. 2. B

(η) Regnum novum condidere] *cujus etiam, præter innumeros hiſtoricos, meminit Jus Saxonicum in* Specul. lib. 1. artic. 53. *juncta Gloſſa, & in* Weichbild. artic. 7. *ubi Burckhard. a Mangelfeld in* Gloſſis: *nec non Jus Suevicum in* Kayſerl. und Kœnigl. Land- und Lehenrecht part. 1. artic. 19. *Hodie eſt magnus Ducatus, quo de Marc. VVelſerus commentarios aſſiduos & locupletes conſcripſit ac divulgavit, ut de Aventino, Hundio, aliisve rerum Boicarum ſeu Bavaricarum ſcriptoribus nihil dicam.* C

(θ) Bojoariæ] *nam a Bojis id nomen traxit, quos Germani* Boier *dixere. Unde* Boierland, *Bojorum terra, regio vel provincia, quæ nunc corrupte* Baierland: *id quod jam ante nos Aventinus, VVelſerus, Thuanus, Cluverius, alii monuerunt.*

(ι) Bojariæ, Bavariæ] *qua indigetatio etiam generatim univerſa Germania & Gallia aliquando attributa fuit, quod Boji Principes utrobique regnarent. Unde Moguntia Bojaria urbs dicitur a S. Eulogio* in Epiſtol. *quam refert Cardinal. Baronius* Annal. eccleſiaſt. tom. 10. D

CAPUT V.

Marcomani Suevorum Gens. Sub Arioniſto contra Jul. Cæſarem. Arioniſtus Germanorum Imperator a Cæſare victus. Marcomani, pulſis Bojis, in Bohemiam. Inde Marcomania dicta. Maroboduus Rex Bohemiæ, ejuſque potentia. Pragæ Regia ſedes. Marcomani unde dicti. In Bojohemorum appellationem tranſierunt. Maroboduus electus Germanorum Imperator ob affectatam Monarchiam Imperio ſimul electivo, & Regno Bohemiæ hereditario privatur. Juſte an injuſte, diſquiritur. Quatenus liceat Imperatori vel Regi reſiſtere. E *Jus Saxonicum improbatur. Examinantur exauctorationes Ludovici Pii, Henrici IV. Wenceslai, & aliorum. Danorum & Suevorum exempla in rejiciendis Regibus. Bohemorum, Polonorum & Hungarorum Decreta Slavica, id eſt, barbara. Jodoci Cæſaris conſtitutio ſuppoſititia. Imperator vel Rex poteſt periurii reus peragi. Ubi & coram quo judicium illud peragendum, relinquitur S. Cæſar. Majeſtatis & communium Imperii Ordinum deciſioni.*

MARCOMANI, (κ) gens Suevorum (λ) præcluis, ab Arioniſto (γ) electo

(κ) Marcomani] Μαρκομανοὶ *Græcis, & ita unico n ex Statio Papinio ſcribendum monet Frat. Jacobus Caudenſis Dominicanus Monach. in* Ærar. aur. poëtar. *Torrentinus in* Elucidar. poëtic. *Geſnerus in* Onomaſtic. *Hadr. Junius in* Nomenclator. *Baſil. Faber in* Theſaur. erudit. ſchol. *Gentem non Gallicam, ut nonnulli opinantur, ſed Germanicam fuiſſe, teſtis eſt Joan. Xiphilinus Patriarcha Conſtantinopolitan. in Epitom. Dionis in M. Antonio Philoſ. Imp. ſcribens*; Marcomanis ſuperatis, Germanicus appellatus eſt. Germanos enim eos, qui in ſuperioribus locis habitant, appellamus. *Cui* F *conſentientia tradunt Marlianus in* Deſcript. vet. Gall locor. apud Cæſar. *Bonus Accurſius in* Indic. locor. apud Cæſar. *Johan. Brantius in* Not. politic. ad Cæſar. lib. 2. *eademque lingua uſos Marcomanos, qua hodie Bavari & cæteri Norici loquuntur, contendit Rhenanus* lib. 1. Rer. Germanic. cap. Marcomanni in Noricum.

(λ) Suevorum] *quorum tum latum amplumque in utraque*

A (α) electo Germanorum & Gallorum Imperatore, (β) ex oris Saxonicis evocati, expeditionem contra Romanos, eorumque Imperatorem C. Julium Cæſarem, Gallias hoſtilibus armis

in utraque Saxonia Imperium ad Albim Viſtulam que in Sueoniam uſque protendebatur, Suecorum hodie Regnum, ut Tacitus auctor eſt in German. *Strabo* lib. 7. Geograph. *Jul. Cæſar.* lib. 4. de Bell. Gallic. *& pleriqve omnes interpretes, Gloſſa in* Specul. Saxon. *Cluverius* lib. 3. German. antiq. *Mart. Cruſius* Annal. Suev. part. 1. lib. 1. *Lud. Perſona in* Orat. de Witteberga. *Nec alio trahendus M. Annæus Lucanus lib. 4. Pharſal. ſeu de bello civili canens;*

Fundat ab extremo flavos Aquilone Suëvos.

Et Baptiſta Spagnolus Mantuanus ad Fridericum III. Imp.

Ampliſſima cerne
B *Regna Suevorum, quos Viſtula claudit & ingens*
Oceanus, vada Danubii confinia gentis,
Tot complexa ſinu immenſo excurrentia late.

Vetuſtorum enim Suevorum ſedes noſtra ætate tenent Sueci, Poloni, Livones, Boruſſi, Pomerani, Luſatii, Bohemi, Moravi, Saxones, Holſati, Dani, Miſnenſes, Thuringi, Haſſi ſeu Catti, & Franci: Baſil. Faber in Theſaur. erud. ſchol. *Et quamvis tantum eſſet Suevorum Imperium, non erat tamen Dominicum aut* παμβαλικὸν, *ſed confœderatum, in quo gentes prope innumeræ com-*
C *prehendebantur, omnes Germanæ, ut Suevi ipſi a monte Suevo ſic dicti, ut vult Papias in* Gloſſ. *& Balbus in* Catholic. *qui Germaniam a Scythia ſeparat; Solinus in* Polyhiſt. cap. 32. *& ibi Camers in* Annotat. *non ab amne Suevo Marchiam Brandenburgiam perlabente, ut putat Munſterus in* Coſmograph. *nec a Suevo Gambrivii filio, ut ex Pſeudo-Beroſo nugantur Althamerus in* ſchol. in Tacit. German. *VVilichius* ibid. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. *& alii id genus fabulatores. E-*
D *quidem non ambigo, quin Suevi ſint Ingevonum poſteri, a quibus mons* Suevo *(ſic enim apud Solinum legi debet, non, ut in vulgatis libris,* Sevo) *ille ingens, Ruſſiam Sarmaticam a Sueonia, nunc*
37 *Suevorum Regno, diſterminans, tenebatur: ex Sueoniaque in Germaniæ interiora progreſſi ſeſe tam longe lateque propagarint. Namque a Sueonibus* primis poſt Scythas nomen Germanicum conſurgit, *Solino teſte. Tuiſto ex Aſia in Scythiam Septentrionalem commigrans in confinio Aſiæ & Eu-*
E *ropæ ad Tanaim fluvium conſedit; indeque per paludem Mæotidem, quod nunc Mare nigrum vocatur, colonias in Europam, ductore Manno filio, immiſit. Qui a Tanai progrediens, tandem vago errore in Sueoniam delatus, ibidem Germaniæ noſtræ primordium poſuiſſe exiſtimatur, dum Sarmatiam poſtea & Scythiam Riphai, a Riphato Manni patruo ex Paphlagonia in eas colonias tranſmiſſi, & a quibus Slavi originem trahunt, occuparent. Eadem volunt, ſed intricati nequeunt*
F *ſeſe expedire, Slavicarum rerum ſcriptores, Matth. Michovius in* Sarmat. deſcript. *Jodoc. Ludovic. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polon. *Mart. Cromerus* lib. 1. Rer. Polonic. *Alexand. Guagninus in* Sauromatic. *alii. Et Sueonia quidem ſive Suedia Germaniæ pars primordialis jam inde ab Aboriginibus Suevis ad noſtram uſque ætatem ſemper habita fuit, Gothoſque ſuos & Cimbros nobis effudit, qui communem patriam Germaniam a Romanis oppreſſam ab eorum jugo in avitam libertatem aſſererent.*
G *Quod & fortiter præſtitere, nobiſque Imperatores dedere orbis terrarum domitores. Hinc Sueoniam Germani ſummo obſervantiæ cultu perpetim honoravere, ceu filii matrem; & ipſa viciſſim Imperio noſtro ſociata Maieſtatem Imperitantis libens meriro agnovit, fidei ejus clientelari ſeſe non ſemel commendans. Hinc eſt, quod Haquinus Norvvegiæ & Islandiæ Rex, Alberti Suecorum Regis filius, & VValdemari Danorum Regis gener, in Regem Romanorum fuerit a Summo Pontifice & nonnullis Germaniæ Proceribus electus; ut ſupra indicavimus. Et præſens Sueonum, Gothorum & Finnorum Rex Sereniſſimus ac potentiſſimus, Guſtavus Adolphus, nationis Germanicæ præcipuus nunc amor & dulce decus, in Regnum Ingermanlandiæ, Ruſſiam Sarmaticam proſpectans, ſolos Germanos invitandos & acciendos cenſuit, tamquam ad ſedes Aboriginum ſuorum repetendas, reſtaurandas & recolendas; ut edicta ejus paſſim per Germaniam propoſita demonſtrant. Namque* Suevi, Suebi, Suabi, Suecones, Suedi, Sueci, *re & veritate ſub eandem derivationem cadunt, eandemque gentem, licet in regionibus & locis diverſis conſedentem, ſignificant. Reineccius in* Comment. de Saxon. orig. fol. 7. *Inde adeo eſt, quod* Sueci, *quos nunc* Suiceri, *Helvetiorum populus montanus & inalpinus, & a quo univerſa illa natio nomen eſt ſortita, ut* Suecia, Suicia, Schvvitzerland, *appelletur, ſeſe Suevos eſſe jactitent, ex Suecorum Regno in haſce alpes traductos, ut teſtantur Felix Malleolus JC. in* Dialog. de Nobilit. & Ruſticit. cap. 33. *Petermannus Etterlinus in* Hiſtor. Helvet. *Felix Faber* lib. 1. de Geſt. Suevor. *Stumpfius in* Chron. Helvet. *Joſ. Simlerus* de Republ. Helvet. *Gul. Stuckius in* Antiquit. convivial. *Guillimannus* de Reb. & Antiquit. Helvet. *Joh. Henr. Suizerus in* Chronolog. Helvet. *Martin. Cruſius in* Annal. Suevor.

(α) Arioniſtus] *vulgo apud Cæſarem legitur* Arioviſtus, *quod nonnulli detortum putant ex* Erenveſt; *Mart. Lutherus in* libell. de Nominib. prop. German. ad priſtin. Etymolog. reſtit. *Aventinus in* Annal. Bojor. lib. 1. *alii; ſed nimis remota Etymologia. Mihi certum eſt ſcripſiſſe Cæſarem,* Arioniſtus, *quo cum bello convenit noſter* Erneſtus, *qui & in quibuſdam mediæ ætatis Scriptoribus* Aroneſtus *ſcribitur.*

(β) Electo German. & Gallor. Imperatore] *quod aſſerit Cæſar* lib. 1. de Bell. Gallic. *Martin. Magerus* de Advocat. armat. cap. 1. n. 183. *Franciſc. de Roſieres in* Stemmat. Lotharing. Ducum tom. 1. cap. 17. in hiſtor. *Mich. Beutherus in* Comment. 38
in Taciti German. part. 2. cap. 8. *Elias Reuſnerus in* Genealog. Regum & Principum a Wedekindo deſcendent. in Stemmat. Reg. Saxon. antiquiſſ. fol. 1. *Lehmannus* lib. 1. Chron. Spirenſ. cap. 3. *ejuſque Impe-*

36 armis devorantem, Germaniæque inſidiantem, juncti cæteris Germanis, (α) ſuſceperunt; A
Arioniſtumque trans Rhenum (β) in terram Galliam ſecuti, prælium cum Cæſare pariter conſeruerunt. In quo victus profligatuſque Arioniſtus, (γ) ubi fuga ſibi ſalutem quæreret, Rheno tranſmeato, in Germaniam ſe recepit: rebuſque deſperatis omnibus, erercituum reliquias, quod in tempore potuiſſet, colligere neglexit.

2. At Dux ille (δ) e genere Maroboduo, cujus nomen non exprimitur, ſuos Marcomanos a magna ſtrage (ε) reliquos in patriam reducturus, ex Sequanis per Heluetios (ζ) domuitionem ſuſcepit, eosque in Valeriam, (η) qua nunc eſt Stiria inferior, (θ) traduxit. Vbi a Druſo Cæſare (ι) Octavii Auguſti privigno, [κ] & Tiberii fratre, oppreſſi quidem & prælio victi, at non exſtincti nec deleti ſunt, ut non nulli prodidere, [λ] ſed locum fortunæ dantes Valeria ceſſerunt, & Bojos bello aggreſſi [μ] Quadis ſo- B
ciis in Moravia relictis, Bojohemi principia occuparunt. Quibus deinde auxilio venit Maroboduus, bellumque perſecutus, ſub Octavio Auguſto, [ν] & Tiberio ac Druſo

Imperium per univerſam quoque Saxoniam, Bojemiam ac Moraviam uſque pertendiſſe, aſſerit Henric. Buntingus in Chronic. Brunſuicenſ. fol 3. *& reliquias Bojorum a clade Arioniſtina in Gallico ſolo conſediſſe, ubi nunc Borbonia eſt Ducatus, multis demonſtrat VVelſer.* lib. 2. Rer. Boicar. *Hinc forte eſt, quod Julianus Cardinalis Germanos cum Bohemis Huſſitis conflicturos exemplo Arioniſti ad fortitudinem cohortatur, apud Zach. Theobaldum* de Bello Huſſit. part. 1. cap. 72.

(α) Juncti cæteris Germanis] *quos partim commemorat Paulus Diaconus Aquilegienſ. lib. 6. Hiſtor. miſcell. fol. 172. editionis Caniſiana:* Fuerunt in exercitu Arioviſti, Arudes, Marcomanni, Tribocci, Vangiones, Nemetes, Sebuſii & Suevi, *&c. Quem locum verbatim exſcripſit Ado Vienuenſis in* Breviar. Chron. ætat. 5. *niſi quod nomina nonnihil varient,* Marcumunes, Tribucii, Seduſes, & Suevi, *ut & Fed. Morelius* in Notis *admonet. Videatur Althamer. in* Annotat. in Taciti German.

(β) Trans Rhenum ſecuti] *Jul. Caſar* lib. 1. de Bell. Gall. cap. 51. *Joach. Curaus in* Annal. Sileſiæ fol. 20. *Carol. Stephanus in* Diction. hiſtor. verb. Marcomanni.

(γ) Victus profligatuſque Arioniſtus] *quod contigiſſe anno Urbis condita* DCXCV. *affirmat Elias Reuſnerus in* Iſagog. hiſtor. fol. 328. *ante natum Chriſtum* LV. *idem Buntingus in* Chronic. Brunſuicenſ. fol. 3. *vel* LVI. *ut numerat Calviſius in* Oper. Chronolog. *Rem ipſam narrant Caſar* d. lib. 1. *Dion. Caſſius Nicens in* Hiſtor. Rom. lib. 39. *& Joan. Xiphilinus Patriarcha Conſtantinopolitan.* in Compendio. *Livius* lib. 104. *Florus* lib. 3. c. 10. *Strabo* lib. 4. Geograph. *Suetonius in* Jul. Cæſ. *Plutarchus in* Cæſare, *Oroſius* lib. 6. Hormeſt. mund. cap. 7.

(δ) Dux ille] *ipſummet Maroboduum fuiſſe aſſerunt Alciat. in* Annot. in Taciti German. *& Althamer. in* Scholiis ad eand.

(ε) A magna ſtrage] *a Caſare accepta, teſte ipſomet Caſare* d. lib. 1. *Dione Caſſio in* Hiſtor. Rom. *Ambroſ. Calepino in* Diction. verb. Marcomanni. *Geſnero in* Onomaſtic. *Carol. Stephano in* Diction. hiſt.

(ζ) Ex Sequanis per Helvetios] *Alciat. in* Annotat. in Taciti German. *Althamerus in* ſcholiis ad eandem.

(η) In Valeriam] *quod factum ſub Julio Caſare, ſcribit Rhenanus* lib. 1. Rer. Germanicar. c. Marcomanni & Quadi in Valeriam.

(θ) Stiria inferior] *Rhenan.* ibid. *Croatiam interpretatur: ſed Vadianus Stiriam; cui magis adſentior.*

(ι) Ubi a Druſo Cæſare] *Tiberii fratre: Sextus Ruffus in* Breviar. Marcomani & Quadi de locis Valeriæ, quæ ſunt inter Danubium & Dravum, pulſi ſunt: & limes inter Romanos ac Barbaros ab Auguſta Vindelicûm per Noricum, Pannonias ac Moeſias eſt conſtitutus. *Jornandes* lib. 1. de Regnor. & temp. ſucceſſ. Marcomanni & Quadi C
in illa Valeria, quæ inter Dravum Danubiumque interiacet, ab eodem tunc ductore (*ſcil. Druſo*) oppreſſi, fineſque inter Romanos & Barbaros Auguſtæ Vindeliæ per Noricum Mœſiamque diſpoſiti. *Nomine* Barbarorum *intelligunt Germanos. Et huc referri debent, qua ſcribit Paulus Diaconus Aquilegienſis, ſive is ſit Anaſtaſius Bibliothecarius, ſeu Landulphus Sagax,* lib. 7. Hiſtor. Miſcell. fol. 216. editionis Caniſianæ: Druſus in Germania primo Uſipetes, deinde Tencteros & D
Chattos perdomuit: ipſos quoque trans Albim fluvium ſubmovit. qui in Barbarico longe ultra 40
Rhenum ſunt. Marcomanos quoque pene ad internicionem cecidit. *Accipe & heic in* Barbarico, *id eſt, in Germania. Videatur Lucius Florus* lib 4. cap. 12. *Verum hanc Marcomanorum cladem Tiberio per Auguſtum miſſo adſcribit Buntingus in* Chronic. Brunſvicenſ. fol. 8. *ipſi Auguſto Meſſala Corvinus* de progen. Auguſti in fin. *nempe ex regula illa juris, qua vult, ut, quod quis per alium* E
fecit, per ſeipſum feciſſe dicatur.

(κ) Octavii Auguſti privigno] *circa annum ante nativitatem Chriſti* VII. *VVelſerus* lib. 2. Rerum Boic. fol. 123. *Buntingus* d. fol. 8.

(λ) Ut nonnulli prodidere] *Spiegelius in* Scholiis ad Bartolini Auſtriad. lib. 8.

(μ) Bojos bello aggreſſi] *Rhenanus tamen* lib. 1. Rer. German. cap. Boji in Germaniam, *auctor eſt, Bojos a Marcomanis depulſos ex Bohemia, paulo ante adventum Julii Caſaris. Haud ſcio an* F
intelligat adventum in Galliam, an vero in Germaniam, quam primus Romanorum Caſar aggreſſus eſt, maximiſque affecit cladibus. Suetonius lib. 1. de Cæſar. cap. 25. *Stumpfius* lib. 2. Chron. Helvet. *contigit anno ante natum Chriſtum* LV. *id eſt, altero poſt fugam Arioniſti, & iterum anno* LI. *poſt devictos Treviros, ut ſcribit Calviſius in* Oper. Chronolog. *Ipſe autem Caſar caſus eſt a conjuratis anno ante natum Chriſtum* XLII. *id eſt, annis tredecim poſt cladem Arioniſtinam, ut idem* G
Calviſius computat.

(ν) Sub Octavio Auguſto] *anno Mundi* MMMDCCCCLIV. *Chriſti nati* V. *Calviſius* in Oper. Chronolog.

A Cæſaribus, adjuvante fortuna, Bojos cum Rege Critaſiro in Noricum pepulit, regionemque eorum, ſuis Marcomannis inductis, [α] occupavit; imperiumque obtinuiſſe fertur in Luſatiam, Sileſiam [β] Poloniam univerſam, Marchiam Brandenburgiam, Pomeraniam: nec non Lituaniam, Boruſſiam, Croatiam, [γ] Dalmatiam, Stiriam, utramque Saxoniam, Holſatiam &c. (*) Quorum opinionem confirmare videtur Tacitus in German. ſcribens: *Præcipua Marcomanorum gloria viresque: atque ipſa etiam ſedes, pulſis olim Bojis, virtute parta.* Et Pomp. Strabo lib. 7. *In hac* [ſcil. Germania] *eſt etiam Hercynius ſaltus, & Suevorum gentes; quarum quædam ipſam incolunt ſylvam, veluti* 39
Goldulorum gens. (δ) *in quibus eſt etiam Bojohæmum* [ε] *Marobodui regia: in quam regionem tum alios complures ille tranſtulit, tum populares ſuos Marcomanos. Occupavit*
B *namque dominationem privatus, poſtquam Roma rediiſſet, ubi juvenis vixerat, & beneficiis ab Auguſto adfectus fuerat. Reverſus autem regnavit, ſubjecitque ſibi præter jam dictos, Lugiorum magnam gentem,* [ζ] *Zumos,* [η] *Gutonas,* [θ] *Mugilones,* [ι] *Sidinos, & ex ipſis Suevis magnum populum Semnones.* Similiter Paterculus *lib. 2. Hiſtor. Rom. de Marobodno: Occupatis, quos diximus, locis, finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus juris ſui fecit.* Et poſtea: *Gentibus hominibusque a nobis deſciſcentibus erat apud eum perfugium, exercitumque, quem ſeptuaginta millium peditum, quatuor equitum fecerat, aſſiduis adverſus finitimos bellis exercendo, majori, quam quod habebat, operi præparabat. Eratque etiam eo timendus, quod cum Germaniam ad lævam & in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo ſedium ſuarum haberet Noricos, tanquam*
C *in omnes ſemper venturus, ab omnibus timebatur. Nec ſecuram incrementi ſui patiebatur ipſe Italiam: quippe cum a ſummis Alpium jugis, quæ finem Italiæ terminant, initium ejus finium haud multo plus ducentis millibus paſſuum abeſſet,* Et Tacitus *lib 2. Annal. Exſtat oratio* [ſcilicet Tiberii Cæſaris] *qua magnitudinem viri, violentiam ſubjectarum ei gentium, & quam propinquus Italiæ hoſpes, &c.* Quibus concinit Rhenanus *lib. 3.* hiſce verbis: *Nactus Bohemiam Marobodnus finitimos omnes, puta Cattos, Cheruſcos, Bructeros, & ab altera parte verſus Danubium Hermunduros, Quados, & vicinas Suevorum nationes, aut bello domuit, aut conditionibus juris ſui fecit.*

3. Tamen in tanto Imperio Bohemiam elegit, a novis incolis & victoribus *Marcomaniam* (1) appellatam; in qua ſedem Regiam, tanquam in media Germania, jam antea
D Pragæ collocatam, porro quoque teneret fixam, inductus ſitu loci & commoditate. Stra-

(α) Marcomannis inductis] *Strabo* lib. 7. *Aventinus* lib. 1. fol. 16. *Rhenanus* lib. 3. Rer. Germanic. cap. Bojemum Tacito &c. *Johan. Bugenhagius in* Recitat. de migration. & mutat. gentium in Occidentis Imp. *Nicol. Machiavellus in* Diſcurſ. de Migration. populor. Septentrional. *interprete Hieronym. Turlero JC. VVolffg. Latzius* de Migrat. gent. *Franc. de Roſieres in* Stemmat. Lotharing. Ducum tom. 4. in hiſtor. capit. 68.
E *Brentius in* Comment. de vocab. region. & gent. apud Tacit. *Glareanus in* Annotat. ad Taciti German. *Boregk in* Chronic. Bohem. fol. 3. *Munſterus in* Deſcript. German. & lib. 3. Coſmograph. cap. de Bohemia. *Althamer in* Scholiis ad Taciti German. *Eiſengrin in* Chron. Epiſcop. Spirenſ. *Lehmannus* lib. 1. Chron. Spirenſ. cap. 13. *Martinus Cruſius* part. 1. Annal. Suevor. lib. 12. cap. 9. *Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 3. & cap. 30. & in Vindelic. c. 3. *Quibus mixti erant Seduſii atque Harudes; Cluver.*
F d. cap. 3. & cap. 30.

(β) In Luſatiam, Sileſiam] *Joachim. Cureus in* Annal. Sileſ. fol. 21. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 34.

(γ) Lituaniam, Croatiam] *Hagecius in* Chron. Bohem. in proœm. de Bohem. orig.

(δ) Goldulorum] *a quibus* Goldberga *Sileſiæ urbs condita & nomen ſortita videtur.*

(ε) Bojohæmum] *ita apud Strabonem legit & vertit Cluverius* d. lib. 3. cap. 3. & cap. 31. *ut*
G *& ſupra monuimus, & ante eum tentaſſe videtur Hagecius in* Chronic. Bohem. in proœm. de orig. Bohem.

(ζ) Lugiorum gentem] *alii habent* Luios, *nec videntur abludere a* Ligniciis *Sileſiæ populis.*

(η) Zumos] *alii habent* Zunos. *Cluverius mavult* Lemovios. *Sed quantulum abeunt* Znoimi *in Moravia?*

(θ) Gutonas] *alii habent* Butonas: *cum qua lectione conſpirant* Butini [Beuten] *in Sileſia: nec procul abeunt* Budiſſini *in Luſatia.*

(ι) Mugilones] *idem Cluverius emendat.* Burgundiones, Mugler *in Polonia collocat Spangenberg* cap. 34. Chron. Saxon. Mogilanos *vocat Alexand. Guagninus circa Cracoviam poſitos,* Compend. Chronicor. Polon. in Vanda Duciſſa fol. 57. 41
ubi nunc Mogilnenſe *cœnobium uno miliari, Cracovia diſſito; Joan. Herburtus* lib. 6. Hiſt. Polon. cap. 8. *Eſt etiam* Muglitz *Moraviæ oppidum, ad cujus Eccleſiam exſtat Epiſtola Fratris Nicolai Piskupeczsi Senioris Eccleſiæ Thaborenſis, apud Zach. Theobaldum in* Bello Huſſit. part. 2. cap. 15. anno 1444.

(1) Marcomaniam] *Jul. Capitolinus in* M. Antonino Philoſopho.

(*) Tot Regionibus imperaſſe Maroboduum, " difficile eſt credere, neque tum nata & nota erant " hæc regionum nomina, niſi ad prolepſin hiſtori- " cam confugiamus. Balbin *Miſcell. lib. II. cap. 2.* " Nec mihi fit veroſimile tam longe lateque ſeſe fines Regni Marobodui extendiſſe. Ceterum quid Prolepſi in Hiſtoricorum Commentariis eſt frequentius?

(2) Clü-

Strabo in ſeperiori loco: *in quo eſt Bojæmum, Marobodui regia.* Cluverius (α) de Re- A
gno interpretatur, quia in Græco ſit, *Μαροβούδου βασίλειον.* Aventinus (β) cum Lipſio
(γ) facit, ut ſuo loco videbimus.

4. Quum ergo ſic tenerent Bohemiam, ſibi quidem ipſis (δ) ac Romanis dicti fue-
re *Marcomani*; conterminis vero & circum populis Germanis a ſede, *Bojohæmi*, ſive
Bojæmi, & *Bæmi*, (ε) patria lingua *die Bohaimen* ſive *Bæmen*: quæ nominis uſurpatio
poſtea quoque perduravit, in novis iterum cultoribus Slavis, ut inferius dicetur. Quæ-
nam autem ſit *Marcomanici* nominis originatio, a literatis quæritur. Sunt, qui a *marcis*
deducant, (ζ) quod fines & limites Germanorum contra Hungaros & Sarmatas tueren-
tur, quaſi limitanei homines, *Marckmænner*, *Mærcker*, quo nomine vulgo appellan-
tur incolæ Marchiæ Brandenburgiæ. Alii putant a *marco*, (η) id eſt, malleo, propter B
virtutem eorum bellicam, ſic dictos, quorum opinio propius accedit ad etymi aliquam
veriſimilitudinem. Namque Bohemia in medio Germaniæ ſita, limes ejus eſſe non
potuit; & jam olim pridem nomen illud obtinebant, quam in Bohemiam veniſſent. Nec
minus falluntur Rhenanus, Pirckheimerus, Vadianus, Munſterus, Rhellicanus, Gla-
reanus, Stumpfius, Simlerus, Curæus, Cario, Camers, Spiegelius, Stadius, Friſch-
linus, & alii innumeri, qui exiſtimant *Marcomanos* eſſe Moravos, *Mærern*, nominis
alluſione decepti.

5. Etenim Melanchthon, (ϑ) ſive is Brentius (ι) ſit, doctiſſime, ut omnia, do-
cuit, *Marcomanos* in Bohemia, *Quados* in Moravia habitaſſe. Addit etiam, non
unam tantum gentem in Bojemia fuiſſe, ſed reliquias Bojorum aliquam partem inco- C
luiſſe, & ad occaſum in aditu fuiſſe Hermunduros: Marcomanos autem habuiſſe ſedes
in ea parte, quæ ſpectat ortum, verſus Moraviam & Auſtriam. A cujus ſententia ſtat
Arrianus *in Germaniæ deſcriptione*: *Earum* [inquiens] *gentium* [ſcil. Germanicarum]
poſtremi ſunt Quadi ac Marcomani; *deinde Jazyges Sarmatarum genus*, *poſt hos* ·*etæ*;
deinde Sarmatarum magna pars. Et Tacitus *in German.* ſcribens: *Juxta Hermunduros Nari-
ſci*, *ac deinde Marcomani & Quadi agunt*; *eaque Germaniæ velut frons eſt*, *quatenus
Danubio prætexitur.* Ptolomæus *lib. 2. Geograph.* Μαρκομανοὶ ὑφ' οὓς Σιδηνοί, *Marco-
mani*, *ſub quibus Sudeni.* Pet. Ciacconius emendat, [κ] Σηδουνοί, & interpretatur *Seaunos*
in Heluetiis: imperite: nam *Sudeni*, qui Straboni dicuntur *Sideni* ſunt *Sudetes*, [λ]
qui ſub Marcomanis Sileſiam verſus habitabant, hodieque nomen priſtinum mons ille D
[μ] retinet, qui Bohemiam a Sileſia & Moravia ſeparat.

6. Enimvero *Quicquid in altum*, ut Tragœdus ait, (ν)
Fortuna tulit, *ruitura levat.*

(α) Cluverius] lib. 3. German. antiq. cap. 30. *cui adſtipulari videtur Sandelius in* præfat. in Chronic. Hagec.

(β) Aventinus] lib. 2. Annal. Bojor. in Octavio Auguſto, fol. 53.

(γ) Lipſius] *in* Commentar. in Taciti German.

(δ) Sibiipſis ac Romanis] *Cluverius* d. lib. 3. cap. 30.

(ε) A ſede Bojohæmi] *a Bojis prioribus cultoribus: Melanchthon ſive Brentius in* Comment. de Vocabul. region. & gent. apud Tacit. *Rhenanus* lib. 1. Rer. Germanic. cap. Boji in German. *&* lib. 3 cap. Bojemum, in fin. *Glareanus in* Annotat. in Taciti German. *Münſter. in* Deſcript. German. cap. 2. & in Coſmograph. lib. 3. de Bohemia. *Altham. in* ſchol. in Taciti Germ. *Pet. Albinus in* Chronic. Miſniæ tit. 3. fol. 31. & fol. 43. *Simon Fabricius in* Annotat. in Taciti German. *Mich. Beutherus in* Comment. in Taciti German. part. 2. cap. 2. *Zach. Theobald. in* Genealog. & Chronol. Regum Bohem. ſerie fol. 2.

42 (ζ) Qui a mareis deducant] *Mart. Cruſius* part. 1. Annal. Suevor. lib. 3. cap. 3. *& plerique omnes hiſtorici & Grammatici*, *nonnemo etiam ex juris civilis interpretibus.*

(η) A mareo, i. e. malleo] *Propter eandem rationem Carolus Pipini I. filius*, *Majordomus & Princeps Francorum*, *cognominatus eſt* Marcellus. *Joan. Meurſius in* Gloſſ. Græco-Barb. verb. *μάρκος*. *Balbus in* Catholic. verb. Marcus & Marculus. *hinc* marcellator, *qui &* malleator, *pro percuſſore*, *ut exponit Nicolaus Ordinis Minorum in* Maminotrecto ſeu Expoſit. Bibliæ in Job cap. 41. *ubi tamen* martellus *legitur in quibuſdam editionibus.* E

(ϑ) *Melanchthon*] *in* Comment. de Vocabul. region. & gent. apud Tacit.

(ι) Sive is Brentius] *Sunt etiam*, *qui Henrico Lorito Glareano*, *ſunt qui Hieronymo Frobenio adſcribant.* *Sed Brentio vindicat Mart. Frechtus in* Epiſt. ad Vadianum ſcripta, *& Baſil. Faber in* Theſaur. verb. Hermunduri.

(κ) Ciacconius] in Notis ad lib. 1. Jul. Cæſaris de Bello Gall. F

(λ) Sudetes] *Georgius Fabricius in* Origin. Saxonic.

(μ) Mons ille] *Hadr. Junio* Sudeti montes, *in Nomenclatura.* *Videatur Curæus in* Annal. Sileſ. *Georg. Agricola in* Bermanno. *Gerard. Mercator in* Atlante. *Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de Orig. Bohem. & Slavor. *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. fol. 5. & in Topographic. Regni Bohem. deſcript. ſect. 2. G

(ν) Tragœdus] *Seneca in* Agamemn. *& ibi ele-*

A Maroboduum, (α) dum nimio fovet, ita ſtultum fecit, (β) ut dominationem abſolutam
inſtituere cum animo ſuo agitaret. Qua de re Paterculus lib. 2. *Nihil erat in Germania,*
inſit, *quod vinci poſſet, præter gentem Marcomanorum: quæ Maroboduo duce, excita*
ſedibus ſuis, atque in inferiora (leg. *interiora*) *refugiens, incinctos Herciniæ ſilvæ cam-*
pos incolebat. Nulla feſtinatio hujus viri mentionem tranſgredi debet. Maroboduus ge- 43
nere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, natione magis quam ratione barbarus, non
tumultuarium, neque fortuitum, neque mobilem, & ex voluntate parentium conſtan-
tem, inter ſuos occupavit Principatum, ſed certum Imperium, vimque Regiam comple-
xus animo, ſtatuit, advocata procul a Romanis gente ſua, eo progredi, ubi quum pro-
pter potentiora arma refugiſſet, ſua faceret potentiſſima. Et tamen veritus ut hoc Ger-
B mani, a quibus liberis ſuffragiis & voluntaria ſubjectione ad ſummum Imperii faſtigium
evectus fuerat, non paterentur, fœdus cum Romanis (γ) pepigit. De quo Aventinus
lib. 2. in Octavio Auguſto ſcribit: *Marobodus quoque Rex Suevorum magnitudine benefi-*
ciorum in fœdus Romanorum illectus eſt. Habitabant tum Suevi in Bojemia, Luſatia,
& finitimis regionibus trans Albim. Is Marobodus a puero verſatus Romæ erat: fuerat
ab Auguſto magnas opes conſecutus; cum domum rediit, maximum latiſſimumque adeptus
eſt Regnum. Propter hanc cauſſam, nempe ſuſpicionem affectatæ dominationis (δ) in
fa-

eleganter Mart. Ant. Delrio Societ. Jeſu in Commentar.

(α) Maroboduum] *fragilitatis humanæ, incon-*
C *ſtantiæque fortunæ ſingulare exemplum vocat Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. ſerie fol. 3.

(β) Stultum fecit] *ex Publio Syro in* Mimis.

(γ) Fœdus cum Roman.] *opera & ſtudio Tiberii Cæſaris, qui ab Auguſto ad debellandum Maroboduum miſſus erat. VVigul. Hund JC. in* Metropol. Salisburgenſ. de Ratiſponenſib. Epiſcop. fol. 52. *Circa Chriſti nati annum* VIII. *ut obſer-*
D *vat Elias Reuſnerus in* Iſagog. hiſtor. fol. 337.

(δ) Suſpic. affect. dominat.] Vita *namque* ſub dominatione miſera eſt, *ait Cic. in Epiſt. intellige anomala illa (ut Barbari noſtri loquuntur) prava, & abſoluta, quam* tyrannidem *vocamus, quave ex libidine magis, quam juſte & æquo, dominatur. Hæc enim* libertati eſt inimica, & [*ut ait Plinius Nepos*] per ipſam naturam contraria, *ut diſputant Hannibal Scotus in* Comment. *& Vincent. Lupanus in* Annot. in Taciti Annal. lib. 2. cap. 47.
E *in hoc ipſe caſu noſtro, Scipio Gentilis, præceptor meus, in* Origin. *Stephan. Junius Brutus in* Vindic. contra Tyrann. *Innocentius Gentilettus JC. Delphinenſ. in* Antimachiavell. *Lipſius in* Comment. in Plinii Panegyric. *Mich. Virdungus in* Comment. in Taciti Agricol. c. 3. *Matth. Berneggerus in* Annotat. in eundem libell. in prooem. loc. 4. fol. 23. *Erat quidem Rex Maroboduus, ſed non ſupra libertatem ſuorum ſubditorum regnabat, nec ei infinita aut libera poteſtas erat, ut eleganter & ve-*
F *re diſſerit amicus noſter Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 30. *non magis quam cæteris Germanorum Regibus, de quorum Regio jure Mich. Buntherus in* Comment. in Taciti German. part. 1. c. 20. *Mich. Virdungus in* d. Comment. cap. 12. *Lehman.* lib. 2. Chronic. Spirenſ. cap. 4. fol. 62. *Hænonius*
44 Diſputat. politic. 9. theſ. 16. fol. 452. *Anton. Celerus in* Diſſert. de Jur. Imper. German. ſect. 32. *Frid. Hortlederus in* Comment. de Leg. Reg. German. *Illuſtriſſ. Johan. Erneſtus Dux Saxoniæ Vina-*
G *rienſ. in* Orat. de Leg. Reg. Imperii. *Georg. Martinus in* Diſputat. de Poteſt. Imperat. *Paurmeiſterus* lib. 1. de Juriſdict. cap. 19. num. 6. & 8. & lib. 2. cap. 1. num. 10. & ſeq. & cap. 4. num. 16. *Henr. Chriſtoph. a Griesheim in* Diſcurſ. de Comitiis Imp. Rom. Germ. Imp. concluſ. 97. *Cujuſmodi Regem ſub cuſtode ponit Alberic. Gentil. in* Regal. diſputat. 3. de vi civium in Reg. ſemp. injuſt. circa princ. & fol. 129. *Joan. Molanus* lib. 4. de fid. hæretic. ſerv. cap. 5. & lib. 5. cap. 21. *hoc eſt, ſub lege ordinaria poteſtatis; Lud. Rudolfinus de Sabloneta in* tract. de Suprem. ſeu abſol. Princip. poteſt. cap. 1. num. 3. *quam Ordinibus ſive populis Regem conſtituentibus attribuunt Magdeburgenſes in* tract. de Jure Magiſtratus in ſubdit. *Bucherius* lib. 1. de Abdicat. Henrici III. Regis Gall. cap. 10. *Roſſæus* de Poteſtat. Reipubl. lib. 1. cap. 1. num. 6. in fin. *Quæ antiquiſſima Germanorum lex Regia, inde uſque a Maroboduo ad noſtra tempora perennans, necdum apud nos exolevit, toties in* Capitulationib. Cæſareis *repetita & confirmata, in quibus ſanctiſſime cavetur, ne Rex vel Imperator ſine conſilio Electorum quidquam ſtatuat, neve Imperium faciat hereditarium, id eſt, quomodo ego interpretor, ne abſolute dominetur. Quid ſi vero, inquiet aliquis, Imperator vel Rex Maroboduum imitatus, injuſtam illam dominationem, ſpretis & conculcatis Imperii legibus fundamentariis; quibus minime eſſe ſolitum in confeſſo eſt. Hotomanus* lib. 1. de Antiq. jur. Regis Gall. cap. 12. *Steph. Junius Brutus in* Vindic. contra Tyran. q. 3. *Chriſt. Matthias* lib. 3. Syſtem. polit. exercit. 2. ſect. 6. *Lamb. Danæus* lib. 3. Politic. Chriſtian. cap. 6. *Innocent. Gentiletus in* Antimachiavell. de Regni adminiſtr. theor. 1. *Bodinus* lib. 1. de Republ. cap. 4. & lib. 4. cap. 3. num. 426. *Zoanetus* de Imper. Roman. num. 171. num. 184. & ſeqq. *Obrechtus* de Regalib. tit. 12. num. 559. & ſeq. *Joan. Avenarius JC. in* Quæſtion. nomicopolit. q. 17. *Barclaius* lib. 3. contra Monarchomach. c. 15. *Vulteius* ad §. ſed & quod Princip. num. 5. Inſtitut. de Jur. nat. gent. *Tilemannus in* Diſcurſ. Philolog. fol. 206. *Clapmarius* lib. 1. de Arcan. Rerumpubl. cap. 12. *Erenberg ſeu VVeyhe in* Veriſimil. de Regni ſubſid. c. 25. num. 3. *Paurmeiſterus* lib. 1. de Juriſdict. cap. 19. *uſurpet, annon licebit ei reſiſtere? in ordinem cogere? denique pertinacem Imperio vel Regno privare? Non arbitror, nec id divinæ leges, nec humanæ permittunt. Qui Regis ſui poteſtati repugnat, Dei inſtitutioni reſiſtit, ipſius Dei eſt præceptio, tradita ab Apoſtolo Paulo in* ep. ad Roman. cap. 13. v. 2. *Petro* epiſt. 1. cap. 2. v. 13. *Salomone ſive* [*ut volunt*] *Philone in* lib. Sapient. c. 6. v. 4. *At in-*
ſtant,

familia ſua ſtabiliendæ, & fœdus cum Romanis initum, contra quos erat in Imperato- A
rem electus, inviſus eſſe Germanis cœpit, ab eisque pedetentim deſeri, donec Harmi-

nio

ſtant, parendum Deo magis eſſe, quam Imperatori vel Regi; 2. Maccab. 7. v. 30. Actor. Apoſtol. c. 4. v. 19. & cap. 5. v. 29. *quibus obtemperandum eſſe concedunt*, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν, ſed uſque ad aram, *id eſt religionem vel conſcientiam, ut Periclis apophthegma apud Aul. Gellium* lib. 1. cap. 3. *Pet. Moſellanus in* Annotation *extendit. Unde illud divini Socratis apud Platonem ad Judices Areopagitas Athenienſes*: Deo potius, quam vobis, obtemperabo. *Et S. Baſilius apud Simeonem Magiſtrum in Ethic. definit. 79.* Poteſtatibus eminentioribus obediendum eſt, in quibus mandatum Dei non impeditur. *Recte quidem hec omnia; ſed aliud eſt Imperatori aut Regi impia præcipienti, vel iniqua etiam per ſubditos exſequi volenti, non obtemperare; aliud Domino ac Principi ſuo vim intentare. Petrus Cunerus Epiſcopus Leovardienſis in* tract. de Chriſtiani officio, & quæ ſecundum conſcientiam ex ſacris literis ei debetur obedientia. *Quod ſi Imperator vel Rex limites recta rationis exceſſerit, poteſt ab Ordinibus gravatis comiter rogari, ſuppliciter obſecrari, per Deum hominesque*

45 *que officii ſui admoneri: at nulla poteſt eſſe cauſſa juſta eidem rebellandi, aut reſiſtendi, ut præter Apoſtolos & ſaniores Theologos juſte ſancteque Doctores noſtri tradunt, Bartolus in* Comment. ad extravag. Henrici VII. Imp. Qui ſint rebelles, *Caſtaldus* de Imperat. quæſt. 82. *Corſetus* de Poteſtat. Reg. quæſt. 3. *Bodinus* lib. 2. de Republ. cap. 3. *Sobrie & Orthodoxe Franc. Junius*; Omnes, *inquit*, injurias a Magiſtratu ſuo potius ferunt boni ſubditi, quamvis atrociſſimas, quam ut in eum invehantur ſermone, ſcripto, opere, ad ordinis & pacis publicæ perturbationem, *lib. 1. de Translat. Imper. cap. 2. n. 49. Eadem ſentit & ſcribit Cunrad. Dietericus in* Inſtit. Catechetic. de 4. Præcept. Decalog *Joh. Eichredius JC. in* Orat. de Natal. vita & obitu Erneſti Principis Schaumburgenſ. *Joh. Gerhardi* Locor. Theologic. tom. 6. cap. 27. n. 119. & n. 484. *Objicit Theod. Beza*, Vim Magiſtratui non infert, qui tyrannidi manifeſtæ oppoſita, & publica auctoritate ſancita remedia, ſancte & neceſſario uſurpat, *in Annot. Novi Teſtam.* ad Rom. 13. *Verum quæ ſint illa remedia, exprimere dilucidius debebat. Proferri quædam ſolent ab iis, qui contendunt, in Imperii noſtri conſtitutionibus ſancitum eſſe, Imperatorem ſeu Regem Romanorum delinquere, ex delicto teneri, in pœnamque incidere, & per conſequens accuſari poſſe, ac propter maleficia, & multo magis propter exceſſus tyrannicos, in eum competere actiones: & huic rei confirmandæ producunt Specul. Saxon.* lib. 3. artic. 52. & art. 54 *VVeichbild. Magdeburg.* artic. 8. & ſeq. *Jus Feudal. Saxon.* tit. 4. *Non eo inficias Maroboduum Saxonibus quoque imperaſſe, & multa antiquitatis Marcomannica indicia in jure Saxonico reliqua eſſe: noſtris tamen moribus Jus illud nec vim legis obtinet, & a viris prudentibus ceu ineptum ac barbarum merito exploditur, nec ab ipſiſmet Saxonibus hac quidem in parte attendi ſolet. Provocatur dein ad Decretum exauctorationis Ludovici Pii Imperatoris*, Conſtitution. Imperial. tom. 2. anno 833. fol. 16. *At Decretum iſtud, ſi tanto nomine dignandum eſt, Pet. Pithoeus JC. Gallus, vocat* acta impiæ & nefandæ exauctorationis, *in*

collect. Annal. & hiſt. Franc. fol. 322. & a majori parte Principum Germaniæ & Galliæ fuit in generalibus Comitiis reſciſſum, & ipſe Imperator Imperio honorificentiſſime reſtitutus, ut referunt illorum temporum Scriptores, Anonymus Aſtronomus ipſius Imperatoris domeſticus in Vita Ludovici Pii, *Theganus Chorepiſcopus Trevirenſ.* de Geſt. Lodov. Pii cap. 43. & ſeqq. *Flodoardus Rhemenſ. in* Hiſt. Eccleſiaſt. Rhemenſ. *Card. Baronius* Annal. Eccle- B
ſiaſt. tom. 9. anno 833. *Papyr. Maſſonus in* Synopſ. vitæ & doctr. Agobard. Lugdun. Archiepiſcop. *Falcetus* lib. 8. Antiquit. Gall. cap. 14 *Franc. Hotomanus in* Fulm. brut. *Ludov. Servinus in* Vindic. ſecund. Eccleſ. Gallic. & Regii ſtatus Gallo-Franc. *Ranchinus* de Reviſion. Concil. Trident. lib. 1. cap. 2. fol. 40. *Laurent. Bochellus in* Decretis Eccleſ. Gallican. *Joannes Roffenſis Epiſcop.* de Poteſt. Papæ in reb. temp ſive in Regib. depon. uſurp. lib. 1. *Joan. Bedant de la Germaudiere in* tractat. de Jur. Re- C
gum *&c. Lancelotus Andrea Epiſcop. Elienſis in* Reſponſ. ad Apolog. Card. Bellarmini, quam edidit contra præfation. Monitor. Regis *&c. Joan. Barclaius in* Pietat. ſive publ. pro Regib. ac Princip. vindic. *ut alios non paucos compendifaciamus. Quod ergo Decretum ipſo jure & facto exſtitit nullum, & ab ipſis fidelibus Imperii Principibus fuit reprobatum, num tantam meretur auctoritatem, ut rebellioni palliandæ debeat nobis obduci? Minime vero gentium. Nec aliud eſt judicium de Re-* D
ſcripto Principum Imperii ad Henricum IV. Imperatorem, quem Saxones non modo per vim ab Imperio depoſuerant, ſed & bello aperte perſequebantur, Conſtitution. Imperial. tom. 1. anno 1106. fol. 250. *nec aliud item de Edicto exauctorationis VVenceslai Cæſaris & Bohemiæ Regis*, Conſtit. Im-
perial. d. tom. 1. anno 1400. fol. 379. *quia uterque* 46
illorum erat coram Summo Pontifice Romano, quem Dei Vicarium in terris, eoque nomine legitimum Imperatoris vel Regis judicem ac ſuperiorem E
agnoſcebant, accuſatus; & ille quidem a Gregorio VII. iſte a Bonifacio IX. condemnatus, & Imperio indignus judicatus fuerat. Unde Ordines Imperii, vinculo fidei, quo illis obſtricti tenebantur, per ſententiam ſedis Apoſtolicæ abſoluti, non putabant ſe rebellionem committere, ſi illos abdicarent, quos ſancta Romana Eccleſia condemnaſſet, & alios in eorum locum eligerent ac ſufficerent. Quamquam non neſciam, quid homines perorudi-
ti, omnibuſque artibus optimis ornati, tam ſacri E
quam profani ordinis, hac de re ſentiant: quidve nonnulli & rerum, & exemplorum, & omnis vetuſtatis periti de poteſtate Papæ ediſſertent. Et Henrici quidem partem contra Papale judicium ſtrenue tum in ſcriptis agebant Benno & Hugo Blancus Cardinales Romani, VVecilo Moguntinus & Hartvvicus junior Magdeburgenſis Archiepiſcopi; VValtramus Naumburgenſis, Venericus Vercellenſis, Theodericus Verdunenſis, Conradus Traject-
jectenſis, Otbertus Leodienſis, Epiſcopi; Sigeber- G
tus Abbas Gemblacenſis, & alii numeroſi illius ætatis tractatores: VVenceslai autem Regis abdicationem non uſquequaque probare videntur Seldius in Rathſchlag *mox citando*, num. 26. verſ. dagegen und vviewol, *Freherus in* Not. mſſ. ad leges Curiat. *Mirabilis de Bona caſa ſive Eberhard. a VVey-*

he

A'nio Cheruſco, quem in ejus locum ſuffecerant, prævalente, Imperio pariter Germanico & Regno Bohemiæ hereditario exſutus eſt.

CAPUT

he in Juditha ficta n. 128. *Nec ipſi Saxones, fide,*
abſequio & conſtantia voluntatis erga Impiratorem
ac Imperii ſalutem nulli populo cedentes, vellene
hodie majorum ſuorum ſive facta imitari, ſive ju-
ra illa & decreta approbare. Nec paradigmata
rejectorum Imperatorum atque Regum Romano-
rum, Hilderici, Caroli Craſſi, Ottonis IV. Frede-
rici II. Conradi IV. Adolphi, Alberti I. Ludovi-
B *ci IV. & aliorum, juvare rebelles quidquam poſ-*
ſunt, quum non exemplis, ſed legibus ſit judican-
dum: ne dicam etiam in his intervenisse ſummi
Pontificis auctoritatem; Sigiſmund. Seldius in
Rathſchlag und Bedencken pro Ferdinand. I. Imp.
contra Paul. IV. Pap. punct. 1. n. 26. *& pleraque a*
majore Principum parte non fuiſſe comprobata,
nec a Succeſſoribus eorum hodieque laudari. Exem-
pla Danorum & Suecorum, quorum illi Chriſtier-
num II. Regem, Caroli V. Imp. & Ferdinandi Cæ-
C *ſar. Sororium, iſti Sigiſmundum Regnis privarunt*
& expulerunt, ob cauſſas, quas Ordines Daniæ
prolixe in ſcriptis ediderunt apud Petersenum in
Chronic. Holſatiæ; *Sueci autem in* Exegeſi hiſto-
rica &c. *& Johannes Skytte Conſiliarius Regius in*
Oration. ad Regem Magnæ Britanniæ, *commemo-*
rarunt; non debent trahi in conſequentiam, quo-
niam recte anne fecerint, adhuc ſub judice lis eſt:
& Chriſtierni quidem cauſſa ſine dubio in Regi-
mento Caſtreo & Camera Imperiali victura fuerat,
D *ni mors Regis eam ſolviſſet, ut manifeſtum fit ex*
Actis Denenmarck contra Denenmarck, *in cauſſa*
ſpolii & fracta pacis publica, quæ penes nos aſſer-
vantur, nec non ex ipſius Regis Apologiis, *quas*
Cancellarius ejus Cornel. Duplicius Scepperus pu-
blicavit. Quod attinet ad conſtitutionem Caroli IV.
Imp. de Jurib. Regni Bohem. *cujus §. 6. nobis obie-*
ctant, in quo ſancitur; ſondern vvœllen jeden Kœ-
nig, daſs er diſsfalls in eine Pœn, und einen
offentlichen Meyneyd gefallen ſey, vertheilt ha-
E ben *&c. apud Hagic. in* Chron. Bohem. part. 2.
anno 1355. *& in* Reichsſatzungen part. 1. fol. 150.
reſpondimus ſanctionem, eſſe non Imperialem, ſed
Slavicam, cui in Statutis *quoque* Regni Poloniæ,
& Capitulationibus *Stephani, Heinrici & Sigis-*
mundi præſentis, Poloniæ Regum, non diſſen-
tanea ſit inſerta: quum non Ordo Regni, ſed
47 *Imperator ſit legitimus judex Regis Bohemiæ,*
ut ſuo loco demonſtrabimus. Namque Ordi-
nibus actio duntaxat competit in Regem ſuum
F *credentem, quam apud Imperatorem inſtituere ac*
perſequi debent, non cognitio, nec ulla juriſdictio,
multo minus exſecutio, niſi ab Imperatore demandetur.
detur. Quo pacto, nec aliter, interpretari de-
bent Regum Bohemiæ Reverſales, *Uladislai Poloni*
de anno 1510. *& Matthiæ Auſtriaci* de anno 1608.
qui ſeſe obligarunt judicio ordinario, non Subdi-
torum inconſtanti & mobili voluntati. Quod vo-
luiſſe in tali caſu videntur Mynſingerus cent. 5.
obſerv. 18. *& Gail.* Practic. obſervat. lib. 2. obſ.
G 76. n. 3. *Denique in medium profertur conſtitutio*
Jodoci, Electi Romanorum Regis, quam edidimus
Conſtitut. Imperial. tom. 3. anno 1410. fol. 424.
& collaudant Calviſius in Chronolog. anno 1410.
verſ. Rupertus, *& David Pareus in* Apolog. con-
tra Ungerſtorff & Gotlieb. *verum hanc conſtitu-*
tionem eſſe ſuppoſititiam, vel ipſum datum in Franc-

furt, *evidenter ſatis demonſtrat, quum Jodocus nec Francofordiam eo anno venerit, nec ibidem fuerit electus: & is, qui eam mecum communicavit, ingenue fateatur, confictam eſſe ex* Decretis Andreæ Regis Hungariæ anno 1222. publicatis, *ut videatur & ipſa Huno-Slavicam* (*) *quandam barbariem ſentire. Interim tamen non nego, poſſe Imperatorem vel Regem Romanorum ob violatas leges Imperii vel Regni fundamentales, perjurii reum ab Ordinibus peragi*; c. venerabilem, verb. perjurium, *& ibi Canoniſtæ,* Ext. de Elect. & Elect. pot. *Alberic. de Roſate in* l. bene a Zenone, C. de quadrien. præſcript. *Joh. le Cirier* lib. 3 de Primogenit. cap. 7. §. in contrarium, *Franc. Zoanettus in* tract. de Defenſion. part. 15. n. 14. n. 45. & n. 55. *Joan. Bapt. Ficklerus in* tract. de Jure Magiſtrat. *Nicol. Cragius* de Republ. Lacedæmon. *Theodoric. de Nihem. in* Nemor. union. tract. 6. cap. 16. *Lancelotus in* Templ. omn. jud. lib. 1. cap. 1. q. 2. §. periurii exceptio, *Springerus* de Pac. religion. cap. 3. *Sed ubi judicium hoc ſit inſtituendum, graviſſima & maxime ardua quæſtio eſt, vehementiſſime ſemper inter Doctores Theologos, Juriſperitos, & Politicos agitata. Et Regem quidem Romanorum coram Imperatore eſſe conveniendum in confeſſo eſt: de Imperatore autem mirum in modum variant opiniones, aliis ſolum Deum, aliis ſummum Pontificem ejus Vicarium, aliis Comitem Palatinum Rheni, aliis communes Imperii Ordines, judices eſſe ſtatuentibus; quorum omnium ac ſingulorum runcare ſpinas, noſtro non convenit inſtituto: ſatis ſit rebellis fautorum ac defenſorum tela, objecto veritatis ſcuto, retorſiſſe eliſiſſe. Videri tamen poſſunt, ſi cui libido eſt altiora ſcrutari, D. Mart. Luth. in lib.* de ſæculari poteſtate *ſive* ſublimiori mundi poteſtat. quatenus ei obtemperand. ſit, *item in libr.* de ſeditione ruſticor. Sueviæ, *item in* Exhort. ad præcavendas ſeditiones, *item in libell.* contra latrocinantes, tumultuantes ac homicidales ruſticos, qui ſub prætextu ſancti Evangelii fallaciter contra omnes ſuperiores reſiſtunt & inſurgunt: de ſublimiori mundi poteſt. quatenus ei obtemper. ſit, *Jobus Gaſtus in* Expoſtul. Juſtitiæ cum Mundo a Belial inſtigato, *Urb. Regius in* tractat. von der Leibeigenſchafft, *nec non in* Rathſchlag und vermanung an die Stædt N. N. ſich vor Empœrung und Auffruhr zu hüten, *Johan. Brentius in lib.* de Adminiſtrand. pie Repub. ac ſubditor. erga Magiſtrat. juſta obedient. *Joan. Langen Eccleſiaſt. Erffurt. in* tract. von gehorſam der vveltlichen Oberkeit, &c. *Pet. Martyr Vermilius in* Comment. in libr. 1. Sam. cap. 27. *Magdeburg. Reſpubl. in tract.* de Jure Magiſtratus in ſubditos, & offic. ſubditor. erga Magiſtrat. de an. 1550. *Joan. Avenarius (vulgo Haberman.)* in Prec. hebd. fer. 2. *Auctor lib. Gallici, cui titulus*; Vive deſcription de la Tyrannie, & des Tyrans, avec les moyens de ſe garentir de leur joug, imprimé á Reims per Jean Mouchar a 1577. *alius Auctor libri inſcripti*; Reſolution claire & facile ſur la queſtion tant de fois faite de la priſe des armes par les inferieurs; ou il eſt monſtre par bonnes raiſons tirees de tout droit divin & humain, qu' il eſt permis & licite aux Princes, Seigneurs & Peuple inferieur, de s'

armer

armer pours' oppoſer & reſiſter a la cruaute & ſelonnie du Prince ſuperieur, voire meſme neceſſaire, pour le devoir, du quel on eſt tenu au Pajis & Republique, a Reims per le meſme Mouchar 1577. *Franciſcus Hotomannus in tract.* de Jure Magiſtratuum in ſubdit. *Stephan. Junius Brutus in* Vindiciis contra Tyrann. *Innocentius Gentilettus in* Antimachiavell. *&c. Joan. Molanus* lib. 4. de fide hæretic. ſerv. cap. 5. cap. 12. & ſeq. *Alchuſius in* Politic. cap. 38. *Georg Obrechtus in* Diſput. Feudal. 12. concluſ. 140. & ſeqq *Joan. Jeſſenius a Jeſſen in* Orat. de Vindic. contra Tyrann. *David Pareus in* Comment. ad Roman. cap. 13. *in tract.* de Jure Regum & Principum pro Sereniſſ. Jacobo Magnæ Britanniæ Rege. *& in d.* Apolog. contra Ungerſtorff, &c. *Carolus Paſchalius in* Precum Chriſtian. opere, ſive piis meditation. de officiis homin. Chriſtian. *Henning. Arniſæus* de Jure Majeſtat. lib. 1. cap. 6. *Theodor. Reinkingk* lib. 2. de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſſ. 1. cap. 5. n. 40. & lib. 2. claſſ. 1. cap. 2. *Johan. VVeinrichius Iſenacenſ. in* vvolmeynender Warnung vor Tumult und Auffruhr, &c. *Rumelinus in* Differt. 6. ad Aur. Bull. part. 2. cap. 17. concluſ. 9. *Pius Felix Cæſar JC. Francofurt. in* rechtlicher Deduction &c. de Seditioſorum Francofurt. proſcript. *nec non in* Epiſt. exhortat. ad Senatum Populumque Francofurt. de pace reſtauranda, & ſeditioſis vitandis &c. *VVilhelm. Schickardus in* tract. de Jure Regio Hebr. cap. 2. theor. 7. *Beſoldus in* Differt. de Majeſt. cap. 8. *Georg. Dedekennus in* Theſaur. Conſil. & Deciſ. vol. 2. ſect. 1. & ſ.q. *ubi varios variorum tractatus congeſſit, qui diſtinguunt inter Magiſtratus inferiores ſive Ordines, qui in partem ſollicitudinis recepti & in ſpecula Reipub. conſtituti ſunt; & inter ſubditos privatos: ut illis quidem liceat ſuperiori manifeſtam tyrannidem exercenti, ipſamque Rempubl. evertenti, non verbis modo, ſed & armis reſiſtere,* A *& incorrigibilem a gubernaculis penitus removere, quam Bezæ mentem fuiſſe Albericus putat: hiſce autem privatis minime liceat, nec fas ſit, quacunque etiam injuria opprimantur, Magiſtratui ſuo legitimo & a Deo conſtituto repugnare; quo ſententiam Franc. Junii ſuperius allegatam volunt eſſe porrigendam: Alb. Gentil.* de Diſput. Regal. 3. fol. 130. *Buchananus* de Jure Regni apud Scot. *Obrechtus* d. Diſput. 12. concluſ. 192. & ſeqq. *Reinkingk* d. lib. 2. claſſ. 3. cap. 2. n. 10. B *Zach. Victor in* tract. de cauſſ. exemption. in Imper. concluſ. 9. in fin. *Nos hanc Doctorum controverſiam, quam homini privato diſceptare nefas eſſe cenſent Argentens in* lib. Notar. jur. tit. de interdict. unde vi, fol. 34. *& Aerodius* Rer. judicat. lib. 10. tit. 14 n. 2. & ſeqq. *ſi inter dubia ex conſtitutionibus Imperii aborta referri debet, Sacratiſſimo Imperatori, Sereniſſimis Electoribus, & cæteris Imperii Ordinibus diſceptandam ac definiendum relinquimus, quorum eſt talia dubia ex con-* C *ſtitutione Henrici VII.* de Rebellibus, Aurea Bulla *Caroli IV.* & Capitulatione Cæſarea, *omnia commode interpretari, & quænam ſit vis juſta ſive injuſta in ſupremum Principem, quive ſint rebelles cenſendi, matura deliberatione decidere;* juxta Receſſ. Spirenſ. 1557. *§* 5. ferner.

(*) Uti erravit Goldaſtus, dum olim cenſuit" Jodoci conſtitutionem in legitimis numerandam," ita non exquiſite h. l. loquitur, quando *Hunnicam conſtitutionem* appellat, quam *Hungaricam*" D appellari oportebat, cum quoad reſpiciam res" Hunnicas, nihil inveniam conſtitutionum Hunnicarum. Ita Schuzfleiſch. *Differt. XII. §. 9. in" nos.* Sed ubi Goldaſtus hanc conſtitutionem Jodoci vocat Hunicam? ſaltem dicit ſapere barbariem *Huno Slavicam.* Minus recte igitur hic caſtigatur Auctor noſter.

CAPUT VI.

Maroboduo depoſito, & a ſuis deſerto, Harminius Cheruſcorum Princeps in
49 *Imperio Germanico & Regno Bohemico ſufficitur. Ejus potentia, & Imperii latitudo. Etiam ipſe ob affectatam tyrannicam dominationem ab Imperio deponitur, & a ſuis tan-* E *dem parricidialiter trucidatur. Germanorum libertas. Poteſtas abſoluta ſeu Plenitudo poteſtatis quid operetur. An liceat Imperatorem vel Regem rejicere. Maroboduus & Harminius a quibus defendantur. Juris Saxonici barbara ſtatuta.*

MAROBODUO namque a Germanis propter cauſſas jam dictas, rejecto, bellum intulit Harminius ab eo laceſſitus, Maroboduumque prælio victum in montana Bohemiæ pepulit, circa annum Chriſti nati XII. ut nonnulli auctores (a) tradunt. Sed audiamus Tacitum, qui proxime a rerum geſtarum ſæculo afuit, *lib. 2. Annal.* narrantem; *Suevi* (inquit) *prætendebantur adverſus Cheruſcos orantes. Nam diſceſſu Romanorum ac vacui externo metu, gentis auxilium adſuetudine, & tum æmulatione gloriæ, arma in ſe verterant. Vis natio-* F *num, virtus Ducum, in æquo. Sed Marobodui Regis nomen inviſum apud populares: Arminium pro libertate bellantem favor habebat. Igitur non modo Cheruſci, ſociique eorum, vetus Arminii miles, ſumpſere bellum, ſed e Regno etiam Marobodui Suevæ gentes, Semnones ac Longobardi defecere ad eum.* Cui conſentienter Aventinus, diligens Scriptor cum primis, *lib. 2. Annal. Bojor. fol. 84. & ſeq.* dicit; *Suevi inſuper cum Rege Ma-*

(a) Nonnulli auctores] *ut Bechirerus in* Chronic. Thuring. fol. 21. *vel* XVII. *ut Calviſius in* Oper. Chronologic. fol. 300. col. 2. *vel* XIV. *ut Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronologic. Regum. 50 Bo-

A *Marobodo, Romanis fœderati erant. Arminius tamen bello non victus, bellum continua-
vit, donec Imperator Tiberius Cæſar Auguſtus &c. Reddita libertate Germaniæ, pul-
ſiſque Romanis, Arminii favor apud omnes gliſcit: paſſim ut adſertor Germaniæ, more
gentis, canitur. Marobodi Regis nomen inviſum, ipſe proditor & deſertor patriæ nun-
cupatur. Non ſolum Cheruſci, & ſocii eorum, bellum ſumunt, ſed e Regno Marobodi
quoque Senones ac Longobardi, Suevi genere deficiunt. Pulſus Marobodus ſecedit, in-
vocatque Romanos: tranſgreſſus Danubium, qua Noricam provinciam præterfluit, Ra-
vennæ conſenuit.* Et Joan Carion *lib. 3. Chronic. monarch. 4. ætat. 3.* (α) *Pulſi ab Har-
minio Romani e Saxonia effecerunt, ut a vicinis bello peteretur Harminius. Sed hi quo-
que victi ſunt ab Harminio, & occupatis regionibus eorum habuit Weſtphaliam, Herci-*
B *niam, Saxoniam, Marchiam, Miſniam, & Bohemiam.* Denique Marc. Welſerus,
vir doctrina & prudentia vere magnus, *lib. 2. Rer. Boicar.* ſcribit; *Maroboduus ob Regis
nomen inviſus Germanis, æmulum nactus eſt Arminium Cheruſcum, libertatis Germanicæ
vindicem. Deficientibus ergo populis Germanis ad Arminium, Maroboduus legatos miſit
ad Tiberium Cæſarem, auxilia oraturus. Sed objectum eis a Tiberio, non jure Marobo-
duum Romana arma adverſus Arminium invocare, qui Romanos in eum pugnantes,
Quintilio Varo duce, nulla ope juviſſet.*

2. Sic ergo Bohemiam (β) Harminius ſub imperium populi Germani ditionemque
redegit. (*) Cujus Imperio jam parebant (γ) Sicambria, Weſtphalia, utraque Saxo-
nia, Marchia, Miſnia: (δ) item Haſſia & Thuringia, (ε) Luſatia, Sileſia, &c. Ve-
C rum quum & ipſe, pulſo Maroboduo, & firmato ſibi Imperio, Regiam dominationem
affectaret, (ζ) populares ſuos adverſos habuit, variaque fortuna cum iis certavit, tan-
dem

Bohem. ſerie fol. 3. *vel* XVIII. *ut Buntingus in* Chronic. Brunſuicenſ. ſol. 9. & ſol. 12. *vel.* XIX. *Welſerus* lib. 2. Rer. Boicar. ſol. 119. *vel denique* XX. *Spangenbergius in* Chronic. Saxon. cap. 30. & cap. 34. *auctor eſt.*

(α) Carion lib. 3. Chronic.] *etiam Melanchthon & Peucerus in* Chronic. *Spalatinus in* Hiſt. de Harminio cap. 29. *Ulricus Huttenus, Eques*
D *Francus*, in Arminio ſive Dialog. de laude German. *Barthol. Clamorinus in* Deſcript. hiſtorica Principp. Anhaldinor.

(β) Bohemiam] *Spalatin. in* Hiſt. de Harminio cap. 29. *Hagecius in* Chronic. Bohem. in proœm. *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. ſerie, fol. 3. *Et Harminii victorioſo exemplo uſus Cardinalis Julianus, Germanos cum Bohemis Huſſitis conflicturos ad fortitudinem & conſtantiam cohortatur, apud eundem*
E *Theobaldum in* tract. de Bell. Huſſit. par. 1. cap. 72. anno 1431.

(γ) Cujus Imperio jam parebant] *Carion lib. 3. Chronic.* Harminius Cheruſcorum Princeps habuit ſub ſuo Imperio Weſtphaliam, Herciniam, Saxoniam, Marchiam, Miſniam & Bohemiam temporibus Auguſti Cæſaris. *Eadem repetunt Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 34. *Joachimus Cureus in* Annal. Sileſ. ſol. 21. *Matthias Caſtritius* lib. 2. de Heroic. virtut. Principum German. cap. 2.
F exempl. 19. *Andreas Angelus in* Chronic. Marchiæ Brandenburg. lib 1. fol. 11.

(δ) Miſnia] *Otto Pflugius in* reſponſo ad Philippum Naſſoviæ Comitem Adolphi Cæſaris Præſidem in Miſnia, *quod refert Joan. Garzo Bononienſ.* lib. 1. Rer. Saxonic. in princ.

(ε) Item Haſſia, Thuringia] *Johan. Becherer in* Chronic. Thuring. ſol. 21.

(ζ) Regiam dominationem affectaret] *Tacitus* lib. 2. Annal. cap. ult. *Calviſius in* Oper. Chronol.
G anno nati Chriſti 19. fol. 300. col. 2.

(*) „Maroboduus deſertus a ſuis ob ſævitiam, „vincitur ab Arminio Cheruſcorum Principe, qui „etiam ipſe a ſuis ob tyrannidem affectatam eſt occiſus. Hæc certa & proba; addit de ſuo Goldaſtus ſtultam & ridiculam concluſionem: *hoc tempore ab Arminio ſub ditionem Populi Romani, & quod ſequitur in ditionem Germanici Imperii Bohemia eſt redacta.* Non video quid Stultius poſſit inferri: nam etſi *Bohemiam Germaniæ provinciam* eſſe dicamus, tamen id eo tempore factum ab Arminio, quomodo dici poteſt? o Goldaſte nonne jam ante *Cap. 2. Bohemiam Germaniæ provinciam* fuiſſe dixeras vel ex eo, quod in ea *Boji Germaniæ populus* (verius Galliæ) habitarint? deinde qua auctoritate *Arminius* alienum Regnum adjunxit *Romanis*? an arma *Arminii* arma erant *Romanorum*? ut quicquid *Arminius* obtineret, continuo obtinerent *Romani*? imo & *Germani*? qui poſt tot ſecula in titulum *Imperii Romani* ſucceſſerunt? nullus certe capitalior hoſtis Romanorũ, quam Arminius fuit, qui *Quintilium Varum* cum legionibus delevit. Videantur ejus adverſus *Romanos* conſilia & bella apud Vellejum & Tacitum. Denique tota Goldaſti probatio caduco innititur fundamento *Marcomannos eſſe Bojos*, quod omnes Scriptores negant pernegantque. Si neges, cadet Goldaſti aſſertum: *Bohemiam eo tempore Germanici Imperii Provinciam eſſe cœpiſſe.* An exiſtimavit Goldaſtus nullum e Bohemis (quos alibi ab ingenio commendat) unquam futurum, qui pſephiſmata hæc intelligat, vel auſit refellere? „ Balbinus *lib. III. Miſcell. cap. XXII. §. 1.* Conferas, ſi commodum erit, cum his verba Goldaſti, & eo ipſo refutabis Balbini animadverſionem, qua hoc caput perſtringere voluit; nam (1) ubi dicit Auctor noſter Arminium redegiſſe Bohemiam ſub ditionem Populi Romani? Nunquam, mihi credite, hæc in mentem Goldaſto venerunt, utpote qui probe noverat infenſum Arminii in Romanos animum. (2) Ubi affirmat Bohemiam tunc temporis factam *Germaniæ provinciam*, cum Arminius profligaſſet Maroboduum; jamdudum enim ante hanc ætatem regio Germaniæ erat, ut in antecedentibus probatum dedit Goldaſtus. Id ſaltem memorat *§. 2.* redactam illa victoria Bohe-

Digitized by Google

dem dolo propinquorum cecidit, (α) anno Chriſti nati (β) (ut quidam volunt) (γ) A
E XXII.

hemiam ſub *imperium* i. e. poteſtatem Germano-
rum, a qua forte Maroboduus Romanorum mo-
ribus imbutus & regnandi nimis cupidus hanc
provinciam ſubtrahere voluit (3) ubi Goldaſtus
Bojos dicit Gentem Germanicam, & inde infert
Bojohemiam eſſe provinciam Germaniæ? Nonne
cap. IV. Bojos ex Gallia Celtica in has oras profe-
ctos fuiſſe multis narrat? (4) ubi *Marcomannos
eſſe Bojos* tradidit? eos quippe populos accurate a
ſe invicem diſcernit, ut ex *cap. 5.* diſcimus. De-
nique (5) ubi ex eo, *Marcomanni ſunt Boji*, effi-
cit *Bohemiam eo tempore Germanici Imperii pro-
vinciam eſſe cœpiſſe*? Ego ſaltem hactenus ne
volam vel veſtigium hujus ſententiæ in Goldaſto
deprehendere potui. Opus igitur potius foret,
ut Germanus quidam hæc pſephiſmata Balbini, alio-
rumque detegeret, & refelleret, quæ produxit
male ſanus amor patriæ, animusque præjudiciis
plane occupatus.

(α) Dolo propinqu. cecidit] *Nolim tamen in
Imperatorem optime de Germanica natione, patria
ſua, meritum detorquere illud Æliani lib. 6. Var.
hiſt.* Tyrannis nulla ad tertiam generationem pro-
pagatur, pulcherrimo Deorum immortalium mu-
nere. *Pro quo effato hæc Marobodui & Harmi-
nii exempla ceu illuſtria politici noſtri producunt:
quorum alter hæreditarius Marcomannorum, id
eſt, Bohemorum; iſte Cheruſcorum Rex, quum eſ-
ſent ad Imperium Germanorum propter virtutem
electi. Monarchiam perpetuare & in familia ſua
ſtabilire affectabant. Quam enim Tacitus ſuo ævo*
Regiam dominationem *populo Romano inviſam*,
hanc politici Monarchiam *populo Germano exoſam*,
Doctores noſtri abſolutam poteſtatem *appellant.
Qualem poteſtatem Didac Covaruvias, Epiſcopus
Hiſpanus, negat licere in Principe conſtituere,
per quam ſua libidine & libera voluntate, abſque*
51 *recta rationis limitibus ducatur*, lib. 3. Var. reſo-
lution. cap. 6. n. 8. verſ. primum ex his deduc. *Cui
adſtipulatur Vaſquius Merchaca, iisdem Hiſpanus*,
lib. 1. illuſtr. controverſ. cap. 26. *& Riminaldus Ju-
nior*. conſil. 5. n. 229. verſ. hunc Petrus, vol. 1. *ubi
hæc ejus verba*; Poteſtas abſoluta verius Diaboli-
ca dici poteſt, quia procedit a poteſtate injurioſa,
& eſt contra legem divinam, naturalem, civilem
& canonicam. Ideo qui illa utuntur ineffrenata
dominatione, nec non & conſultores eorum, qui
hæc ſuggerunt, & actus eorum, Diabolici ſunt,
quos niſi reſipuerint, poſſidebit infernus, ubi eſt
fletus & ſtridor dentium. *Præterea abſolutam
hanc poteſtatem improbant ac damnant Arias Pi-
nellus in* rub. C. de reſcind. vend. part. 1. cap. 2.
n. 24. verſ inſertur tandem, & n. 25. verſ. genera-
liter autem, *Angel. Mattheacius in* tract. de Le-
gat. & fideicommiſſ. lib 3. cap. 8. n. 20. *Fortunat.
Garzias in* l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 194.
verſ. dicebat Bald. n. 195. & n. ſequ. D. de lib. & po-
ſtum. *VVaremund. ab Erenberg in* Veriſim. de
Regn. ſubſid cap. 15. in fin. *Stephan. Paſchaſius*
lib. 6. Requiſition. fol. 239. *Beſoldus in* Diſſert. de
Majeſt. cap. 7. n. 16. in fin. *Eſt enim Regis officio
contraria, quod in recte agendo, non in dominan-
do, conſiſtit. Qui ergo non recte, id eſt, male,
agit, pro Rege haberi & obſervari non debet, ſi
Stoicorum argumento auſcultamus, quod tractat
Cicero* lib. 3. de Finib. *Salluſtius* in Jugurth. *Hora-
tius* lib. 1. epiſt. 1. *Dec. Auſonius in* Monoſyllab.
Cæl. Sedulius Roman. lib 2. Oper. Paſchal. *Iſidorus
Hiſpalenſ.* lib 9. Etymolog. cap. 3. & lib. 3. Senten-
tiar. de ſummo bon. cap. 48. *Gregorius Magnus in*
Moralib. *Fulgentius Ruſpenſis* lib. 1. de Verit. præ-
deſtinat. & grat. *Concil. Moguntiacenſ.* ſub Arnul-
pho Imp. cap. 3. *Joan. Clymacus ſive verius Ebrar-
dus inter opera B. Cypriani* de Duodec. abuſion.
ſæcul. grad. 9. *Rodericus Zamorenſ.* lib. 1. ſpecul.
vitæ hum. cap. 1. & ſeq. *Franc. Petrarcha* lib. 1. B
Famil. epiſt. 2. *Et hæc quidem pro Statibus Germa-
nia Regem ſeu Imperatorem ſuum rejicientibus fa-
cere poterant. Quum enim Harminius, more hu-
mani ingenii in tanto faſtigio elatus, libertatem
patriæ, quam hactenus propugnaverat, in domi-
nationem abſolutam convertere niteretur, Impe-
rium pariter cum vita amiſit. Tacitus tamen
Harminium præclaro hoc elogio inſignit:* Liberator
haud dubio Germaniæ fuit, qui florentiſſimum
tum Imperium Romanum laceſſivit, prælio ambi- C
guus, bello non victus. *Sed magis majoribus lau-
dibus eum extollunt Huttenus in* Arminio, *Spala-
tinus* in Hiſt. de Harmin. *Matthias Berneggerus
in* Annotat. in Taciti Agricol. ad proœm. *ubi ex
Franciſci Liſtii Baronis Hungari* Diſputat. poli-
tic. *refert, præſentem ejus virtutem, quæ eſt ſor-
tis humanæ malignitas, fuiſſe neglectam atque adeo
exoſam, ſublatam ex oculis anxie quæſitam deſide-
ratamque a Germanis. Et fuerint ſane in eo cri-
mina, quorum a Germanis reus peragebatur, D
nunquam non magis conveniebat Regem ac Impe-
ratorem ſuum comiter obſervare, ſuper gravami-
nibus modeſte ac reverenter, ut ſubditos decet,
admonere, de iis moderandis & corrigendis ſup-
pliciter orare; quam rebellare, Imperio ac ſceptris
exſuere, ac tandem parricidaliter trucidare. Me-
lanchthon in* Chronic. Carion. lib. 4. *Andr. Hon-
dorphius in* Promptuar. exemplor. in 8. præcept.
Decalog. ſub rubr. de detractorib. & proditorib.
*Equidem ſic ſentio, ſummum iſtum Heroem, æter- E
num Germaniæ noſtræ decus, defendere ab injuria
ſuorum ſubditorum potuiſſe, quæ multis rationibus
deducunt Hieronym. Cardanus* in Encomio Neron.
Scip. Gentilis in Orat. pro C Jul. Cæſar. *Franciſ-
cus Lanovius ſeu Dominus de la Noue in* Diſcurſ.
politic. & milit. cap. 10. *Auctor* Apodixeos, qua
demonſtratur, haud licitum eſſe ſubditis maledi-
cere Regi ſuo, multo minus perſonam ejus adori-
ri, *Guilielm. Barclajus* contra Monarchomach. F
Scip. Ammiratus in Diſcurſ. ad Tacit. diſc. 10.
Pet. And. Canonherius in Diſſertat. politic. ad Ta- 52
citi Annal. *Sereniſſim. Jacobus Rex in* Declarat. pro
jure Reg. Sceptrorumque immunit. *C. Philopatris*
de Jure Monarchiæ liberæ ſeu de mutuis Regis ab-
ſoluti & ſubditor. ejus offic. *Thomas Mortonus E-
piſcopus Coventrienſ. & Lichfeldenſ. in* Cauſa Re-
gia, ſive Diſſertat. de Auctoritat. & dignit. Prin-
cipum Chriſtianor. *Joan. Savaro JC. Præſes Ar-
verniæ & Claremontii in* tract. de la Souverainitè
du Roy, *Henning. Arniſæus in tract.* de Auctorit. G
Princip. in popul. ſemper inviolab. *Adam. Blacuo-
daus in* Apolog. pro Regibus adverſus Bucha-
nani Dialog. de jure Regni apud Scotos, *Bartho-
lom. Clerk* fidelis infideli ſubdito reſponſio, *Ant.
Clericus, Eques Gallus & JC. in* Deffenſe des Puiſ-
ſances de la terre &c. *Albericus Gentilis in* Regal.
diſput. 3.

A XXII. Septem & triginta annos vitæ, (δ) duodecim potentiæ explevit, caniturque (ε) adhuc apud noſtros, & in manibus verſantur cantilenæ Saxonum idiomate perſcriptæ.

diſput. 3. de Vi civium in Reg. ſemp. injuſt. *Gothofred. Antonius in* Diſput. de Poteſt. Imperat. legib. ſol. & hodiern. imperii ſtat. *Georgius Hackevvill in* Scuto Regio, *Gabr. Chappuys, Secretar. Regius, in* Citadelle de la Royauté contre les efforts d' aucuns de ce temps, qui par eſcrit captieux ont voulu l' oppugner, *Joan. Henric. Tenſor* Diſput. polit. 3. de Poteſt. ſacroſanct. & inviolab. Prin-
B cip. in Subdit. *Thomas Balaſſi Epiſcopus Boſnenſis in* tract. de Fidelitate ſubditor. erga Principes *&c. Janus Gruterus in* Diſcurſ ad Tacit. part. 1. fol. 19. *David Ovvenus in* tract. de Jure Regio contra Pareum; *quorum & conſimilium prudentum hominum dictata longe potiora nobis eſſe debent, quam Juris Saxonici pluſquam immanis hac quidem in parte barbariei, ſtatuentis Imperatorem non Imperio tantum, ſed vita quoque privandum eſſe, ſi vel Imperium deſtruat, vel infideles, puta Turcos,*
C *in Chriſtianos inſtiget, aut alioqui juvet, vel denique legitimam conjugem abjiciat; Specul. Saxon.* lib. 3. art. 54. *Gloſſa in* Specul. Saxon. lib. 1. art. 1. *& inde libatus textus* in Kayſerlich. Land und Lehenrecht part. 1. tit. 23. in pr. *& quidem caput ei eſſe ſecuri aurea amputandum a Comite Palatino Rhens, imprudenter, ne dicam impudenter, in VVeichbildo Magdeburg.* art. 8. *& Gloſſ. in* Jur. Feudal. Saxon. cap. 4. *aſſignatur. Quam imprudentiam nec ipſi quidem Conſiliarii Palatini non poſſunt non ſatis deteſtari, & exſtat Freheri ea de re cenſura in* Not. Pet. de Andlavv lib. 2. cap. 10. verb. illud inſigne privil. *quem ſequitur noſter Griesheimius in* Diſcurſ. de Vicariat. S. Rom. German. Imper. concluſ. 19. *Rumelinus ad* Aur. Bull. diſſert. 5. concluſ. 7.

(β) Anno Chriſti nati XXII.] *VVelſerus* lib. 2. Rer. Boicar. *& Calviſius in* Oper. Chronolog. *Elias Reuſnerus in* Iſagog. Chronolog. fol. 339. *ponunt annum* XIX.

(γ) Ut quidam volunt] *Joan. Funccius in* Chronolog.

(δ) Septem & triginta annos vitæ] *Tacitus* d. lib. 2. cap. ult. *Spalatinus in* Harminio.

(ε) Caniturque] *Tacitus* dicto loco, *Spalatinus* ibid.

CAPUT VII.

Maroboduus Bohemiæ Rex in Italiam; Catualda ei ſurrogatus in Galliam, a Tiberio Imperat. transferuntur. Catualdæ perfidia in legitimum & hereditarium ſuum Re-
53 *gem. Jubillius Bohemiæ Rex ſub Caligula & Claudio Imperatoribus.*

ITAQUE Maroboduus poſt Harminii cædem, (α) ſub cujus clientela & fide Regnum retinuerat, ad priſtinam libertatem reſiliens, nec Germanis ſuis, nec Romanis
D ſubeſſe ſuſtinuit; Regnumque Bohemiæ ab Romanorum incurſu acriter defendit. Soli enim Bohemi Marcomani reſtiterant, (β) qui ab Octavii Auguſti deceſſu (γ) per Tiberium vinci poſſent. Sed a ſuis parum tutus, occultis præterea inſidiis a Tiberio (δ) per Druſum filium petitus, qui illiciendis Germanis ad diſcordias, (ε) haud leve decus apud patrem quærebat, anno ſequenti (ζ) a Catualda (η) toto Regno Bohemiæ pulſus eſt.

2. *Catualda* (ϑ) namque *nobilis apud Gotonos* (ι) *juvenis, profugus olim vi Marobodui, tunc dubiis ejus rebus ultionem auſus, valida manu Bohemiam ingreſſus, corruptis ad ſocietatem Marcomanorum Primoribus, Regiam,* (κ) *Caſtellumque juxta ſitum,* (λ) *irrumpit*: hinc Maroboduus ad Romanos confugiens, (μ) a Tiberio Principatum Ravennæ

E (α) Poſt Harminii cædem] *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 34.

(β) Marcomani reſtiterant] *Vellej. Paterc.* Hiſt. Rom. lib. 2. *Hubertus Goltzius Herbipolenſis in* Imperator. imaginib. in Tiberio cap. 2. *Rhenan.* lib. 1. cap. Marcomanni cum Nariſcis & Hermunduris in Noricum *&c. Joan. Funccius in* Chronolog. anno Chriſti VII.

(γ) Octavii Auguſti deceſſu] *qui incidit in annum Chriſti nati* XIII. *Scaliger in* Animadverſ.
F in Chronic. Euſeb.

(δ) Occultis inſidiis a Tiberio] *Suetonius Tranquillus* lib. 3. de Cæſaribus in Claud. Tiberio cap. 37. *Sext. Aurelius Victor in* Epitom. hiſt. Auguſt. in Tiberio.

(ε) Illiciendis Germanis ad diſcord.] *Tacitus* Annal. lib. 2. cap. 62.

(ζ) Anno ſequenti] *nimirum poſt natum Chriſtum* XX. *VVelſerus* lib. 2. fol. 119.

(η) Catualda] *inſtigato a Druſo Tiberii filio; Tacitus* dict. lib. 2. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 34.

(ϑ) Catualda] *Germanis* Gottvvald; *Hagecius in* Chronic. Bohem. in procem.

(ι) Nobilis apud Gotonos] *videatur Tacitus* Annal. lib. 2.

(κ) Regiam] *Pragenſem; Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 30. *contra Lipſii conjecturam.*

(λ) Caſtellumque juxta ſitum] *verba hæc ſunt Taciti; & intelligo VViſcheradum Moldaviæ fluminis ſuperimpoſitum in vetere urbe Pragenſi, quod fuit antiquiſſimum Regum Bohemiæ receptaculum & habitaculum, ut ex Coſma, Sylvio, Hagecio, Dubravio, Pontano, Boregkio, aliis conſtat.*

(μ) Maroboduus ad Romanos] *Tacitus* d. lib. 2. 54
Rhenan. lib. 1. cap. Marcomanni &c. in Noricum &c. *Funccius in* Chronolog. anno 22.

Digitized by Google

vennæ obtinuit, ubi conſeneſcens (α) obiit poſt annos viginti, id eſt, anno Chriſti A
nati XL. Regnumque Bohemiæ Catualda Druſi Cæſaris beneficio (β) occupavit, anno Chriſti nati XX. (γ)

3. Sed & ipſum Catualdam haud multo poſt [δ] idem caſus excepit; [ε] qui pulſus Bohemia Jubillii ductu, & Hermundurorum opibus, ad Romanos confugiens, ab eodem Tiberio Forum Julii, [ζ] Galliæ Narbonenſis provinciam, ſortitus eſt in præmium peractæ in Maroboduum, Dominum ac Regem ſuum, perduellionis. [η]

4. Ju-

(α) Conſeneſcens] *Tacitus* ibidem. *Aventinus* lib. 2. Annal. Bojor. fol. 48. *VVelſerus* lib. 2. fol. 119.

(β) Druſi Cæſaris beneficio] *Hagecius in* Chronic. Bohem. in proœm.

(γ) Anno Chriſti nati XX.] *VVelſerus* lib. 2. fol. 119. *ſed Calviſius ponit annum* XIX. *Funccius vero* XXII.

(δ) Haud multo poſt] *anno ſcilicet poſt Chriſtum natum* XL. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 36.

(ε) Idem caſus excepit] *videatur Tacitus* d. lib. 2. Annal. & lib. 12. *Vellejus Paterculus* Hiſt. Rom. lib. 2. *Aventinus* lib. 2 Annal. Bojor. fol. 85. *Spangenberg*. d. cap. 36. *VVelſerus* lib. 2. Rerum Boic. fol. 120 *Cluverius* lib. 3. cap. 31.

(ζ) Ab eodem Tiberio Forum Julii] *iidem auctores ibidem, Calviſius in* Oper. Chronol. anno Chriſti 19.

(η) Suæ perduellionis] *Hagecius in* Chronic. Bohem. in proœm. *Fac enim, potuiſſe Maroboduum ab univerſis Imperii Germanici confœderatis Ordinibus abdicari, non tamen licuit Catualdæ agnatum Regem hereditate paterna exturbare. Neque eum excuſare poteſt Tiberii Romanorum Imperatoris & Druſi Cæſaris auctoritas, quia non erant legitimi Germaniæ Domini, ſed hoſtes & uſurpatores, dominium quærentes, non habentes, ut hodie nobis & Hungaris noſtris eſt Turcorum Sultanus, qui Imperio quidem Germaniæ inhiat, non habet. Nec excuſationem meretur, qui ejuſdem Tyranni auctoritate, ut legitimum Hungariæ Regem ſua avita & hereditaria Tranſylvania, Moldavia, VValachia, &c. ditione exſpolient, ac in ſe transferant, ſibi patiuntur perſuaderi. Quod conſiderantes Sigiſmundus Hungariæ Rex, & Jodocus Moraviæ Marchio, induci nullis rationibus potuerunt, ut VVenceslao reſpectivè fratri & patrueli ſuo, ab Electoribus & Principibus Imperii abdicato, etiam Regnum Bohemiæ hereditarium auferrent, ut hiſtoria teſtantur; nec Rupertus Cæſar conſentire rebellibus Bohemiæ Proceribus unquam voluit, Regnum ei una pariter cum ipſo Rege VVenceslao Excæſare offerentibus:* (*) *quod cur ſocordiæ ejus adſcribat Theodoricus a Nihem, cætera non imprudens auctor, cordato lectori perpendendum relinquo.*

(*) " In Notis Goldaſtus ait: *Rebelles Bohemiæ* " *proceres Ruperto Cæſari Regnum Bohemiæ una* " *cum ipſo Excæſare VVenceslao obtuliſſe, ſed Ru-* " *pertum recuſaſſe*, idque Theodoricum a Nihem " ſocordiæ Ruperti adſcribere. Hæc Goldaſti nar- " ratio tam incredibilis eſt, ut de ea ne verbo qui- " dem coævi Scriptores meminerint. *Theodoricus* " *Nihem*, quod a pluribus obſervatum eſt, *Lucen-* " *burgicis Regibus infeſtiſſimus ſcriptor*, hoc loco " audiri unus non debuit. At quos mihi Goldaſte " *rebelles Bohemiæ Proceres*, niſi *Catholicos* nomina- " bis? Nam hæretici & novarum rerum cupidi, (ut ex Ænea Sylvio, & oratione Wenceslai Corandæ " conſtat,) nullum Regem unquam præ Wenceslao " malebant, qui ſaginæ ſuæ deditus, nullum illis " negotium faceſſeret & permitteret omnia; quæ " B
ipſa cauſa fuit, cur Sigiſmundi fratris opera ſe- " mel iterumque Regibus & Principibus Imperii, " ac prope univerſa Europa probante in cuſtodiam " Archiducibus Auſtriæ ſit datus; quod ſi Goldaſte " reprehendere pergis, & rebellionis arguere eos " omnes Imperii Principes ac Ordines debebis, qui " Wenceslaum, cui electo Imperatori ante jura- " verant, contra datam fidem abdicarunt. At quem " Imperium abdicavit, Bohemi non deſeruere, " ſed ad mortem usque manſerunt in fide, ne iis " C
quidem exceptis, quibus alioqui fidem frangere " eſt in proclivi. Balbinus *lib. 3. Miſcell. cap. 22* " Theodoricum a Niem ſcriptorem eſſe ſupra ſeculum ſuum eruditum & accuratum, uno ore mecum affirmant omnes. Occurrunt in ejus libris varia, quæ ceteri Hiſtorici, quamvis ejuſdem plane ætatis, vel neſciverunt, vel memorare erubuerunt; cum enim ad Proceres tam Laicos quam Clericos ipſi pateret aditus, multa inde aliis incognita addiſcere potuit. Quanquam ve- D
ro ejus libri nunc ad manus non ſint, ut locum ipſum, quem Goldaſtus in animo habet inſpicere queam, non tamen a veritate plane alienum mihi id eſſe videtur, quod de nonnullis Bohemiæ Proceribus memorat, ſi enim conſideramus mobiles illorum animos, impiaque in Regem ſuum facta, facile & Wenceslaum cum Regno Ruperto Germanorum Regi offerre potuerunt. At qui ſunt illi rebelles Bohemiæ Proceres, qui id facinus in Regem ſuum meditati fuerunt? Goldaſtus E
tacet, & in genere loquitur, Balbinus vero *Catholicos* fuiſſe affirmat, cum enim ex illorum arbitrio Wenceslaus in hæreticos, ut vocabant, adverſarios ſuos, ferro & igne animadvertere nollet, non ſolum Eum variis conviciis onerarunt; ſed & ſæpius rebellarunt, conjiciendo Regem in ſqualidiſſimum carcerem, ex quo non facile deliberatus fuiſſet, niſi ipſe callide fuga ſibi conſuluiſſet. Interim vero Huſſitæ, teſte Balbino, quieſcebant, qui nullum niſi Wenceslaum Regem F
deſiderabant. Ceterum Principibus Imperii approbantibus carceri mancipatum fuiſſe hunc Regem, ut vult Balbinus, mihi non ſit veriſimile, ſaltem de prima ejus captivitate contrarium diſcimus ex literis Ruperti Electoris Palatini, quæ extant in *Codice Diplomatico Tolneri p. 133.* in quibus hic Imperii Vicarius narrat conveniſſe Electores, aliosque Proceres Germaniæ Francofurti, cum primum Wenceslaum captum audiviſſent, & re ſerio deliberata, miſiſſe legatos ad Bohemos, qui G
poſtularent Regem quamprimum ex captivitate dimittendum, ni Germanos hoſtes experiri velint. Interim Rupertus Civitates Imperii adhortatur ad copias parandas, quibus Wenceslaus Bohemis extorqueri poſſit, ſi forte dimittere detrectarent.

A 4. Jubillius iſte, [α] Regio Hermundurorum genere [β] antiquiſſimo prognatus, pulſo Catualda, apud Marcomanos in Bohemia regnavit [γ] uſque ad annum Chriſti nati LII. Cajo Caligula & Tiberio Claudio Romæ imperantibus

5. Quem ſucceſſorem in Regno Bohemiæ Jubillius habuerit, non eſt memoriæ proditum. Nam Vannius, ejuſque nepotes Vangio & Sidio, in Moravia regnarunt a Tiberio & Claudio impoſiti, ut infra a nobis dicetur.

6. Illud conſtat, ſucceſſionem in Regno Bohemiæ, quæ apud Hermiones, Bojos & Marcomanos fuerat hereditaria in Regia familia, (δ) a Romanis, juratis illis (ε) omnium Regiarum familiarum hoſtibus, (ζ) fuiſſe interruptam; & Taciti (η) primum ætate externos Reges introductos, *quibus vis & potentia ex auctoritate Romana*
B *eſſet*: corruptis jam tunc fractisque patriis inſtitutis, pecunia magis quam armis Romanorum, ut in anno Chriſti nati centeſimo, Welſerus affirmat. (ϑ)

(α) Jubillius] Vivilus *dicitur Aventino* lib. 2. Annal. Bojor. fol. 89. *& Spangenbergio in* Chron. Saxon. cap. 36. Vilpius *Ænea Silvio in* German. cap. 69. *aliis etiam* Phiphilo, Vivilo, Wilo, Unilo, *&c. quam eandem variationem in* Vivilone *Laureacenſi Epiſcopo obſervat Hundius in* Metropol. Salisburgenſ. in Epiſcop. Patavienſ. cap. 14.

55 (β) Regio Hermundurorum genere] *Rex Her-*
C *mundurorum vocatur ab Aventino ibidem. Et forſe eſt, ut jure avito ſibi Regnum Bohemiæ tanquam majorum ſuorum peculium, inde per vim expulſorum, vindicarit.*

(γ) In Bohemia regnavit] *Tacitus* Annal. lib. 12. *Aventinus* d. lib. 2. fol. 89. *VVelſerus* lib. 2. fol. 121. in princ.

(δ) Hereditaria in Regia familia] *in qua clarum eſt* Marobodui *in Bohemia, &* Tudri *in Moravia nomen: Tacitus* in libell. de German. *Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 31.

(ε) Juratis illis] *quibus in hac quidem invidia hodie ſucceſſirunt Turci.*

(ζ) Regiarum familiarum hoſtibus] *quod paſſim Hiſtorici & Politici noſtri ingerunt: quas in ſuis ditionibus nonnumquam dimiſerunt, velut inſtrumenta ſervitutis, ut ſcribit Mich. de Montaigne* lib. 2. de' Eſſais cap. 24.

(η) Taciti] *quem vide in* libell. de German. morib. *ibidemque interpretes; Joach. Stephanus* lib. 1. de Juriſdict. cap. 7. num. 79. *Jul. Cæſar Bulengerus* lib. 3. de Imperat. Rom. cap. 38. *Beſoldus in* Diſcurſ. de Stat. Reipubl. ſubaltern. cap. 1.

(ϑ) Welſerus] *lib. 2. Rer. Boicar. ex Tacito.*

CAPUT VIII.

D *Bella varia Romanorum Imperatorum cum Bohemis Marcomanis ſubinde rebellantibus geſta. Antiquiſſimorum Bohemiæ Regum ſucceſſiones. Bohemi Germanis quam Romanis ſubeſſe maluerunt. Fœdera varia Germanorum contra Romanos inita. in queis præcipui ſemper Bohemi Marcomani. Germanorum Imperatores vetuſti, Warpertus, Arguuthes, Radagaſtus, Alaricus, Athaulphus, Godigiſilus, Attila, Ardaricus, Odoacer, Theodericus, Bohemos habuere obſequioſos. Bohemia & Moravia ſub ſacra diſpoſitione Archiepiſcopi Mediolanenſis. Honoriani Milites dicti Bohemi. Marcomani quando relicta Bohemia in Sueviam migrarint. Marcomanicum & Quadicum nomen in Bohemia & Moravia exſtinctum: & Slavicum ſubintroductum.* 56

E CApitibus retro proximis bella illa, quæ Julius Cæſar, Octavius Auguſtus, Germanicus, Tiberius, Druſus, (α) Claudius cum Bohemis geſſerunt, obiter perſtrinximus: nunc reliqua exſequamur. Semper enim hæc regio, prætextu libertatis, populos tulit in ſupremam Poteſtatem male morigeros & rebellatores. (*) Fas ſit loqui citra injuriam. Vim Romanorum vi repellere initio licebat ipſo jure naturæ, tanquam hoſtium ſuorum: ſed fidem illis poſtea datam

(α) Druſus] *de cujus bellis Martinus Polonus Pœnitentiarius Roman. in* Chronic. part. 2. *Matthias a Michou in* Chron. Reg. Polon. lib. 1. cap. 17.

F (*) "Vide o Goldaſte quid ſcripſeris, *Marcomannos Germaniæ* fuiſſe populos tute probaſti, " quis igitur adverſus *Romanos* arma corripit? Cur " *regioni* crimen imputas, quod *populo* imputare debuiſti? tota accuſatio in te & tuos redit. Quid " peccavit regio, quam nondum *Czechus* cum *Slavorum* populis intraverat? Quod ſi regioni vitium " hoc & crimen ineſſe dicas, excuſatius peccat populus, quo nihil dici poteſt abſurdius. Quid *Bohemis Slavicæ genti* cum *Marcomannis Germaniæ populis* commune? ſed valeat hic, quod *cap. 7.* " paulo ante pronuntiaras: *Romani non erant legitimi Germaniæ* [dic etiam Marcomanniæ, dic Bohemiæ] *Domini, ſed hoſtes & uſurpatores, dominium quærentes, non habentes.* Vide cæcitatem " ſi potes, Goldaſte; quod in aliis legitimam defenſionem tuam, ſtatuis, hoc in gente, quam " calumniaris, *rebellionis crimen* appellas. Balbin. " *lib. III. Miſcell. cap. 22.* Aſſentior plane hoc in capite Balbino, ſed id mihi diſplicet, quod tam acerbe inſectetur Goldaſtum, nonne enim hæc eadem animo placido proferri potuiſſent?

tam frangere, nullo jure licebat: id enim perfidioſum & nefarium eſt. Nec gentium A jus permittit cuiquam populo jugum ſuperioris ſui excutere, ut aut libertatem quærat, aut alium Dominum adſciſcat, aut fœdera peregrina pangat, niſi ſacramento prius datæ fidei fuerit ſolutus. Quod quibus modis fieri debeat aut poſſit, non eſt hujus loci ediſſertare. Et properamus ad inſtitutum.

2. Domitianus Imperator, Titi fratris anno Chriſti nati LXXXIII. ſucceſſor, Bohemos Marcomanos, [α] quod nulla ab eis in Dacos [β] impetraret auxilia, bello aggreſſus eſt anno Chriſti LXXXVIII. [γ] Hic *Germanici* [δ] nomen aſſumpſit, menſemque Septembrem *Germanicum* appellari edicto juſſit.

3. Marcomanos & Quados, gentes bellicoſiſſimas, a Trajano debellatos, & hucusque Romanum prorogatum Imperium, autumat Raphael Volaterranus. [ε] B

57 4. Antoninus Pius, Hadriani ſucceſſor, Marcomanos & Dacos vicit anno Chriſti nati CXLV. (ζ)

5. Marcus Aurelius Antoninus Philoſophus, & Lucius Verus, (η) Marcomannos, qui fœdere inito univerſam Germaniam, Pannoniam & Sarmatiam in Romanos concitaverant, bello, ut domarent, (ϑ) adoriuntur, anno Chriſti nati CLXVI. ſed bello Parthico diſtracti & attriti in tempus commodius differre coacti ſunt. (ι)

6. Fuere in hac confœderatione, quam nunc *Ligam* dicunt & *unionem*, comprehenſi infiniti populi, & gentes, & nationes; vocabaturque *Fœdus Marcomanicum*, id eſt, Bohemicum (κ) a primis ejus auctoribus Marcomanis Bohemiæ incolis. Supremus a Confœderatis Imperator electus Warpertus Sicamber (λ) perhibetur. Recen- C ſentur ab Hiſtoricis (μ) Quadi, Vandali, (ν) Nariſci, Hermunduri, Suevi, Norici,

 Vin-

(α) Marcomanos] *Dio Caſſius Nicæus in* Excerpt. *Statius Papinius Surculus* lib. 3. Sylvar. *Theodoretus in* Hiſt. Eccleſiaſt. *VVelſerus* lib. 2. Rer. Boic. fol. 121. *Suetonius in* Domitian. *Eutropius in* Breviar.

(β) In Dacos auxilia] *Matthias a Michou in* Chron. Reg. Polon. lib. 1. cap. 17. *ubi* Dacos *interpretatur Valachos. Philip. Beroaldus in* Enarration. in Suetonii Domitian. cap. 6. *Caſaubonus in* Animadverſion.

(γ) Anno LXXXVIII.] *Calviſius in* Oper. Chronolog. fol. 334. col. 2.

(δ) Germanici] *Suetonius* lib. 8. de Cæſar. in Domitiano cap. 13. in fin. *Jodoc. Ludov. Decius* lib. 1. de vetuſtat. Polon. *Legitur & in Nummis ejus ſcriptum, GERMANIA CAPTA, quos repræſentat Levinus Torrentius* Commentar. in Sueton. *Adolphus Occo in* Numiſmatib. Imperat. Romanor. *Calviſius in* Oper. Chronolog. *anno* LXXXVI. *Fuit autem hæc Cæſarum Romanorum cognominatio in tantum invidioſa apud Germanos, ut non ſemel occaſionem rebellandi eis contra Romanos præbuerit, ut teſtantur Joan. Faber* ad procem. Inſtit. verb. Francicus, *Theodor. Marcilius & Eguinarius Baro* ibid. *Schœnborn.* lib. 6. Politic. cap. 37. fol. 653. *Carol. Molinæus in* Conſuetud. Pariſienſ. in princ. num. 28.

(ε) Volaterranus] *lib. 7. Geograph. in cap. de Bohemia. Cui adſtipulatur Euſebius in* Chronic.

(ζ) Anno] *Calviſius in* Oper. Chronolog. fol. 349. col. 1. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 12.

(η) Lucius Verus] *Jul. Capitolinus in* M. Antonino Philoſopho, *Euſebius Cæſarienſ. in* Chronic. anno CLXX. *Marianus Scotus* lib. 2. Chronic. ætat. 6. anno 169. *Eutropius in* Breviar. *Matth. a Michou in* Chron. Reg. Polon. lib. 1. cap. 17.

(ϑ) Bello ut domarent] *Joan. Xiphilinus in Epitom. Dionis in M. Antonino Philoſopho:* Ipſe Imperator Barbaris, qui circum Iſtrum ſunt, Jazygibus & Marcomanis, nunc his, nunc illis, continenter, quam diu vixit, bella intulit: quibus in bellis Pannonia fuit ei receptaculum. *Iſter enim, id eſt, Danubius, ubi nunc Bavari, Auſtrii, Moravi, Hungari ſedent, ruinam videbatur Romano Imperio machinari*; *Freherus in* Cecropiſtromach. circa fin. *Gangræus in* Not. ad Prudent. lib. 2. contra Symmach. verſ. 697. *Unde* jurati vel conjurati *epitheton Danubio tribuerunt Virgilius* lib. 2. Georgic. *Prudentius* lib. 2. in Symmach. *propter gentes accolas perpetuo contra Romanum* D *Imperium conſpirantes: Aufidius Modeſtus apud Junium Phylargyrium in* d. lib. 2. Georgic. *Servius Maurus in* Comment. ibid. *Pompon. Sabinus in* Annotat. *German. Valens Guellius Pomponius in* Comment.

(ι) In tempus commod. differ.] *Capitolinus* d. loco. *Calviſius in* Oper. Chronolog. anno 166. fol. 352. col. 2.

(κ) Marcomanicum, id eſt Bohemic.] *Aventinus* lib. 2. Annal. Bojor. in M. Antonio Imp. fol E 111. *Caſaubonus in* Not. in Capitolini Antonin.

(λ) Warpertus Sicamber] *VVolffgang. Lazius* 58 de Migration. gent. lib. 8. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 41.

(μ) Ab Hiſtoricis] *Dione Caſſio in* Hiſt. Roman. *& in* Excerptis Legation. *Xiphilino in* Epitom. *Ammian. Marcellino* Hiſt. Rom. lib. 31. *Julio Capitolino in* M. Antonino Philoſopho. *Eutropio in* Breviar. lib. 8. *Paulo Oroſio* lib. 7. Hormeſt. mundi cap. 15. *Pæanio in* Metaphraſi Eutropii. *Paulo Dia-* F *cono* lib. 7. cap. 15. *Jornande in* Chronic. *Raphaele Regio Volaterrano* lib. 7. Geograph. de Boemia. *Rhenano* lib. 1. Rer. German. cap. Quadi in Pannoniam primam & Valeriam. *Aventino* lib. 2. Annal. Bojor. fol. 110. *VVolffg. Lazio* de Migrat. gent. lib. 8. *Goltzio in* Imperatorum imagin. in M. Aur. Anton. Philoſoph. c. 17. *Carione* lib. 3. Chron. *Melanchthone* lib. 3. Chronic. *Joan. Sleidano* lib. 2. de Quatuor ſummis Imper. ſeu Monarch. *Cluverio* lib. 3. Germ. antiq. cap. 30. G

(ν) Quadi, Vandali] *Adamus Bremenſ.* lib. 1. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 3. *hoſce enumerat, qui tum* ſo-

A Vindelici, Latringes, Buri, Hirri, Halii, Sigambri, Jazyges, Daci, Victovali, Soſibes, Sicobotes, Roxalani, Baſtarnæ, Peucini, Alani, Coſtobæi, Guthones, Sabocii; omnis denique Germania & Sarmatia (α) *ab Illyrici limite uſque in Galliam*, (β) ut nummis, (γ) qui ad memoriam ejus expeditionis bene multi publicati, *Germaniæ & Sarmatiæ victæ* nomen univerſe fuerit impreſſum. Cœptum autem id bellum anno Chriſti nati CLXXI. (δ) finitum anno CLXXVI. (ε) quo hoſtis ſuperati gloria penes Chriſtianos fuit, (ζ) quorum precibus (η) pluvia impetrata, Marcomani & Quadi gentiles, id eſt, Bohemi ac Moravi, devicti & proſtrati ſunt. Id bellum a Romanis dicitur *Marcomanicum*, (ϑ) fuiſſeque graviſſimum, quantum nulla umquam memoria (ι) exſtiterit, eorum Scriptores tradunt.

B 7. Anno Chriſti CLXXIX. [κ] bellum ab eodem Imp. Antonino cum Bohemis & Moravis, id eſt, Marcomanis & Quadis rebellantibus, redintegratum eſt: volebatque tam Bohemiam cum Moravia [λ] & Miſnia atque Voitlandia, quam Sarmatiam, in provinciæ formam [μ] redigere, niſi mors conatibus ejus interceſſiſſet; ſed filium Commodum ægrotans [ν] ad ſe vocat, [ξ] bello inſiſteret, nec reliquias prope confecti con-

ſe contra Romanos confœderarint, Suevos, Druades, Sicambros, Hunos, Vandalos, Sarmatas, Langobardos, Herulos, Dacos, Gothos, Nordmannos, & Sclavos. Adde Matthiam a Miechov d. lib. 1. cap. 17.

C (α) Germania & Sarmatia] *Capitolinus in* Anton. Philoſoph. *Oroſius* d. lib. 7. cap. 15. *Paulus Diaconus* lib. 10. Hiſt. miſcell. cap. 16. *Aventinus* d. lib. 2. *VVelſerus* lib. 2. fol. 124. *Caſaubonus in* Notis in Capitolini Antoninum.

(β) Uſque in Galliam] *verba ſunt Capitolini in* M. Antonino, *& Ammiani* d. lib. 31. *relata etiam a Meibom. in* Not. ad Sleidan. lib. 2. de Quatuor Monarch. *ipſam Galliam includit Goltzius* d. cap. 17. *Aur. Victor in.* lib. de Cæſarib. *cum Capitolino con-*
D *ſentiens ait:* ad media Gallorum, *id eſt, Germanorum. Nam* Gallia *heic pro Germania ponitur, in cujus medio ſita eſt Marcomania, id eſt, Bohemia. Quod non animadvertit eruditiſſimus Gallorum Iſaac. Caſaubonus in* Not. in Capitolini Antonin. *Fuit enim bellum hoc Germanicum, & ab Antonino contra Germanos geſtum,* ἐπὶ τοὺς Γερμανοὺς, *ait Galenus, qui tunc temporis vivebat, & Imperatori familiaris erat, in* Commentar. *περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων. Unde & triumpho alto*
E *Germanicus ſalutari voluit, quemadmodum obſervavit Claud. Salmaſius in* Not. ad eundem Capitolin.

(γ) Nummis] *apud Johan. Huttichium in* lib. de Impp. & Cæſarum vitis, in M. Antonin. Philoſopho. *Jacobum de Strada Antiquarium Cæſar. in* Epitom. theſauri antiquitat. in M. Anton. Philoſoph. *Adolph. Occonem in* Numiſmat. Impp. Rom. *Jodoc. Hondium in* Atlante in tab. Moraviæ. *Æn. Vicum in* Numiſmat. antiq. *Ambroſ. Moralem* lib.
F 9. Hiſtor. Hiſpan. cap. 39. *Joan. Marianam* lib. 4. Rer. Hiſpanic. cap. 6. *Laudantur etiam Antonius Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis; Guillel. de Choul, Sebaſt. Erizzo, & alii Nummographi.*

(δ) Anno CLXXI.] *Curaus in* Annal. Sileſiæ fol. 21. *habet annum* CLXX.

[ε] Anno CLXXVI.] *ita VVelſerus* d. lib. 2. fol. 114. *ſed Calviſius in* Oper. Chronolog. *habet annum* LXXIIII. *Card. Baronius* Annal. Eccleſiaſt.
G tom. 2. anno 176. *Adolphus Occo in* Numiſmatib. Impp. Rom. fol. 286. *annum* CLXXV.

[ζ] Penes Chriſtianos fuit] *Tertullianus in* Apologetic. cap. 5. *Euſebius Cæſarienſ.* lib. 5. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 5. *Paul. Oroſius* d. lib. 7. cap. 15. *Nicephorus Calliſtus* lib. 5. Hiſt. Eccleſiaſt. c. 12. *Xiphilinus in* Epitom. Dionis. *Theophanes apud Paul. Diaconum* lib. 7. Hiſtor. miſcell. c. 15. *Eutropius in* Breviar. hiſt. Rom. lib. 8. *Renat. Laurentius de la Barre* Commentar. in Tertulliani Apolog. *& Deſid. Heraldus* ibidem. *Sleidanus* d. lib. 2. *& ibi Xylander in* Annotat. *Card. Baronius* d. tom 2. anno 176. 59 *Jacob. Valdeſius* de Prærogativ. Hiſpan. cap 7. num. 28. *Caſp. Barthius* Comment. in Claudian. *Calviſius in* Oper. Chronolog. anno 174. *Hinc dicta* Legio fulminatrix, κεραυνοβόλος, *quod fulmine divinitus impetrato hoſtes profligarit. Baronius* ibidem. *Georg. Hakevvill in* Scuto Regio lib. 2. cap 4. circa fin. *Stephan. Claverius JC. in* Annotat. in Claudian. *Elias Reuſnerus in* Iſag. hiſtor. fol. 352. *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. ſerie, anno Chriſti 174. fol. 4. *Jodoc. Ludovic. Decius* lib. 1. de Vetuſtat. Polon.

(η) Quorum precibus] *magicis Chriſtianorum artibus adſcribit Claudianus in* Panegyric. *ipſius Antonini Imp. precibus Capitolinus in* ejus vita.

(ϑ) Marcomanicum] *Capitolinus* ibidem. *Eutropius* lib. 8. *Paul. Diaconus* lib. 10. Hiſt. miſcell. cap. 16. *interdum etiam Germanicum dicitur ab eodem Capitolino, & a Galeno in lib.* περὶ τοῦ προγινώσκειν.

(ι) Quantum nulla umquam memoria] *ajunt, hujus victoriæ monumentum adhuc Romæ ſupereſſe, columnam cochlidem Antoninianam, arte & opere admirabilem, totiuſque ejus belli ac victoriæ adhuc repreſentatricem: Nic. Henelius in* Sileſiograph. cap. 1. *Joan. a VVouvveren in* Epiſtol.

(κ) Anno Chriſti CLXXIX.] *VVelſerus* dict. lib. 2. fol. 125. *Elias Reuſnerus in* Iſagog. hiſtor. fol. 352. *Claud. Salmaſius in* Notis in Capitolini Antonin. fol. 98. *Calviſius in* Oper. Chronolog. fol. 355.

(λ) Bohemiam cum Moravia] *Aventinus* lib. 2. Annal. Bojor. fol. 181.

(μ) Provinciæ formam] *Dio Caſſius in* Hiſt. Roman. *Jul. Capitolinus in* M. Antonino Philoſoph. *duobus in locis, Ammian. Marcellinus* lib. 31. *Calviſius in* Oper. Chronolog. d. anno.

(ν) Ægrotans] *Syrmii in Pannonia, ut ſcribit Philoſtratus in* Vita Herodis.

(ξ) Commodum ad ſe vocat] *Capitolinus in* Anto-

contemneret, monet. Sed Commodus honeſta omnia poſt voluptates habuit, patre- A
que mortuo pacem Marcomanis [α] poſtulantibus conceſſit.

8. Anno Chriſti ccxxii. [β] Antoninus Heliogabalus vel Elagabalus volebat bellum in Marcomanos reaſſumere, ſed falſum oraculum [γ] eum ab inſtituto revocavit.

9. Anno Chriſti ccxxxv. [δ] quum Alexander Severus bellum Marcomanis & eorum ſociis Germanis [ε] illaturus militum latrocinia & diſſolutionem cohiberet, ab ipſis, electo Maximino Thrace, interfectus eſt.

10. Anno eodem [ζ] Maximinus cum Maximo Cæſare filio in Marcomanos & Dacos [η] movit, omniaque longe lateque vaſtavit, [ϑ] ſed motu Romano retractus, [ι] bellum non confecit.

11. Aventinus *lib. 2. Annal. Bojor. fol. 173.* in Gordiano II. & Maximino Impp. B
narrat in hæc verba: *Daci* (*qui & Getæ ſunt, quos Germano ſermone Guthos, communi vocabulo Scythas appellare ſolent*) *hac tempeſtate vires recuperant, Regem Argunthem, quem noſtri vocant Auſtrogotham, creant; deinde conjunctis ſibi finitimis, Vandalis, Gepidis, Suevis, Marcomannis, Quadis, Peucinis, Baſternis, Carpis, Bojis, tranſito Danubio, Mœſias, Thracias depopulantur*, &c. Sed a Gordiano repulſos tum ipſius morituri queſtio [κ] ad Philippum in Imperii ſocietatem aſcitum, tum monumentum [λ] ei a militibus in finibus Perſiæ poſitum, teſtantur.

12. Anno Chriſti ccLII. ſub Valeriano & Gallieno [μ] Imperatoribus, Marcomani cum Quadis & Sarmatis ſive Scythis, in Imperium Romanum factis excurſionibus, ingenti terrore omnem Græciam concuſſerunt. Etiam Pannonias ab iis occupatas ſcri- C
bit Euſebius [ν] in *Chronic. anno* ccLXVI. (*)

13. Anno Chriſti ccLXII. vixit Attalus [ξ] Marcomanorum in Bohemia Rex, cujus filiam Piparam [ο] uxorem duxit Gallienus I. Imper. Auguſtamque appellavit, ſoceroque ſuperioris Pannoniæ partem [π] pactione conceſſit.

14. Anno Chriſti ccLXXI. [ρ] ſub Aureliano [σ] Imperatore Marcomani cum Quadis & Sarmatis in Italiam irrumpentes, ab eo repreſſi ſunt.

15. Anno

Antonino Philoſoph. in fin. *M. Victorinus in* Breviar. de Vita & Morib. Impp. cap. 33.

(α) Pacem Marcomanis] *Xiphilinus in* Epitom. Dionis. *VVelſerus* d. lib. 2. *Calviſius* anno 180.

(β) Anno Chriſti ccxxII] *Baronius* Annal. Eccleſiaſt. tom. 2. *VVelſerus* d. lib. 2. fol. 125.

(γ) Falſum oraculum] *Æl. Lampridius in* Antonino Heliogabalo.

60 (δ) Chriſti ccxxxv.] *Calviſius in* Oper. Chronologic. fol. 368.

(ε) Bellum Marcomanis & Germanis] *Herodianus in* Hiſt. Impp. Romanor. lib. 5. *Lampridius in* Alexandro.

[ζ] Anno eodem] *Calviſius* ibidem, *ſed Golſzius refert ad annum* ccxxxix.

(η) Marcomanos & Dacos] *ex Herodiano & Capitolino Curæus in* Annal. Sileſiæ fol. 22.

(ϑ) Longe lateque vaſtavit] *Herodianus* d. lib. 5. *Capitolinus in* Maximino. *Golſzius in* Julio Vero Maximo, cap. 32. *Curæus in* Annal. Sileſiæ fol. 22. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph cap. 12.

(ι) Motu Romano retractus] *Capitolinus in* Gordiano. *Calviſius* anno 236.

(κ) Morituri queſtio] *trucidandi a Philippi militibus. Golſzius in* Imperator. imagin. in M. Antonino Gordiano I. cap. 33.

(λ) Monumentum] *quod refert Eutropius in* Breviar. hiſtor. Roman. *Calviſius in* Oper. Chronolog. anno 244.

(μ) Sub Valeriano & Gallieno] *Zoſimus* Hiſtor. lib. 1. *VVelſerus* lib. 2. fol. 125. in fin. *Eutropius in* Breviar. hiſt. Rom. *Matthias a Michou* d. lib. 1. cap. 17. *Jodoc. Ludovic. Decius* lib. 1. de vetuſtat. Polon.

(ν) Euſebius] *ſed annus ab eo annotatus vitam Valeriani excedit, qui a Sapore Perſarum Rege captus & cæſus fuit, anno* ccLIX. *Ergo Gallieni I. frater Valerianus II. reſtitui debet. Nam Suevos, id eſt Marcomanos & Quados, ſub Gallieno I. Aug. in Pannoniam irruiſſe anno 265. ſcribit Calviſius* D
fol. 376. *per ſocordiam Gallieni impune, quod ei a Claudio Cæſare exprobatum refert Trebellius Pollio in* Gallieno.

(ξ) Attalus] *Sext. Aurelius Victor in* Hiſtor. 61
Cæſarum cap. 33. *VVelſerus* d. lib. 2. fol. 126. *Adolph. Occo in* Numiſmatib. Impp. Romanor.

(ο) Piparam] Pipam *alii vocant; Andr. Schottus in* Not. ad Sext. Aur. Victoris Cæſares c. 33. *Claud. Salmaſius in* Notis in Trebellii Gallienos, fol 296. E

(π) Superioris Pannoniæ partem] *Trebell. Pollio in* Gallienis in fin. *M Victorinus in* Breviar. de vita & morib. Impp. Roman. cap. 47. *Paul. Diaconus* lib. 10. Hiſt. miſcell. cap. 32. *Rhenanus* lib. 1. Rer. Germ.

(ρ) Anno ccLXXI.] *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum. Bohem. ſerie, anno 272. fol. 4. *Joach. Curæus in* Annal. Sileſ. fol. 22. *habet annum* ccLXXIV. *ſed hoc anno Boji Norici ab Aureliano ex Vindelicia repulſi, non Marcomani* F
Bohemi ex Italia; Fl. Vopiſcus in Aureliano, *Calviſius in* anno 274.

(σ) Sub Aureliano Imp.] *Flav. Vopiſcus in* Aureliano, *Matth. a Michov in* Chron. Reg. Polon. lib. 1. cap. 17. *Jodoc. Ludov. Decius* lib. 1. de Vetuſtat. Polon. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 43. *Martinus Cruſius in* Annal. Suevor. part. 1. lib. 5. cap. 5. *VVelſerus* d. lib. 2. fol. 127. *Calviſius in* Oper. Chronolog. anno 271. *Elias Reuſnerus in* Iſagog. hiſtor. anno 272. fol. 362. G

[*] In edit. opt. refertur id ad annum 263.

A 15. Anno (*) CCCIV. [α] Marcomani [β] & Quadi a Diocletiano & Maximiano Impp. victi ac triumphati ſunt.

16. Anno CCCVI. Oſinuchus (γ) Bohemorum Marcomanorum Rex fuit, paruiſſeque fertur Adelgero Bavarorum Regi, temporibus Galeriani, Maximiani & Maxentii Impp. & Severi Cæſaris.

17. Anno CCCLVIII. [δ] Marcomani cum Quadis & Sarmatis Pannoniam incurſantes a Conſtantio II. [ε] Imp. & Juliano Cæſare ſuperati repreſſique ſunt.

18. Anno CCCLXXIII. [ζ] ſub Valentiniano I. & Valente Impp. Marcomani & Quadi a Romanis irritati, [η] quod præſidia ultra Danubium in Quadorum ſolo excitaſſent, & Gabinium Regem ſuum, inter hoſpitalis menſæ ſacra Marcellinus Valeriæ B Dux per ſummæ perfidiæ ſcelus impune trucidaſſet, Danubio trajecto, omnia ferro & igne per Pannoniam, Illyricum, Hiſtriam depopulantes, Aquileja obſeſſa, Italiam tentare auſi ſunt: Sed ab Imperatoris Duce Theodoſio repreſſi domum redierunt.

19. Anno CCCLXXVI. [θ] ſub Valente, Gratiano & Valentiniano II. Impp. Marcomani & Quadi, recepta innumerabili Barbararum (id eſt, Germanicarum & Sarmaticarum) gentium multitudine, [ι] quæ cis Danubium a Bohemia & Moravia ad Pontum uſque Euxinum habitabant, exitium Romano Imperio machinari cœperunt, Romanoſque urbibus ac territoriis, & totis denique pellere provinciis.

20. Anno CCCXCVII. (κ) Fritigil Regina (λ) Marcomanorum a S. Ambroſio, Mediolanenſi Epiſcopo, (μ) rectæ fidei formulam, ad quam ſe componeret, petiit. Anno C ſequenti ipſemet Rex, Fritigildis maritus, legitur ſeſe, Regnumque ſuum (ν) Arcadio & Honorio Romanorum Imperatoribus tradidiſſe.

21. Me-

(α) Anno CCCIV.] *Calviſius habet annum* CCCII.

(β) Marcomani] *Eutropius in* Breviar. lib. 9. *Euſebius Cæſarienſ.* lib. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. *Matth. a Michou in* Chron. Reg. Polon. lib. 1. c. 17. *Sext. Aur. Victor in* Cæſarib. cap. 34. *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. ſerie anno 300. fol. 4.

D (γ) Oſinuchus] *Aventinus* lib. 2. Annal. Bojor. *VVelſerus* lib. 2. fol. 128. & ſeqq.

(δ) CCCLVIII.] *Elias Reſnerus in* Iſagog. hiſt. fol. 370. *Calviſius in* Oper. Chronolog. *VVelſer. ponit annum* CCCL. *circiter*, lib. 2. fol. 130.

(ε) A Conſtantio] *Ammian. Marcellinus* lib. 16. Hiſtor. Rom. *Zoſimus* lib. 2. Hiſtor.

62 (ζ) CCCLXXIII.] *Calviſius in* Oper. Chronolog. *At Curæus in* Annal. Sileſ. fol. 22. *& VVelſerus* lib. 2. fol. 131. *habent annum* CCCLXX. *circiter.*

E (η) A Romanis irritati] *Ammianus Marcellinus* Hiſtor. Roman. lib. 29. *Pompon. Lætus in* Hiſt. Imperat. Roman. in Valentiniano.

(θ) Anno CCCLXXVI.] *VVelſerus* d. lib. 2. fol. 131.

(ι) Barbararum gentium multitudine] *Ammian. Marcellinus* Rer. geſtar. lib. 31. *ubi vocat* multitudinem Barbaram abditarum nationum, *id eſt incognitarum.*

(κ) Anno CCCXCVII.] *VVelſerus* d. lib. 2. fol. F 132. *Calviſius in* Oper. Chronolog. anno 396.

(λ) Fritigil Regina] *Ambroſius in* Epiſtol. *Pontius Eutropius Paulinus Epiſcopus Nolanus in* Vita Ambroſii.

(μ) Mediolanenſi Epiſcopo] *hinc colligitur Regna Bohemia & Moravia ad curam Archiepiſcopi Mediolanenſis in Gallia Ciſalpina pertinuiſſe, tamquam Illyrici & vicinarum Primatem.* ** *VVelſerus* ibidem.

(ν) Regnumque ſuum] *VVelſerus putat, quod* G *Rex iſte non ipſam Bohemiam, ſed trajecto Danubio, acceptis ab Imperatoribus agris, Romanam ripam coluerit: & Illyricum, cui attributa erant Noricum & Pannonia, in quarum alterutra provincia Marcomanos collocatos fuiſſe exiſtimat, ad Ambroſii curam pertinuiſſe arbitratur, quum is Aventium, Sirmii Epiſcopum, initiaverit. Nam Illyricum Galliæ Ciſalpinæ, ſtante adhuc Republica, lege Vatinia adjectum tradit Suetonius* lib. 1. de Cæſaribus in Julio cap. 22. *& ibi Caſauben. in* Animadverſion. *Sed quum hæc mera ſit conjectura, quid vetat, quo minus credamus, Bohemiam & Moraviam, quæ Noricum inter & Pannoniam jacent, ſub eadem legis diſpoſitione comprehenſas, ſi non expreſſe, ſaltem* κατὰ τὴν διάνοιαν *& implicite, quum eadem poſtea ad curam nunc Pataviensis, nunc Juvavienſis, nunc Regenoburgenſis in Norico Epiſcoporum, recepto Chriſtianiſmo, reciderint? Regnum quoque protectioni Romanorum adverſus Alarici Gothi tum graſſantis injurias commendatum fuiſſe?*

[*] Idatius in faſtis id factum fuiſſe ſcribit anno P. C. 299.

[**] Quam in ſacris Canonibus parum operæ »
poſuerit, ſatis oſtendit [Goldaſtus] nam cum »
narraſſet *Fritigilem Marcomannorum Reginam* »
a S. Ambroſio fidei formulam petiiſſe, ſubjecit: »
hinc colligitur, Regna Bohemia & Moravia ad »
curam Archiepiſcopi Mediolanenſis pertinuiſſe. »
Dormitas o Goldaſte! quid enim? an peti non »
poſſunt documenta fidei, præſertim a gente »
nondum Chriſtianis ſacris initiata, ac proin nul- »
li adhuc Antiſtiti ſubjecta, ab eo Epiſcopo, ad »
quem diœceſis ipſa non pertineat? videlicet ob »
gloriam docentis? Sic ad *Hieronymum*, ſic ad »
Auguſtinum (ut ex eorum epiſtolis conſtat) ex »
orbe toto quæſtiones dubiæ deferebantur, non »
continuo tamen ſubjectos fuiſſe, qui detulere, »
probatur. Ipſum hunc *S. Ambroſium* ajunt »
Paulinus & Baronius, non tantum vicini *Italiæ* »
Epiſcopi tanquam oraculum quoddam & ſinceræ »
doctrinæ magiſtrum venerabantur *cum S. Au-* »
guſtino, S. Paulino, S. Baſilio, S. Hieronymo, »
ſed etiam præter *S. Baſilium* alii Orientis Epiſco- »
pi. Vide

21. Meruere poſtilla Marcomani inter Romana auxilia Imperatoris Honorii ap- A
pellatione cohoneſtati, ut *Honoriani* (α) cognominarentur. At Rex Hermanricus, (β)
63 qui Marcomanis, Quadis & Salingis præerat, Romanis exoſus primum Radagaiſo vel
Radagaſto (γ) Scythæ, qui Gothos, Sarmatas & Germanos in expeditionem contra
Romanos evocaverat; dein, eo in Italia cæſo, Alarico Gotho militavit, per Galliam-
que cum Athaulpho Alarici filio & Succeſſore in Hiſpaniam penetrans, Regnum ibi
Suevorum [nam Marcomani & Quadi erant Suevi] condidit ſub eodem Honorio Im-
peratore: cujus progeniem (intellige maternam) adhuc Hiſpaniis dominari aſſerit
Aventinus. Hinc non levis conjectura eſt, tum temporis Bohemiam fuiſſe ſub diverſis
Marcomanis Regibus, quorum pars Romanis, alii Germanis ſe conjunxerint: quum &
D. Hieronymus, qui fuit natione Illyricus Syrmii natus, commemoret, Marcomanos B
& Quados, id eſt, (ut aliquotiens monui) Bohemos & Moravos, cum ſociis & confœ-
deratis gentibus, Romanum Imperium a viginti & amplius annis ſub Honorio Auguſto
(δ) incurſaſſe. Verba Hieronymi hæc ſunt: (ε) *Viginti & eo amplius anni ſunt, quod inter Conſtantinopolim & Alpes Julias quotidie Romanus ſanguis effunditur, Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſaliam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias, Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni, vaſtant, trahunt, rapiunt*, &c.

22. Anno CCCCVI. (ζ) Vandali Duce Godigiſilo, aſſumptis Alanis, Quadis,
Marcomanis, (η) Herulis, Turciſingis, Suevis, Alemanis & Saxonibus, ultimo De-
cembris ad Rhenum progreſſi, Francis victis tranſeunt, cuncta longe lateque vaſtant, C
ſpoliant, & diripiunt.

23. Anno CCCC. Iidem Vandali, Duce Caroco, (θ) repetito contra Romanos cum Marcomanis, Quadis, & cæteris Germanis fœdere, Gallicanas Romani Imperii provincias invaſerunt.

24. Anno CCCCXLIV. (ι) Theodoſio & Valentiniano III. Romanis Imperantibus, Marcomani & Quadi agnoverunt Imperium Attilæ, (κ) Hunni, Germanorum & Sar-

F

mata-

"pi. Vide item, quæ ſupra de Macromanis dixi "ex Welſero, videlicet non eos fuiſſe, qui *Moraviam & Bohemiam*, ſed qui *Romanam Danubii ripam*, incolerent, quarum Regina Fritigil "nominabatur. Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.* Etiamſi cum Goldaſto improbemus conjecturam Welſeri de regno Fritigildis, eamque Bohemiæ & Moraviæ præfuiſſe dicamus, quod mihi non fit veroſimile, minime tamen inde effici poteſt hæc regna olim ad curam Archiepiſcopi Mediolanenſis pertinuiſſe, nam conſulere aliquem de re aliqua non innuit ſubjectionem. Ex. gr. aliquis Moguntinæ diœceſeos poteſt implorare conſilium Archiepiſcopi Salisburgenſis de variis fidei capitibus, inde tamen non recte infertur, ergo ille, qui conſulit, pertinet ad diœceſin Salisburgenſem.

(α) Honoriani] *Notitia utriuſque Imperii* part. 2. *& ibi Guido Pancirolus JC. in* Commentar. *VVelſerus* d. lib. 2. fol. 133.

(β) Rex Hermanricus] *aliis Ermericus; aliis Ermanaricus, de quo Iſidorus Hiſpalenſ. in* Chronic. Suevor. *Tyro Proſper. in* Chronic. *Jornandes* de Reb. Getic. cap. 43. *Aventinus in* Annal. Bojor. lib. 2. fol. 159. *Rodericus Ximenius Toletanus in* Hiſtor. Gothor. Hunnor. Vandalor. Suevor. & Silingor. *obiit anno Chriſti 440.*

(γ) Radagaſto] *Venedorum Regi, quem pro Deo coluerunt Slavi Vinidi, quos Obotrites & Polabos vocabant, quorumve Regna nunc Megalopolenſes Duces obtinent; Erneſt. Brotuffius in* Chronic. Martiſpurg. *Hondorffius ſeu Conrad. Lycoſthenes in* Promptuar. exemplor. in 1. præcept. ſub rubr. de idolis Vandalor. & Slavor. *Cromerus* lib. 3. Rer. Polon. circa princ. *Jodoc. Ludov. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polon.

(δ) Sub Honorio Auguſto] *idem VVelſerus* d. lib. 2. fol. 133. in fin.

(ε) Verba Hieronymi] *Epiſtol. 3. Ex quo Guillimannus* lib. 2. Antiquitat. Helvet. cap. 6. *Beſoldus* D
in Diſſert. polit. de Republ. curand. cap. 1. n. 14.

(ζ) CCCCVI.] *Calviſius in* Oper. Chronolog. fol. 420.

(η) Quadis, Marcomanis] *Zoſimus* Hiſtor. lib. 4.

(θ) Caroco] *aliis* Croco: *Aimoinus* lib 3. Hiſt. 64
Francor. cap. 1. *Sigebertus in* Chronograph. an. 414. *Nicol. Vignierius Barrenſ. in* Chronic. Burgundion. fol. 6. *Abraham. Saurius in* Calendar. hiſtor. 1. Januarii. *Sed Roſieres in* Stemmat. Lotharing. Ducum
tom. 3. cap. 42. in hiſtor. fol. 111. *Caſp. Hedion.* lib. 1. E
Hiſtor. eccleſiaſt. cap. 18. *Andr. Hondorphius in* Promptuar. exemplor. in 5. præcept. in rubr. de homicidiis magnor. Princip. *Lehmannus* lib. 1. Chron. Spirenſ. cap. 30. *referunt ad annum 423.*

(ι) CCCCXLIV.] *VVelſerus* d. lib. 2. Rer. Boicar. fol. 135.

(κ) Imperium Attilæ] *Joach. Curæus in* Annal Sileſiæ fol 23. *Munſter.* lib. 3. Coſmograph. c. 3. in fin. *Aventin. in* Annal. Bojor. lib. 2. circa fin. *Lazius*
de Migration. gent. lib. 9. *Spangenberg. in* Chronic. F
Saxon. cap. 50. *Cromerus* lib. 1. Hiſt. Polon. cap. ult. *Joh. Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor. *Roſieres in* Stemmat. Lotharing. Duc. tom. 3. cap. 43. *Paulus Diaconus ſive Landulphus Sagax* lib. 15. Hiſt. miſcell. cap. 1. *ſcribit de Attila*; Erant ſiquidem ejus ſubjectæ dominio *&c.* fortiſſimæ gentes, Marcomanni, Suevi, Quadi, præterea Heruli, Turcilingi, ſive Rugi, cum propriis Regulis, aliæque præter hos Barbaræ nationes in finibus Aquilonis commanentes. *Videatur* G
Savaro

A matatarum Imperatoris, in cujus ſubjectis nationibus (α) numerantur Hunni, Marcomani, Suevi, Quadi, Heruli, Turcilingi, Gothi, Gepidæ, Alani, Rugi, Geloni, Scoti, Burgundiones, Bellonoti, Neuri, Syri, Baſtarni, Bructeri, Nicri accolæ, Franci, magnarum ex ſe virium, (β) & celebratæ potentiæ populi, ut ſolus Attila, (γ) inaudito ad eum diem exemplo, poſſeſſionem Germanicorum, Scythicorumque Regnorum conjunxerit. (δ)

65 25. Anno Chriſti ccccLIV. mortuo Attila, Marcomani & Quadi in ſchiſmate duorum Imperatorum, adhæſerunt Ardarico Gepidæ [ε] a Germanis populis electo, qui & Aladaricus, & Alaricus, & Detricus, & Theodoricus a ſcriptoribus diverſis appellatur. Hic in prælio cum æmulo ſuo Chaba ſive Ellaco, Attilæ filio, in campis prope Sicambriam, B quæ nunc Buda eſt, commiſſo, victor exiſtens Germanicas gentes ab Hunnorum ſervitio liberans, in priſtinæ libertatis ſplendorem vindicavit. Eſt qui ſcribat, (ζ) Bojorum populos, Schiracios, Hirros, Schiros, Thranos, Salios, Salingos, Stiros, Stiracios, Halios, Buros, Regnum Adalogerioni, Hunni Weliphonis filio, tum detuliſſe, qui paterna origine Alemanum Herculem contingeret. Sed hunc auctorem falſitatis arguit Welſerus. Mihi videtur deceptus fuiſſe ſimilitudine nominis, ut Adalogerionem pro Aladerico poſuerit, quem pleræque Germanorum gentes ſequebantur. [η]

26. Anno Chriſti ccccLXXX. circiter, ſunt qui putent, Bohemos & Moravos, id eſt, Marcomanos & Quados, ſub Odoacre [θ] Herulo in Italia militaſſe.

27. Aventinus *lib. 3.* [ι] ſcribit; *Alaricus Suevorum Rex, cum popularibus ſuis* C *Bojemiam, Sileſiam, Luſatiam, & finitimas regiones Boream ac Eurum verſus deſerit, diſcedit ad Occidentem: agrum propinquum Danubio, Rheno, Nicro, Alemano fluminibus capit: trajecto deinde Rheno atque Danubio partem Galliarum* [κ] *& Rhetiam ſupra Lycum,* [λ] *Occidentem verſus, Italiam uſque occupavit.*

28. Et

Savaro in Not. in Sidonii carm. 7. n. 320. & ſeqq. *Colvius & VVouvvern. in* Not. ibid.

(α) In cujus ſubjectis nationibus] *Sidonius Apollinaris* carm. 7. ſive Panegyr. Avito Auguſto, ſocero ſuo, dicto, *Freculphus* lib. 5. cap. 14. tom. 3. *Sigebertus Gemblacenſ. in* Chronic. *Jornandes in* D Chronic.

(β) Magnarum ex ſe virium] *adeo ut terrorem incuſſerint univerſo Orienti & Occidenti Imperio, Juvencus Cœlius Calanus Dalmata in* Hiſt. de Attila, *Jornandes in* Chronic. cap. 35. *Evagrius Scholaſticus* lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 17. *Marcellinus Comes in* Chronic. Indict. Ardabure & Calep. Coſſ. *Tyro Proſper in* Chronic. *Gregorius Turonenſ.* lib. 2. Hiſt. Franc. cap. 6. *Idacius in* Chronic. *Fredegarius Scholaſticus in* Miſcell. hiſt. *Socrates* lib. 7. Hiſt. ec- E cleſiaſt. cap. 30. *Aimoinus* lib. 1. Hiſt. Franc. cap. 5. *Paul. Diaconus* d. lib. 15. cap. 1. *Otto Friſingenſ.* lib. 4. Chron. cap. 26. *Lalius Biſciola* lib. 20. Horar. ſubſeciv. cap. 14. *Aventinus in* Annal. Bojor. *Nicol. Vignierius Barrenſ.* in Chron. Burgundion. anno 450.

(γ) Attila] Ethele *dicitur Matthao a Michov in* Sarmat. *& Bibliandro in* Comment. de Rat. communi omnium lingu. & lit. fol. 10. Etzel *a VVolframo ab Eſchenbach in* Heldenbuch, *Henrico ab* F *Oſteringen* part. 4. *Anonymo* in der Chronica von der hylligen Stadt von Cœllen in Macrino Imp. anno 453.

(δ) Germanicorum Scythicorumque Regnor. conjunx.] *Anton. Bonfinius* Rer. Ungaric. decad. 1. lib. 7. *Nicolaus Olaus, Archiepiſcopus Strigonienſ. in* Athila, *VVelſerus* d. lib. 2. fol. 135.

(ε) Ardarico Gepidæ] *VVelſerus* lib. 2. Rer. Boicar. fol. 136. *Bonfinius* d. lib. 7. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 51.

G (ζ) Eſt qui ſcribat] *Aventinus* lib. 3. Annal. Bojor. *ubi tamen facit Adalogerionem, Attila Hunni filium, Germanorum & Sarmatarum Imperatorem electum.*

(η) Quem pleræque German.] *ſcil. Aladaricum; VVelſerus* d. lib. 2. fol. 137.

(θ) Sub Odoacre] *Eugyppius in* Vita S. Severini Martyr. *Aventinus* d. lib. 2. *VVigul. Hundius in* Metropol. Salisburg. in Epiſcopis Patav. cap. 6. *Sebaſt. Francus* part. 2. Chronic. fol. 357. *Buntingus in* Chronic. Brunſuicenſ. *Fuit iſte Odoacer. Germanorum & Romanorum, poſt devictum Momyllum Auguſtulum, Imperator in Occidentis Imperio, ut ſcribit Richard. Bartolinus in* Orat ad Maximilianum I. Imp. de Bello Turcic. *Franc. de Roſieres in* Stemmat. Lotharing. Ducum, tom. 3 cap. 45. in hiſt. fol. 118. *Sigonius* de Regno Ital. *Thom. Bozius* lib 6. de jure nat. & Eccleſ. libert. cap. 10. fol. 635. *Guliel. Fornerius JC. in* Not. ad Caſſiodori Variar. lib. 1. epiſt. 1. in princip. *Adolphus Occo in* Imperator. Roman. numiſmat. fol. 579. *In Eſchenbachii* Heldenbuch *& in Hiſt.* von Dieterich von Bern, *vocatur* Keyſer Otturt, *in Anonymi* hiſtor. von Herr Ecken auſsfarth *in fin.* Keyſer Ottacker, *id eſt*, Imperator Ottocarus.

(ι) Lib 3.] Annal. Bojor. fol. 182. *ubi factum id aſſignat ſub Adalgeriene, Attila filio, circa annum Chriſti* ccccL. *ſi numerus non eſt mendoſus. Nam Spangenberg. qui Aventinum de verbo ad verbum tranſtulit, refert ad annum* ccccxcv. *Anaſtaſio in Romania, Theodorico in Italia, & Clo-* 66 *dovao in Gallia regnantibus, in* Chronic. Saxon. cap. 55.

(κ) Partem Galliarum] *id eſt, Helvetiorum, qui quondam ſub Suevia Ducatu & appellatione comprehendebantur, eratque Tigurinum caſtrum Suevia Ducum aliquando ſedes & reſidentia, ſalva interim urbi ſua immediata libertate.*

(λ) Rhetiam ſupra Lycum] *qua regio etiamnum hodie nomen retinet, ut* Suevia *dicatur,* Schwabenland.

28. Et poterat fieri, ut a Theodorico Gotho, Germanorum & Romanorum Re- A
ge, in auxilium evocati, eas ſedes Italiæ propinquas, præ ſuis Bohemicis, per Hunnos & Gothos (α) miſerrime vaſtatis atque everſis, incolendas elegerint. Namque eos ſub Theodorici Imperio fuiſſe affirmat Curæus, (β) Archiater Sileſiacus. Quod mihi eo fit veriſimilius, quia Boruſſiam quoque eidem paruiſſe fidem facit epiſtola Theodorici a Georg. Fabricio (γ) divulgata. (*) Et quod ſcribit Iornandes (δ) Ravennæ Archiepiſcopus: *ſub cujus* (ſcilicet gentis Gothicæ) *ſæpe dextra Vandalus jacuit, ſtetit ſub precio Marcomannus, Quadorum Principes in ſervitutem redacti ſunt.* Et quod Bonfinius: (ε) *Nulla in occidentali plaga gens fuit, quæ ad Theodorici nutum, aut amicitiam ejus, fœdusque, ſponte non iverit, aut obſequium præſtiterit.*

29. Equidem ſub iſto Theodorico Marcomanicum & Quadicum nomen cœpit in B
Bohemia & Moravia extingui, (ζ) neque renatum umquam eſt: contra Boicum ſeu Bojohemicum inclareſcere. Quo probabilior & confirmatior fit Welſeri conjectura, Bojos ſub Marcomanorum & imperio & nomine delituiſſe: & afflictis Marcomanis iterum emerſiſſe. Namque Jornandes, qui ſub Theodorico vixit, delineaturus Suevos, eos ab Oriente Bojis, ab Occidente Francis, meridie Burgundionibus, Septemtrione Thuringis claudi, ſcriptum reliquit. Confectarium itaque Bojos, ſive Hercinix ſylvæ campos, a Marcomanis inſeſſos, jam olim cognomines, tum adhuc coluiſſe: ſive, quod vero propius, illis paulo ante ejectis Danubium, qua inferiorem Rhætiæ partem, & Noricum præterfluit, prætexiſſe, quæ hodieque item Tranſdanubiana Boica eſt: atque hic exin maxime gradus fuit ad Romanas provincias, trajecto flumine, occupandas. C

67 30. Nam inde videntur Marcomani & Quadi, non vero ex ipſa Bohemia & Moravia, anno DLXVIII. cum Longobardis, a Narſete Juſtiniani I. Imperatoris Exarcho invitatis, in Italiam profecti, Romano Imperio exitium in Occidente, & Germanico Regno in Italia fundando exordium dediſſe. (η)

(α) Per Hunnos & Gothos vaſtatis] *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 53.

(β) Curæus] *in Annal. Sileſiæ fol. 24. & ſeq. cui adſtipulatur VVelſerus* lib. 2. Rer. Boicar, anno 410.

(γ) Georg. Fabricio] *in Commentar. in Poetar. veter. eccleſiaſticor. Chriſtiana opera, verb.* Succinum.

(δ) Jornandes] *lib. 1. de Reb. Getic. cap. 16.*

(ε) Bonfinius] *Rer. Ungaric. decad. 1. lib. 7.*

(ζ) Cœpit exſtingui] *VVelſerus* lib. 2. Rer. Boicar. fol. 140. *Cromerus* lib. 1. Rer. Polon. cap. ult.

(η) *Lazius* lib. 8. de Migration. gent. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 60.

(*) Quid in mentem venerit Goldaſto, cum D
hæc ſcriberet, conjicere nequeo, nihil enim minus ex Epiſtola Theodorici ad Æſtios effici poteſt, quam agnoviſſe hos populos imperium hujus Regis. Vid. ipſæ literæ apud Caſſiodorum lib. V.

CAPUT IX.

Slavi, Marcomanis pulſis, Bohemiam occupant. Czechi dicti. Oriundi ex Sarmatia Scythica. Ratio temporis ſuper adventu eorum in Bohemiam controvertitur. Sub Attila contigiſſe probatur. Slavi Germanis mixti in Bohemia habitant. Bohemia olim pars Regni Bavarici. Vandali perperam cum Venedis confunduntur. Rhedari, Gazari, Cananæi de Bohemis. Bœmi apud Ptolemæum. Slavorum origo fabuloſa. Regni hodierni munitio. E

ILLUD dubitationem non habet Marcomanos ſocioſque populos, domi relictos, (α) (*) eſſe interiori Hercinia pulſos (β) a Slavis, (γ) Sarmatica gente, (δ) quæ

F 2

(α) Domi relictos] *Flav. Blondus Forelivienſ.* lib. 1. de Inclin. Rom. Imp. dec. 8. *Hagecius in* Chronic. Bohem. in proœm. in fin. *Saudelius in* præfat. ibid. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. f. 3. *Dubravius in* Chronic. Bohem. lib. 1. *Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor. *Alexand. Guagninus in* Compend. Chronicor. Polon. in princ. *Martin. Cromerus* lib. 1. Rer. Polonic. cap. 5.

(β) Pulſos a Slavis] *VVelſerus* lib. 2. Rer. Boicar. fol. 141. *Stumpfius* lib. 2. Chronic. Helvet. cap. 4. *Vacuas Vandalorum (debebat dicere Suevorum) ſedes occupaſſe, & in interiorem Germaniam victricia arma intuliſſe, tradit Thuanus* Hiſtor. ſui temp. lib. 56. anno 1573. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 3. fol. 182. *Carol. Sigonius* de Regno Italiæ.

(γ) Slavis] *qui a vernaculo verbo* Slavva *ſic dicti, perperam cum (c.)* Sclavi *ſcribuntur & pro-* F
nuntiantur, ut docent Matth. a Michou in Sarmat. Europ. lib. 1. cap. 13. *Guilhelm. Poſtellus in* Comment. de lingu. var. *& in* tractat. de Orbis con-

cord:a

A quæ Ducis Zechi, (α) [**] ut ipſi ſibi perſuadent; [β] nomine privatim dicta, [γ] nunc *Bojohemorum* appellationem retinet. Sic enim ſcribit Aventinus *lib. 1. Annal. Bojor. fol. 18. Bojemia ejecerunt Bojos Suevi Marcomanni propie dicti, hos Zechi: natio eſt Venedorum, hoc eſt, Sclavorum, adhuc Bojemiam poſſidens.*

2. Quos ex Tranſdanubiana Barbaria veniſſe docet Suidas, [δ] [***] quum inquit: Σκλαβηνὸν ἔθνος, τὸ πέραθεν τοῦ Ἴστρου. *Hi finitimis*, ait Rhenanus, [ε] *Barbaris Avaribus & aliis, quum ſæpe veniſſent auxilio, terræ melioris occupandæ gratia tandem populariter Danubium tranſeuntes in Illyrico conſederunt. Parſque horum una deinde Bohemiam*

cordia. *Martin. Cromerus* lib. 1. Rer. Polon cap. 13. *Jodoc. Ludovicus Decius* lib. 1. de Vetuſtat.
B Polonor. *Bibliander in* Comment. de rat. comm. omn. ling. & lit. fol. 13. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 4. *Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor.

68 (δ) Sarmatica gente] *fuſe idem Matth. a Sudetis in d.* Subſeciv. de orig. Bohem. *Cromerus* d. lib. 1. *Matthias a Michou in* Sarmat. deſcript. *Alexand. Guagninus in* Sauromatic. *Namque Slavi ex Boſphoro Cimmerio per Tanaim & Maotidem paludem in haſce oras ſeſe poſt Teutbones ef-*
C *fuderunt: Vadianus in* Comment. ad Pomp. Melam lib. 3. cap. 3. *Decius* d. lib. 1.

(α) Zechi] *Cluverius lib. 3 German. antiq. c. 30.* Quæ nominis (*Bohemici*) uſurpatio poſtea quoque perduravit, in novis iterum cultoribus Venedis ſive Slavis, qui ſuo ſibi vocabulo & antea & nunc Czechi, Germanis die Bœhmen in hanc uſque diem indigetantur. *Laonicus Chalcondylas* lib. 2. ἐπὶ Βοέμους τοὺς Κεχίους: *ubi Freherus in* Notis. *Marinus Cathenus Bohemus in Catalogo*
D *Ducum Regumque Bohem.*

Illyrico profugus primum dat jura Bohemis
Czechius: hinc nomen gens trahit illa ſuum.

Martin. Cromerus lib. 1. Rer. Polon. cap. ult. *Herburtus* lib. 1. Compend. Polon. hiſt. cap. 2. *Neugebaur.* lib. 1. Hiſt. Polon. in princ. *Michovius in* Chron. Reg. Polon. lib. 1. cap. 1. *Ludovicus Decius* d. lib. 1. de Vetuſtat. Polonor. *Alexand. Guagninus in* Compend. Chronicor. Polon. in princ.

E (β) Ut ipſi ſibi perſuadent] *verba ſunt VVelſeri* d. fol. 141.

(γ) Privatim dicta] *Slavica nempe lingua, qua Bohemus* Czech, *ut Ungarica* Czch *appellatur. Et ipſa Bohemia* Cheskazeme, *id eſt, terra Czechi, ut ſcribit Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Reg. Bohem. ſerie, fol. 2. *Sic Poloni a Lecho, primo eorum Duce & auctore, Czechi fratre, a Ruthenis Moſcis, cæteriſque Slavis, Lechii & Lechitæ appellantur, ut Joan. Dlugloſſus,*
F *Alexander Guagninus, Matthias a Michou, Philippus Callimachus, Sigiſmundus ab Herberſtein, Cromerus, & alii annotarunt. Videndi Hagecius in* Chron. Bohem. in procem. de orig. Bohem. *Joh. Matthias a Sudetis in* ſubſeciv. de orig. Bohem & Slavor. *Dubravius* lib. 1. Hiſt. Bohem. fol. 5. *Boregk in* Chronic. Bohem. fol. 3. *Joan. Herburtus* lib. 1. Hiſtor. Polon. cap. 1. & ſeq.

(δ) Suidas] *in Lexico, & ex eo Varinus Phavorinus Camers in* Lexic. Græc.

G (ε) Rhenanus] *lib. 1. Rer. Germanic. cap.* Slavini in Bojohemum & regionem quæ Moravia appell.

(*) Vacuam pene, vaſtam & incultam fuiſſe Bohemiam, cum Slavi eam ingrederentur, vult Stranskius in *Deſcriptione Reſpubl. Bojoh. c. 3. §. 9* Verum id minus mihi videtur veroſimile, novimus enim omnes Marcomannos, gentem permaximam, hanc regionem incoluiſſe jam a longo tempore, quos incultam Bohemiam reliquiſſe, aut ante adventum Slavorum inde expulſos fuiſſe, nemo Vett. memorat. Majorem igitur veri ſpeciem habet ſententia Goldaſti noſtri.

(**) Cechum Slavos duxiſſe in Bohemiam, Cechitasque inde dictos Bohemos uno ore omnes adfirmant Hiſtorici, quos Balbinus hic ſequitur. Verum neminem hactenus vidi, qui ea Scriptore fide digno probaverit (1) fuiſſe unquam Czechum aliquem in rerum natura (2) quando venerit cum hac gente in has oras, nam ea quæ hanc in rem a Weleslavino, Codicillo aliisque in medium de adventu ejus proferuntur, incerta traditionum fide nituntur, (3) quando Bohemis Cechitarum ſeu Cechiorum nomen adhæſerit. Quod ad primum & ſecundum hujus diſputationis caput attinet, nihil hactenus inveni in monumentis ejusdem vel proximæ ætatis, quod huc faciat, litemque hanc certiſſime definiat; tertium quidem excutere aggreſſus eſt Balbinus *lib. II. Miſc. cap. 9.* ſed infelici, ſi quid video, ſucceſſu. Zechios enim ſeu Zechitas, Bohemos jam Sec. VI. dictos fuiſſe probare conatur ex Paulo Diacono *lib. IV. Hiſt. Langobard. c. 7.* quem locum cum evolverem Slavorum quidem, ſed non Czechiorum nomen deprehendi. In errorem autem a Welſero inductus fuit, uti ipſe *cap. 18. in not.* agnovit, quanquam eundem iterum *cap. 20.* committat, qui Pauli verba *lib. III. Rer. Bojic.* paraphraſtice retulerat, pluribusque explicaverat; cum id in principio non animadverteret Balbinus *VVelſeri* verba, Pauli eſſe credidit. Cujus erroris ſimile exemplum ad *§. 2.* notabimus. Vide an non forte *Zechii* dicti fuerint Bohemi a *Zechis*, peculiari aliqua Slavorum gente, quæ ad oram maritimam Ponti Euxini habitabat, teſte Procopio *lib. IV. Hiſt.* Goth. p. 417. nam *Antæ* quidem etiam erant Slavi, veruntamen peculiari ſæpe numero nomine veniebant; Slavos vero heic loci antiquiſſimis temporibus habitaſſe, antequam ſeſe verſus Occidentem movere inciperent, extra omnem poſitum eſt controverſiam. Satis antiquum igitur eſſet Czechiorum nomen, ſi hanc conjecturam admittimus, ex qua ſimul pateret, qui veri Aborigines Slavorum fuerint in Bohemia.

(***) Inſignem hic iterum committit errorem Balbinus *in Epitom. Rer. Bohem. lib. I. c. 10. pag. 73. in not. ad Chriſtann.* dum Suidæ ea omnia adſcribit, quæ hic Goldaſtus ex Rhenano refert, nam nonniſi pauca illa verba græca Suidam auctorem agnoſcunt.

(α) In

hemiam occupavit, & regionem proximam, quam a Maravaha fluvio Maravaniam ap- A
pellant. Nam Marcomanni cum Hermunduris jam pridem in Noricum & Vindeliciam
tranſierant.

3. Sed temporis ratio eſt in controverſia. [α] [*] Machiavellus [β] auctor eſt,
migrationem Slavorum in Illyricum contigiſſe ſub Mauricio Imperatore, vel ſub Hera-
clio, qui regnare cœpit anno Chriſti DCXI. Et ante eum M. Anton. Sabellicus [γ] ſcri-
pſit: *Slavorum pars, Mauricii Cæſaris temporibus, in Dalmatiam & Illyricum migra-*
vere, nomenque priſtinum tenuerunt. Qui longius Italia conſederunt, partim Boemi,
69 *partim Poloni dicti ſunt.* David Chytræus [δ] aſſerit, Slavos ſeu Henetos paulo ante
annum Chriſti nati DC. in has oras migraſſe. Nobis probabilis videtur eorum ratioci-
natio, [ε] qui Slavorum superventum in Bohemiam ad Attilæ ævum derivant: niſi cre- B
dibilius ſit, Attila demum mortuo, [ζ] quum unius Regni interitu multa paſſim nova
orirentur, Sarmaticis primum in Germaniam irruptionibus viam patuiſſe.

4. Hodierni ergo Bohemiæ cultores origine ſunt Slavi, ex Sarmatia Scythica in Illy-
ricum, inde in has regiones progreſſi. Birckheimerus in Explicat. German. de Sclavi-
nis: *Licet illi hodie quoque Bohemi vocentur, nequaquam tamen Germanica, ſed Scla-*
vonica utuntur lingua, quæ & veterem illorum redarguit originem. Curæus (η) tamen
opinatur, gentem Bohemicam eſſe conflatam ex Germanis & Henetis. Cujus rationem
70 ſupra probavimus, quod ab ea ſteterint Hiſtorici probatiſſimi. At Carion (ϑ) aſſerit, Bo-
hemiam eſſe regionem Germaniæ, olim Bavariæ Regno conjunctam, & ab eo per Van-
dalos Slavos avulſam. C

5. Ab imperito Hiſtoricorum vulgo [ι] etiam vocantur *Vandali*, qui terram Bo-
he-

(α) In controverſia] *Flav. Blondus* lib. 1. de Inclin. imp. Rom. dec. 8. *refere ad annum 600. quo Mauritius Romanis imperavit. Hagecius in* Chron. Bohem. lib. 1. fol. 1. *Bartholdus Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia. *Venceslaus Clemens Zabrac.* lib. 1. Smirciad. circa princ. *referunt ad annum Chriſti 644. quo Conſtantinus III. Imper. & Ioannes IV. Papa regnarint. Martin. Cuthenus in* Bohem. Regib. *Boregk in* Chron. Bohem. in Zecho I. Duce fol. 4. *ad annum 639. ſed in* Borivorio Duce fol. 34. *ad annum 680. quo Flav. Heraclius Conſtantinus Pogonatus in Græcia imperavit. Sethus Calviſius in* Oper. Chronolog. *ad annum 645. Joannes Cario in* Chronic. lib. 3. *ad annum 450. Spangenberg in* Chronic. Saxon. cap. 50. *ad annum 451. Joh. Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor. *ad annum 407. ſed alibi in eodem libello ad annum 457. Elias Reuſner. in* Iſagog. hiſtor. *ad annum 496. Bernard. Vapovius in* Hiſt. Polon. *ad annum 550. Zach. Theobaldus in Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. ita commentatur:* Anno Chriſti 644. Conſtante Orientis Imp. Rothario Longobardorum, Dagoberto Galliæ Rege, Theodoro Pontifice Romano, Julii die 15. Czechus & Lechus cumque fratribus ſuis ſex (ut eſt in Pulkavva & Chronico Boleslavienſi) & multitudine Heneta 600. numero, in Bohemiam venerunt, *&c. Denique Bernhardus Vapovius refert, Lechum in Poloniam conceſſiſſe circa annum Chriſti 550. ut refert Herburtus* lib. 1. Compendioſ. Polonor. hiſt. cap. 2. *Salom. Neugebaur* lib. 2. Hiſt. Polon. in princip.

(β) Machiavellus] *in tract. de Migration populor. Septentrion. & ruina Rom. Imp. interprete Hieronym. Turlero: quem ſequitur Pet. Albinus in* Chron. Miſniæ tit. 6. fol. 70. *conſentiunt. Joan. Bugenhagius in* Recitat. de Migrat. & mutation. gent. in Occident. Imper. *VVolffgang. Lazius* de Migration. gent. lib. 8. *B. Rhenanus* lib. 1. Rer. German. cap. Slavini in Bojohemum *&c.*

(γ) Sabellicus] *de Vetuſtat. Aquileiæ lib. 4. circa fin. Calviſius in* Oper. Chronolog. anno Chriſti 594. *Adde Cedrenum in* Hiſtor. Græc.

(δ) Chytræus] *in Saxon. lib. 1. fol. 32. ex Procopio* de Bell. Vandalic. lib. 3. *& Flavii Blondi* lib. 8.

(ε) Eorum ratiocinatio] *Martini Cromeri* Rer. Polonic. lib. 1. cap. ult. *Spangenbergius in* Chron. Saxon. cap. 50. *Jac. Auguſti Thuani* Hiſtoriar. ſui temp. lib. 56. anno 1574. *Salomonis Neugebauri* lib. 1. Hiſtor. Polon. fol. 4.

(ζ) Attila demum mortuo] *VVelſerus* d. lib. 2. D
fol. 141. *Incidit autem ejus mors in annum Chriſti 453. ut teſtatur Bonfinius* Rer. Ungar. decad. 1. lib. 7. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 51.

(η) Curæus] *in Annal. Sileſiæ fol. 23. Idem innuere videtur Joh. Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor. *Boregk in* Chronic. Bohem. in Zecho primo Duce, fol. 4. *Dubravius* lib. 1. Hiſt. Bohem. fol. 5. *Krantz.* lib. 1. Wandal. cap. 16.

(ϑ) Carion] *lib. 3. Chronicor. anno 427.*

(ι) Hiſtoricorum vulgo] *quorum dux & au-* E
ctor Joan. Annius Viterbienſ. in Comment. in Beroſi lib. 5. *Sequuntur Franc. de Roſieres in* Stemmat. Ducum Lothar. tom. 4. cap. 68. in hiſt. fol. 233. *Alb. Krantz.* lib. 1. Saxon. in præfat. fol. 3. & cap. 13. *Jodoc. Ludovic. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polon. tom. 2. Polonic. rer. ſcriptor. Piſtorii fol. 274. *Frechrus in* Annotat. in Witikindi lib. 1. *Joan. Magnus, Archiep. Upſalenſ. in* Gothor. Saxonumque hiſt. lib. 6. cap. 22. *Altbamer. in* Taciti German. *Thuanus* d. lib. 56. anno 1574. & lib. F
2. in princ. *Alexander Guagninus in* Sauromatic. *vel* Sarmat. Europ. deſcript. cap. 12. *& in* Chron. Reg. Polon. lib. 1. cap. 19. *Glareanus in* Annotation. in Cæſar. lib. 3. *Munſterus, Krantzius, Bonfinius, Eraſmus Stella, Brotbuſius, alii.*

(*) De primo Czechi in Bohemiam adventu permultorum ſententias attulit Balbinus *lib. I. Epit. Rer. Bohem. c. 10. & lib. II. Miſcell. cap. 9.* conf. Petri Codicilli Diſſertatio de adventu Czechi in Bohemiam, qui ad Sec. III. hanc migrationem G
refert, qua fide, aliis dijudicandum relinquo. Mi-
re

A hemiam numquam poſſedere, ſed partem maximam inferioris Saxoniæ [α] & Poloniam. [β] Nimirum confundunt *Vandalos*, [γ] qui fuerunt Germani, cum *Venedis*, qui & *Heneti*, [δ] & *Veneti*, gente Slavica. Non negamus interim, potuiſſe fieri, ut ſicut Slavi Zechitæ occupata Bohemia inde nomen ſunt ſortiti; ita Slavi Lechitæ, id eſt, Poloni, occupata Vandalia Germanorum provincia, inde nomen ſint adepti, ut *Vandali*, & corrupte *Venedi*, *Winidi*, *Vinduli*, [ε] *Winli*, *Windi*, *Wenden*, nuncupentur.

6. Gravius hallucinantur, qui putant, [ζ] *Rhedaros* eoſdem eſſe cum Slavis Bohemis; quos eo nomine amicus noſter Henricus Meibomius (η) recte cenſuiſſe & notaſſe videtur.

7. Primo quidem tempore, quo in Europa armis invaleſcentes cœperunt innoteſcere,

B re mihi ſeſe probant, quæ ex Gregorio Turonenſi
aliisque antiquis Scriptoribus de Slavorum origine,
variisque ſedium mutationibus diſſerit Valeſius
lib. XVIII. Rer. Franc. ubi Seculo VI. Slavos inclaruiſſe & in occidentem migraſſe tradit.

(α) Partem inferioris Saxoniæ] *ubi quondam*
Regnum Venedorum, das Kœnigreich Wenden,
Imperii beneficiarium ac feudale; cujuſve titulum
Reges Daniæ & Sueciæ adhuc preferunt, eo primum
ab Lothario II. Cæſare infeudati.

C (β) Poloniam] *Althamer. in* Comment. in Ta-
citi German. *Baſil. Faber in* Theſaur. erud. Scho-
laſt. verb. Vandali, & verb. Heneti. *Matthias a*
Michou, Canonicus Cracovienſis, lib. 1. de Sarmat.
Europ. cap. 11. *Hinc* Wandalos *pro Polonis accipi*
obſervat VVelſerus in Not. ad lib. 2. de Vita & mi-
racul. S. Udalrici Epiſc. Aug. cap 22.

(γ) Confundunt Vandalos] *quos propterea re-*
darguunt Beat. Rhenan. lib. 2. Rer. Germanic.
cap. 1. & lib. 1. cap. Vandali in Hiſpan. in fin. *Mun-*
D *ſterus* lib. 3 Coſmograph. cap. 4. *Franciſc.Ireni-*
cus lib. 1. Exegeſ. German. cap. 33. *Flav. Blondus*
lib. 1. decad. 1. *Goropius Becanus* lib. 5. *Spangen-*
berg. in Chronic. Saxon. cap. 14. *& in* Adelsſpie-
gel, part. 1. lib. 10. cap. 5. verb. Wandeler, &
verb. Wenden, *Mart. Cromerus* lib. 1. Rer. Po-
* lonic. cap. 2. & cap. 5. (*) *Mich. Beutherus in*
Comment. in Taciti German. part. 1. cap. 11. *Zach.*
Theobaldus in Genealog. & Chronolog. Regum
Bohem. fol. 7. *Salom. Neugebaur* lib. 1. Hiſtor.
E Polon. in princ. *Petrus Albinus in* Chronic. Miſ-
niæ tit. 6. fol. 70. *Lud. Perſona in* Orat. de Wit-
teberga. *Marcus VVelſerus* lib. 4. Rerum Boicar.
fol. 249. *Henr. Meibomius in* Not. ad Levoldi
Chronic. Comitum de Marck. n. 8. *Joh. Matth. a*
Sudetis in Subſeciv. de Orig. Bohem. & Slavor.
Quo pudibundo errore deceptus S. VVenceslaus,
Dux Bohemiæ, ab Ottone I. Imp. petiit corpus ſibi
S. Sigiſmundi Burgundionum, Vandalicæ gentis,
F *Regis, tamquam unius ex majoribus ſuis Slavici*
** *generis*, xx. (**) *ex Monaſterio S. Mauricii, quod*
antiquis Agaunum *eſt, in Valeſia ſito, concedi;*
71 *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 48. *Quod*
longo poſt tempore Carolus IV. Imper. ex eodem
Monaſterio ſecum Pragam in Bohemiam tranſtu-
lit anno Chriſti nati 1366. ut referunt Guilh. Para-
dinus de Antiq. ſtatu Burgund. *Alphonſus del Bene*
de Regno Burgundiæ lib. 1. *Stumphius in* Chro-
nic. Helvet. *Joſias Simlerus in* Valeſ. deſcript.
Dubravius in Hiſtor. Bohem. *Pontanus a Brai-*
G *tenberg in* Bohem. pia. *Franc. Guillimannus* de
Reb. Helvetior. *Baronius in* Not. ad Martyrolog.
Roman. *Aub. Miraus in* lib. de Reb. Bohemic.
cap. 4.

(δ) Heneti] *Ptolomæus* lib. 2. Geograph. *ubi*
maximam ait eſſe Sarmatarum gentem. Melanch-
thon in Chronic. Carion. *Martin Cromer.* lib. 1.
Rer. Polon. *Baſil. Faber in* Theſaur erud. ſchol.
verb. Heneti. *Carol. Stephanus in* Dictionar. hi-
ſtoric. *Reiner. Reineccius in* Commentar. de Saxon.
orig. *Johan. Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de orig.
Bohem. & Slavor. *Georgius Draush in* Comment.
in Solini Memorabil. cap. 56. *Zach. Theobaldus in*
Genealog. & Chronolog. Regum Bohem fol. 6.

(ε) Vinduli] *quos pro Bohemis poſuit Joan.*
Garzon Bononienſ. lib. 1. de Reb. geſt. Saxon. Thu-
ring. Libonotr. &c.

(ζ) Qui putant] *Nauclerus in* Chronic. volum.
2. generat. 39. *Brotuffius* lib. 1. Chronic. & antiqui-
tat. Martisburgenſ. cap. 3.

(η) Meibomius] *in Chronic. VValbecenſ.*
fol. 3.

(*) Caput nonum hujus primi libri ſui ali- „
quot erroribus, velut gemmis, diſtinxit Gol- „
daſtus: *VVandali*, inquit, *fuere Germani*, hoc „
probum, *& habitarunt in inferiore Saxonia &* „
Polonia. Ita VVelſerus, Cromerus, Theobaldus, „
Meibomius & Sudetis. Quicquid ſit de Wanda- „
lorum ſedibus [quod cum de Wandalis egimus, „
examinavimus,] certiſſimum eſt, Cromerum fal- „
ſo adduci, qui nunquam in Polonia habitaſſe, „
Wandalos *lib. I. c. 5. Hiſt.* aliis ſedibus aſſignatis, „
oſtendit. Cæteri, quos adducit Auctores, in ter- „
tia eorum migratione non in *Polonia*, a fonte „
Viſtulæ, [qui in Tieſſinenſi Eccleſiæ Principatu „
oritur] ad *Hermunduros* & ultra porrectas fuiſ- „
ſe *VVandalorum* gentes demonſtrant. Balbinus „
lib. III. Miſc. c. 22. Reprehenditur hic iterum in
Goldaſto, quod nunquam affirmavit, non enim
Cromerum in partes vocat Auctor noſter, quaſi
hic teſtetur Wandalos in Polonia habitaſſe, verum
ſaltem eum reprehendere illos, qui confundunt
Vandalos & Venedos. Vid. not. (γ)

(*) Quam impudenter in SS. Principem Wen- „
ceslaum invehitur, quem pudibundi erroris cona- „
tur arguere. Tuus pudibundus eſt error, o Gol- „
daſte, non enim unquam *Sancti Sigiſmundi cor-* „
pus ab Ottone I. ſed *S. Martyris Viti brachium,* „
petiit VVenceslaus, quod cum accepiſſet, S. Viti „
Eccleſia honoravit. Quatuor poſt ſeculis *Caro-* „
lus IV. Imperator Lucenburgica, Burgundiæ Re- „
gibus cognatæ ſtirpis cauſa *S. Sigiſmundi corpus* „
attulit Pragam. Balbinus *lib. III. Miſcell. cap. 22.*
§. 1. Num jure, num injuria hic accuſetur Golda-
ſtus, affirmare nequeo, cum libri, quorum fide ille
nititur, non ſint ad manus. Forte more ſolito
caſtigavit Auctorem noſtrum Balbinus.

(α) *Mar-*

ſcere, *Gazari* (α)(*) vocabantur, ut hodie quoque nominantur in idiomate Saracenico A
ſive Turcico.

8. Impie autem ab impia gente *Cananæos* vocatos (β) Bohemos, auctor eſt Benjamin Tudelenſis & ipſe Judæus, in fine *ſui Itinerarii* ſcribens: *Regio Behem* &c. *cujus incolæ a Judæis ibidem agentibus Cananæi vocantur.* (**)

9. Suavis, me Deus, jucunda & dulcis eſt Slavorum origo, inde uſque ex Paradiſo, arca Noæ, & turri Babel deducta. Suavius longe Alexandri Magni privilegium (γ) Sclavacis, id eſt, Slavis, conceſſum. Sed fabuloſam illam Slavorum in Bohemia originem ab Eliſa deductam, primus finxiſſe perhibetur Joannes Merignola, (δ) Epiſcopus Florentinus, eique ſuppar Magiſter Przibik Pulkawa, (ε) Rector Scholæ Pragenſis ad S. Ægidium; quorum uterque ſub Carolo IV. Imperat. vixit, & ab eodem hiſtorias Bohemicas componere juſſi ſunt. B Fabuloſam narrationem (ζ) miror Hagecium, Dubravium, Sandelium eſſe ſecutos, detectam & exploſam jam pridem ab Ænea Sylvio,

[α] Gazari Matth. a Michon in Sarmat. Eur. lib 1. cap. 12. Guilhel. Poſtellus in Comment. de ling. variet. Nec non in tractat. de Orbis concordia. Theod. Bibliander in Comment. de Ration. omn. ling. & literar. fol. 14. Hinc omnino appellationem ſortiti ſunt Gazari heretici in Conſtit. Friderici II. Imp. de Statut. & conſuetud. contra libert. eccleſ. §. 5. & in alia apud Petr. de Vineis lib. 1. cap 27. & Conſtitut. Imperial. tom. 1. fol. 295. in auth. Gazaros. C. de hæret. & Manich. in cap. 8. Extr. de hæretic. in Concil. Lateranenſ. ſub Alexandro III. cap. 27. in Edicto Alphonſi Regis Arragonum & Electi Roman. Imperator. denique in Confirmat. Adolphi Regis Roman. de anno 1295. §. Gazari. Perperam autem in c. 15. ext. de hæretic. vulgata editiones legunt, Catharos; pejus ita legendum contendunt Anton. Auguſtinus in Not. ad Antiq. Collection. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 6. Gothofredus in Not. ad. d. Auth. Gazaros, C. de hæretic. Alphonſus Ciacconius de Vitis Pontific. Rom. f. 525. Jacob. Uſſerius in Hiſtoric. explicat. de Chriſtian. eccleſiar. ſucceſſ. cap. 8. num. 15. Gretſerus in Not. ad ſcripta veterum contra Waldenſ. quum Cathari, id eſt, Puritani, dicantur a dogmate, ſi credimus B. Auguſtino & Bernardo Lutzemburgio in de Hæretic. At Gazari a gente Illyrica, qui eadem ratione etiam Bulgari dicti, & Patareni a Patara civitate Dalmatia, & Boz neuſes. Etenim ex Illyrico in Italiam proſerpſerunt, ut alibi docemus & tandem etiam in Moraviam ac Bohemiam. Unde qui olim Gazari, avorum memoria dici cœperunt Bohemi, Bœhmi-
72 ſche Ketzer. Andr. Bodenſtein Caroloſtad. in tract. Von beyden geſtalten der H. Meſſe, von Zeichen in gemein, vvas ſie vvircken und deuten, und daſſ die nit Behmen oder Ketzer ſeind, die beyde geſtalt nehmen, ſondern Evangeliſche Chriſten. excuſo VViteberga, anno 1522. qui & Thaboritæ a civitate Thabor in Bohemia, ut tradit Æneas Sylvius in Hiſtor. Bohem. cap. 40. & Pet. VVeſembec. JC. in Orat. de Waldenſib.

[β] Cananæos] Gilbert. Genebrardus lib. 1. Chronolog. ubi ex Judaorum fabulis tradit, Cananaos a Joſua & Iſraelitis ex Palæſtina ejectos in Germaniam, Slavoniam, & vicinas regiones migraſſe. Quem eo nomine reprehendit Elias Reuſnerus in Enucleat. illuſtr. quæſtion. hiſtoric. cap. 2. fol. 23. Alioquin Chriſtiani univerſim a Judæis dici ſolent Goim, id eſt Gentiles, Ethnici, Pagani. Joan. Buxdorffius in tract. de Ritib. Judæor. &c. ut a Turcis Gauri; Bartholom. Georgieviz Peregrinus in Epitom. de Turcar. morib. Leunclavius in Hiſtor. Muſelman. Turcor. in Onomaſt. altero ſeu interpret. varior. vocabul. Porro, ne quid diſſimulaſſe videar, Paſcalii per ignominiam a vulgo noſtrate dicuntur Bohemi, Bemiſche Paſcaler, a Joan. Fiſchartio, alias Mentzero, JC. Argentin. in Gargantua cap. 10. fol. 212.

(γ) Alexandri Magni privil.] relatum ab Hagecio in Chron. Bohem. part. 2. anno 1348. fol. 5. Vincentio Cadlubeo Epiſcopo Cracovienſi in Hiſtor. C Polon. Sandelio in præfat. Chronic. Hagec. Sed fabuloſum hoc diploma refutat Martin. Cromerus lib. 1. Rer. Polonic. cap. 15. Matth. a Michon lib. 1. Chronic. Reg. Polon. cap. 7.

(δ) Merignola] de quo videatur idem Hagec. in prooem. de orig. Bohemor. & Sandelius in d. præfation.

(ε) Pulkavva] in Hiſtor. Bohem. cap. 1.

(ζ) Fabuloſam narrationem] quam breviter complexus eſt Matthias a Michon, Canonicus Cracovienſis, lib. 1. de Sarmat Europ. cap. 12. cujus D verba, ut dicta rebus exſequar, non pigrabor adſcribere. Habet autem hunc ad modum: Fuerunt Slavorum Principes Lech & Czech hini fratres, Javan nepotes, de fœmore Heliſæ ex mari Jonio deſcendentes, Croatiam ac Slavoniam inhabitantes &c. Præfati Duces Lech & Czech inde profecti pervenere in Moraviam & Bohemiam &c.

(*) Cedo mihi Goldaſte, vel unici Scriptoris „ auctoritatem! quam ſi proferre non poteris tri- „ ſtem illam literam Calumniatoris merebere. Hæc „ E certe poſtrema nomina nata ſunt a Provinciis, „ quas Bohemi nunquam incoluere. Ita Balbinus lib. III. Miſcell. c. 22. De hac lite inter Goldaſtum & Balbinum judicent alii, qui ipſa Auctorum teſtimonia hic allata inſpicere & excutere poſſunt, me enim farrago illa librorum, lubens fateor, deficit.

(**) Quid tibi in mentem venit Goldaſte hæc, „ falſa & nunquam ab ullo Judæorum audita ſcribe- „ re. Balbinus lib. III. Miſcell. cap. 22. Vi- „ de, quid non ſuadeat odium in Goldaſtum; nonne enim hæc fide Benjaminis ſcribit, cujus ver- F ba integra ex verſione Cunſtantini L'Empereur ſubjungam: Hinc ulterius in Bohemiæ regionem devenitur, quæque ibi vocatur Praga, Slavoniæ initium eſt, quam Judæi ibi habitantes terram Canaan nuncupant, quia iſtius regionis homines filios filiaſque ſuas omnibus nationibus promiſcue divendunt, quemadmodum & Ruſſi. Regnum illud late patet &c. Ineptam hanc Judæi narrationem non probat Goldaſtus, ſed impiam vocat. Cur ergo tibi Balbine tam male ille audit, qui gentem tuam G contra calumniam Recutiti hujus nugatoris defendit?

A vio, (α) Archigrammateo (β) Colonienſi, Rhenano, (γ) & aliis graviſſimis auctoribus (δ) in tanta literarum luce tam aniles fabulas irridentibus.

10. Cæterum, quod Archidiaconus Tullenſis (ε) ſcribit, gentem Bohemicam ab Ptolomæo dici magnam, quod Germania numquam habuerit majorem, id quidem probat Bohemiam in Germania eſſe ſitam: ſed quod ſub eadem Boëmorum appellatione etiam Ruthenos & Polonos comprehendit, id a veritate hiſtorica abhorret. Sed *Bohemos* videtur generatim de Slavis (ζ) accepiſſe. Rectius Lottinus, (η) Ambaſſiator Venetus: *Regno*, inquit, *annexæ ſunt Moravia, Sileſia, Luſatia, quæ magna ex parte Bohemiam complectuntur.* Et poſtea ſubjicit: *Pauca hic loca munita Bohemi quidem ſuam regionem ſylva Hercinia, qua circundatur, apprime munitam eſſe ſibi perſuaſerunt;*
B *nulla tamen hic clauſtra, aut viarum anguſtiæ, quibus hoſti aditus intercludi queat.* Et hæc quidem de Bohemia, ejuſdemque incolis diverſis, quoad inſtitutum noſtrum, univerſe deducenda videbantur: nunc de capite ejus ſingillatim videamus.

(α) Ænea Sylvio] *in Hiſtor. Bohem. cap. 1.*

(β) Archigrammateo] *in Chronica* von der hylligen Statt Cœllen, fol. 31.

73 (γ) Rhenano] *lib. 3. Rer. Germanic. cap.* Bojemum T. cito &c.

(δ) Aliis auctoribus] *ut ſunt Johan. Matth. a Sudetis, JC. Bohemus, in* Subſeciv. de orig. Bo-
C hem. & Slavor. *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. fol. 6. *Salom. Neugebaur* lib. 1. Hiſtor. Polon. fol. 3. in fin. *Mart. Cromerus* lib. 1. de Reb. Polon. cap. 2. & ſeqq. *Jodoc. Ludovic. Decius* lib. 1. de Vetuſtat. Polon.

(ε) Archidiaconus Tullenſis] *Franciſcus de Roſieres, Nobilis Barrenſis, in* Stemmat. Lotharing. Ducum, tom. 4. cap. 68. in hiſtor. fol. 233. *Sanius ſapit Volaterranus lib. 7. Geograph. ſcribens:* Boëmos in ea parte Ptolomæus gentem maximam eſſe dicit, juxta vero Marcomanos & Quados: hi Moraviam circaque adjacentes Boëmorum populos comprehendebant; Germani ſine omnes.

(ζ) De Slavis accepiſſe] *de quibus Adamus Bremenſis lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 10.* Slavania ampliſſima Germaniæ provincia, a Winulis incolitur, qui olim dicti ſunt Wandali; decies major eſſe dicitur quam noſtra Saxonia, præſertim ſi Boëmiam, & eos qui trans Oddoram ſunt, Polonos, quia nec habitu nec lingua diſcrepant, in partem adjeceris Slavaniæ.

(η) Lottinus] *in Pratt. ſeu Theſaur. politic. ſapient. part. 1. in* relat. de Aula & Regno Imperatoris Roman. fol. 55.

D

CAPUT X.

Regni Bohemiæ Caput Praga. Bojohemum a Bojis. Caſurgis, Budoris in incerto. Maroboduum a Marcomannis. Praga a Slavis cur dicta, Civitas Germaniæ.

REGNI Bohemiæ caput, matrix & metropolis jam inde ab initio ea civitas fuit, quam Slavico vocabulo nunc *Pragam* appellant. Varia ei nomina a mutatis ſubinde cultoribus ſunt impacta. Quam appellationem ſub Hermionibus & Nemetibus, primis illis incolis, habuerit, non eſt literis proditum. Boji 74
ab ſe indito nomine *Bojohemum*, (*) id eſt, *Bojoheim*. Celtica & Germanica voce, indigetarunt, quaſi Bojorum ſedem ac domicilium, in quo Regia Bojorum domus, palatium & reſidentia. Quo de Strabo *lib. 7. Geograph.* commemorat in hunc
E modum: *In eadem Germania eſt Hercynius ſaltus, in quo eſt Bojohæmum, Marobodui regia.* Sic enim vocabulum iſtud reſtituendum eſſe ſupra admonuimus, non (ut in vulgatis legitur) *Bubienum*. Lipſius (α) recte interpretatur de ſede Regia, male reprehenſus a Cluverio. (β) Cum Lipſio facit Aventinus *lib. 1. Annal. fol. 18.* ſcribens: *Condidit ibi* [gens Boica] *Bubienum ſive Bojobinum urbem, quæ & Marobodum poſtea fuit, nunc Praga eſt.* Nam quod poſtea id nomen regioni generatim eſt impoſitum, more ſolemni factum eſt. quo & alia Regna a ſuis metropolibus ſortita ſunt nuncupationem, exempli gratia Babylonicum, Romanum, Conſtantinopolitanum, Damaſcenum, Hieroſolymitanum, Neapolitanum, & ſimilia; ut Principatus ac Comitatus Germaniæ ponam ad

(α) Lipſius] *in Commentar. in Taciti Annal.*
F *lib. 2. & ante eum Beutherus in* Comment. in Taciti German. part. 2. cap. 2.

(β) Cluverius] *lib. 3. German. antiq. cap. 30. Sandelius legit* Bubiemum, *& interpretatur* Bojemiam. *idem facit Martin. Cromerus* lib. 1. de Reb. Polonor. cap. 5. *ſed* Bujemum *habet pro* Bubjenum.

(*) Gravius hallucinatur Goldaſtus, dum *Pragam Bojohemum* eſſe contendit, ſimili prorſus „ errore, quo quidam *Italus* rerum noſtrarum ignarus, literis, quas ex Italia mittebat, *Bohemiam in Praga* adſcripſit. At Goldaſtus excu- „

ſari

nam ad compendium. Quin addo, ut a Boihem *Boihemia*, ſic a Praga *Pragia* dicta A
a Beniamino [α] Tudelenſi [illegible] videtur, [*] cujus hæc ſunt verba, Benedicto Aria Montano interprete: *Inde d[illegible]terius regio Bohem eſt, quæ nunc Praga dicitur, eſtque Sclavoniæ terræ initi[illegible]*

2. Ptolemæus [β] oppidum habet in Germania *Caſurgim:* [γ] id plerique omnes Geographi, Nomenclatores & Interpretes putant eſſe Pragam. Solus Birckheimerus [δ] *Budorim* ejuſdem Ptolemæi de Praga interpretatur. Conjecturæ fides ſit penes auctores. Nos legimus ab eodem Ptolemæo oppidum in Germania collocari nomine Μαρόβουδον, *Marobodum.* Id cum ſitus loci, tum nomen, in Marcomanis fuiſſe indicant, de Marobodui Regis nomine denominatum. Regiam fuiſſe Marobodui haud inepte conjecit Cluverius, [ε] quum a Rege reſtauratum & in Regiam ſedem delectum, Re- B
gii cognomenti dignitatem meruerit. Super eodem Tacitus Annal. lib. 2. de Catualda ſcribit: *Is valida manu fines Marcomanorum ingreditur, corruptisque Primoribus ad ſocietatem, inrumpit in Regiam, Caſtellumque juxta ſitum. Veteres illic Suevorum prædæ, & noſtris* [id eſt, Romanis] *e provinciis lixæ, ac negotiatores reperti: quos jus commercii, dein cupido augendi pecuniam, poſtremo oblivio patriæ. ſuis quemque ab ſedibus, hoſtilem in agrum tranſtulit.* Quo loco Tacitus intelligit Aulam Marobodui, ſeu ſedem & arcem Regiam, in qua habitarit: juxta quam *Caſtellum* in oppidi formam ſi- 75
tum, in quod lixas ex provinciis Romanis, & mercatores ob jus commercii tranſtulerit. Arbitror autem Regiam illam fuiſſe in Wiſchehrado, [ζ] vetuſtiſſimo Regum ac Ducum Bohemiæ domicilio, quod inde a Zecchiis demum Principibus in montem Pe- C
terzinium [η] vel Hraczinium [ϑ] eſſe translatum, Annales [ι] fidem faciunt. *Caſtellum* autem, *juxta ſitum*, fuiſſe caput gentis Marcomanorum inde colligitur, quia Suevi, id eſt, Marcomani, prædas ſuas illuc conferebant. Id ſi quis eodem ſitu exſtitiſſe contendat, ubi nunc urbs illa ingens Praga [κ] conſpicitur, facile ei palmam dederim. In medio namque regionis tutiſſimus erat locus, ubi & Rex ageret, & quo univerſa gens communes prædas comportaret. Quod non ignoravit Aventinus, diligentiſſimus Annalium Boicorum ſcriptor, *lib. 2. fol. 53.* [λ] hiſce verbis ſententiam ſuam expromens: *Ipſe* (Maroboduus Rex) *Bubienum, caput Bojemiæ, Marobodum a ſe cognominavit, quam*

G

"ſari non poteſt, tantus, ut ipſe ſibi videbatur, " Hiſtoricus, qui ex Tacito & Ptolomæo & Scri" ptoribus omnibus diſcere potuit, *Bojohemum* " *regionem fuiſſe Veterum Bojorum*, in qua Mora" bodium *Regiam* ſibi ædificaſſe [*Bubienum* vel " *Boviasmum* vel *Marobodunm* dictam] pridem " probavimus. Quod ipſemet Goldaſtus ſui obli" tus, poſtea docuit *hujus libri cap. 5.* cujus hæc " ſunt verba: *Marcomanni Bojos bello aggreſſi* Bo" johemi principia occuparunt &c. Quæſo Golda" ſte, an tu hoc loco Bojohemi nomine *Pragam* " Urbem, an potius *provinciam* intelligis & jubes intelligi? Balbin. *lib. III. Miſcell. c. 22.* conf. etiam *lib. 11. Miſc. c. 2.* Non ita a veritate aliena, uti Balbino, mihi videtur Goldaſti ſententia, in qua etiam eſt Colerus in *Not. ad Tacit. German. c. 28.* commode enim & Regia & Regio *Bojohemum* vocari potuit. Quot enim non provinciæ ab Vrbibus nomen ſuum acceperunt? Vis exempla, permulta hic ſuppeditat Goldaſtus. Ceterũ in Vett libris apud Strabon. *lib. VII. p. 445. ed nov.* legitur Βουίαιμον quod cum *Boemo*, ſeu *Bohemo*, ſeu plenius, cum *Bojohemo* ſatis congruit, quo nomine hic Geographus Marobodui *Metropolim*, Vellejus vero *regionem* totam, in qua ſita erat hæc Regia, deſignat.

(α) Beniamino] *in Itinerario circa fin.*

(β) Ptolemæus] *lib. 2. Geograph. cap. 11.*

(γ) Caſurgim] *Althamer. in* Taciti German. *Hagecius in* Chronic. Bohem. in prolog. de Bohem. orig. & part. 1 anno 723. fol. 14. *Pet. Daſypodius in* Diction. verb. Caſurgis. *Hadrian. Junius in* Nomenclat. *Geſnerus in* Onomaſt. *Chriſtoph. Pyramius apud Jodoc. Hondium in* Atlante minor. in tab. Bohemiæ. *Zach. Theobaldus in* Geneal. & Chronolog. Regum Bohem. ſerie, fol. 3. D
Alii tamen Caſurgim putant eſſe Kaurzim, *quæ & Gurima, Praga ſub Slavico imperio æmula, ut idem indicat in* topograph. ſect. 5.

(δ) Birckheimerus] *in Explicat. German. ex var. ſcript.*

(ε) Cluverius] *lib. 3. German. antiq. cap. 30.*

(ζ) Wiſchehrado] *Joan. Ferſius* de Præfectura S. Prætorii cap. ult. fol. 282. *Gerard. Mercator in* Atlante, *idem Hondius in* Atlante minor. in tabul. Bohemiæ. *Boregk in* Chronic. Bohem. in E
princip. *Zach. Theobaldus in* Bello Huſſit. part. 1. cap. 40. fol. 171.

(η) Peterzinium] *ſic appellatur Hagecio in* Chronic. Bohem.

(ϑ) Hraczinium] Herſchinium *Hondio* ibid. *ſive ejus interpreti Gallico Domino de Popelinere.*

(ι) Annales] *Dubravius, Hagecius, Pulkavva in* Hiſtor. Bohemor. *Ferſius* d. cap. ult. fol. 282.

(κ) Praga conſpicitur] *Minorem ſeu parvam Pragam*, die kleine Seiten, *eſſe veteri Praga an-* F
tiquiorem, aſſerit Hagecius part. 1. anno 795. fol. 39. *ſed* Wiſchehradum *in altera Multavia ripa conſpicitur, Novam civitatem contingens, Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 1.

(λ) Aventinus] *cum quo conſpirat Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 34.

(*) Minime gentium id ex Benjamino effici poteſt, nam id vult Auctor, perveniri in Bohemiam, & quidem in metropolim, quæ ibi vocatur Praga. Vide, quæ ex hoc Auctore ad *§. 8. cap. 9.* nota- G
vimus.

(α) Sue-

A *quam nunc Pragam dicimus: id mihi ex Strabone, Tacito & Ptolemæo ex diligentiſſima ſegmentorum & partium obſervatione compertum eſt.*

3. *Pragæ* nomen ſucceſſit Maroboduano, (α) quod e[illegible]buſſa inditum, a limine, quod *praha* (β) dicitur ſermone Slavico. Eam in Germania [illegible]ocare videtur Laonicus Chalcocondylas Rer. Turcicar. lib. 2. ſcribens: Ἐςὶ δὲ καὶ ἀπὸ Ἴςρου Γερμανία ἀπὸ Βιέννης πόλεως, ἐπ' αὐτὸν δὲ ἐς Ταρτησὸν προιοῦσα χώρα, καὶ ἐπὶ Βράγαν τοὺς Πολεμίους: id eſt, 76
Dicitur quoque Germania ea regio, quæ ab Iſtro procurrit, procedens a Vienna uſque ad Tarteſum flumen, & ad Pragam Bohemorum. Sic enim optime convertit Clauſerus, (γ) emendando Πολεμίους nihili nomen in Βοιεμίους. Hoc enim vult dicere, iter Vienna Auſtriæ facientibus Tarteſum (id eſt, Rhenum) verſus, oſtia ejus ſcilicet, Pragam Bo-
B hemorum eſſe tranſeundam. Porro etiam Æneas Sylvius (δ) Civitatem & Academiam Pragenſem in Germania ponit. Et Hagecius in *Chron. part. 2. anno 1377. Zu der Zeit,* ait, *iſt der halbe Theil im Rabt der Statt Prag, Bœhmiſch und halb Teutſch geweſen, und es ſtundt jedermanne vor dem rechte auff dem Rahthauß frey, ob er Bœhmiſch oder Teutſch reden wœllen.* [*]

4. Refert denique Hagecius, (ε) civitatem veterem Pragenſem anno MCCCCLXXVII. a Friderico III. Imperatore Viennæ, quum Wladislaus Rex publice & ſolenniter, præſtita fidelitate, de Regno & Principatibus inveſtiretur, nova inſignia Imperialia accepiſſe, nempe duos leones cum Imperiali corona galeæ ſuperimpoſita: Novæ autem Civitati conceſſam ab eodem Imperatore Aquilam nigram minutam bicipitem cum coro-
C na galeæ ſuperimpoſita itidem Imperiali. (**) Quo inſigni privilegio utraque civitas in hodiernum uſque diem gaudet.

5. Porro Civitatem Pragenſem hoc encomio illuſtra: Henricus Tockius, (ζ) Canonicus Magdeburgenſis, S. Theologiæ Doctor, & in Concilio Baſilienſi Aſſeſſor: *O Praga metropolis Bohemiæ, civitas magnifica, Regibus & Principibus cunctis veneranda, dum pacis & unitatis dulcedine in Domino fruebaris. O quam glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei, Pſalm. 86. Antiquæ tuæ dignitatis memores, ſtupefacti pia mente compatimur, & floridum illum ſtatum ac priſtinam gloriam toto mentis deſiderio peroptantes, cooperabimur pro poſſe reſtaurare, ut primævo flore juveneſcas, & fructus parturias præ omnibus uberiores. Compatimur quidem, videntes quid nunc es. Tune illa famoſiſſima,*
D *maximis & potentiſſimis civitatibus connumerata, vix paucis (ſi tamen aliquibus) ſecunda: multis prior in donis, & major in imperio, fide, devotione, pace, concordia, rerum opulentia, ſæculari ac divina ſapientia, & politica gloria floruiſti. Tu nedum Regale, ſed Chriſtianitatis Occidentalis Eccleſiæ Imperiale ſolium poſſediſti. Tu omnium literarum* 77
divinæ vel humanæ ſapientiæ Gymnaſium fœcundiſſime continuiſti. Tu totius & cujuslibet religionis Chriſtianæ exemplum extitiſti. Quid autem nunc ſis, tu ſcis, & intra te ipſam

(α) Succeſſit Maroboduano] *Joan. Ferſius* de Præfectura S. Prætorii cap. ult. fol. 282.

(β) A limine, quod Praha] *Pulckavva in* Hiſt. Bohem. cap. 5. *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem.
E cap. 6. *Boregk* part. 1. in Primislao I. fol. 8. *Dubravius* lib. 1. *Hagecius* part. 1. anno 724. fol. 4. *Carol. Stephanus in* Diction. hiſt. verb Praga. *Zach. Theobaldus in* Genealog & Chronolog. Regum Bohem. ſerie, in topograph. ſect. 5. *quaſi ſacrum futurum limen & aſylum ſubditis. Ferſius* d. cap. ult. fol. 282.

(γ) Clauſerus] *in editione Baſilienſi, cujus emendationi calculum ſuum adjicit Freherus in* Not. ad Chalcondylæ excerptum in Germania; tom. 2.
F Germanic. rer Scriptor.

(δ) Æneas Sylvius] *in Germaniæ deſcript. cap. 69.*

(ε) Hagecius] *in Chronic. Bohem. part. 2. anno 1447. fol 187. Zach. Theobald. in* Bell. Huſſit. part. 1. cap. 24. anno 1477.

(ζ) Tockius] *in Orat. ad Pragenſes, quam recitat Johan. Cochlæus* lib. 7. Hiſtor. Huſſitar. anno 1433. fol. 163

(*) „Cum *Pragam in Germania* ſitam eſſe „omnibus nervis probare contendit Goldaſtus, il-
G „lum Achillem adducit: *Anno 1377. mediam partem Senatus in Urbe Pragenſi Germanicam* „*fuiſſe.* Riſi cum hæc legerem, quid enim iſtud ad „rem facit? An ſi tu Goldaſte *in Aſiaticis Urbi-* „*bus*, æque *in Belgicis* Senatum *Gallice loquentem* „audieris, Galliam ibi eſſe exiſtimabis? quid in „Polonia, Ungaria Germanicas Urbes eſſe neſcie- „bas? quas tamen ad Germaniam pertinere, nemo „ſanus unquam ſomniavit. Alii ſunt Provinciarum „limites ac termini, alii linguarum. Balbinus „*lib. III. Miſcell. c. 22.*

(**) Æque imbelle eſt argumentum *de clypeo* „*Veterum & Novæ* Civitatum Pragenſium, quem „Fridericus III multis imaginibus exornavit „Quod ſi tu omnes *Hiſpanos, Gallos, Polonos, Italos* Imperatorum gratia Nobilitatem adeptos con- „tinuo *Germanos* & Imperio ſubjici putas, one- „roſum profecto beneficium facis, quod emitur „ſervitute. Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.* Recte „hæc monuit Hiſtoricus ille Bohemus, ſi enim deeſſent alia argumenta, ex his ſane non efficeretur Pragam Civitatem eſſe Germaniæ. Forte hæc Goldaſtus non tam ad probandum, quam ad illuſtrandum argumentum ſuum in medium protulit.

(α) Ger-

ipſam judicabis. Meum eſt conſolari te, non turbare. Tuum eſt, teipſum cognoſcere, A *juxta divinum Oraculum,* γνῶθι σεαυτὸν. *quod eſt, cognoſce te ipſum, &c.*

6. Nunc rationis ordo nobis aurem vellit, ut ad Moraviam, conjunctam Bohemiæ provinciam, ſimiliter Germaniæ noſtræ vindicandam progrediamur.

CAPUT XI.

Moravia Germaniæ Provincia Novantiqua. Juris Germanici jam inde ab initio æſtimata. Frons Germaniæ contra Turcos. Ejus ſitus ac limes hodiernus. An Orientalis Bojoaria dicta? Wandalia Jornandi pro Quadia. Rex Viſumar.

MORAVIA peræque, ac Bohemia, Germaniæ noſtræ (α) a Scriptoribus tam antiquis, quam modernis aſſignatur; juriſque eſſe Theutonici [β] non modo ab illis aſſeritur, verum etiam in actis & tabulis ſacri Imperii publicis [γ] B cenſetur.

2. Nomen accepit, non a *Marcomanis*, [δ] ut hactenus falſo & imperite, Birckheimerus, Vadianus, Munſterus, Rhellicanus, Althamerus, Willichius, Glareanus, Stumpfius, Simlerus, ut in brevi dicam, plerique omnes noſtri Hiſtoriographi, Dictionarii & Nomenclatores deduxerunt; neque a Maroboduo Rege, ut Bonfinius, [ε] ſed a *Maro* [ζ] ſeu *Moro*, ut in quibuſdam Plinii exemplaribus [η] legitur, flumine Moraviam ſecante, quaſi *Moraw*, [ϑ] id eſt, *Moraugia.* Slavis dicitur *Moráwá* & *Morawskazemie*; Germanis *Mæren*, [ι] & incolæ *Mærern*, Slavis *Morawané* & *Morawky* Latinis *Moravi.* (κ)

3. Eſſe autem Germaniæ provinciam, in ipſa Germania ſub Imperio Germanico (λ) ſitam, graves auctores (μ) atteſtantur. Quibus conſentienter Carolus Stephanus C Pari-

(α) Germaniæ noſtræ] *Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 30. *multis demonſtrat, Moraviam eſſe antiquiſſimam Germaniæ provinciam, a Quadis olim Suevis inhabitatam.*

(β) Juris Theutonici] *Æn. Sylv. in* Germ. c. 32.

(γ) Actis & tabulis S. Imperii] *in Receſſibus & Matriculis, ut infra ſuo loco videbimus.*

(δ) Marcomanis] *qui non Moraviam, ſed Bohemiam incoluerunt vicinam Quadis Moraviæ incolis. Cluver.* d. cap. 30. *quos ſic putant dictos a* marca, *id eſt, limite, quaſi* Marckmænner, *id eſt, limitaneos homines. Cruſius in* Annal. Suev. *propterea, quod eorum Princeps hodieque dicatur* Marchio, *& ipſa regio* Marchia *ſeu* Marchionatus. *Verum ab alluſione nominis infirmum ducitur argumentum, & collimitanea Auſtriorum, Stirorum* 78 *& Venedorum Marchia, ut de Luſatia & Miſnia nihil dicam, ab eiſdem Marcomanis eſſent deducendæ, quod abſurdum eſſe, homo literatus nemo eſt negaturus.* (*)

(ε) Bonfinius] *Rer. Ungaricar. decad. 1. lib. 1. fol. 27.*

(ζ) A Maro] *vulgo* die Marck: *ita autem ſentiunt Æn. Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 13. *Beatus Rhenanus* lib. 1. Rer. German. cap. 68. *Dubravius* lib. 4. Hiſt. Bohem. fol. 24. *Carol. Stephanus in* Diction. hiſtor. verb. Moravia, *Cluverius* d. lib. 3. cap. 29. & cap. 31. *Gerard. Mercator in* Atlante.

(η) Plinii exemplaribus] *lib. 4. Natural. hiſt. cap. 12. ubi Dalecampius in* Annotat.

(ϑ) Moravv] *Rhenanus d. loco*; a Maravaha *fluvio* Maravaniam appellat.

(ι) Mæren] *uſitatius* Mæhren *cum aſpiratione, &* Mæhrern. Marnhera *Gerardo Mercatori in* Atlante. *Sunt, qui ſcribant* Mehrern, *&* Mehrenland, *quaſi* Mehr Herren Land, *i. e. plurium Dominorum regio. Quo quid poteſt fingi aut pingi ineptius? At longe ſtupidius eſt illud, quod quidam a* Mehrr, *id eſt, equa, deducunt, quaſi regio equifera: id quod etiam Mercator irridet in* Atlante. Merrlænder und Mercker *interpretatur Baſil. Faber* in Theſaur. erud. verb. Marcomanni.

(κ) Latinis Moravi] *qui diverſimode in variis Latinorum ſcriptis variantur, puta,* Marahenſes, Marachenſes, Margenſes, Margentes, Maravi, Maravahni, Meravi, Marchenſes, Marabavi, Marachi, Marahabitæ, Marahbani, Maharenſes, Ma- D rahabitæ, Marahunenſes, Marbitæ, Marabi, Mara, i.

(λ) Sub imperio Germanico] *Lehmannus, rerum Imperialium peritiſſimus & fidiſſimus auctor,* lib. 2. Chronic. Spirenſ. cap. 45. & cap. 48.

(μ) Graves auctores] *Æn. Sylvius in* German. cap. 46. *Aventinus in* Annal. Bojor. *Rhenanus* d. lib. 1. *Althamer. & VVillich. in* Taciti German. *Munſterus in* Deſcription. German. cap. 2. & in Coſmograph. lib. 3. cap. de Bohemia & Moravia, *Vadian. in* Epitom. trium ter. part. *Birckheimerus* E *in* Explicat. German. *Brentius in* Comment. de vocab. reg. & gent. apud Tacit. *Irenicus in* Exegeſ. German. *Jac. Aug. Thuanus* Hiſtor. lib. 2. in princ. & lib. 56. anno 1578. *Hoſmannus in* Pompa Regii ingreſſ. in ſuperior. Luſat. in præfat. ad Ordines Luſatiæ, *Sethus Calviſius in* Theſaur. Latin. ſerm. ſub tit. Lænder in Teutſchland, *Adam Siberus in* Gemma Gemmar. *alii, quorum prope non eſt numerus.*

(*) Fallit hæc argumentatio, non enim dici- „ mus vocem *Marck*, (quæ *limitem* ſignificat) a „ F *Marcomannis*, ſed contra *Marcomannos* a vo- „ cabulo *Marck* nomen accepiſſe; quod quia plu- „ res habuere populi, ut *Marchiones Luſatiæ, Auſtriæ, Brandeaburgi* &c. eoſdem limitibus de- „ fendendis aliquando præfuiſſe nihil dubitamus, „ eorumque regiones *Marchia* dicebantur. Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.*

A Pariſienſis in *Diction. hiſt.* & Conradus Geſnerus Tigurinus in *Onomaſt.* ſcribunt; *Mo-
ravia regio Germaniæ, nunc Regno Bohemico adjuncta.* Licet enim lingua utatur Sla-
vica, tamen Germaniæ portionem eſſe, Gobelinus (α) contendit. Et ei ſuppar Æn.
Sylvius (β) Piccolomineus, Cardinalis tum Senenſis: *Sermo genti*, inquit, *mixtus eſt,
Teuthonicus ac Bohemicus. Superant tamen Bohemi, quorum eſt regionis imperium.*

79 4. Hinc, quum Turcicus Tyrannus dicitur Germaniæ inhiare, inter primas pro-
vincias Germanicas ei objectas Moravia recenſetur in Receſſibus Imperii, [γ] & alio-
rum Scriptorum monumentis. Aventinus in *Annalibus Bojor.* ex Decretis Comitio-
rum, Francofurti anno Domini DCCCLXX. habitorum, refert hæc verba ſuper bello in
Carolum Calvum Gallorum Regem movendo: *Ingruent cum his* (ſcilicet Carolomanno,
B Ludovico & Carolo fratribus Germanorum Regibus) *bellicoſiſſimi & ferociſſimi Germa-
niæ pugnacis populi*, &c. *Bojemi*, *Zechi*, *Moravi*, &c. Et Joachimus Camerarius, Pa-
pæbergius, vir omnivaria doctrina, magnoque judicio præditus, in *Orat. ad Princi-
pes Chriſtianos de Bello Turcic.* [δ] in hunc modum eos cohortatur; *Ergo, niſi Deus
prohibeat, & non ſuccurramus, jam ardebit bello Germania noſtra. Flamma enim hu-
jus quidam velut æſtus nunc adeo afflat ſupra florentiſſimam olim Auſtriam & Bavariam;
infra, Moravos & Sileſios, opulentas nationes: fumus autem profecto univerſæ Germa-
niæ eſt moleſtus.* Et Georgius Agricola [ε] *in Orat. ad Ferdinandum Reg. & Prin-
cipes German. ſuper eodem bello Turc. Et vos nihil impendere debetis, ut regiones veſtræ
a calamitate liberentur?* Et poſt commemoratam Auſtriam, Stiriam, Carinthiam, Car-
C niolam &c. ſubjicit; *Pavet præterea Bajoaria, perterrita eſt Moravia, trepidat Sileſia:
atque hæ omnes regiones uno ore vos, ut ſui rationem habeatis, rogant.*

5. Situm regionis deſcribit vetus Scholiaſtes in Adami Bremenſ. *hiſtor. eccleſiaſt.*
commentans; *Marachi ſunt populi Slavorum, qui ſunt ab oriente Boëmorum, habent-
que in circuitu hinc Pomeranos & Poldanos* (lege, Polanos:) *inde Ungros & crudeliſ-
ſimam gentem Poſtinagos* (Paſtinaeos) *qui humanis veſcuntur carnibus.* Et Æneas Syl-
vius *in Hiſt. Bohem. cap. 13. Moravia trans Danubium jacet, cui ad Orientem Hungari,
Polonique Regnum poſſident, Morava disjuncti amne, qui nomen regioni dedit: occiden-
tem Solem Bohemi excipiunt: Auſtrales meridianum; Septentrionale latus Sleſitæ occu-
pant.* Hæc ille. Olim porrigebatur uſque ad ripam Danubii in Pannonia ſecunda, ubi
D hodieque Germanica lingua & Eccleſiaſtas in templis docere, & in foro res promerca-
les divendi ejuſdem linguæ uſu, ſcribit Willichius [ζ] teſtis auritus & oculatus. Et
Dubravius, Epiſcopus ac Princeps Olomucenſis in Moravia, *lib. 4.* refert; *tam late
olim tamque longe proſpectabat Moravia, quia fines Germaniæ, qua Danubio in Panno-
80 niam pergitur, terminabat.* Idem *lib. 3. fol. 21. Ne Ungari tam facile Moraviam in-
curſarent, Suatoplucus Rex primum ad vada fluvii Vagi, qui Moraviam a Pannonia
tunc velut limes dirimebat, Caſtella inædificare* &c. Coſmas, Epiſcopus Pragenſis &
Princeps in Bohemia, in *Chronic. Bohem. lib. 3. anno* MCXVI. *fol. 65.* ubi diſſerit de con-
ventu Bohemorum Ducis Uladislai & Ungarorum Regis Colomanni, ſuper pace firman-
da: *Ventum erat Olzavam* (η) *ad rivulum, qui tam Pannoniæ quam Moraviæ diri-
E mit Regnum.* Dubravius ſubjicit *d. lib. 4.* (ϑ) *At in præſentiarum, quoniam circum-
ſcriptos Mora fluvio habet fines, ab eodem fluvio accolæ Moravi, & ipſa regio Moravia
appellatur.*

6. An

(α) Gobelinus] *in Coſmodrom. ætat. 1. cap. 5. fol. 7. & ſeq.*

(β) Æn. Sylvius] *in Comment. de Europa ſtatu ſub Friderico III. Imp. cap. 17. in fin. & ex eo verbatim Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 507. *Jodoc. Hondius ſive Pet. Montanus in* Atlante in Tab. Moraviæ in fin.

F (γ) In Receſſibus Imperii] *Ratisponenſi, anno 1471. §.* dann von den Beheimen, *57. & ſeq. Norimbergenſi, 1524. §. 30. Auguſtano, 1530. §.* damit aber dannoch, *104. ubi exſertim nominatur inter* Reichsverwandte, *& §.* demnach hat ſich, *120. Spirenſi, 1542. §. 7. Norimbergenſi, 1542. §. 6. Etiam in Matriculis Imperii variis, quas ſuo loco apponemus.*

(δ) In Orat. ad Principes] *quam refert Nicol. Reuſnerus JC.* Conſilior. bellic. tom. 2.

(ε) Georg. Agricola] *cujus orationem habet idem* tom. 1.

(ζ) Willichius] *lib. 2. Comment. in Taciti German.*

(η) Olzavam] *Olſſchen vocat Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1116. fol. 215.

(ϑ) Dubravius ſubjicit] *a quo, ut videtur, eadem repetiit Car. Stephanus in* Diction. Hiſtor. verb. Moravia. *Vide de metis & graniciebus (ut textus loquitur) inter Hungariam & Moraviam decretum Alberti II. Imp.* de anno 1439. artic. 15. *§. 2.* in Decretis Regni Hungariæ *edito a Sambuco poſt Tripatitum opus juris conſuetudinarii Hungariæ a Stephano de VVerbevvetz, Pronotario Regio, compoſitum.*

6. An de Moravia intelligi debet, quod ſcribit Conradus a Liechtenavv, Abbas A
Uſpergenſ. *in Chronic.* [α] *Bellum inter Chunradum in Orientali Bajoaria, Ducis Boemiæ*
fratrem, & Luitpoldum Marchionem, &c. Fuit hic Luitpoldus Marchio Auſtriæ;
[β] Chunradus vero Marchio Moraviæ. Equidem ambigo, an dicat Chunradum fuiſſe
Marchionem in Orientali Bavaria, an bellum illud in ea geſtum.

7. Porro aut vehementer animi fallor, aut *Wandalorum* nomine Quados Mora-
vos intellexit Jornandes Ravennas, quum iſthæc ſcriberet, quæ ſequuntur: *Quo tem-*
pore [ſcilicet Conſtantini Magni Imperatoris] *erant Wandali in eo loco manentes, ubi*
Gepidæ ſunt, juxta flumina Mariſia, Miliare, & Gilfil, & Griſſia, qui amnes ſupra-
dictos excedit. Erant namque illis tunc ab Oriente Gothi, ab Occidente Marcomanni, a
ſeptentrione Hermunduri, a Meridie Hiſter, qui & Danubius dicitur. Hic ergo Wan- B
dalis commorantibus bellum indictum eſt, a Gebericho Rege Gothorum ad littus prædicti
amnis Mariſiæ. Ait ibidem, tunc eis Regem præfuiſſe Viſumarem e Regia ſtirpe Aſdin-
gorum, Dexippo referente. Et limites iſtos, quos Jornandes *(γ)* adſcribit Wandalis, fuiſſe
Quadis ſuos ſibi ac proprios, ex capitulo ſequenti eluceſcet. Videtur autem *Wandalos*
81 acccepiſſe pro Suevis, quum & Dio Caſſius *Vandalicos montes* (δ) vocet, quos alii Sude-
tos, Bohemiam a Sileſia & Moravia removentes, quos tunc Suevicæ gentes inſide-
bant.

(α) In Chronic.] *in Henrico IV. Imp. fol. 225. Sed videtur de Auſtria intelligi, quam Aventinus ſæpe* Orientalem *vocat* Bojariam. *Fuit autem hoc bellum anno 1171. ut ex Dubravio ſcribit Boregk in* Chronic. Bohem. fol. 172.

(β) Marchio Auſtriæ] *alii dicunt Stiria. Fuit Luitpoldus quidam Marchio Bojariæ Orientalis contra Ungaros ſub Ludovico Arnulphi filio Germaniarum Rege circa annum 890. ut Aventinus* lib. 4. fol. 476. *& Hundius in* Metropol. Salisbur- C
genſ. in Patavienſ. cap. 26.

(γ) Jornandes] *de Reb. Getic. cap. 22.*

(δ) Vandalicos montes] *Joh. Matthias a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor.

CAPUT XII.

Moravia quando & a quibus habitari cœpta. Quadi, gens Suevica in Moraviam ſub Octavio Auguſto. Eorum etymon: Sub Arioniſto contra Romanos. Sedes eorum & Regni amplitudo. Pannoniæ ſecundæ bona pars ſub Quadis. Carpi, Araviſci, ſub Quadorum imperio. Eburum an ſit Olomutium.

QUando primum habitari cœpta ſit Moravia, & a quibus populis, nobis com- D
pertum non eſt: niſi quod de Hermionibus & Nemetibus ſupra diximus, ad
Moraviam quoque referri debet. Æneas Sylvius Piccolomineus putat Mar-
comanos & Sudinos, & Quados illic coaluiſſe: Verba ejus hæc ſunt: *(α)*
Quæ gentes olim Moraviam incoluerint, non facile dixerim: quantum vero
ex lectione Ptolemæi accipere licet, Marcomanni, & Sudini, Quadique Moraviam,
& Auſtriam, quæ trans Danubium jacet, incoluiſſe videntur. Quod quidem de Qua-
dis verum eſt; de Marcomanis & Sudinis non item; quorum illi in Bohemiam, iſti in
montes Sudetes, relictis in Moravia Quadis, ex Valeria commigrarunt.

2. Quadi (β) ergo primi omnium fuerunt, qui Moraviam (γ) habuiſſe in lite-
rarum monumentis commemorantur. Brentius eleganter & docte in Commentar. de E
vocab. region. & gent. apud Tacit. *Quadi tenuerunt Moraviam & aliquam Sileſiæ par-*
tem. (δ) Nam quod poſtea occupaſſe Auſtriam (ε) ſcribuntur, id accidit diu poſt

 Taciti

(α) Verba ejus] *in Commentar. de Europa ſtatu ſub Friderico III.* Imp. cap. 17.

(β) Quadi] *in barbarorum corruptis codicibus nunc* Qualli, *nunc* Squalli, Squadi, *& depravatius ſcribuntur, ut videre eſt apud Jodoc. Ludovic. Decium, Sigiſmundi I. Regis Poloniæ Conſiliarium,* lib. 1. de Vetuſtat. Polonor.

(γ) Qui Moraviam] *non Sileſiam, ut plerique omnes hactenus opinati ſunt, quos erudite confellit Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 30.

(δ) Aliquam Sileſiæ partem] *Cureus in* Annal. Sileſ. fol. 5. *Martin. Cromerus* lib. 1. Rer. Polon. cap. 12. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 13. *hinc ille vulgi error, quem Dubravius, Birckheimerus, Munſterus, ceu communiorem opinionem, cum acriter defendunt. Et Sileſiæ partem habuiſſe eo mihi fit credibilius, quia de finibus etiamnum hodie inter Moravos & Sileſios conten-* 82
ditur, Ducatum Troppaviæ utrisque ſibi vindicantibus, ut aſſerunt Schifferdegherus in Diſpu- F
tation. forenſ. lib. 3. *& Henelius in* Sileſiograph.

(ε) Auſtriam] *Marckfelderiam in Auſtria, ſcribit Aventinus in* Annal. Bojor.

A Taciti ætatem. Sed patria & antiqua ſedes Quadorum fuit in Moravia, & aliqua Sileſiæ parte.

3. Fuit autem gens Germanica, [α] pars Suevorum, [β] in quibus & Saxones [γ] computantur, non minima, quemadmodum vetuſtiores & certiores tradunt rerum geſtarum ſcriptores. De quibus memorabile eſt, quod refert B. Hieronymus, *Sarmatæ*, inquiens, *Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes, equorum & vulpium carnibus delectantur.*

4. Videntur cum Marcomanis in expeditione Arioniſti contra Jul. Cæſarem fuiſſe, & poſt victum Arioniſtum, cladem que acceptam, cum iiſdem reduces [δ] primum Valeriam, [ε] id eſt, Stiriam; indeque a Druſo Cæſare [ζ] pulſos. Moraviam occu-
B paſſe, anno Domini noſtri Jeſu Chriſti nati quinto circiter.

5. Hanc enim ſedem illis aſſignare Tacitus videtur in *Germania* ſcribens: *Juxta Hermunduros Nariſci; ac deinde Marcomanni, & Quadi agunt, eaque Germaniæ velut frons eſt, quatenus Danubio prætexitur.* Et Ptolemæus *lib. 2. Geograph. Sub Hercynio ſaltu Quadi: ſub quibus ferri ſecturæ, ac Luna ſylva.* Baſil. Faber [η] *ſub Hercynio ſaltu* interpretatur, id eſt, ad ſylvam Hercyniam, id eſt, Bohemicam. Et Hondius [θ] *Lunam ſylvam* extendit ad Danubium uſque, Paſſaviam verſus. Strabo *lib. 7. Geograph. Suevorum gentes aliæ intra ſaltum Hercynium habitant, in quo eſt Bojæmum: aliæ extra ſaltum, ut Quadorum gens, conterminæ Getis*, id eſt, Dacis & Jazygibus Sarmatis. Nam ſic ſcribit Plinius *lib. 4. Natur. hiſt. cap. 12. Ab eo* (ſcilicet
C ſaltu Hercinio) *in planum quidem omnes Scytharum ſunt gentes; variæ tamen littori appoſita tenuere, alias Getæ, Daci Romanis dicti, alias Sarmatæ.* Et mox; *Superiora autem inter Danubium & Hercinium ſaltum, uſque ad Pannonica hiberna Carnunti, Germanorumque ibi confinium, campos & plana Jazyges Sarmatæ; montes vero & ſaltus, pulſi ab his Daci ad Pathiſſum* [*die Teyſs*] *omnem, a Maro, ſive is Duria eſt, a Suevis Regnoque Vanniano dirimens eos, adverſa Baſternæ tenent, aliique inde Germani.* Arrianus *in German. Deſcription. Germanicarum gentium poſtremi ſunt Quadi, deinde Zazyges Sarmatarum gens, poſt hos Getæ; deinde Sarmatarum magna pars.* Aventinus quoque *lib. 1. Annal. Bojor. fol. 16. Marcomanni Bojemiam, & eum tractum ad Danubium habitarunt Quadi.* Unde liquet, protenſos Quados, id eſt, Moravos,
D ad ſecundam uſque Pannoniam, quam Arrabone amne [nunc *Rabe*] a prima dirimit Ptolemæus, & Granuam flumen *die Gran*, fuiſſe. Id quod Ammian. Marcellinus confirmat *lib. 17.* ſcribens; *Auguſto inter hæc quieſcenti per hiemem apud Sirmium, indicabant nuntii graves & crebri, permixtos Sarmatas & Quados, vicinitate & ſimilitudine morum armaturæque concordes, Pannonias Moeſiamque alteram cuneis incurſare diſperſis.* Et mox; *His in Barbarico geſtis, Bregetionem caſtra commota ſunt, ut etiam ibi Quadorum reliquias circa illos agitantium tractus, lacrymæ vel ſanguis exſtingueret.* Ex quibus verbis elucescit, Quadorum ditionem ad flumen uſque Granuam tunc temporis pertinuiſſe, ad cujus confluentem in Danubium *Bregetio*, nunc *Gran* Hungariæ oppidum, ſita eſt. Quod etiam atteſtatur M. Antoninus Imperat. *in vita ſua lib. 1.* hiſce verbis;
E *Quæ in Quadis facta ad Granuam.* Et dilucidiſſime Ptolemæus in deſcriptione Jazygum;

(α) Gens Germanica] *Dubravius* lib. 8. Chron. Bohem. fol. 61. *Cluverius* lib. 3. German. antiqu. cap. 30. *Henr. Meibomius in* Not. ad Sleidani lib. 2. de quatuor Monarch. in M. Anton. Philoſoph. *id quod ipſa nominis appellatio oſtendit. Nam quod Germanis notatur is, qui eſt alteri infeſtus, infenſus, moleſtus, & tralate etiam pro pravo & malo accipitur: ut forte* Quadi *ſic fuerint a ſociis appellati, quaſi aliorum, maxime hoſtium, vexatores*
F *& oppreſſores.* Quadi, die bœſen, quaden, unverſœhnliche Schvvaben, *interpretatur Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 13. fol. 19.

(β) Suevorum] *Strabo* lib. 7. Geograph. *Plinius* lib. 4. Nat. hiſt. cap. 12. *Tacitus in* German. lib. 12. Annal.

(γ) Saxones] *Zoſimus Hiſtor. lib. 3.* Saxones, omnium eas regiones incolentium Barbarorum & animis & corporum viribus, & laborum in præliis tolerantia, fortiſſimi habiti, Quados nationis ſuæ
G partem, in ſolum ab Romanis occupatum emittunt. *Quados Saxonibus adſcribit etiam Procopius* lib. 4. de Bell. Gothic. *Gul. Camdenus in* Britanniæ deſcript. *Rein. Reineccius in* Commentar. de Saxon. orig. fol. 11. *Meibomius in* Not. ad Sleidan. lib. 2. de Monarch.

(δ) Cum iiſdem reduces] *Alciat. in* Annotat. *& Althamer. in* Schol. in Taciti German.

(ε) Valeriam] *B. Rhenanus* lib. 1. Rer. German. cap. Quadi in Pannoniam primam & Valeriam.

(ζ) A Druſo Cæſare] *vide quæ ex Sex. Ruffo & Jornande ſupra* cap. 5. §. 2. *deduximus.*

(η) Baſil. Faber] *in Theſaur. erud. ſcholaſt. verb.* Quadi.

(θ) Hondius] *ſive, ejus frater uterinus, Petrus Montanus in* Atlante, in deſcript. Bohemiæ; *ubi putat eſſe ſylvam Paſſaviam. At Stumpfius lib. 2. cap. 4. ſimpliciter interpretatur Bohemicam.*

gum; *Jazyges Metanaſtæ terminantur ab Occaſu prædicta Germaniæ parte, quæ eſt ab Sarmaticis montibus ad Carpin & Danubii flexum.* At *Carpim* [α] hodie in ripa Danubii ſupra Budam dici *Kallach*, contendit Cluverius *lib. 3. cap. 31.* Hucuſque igitur Quados, ultimos Germanorum, in Danubii ripa fuiſſe extenſos, [β] Germaniamque antiquam Sarmaticis montibus, quos Hiſtorici *juga Hungarica* vocant, & in quibus Vagi fluminis ſcaturigo, ab Jazygibus & Dacis ſubmotam, oſtendit idem Cluverius. Sunt autem *Jazyges*, qui hodie Tranſylvani; [γ] *Daci*, [δ] qui nunc Zæculi, Scepuſienſes, Moldavi & Walachi. Et μετανάςαι Ptolemæo dicuntur, ut Statio Papinio [ε] *vagi Sauromatæ*, id eſt, Sarmatæ. [ζ] A

6. Porro *Araviſcos* in Moravia, Pannoniam verſus, collocat Willichius *Commentario in Tacitum.* Forte Tacitus volebat dicere *Maraviſcos*, a Mara fluvio; vel potius *Arabaviſcos* [η] ab Arabone fluvio Pannoniæ, in qua eos Tacitus reponit, & quouſque Quadorum, id eſt, Moravorum, Regnum pertendiſſe, jam modo demonſtravimus. B

7. Habet denique Ptolemæus in hoc tractatu oppidum *Eburum*, [θ] quod nonnulli putant eſſe Olomutium, Moraviæ metropolim.

84 (α) Carpim] *a Carpis, Quadorum natione, ſic dictam, de quibus Sex. Aur. Victor. in* Cæſaribus cap. 34. *Eutropius in* Breviar. hiſt. Rom.

(β) Extenſos Quados] *videatur Cluverius* lib. 3. German. antiqu. cap. 31. *Rhenanus* lib. 1. Rer. Germanic. fol. 119.

(γ) Hodie Tranſylvani, &c.] *Dionyſ. Gothofredus in* Not. ad procem. Novell. 11. lit. n. *Beſoldus* de Appellat. cap. 4. n. 5. *Jodocus Ludovicus Decius* lib. 1. de Vetuſtat. Polonor. in princ. vide ſupra cap. 4. n. 7.

(δ) Daci] *iidem auctores, & Joh. Mich Beuthierus in* Not marginal. in Taciti German. in prioc. n. 2. *Dixi ſupra* cap 4. num. 7. *Videatur Cromerus* lib. 12. Rer. Polon. fol. 215. col. 2. *ubi Dacia priſca verum ſitum hodiernum deſcribit.*

(ε) Papinio] *lib. 3. Sylvar. carm. 3.*

(ζ) Id eſt Sarmatæ] *Torrentin. in* Elucidar. poetic. verb. Sarmatæ, *Aldus Manutius Senior in* Orthograph. diction. Græcar. apud Statium, *Petr. Joan. Olivarius in* Scholiis ad Pomp. Melæ lib. 2. cap. 11. *Caſaubonus in* Notis in Spartiani Hadrianum fol. 9. C

(η) Arabaviſcos] *id eſt, Jaurinenſes, quaſi Rabenſes*, die im Raber Biſtumb, *ſitos in diœceſi Epiſcopi Jaurinenſis. Nam & Ptolemæus Araviſcos in inferiori Pannonia, quæ nunc Hungaria ad Danubium, ſupra Dravi fluminis, ex monte Tauro orientis, oſtia ſedes habuiſſe docet* lib. 2. Geograph. cap. 5. *Arnulphus Imperator eos feudali conditione ſubjecit Vratislao Regi noviter ab ſe creato, & in inferiori Pannonia inſtituto, cujus Regia ſedes erat Poſonium, ab eo Vratislaoburgum dicta; & Regnum ipſum Vratislaviæ nomine inſignitum, ut infra docemus.* D

(θ) *Eburum*] *Hadrian. Junius in* Nomenclat.

CAPUT XIII.

Bella varia Romanorum cum Quadis Moravis. Vannius, Vangio, Sido, Arabarius, Viduarius, Gabinius, Quadorum Moravorum Reges. Quadi confœderationibus Germanorum contra Romanos addicti. Sarmatarum familiares & neceſſarii. Germanis Imperatoribus, quam Romanis, ſubeſſe maluerunt libertatis amore. Slavi in Moraviam quando ingreſſi.

85 Quadi, ſede in Moravia hoc pacto ſtabilita, uti nomen rebus exæquarent, perpetuos motus, continuaque bella, maxime cum Romanis, Germanorum juratis hoſtibus, habuere. Namque poſt Arioniſti fugam, quum Boërobiſta Dacus libertatis publicæ tutelam adverſum Romanos ſuccepiſſet, ei præſto fuiſſe cum Bojis memorantur. (α) Hinc Marobodui imperium (β) ſecuti ſunt, ſub Rege proprio & familia Tudria: cujus tamen, ut & antecedentium nomina non exprimuntur. Sed Maroboduo Romanorum fraude pulſo ac remoto, in ditionem poteſtatemque Tiberii Imperatoris (γ) conceſſiſſe videntur, quum Regem a Druſo Cæſare impoſitum accepiſſe Vannium [δ] dicantur. Rem geſtam narrat E

(α) Memorantur] *Becherer in Chronic. Thuring. fol. 16.*

(β) Marobodui imperium] *Paterculus* Hiſt. Rom. lib. 2. *Bonfinius* decad. 1. lib. 1. fol. 27.

(γ) Tiberii Imp.] *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 1. fol. 89.

(δ) Impoſitum Vannium] *anno poſt natum Chriſtum* 2. *Aventinus* d. lib. 2. *Pantaleo in* Proſopograph. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 36. *Rhenanus* lib. 1. cap. Suevi in Pannoniam. *Cluverius* lib. 3. cap. 31. *Elias Renſnerus in* Iſagog. hiſtor. fol. 341. *Calviſius in* Oper. Chronolog. anno Chriſti 50. F

A rat Tacitus, cujus verba precium operæ eſt adſcribere. Sic autem ait *lib. 2. Annal.*
Idem Catualdæ (qui nempe Marobodui) *caſus, neque aliud perfugium: pulſus haud*
multo poſt Hermundurorum opibus, & Jubillio duce, receptusque, Forum Julium Nar-
bonenſis Galliæ coloniam mittitur. Barbari utrumque (ſcilicet Maroboduum & Catual-
dam Bohemia pulſos) *comitati, ne quietas provincias immixti turbarent, Danubium*
ultra, inter flumina Marum & Cuſum locantur, dato Rege Vannio gentis Quadorum.
Et iterum *lib. 12.* ſub Claudio Imperatore, [α] de Vannio eodem Suevorum Quado-
rum in Moravia Rege: *Per idem tempus Vannius, Suevis a Druſo Cæſare impoſitus,*
pellitur Regno: prima imperii ætate clarus acceptusque popularibus; mox diuturnitate in
ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordiis circumventus. Aucto-
B *res fuerunt Jubillius Hermundurorum Rex, & Vangio ac Sido ſorore Vannii geniti. Nec*
Claudius Cæſar, quamquam ſæpe oratus, arma certantibus Barbaris interpoſuit, tutum
Vannio perfugium promittens, ſi pelleretur. Scripſitque P. Attilio Hiſtro, qui Pannoniæ
præſidebat, legionem ipſaque e provincia lecta auxilia pro ripa componeret, ſubſidio vi-
ctis & terrori adverſus victores, ne fortuna elati noſtram quoque pacem turbarent. Nam
vis innumera Ligii, aliæque gentes adventabant, fama ditis Regni, quod Vannius trigin-
ta per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Ipſi manus propria pedites, eques
e Sarmatis Jazygibus erat impar multitudini hoſtium, eoque Caſtellis ſeſe defenſare, bel-
lumque ducere ſtatuerat. Sed Jazyges obſidionis impatientes, & proximos per campos
vagi, neceſſitudinem pugnæ attulere; quia Ligius Hermundurusque illic ingruerant. Igi-
C *tur digreſſus Caſtellis Vannius, funditur prælio: quamquam rebus adverſis laudatus, quod*
& pugnam manu capeſſiit, & corpore adverſo vulnera excepit. Cæterum ad claſſem in
Danubio operientem perfugit. Secuti mox clientes, & acceptis agris in Pannonia locati
ſunt. Regnum Vangio & Sido inter ſe partiti ſunt, egregia adverſus nos fide. Hæc ille.
Vannius [β] ergo Quadorum Moravorum Rex [γ] fuit, cujus ex ſorore nepotes, *Van-*
gio & *Sido*, [δ] pulſo ob anomiam avunculo, quam politici noſtri Monarchiam ab-
ſolutam, & anomalam poteſtatem appellant, Regnum Moraviæ in hunc modum inter
ſe diviſiſſe videntur, uti alter citra Marum flumen, alter ultra regnaret, ſub Imperii
Romani & Claudii Cæſaris clientela. Hoc enim volunt illa Taciti verba: *egregia adver-* 86
ſus nos (Romanos ſcilicet) *fide*; quod & Cluverius recte admonuit.
D 2. Anno Chriſti nati LXIX. Vangio & Sido Moraviæ Reges Veſpaſiano [ε] Ro-
manorum Imperatori, contra Vitellium ejus æmulum, adhæſiſſe produntur.
3. M. Antoninus Philoſophus Imp. cum Quadis Pannoniam & Moeſiam [ζ] va-
ſtantibus, dum advixit, perpetua bella [η] geſſit, maximoſque triumphos [θ] ſæpe
reportavit, tandem in memorabili illa victoria Marcomannica in tantum eos attrivit,
ut ſubire jugum Romani Imperii [ι] cogerentur.
4. Maximinus [κ] & Maximus Impp. Quados viciſſe memorantur anno Chriſti
CCXXXVI.

5. Sub

(α) Claudio Imp] *Aventinus* d. lib. 2. fol. 89.
(β) Vannius] Vanninus *Hagecio in* procem.
E Chronic. Bohem. & *Sandelio in* præfat. Varimerus
Funccio in Chronolog. anno Chriſti 22.
(γ) Quadorum Moravorum] *Falluntur enim,*
qui Vannium faciunt Bohemiæ Regem, quam tunc
Jubillius, pulſo Catualda, obtinebat.
(δ) Vangio & Sido] *Spangenberg. in* Chronic.
Saxon. cap. 37. *Hagecius in* procem. & *Sandelius*
in præfat. Chronic. Bohem. *qui tamen in hoc er-*
rant, quod putant hos & Moraviæ & Bohemiæ ſi-
mul imperitaſſe, & in partitione Regni, Vangioni
F *Bohemiam, Sidoni Moraviam obtigiſſe, quo de-*
mum in unda Danubii ſuffocato, Regnum Mora-
viæ ad Vangionem, quem illi Vandonem *appellant,*
reciderit; & inde in ejus poſteritate per Turzo-
nem *filium propagata, Regnum utrumque conjun-*
ctim perduraſſe usque ad Suatoplucam Moraviæ
Regem ultimum, & Arnulphi Imperatoris
tempora, nempe usque ad annum Chriſti nati
DCCCC.
(ε) Veſpaſiano] *Spangenberg. in* Chron. Saxon.
G cap. 37.

(ζ) Pannoniam & Moeſiam] *Capitolinus in* M.
Antonino Philoſoph. *Ammian. Marcellinus* lib. 17.
Eutropius in Breviar. lib. 9 *Paanius in* Metaphraſi
Eutropii. *Xiphilinus in* Epitom. Dionis *Rhenanus*
lib. 1. cap. 50. *Sleidanus* lib. 2. de Quatuor Mo-
narchiis.
(η) Perpetua bella] *Euſebius Cæſarienſ. in* Chro-
nic. anno 150. *Aventinus in* Annal. Bojor. lib. 2.
fol. 110. & ſeq.
(θ) Triumphos] *Jornandes* lib. 1. de Regnor.
ac tempor. ſucceſſ.
(ι) Jugum Romani Imperii] *Capitolinus in* M.
Antonino Philoſoph. *Rhenanus* d. lib. 1. cap. 50.
Henelius in Sileſiograph. cap. 1. *Hubert. Goltzius*
in Imperator. imaginibus in M. Antonino Philo-
ſoph. cap. 17.
(κ) *Capitolinus in* Maximino. *Herodianus* lib. 5.
Hiſtor. *Curæus in* Annal. Sileſ. fol. 22. *Hubertus*
Goltzius in Julio Vero Maximo cap. 32. *Matthias*
a Michov in Chronic. Regum Polon. lib. 1. 87
cap. 17.

5. Sub Gordiano II. & Maximino Impp. Quadi cum univerſis propemodum Germanis confœderati, electo Imperatore Argunthe, Mœſias & Thracias Romanorum provincias invaſerunt. [α] A

6. Sub Valeriano & Gallieno Impp. Quadi cum Sarmatis ſociis Pannonias Romano Imperio parentes depopulati occuparunt, circa annum Chriſti nati CCLII. (β)

7. A Diocletiano & Maximiano Herculeo Carpi, Quadorum natio, victi in Pannonia, & tranſlati ſunt in ſolum Romanum, anno Domini noſtri præter propter CCCIV. (γ)

8. Sub Conſtantio II. Imp. & Juliano Cæſare geſta ſunt, quæ Ammianus Marcellinus *lib. 17.* (δ) narrat hunc ad modum: *Auguſto inter hæc quieſcenti per hiemem apud Sirmium, indicabant nuntii graves & crebri, permixtos Sarmatas & Quados, vicinitate & ſimilitudine morum armaturæque concordes, Pannonias Mœſiarumque alteram cuneis incurſare diſperſis.* B Et paucis interjectis: *Quo eventu vires & animos incitante, junctis denſius cuneis ad Quadorum Regna properabat exercitus. Qui ex præterito caſu impendentia formidantes, rogaturi ſuppliciter pacem, fidentes ad Principis venere conſpectum. Ergo & hæc & ſimilia lenituris, dictoque die ſtatuendis conditionibus, Zizais quoque, etiam tum Regalis, Ordines Sarmatarum more certaminis inſtruxit ad preces: viſoque Imperatore, abjectis armis pectore toto procubuit exanimis ſtratus; & amiſſo vocis officio præ timore tum, quum orare deberet, majorem miſericordiam movit, conatus aliquotiens parumque impediente ſingultu, permiſſus explicare, quæ poſcebat. Recreatus denique tandem, juſſuſque exſurgere, genibus nixus, uſu linguæ recuperato, conceſ-* C *ſionem delictorum ſibi tribus ſupplicavit & veniam, eoque ad precandum admiſſa multitudo, cujus ora formido muta claudebat, periculo adhuc præſtantioris ambiguo: ubi ille ſolo juſſus attolli, orandi ſignum exſpectantibus diu monſtravit, omnes clypeis teliſque projectis manus precibus dederunt, plura excogitantes, ut vincerent humilitate ſupplicandi Regalem. Duxerat potior cum cæteris Sarmatis etiam Rumonem, & Zinafrum, & Fragiledum Subregulos, plurimoſque Optimates, cum impetrandi ſpe ſimilia petituros. Qui licet elati gaudio ſalutis indultæ, conditionum ſarcina compenſare inimice facta pollicebantur, ſeque cum facultatibus, & liberis, & conjugibus, terrarumque ſuarum ambitu, Romanæ potentiæ libenter offerre. Prævaluit tamen æquitati juncta benignitas, juſſique obtinere ſedes impavidi, noſtros reddidere captivos, duxeruntque obſides poſtulatos, & obe-* D *dire præceptis deinde promptiſſime ſpoponderunt. Hortante hoc exemplo clementiæ, ad-*
88 *volarunt Regales cum ſuis omnibus, Arahárius & Uſafer, inter Optimates excellentes agminum gentilium Duces: quorum alter Transjugitanorum Quadorum parti, alter quibuſdam Sarmatis præerat, locorum confiniis & feritate junctiſſimis; quorum plebem arcuit Imperator, ne ferire fœdera ſimulans, in arma repente conſurgeret. Diſcreto conſortio, pro Sarmatis obſecrantes juſſi pauliſper abſcedere, dum Araharii & Quadorum negotium ſpectaretur. Qui quum eorum ritu oblati, ſtantes curvatis corporibus, facinora gravia purgare non poſſent, ultimæ ſortis infortunia metuentes, dederunt obſides imperatos, numquam antea pignora fœderis exhibere compulſi. His ex æquo bonoque compoſitis, Uſafer in preces admiſſus eſt; Arahario pertinaciter obſtrepenteque, firmante, pacem,* E *quam ipſe meretur, ei quoque debere proficere, ut participi, licet inferiori, & obtemperare ſuis imperiis conſueto. Verum quæſtione diſcuſſa, aliena poteſtate eripi Sarmatæ juſſi ſunt, ut ſemper Romanorum clientes, offerre obſides quietis vincula conſervandæ, grataūter amplexi ſunt. Ingerebat autem ſe poſt hæc maximus numerus catervarum, confluentium nationum & Regum, ſuſpendi a jugulis ſuis gladios obſecrantium, poſtquam Arahárium impune compererant abſceſſiſſe. Et pari modo ipſi quoque adepti pacem, quam poſcebant, accitos ex intimis Regni Procerum filios obſidatus ſorte opinione celerius obtulerunt: itidemque captivos [ut placuerat] noſtros; quos haud minore gemitu perdidere quam ſuos. His ita in Barbarico geſtis, Bregetionem caſtra commota ſunt, ut etiam ibi belli Quadorum reliquias, circa illos agitantium tractus, lacrymæ vel ſanguis reſtingueret.* F *Quorum Regalis Vitrodorus, Viduarii filius Regis, & Agilimundus Subregulus, aliique optimates & Judices variis populis præſidentes, viſo exercitu in gremio Regni ſolique*

(α) *Aventinus* lib. 2. Annal. Bojor. fol. 123.

(β) *Paulus Oroſius* lib. 7. Hormeſtæ mund. c. 22. *Euſebius Cæſarienſ. in* Chronic. anno CCLXVI. *Eutropius in* Breviar. hiſt. Roman. lib. 9. *Jornandes* lib. 1. de Regnor. & tempor. ſucceſſ. *Paanius in* Metaphraſ. Eutropii.

(γ) *Sext. Aurel. Victor in* Cæſaribus, cap. 34. *Matth. a Michov* d lib. 1. cap. 17.

(δ) Marcellinus l *adde & Zoſimum* Hiſtor. lib. 3. *Aventinum* lib. 2. Annal. Bojor. fol. 143 & ſequent. *Rhenanum* lib. 1. Rer. German. cap. Quadi in Pannoniam

A *lique genitalis, ſub greſſibus jacuere militum; & adepti veniam, juſſa fecerunt: ſobolem-
que ſuam obſidatus pignore, ut obſequuturi conditionibus impoſitis, tradiderunt: eductiſ-
que mucronibus, quos pro numinibus colunt, juravere ſe permanſuros in fide.* Memo-
rabilis iſte locus nos edocet, Regnum Quadorum, id eſt Moravorum, tum temporis,
nempe circa annum Chriſti CCCL. inter varios Reges fuiſſe diſtributum, haud dubie
agnatos, exercto cito hæreditatis. Namque *Zizais* Regis ſupremi filius, unde *Regalis*
dictus, qui noſtris moribus *Princeps*, primus duxerat exercitus, patris opinor nomine.
De quo idem Marcellinus *cap. 31. Perrexit* (Imperator) *in Regna Quadorum, qui Sar-
matis locorum confiniis & feritate junctiſſimi ſunt. Quadis ſanguine Regio ortus juvenis,
Zizais nomine, pacem impetravit, redditis prius captivis, & datis obſidibus. Araba-*
B *rius* Rex fuit Quadorum *Transjugitanorum*, (α) id eſt, trans juga Hungarica vel Sar-
maticos montes habitantium: *Viduarius* Quadorum Carpenſium ad Granam fluvium:
Uſafer autem Jazygum Tranſylvanorum. Deinde & illud hinc diſcimus, Regnum Mo-
raviæ, qua ſe in Pannoniam ſecundam vel inferiorem dilataverat, fuiſſe a Conſtantio
Imperatore ſubjugatum, & in ſervitutem Romani Imperii redactum, ſalva tamen Re-
89 gibus ſua tam dignitate, quam in ſuos poteſtate. Utramque Imperatoris clementia il-
lis conceſſit commiſſum rebellionis ſuppliciter deprecantibus, vitamque & libertatem
humillima abjectiſſimaque devotione, in genua proſtrati, poſtulantibus.

9. Sub Valentiniano I. & Valente Impp. Quadi in Romanos efferati, ſociatis
Sarmatis, Pannonias & Mœſias [β] miſerandum in modum depopulati ſunt, circa
C Domini noſtri annum CCCLXX. Digna ſunt Ammiani verba, quæ adſcribam: *Quado-
rum natio*, inſit, *mota eſt, inſultu repentino parum nunc formidanda, ſed immenſum
quantum antehac bellatrix & potens, ut indicant porperata: quoniam raptim obſeſſa ab
iiſdem ac Marcomannis Aquileja diu, Opitergiumque exciſum, & cruenta complura per
celeres acta procinctus: vix reſiſtente perruptis, Alpibus Juliis Primicerio Marico. Et
erat, ut Barbaris, ratio juſta querelarum. Valentinianus enim ſtudio muniendorum li-
mitum, glorioſo quidem, ſed nimio ab ipſo Principatus initio flagrans, trans flumen Iſtrum
in ipſis Quadorum terris, quaſi Romano juri jam vindicatis, ædificari præſidiaria caſtra
mandavit.* Et mox ibidem: *Gabinium Regem, ne quid novaretur, modeſte poſcentem,
ut adſenſurus humanitate ſimulata cum aliis ad convivium conrogavit, quem digredien-*
D *tem poſt epulas hoſpitales officii ſanctitate nefarie violata, trucidari ſecure effecit. Cujus
rei tam atrocis diſſeminatus rumor illico per diverſa & Quados & gentes circumfuſas ef-
feravit, Regisque flentes interitum, in unum coactæ, misêre vaſtatorias manus. Quæ
Danubium tranſgreſſæ parum ab fuit, quin filiam caperent Conſtantii, cibum ſumentem in
publica villa, quam appellant Piſtrenſem, quum duceretur Gratiano nuptura*, &c. Fa-
ctum id anno Chriſti nati CCCLXXIII. Anno ſequenti (γ) cum Valentinianus expeditio-
nem novam in Quados pararet, Legati a Quadis mittuntur, qui pacem peterent, qui
cum excurſiones ſuas in Romanas provincias in publico auditorio (δ) excuſare aude-
rent, adeo excanduit Imperator, ut apoplexia tactus ſubito exſpiraverit. 90

10. Sub Gratiano Imper. Quadi ſeſe confœderationi adverſum Romanos initæ
E junxerunt, pro bello offenſivo gerendo, & invadendis occupandisque Romanis provin-
ciis, anno Chriſti CCCLXXVI. (ε)

11. Inclinatis abinde Romanorum rebus, & Germanorum invaleſcentibus, Qua-
dos legimus obſequia ſua Radagaſto, Alarico, Godigiſilo, Attilæ, Ardarico, Odoa-
cro, electis Germanorum Imperatoribus, fideliter præſtitiſſe. Qua de re, quia *cap. 6.
hujus libri* exſecuti ſumus, nil attinet hoc loco reiterare.

12. Illud

noniam primam & Valeriain. *Dubravium* lib. 8. Hiſt. Bohem. fol. 61.

(α) Transjugitanorum] *Rhenanus* dicto loco
F *emendat*, Transgutilanorum, *vel* Transviſtula-
norum: *neutrum placet.* Transjugitani *ſunt, qui trans juga Sarmatica, Pannonia reſpectu, habitant.*

(β) Pannonias & Mœſias] *Ammianus Marcellinus* Hiſtor. lib. 29. *Zoſimus* Hiſtor. lib. 4. *Paulus Diaconus in* Hiſt. Roman. *Matth. a Michou in* Chron. Reg. Polon. lib. 1. cap. 17. in fin. *Jodoc. Ludovic. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polon. *Cureus in* Annal. Sileſ. fol. 22. *Habert. Goltzius in* Imperator. imaginib. in Valentiniano I. cap. 77. *Calviſius in* Oper. Chronolog. anno 373.

(γ) Anno ſequenti] *idem Calviſius* anno 375.

(δ) In publico auditorio] *Goltzius dicto loco ſcribit, id contigiſſe Pariſiis, contra omnium hiſtoricorum fidem. Nam* Brigitione *Quadorum in Pannonia oppido factam memorat Paulus Diaconus* lib. 1. Hiſt. Rom. cap 1. *Nicephor. Calliſtus* lib. 11. Hiſt. eccleſ. cap. 33. *Pompon. Lætus in* Hiſt. Imperat. Roman. *Male* Brigam *Sileſiæ oppidum interpretatur Mart. Cromerus* lib. 1. Rer. Polon. cap. 12.

(ε) *Ammian. Marcellinus* Hiſtor. lib. 31.

12. Illud non poſſum tacitus præterire, quod a nonnullis refertur, (α) Noricum A
Theoderico Gotho Romanorum & Germanorum Regi fuiſſe ſubjectum: eundemque Theodericum Pannoniam (β) Gepidis & Bulgaris extorſiſſe. Unde a vero haud abludere videtur, ſi credamus, Moravos ſimul in ditionem Theoderici conceſſiſſe, Slavis Zecchiis (γ) jam eam regionem tenentibus.

13. Quando autem Slavi primum, ſubactis & inter ſe immixtis Quadis, in Moraviam immigrarint, non conſtat inter Hiſtoricos. [δ] Vide quæ ſupra *cap. 7. hujus libri* de hac controverſia diſceptamus. Nunc ad Sileſiam, Moraviæ conterminam provinciam, deproperemus.

(α) A nonnullis refertur] *Caſſiodoro in* variis formul. *Ennodio Ticinenſi in* Panegyric. ad Theodoric.

(β) Pannoniam] *Procopius* lib. 1. de Bell. Gothic. *Caſſiodor. in* Faſt. conſular.

(γ) Slavis Zecchiis] *circa annum Chriſti 410. ut opinatur VVelſerus* lib. 3. Rerum Boicar.

(δ) Inter Hiſtoricos] *quorum alii superventum eorum ad tempora Mauricii, alii Phocæ, alii Heraclii, alii Conſtantini III. Impp. Romanorum referunt. Zach. Theobaldus in* Geneal & Chronolog. Regum Bohem. anno 496. *ex Fl. Vsat. refert:* Sigovcſo & Pantaſo Duce Moravani ſive Moravi, Moraviam, pulſis Marcomannorum reliquiis, invaſerunt. Hos inſtinctu Czechi, poſt aliquot luſtra ſecuti ſunt Czechii Slavi, *&c. Solus Goltzius* B *repertus eſt, qui ad Arnulphi Imperatoris ætatem produceret. Ejus hæc ſunt verba* in de Imperator. imaginib. cap. 121. Initio Principatus ſui gentem profugam ac plane inconditam armis devicit, (*ſcilicet Arnulphus Imp.*) ut quæ relicta erat ex civili bello Imperatoris Caroli Calvi, ac filiorum Regis Germaniæ Ludovici, quamque Dux eorum Senebaldus adduxerat, cuncta Germaniæ loca paſſim devaſtans: tandem illis regionem Bohemiæ adſitam, nunc Moraviam appellatam, inhabitandam C conceſſit.

CAPUT XIV.

Sileſia Germaniæ Provincia antiqua & recens. Habitata primum a Suevis. Elyſii an in Sileſia. Ligii in Sileſia. Sileſiæ varia etyma diſcuſſa. Slavi Lechitæ quan-
91 *do in Sileſiam. Polonia dicta Sileſia. Teutones unde & quando in Sileſiam. Silenſis pagus. Siluſi vel Sliuſi Venedi nomen Sileſiæ indiderunt. Sileſia juris & Imperii Germanici. Budorgis an Uratiſlavia. Uratiſlavienſium privilegia & inſignia ab Imperatoribus conceſſa.*

ETiam Sileſia quoque Germaniæ noſtræ antiquiſſima eſt provincia (α) quam initio Suevicæ gentes (β) coluerunt, ſive Vandalicæ, (γ) e queis Gothini, Marſingi, Oſi ac Burii Suevorum populi memorantur a Cluverio. (δ) Nam alii pleri- D
que omnes rerum Germanicarum & Slavicarum Scriptores, eam a Quadis, (ε) itidem Suevica gente, primum inſeſſam fuiſſe, literis mandarunt. (ζ)

2. Numerantur inter Suevicas gentes etiam *Elyſii* a (η) Tacito, Ligiorum pars; quos

H 2

(α) Germaniæ provincia] *Æneas Sylvius in* German. deſcript. cap. 46. *Curaus in* Annal. Sileſ. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 94. *Gerard. Mercator in* Atlante. *Thuanus Hiſtoriar.* lib. 2. in princip. & lib. 56. anno 1573. *Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 32. *Philip. Gallaus in* Epitom. Theatri Ortelian. *Georg. Heniſchius in* Epitom. Geograph.

(β) Suevicæ gentes] *Curaus in* Annal. Sileſiæ fol. 4. *Joan. Matthias a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor.

(γ) Vandalicæ] *quatenus nimirum Vandali Suevis accenſentur, eorum potiſſimi ac potentiſſimi habiti.*

(δ) Cluverio] *d. lib. 3. German. antiq. cap. 32. ex Taciti German.*

(ε) A Quadis] *Curaus in* Annal. Sileſiæ fol. 5. *eis tantum ſuperiorem Sileſiam aſſignat, in qua ſunt Ducatus Teſchinenſis, Ratiborienſis & Oppolienſis; Oppida Epiſcopi Uratiſlavienſis; tractus ad radices montium Sudetum. Hagecius pro Quadis in Sileſia reponit* Cattos, *in* Chron. Bohem

(ζ) Literis mandarunt] *verbi gratia, Munſterus in* Coſmograph. *Vadianus in* Epitom. trium terræ part. *Pirckheimer, in* Explicat. German. *Rhenanus* lib. 1. Rer. German. cap. Sileſii in Qua- E
dos, *Joſeph. Moletius in* Comment. in Ptolemæi Geograph. *Joan. Dubravius* lib. 8. Hiſt. Bohem. fol. 61. *Laurent. Peccenſteinius in* Rer. Sileſiac. expoſit. *Althamerus, VVillichius, Fabricius in* Tacit. German. *Melanchthon in* Chronic. *Henelius in* Sileſiograph. cap. 1. *Joh. Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de orig. Bohem. & Slavor. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 94.

(η) Elyſii] *Tacitus in* German. *Eos Balbus in* Catholic. *ſic dictos putat, quaſi extra læſionem po-* F
ſitos, hoc eſt, uti ego interpretor, quaſi loco & virtute ſic munitos, ut invicti & inſuperabiles habeantur ab hoſtium vaſtationibus.

(α) Quos

A quos nonnulli opinantur, (α) mutatis ſedibus, in hanc oram immigraſſe, & terræ Sile-
ſiæ univerſæ corrupta nuncupatione nomen dediſſe, ut noſtris moribus *Suicii* Helvetiæ,
& *Hollandi* Belgio ſua nomina per virtutem pepererunt. Certe *Lignicium* a Ligiis Sue-
vis appellationem ducere, non eſt admodum vero abſimile.

3. Alii alias nominis Sileſiæ rationes perquiſiverunt. Sunt qui a *Sleſa*, (β) qui & *El-
ſa*, flumine deducant. Nonnemo ſic dictam putat, quaſi *Sluſam*, (γ) a Latino voca-
bulo *Cluſa*, (δ) id eſt, *Schlüß* vel noſtrate dialecto *Schleuß*, quod Germaniam claudat
velut præſtructura quædam ac propugnaculum adverſus Sarmatarum & Tartarorum ir-
ruptiones. Dubravius (ε) vero auctor eſt, a Bohemis Slavis ſic primo nuncupatam,
qui videntes Polonos, Miſnios, Pomeranos, Marchitas, & aliam miſcellaneam turbam
B illo velut inſerpere, paulatimque irrepere, a ſerpendo *Sleſitas* nativo ſuo ſermone ap-
pellare cœperint. Sudetes (ζ) denique a Slavica voce *ſlezak*, id eſt, convena ſeu advena,
plauſibili conjectura derivat. Cui convenire videtur *Sleſaziæ*, itemque *Sleſiziæ* (η) ap-
pellatio in Slavorum monumentis. (*)

4. Nam quo tempore Slavi ex Illyrico in Moraviam & Bohemiam, eodem etiam
in Sileſiam, ſuperatis Suevis, demigrarunt Lecho duce, (ϑ) primo Polonorum Principe.
Hinc ſub *Poloniæ* indigitamento (ι) (**) delituit, Duci Cracovienſi ſubjecta, donec a
Germanis Imperatoribus liberali manu aſſerta, in jus protectionemque Bohemiæ Regum
recideret. Tum enim, abolito & obliterato *Poloniæ* nomine, *Sileſia* in literarum mo-
numentis cœpta eſt frequentius celebrari.

C 5. Nec enim priſci illi Germani a Slavis fuerunt prorſus pulſi vel exſtincti, (κ) ſed 93
ut in Bohemia ac Moravia, ita etiam in Sileſia permiſſi ſunt mixtim habitare. Interim
tamen non negamus, etiam poſterioribus ſæculis alios Germanos a Sileſiæ Principibus
undique accitos, (λ) quum Lechitæ in Poloniæ interiora ſecedentes, vacuos agros &
vicos relinquerent. Quod & noſtra ætate in Magno Ducatu *Ingermanlandiæ* (μ) fieri
videmus, ex quo recedentes Moſci, & ipſi gens Slavica, terram maxima ex parte va-
cuam & deſertam reliquerunt Germanis, a Sereniſſimo Sueciæ Rege ſubintroductis,
& porro ſubintroducendis.

6. Porro a Ditmaro, (ν) Epiſcopo Merſeburgenſi, Sileſia vocatur *pagus Silenſis*,
corrupte (opinor) pro Sileſenſis. (***) Sic autem dicta videtur a *Sluſis*, Slavica gente,
D Bo-

92 (α) Quos nonnulli] *quorum tamen opinionem refutat Cluverius* d. cap. 32.

(β) Sleſa] *Conrad. Celtes* de Situ & morib. Germanor. *Munſterus in* Coſmograph. lib. 3. de Schleſia, cap. 508. *Jod. Hondius in* Atlante min.

(γ) Sluſam] *quo nomine celebris eſt locus in Flandria, ſub Principis Aurania dominio.* Sluſa *pro clauſa, Frid. Lindenbrog. in* Gloſſar. legum antiquar.

(δ) Cluſa] *clauſura, obex: Nicol. Rigaltius*
E *in* Gloſſar. tactic. mixobarb. *Johan. Meurſius in* Gloſſar. Græco-Barb. *Franc. Pithœus in* Gloſſar. ſive ſignificat. rer. & verb. obſcur. quæ in Capitular. leg. *Gul. Fornerius in* Notis ad Caſſiodor. Var. lib. 2. epiſt. 5. *Lal. Biſciola* lib. 7. Horar. ſubſeciv. cap. 16. *Herman. Comes Nuenarius in* Narrat. de orig. & ſed priſc. Franc. in fin.

(ε) Dubravius] *lib. 8. Hiſtor. Bohem. fol. 61. Boregk in* Chron. Bohem. part. 1 fol. 94.

(ζ) Sudetes] *in Subſeciv. de orig. Bohem. &*
F *Slavor.*

(η) Sleſiziæ] *in Decretis Uladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis anno 1454 quæ habentur in* Decretis Regni Hungariæ *a Joan. Sambuco editis.*

(ϑ) Lecho duce] *videantur Coſmas Pragenſis, Æneas Sylvius, Dubravius, Hagecius, Matth. a Sudetis, in* Hiſtor. Bohemor. *Dlugloſſus, Michovius, Cromerus, Herberſteinius, Callimachus, Neugebauerus, in* Hiſtor. Polonor. *Curaus, Ræteliius. Peccenſteinius, in* Hiſtor. Sileſ.

G (ι) Sub Poloniæ indigitamento] Polonia *pro Sileſia paſſim ab Hiſtoricis illorum temporum uſurpatur. Hinc Duces Sileſiæ olim ſe ſcribere ſolebant* Duces Poloniæ. *Hinc tributum, quod Romana Eccleſia ab Sileſiis penditur,* Polonicum *in literis Summorum Pontificum appellatur. Hinc denique moneta Uratislavienſis in Jure Canonico dicta eſt* Polonica. *De quibus omnibus ac ſingulis ſuo loco diſſeremus.*

(κ) Pulſi vel exſtincti] *ita Curæus in* Annal. Sileſ. *ſentit, jam inde ab initio Henetos & priſcos incolas Suevos permixtim in Sileſia habitaſſe.*

(λ) Germanos accitos] *aliam rationem & occaſionem introducendi Germanos affert Spangenberg.* im Adelsſpiegel part. 1. lib. 7. cap. 20.

(μ) Ingermanlandiæ] *exſtant Sereniſſimi Regis Guſtavi Adolphi edicta & programmata paſſim per Germaniam publice propoſita, in quibus Germani ad colendam illam regionem honorifice & liberaliter invitantur.*

(ν) Ditmaro] *in Chronic. de Reb. geſt. Saxon. lib. 7. ut recte Reineccius* ibid. *& Meibomius in* Commentariol. de Pagis vet. Saxon. & finitim. region. *monuerunt, nequicquam refragante Henelio in* Sileſiograph. cap. 1.

(*) De Etymo nominis Sileſiæ agit etiam Schurtzfleiſch. *Diſſert 19. p. 4.* & *Diſſert. 60. p. 4.* ub[illegible] hujus gentis denominationem a voce Slavica *Sleſak* probat.

(**) Videatur Henelius, ejuſque Scholiaſtes *lib. I. c. 1. Sileſiograph.*

(***) Henelius *lib. I Sileſiogr. c. 1. §. 32.* hanc emendationem Goldaſti noſtri impugnat. Ceterum Auctor noſter Sileſioſa *Sluſis* dictos vult, quod mihi

Bohemis, Luſiziis & Sorabis, id eſt, Miſnis Orientalibus, contermina, ut in Annalibus Francorum a Pet. Pithœo, & Fuldenſibus a Frehero editis, obſervatur: in quibus tamen perperam *Siusli*, & pejus adhuc apud Adamum Bremenſem (α) *Suſi*, peſſime denique apud Aventinum (β) *Suſoli* ſcribitur pro *Siluſi*. Qui ex ſitu locorum non poſſunt eſſe alii, quam Sileſii, quum & nomen inde veriſimilius detortum, & vicinorum tractus plane conſpirent. A

7. Nec tamen propterea, quod Slavi Zechitæ, & poſtea Venedi Sliuſi a Saxonibus pulſi, in eam commigrarint, Sileſia deſivit eſſe Germaniæ provincia, licet ſub Polonorum imperio, & nunc Bohemorum conſiſtat. Namque jus ſupremum penes Teuthonas ſemper manſit, & etiamnum perſeverat, quod nec Poloni, nec Bohemi diffitentur, & viri harum rerum prudentes (γ) afferunt, ut Receſſus Imperii (δ) & Matriculas, [ε] quæ ſunt leges publicæ & generales, ipſorumque Sileſiorum privilegia Majeſtatica, ut vocant, ponam ad Compendium, de quibus libro deincipe tractaturi ſumus. B Certe in Aula Imperatoria videmus Sileſios, tamquam Germanos, officiis, honoribus 94 & dignitatibus Imperii Germanici in diſcriminatim præfici, & Germanos viciſſim in Sileſia promoveri, commercio linguæ & nationis. Æn. Piccolomineus [ζ] ſcribit de Sileſia: *Sermo gentis majori ex parte Teutonicus eſt, quamvis trans Oderam Polonica lingua prævalet. Ob quam rem non immerito quidam hoc in loco Germaniæ terminum eſſe Oderam putavere, quamvis idem fluvius in ſeptentrionem vergens Germanicas gentes ripis ambabus alluit.*

8. Denique Sileſiam, ut veram & genuinam Germaniæ provinciam, agnoviſſe C imperium Harminii [*] Cheruſci a Germanis electi circa annum Chriſti nati XV. item Attilæ Hunni circa annum ccccxlv. necnon Theodorici Gothi circa annum ccccxci. Germanorum Imperatorum, auctor eſt Curæus, [η] homo Sileſius.

9. Et quod oppidum a Ptolomæo in Germania reponitur *Budorgim*, nomine, illud de Uratiſlavia celeberrima Germaniæ civitate, viri docti [θ] interpretantur.

10. Quo jure freti Vratiſlavienſes, a Carolo V. [ι] Imperatore privilegiorum ſuorum confirmationem petierunt, atque etiam, intercedente pro eis ipſo Rege Ferdinando, haud difficulter impetrarunt; nova inſuper inſignia, quibus in hunc diem utuntur, aliaſque gratias quam plurimas, ob ſua bene præclareque in ſacrum Imperium merita,

 beni-

mihi non ſit veroſimiles potius cum Ditmaro hoc in capite ſentio, qui *lib. VII. p. 415* hoc nomen derivat a *quodam monte nimis excelſo & grandi olim ſibi indito, & hic ob qualitatem ſuam & quantitatem cum execranda gentilitas ibi veneraretur, ab incolis omnibus nimis honorabatur.* Vide etiam quæ Scholiaſtes Henelii ad *l. c.* obſervavit.

(α) Adamum] *lib. 1. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 38.*

(β) Aventinum] *lib. 4. Annal. Bojor. fol. 326.*

(γ) Viri prudentes] *Æn. Sylvius in* German. deſcript. cap. 32. *Munſterus in* Deſcript German. cap. 2, & in Coſmograph. lib. 3. in Schleſia, *Althamer. in* Schol. in Taciti German. in princ. *Gerard. Mercator in* Atlante, *Thuanus* lib. 2. Hiſtor. in princ. & lib. 56. anno 1573. *Jodoc. Hondius in* Atlant. minor. *Calviſius in* Theſaur. Latin. ſerm. ſub tit. Lænder in Teutſchland, *Adam Siberus in* Gemma gemmar.

(δ) Receſſus Imperii] *Ratiſponenſem anno 1471. §. 57. & §. 58. Auguſtanum anno 1530. §.* damit aber dannoch, 104. *§.* demnach hat ſich, 120. & §. und im Fall, 128. *ubi Sileſia diſertim numeratur inter* Reichsverwandte. *Cui concordat Joach. Camerarius in* Orat. ad Principp. Chriſtian. de bell. Turcic. *& Georg. Agricola in* Orat. ad Ferdinand. Reg. & Principp. German. de bell. Turc.

(ε) Matriculas] *Norimbergenſem anno 1431. Norimbergenſem anno 1467. Ratiſponenſem anno 1471. Norimbergenſem anno 1480. Colonienſem anno 1488. Auguſtanum anno 1548. in quibus Sileſia expreſſa fit mentio.*

(ζ) Piccolomineus] *in Commentar. de Europa ſtatu ſub Frederico III. Imper. cap. 18. ex quo verbotenus exſcripſit Munſterus in* Coſmograph. lib 3. in Schleſia cap. 108. *& Hondius ſive Montaus in* Atlant. min. D

(η) Curæus] *in Annal. Sileſ. fol. 5. fol. 20. fol. 23 fol. 24. & ſeq.*

(θ) Viri docti] *Pet. Daſypodius in* Diction. verb. Budorgis, *Hadr. Junius in* Nomenclat. *Munſter.* d. lib. 7 cap 109. *Hadr. Romanus in* Theatr. urb. *Hondius in* Atlant. min. *Georg Braun in* Deſcript. Civitatum, in Uratislavia. E

(ι) Carolo V. Imp.] *Nicol. Henelius, JC. & Advocatus Uratislavienſis, in* Breslograph. cap. 5. fol. 54. & ſeq.

(*) *Sileſiam* olim *Poloniæ* Provinciam, & „ *Polonia* nomine comprehenſam, pridem oſtendi, „ at eam Goldaſtus *Germaniæ* provinciam eſſe af- „ firmat. Nolo de re ipſa hoc loco quicquam ſeri- „ bere, argumenta Goldaſti tam futilia ſunt, ut „ nihil viderim magis. *Olim*, inquit, Anno C. 15. „ *fuit ſubjecta Arminio.* Unde id oro Goldaſte, „ F niſi conjectura probabis? Deinde etſi fuiſſet, alii „ ſunt, alii olim fuere *termini Regnorum.* An „ *Arminius Germaniæ Imperator?* Eadem opera „ reſtitue *Venedis Slavorum* populis *Pomeraniam,* „ *Mechlenburgum* ac maximas a *Balthico* mari ad „ nos usque regiones; reſtitue *Italis Orbem*, quem „ olim *Romani* ditione tenuerunt. Balbinus *lib.* „ *III. Miſcell. c. 22.* Si ex eo, quod olim Sileſia imperium Arminii agnoverit, ſolum Goldaſtus efficeret hanc Provinciam Germaniæ annumerandam, G contra argumentandi regulas peccaret; at alia

habet

A benigne conceſſa a Cæſare & liberaliter collata acceperunt. Cujus rei ergo fors eſt, ut
95 Uratislavia non Regia, ſed *Cæſarea Civitas*, [*] a Boregkio [α] ſalutetur, veluti ſub Imperio Germanico & Cæſaris ſuperioritate conſtituta.

II. Omnia facit Carolus V. Imp. in Receſſu [β] Auguſtan. MDXXX. decernens; *Ob der Türck durch Polen, auf die Marck, Schleſien, Pommern, oder andere Reichsverwandten* [**] &c. Unde liquido apparet, Sileſiam eſſe Imperii Germanici provinciam, in ejusdemque protectione & clientela poſitam.

habet hic & in ſeqq. ex quibus ſententiam ſuam adſtruit, ut hæc non tam probandi, quam illuſtrandi gratia adducta ſint. *Sileſiam* autem *Germaniæ*
B præter Goldaſtum vindicavit Henelius, ejusque Scholiaſtes *lib. I. Sileſiogr. c. I.* qui cum ipſi ſint gente Sileſii, majorem in ſuis rebus, quam exteri merentur fidem.

(α) Boregkio] *in Chronic. Bohemia dedicatione ad Senatum Uratislavienſem hiſce verbis concepta*; Den Edlen, Geſtrengen, Ehrnveſten, Erbarn, Namhafften, und Hochvveiſen Herrn Hauptmann, Bürgermeiſter und Rathmannen der Kayſerlichen Stadt Breslau, *&c.*

C (β) Receſſ. Auguſt.] *anno 1530.* §. ferrner haben vvir, 51 & ſequ.

(*) "At *Sileſia* loquitur *Germanice*, & Boreck "*VVratislaviam* Cæſaream Urbem vocavit, eſt igi- "tur *Sileſia in Imperio.* Nihil hoc loco repugno. "Argumentum infringo. An igitur *Burgundia*, " an *Lotharingia*, an *provincia* quædam *Belgica*, " quæ *Gallice* loquuntur, te auctore in *Regno Gal-* "*lia*, & *Gallia* cenſentur. Quid Boregk *VVratis-* "*lavienſibus* ſuis adulando ſcripſerit, nihil refert;
D "nihil hac de re habet *Henelius*, nihil ceteri *Sile-* *ſiæ Scriptores*; non magis in *Imperio VVratisla* " *viam* quam Pragam, aut quamcunque *Urbem Bo-* " *hemiæ*, *Moravia*, *Sileſiæ* collocaris, quæ *Bohe-* " *miæ Regibus* immediate ſubjectæ, *Imperatoris* " *Majeſtatem* reſpiciunt, & comiter obſervant., Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.* Quanquam non firmum a lingua alicujus populi petatur argumentum, cujus juriſdictionis, cujus nationis ſit, extra omnem tamen controverſiam mihi poſitum eſſe videtur, *Sileſiam Germaniæ* eſſe adſcribendam. Docet id nexus feudalis, quo hæc provincia obligata eſt Imperio, quem multis explicavit Celeb. Conringius de *Finib. Imp. German. c. 29.* Nec Henelius ipſe Sileſius ab hac ſententia alienus eſt *lib. I. c. 9. Sileſiogr.*

(**) Memorabilis locus Matriculæ apud Henelium l. c. anno 1447. *Nachdem Bœheim, Mähren, Scleſien, Luſitz, auch Egern und Ellenbogen Creys auch zu der* TEUTSCHEN NATION *gehœren, und deshalb ihr Anzahl mit Nahmen 800. zu Roſs, und 2000. zu Fuſs auch mitſchicken ſollen* &c. Quid hoc teſtimonio clarius, quid certius? Sileſia igitur æque ad Germaniam pertinet ac Bohemia, de qua ſupra actum fuit.

CAPUT XV.

Glacia Comitatus Germaniæ. Joachimi Vallis & Schlackenwaldia Germaniæ ditiones. In Bohemia nulli erant Duces, Principes aut Comites, ſed tantum Barones.

LOcus nos admonet, ut & Comitatum Glacenſem (α) Germaniæ noſtræ, in cujus antiqua conſtitit clientela, vindicemus; quem hinc Sileſii, iſtinc Bohemi jure quodam ſibi aſſerere videntur, tanquam in confinio (β) utrorumque ſitum. At ipſi Glaciani ſeſe neutris addictos eſſe jactitant. Comitatumque ſeorſum fore ac ſui juris (γ) contendunt, olim ſub ſacro Imperio Germanico (δ) immediate conſtitutum, pari libertate eodemque jure cum Bohemia & Sileſia, (ſalva di-

(α) Comitatum Glacenſem] *in Conſtitut. Caroli IV. Imp de incorporatione Ducatuum Poloniæ*
E *& Sileſiæ &c. ſub dato Praga anno 1355. nec non*
96 *in Confirmatione S. Rom. Imperii Electorum ſub dato Norimberga in Comitiis anno eodem*, *vocatur* terra & diſtrictus Glacenſis, *item* Dominium Glacenſe. *Sed Comitatus titulo*, Graffſchafft Glatz, *ſive* Glotz, *in Actis Imperii, & Cæſareis mandatis ac diplomatibus, frequentius inſignitur. Poloni* Cloſcum *vocant*, *Bohemi* Gloczium, *alii Sla-*
* *vorum* Cozlinm. (*) *Vult eſſe una ex incorpora-*
F *tis Regni Bohemia provinciis ſpeciali jure ac privilegio gaudentibus.*

(β) Tamquam in confin.] *Dubravius in* Hiſt. Bohem. *Boregk. in* Chronic. Bohem. part. 1. in Boleslao II. fol. 62.

(γ) Seorſum ac ſui juris] *unde ſuum ac proprium habet Capitaneum Regium ad inſtar caterarum incorporatarum provinciarum legitur in* Aurea Bulla Sigismundi Imp. publicata Norimbergæ in Comitiis anno 1431. *Etiam Pet. Fleiſchmannus*, *Heroldus Cæſareus*, *Glaciam pari modo eademque conditione, qua Sileſiam & Luſatiam, a Bohemia ſecernit, en* Deſcript. Comitior. a Rudolpho II. Imp. Auguſtæ anno 1582. habitorum fol. 108.

(δ) Sub ſacro Imp. German.] *hinc forte* Joannes de Glatz *factus eſt Secretarius Imperialis a Carolo IV. Imp. & legitur Aurea Bulla Metenſi* de Succeſſ. Elector. & Ducum Saxon. anno 1357. *in Comitiis Imperii ſubſcripſiſſe*, tom. 1. Conſtitut. Imperial *&* Poto de Zitlovvitz Capitaneus Glacenſis *interfuit Comitiis Imperii*, *anno 1431. Norimberga habitis, & Decretis eorundem ſubſcripſit*, Reichsſatzungen, part. 2. fol. 109.

(*) Inſignis eſt Goldaſti noſtri hallucinatio, " qui *Glacenſem comitatum*, quem *Bohemis* accen- " ſeri

dignitatis prærogativa) cohoneſtatum: exſtincta demum Comitum proſapia, (α) in jus A ac ditionem Ducum Regumque Bohemiæ ceſſiſſe beneficio Imperatorum ſeu Regum Germanorum, a quibus in feudum dependeat. Quamobrem non minus privilegiatam ſe habere cauſſam in Regno Bohemiæ, quam aut Sileſios, aut Luſatios, aut Egranos, aut Elenbogios, quod eorum provincia adæque ſit ſeparata, jactabundi gloriantur. Sed nos hanc litem non faciemus noſtram, quod nec magnopere ad inſtitutum noſtrum attineat, & Glaciam Bohemis accenſitam (β) jam inde ab ultima memoria in literarum monumentis obſervemus.

2. Etiam terra quoque Joachimicæ Vallis (γ) ſimiliter a Bohemia ſequeſtratur ſub ſuo ſingulari Capitaneatu. Quam eſſe Germaniæ regiunculam, ſitus, lingua, natio, mores, & amor Imperii Germanici, ſuopte ſe indicio prodit. De Slackenwaldia (δ) B idem pronuntiat Fleiſchmannus, Heroldus Cæſareus. Sed hæc ſpectat ad Comitatum Elenbogianum.

"ſeri bene probat, ait a Bohemis *Cozlium* appel-"lari; Nunquam iſtud in animum, induxeris Goldaſte. *Kladiko* dicimus, at *Cozlium*, ſeu *Kozla* arx natura loci munitiſſima procul *Glacio* in *Oppolienſi* aut *Ratiborienſi Sileſia Principatu* cenſetur. Balbinus *lib. III. Miſc. c. 22.* Idem pluribus hunc comitatum deſcripſit *lib. III. Miſc. c. 5.* Stransk. *Rep. Bojem. c. 2. §. 18.*

(α) Comitum proſapia] *Refertur tamen Rudolphus I. Cæſar Glacenſem Comitatum Poloniæ Principi anno 1278. in beneficium feudatarium conceſſiſſe; Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. in Ottocaro Rege, fol. 242. in pr. *& Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1278. *quem antea Ottocarus Baroni VVartenbergio abſtulerat; idem* fol. 239. in pr. *Poſtea dicitur Boleslaus Dux Munſterbergenſis Glacenſem Principatum jure hereditario poſſediſſe: quem anno quidem 1322. Joanni Regi Bohemiæ vendidit, ſed ob pacta non ſervata iterum ad ſe recepit, & adverſus Caroli IV. Imp. & Bohemiæ Regis prætenſionem fortiter tutatus eſt, ut teſtantur Henninges & Reuſnerus in* Genealog. in ſtemmat. Ducum Sileſ. ex Regia Piaſt. famil. *Attamen Petrus, Abbas Aulæ Regiæ, in* Chronic. part. 2. cap. 19. anno 1327. *teſtatur. Johannem Regem Heinrico Duci Uratislavienſi provinciam Glacenſem ad tempora vitæ ejus pro Ducatu Uratislaviæ poſſidendam aſſignaſſe. Tandem Georgius Rex Bohemiæ Comitatum Glacenſem in feudum contulit filio ſuo Heinrico Podiebracio, una pariter cum Ducatu Munſterbergenſi, impetravitque ab Imp. Friderico III. Aug. ut Principatum utrumque eidem Heinrico, & poſteris ejus, cum dignitate Ducis & Comitis ſolemniter confirmaret, anno 1462. ut iidem affirmant, in* ſtemmat. Ducum Munſterbergenſ. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1464. *Zach. Theobaldus* de Bell. Huſſit. par. 1. cap. 61. & par. 2. cap. 12. anno 1463. fol. 67. *Cromerus* lib. 25. Rer. Polon. fol. 376. col. 1. in fin. *Hinc eſt, quod hodieque Duces Munſterbergenſes titulo Comitis in Glatz ſeſe præſcribunt. Verum Erneſtus Archiepiſcopus Salisburgenſis, Comes Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ, Comitatum iſtum a Ferdinando I Imperatore, tanquam Bohemiæ Rege, ceu peculiarem Principatum, ære ſui peculii comparavit, & reſignato Archiepiſcopatu, eo profectus habitavit anno 1554. ut ſcribit VViguil. Hund, JC. Præſes & Conſiliarius Bavaricus, in* Metropol. Salisburg. cap. 59. fol. 33. *Videtur poſtea (nam Erneſtus ille obiit improlis anno 1560.) Comitatus iſte ad Comites Hardeckios perveniſſe, qui eum adhuc in titulis ſuis uſurpant. Nec eſt in univerſo Regno Bohemiæ aliud ullum Dominium, quod Comitatus honore ac dignitate præfulgeat,* 97 *præter iſtum Glecianum ſive Glacianum. Namque* Egranus, Elenbogius, & Paſſaunus *Slickiorum, a Sigismundo Imp. in Comitiis Conſtantienſi-* C *bus erectus, extra Bohemiam ſiti ſunt in ſolo Teuthonico, ut mox dicturi ſumus. Principatus* Roſenbergius *a Rudolpho II. Imp. indultus, fuit tantum perſonalis, & cum ipſa perſona exſtinctus, nec umquam in Tabulam Regni relatus: quod Bohemi in Regno ſuo majorem Baronali dignitatem nullam tum agnoſcerent, nec ſibi vel ab Imperatore vel Rege ſuo imponi paterentur; quod olim Burggravius Miſnenſis, Comes in Hartenſtein, nuper Sigiſmundus Bathorius, & quem dixi, Roſenber-* D *gius, experti fuerunt.*

(β) Bohemis accenſitam] *in Comitiis tamen Norimbergæ anno 1431. a Sigiſmundo Imp. habitis, Comitatus Glacenſis fuit Sileſiæ conjunctus, & in Matricula ſub contributione Sileſiaca comprehenſus. Et* Poto a Zaſtlovvitz *ſive (ut alia exemplaria habent)* Stolovvitz, Capitaneus Glacenſis & Munſterbergenſis, *eorundem Comitiorum Decretis ſubſcripſit, ut modo diximus.*

(γ) Joach. Vall.] *Pet. Fleiſchmannus in* De- E ſcript. Comitior. Auguſtan. de anno 1582. fol. 108. *Miſniæ aſſignat Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 430.

(δ) Slackenvvaldia] *ſive* Schlaccovvalda, *vix diſtans unius, & quidem brevioris milliaris ſpacio ab oppido Ellenbogenſi, ut teſtatur Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. in topograph. deſcript. ſect. 6. *Fuit autem initio Dominium Baronum Riſenbergiorum, a quibus jure matrimonii pervenit in manus Comitum Glei-* F *chenſium, quorum unus Erneſtus nomine, eandem ditionem Illuſtri Principi Heinrico a Plavven vendidit anno 1490. a quo eandem Generoſi Barones Pflugii a Rabenſtein, anno 1502. acceperunt. Sed Caſparo Pflugio a Ferdinando Cæſare, quod nomen ſuum fœderi Schmalkaldico dediſſet, proſcripto & in exſilium acto, Schlaccovvalda confiſcata juri Cameræ Regiæ conceſſit anno 1547. Qua de re videndus Caſp. Bruſchius in* Beſchreibung des Vichtelbergs, *& idem Theobaldus* ibidem, *nec* G *non in* Bruſchio redivivo.

CAPUT

CAPUT XVI.

A *Luſatia Germaniæ provincia antiquiſſima. Semnones, Suevica gens, in Luſatia ante Chriſtum natum. Luſici, Slavica gens, ſupervenerunt poſt Attilæ tempora. Inde a Saxonibus repulſi. Luſatia Principatus Imperii ſub jure Saxonico. Ejus hodiernus ſi-*
98 *tus. Dominos varie mutavit. nunc Bohemiæ incorporata ſub clientela & feudo Imperii Germanici, cui ſubeſt tam in honorabilibus, quam in oneralibus.*

LUſatiam initio *Semnones* (α) habuere, Suevorum antiquiſſimi, ut auctor eſt Tacitus. Unde patet, quam vetus ſit Germaniæ Principatus, quum Semnones (β) Germani in ea Regnum condiderint, antequam Boji in proximam Hercyniam ſylvam ex Gallia immigraſſent. Quod contigiſſe ipſis ſexcentis annis ante Domini noſtri Jeſu Chriſti nativitatem, ſupra demonſtravimus, hoc
B eſt, ante annos bis mille ducentos, & quod excurrit. Taciti hæc ſunt verba; *Vetuſtiſſimos ſe nobiliſſimoſque Suevorum Semnones memorant. Fides antiquitatis religione firmatur. Adducit auctoritatem fortuna Semnonum: centum pagis habitantur, magnoque corpore efficitur, ut ſe Suevorum caput credant. Contra Longobardos* &c. Paterculus lib. 2. ſcribit, *Albim Senonum Hermundorumque fines præterfluere: utrique Suevi erant, ſed in ripa ſeptemtrionali Senones.* Unde ſitus eorum manifeſte colligitur. Quem licet etiam teſtimonio confirmare Strabonis *lib. 7. Geograph.* ſcribentis; *Senones, Suevorum natio, partim intra, partim extra ſylvam* [Hercyniam] *habitant, Getarum contermina genti.*

2. Idem tamen caſus, qui Marcomanos & Quados, etiam Semnones excepit. Nam
C Sorabi & Luſici, [γ] (*) gentes Sarmaticæ, ſive pulſis, ſive [quod vero ſimilius eſt] ſubactis Semnonibus, eam regionem occuparunt. Dubravius vocat *Syrbos, lib. 1. fol. 3. Syrbi,* inquiens, *ſuperiore & inferiore Luſatia occupata, Luſatios ſe nunc appellant.* Et videtur *Servios* [δ] intelligere Hungariæ in Mœſia populos, qui ex Illyrico [ε] per Moraviam in haſce terras Luſatiæ ac Miſniæ penetrarint. Eorum Regnum hodieque *Syrvy* appellatur ſub Turcarum Imperio. Alii aliter [ζ] & ſentiunt & ſcribunt, quorum opiniones in medio relinquimus.

3. Nos obſervamus, Slavis ex injuſta poſſeſſione iterum repulſis, Saxones [η] a noſtris Imperatoribus & Regibus fuiſſe immiſſos, qui eam inde ad hanc uſque ætatem in-

(α) Luſatiam initio Semnones] *Aventinus* An-
D nal. Bojor. lib. 1. fol. 8. *Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 25. verſ. penult. & ult.

(β) Semnones] *qui diverſi ſunt a Senonibus Gallis, ut quidem autumat VVelſer.* Rer. Boicar. lib. 1. *Cui conſentire videtur Balbus in Catholic. ſcribens in verb.* Gallus, *& verb.* Senones: Galli Germani ſeu Teuthonici: ſed Galli Senones ſunt Franci. *Per Gallos Germanos, intelligit Celtas Senones in Germania. Rhenanus tamen* lib. 1. *putat, Gallos Senones e Germania eſſe oriundos. Contra ea Matth.*
E *a Sudeis contendit, Senones e Gallia Celtica in Germaniam demigraſſe, etiam ante Bojorum Celtarum adventum. Sed ab eo diſcedit Lud. Perſona in* Orat. de Witteberga.

(γ) Luſici] *qui &* Luſizi, Luſiki, Luiticii, Lucici, Lutici, *in hiſtoriarum monumentis varie leguntur. Paruiſſe Luſatia Polonis legitur, a quibus* Ditivonia *fuerit nominata, ut ſcribit Neugebaur* lib. 2. Hiſt. Polon. in Leſco III. anno 810. *Cromerus* lib. 1. Rer. Polonic. in Leſco III. fol. 24.
F col. 1.

(δ) Servios] *Aventinus lib. 1. Annal. Bojor. fol. 144. in fin.* Conſtantius Imp. liberato Illyrico,
99 Sarmatis liberis Zizam Regem dedit, loca Servorum attribuit. *Quo loco ſervos intelligit Sarmatarum, qui contra Dominos ſuos, occupatis terris, conſpiraverant. Quos Imperator domuit & Sarmatis iterum parere coegit. Hinc ſunt qui putent Regno* Serviæ *nomen eſſe inditum.*

(ε) Ex Illyrico] *ex Mœſia, inquit Perſona in* Orat. de Witteberga, *ut ſint iidem* Sorabi, Servii *&* Serbi: *Joh. Mich. Bentherus in* in Not. ad patris Comment. in Taciti German. part. 1. cap. 18. n. 6. *Ab iis nomen retinet* Soravv *in ſuperiori Luſatia; idem in* Not. ad part. 2. cap. 2. n. 23. Mœſia *autem intelligitur ſuperior, qua hodie Serviam & Boſniam complectitur: nam inferior hodie Bulgaria dicitur, ut docet Simlerus in* Not. ad Æthici Coſmograph. *Mich. Virdungus in* Comment. in Taciti Agricol. cap 41.

(ζ) Alii aliter] *velut Krantzius lib. 1. Saxon. in præfat.* Pulſis (*per VVandalos*) ex Bohemia fluminum accolis, nomina fluviorum, ad quæ pridem incolebant, ſecum (ut creditur) extulerunt: ut qui in proximis regionibus ad Luſuntium incoluere, partem Sleſiæ nunc tenentes, quæ Luſatia dicitur, Marchioni parens Brandenburgenſi, Luſatii dicantur. *Videtur ſentire, veteres Germanos e Bohemia a Slavis Zechiis, quos VVandalos vocat, expulſos in Luſatiam ceſſiſſe, ibique conſediſſe: ſed ita ſibi ſentit abſque certa auctoritate.*

(η) Saxones] *Georg. Fabricius* lib. 5. Orig. Saxon. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. de Luſatia.

(*) *Luticios* olim apellatos fuiſſe Luſatios vult Alb. Kranzius *lib. V. Saxon. cap. 1.* Sed conſtat Luiticios eoſdem eſſe cum Wilzis, quorum ſitum ad *Eginhartum cap. 12.* deſcripſimus. De Luſicis vero, unde Luſatia nomen ſuum accepit, vid.

Digitized by Google

incolunt, ſub fide & obſequio Imperii Germanici, a quo Rex Bohemiæ [α] jure clien- A
telari in beneficium obtinuit. Cæteroqui ad Saxoniam ſpectat: [β] eſtque unum ex ſeptem feudis vexilliferis Saxoniæ, [γ] jureque Saxonico [δ] utitur in cauſſis tam civilibus, quam criminalibus.

4. Situm regionis deſcribit Theodoricus a Nihem, (ε) Epiſcopus Verdenſis & Cameracenſis, in *Nemore union. tract. 6. in Labyrinth. cap. 33. fol. 485.* de Carolo IV. Imp. loquens; *Ac etiam Luſatiam, quæ inter fines Saxoniæ, Miſniæ & Poloniæ conſiſtit &c. Regno Boemiæ adjecit, illa etiam Imperium turpiter ſpoliando.*

5. Sæpe autem numero hæc Marchia Dominos ſuos mûtavit, coacta cedere in jus ditionemque victoris, aut potentioris; nuncque Miſnum, nunc Bohemum, nunc Saxonem, nunc Brandenburgium, recognoſcere. Primus eam Henricus IV. Imp. Vra- B
tislao, Bohemiæ Regi, [ζ] perpetuo jure poſſidendam conceſſit & confirmavit in Comitiis Moguntinis anno Domini noſtri MLXXXVI. Sed non adeo perſtitit, quin ſubinde ad exteros recideret, donec Carolus IV. inſeparabilem illam, quam dixi, incorporationem [η] ab Electoribus & Statibus Imperii obtinuit, ut ſequente libro a nobis explanabitur.

6. Interim tamen Luſatia non receſſit a Jure Imperii Germanici, quod in Receſſibus [ϑ] ejus confirmatum, & Matriculis [ι] quoque cenſitum, ac repetitum aliquotiens legimus. [**]

vid. Celeb. Gundlingius in libro *de Henrico Ancupe p. 172.*

(α) Rex Bohemiæ] *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1086. & ſeq. *Juris publici Interpretes putant, Electoratum Bohemicum non fuiſſe ſuper ipſo Bohemiæ Regno, cujus caput Praga eſt, ſed ſuper Luſatia fundatum, cujus caput eſt Gorlicium. Quibus tamen repugnat manifeſtus textus Aureæ Bullæ Caroli IV. Imp.* tit. 20. *ut infra ſuo loco demonſtrabimus.* [*]

(β) Ad Saxoniam ſpectat] *Joan. Garzon Bononienſis Rer. Saxon. lib. 1. in princ.* Vitigitis (*VVitikindi*) Saxonum Regis familia Thuringiæ, Libonotriæ, Miſniæ, ſimulque Luſatiæ, quæ regiones ſunt Saxoniæ, imperabat. *Carolus Stephanus in Diction. hiſtor.* Luſatia Saxoniæ regiuncula, quamvis Bohemorum ditioni parens, tamen Saxoniæ tribuitur. *Eadem affirmant Birckheimerus in* Explicat. German. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. *Boemus Aubanus* de Morib. ac rit gent. *Mercator in* Atlante. *Johan. Boterus Miſnia parte facit della Relation. univerſal. lib. 1. fol. 157. de Luſatia ſcribens* Era già parte della Miſnia, ma è ſtata poi unita alla Boemia, alla cui corona appartiene; la ſua metropoli e Gorlizza &c. *Nimirum illis temporibus Marchio Miſniæ Orientalis, quæ & Oſtlandia ſeu Oſterlandia, & Landſpergenſis Marchia & Libonotria, antiquitus dicta, Dominus erat etiam Marchiæ Luſatianæ. Fabricius* d. lib. 5. Orig. *Garzon* d. lib. 1. *Petr. Albinus in* Chron. Miſniæ, *VVolfgangus Krauſius* im Stamm und Ankunfft des Hochlœblichen Hauſes zu Sachſen, &c. *Hofmannus in* Pompa Regii ingreſſus in ſuper. Luſat. in præfat.

(γ) Feudis vexill. Saxoniæ] *Specul. Saxon.* lib. 3. artic. 62. *Gloſſa in* artic. 53. d. lib. 3. Keyſerlich und Kœniglich Land-und Lehenrecht part. 1. tit. 37. §. 2.
100 *Repkavv in* prooem. German. *in* Landrecht, *& ibi Zobelius in* addit. *Spangenberg.* im Adelsſpiegel, *Johan. Matthæus VVackerus a VVackenfels, Conſiliarius Cæſareus prudentiſſimus, in* Voto de con- C
troverſia Saxonica ſuper jure præcedent. in dignit. & ſucceſſ. fol. 39.

(δ) Jure Saxonico utitur] *Arnmans in* Diſcurſ. 3. ad Aur. Bull. concluſ. 28.

(ε) Theodoricus] *qui tamen in hoc fallit, quod Carolum hac provincia, ſub qua videtur etiam Sileſiam complecti, Imperium ſpoliaſſe autumat. Nam Carolus hanc Luſatiæ cum Regno Boemiæ incorporationem fecit cum conſenſu Electorum atque Ordinum Imperii Comitiis Norimbergæ anno 1355. ha- D
bitis, ut videre eſt* tom. 1. Conſtitut. Imperial. 384. *Et Rex Bohemiæ etiamnum tenet in feudum ab Imperio.*

(ζ) Vratislao Regi] *Munſterus ſive Vadianus in* Scholiis ad Pomp. Melæ lib. 3. de Situ orb. cap. 4. *Curæus in* Annal. Sileſ. fol. 43. *Raphael Regius Volaterr.* lib. 7. Geograph. de Boëmia, *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirpe Slavic. in ſtemmat. Regg. Bohem. fol. 138.

(η) Incorporationem] *Lotinus in* Theſaur. po- E
litic. ſapient. part. 1. in Relat. de Aula & Regno Imp. Rom. fol. 61. *Boterus in* Relation. univerſal. lib. 1. de Boemia.

(ϑ) Receſſibus] *Ratiſponenſi anno 1471. §. 57.*

(ι) Matriculis] *Norimbergenſi anno 1431. Norimbergenſ. 1467. in fin. Ratiſponenſi 1471. in fin. Norimbergenſi 1480. Colonienſi 1488.*

[*] Multis pariter hunc errorem refutavit Schurzfleiſchius *Diſſert. XVIII. p. 13.* cum eum nuper contra clariſſimi Goldaſti argumenta re- F
coxiſſet Balbinus *Epit. Rer. Bohem. lib. III. c. 8.*

[**] De Luſatia Germaniæ Provincia conferatur pluribus Stranskius de *Republ. Bojema cap. 7. §. 4. & ſeq.* Conringius de *Finibus Imp. Germ. cap. 29.* Schurzfleiſchius *Diſſert. 18. & 65. §. 11. in not.* Balbin. *Epit. Rer. Bohem. lib. III. c. 17. ſeqq. & lib. III. Miſc. c. 2.*

CAPUT XVII.

A *Egra & Elenbogen Comitatus ſiti in ſuperiori Bavaria. Chebbe, id eſt, Egra, ſub Marchionatu Vohburgenſi. Civitas facta Imperialis ſub Friderico I. Imp. Invaſa a Rege Bohemiæ ſub Friderico II. Egranus & Elenbogius Comitatus Bohemo datus a Rudolpho I.* 101
Egra civitas eidem oppignorata a Ludovico IV. Imp. deſiit eſſe libera Imperii civitas. Feuda Bohemica in Imperio.

DE Comitatu Egræ, nec non Elnbogii, non quidem erat, ut immoraremur, quum conſtet inter omnes, utrumque Comitatum extra Bohemiæ ſylvam conſiſtere in ſolo & ſermone Teutonico, Bavariæque ſuperioris eſſe portionem. Namque ad Marchionatum Vohburgenſem ſive Chambenſem olim ſpectabant. [α]

B 2. Egra olim dicebatur Chebbe, *(β)* quomodo adhuc vocari a Bohemis inaudio. Quare error eſt in Diplomate Friderici II. Imperatoris ſuper conceſſione dominii Floſs &c. dato Baſileæ anno MCCII. ubi in manuſcripto, (γ) nobis quondam a Magnifico viro Ludovico Schwartzmaiero Conſiliario Cæſareo humaniter communicato, legitur: *von der Adelheit weyland Grævin von Cleve, gekaufft hat:* ſcilicet Fridericus I. Imperator, avus Friderici II. qui hoc diploma edidit. Fuit enim Adelheidis illa Marchioniſſa Vohburgenſis, & Comitiſſa in *Chebbe*, id eſt, Egrenſis. Reſtituendum ergo *Chebbe*, pro *Cleve:* quia Comitatus Egranus ſuberat Marchioni Vohburgenſi [δ] in ſuperiori Bavaria. Et Adelheidem poſtea in uxorem duxit Fridericus I. Imperator, & cum ea in dotem [ε] accepit Comitatum Egranum: qui jure dein ſucceſſorio & hereditario pervenit ad Fri-
C dericum II. Imperatorem, primi illius nepotem, ut dictum eſt.

3. Caſpari Bruſchii (ζ) hæc ſunt verba; *Als man zalt nach Chriſti Geburt 1179. iſt Eger aus einer Furſtlichen* (nempe Marchionali Vohburgenſi) *eine Keyſerliche und Reichs Statt worden. Iſt auch eine Keyſerliche Statt blieben bey hundert und ſechs und dreyſſig Jahr, nemlich bis man zahlt nach Chriſti Geburt 1315.* Quibus verbis affirmare videtur, Egram fuiſſe a Friderico I. Imp. manumiſſam, & libertate donatam, *(η)* ut privilegiis gauderet liberæ ac immediatæ Imperii Civitatis. In quo adſtipulatrices habet Sacri Imperii Ordinationes. (ϑ)

4. Primus Heinricus Dux Bavariæ, conſpiratione cum Rege Bohemiæ adverſus Fridericum II. Imperatorem inita, eam Imperatori fideliter parentem inopinato inva-
D ſit, & Bohemo in vim confirmationemque perfidiæ ſuæ conceſſit. Sic enim ſcribit Aventinus: (ι) *Heinricus in Bojemiam ad Regem pergit, fœdus & amicitiam diplomatibus & jurejurando confirmat: inter revertendum, hortatu Bojemi, Egram invadit, Bojemiæque Regno in clientelam dicat, cujus adhuc clientes Egrani ſunt.* At non tum permanſerunt: nam, Bavaro proſcripto ac domito, Bohemus Imperatori reconciliatus Egram Imperio reſtituit.

5. Rudolphus I. Cæſar dicitur genero ſuo Wenceslao Regi Bohemiæ Egranum & Elenbogium Comitatum in dotem conceſiſſe, Egræ anno MCCLXXXVI. Comitatum, inquam, non ipſum Oppidum Egram: quod in libertate ſua reliquit. Et errant ſecus tradentes. (κ)

6. Tan-

E (α) *Videatur Munſterus* lib. 3 Coſmograph. cap. 504 & ſeq. *Caſp. Bruſchius* in Beſchreibung des Vichtelbergs in der alten Nariſcen Land gelegen &c. *Aventinus in* Annal. Bojor.

(β) Chebbe] *Munſterus* d. lib. 3. cap. 504. *ubi in vulgatis exemplaribus Teuthonicis legitur* Cheb.

[γ] In manuſcripto] *poſtea reperi editum ab Hagecio in* Chron. Bohem part. 1. anno 1212. fol. 296. *unde videtur pariter cum ipſo mendo Dominus Schvvartzmaierus exſcripſiſſe.*

F [δ] Vohburgenſi] *qui Marchionatus ſuberat jurisdictioni eccleſiaſticæ Epiſcopi Ratiſponenſis. Unde Sigismundus Imp. Epiſtolam ad Concil. Baſilienſe de Compactatis Bohemicis perſcriptam in hunc modum ſubſignat;* Datum Egræ, Ratiſponenſis diœceſis *&c. apud Cochlæum in* Hiſt. Huſſitar. lib. 8. anno 1437. fol. 306.

(ε) Cum ea in dotem accepit] *Aventinus in* Annalib. Bojor. lib. 6. *Munſterus in* Coſmograph. lib. 3.

(ζ) Bruſchii] in Beſchreibung des Vichtelbergs. 102

(η) Libertate donatam] *quod & cæteri Hiſtorici affirmant. Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 505.

(ϑ) S. Imperii Ordinationes] *Friderici III. Imp.* in Reichsſatzungen part. 1. fol. 181. *Videatur Auctor* der Chronic der hylligen Statt Cœllen, fol. 139. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23.

(ι) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 7. fol. 560.*

(κ) Secus tradentes] *Dubravius* lib. 18. Hiſtor. Bohem. fol. 147. *Gerard. de Reo* lib. 1. Hiſt Auſtr. anno 1186. *Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia lib. 2. fol. 23. *Elias Reuſnerus in* Baſil. geneal. in Stemmat. Auſtriac. fol. 142. *qui putant Civitatem ipſam a Rudolpho Cæſare fuiſſe Regi donatam.*

6. Tandem Ludovicus IV. Imperator, accepta a Johanne Bohemiæ Rege ſumma A
viginti mille [α] marcarum argenti, Egram civitatem cum ſuo territorio in pignus [β] eidem conceſſit & aſſignandam curavit anno MCCCXV. Ex quo tempore in jure & poteſtate, id eſt, antichreſi, Regni Bohemiæ perſtitit uſque in hodiernum diem, & proporro perſiſtet, donec ab Imperio reluatur. (γ) [*]

7. Hæc ſunt verba Bruſchii [δ] civis Egrani: *Per hunc oppignorationis contractum deſiit Egra urbs eſſe Imperialis, quæ poſtea Regi Bohemorum parere cœpit, ut hodie adhuc ſolum Bohemorum Regem Dominum ſuum agnoſcit. Unde Aquila, urbis vetus inſigne, quam antea liberam geſtabant Egrani, inferiore ſui parte in teſtimonium talis oppignorationis cancellis incluſa eſt.*

103 8. Interim tamen ad conſervandum directum dominium & ſuperioritatem, non B
omiſſa ſunt tum Egra civitas cum ſuo territorio, tum Comitatus Elnbogii, publicis Imperii tabulis [ε] cenſeri. [**]

9. Sub Elenbogii autem diſtrictu, quem Latini *Cubitum* dixere, continentur Dominia, Steina, Schlaccowaldia, Schlakenwerda, &c. [ζ]

10. Habet præterea Rex Bohemiæ quamplurima feuda in Imperio, [η] (***) quæ ab ipſo recognoſcunt jure vaſallitio Electores, Moguntinus, Palatinus, Saxo, & Brandenburgius; Archiepiſcopus Salisburgenſis; Epiſcopi, Bambergenſis, Herbipolenſis, Eichſtadianus, Auguſtanus, Conſtantienſis; Archiduces Auſtriæ & Burgundiæ; Duces Bavariæ, Saxoniæ, Wirtenbergiæ, &c. Marchiones Miſniæ; Landgravii Thuringiæ, Leuchtenbergiæ; Principes Hennenbergenſes; Burggravii Norimbergenſes; Abbates, Wald- C
ſachſenſis, Ingelnheimenſis, &c. Comites, Hanoviæ, Schwartzenburgii in Thuringia, Wertheimii, Gleichenſes, Hohnſteinii, Stolbergii, Leiſneckii, Eilenburgii, &c. Barones Limburgii in Franconia, Ruſſii Plawenſes, Milchlingii in Franconia, Schœnburgii in Miſnia, Wolffſteinii, Heideckii in Bavaria; Equites S. Georgii in Suevia, &c. Civitates, Norimberga, Ulma, Ratiſpona, &c. multique alii Principes, Prælati, *Comites, Barones, & Nobiles paſſim per Teuthoniam: in quos tamen Regi nulla competit jurisdictio, præterquam feudalis, nempe quum de ſucceſſione feudi [ϑ] aut ſimilis contro-

I 2 ver-

(α) Viginti mille] *Bruſchius habet, quadraginta mille, in* Deſcript. Egræ *apud Munſterum* lib. 3. Coſmograph. cap. 505.

(β) In piguus] *Carolus IV. Imp. in* Conſtitut. Regni Bohem. tit. 6. §. ult. in fin. *Johannes, Abbas Aula Regia, in* Chronic. part. 2. cap. 1. *Adrianus Romanus in* Theatro urbium fol. 176. *Bruſch.* in Beſchreibung des Vichtelbergs. *Munſterus* d. cap. 505. *Georg. Braun in* Deſcript. civitatum. in Egra.

(γ) Ab Imperio reluatur] *Carolus IV.* d. tit. 6. *Romanus* d. fol. 176. *Munſter.* d. cap. 505.

(δ) Bruſchii] *in Deſcript. Egra apud Munſter.* d. lib. 3.

(ε) Publicis Imperii tabulis] *Matricula Norimbergenſi anno 1467. in fin. Ratiſponenſi anno 1471. in fin. Norimbergenſi anno 1480.*

(ζ) *Zach. Theobaldus in* Bruſchio redivivo, *item in* Bello Huſſit. part. 2. cap. 3. anno 1438. *qua fuerunt in Comitum Slickiorum, Baronum Riſiorum, Pflugiorum, Reuſſenſium, & aliquando etiam Comitum Gleichenſium Dominatione.*

(η) Feuda in Imperio] *Martin. Boregk in* Chronic. Bohem. part. 2. in Georgio Rege fol. 346. verſ. Dann es kamen in der Statt Eger. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1461. *Joan. Cochlæus in*
104 Hiſt. Huſſit. lib. 11. *Marqu. Freherus in* Notis ad Pet. de Andlavv lib. 2. de Rom. Imp. cap. 2. *ubi de Rege Bohemia commentatur*; Tres Electores ſeculares, aliosque Priocipes, Comites & Civitates, pro quibusdam terris extra ſuos fines & nemus in ſolo Germanico ſitis, vaſallitio jure ſibi devinctos & obligatos habet. Unde Bohemiæ cum Germania conjunctio fit manifeſtior. *Eadem ingerit Joan. Jeſſenius a Jeſſen, Rector Academia Pragenſis in* Programmat. de funere Alberti Jani Baronis Smirzicii *&c. Joan. Bapt. Eyſen in* Deduct. Bohem. *Ludov. Perſona in* Orat. de Witteberga. *Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. D
lit. e. verſ. ipſe tameo tres Electores. *Beſoldus in* Diſcurſ. 5. Politic. de Reipubl. ſtatu ſubalterno, cap. 7. io fin. *ubi de feudis Bohemicis in Ducatu VVirtembergico ſitis, de quibus etiam Joh. Jacob. Plebſtius in* Comment. ad Jus topic. Wirtemberg.

(ϑ) De ſucceſſione feudi] *de qua non coram Imperatore, ſed Rege Bohemia, in prima inſtantia actiones inſtitui debent Praga in judicio appellationum, ut habet praxis uſitata, & teſtatur Auctor* E
des Wertheimiſchen Gegenberichts contra Würtzburg, part. 2. numer. 184. *cujus auctorem nominat Joh Philip. Reinhardum Beſoldus in* Diſſert. de Majeſt. ſect. 3. oum. 10. fol. 204.

[*] Pro quadraginta millibus marcarum argenti oppignorata hæc civitas cum territorio ſuo ab Imp. Ludovico, ut recte habet Bruſchius, cujus diploma cum incendio periiſſet, Electores io fidem hujus oppigoorationis aliud Carolo IV. dederunt. Vid. Appendicem Diplomatum, quam Gol- F
daſti Documentis in fine adjecimus.

[**] Plura de Egrano & Cubitano Comitatu habent Stransk. *de Republ. Bojem. cap. 2. §. 19. & 20.* Balbinus *Epitom. R. Bohem. lib. III. c. 16. & lib. III. Miſcell. c. 4.* Ceterum Matricula anni 1447, cujus verba jam ad *§. 11. cap. 14.* dedimus pariter Germaniæ adſcribit *Egranum & Cubitanum circulum.* Conſ. etiam matriculam anni 1481.

(***) Vide etiam, quæ de feudis Bohemicis in Imperio habet Sprengerus *lib. III. Inſtit. Jur. Publ.* G
c. 4. & Limnæus in *addit. ad Jus Publ. lib. III. c. 8.*

A verſia oboritur: quamquam hodie magna pars prædictorum feudorum a Rege Bohemiæ non amplius recognoſcatur. [a] Verum hæc quia nihil ad inſtitutum noſtrum faciunt, quid attinet pluribus inculcare? Propoſitum nobis erat hoc primo libro demonſtrare, Bohemiam cum ſuis provinciis incorporatis, Moravia, Sileſia, Luſatia, Egra, &c. injuſte, ne quid gravius dicam, ab Imperio Germanico abſcindi ac demembrari, extraque Nationem noſtram, neceſſitudinem mutuam & ſummam arctiſſimamque conjunctionem, quæ tot ſæculis inter Imperium noſtrum & Regnum illud interceſſit, eliminari & quodammodo excorporari. Quod quam inique & imprudenter ab eis fiat, abunde (ut puto) in hoc libro evicimus: nunc quam brevisſime poterimus, de juribus ac privilegiis Regni Bohemiæ incorporatarumque provinciarum, & quam ſtrictisſimis vin-
B culis Imperio Germanico nexæ vadatæque ſint, in ſequenti libro diſceptabimus.

(a) Non amplius recognoſcatur] *ut videre eſt in* Verzeichnuſs aller Teutſchen Lehen im Rœmiſchen Reich gelegen, ſo die Rœm. Keyſerl. Majeſt. als Kœnig zu Bœheim, den vveltlichen Chur- auch etlichen andern Fürſten, Graven, Herren, Ritter und Adelsperſonen zu verleihen haben, und biſshero noch in *eſſe* ſeyn, und empfangen vverden müſſen. *Olim Rex Bohemiæ etiam in Italia ſuos habuit beneficiarios, quorum nunc ju-*
C *ra ſimiliter ſunt obliterata per occaſionem factionis Huſſiticæ a Papa excommunicatæ, & ab Imperatore bannitæ: nec ulla eorum vel tralatitia fit mentio in Hemmerlini Conſiliarii & Commiſſarii Cæſarei* Relatione de feudis Imperialibus in Italia, *neque in Pauli Gartzvvileri, itidem Conſiliarii & Commiſſarii Cæſarei*, Relatione de Contributione Statuum Imperii in Italia: *neque in Anonymi cujusdam* kurtzen Extract des H. Rœmiſchen Reichs Lehen in Italia, vvie dieſelben allermaſſen beſchaffen *&c.* de anno 1607. *Cochlæus* lib. I. Hiſt. Huſſitar. in princip. *auctor eſt, Carolum IV. in Italia Collegiatam erexiſſe eccleſiam in villa Terentii Parmenſis agri, & magnifice dotaſſe; jus autem patronatus ejus Eccleſiæ contuliſſe Præceptori Cathedralis Eccleſiæ Pragenſis.*

MEL-

105 MELCHIORIS GOLDASTI *HEIMINSFELDII*

LIBER II.

De Bohemiæ Regni, incorporatarumque Provinciarum, juribus ac privilegiis; necnon hereditaria Regiæ Bohemorum familiæ ſucceſſione.

CAPUT I.

Slavorum irruptio in Bohemiam Germanis moleſta. Slavorum ſervitus. Schlaff *pro mancipio. Bohemorum ſubactio. Eorundem rebelliones, & tandem deditio. Bohemorum Zecchiorum in jus ac libertatem Reipublicæ Germanicæ receptio. Nobilitatis Bohemicæ privilegia in Imperio, & ipſius Regni amplificatio a Germanis facta. Fides Slavica. Falſo jactata Bohemorum exemptio. Eorundem ingratitudo in Reges ac Imperatores.*

Est quidem ita; maximæ molis erat, Slavicam in Bohemia domare ac ſubigitare gentem. Ut enim Slavi primum in Bohemiam & confinia ejus ſunt ingreſſi, nunquam ceſſaverunt infeſta continuo negotia Teutonibus faceſſere, (α) quibus initio non admodum grati erant hoſpites. Quamobrem Germani, ægerrime A
106 ſuſtinentes in ſinu ſuo alienigenas, ceu proſerpentes quaſdam beſtias, fovere, aſſiduo laborabant, ut S'avos ſedibus occupatis rurſum depellerent, aut, ſi id fieri propter multitudinem eorum non poſſet, frenum ſaltem injicerent, ne ulterius progredi ac graſſari auderent. Hinc bella ingentia orta ſunt, Slavis pro poſſeſſione, Teuthonis pro jure ſuo pugnantibus. Et fortuna plerumque Germanis favebat, ut victos & captos Slavos in miſerrimam ſervitutem (β) abducerent, eosque jumentorum inſtar paſſim per Europam diſtraherent, ad operaque publica deſtinarent. Hinc nata eſt illa vulgaris loquendi formula, qua non Germani modo, ſed plerique Europæi etiamnum utuntur, ut *Slavos* pro ſervis (γ) & mancipiis in communi ſermone uſurpent. B

2. Tandem tamen Slavi victoribus Germanis cedere, jugumque Teutonicum ſuſcipere, fide data & ſacramentis præſtitis coacti ſunt, tributumque de terris occupatis annuatim ſolvere. Nec vero tuta eorum fides aut firma uſquaque fuit, quin ſubinde, minima quaque occaſione rebellandi arrepta, ad perfidiæ ſcelus perpetim relaberentur; donec tot bellis fracti atque attriti ad eam confugerent humilitatem, ut rogantes ſupplicitur pacem, ſeque ſuaque omnia Germanis dederent. Quam ab innata & ſolita Germanorum humanitate non difficulter impetrarunt, libertate inſuper addita, ut quemadmodum Saxones, ita Slavi quoque, abjecto Dæmonum cultu, & relictis patriis C
cæri-

(α) Teutonibus faceſſere] *Joan. Aventinus* von den Urſachen und gegenvvehr des Türckiſchen Kriegs, part. 3. anno 700.

(β) In miſerrimam ſervitutem] *VVitikindus* de Geſt. Saxon. lib. 1. *de bello Ottonis I. Imp. contra Slavos Redarios:* Servilis autem conditio, & omnis pecunia cum uxoribus & filiis, & omni ſupellectili Barbarorum, Regis (*ſcil. Ottonis*) captivitatem ſubibant. *Plura exempla in ſequentibus producentur.*

(γ) Slavos pro ſeruis] *Nicol. Rigaltius in* Gloſſar. tactic. verb. σκλάβος. *Joan. Meurſius in* Gloſſar. Græco-barb. in verb. σκλάβα, σκλαβια, σκλαβίνα, σκλαβινία, σκλαβόννειν, & σκλάβος. *Nicotius in* Dictionar. Gallic. verb. Eſclave. *Matth. a Sudetis in* Subſeciv. de Orig. Bohem. & Slavor. *Johan. Fiſchartus ſive Menszerus JC. in* Gargantua cap. 10. verſ. unſer Sprach, fol. 205. *Martin. Cromerus* lib. 1. Rer. Polon. cap. 13. *Jodoc. Lud. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polon. D

A cærimoniis, Chriſtianæ religionis inſtituta ſuſciperent, & Germanis adunati uno eodemque Imperio continerentur, & unus cum eis populus efficerentur: reliqua ducis, Vladiccorum, (α) Lobothonum, totiusque gentis jura nihil prorſus labefactarentur. Quinimo, ut Nobilitatis Slavicæ ferocitas demulceri poſſet, & omnis rebellandi occaſio in poſterum tolli, hanc potiſſimum rationem Germani invenere, ut eam non honoribus modo in Imperio, ſed & opibus locupletarent, ipſamque Bohemiam multarum terrarum acceſſione in ipſa media Germania amplificarent. Ac ne ſic quidem conſtans & perpetua eorum fides fuit, quin bella ex bellis ſererent, quietem Imperii Germanici turbarent, & officia debita atque obſequia, eidem detrectarent, adeo ut *fides Slavica* (β) 107
(*) apud majores noſtros in proverbium abierit, pro ſubleſta & fallaci.

B 3. Hæc bella, vel potius rebellia, inſtitutum exigit, ut, quam breviſſime poterimus, in compendium redigamus, & a primordio ſuperventus Slavorum per ſæcula contexendo, carptim demonſtremus, nunquam Bohemos eam, quam nunc tantopere venditant, abſolutam libertatem, (**) & a Republica Germana penitus ſeparatam conditionem eſſe nactos, nedum, ut cum pace & indulgentia Imperatorum ac Regum Romanorum (γ) ullo tempore obtinuerint; quibus tantus labor tantumque opus erat eos in officio continere.

4. Præterea & illud eluceſcet, quam nihil Bohemi ab ingenio ſuo alienum faciant, ſi non modo Regibus ſuis, verum ipſis etiam Imperatoribus, ſupremis ſuis Dominis ac patronis, quibus omnem ſuam libertatem, (***) honorem, dignitatem, & uno verbo
C ſalutem debent, tam ingratam ſemper reddiderint gratiam.

5. Deni-

(α) Reliqua Ducis, Vladiecorum &c.] *Bohemi namque in fidem & amicitiam a Germanis Cæſaribus recepti ſunt, ut præter honorem, quem Majeſtati Cæſareæ debent, cætera immunes & liberi eſſent*; *Dubravius* lib. 18. Hiſt. Bohem. fol. 151. *Beſoldus in* Diſcurſ. de appellation. cap. 4. num. 5.

(β) Fides Slavica] *hinc Rudolphus, Presbyter & Conventualis Fuldenſis, vir apprime doctus & pius,*
D *in Annalib. Fuldenſibus anno 871. ſcribit:* Sclaviſco more fidem mentitus, & juramenti ſui oblitus &c. *Et Dithmarus, ex Comitibus VValbeccenſibus, Antiſtes Merſeburgenſ. lib. 6. Chronic. fol. 226.* Regnat ibidem (*in Bohemia*) perjurium cum fraude ſocia. *Aventinus Annal. Bojor. lib. 4. fol. 369. vocat* mendaciorum loquaciſſimos. *Inde adeo factum fuiſſe opinor, ut Zigineri, fallax hominum genus, a Gallis* Bohemi *indigitentur. Contra ea Martin. Cromerus contendit,* Sluvvos *ſeu* Slovvacos *quaſi*
E *veraces, & dictorum promiſſorumque tenaces, fuiſſe appellatos: quod nunc etiam apud Polonos & Bohemos inprimis probroſum ſit, promiſſum bono verbo factum fefelliſſe,* lib. 1. Rer. Polonic. cap. 13.

(γ) Imperatorum ac Regum] *quorum Majeſtatem qui minus conniter obſervat, praxeis Majeſtatis habentur, & juſtiſſime plectuntur. Ant. Contius JC. in* Comment. ad tit. D. & C. ad L. Jul. majeſtat. *Plurimum autem inter* Majeſtatem Imperatoriam & Regiam Dignitatem *intereſſe*
F *conſtat. Imperatoris enim eſt* Majeſtas; *Regis, Principis aut alterius cujusvis ſubditi eſt* devotio, *quam Græci* καθοσίωσιν *vocant. Nam devotionem omnes Reges, Principes &c. debent Imperatori, tanquam Jovi ſui, ſupremæ Majeſtati. Hinc illa vetus formula, quam Briſſonius in* Formul. & *Gruterus in* Inſcriptionib. *declarat,* Numini majeſtatique ejus devotus. *Hanc debitam devotionem qui Reges, Principes, Populi, &c. Imperatori, ſupremo Domino ſuo in terris, non præſtant,*
G *in tantam Majeſtatem peccare exiſtimantur, iique* indevoti *& læſæ Majeſtatis rei dicuntur. Quales ſunt, qui in vitam Imperatoris conſpirant, qui rebellant adverſus Imperatorem, tyranni, perduelliones, rebelliones, antarta, & ejuſmodi, quos nos diximus* indevotos, *Græci* ἀκαθοσιώτους *appellant. Philoxenus in Gloſſis:* Duelliooes, ἀντάρται, ἀκαθοσίωτοι, τύραννοι καὶ τυραννίδες. Ἀκαθοσίωτοι *ergo ſunt* indevoti, *qui devotionem cultumque Imperatoriæ Majeſtati debitum non exhibent: atque hinc* καθοσιώσεως ἔγκλημα, *crimen Majeſtatis dictum. Quod maxime committere cenſentur Principes rebelles, qui ſive propria auctoritate, ſive conſenſu ſubditorum, quorum favore utuntur ſibi Regna, Ducatus, Principatus, &c. ad Imperium ſpectantia ſumunt: quos Romani* Tyrannos, *poſterior ætas Græca voce* Intartos, Ἀντάρτους, *hoc eſt rebelles, tyrannos, & apoſtatas, vocavit,* ἀπὸ τοῦ ἀνταίρειν, *quod eſt contra ſurgere. Et* intartizare, *quo verbo utitur Anaſtaſius Bibliothecarius, eſt aſſumere & arripere Re-* 108
gnum alienum. Unde Antarium, Ἀνταρμός, *a Philoxeno & Feſto Pompejo exponitur bellum civile rebellium Principum, quale eſt præſens Bohemicum. Errat enim Bonavent. Vulcanius, qui aliter interpretatur, ut hæc omnia erudítiſſimus Salmaſius in* Notis in Trebellii Pollionis Gallienos fol. 289. *& in ejuſdem* Triginta Tyrann. in princ. *commodiſſime ad noſtrum inſtitutum explanavit.*

(*) Ait (Goldaſtus) *Slavicam fidem* pro-„ verbio dici ſubleſtam. Non credo Goldaſte, „ niſi fidem auctoritate alicujus boni Scriptoris fe-„ ceris, quod te nunquam facturum ſatis ſcio. Bal-„ bin. *lib. III. Miſc. c. 22.* Quamquam Goldaſtus ſatis fidem ſuam hac in re variis exemplis defenderit, non poſſum tamen non unicum his ex Engelhuſio adjicere, qui, cum narraſſet malam fidem Ottocari in Philippum, dicit inde proverbium enatum: *Non eſt fides in Bohemo.*

(**) De libertate Bohemorum vide mira prædicantem Stranskium *de Repobl. Bojema cap. 3. §. 9. ſeqq.*

(***) Quam tu mihi libertatem, quam ſalu-„ tem

Digitized by Google

5. Denique exempla hæc Bohemorum & Moravorum documento eſſe poterunt A
aliis gentibus ac populis, ne dum facilitatem (α) moderatiſſimi & clementiſſimi Imperatoris deſpiciunt ac contemnunt, pari juſtitiæ ſeveritate coercendi veniant, & ad debitum officium redigendi. Cum enim Imperator potiſſimum conſtitutus ſit fruendæ juſtitiæ cauſſa, mirum videri non debet, ſi clementia Cæſareæ facilitatem nonnumquam cogatur in ſeveritatem juſtitiæ convertere, ne impunitas rebellium (β) ac ſeditioſorum occaſionem aliis præbeat ſimilia tentandi in ſupremum Principem, qui Dei vices in terris gerit.

tem narras? num amiſſa libertate a Septemtrionibus in Illyricum, & ex eo in noſtras haſce oras veniebant, ut libertate donarentur? Atque nondum *Germanicum Imperium* erat conſtitutum; ipſa hæc protectio nihil aliud erat, niſi mera libertas, quam aliquando violari vicinorum artibus contigit, tu defenſionem libertatis *rebellionem* vocaſti. Quod majores noſtri duci & abduci nollent, quod occidi ſe non paterentur, nec ferrum reciperent, qui liberi advenerant, quod ſervitutem ultro imponi pronis cervicibus nollent, iis tu *rebellionis crimen* impingis. Conſule *Helvetiorum* tuorum, *Saxonum*, *Bavarorum* ac ceterarum *Germanicarum gentium* cum *Francis Imperatoribus*, ipſorum denique *Francorum* & *Italorum* cum *Germanis Imperatoribus*, bella pro libertate, pro patria, pro aris & focis geſta, an omnia hæc *rebellionis* vocabis? In Bohemorum bellis id facit Goldaſtus, & *catalogum rebellionum Bohemicarum* texit (ita enim loquitur) quoties *Bohemi*, neque dum Chriſtianis ſacris iniciati manum capulis admoverunt, & pro libertate ſua, utpote bene nati pugnantes, *Francorum* armis oppoſuerunt arma. Sane nemo tam amens reperietur, qui quoties *Hiſpani*, aut *Angli*, aut *Luſitani*, aut *Batavi*, *Barbarorum terras* invadunt, Populos illos *rebellare* dixerit, hic enim illud valet: *armis parari Regna, non legibus.* Pari exemplo *Germania & Bohemia* noſtra *Francis Imperatoribus* reſiſtens, *rebellaſſe* dici non poteſt, niſi *Imperium Germanicum* jure naturæ aut gentium conſtitutum eſſe dicamus, quo nihil dici poteſt abſurdius. Hac una defenſione o Goldaſte facile tibi *octoginta Bohemiæ rebelliones* delentur. Balbin. *lib. III. Miſcell. c. 22.* Diſtingue tempora, & multa, quæ abſona Balbino videntur, conciliabis; Si enim hæc de antiquiſſimis temporibus accipias, forte neminem habebit ſibi repugnantem. At alia plane facies *rerum Slavicarum* fuit, B
cum Franci ſub Carolingis priſca Germaniæ jura iterum vindicarent, & Bojemiam per peregrinam hanc gentem corpori ſuo abruptam Germaniæ reſtituerent. Victi dum ſæpe & in obſequium Germanorum ſunt redacti Slavi, a quo cum frequentiſſime recederent; poſtquam fidem dediſſent, nonne eos *rebellaſſe* jure dici poteſt?

(α) Facilitatem &c.] *qua de re diſſerit Matthias Berneggerus in* Annotat. in Taciti Agricol. in procem. loc. 5. *Rittershuſius in* Not. ad Guntheri C
Ligurin. lib. 1. verſ. 478. *Mich. Thomaſius in* Annotat. ad Lactant. de Ira Dei cap. 17. *Quo ſpectat illud Johannis Epiſcopi Varadienſis Hungari monitum ad Uladiſlaum Hungariæ & Bohemiæ Regem, quod Bonfinius* decad. 4. lib. 9. in fin. *refert hiſce verbis:* Unum non te latere percupimus, Ungaros non indulgentia, ſed ſeveritate molliri; non clementia & impunitate, ſed virga ferrea in obſequio retineri. *Sed quando Slavis* D
atque Ugris ſunt ferociora ingenia, tanto Auſtriacis Principibus moderatior inſidet natura, ut Maximilianus I. Cæſar Hungariæ victor ac domitor dixiſſe laudetur, Ungarorum ea eſſe ingenia, ut lenitate facilius quam inclementia flectantur, *referente Bonfinio* Rer. Ungaric. decad. 5. lib. 1. *non intelligens diſſolutam lenitatem, ſed mitem ſeveritatem, ut de Trajano Imp. loquitur Plinius in* Panegyr. cap. 80.

(β) Impunitas rebellium] *Joan. de Terra rubea in* tract. contra rebelles ſuor. Regum. *Nicol.* E
Boerius in tract. de Seditioſ. *Jodoc. Damhouder. in* Prax. rer. criminal. cap. 63. *Cujacius in* Paratit. C. de Seditioſ.

CAPUT II.

Hydra Lernæa Rebellionum, quas Slavi Bohemi adverſum Reges ac Imperatores Francos, alias ex aliis moverunt. Mediis armorum ea fortiter victa & reſecta ab Herculibus noſtris. Primus Gunthramnus Rex incommodum hoc tollere ſategit, quod ſubinde tamen ſuccrevit uſque ad Conradum I. ejus nominis Regem, ſed generis Franciei ultimum, hoc eſt, ab anno Chriſti nati DXCV. uſque ad annum DCCCCXVIII. 109

QUantum a memoria repetere poſſum ultima, Thaſſilo (α) Rex Bajoariæ primus occurrit, qui Slavos, graves perpetuo & infeſtos vicinos, bello aggreſſus ſit; quorum præter Zechiorum nationem, quæ, Sarmatia effuſa, F
Bojohemiam tenuit, Quarantanorum aut Carantanorum alia, qui nunc Carinthii, Dalmaticis oris progreſſa, Norici partem ad Hadriaticum ſinum ver-

(α) Thaſſilo] *Paulus Diaconus* lib. 4. Hiſt. Langobard. cap. 7. *Hermannus Contractus in* Chronic. anno 595. *Sigebertus Gemblacenſ. in* Chronograph. an. 595 *Velſerus* lib. 3. Rer. Boicar. fol. 202.

A vergentem inſidens, Bajoariam premebat. Parta victoria maximam prædam domum retulit anno Chriſti nati DXCV. Mauritio (α) Romanis & Græcis, Gunthranno Germanis & Gallis imperante.

2. Anno Chriſti nati DC. Bavari (β) in expeditionem adverſus Slavos juſſu Childeberti (γ) II. Francorum Regis ducti, Cacani Regis Ungarorum ſuperventu repelluntur.

3. Hactenus enim *Venedi* (δ) *& Hunni* (ε) *propriis inſtitutis liberi vixerunt, donec Venedos, juſſu Hildeberti & Dagoberti Regum Franciæ, Boji* (i. e. Bavari) *in obſequium & ditionem redegere*, inquit Aventinus Hiſtoriographus Bavaricus (ζ)

4. Anno Chriſti DCXXXIX. Dagoberto I. imperante, Venedi Francos inva-
B dunt, Thuringiamque & vicinas regiones crudeliter vaſtant. (η)

5. Anno ſequenti DCXL. Saxones, (ϑ) qui Dagoberto Regi quotannis perſolvebant tributum trecentarum vaccarum, offerunt ſuam operam in repellendis Venedis, qui Thuringiam ita vaſtabant, ſi iſto tributo liberarentur. Sed libertati pauca eorum, quæ promiſerant, præſtitere. Idcirco Dagobertus ſuum filium Sigebertum ſub tutela Pipi- 110
ni Majoris domus, ad defenſionem finium mittit, cujus opera Slavi feliciter repreſſi ſunt. De qua expeditione intelligi debent, quæ ſcribit Trithemius, Abbas Spanheimenſis; (ι) *Sclavos Sorabos*, inquiens, *qui nunc dicuntur Boemi, Rex Dagobertus bello aggreſſus vicit, ſuperavit, & Francis ſubjectos tributariosque fecit.*

6. Ex quo tempore non legimus quidquam memorabile cum Bohemis geſtum,
C uſque ad Caroli Magni Imperatoris ætatem; ſive quod quiete degerent ſub Francorum Imperio, ſive ita cohiberentur per Duces limitaneos, quos Marchiones vocamus, ne poſſent irrumpere. De Pipino Rege, Caroli Martelli filio, Magni patre, ſcribit Coſmas Pragenſis; [κ] *Talem nobis legem inſtituit Pipinus, Magni Caroli Regis filius, ut annuatim Imperatorum ſucceſſoribus* CXX. *boves electos, &* D. *marcas perſolvamus.*

7. Anno demum Chriſti nati DCCLXXXII. memorantur Bohemi Saxonum ſocii [λ] in bello contra Carolum Magnum geſto extitiſſe; & cum Hungaris & Venedis [μ] conjuncti irruptionem feciſſe in Saxoniam & Thuringiam.

8. Anno DCCLXXXIX. ſcribit Achilles Pirminius Gaſſarus; [ν] *Boji & Slavi* (*) *a Francis vincuntur.*

D 9. Sed poſtea quieviſſe aliquandiu ſub Caroli Magni potentia videntur. [**] Id obſer-

(α) Mauritio] *Cedrenus in* Hiſtor. *Zonaras in* Annal. *Conſtantinus Manaſſes in* Synopſi Chronic.

(β) Bavari] *Paulus Diaconus* d. lib. 4. cap. 11. *VVelſerus* d. lib. 3. fol. 203.

(γ) Juſſu Childeberti] *Aventinus* lib. 3. Annal. Bojor. fol. 191.

(δ) Venedi] *id eſt, Bohemi, Moravi, Styrii, Carinthii, Carniones, & illi, qui a Venedis no-*
E *men accepere*, Windiſchmarck, *qua eſt* Venedorum Marchia.

(ε) Hunni] *& Avares, qui nunc* Hungari, *quorum Rex* Chaganus *dictus, qui nobis hodie* Chan *&* Han *dicitur, ut* Tarter Han, *id eſt*, Tartharorum Chaganus, *hoc eſt, Rex: Leunclavius in* Hiſtor. Muſulman. Turcor. in Onomaſtic. altero ſeu interpretat. var. vocab. verb. Han, *Schindlerus in* Lexic. pentaglott. *Franc. Raphelengius in* Lex. Arab.

F (ζ) Aventinus] *lib. 3. Annal. Bojor. fol. 191.*

(η) *Aimoinus in* Hiſtor. Francor. *Rhenanus* lib. 2. Rer. German. fol. 168. *Calviſius in* Oper. Chronolog. anno 639.

(ϑ) Saxones] *Aimoinus in* Hiſtor. Francor. *Kranszius* lib. 1. Saxon. cap. 31. *Calviſius in* Oper. Chronol. anno 640. *Reiner. Reineccius in* Commentar. de orig. Saxon. fol. 10.

(ι) Trithemius] *in Compend. de orig. Regibusque Francor.* lib. 1. in Dagoberto LI. Rege Franc.
G fol. 51.

(κ) Coſmas] *lib. 2. Chronic. Bohem. in anno 1040. de legatione Bohemorum ad S. Heinricum II. Imp.*

(λ) Saxonum ſocii] *Bunsingus in* Chronic. Brunſuicenſ. fol. 26.

(μ) Hungaris & Venedis] *Auctor antiqui Chronic. Saxonic. & ibidem Joan. Pomarius in* addition. ſol. 36.

(ν) Gaſſarus] *in Epitom. Chronic. anno 789. Jach. Curaus in* Annal. Sileſ. fol. 28. *Mart. Cruſius in* Annal. Suevor. part. 1. lib. 12. *c. 9. & Georg. Calaminus in* Rudolphottocaro act 2. ſcen. 2. in Not. n. 10. *referunt ad annum 798. Claud. Fauchetus ſive Falcetus, JC. & præſes Regius*, lib. 7. Antiquit. Gallic. & Francic. cap. 7. *Joan. Tilletus ſive Tillius in* Breviar. Hiſtor. Francor. *Joan. Serranus in* Inventar. general. hiſtor. Francor. *Bernardus de Girard Seigneur de Haillain* part. 1. hiſtor. Franc. lib. 4. fol. 325. *ubi de prima expeditione in Bohemiam & de ejus occaſione atque cauſſa diſſerit.*

(*) Goldaſtus, nec non Balbinus *lib. I. Epit. R. Boh. c. 10.* ſub Slavis his Bohemannos ſeu Bojemos intelligit; verum ſi conferimus Annales ejus ætatis, bellum nullum hoc anno contra Bohemos, ſed Wilzos geſtum eſt, qui hoc in loco Slavorum nomine generali veniunt.

(**) Vide Stranskium *de Republ. Bojema cap. 8. §. 3.*

(α) Ade-

Digitized by Google

obſervo in Annalibus Ademari [α] ſive Adhelmi, [β] Benedictini Monachi, anno A DCCXCII. ſcribentis de Carolo Magno, Hungaria perdomita, redeunte; *Per Bajoariam reverti ſtatuit: alias vero copias, quibus Thederichum & Meginfredum præfecerat, per Behemannos via, qua venerant, reverti præcepit. Sic peragrata & devaſtata magna parte Pannoniæ, cum incolumi exercitu Francorum in Bavariam ſe recepit. Saxones autem & Friſones per Behemannos, ut juſſerat, domum regreſſi ſunt.*

10. Anno Chriſti DCCCIV. Bohemi [γ] ac Moravi Duce Lechone [δ] Hunos Francorum clientes infeſtant, & ſedibus ſuis pellunt. Ideo Theodorus [ε] Hunorum Chaganus ad Carolum Imperatorem confugit, petitque ſibi locum in Auſtria concedi, ubi ſecure habitet, quum pellatur a Slavis. Imperator eum humaniter ſuſcepit, promittit auxilia, & eum ad ſua remittit. B

11. Anno ſequenti DCCCV. Imperator Carolus Magnus mittit filium primogenitum Carolum [ζ] contra Slavos in Bohemiam, qui totam provinciam depopulatur,

K & Le-

111 (α) Ademari] *apud Aimoinum* lib. 4. de Geſt. Francor. in princ.

* (β) Adhelmi] *ſic annalium iſtorum auctorem indigetat Papyrius Maſſonus JC. in* Hiſt. Francor. *Guilielm. Ranchinus JC.* lib. 1. Var. lection. *Gryphiander in* comment. de Weichbild. Saxonic. cap. 3. n. 11. *& hoc nomine proſcripſit Freherus in* Francicar. rer. ſcriptor.

(γ) Bohemi] *Adhelmus in* Annal. Franc. anno 805. in princ. *Aimoinus* lib. 4. de geſt. Franc. cap 93. *Rheginó Prumienſ.* lib. 2. Chronic. anno 805. *Rudolphus Fuldenſ. in* Annal. Franc. anno 805. *Calviſius in* Chronolog. anno eod.

(δ) Lechone] *nominis alluſione decepti nonnulli* Lechonem *hunc, quem &* Leonem *&* Leskonem *vocant, Polonorum ac Sileſiorum, id eſt, Lechitarum, Principem faciunt; Joan. Dlugloſſus in* Hiſt. Polon. *Cureus in* Annal. Sileſ. *quum Lecko iſte non Polonorum fuerit Dux, & Bohemorum, hoc eſt, Lzitzeſchorum in Bohemia, cujus filiam Suatanam in conjugio habuiſſe dicitur VVittichindus, Rex Saxonum, ut ſcribit Buntingius in* Chron. Brunſvicenſ. fol. 26. *& Elias Renſnerus in* Baſilic. genealog. fol. 261. *Verba autem Curei in Annal. Sileſ. fol. 28. ſunt iſthæc;* Recenſentur duo Lechi, pater & filius, quibus interceſſit bellum cum Carolo Magno, quod incidit in annum Chriſti 786. aut circiter: & excitatum eſt hac occaſione, quod Poloni aut prædæ aviditate, aut metu potentiæ Hungaricæ, conjunxerunt ſe cum Hungaris adverſus Germanos. Eos repreſſit Carolus, & ad petitionem pacis adegit: qui Aquiſgrani per legatos reconciliati ſunt Carolo ea conditione, ut perſpicue teſtantur ſcriptores illius ſeculi, ut Imperatori ſolverent tributum *Interim tamen non negamus, etiam Polonos in hoc bellum a Bohemis fuiſſe pertractos, & a Carolo Magno ſimul devictos, & ſub* * *tributum coactos,* (*) *ut ſcribit Rhenanus* lib. 2. Rer. Germ. cap. 10. *Porro Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 876. *mentionem facit* Leckavvi [*male illic* Leslavv *ſcribitur*] *Ducis Kaurzimenſis in Bohemia, qui eo anno mortem ſine liberis obierit. Unde conſtat evidenter, Lechonem noſtrum non fuiſſe ſupremum omnium Bohemorum Principem, ſed partis tantum Ethnarcham, ab univerſis Bohemis in Ducem belli tantummodo adverſus Caroli Magni potentiam aſſumptum.*

(ε) Theodorus] *qui ſuſcepto Chriſtianiſmo, a Carolo Magno Regnum inter Sabariam & Carnuntum in beneficium ſive feudum acceperat; Aimoinus* d. lib. 4. cap. 91. *Hondorphius in* Promptuar. exemplorum in 3. præcept. decalog. *patri ſuccedens filius Abrahamus eodem Regno inveſtitus fuit; Aventinus in* Annal. Bojor. lib. 4.

(ζ) Mittit filium Carolum] *Eginhardus ſive Einhardus in* vita Caroli Magni, *Adhelmus in* Annal Francor. *Egoliſmenſis in* Hiſtor. Caroli M. *ubi Bohemorum regionem vocat* Sclavaniam, *& Ducem eorum* Lechoncogo, *Clemens Scotus ſive potius Notkerus Balbulus in* Hiſtor. Caroli Ma- C gni. *Rudolphus Fuldenſis* in Annal. *Aimoinus* lib. 4. Hiſt. Francor. cap. 93. *Ado Viennenſis in* Breviar. Chronic. ætat. 6. *Rhegino Prumienſis* lib. 2. Chronic. *Marianus Scotus* lib. 3. Chronic. ætat. 6. anno 804. *Hermannus Contractus in* Chronic. *Sigebertus Gemblacenſis in* Chronograph. *Anonymus Abbas Schvvarszahenſis* in Chronico, *quod Conradus Urſpergenſis continuavit* fol. 327. *Lambertus Schafnaburgenſ.* de Reb. geſt. Germanor. anno 804 *Albericus Monachus in* Magno Chron. Bel- D gic fol. 44. *Albertus, Abbas Stadenſis, in* Chronic. fol. 73. & anno 805. *Conradus de Mure, Cantor & Canonicus Thuricenſis, in* Hiſtor. Caroli Magni, *& ex eo Lud. Lavaterus* Homil. 46 in Johannem fol. 51. *Flav. Blondus* decad. 2. lib. 1. *M. Ant. Sabellicus* Ennead. 8. lib. 9. *Hugvv. Mutius* de Reb. German lib 9. *Mart. Cromerus* Rer. Polonic. lib. 2. in Leſco II. Duce fol. 23. col. 1. *Nicol. Gilius in* Chron. Franc. in Carolo M. *Albert. Krantzius* lib. 2. Saxon. cap. 6. & cap. 19. *Rhenanus* lib. 2. Rer. E Germanic. cap. 10. *Robert. Gaguinus* de Geſt. Franc. lib. 4. fol. 51. *Joan. Tillius in* Recollect. de Regib. Franc. in Carolo M. & in Chronic abbreviato anno 806. *Joan. Huttichius* de Vitis Impp. in Carolo M. *Guilielm. Revillius in* Promptuar. iconum part. 2. fol. 126. *Hubert. Goltzius in* Imperator. imagin. cap. 113. *Joan. Cario* lib. 3. Chronic. *Brotuffius* lib. 1. Chronic. & antiquit. Martisburgenſ. cap 12 *Petr.* 113 *Albinus in* Chronic. Miſniæ, *Jacob de Strada Mantuanus & Antiquarius Cæſareus in* Epitom. th. ſau- F ri antiquit. in Carolo M. *Martin. Cruſius* part. 2. Annal. Suevic. lib. 1. cap. 2. *Nicol. Renſnerus JC.* in Cæſarib. *Erpoldus Lindenbrogius in* Chron geſtor. Caroli M. anno 805. fol. 223. *Marc. VVagnerus in* Chron. Caroli Mag. *Matth. Dreſſerus in* Millenar. 5. *Joan. Serranus in* Inventar. hiſt. Franc. *Chriſtoph. Lehmannus* lib. 2. Chronic Spirenſ. cap. 45. & cap. 48. *Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotidian. concluſ. 24. lit. c. *Suaviter autem & belle nobis fabulatur Bernard. Girardus, Haillans Domicel-* G *lus, Eques Gallus, qui neſcio quam Bohemorum legationem Carolo filio obviantem comminiſcitur, & ſuperbientem confingit orationem. Quam non gravabor, quia eſt de præſenti tractatione, in gratiam*

A & Lechonem Ducem (α) qui audebat aciem opponere, [β] occidit, provinciamque in ditionem Imperii ac ſub tributum [γ] annuum redegit. Belli cauſſam Nicol. Vignerius [δ] hiſce verbis enarrat: *Anno 804 cum Lecho Princeps Slavorum, qui Bohemiam* 112
tenebant, continuas incurſiones & deprædationes in provincias Francorum & ſociorum faceret, tandem Carolus Magnus coactus fuit injurias toties acceptas vindicare, & inſolentiam ejus compeſcere. Miſſo itaque filio ſuo cum exercitu Bohemiam, & Principem Lecconem in prælio interfecit, & regionem ſubegit. Aliam cauſſam aſſignat Bonfinius,

tiam lectoris adſcribere. Legitur tom. 1. Hiſt. Francor. lib. 4 fol 342. & ſeq. hunc ad modum; Charles ramena ſon armee contre les Bohemes, qui ſentans venir ceſte grande puiſſance tant de
B François naturels, que de leurs anciens alliez, & de ceux, qu' ils auoient nouvellement conquis, penſerent que tout devoit ceder au ieune Charles, qu' ils nommoient le Fils de Fortune. Et pour ceſte occaſion ils luy envoyerent leurs Ambaſſadeurs, deſquels le Chef n' uſa d' une ſi humble harangue, que doivent ceux, qui ſe rendent ſubjects à un Prince, aincois ſe ſouvenans de l' ancienne libertè des Scythes, dont les Bohemes ſont deſcendus, il parla en ceſte facon: Nous avons
C jusques icy gardè noſtre reputation, tant pour avoir domptè les grandes & belliqueuſes nations, que pour navoir oncques eſtè vincus; & ſi la Fortune eſtoit raiſonnable, autant d' hommes combattroient pour noſtre querelle, comme il en marche ſoubs tes ſeignes. Les Dieux nous ont iadis favoriſez, & maintenant ils ſont pour toy. Cen' eſt point voſtre vaillance, mais c' eſt noſtre deſtin, qui te cede. Vſe doncques du temps, puis que tu l' as, car il n' eſt rien ſi moble; & recoy, Prince tres-
D heureux, ces vaillans hommes en ton obeiſſance, ce qui eſt le plus grand bien, qui jamais te pourroit advenir. *Belle quidem hæc omnia, & in honorem nationis Bohemicæ, ſed ficte, & contra fidem omnium tam antiquorum, quam recentium auctorum. Quæ fuerit Bohemorum ad Carolum Imp. legatio, in ſequenti §. ex probatis hiſtoricis referetur.*

(*) Perſtringit Goldaſtum Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.* quod dicat *Bohemiam tributariam*
E factam Germanis, conf. etiam Schulzius, qui hanc regionem ab omni tributo Germaniæ ſolvendo liberam fuiſſe, peculiari libello demonſtrare aggreſſus eſt. Verum nullius ponderis ſunt illorum argumenta, cum Scriptores coævi plane contrarium teſtentur. Vid. Conring. *de Fin Imp. c. 18 & 29.* ut & Fibingerus *ad Henelii Sileſiogr. lib. I. c. 1. §. 31. & ſeq.*

(α) Lechonem] *quod nomen varie in variis libris variatur*, Lech, Lecho, Becho, Lecco,
F Zecho, Letho, Leo, Leſco, Letzo, Lechonecogo, *&c. Non fuit autem Polonorum Lechitarum Princeps, ſed Bohemorum Czechitarum: quanquam eodem tempore in Polonia regnaſſe commemoretur Premiſlaus, cognomento Leſtko, qui obiiſſe ſcribitur anno Chriſti 790. ſucceſſoremque habuiſſe Leſtkonem juniorem, & hic iterum anno 797. defunctus Leſtkonem tertium, ut memoria prodit Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 790. fol. 37. & anno 797. fol. 39. *Polonicarum rerum*
G *ſcriptores hunc Lechonem volunt fuiſſe Leſcum eo nomine II. Poloniæ Ducem, qui vicinis ſuis Hungaris & Slavis auxilium contra Carolum M. Imperatorem ferens in prælio occubuerit; Herburtus* lib. 1. Hiſt. Polon. cap. 8. in fin. *Guagninus* Rer. Polonic. tom. 1. *Neugebaur* lib. 2. Hiſt. Polon. fol. 45. *Cromerus* lib. 1. Rer. Polonic. in Leſco II. Duce, circa fin. *Fruſtra ergo miratur Vignerius, cur hiſtoria Bohemorum nullam mentionem faciant Principis ſui ſive Regis nomine Lechonis, quod plerique hiſtoriographi Bohemi Carolo Magno coætaneum faciunt Ducem Mnatam,* (*) *cujus obitus refertur ad annum 804. & ejus filium VVogenum, qui patri ſucceſſerit anno 805. eo ipſo ſeilicet, quo Lecho Dux Bohemorum in rebellione contra Imperatorem Carolum M. facta cecidit. Contra ea Hieronymus Henninges & Elias Renſnerus in* ſuis Genealogicis, *Boregk in* Chron. Bohem. in 114
Uneslao Duce VIII. fol. 24. *affirmare non dubitant,* Vinslaum ſive Uneslaum ætatis prærogativa Bohemiæ Principatu potitum, ſociis armis cum fratre Vratislao contra Carolum Magnum res geſſiſſe. *Æneas Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 9. *Dubravius* lib. 2. Hiſtor. Bohem. fol. 16. *hos aſſerunt Vorcii, quem Bohemi VVoginum vocant, fuiſſe filios. Mnatæ nepotes. Krantzius* lib. 1. Wandal. cap. 20. *pro Vinslao ſcribit Vrslaum, filiumque facit Mnatæ Regis Bohemorum, & in Regno ſucceſſorem; fratrem vero Vratislaum Sileſiæ Ducem conſtituit, & Vrislao filium aſſignat Grezomislaum, quem Bulkavva & Hagecius VVogem filium ac heredem faciunt, & Krizeſomyslaum patrio idiomate indigetant; fratremque ei adſcribunt VVratislaum, Ducem Satzenſem. Quæ mirifica variatio poſſet alicui ſcrupulum injicere, num vera ſit Bohemiæ Ducum a Bohemis tradita ſeries & ſucceſſio: cum Bohemia tunc non unum ſupremum Principem, ſed complures Duces abſoluto regnantes habuerit, ut probata hiſtoriæ teſtantur, & nos ſupra de Lechonibus diximus.*

(β) Qui audebat aciem opp.] *aditu Hercinii ſaltus noſtros prohibere, ait Aventinus* lib. 3. Annal. Bojor fol. 265.

(γ) Sub tributum] *Einhardus in* Vita Caroli Magni Imp. *Coſmas Pragenſis Epiſcopus* lib. 2. Hiſtor. Bohem. in anno 1040. *Adamus Bremenſis* lib. 1. Hiſt Eccleſiaſt. cap. 34. *Helmoldus Buzovienſ. Presbyter* lib. 1. Hiſtoriar. Sclavor. cap. 8. *Vincentius Belvacenſis in* ſpecul. hiſtorial. lib. 24. cap. 15. *Krantzius* lib. 6. Wandal. cap. 6. *Paul. Æmylius* lib. 3. Hiſtor. Francor. *Paulus Conſtantinus Phrygio in* Chronic. Regum, *Hugvvald. Mutius* de Reb. Germanor. lib. 9. fol. 70. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 87. in fin. & cap. 88. *Cromerus* lib. 1. Rer. Polonic. in Leſco III. fol. 23. col. 2. Matthias a Michov in *Chron. Reg Pol. lib. 1. c. 19.* Marq. Freherus in *Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2. c. 2. Auguſt. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. quæſt. 1 in princ. *Gerlac. Buxdorffius in* Diſſertat. ad Aur. Bull. c. 8. lit. c.

(δ) Vignerius] *in Summario Hiſtoriæ Francor. lib. 8. & in Chronic. rer. Burgundic. anno 806.*

(*) Incerta admodum ſunt quæ Scriptores Bohemici

finius, [α] ſcribens: *Boemi & Poloni, Slava gente editi, vicinos Saxones & Romano imperio* A
*parentes, ad defectionem ſollicitare ferebantur. Quos Carolus natu major felici marte
profligavit, cæſo Leone* (fort. *Lecone*) *eorum Duce, optima ad patrem ſpolia retulit* &c.
Trithemius addit, [β] *& ejus Ducatum Regno Francorum fecit ſubjectum.* Aventinus;
[γ] *nationem fortiſſimam ad officium Imperatoris cogit, victor cum triumpho ad patrem
revertit.* Einhardus: *Ita perdomuit, ut faceret tributarios.* Anonymus, Padelbornenſis Monachus, [δ] cauſſam belli hujus facit Bohemorum rebellionem, hiſce verſibus;

Natio Slavorum ſtudio ſatis aſpera belli,
Quos Behemos vocitant, in ſe levitate procaci
Irritant Francos, Caroli commoverat iram.
Quo contra miſſus multis cum millibus ejus B
Natus & æquivocus, bellum virtute ſagaci
Commiſit celeri victor quod ſine peregit.

Sed vera cauſſa fuit, quam modo memoravimus, nempe irruptio in Hunnorum terras, ut quæ olim Moravorum Regno uſque ad Granam flumen erant ſubjectæ, eas ſibi recuperarent, quas tum beneficio Caroli Imperatoris Hunni tenebant in ejuſdem clientela conſtituti.

12. Anno deincipe DCCCVI. in Bohemos iterum rebellantes bellum renovatur. De
qua expeditione Adhelmus (ε) ſcribit in hæc verba: *Miſſa eſt & manus de Bajoaria &
Alemannia atque Burgundia, ſicut anno ſuperiore, in terram Behemannorum, vaſtataque terræ non minima portione, abſque ullo gravi incommodo regreſſa.* Et Rhegino (ζ. C
Abbas Prumienſis: (*) *Sclavis compreſſis ex hac parte, Bohemos cum Bajoariis atque
Alemannis aggreditur, eorumque terram ex maxima parte vaſtavit*: Nempe Carolus
Magnus Imperator. Sigebertus, (η) Gemblacenſis: *Bethemani* (ſcribend. *Bechemani*)
Sclavis auxiliantibus ubique graſſantur, ſed a Carolo Imperatoris filio fortiter debellantur.
Hugwald. Mutius: (ϑ) *Boemi mittunt, qui pacem petant, qui obſides daturos, qui,*
115 *quicquid jubeat, facturos polliceantur. Prorſus enim erant fracti & victi, nam etiam
perierat in oppugnandis caſtris eorum Lechon. Carolus imperat obſides, conditiones fœderis præſcribit, quid ſingulis annis Carolo Magno tribuere debeant, ſtatuit, & reducit exercitum incolumem.*

13. Cum populis Henetis, ſcilicet Bohemis & Polonis, aſſidua bella geſſiſſe ſcri- D
bitur Ludovicus Pius Caroli Magni filius & ſucceſſor, circa annum Domini noſtri
DCCCXXX. (ι)

hemici de Ducibus ſuis antiquis in medium proferunt. Patet id quam maxime ex diverſa illa narratione Variorum Bohemiæ Hiſtoricorum. Secundum Goldaſtum nonnulli ex hac genre Auctores *Mnatam* ejuſdem ætatis cum Carolo M. fuiſſe volunt, Balbinus vero *lib. VII. Miſc. cap. 6.* cum anno 651. & Stranskius *de Rep. Bojema c. 8.* anno 735. obiiſſe arbitrantur, & ita pariter de ceteris ſuis Ducibus non inter ſe conveniunt. Czeſomyslum & Neclanum præſertim Carolo ſuppares fuiſſe vult Stranskius, quem vid *lib. cit. c. 3. §. 3.* & *cap. 8. §. 6. & 7.*

(α) Bonfinius] *de Reb. Ungaric. decad. 1. lib. 9.*

(β) *Trithemius*] *in Compend. Annal. de orig. gentis Francor. fol. 98.*

(γ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 265. & ſeq.*

(δ) Padelbornenſis] *in Annal. Vita Caroli M. lib. 4. anno 805. indict. 12. & ibi Reineccius in Annotat.*

(ε) Adhelmus] *in Annal. Francor. anno 806. Aimoinus* lib. 4. de Geſt. Francor. cap. 94. *Rudolphus Fuldenſ. in* Annal. anno 806. *Fauchetus* lib. 7. Antiquit. Gallic. cap. 13.

(ζ) Rhegino] *lib. 2. Chronic. anno 806. de Carolo Magno.*

(η) Sigebertus] *in Chronograph. anno 806.*

(ϑ) Mutius] *de Reb. Germanic. lib. 9. fol. 70.*

(ι) *Joach. Curaus Archiater Glogovienſis, in* Annal. Sileſiæ fol. 28. *Addit ibidem:* Anno 823. Francofurti iſte Ludovicus principes Henetos ad ſe accerſitos pacavit. *Quos ille putat Polonorum ac Bohemorum Regulos fuiſſe. Sed ei bona fide repugnant Adhelmus in* Annal. Francor. anno DCCCXXIII. in princ. *Aimoinus* de Geſt. Francor. lib. 4. *Theganus, Chorepiſcopus Trevirenſ. in* lib. de Geſtis Ludovici Pii Imp. *qui VVilſorum Rege* E
fuiſſe ſcribunt. Fuere quidem & iſti Slavi ex eadem patria, qua Bohemi, nempe Sarmatia, progreſſi in Germaniam, iiſdem lingua, moribus ac ritibus utentes, ſed Imperio Germanico ſubjecti, pariter ut Bohemi, Moravi ac Poloni: de quibus idem Adhelmus anno DCCCXXII. in quo conventu (*ſcilicet Francfurtenſi ad Mœnum*) omnium orientalium Sclavorum, hoc eſt, Abotritorum,
Soraborum, Wilſorum, Behemannorum, (**) **
Maruanorum, Predenecentorum, & in Panno F
nia reſidentium Avarum Legationes cum muneribus ad ſe miſſis accepit. *Eadem habet Aimoinus* lib. 4. de Geſt. Francor. *Calviſius in* Chronolog. anno 822. *addit*; & cauſſas dijudicavit, *quod Aimoinus ab eo allegatus non dicit, ſed anno demum ſequenti 823. quo VVilſorum controverſiam de ſucceſſione fratrum in Regno cognovit & compoſuit.*

(*) Contra clariſſima hæc coævorum teſtimonia quid opponi poteſt? Ratiociniis certe ſuis ea non
infringit Stranskius *de Rep. Boj. c. 3. §. 13.* G

(**) *Hoſtivito* Bohemorum Duci id adſcribit Bal-

A 14. Poſt partitionem Imperii inter filios Ludovici Pii Imperatoris, Lotharium I. Auguſtum, Ludovicum II. & Carolum II. factam, quum per eam potentia imminuta, fratribus non admodum bene inter ſe convenientibus, exiſtimaretur, Bohemi rebellare auſi ſunt, qui in partem ac ditionem Ludovici una pariter cum Moravis, Polonis ac Hunnis venerant, cum quibus non Ludovicus pater, ſed iſte filius (α) aſſidua bella gerere coactus fuit, ſubinde rebellantibus, & tributum dare recuſantibus. Initium fecere anno DCCCXLVI. quum Ludovicus, domitis Moravis, & Rege eis impoſito, *per Boemannos* (β) *cum magna difficultate, & grandi damno exercitus ſui regreſſus eſt.*

15. Anno DCCCXLVI. *Ludovicus Rex Germaniæ expeditionem in Ungaros ac Bohemos ſuſcepit.* (γ)

B 16. Anno Chriſti nati DCCCXLVIII. Ludovicus Rex e comitiis Confluentiæ habitis in Bavariam reverſus, *quaſi mediante* (δ) *menſe Auguſto Boemanos eruptionem molientes per Hludovicum filium ſuum, miſſa adverſus eos expeditione, contrivit, legatoſque pacis gratia mittere, & obſides dare coegit.*

17. Anno DCCCXLIX. *Boemani more ſolito fidem mentientes contra Francos rebellare moliuntur: ad quorum perfidos motus comprimendos Hermuſtus Dux partium illarum & inter amicos Regis primus, comiteſque non pauci, atque Abbates, cum exercitu copioſo mittuntur. Barbari vero pro pace & ſecuritate ſua obſides ſe daturos, & imperata facturos per legatos ad Tachulfum directos promittunt, cui præ cæteris credebant, quaſi ſcienti leges & conſuetudines Sclavicæ gentis; Erat quippe Dux Sorabici limitis.* (ε) (*)

C 18. Anno Chriſti DCCCLII. *Ludovicus Rex Pannoniam ſubegit, & Bohemos domum rediens cremavit.* (ζ) (**)

19. Anno Chriſti DCCCLVI. *Menſe Auguſto Hludovvicus Rex collecto exercitu, per Sorabos iter faciens, Ducibuſque eorum ſibi conjunctis, Dalmatas* (***) (lege *Delmatas*) *præ-*

Balbinus *lib. I. Epit. Rer. Boh. c. 10.* & quidem id anno 823. factum fuiſſe tradit, ſed *lib. VII. Miſcell. c. 11.* narrat hoc accidiſſe anno 840. quod quamvis Stranskius *cap. 8.* pariter affirmet, mihi tamen non ſit veroſimile, cum neminem ex antiquis Hiſtoricis ſibi adſtipulantem habeaut. Ceterum
D anno 823. Ludovico miſſa fuiſſe munera a *Neclano* idem Stranskius vult *cap. 3. §. 3.*

(α) Sed iſte filius] *Rhegino Prumienſ. lib. 2. Chronicor. anno 860.* His temporibus Ludovicus ſenior, frater Lotharii Imperatoris, plurima bella ſtrenuiſſime geſſit adverſus Sclavorum gentem

86 (β) Per Boemanos] *verba ſunt Rudolphi Fuldenſ. in Annal. Francor. anno 846.*

(γ) *Verba ſunt Georg. Fabricii Chemnicenſ.* lib. 1. Rer. memorabil. Saxoniæ univerſ. anno 946. *Con-*
E *ſentit Elias Reuſnerus in* Iſagog. hiſtor anno 846. fol. 414. *Lambertus Schafnabur. in* Chron. anno eod. *Sigebertus in* Chronograph.

(δ) Quaſi mediante] *ex eodem Rudolpho in anno 848. cujus verba transſcripſit etiam Calviſius in* Chronolog anno eodem.

(ε) *Verba ſunt ex* iiſdem Annalib. *Videatur inſuper Vignerius in* Summar. Hiſtor. Francor. lib. 2. anno 848. *Sigebertus in* Chronograph. anno 850. *Aventinus in* Annal. Bojor. lib. 4. *Calvi-*
F *ſius in* Chronolog. anno 848. & anno 849. *Georg. Fabricius* Rer. memorabil. Saxon. lib. 1. anno 850. *Elias Reuſnerus in* Iſag hiſtor. anno 850. fol. 414.

(ζ) *Marianus Scotus* lib. 8. Chronic. ætat. 6. anno 852. *Lambertus Schaffnaburgenſ.* de Reb. Geſt. Germanor. anno 846

(*) "Specimen edidit Goldaſtus apertiſſimum "mali animi, malæque & odio Bohemorum oc- "cupatæ mentis; nam cum laudabili diligentia *Bo-* "*hemorum cum Francis Cæſaribus* bella collegiſſet,
G "quæ in laudem *gentis Bohemæ* cedere poterant, "quæque apud eoſdem Scriptores legebat, tran- "ſiliit ſilentio. Balbin. *lib. III. Miſcell. c. 22.* Quoniam Balbinum, alioſque Bohemos id ægre ferre video, quod omiſſa ſint a Goldaſto ex Scriptoribus antiquis, quæ ad laudem gentis ſuæ faciant, adjiciam impoſterum omnia loca integra, ut conquerendi de malignitate Goldaſti tandem finis ſit. *Sed in illa expeditione* [pergit Annaliſta Fuldenſis] *jam tunc graviter vulneratus. Nam pridie cum exercitus vallum hoſtium vi magna irrumperet, & reſiſtentibus adverſariis ex utraque parte multi ſine diſcretione ſauciarentur, ipſe in ſiniſtro genu ſagitta percuſſus eſt. Cum legatis vero qui miſſi fuerant, quo minus ab eis debilitas ejus deprehenderetur, equo ſedens ſimulata ſanitate locutus eſt; cumque quibuſdam ex primatibus per miſſos ſuos legatorum verba nuntiaſſet, indignati ſunt aliqui eorum adverſus eum, quaſi ceteris præferri cupient, ſummam rerum gerendarum in ſe vellet inclinare, & citato impetu inconſultis ceteris bellum hoſtibus paci ſtudentibus intulerunt, ſtatimque experti ſunt, quid ſine timore Dei propria diſcordium poſſit virtus & audacia. Hoſtes enim effecti ſuperiores, cadendo perſecuti ſunt eos uſque in caſtra, occiſorumque ſpolia in conſpectu eorum ſecuri detrahentes, tantis eos terroribus affecerunt, ut evadendi ſpe penitus privarentur. Unde coacti obſides dabant eis, a quibus ſuſcipere dedignati ſunt, ut inlaſi ab hoſtibus, & via tantum publica pergentes patriam reverti potuiſſent.*

(**) Male hæc retulit Marianus Scotus ad hunc annum, cum omnium aliorum Annalium conſenſu pertineant ad an. 846.

(***) Nihil frequentius in Scriptoribus antiquis, quam ut *Dalmatiam* ponant pro *Dalemincia.* Sic Sigebertus Gemblac *ad an. 928.* Chronogr. Saxo *ad an. 926. & 1012.* aliique plures, qui forte nomen notius pro ignotiori adhibuerunt. Goldaſtus h. l. *Delmatas*, legendum eſſe cenſet, quoties de his Slavis apud Veteres ſermo eſt. Ego potius legendum eſſe exiſtimo *Dalmantia* & *Dalmantia*, cum

prælio ſuperat, acceptiſque obſidibus tributarios facit. Inde per Boemanos tranſiens, nonnullos ex eorum Ducibus in deditionem accepit. (a) A

20. Anno Chriſti DCCCLVII. *Apud Sclavos* (verba ſunt Aventini) (β) *nationem Germaniæ magnæ tum populoſam, tum ferocem, tumultuatum eſt. Schlavitza, Witzrachi Bojemiæ Dynaſtæ filius, cum fratre de potentatu contendit, fratrem Bojemia exi-*
117 *git. Principatum occupat, & Regi noſtro* (Ludovico II.) *non eſt audiens dicto. Germanus ad Regem exul profugit, ab eoque Ducatum impetrat. Erneſtus Dux limitis Septentrionalis Bojariæ, Rudolphus Præfectus Prætorio, Odgerus Epiſcopus Aichſtadienſis, cum copiis in Bojemiam pergunt, exulem Bojemum vi reducunt, popularibusque imponunt. Schlavitza fuga ſibi conſuluit, ad Ratiſolaum, Regem Moraviæ elapſus eſt.* Rudolphus Fuldenſis, (γ) qui hoc tempore vixit, hanc expeditionem paulo aliter refert in hunc B modum: *Otgarius Epiſcopus, & Hruodolfus Comes Palatii, & Hernuſtus, filius Hernuſti Ducis, cum hominibus ſuis in Boemanos miſſi, civitatem Wiztrachi Ducis ab annis multis rebellem occupaverunt, expulſo ab ea Scalajugato* (*) *filio Ducis Wiztrachi, qui tyrannidem tunc in ea exercebat. Quo per fugam elapſo, & ad Raſticen* (**) *ſe conferente, qui ab eo patria pulſus apud Cziztiborum* (***) *Sorabum exulabat, ad Regem fideliter veniens, loco fratris Dux conſtituitur.*

21. Anno Chriſti DCCCLXIX. Majore rurſus (δ) vi Slavorum nationes pleræque, inſtigante Ratislao Moravo, adverſus Regem Ludovicum II. inſurgunt. Bohemi terminos Bavariæ incurſant: Sorabi & Sileſii Thuringiam vaſtant. Rex Ludovicus Ratisbonæ quidem ſubſtitit, ſed per Duces feliciter Bohemos ac Sorabos rebelles domuit. C atque ad officium iterum redegit. *Behemi dextras ſibi a Karlmanno dari petunt & accipiunt*, ut habent Annales Fuldenſes.

22. Anno Chriſti DCCCLXXI. *menſe Octobri*, ut habent Annales Fuldenſes, (ε) *Rex Ludovicus in Bajoriam profectus, contra Behemos irruptionem in Regnum ſuum molientes, tutores partium ſuarum miſit, Arnum videlicet Epiſcopum, & Ruodolfum Comitem, alioſque cum eis.* Et Aventinus: (ζ) *Rudolphus*, inquit, *Dux limitis Aquilonaris Bojariæ, Bojemiam invaſit, Bojemos ad obſequium redegit.*

23. Anno Chriſti DCCCLXXII. *Ludovicus Rex* (ſcribit Aventinus) (η) *Reginoburgii conventu habito, vindicare ab ultimo dedecore a Venedis* (id eſt, Slavis) *injuncto*
118 *nomen gentemque Bojorum* (Bavarorum) *parat. Quatuor exercitus ad diverſos Orbis* D *cardines in Venedos arma movere præcipit*, &c. *Luitprandus Archimyſtes Moguntinus cum Rheni accolis, cumque Lotharingiis, Bojemiam per ſaltus Hercynios vi penetravit; manu ferroque viam fecit. Zentislaum, Vtislaum, Hermannum, Spotimarum, & Moſolaum, Regulos quinque Bojemorum cum manu valida occurrentes, conjuratos Suatebogi* (Moraviæ Regis) *in fugam conjecit, multos occidit, pleroſque in Multam amnem actos ſubmerſit, Bojemiam prædando peragrat, cum triumpho revertitur.* Apparet Aventino ad manum fuiſſe Annales illos (θ) quantivis precii, quos Petrus Pithœus *Francorum*,

cum Witikindus paſſim *lib. 1.* & Auctor *Chron. Quedlinburg. p. 288. edit. Leibnit.* hanc lectionem præferat. Egregie hunc pagum deſcripſit Graunius in peculiari commentariolo, quem pagis ſuis adjecit Paulinus. Confer. etiam Balbin. *lib. II. Miſcell. c. 16.*

(a) *Rudolphus Fuldenſ.* in Annalib. Francor. anno 856. *Quem ſequitur Calviſius in* Chronolog. anno eodem. *Porro* Delmatæ *Slavi, quorum hic fit mentio fuerunt in Miſnia, in regione ab ipſis* Delmantia *dicta, ut obſervavit Pet. Albinus: ſed* Dalmatæ *Slavi ſunt in Illyrico, nunc Regno Hungariæ incorporati.*

(β) Aventini] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 316.*

(γ) Rudolphus] *in Annal. Francor. anno 857. ubi quem vocat* Scalajugatum, *cum Pet. Pithœi editio* Sclavitagum, *Aventinus* Schlavizam *appellat. Verum nec patris VVizsrachi, nec filii Sclavitagi, ulla fit mentio in hiſtoriis Bohemorum, apud quos tum Neklan regnaſſe memoratur. Sed habuit Bohemia illo tempore complures Duces ſupremo jure viventes, nec ulli alteri, præter quam Imperatori noſtro, obnoxii: quales ab Hagecio commemorantur VVlaſſiſlaus Dux Satzenſis; Kraſnick, Dobiſii filius, Dux Kaurzimenſis, & alii, qui ardua cum Neklano Duce Pragenſi bella* E *geſſerunt.*

(δ) Majore rurſus] *VValafridus Strabo in* Continuat. Annal. Fuldenſ. anno 869. *Aventinus in* Annal. Bojor. lib. 4. fol. 326. *Calviſius in* Chronolog. anno 869.

(ε) Annales Fuldenſ.] *in Continuat. VValafridi Strabonis, tum Monachi Fuldenſis, poſtea Abbatis Augienſis, in* anno 871.

(ζ) Aventinus] *in Annal. Bojor. lib. 4.*

(η) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 336.* F *Adde Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 105. anno 871. *Calviſius in* Chronolog. anno 872.

(*) Ita corrupte vocari Zaviſſium vel Slavvnikum vult Balbinus *lib. I. Epit. R. B. c. 10.*

(**) Radislaum *ibid.*

(***) Ctiborum *ibid.*

(θ) Annales illos] *quos Rudolphus, Presbyter & Monachus Fuldenſis inchoavit, & perduxit uſque ad annum* DCCCLXIII. *continuavit VValafridus Strabo, tum Monachus Fuldenſis, Rhabani* G *Abba-*

A *rum*, Freherus *Fuldenſium* nomine proſcripſit. In illis hæc leguntur: *Quidam deſtinantur contra Behemos, qui, Dei adjutorio freti, Duces quinque, quorum iſta ſunt nomina, Zwentislan, Witislan, Herman, Spoitiman, Moyslan, cum maxima multitudine ſibi rebellare nitentes, in fugam verterunt, & alios quidem occiderunt, alios vero in fluvio Fludaha ſubmerſerunt; qui autem evadere potuerunt, in civitate defecerunt. Deinde, parte non modica illius provinciæ depopulata, incolumes reverſi ſunt. In hac expeditione Luitbertus Archiepiſcopus primatum tenuit.* Audiatur & Vignerius (α) ſcribens: *Ludovicus Rex miſit exercitum contra Bohemos ſibi ex inſtigatione Zuendebaldi, Moraviæ Ducis, rebellantes. Quibus feliciter ſuperatis, quatuor eorum Duces, Zwentislaum, Witeslaum, Hermannum, Spolimarum, & Mislaum, profligavit. Hujus expeditionis conductor erat Luitpertus Archiepiſcopus Moguntinus: nec enim tum temporis*
B *inuſitatum erat Epiſcopos & Abbates bella ſequi, & prælus intereſſe.*

24. Anno DCCCLXXIIII. Ludovicus Rex Bohemos ſupplices ac deditios, & tributa afferentes, in gratiam recepit. [β]

25. Anno Chriſti DCCCLXXVI. *Ludovicus Pius,* [γ] (*) *Cæſar magnus, obiit. Ipſe Boemannos, Sorabos, Sliuſos, & cæteros Slavorum populos ita perdomuit, ut tributarios efficeret.* Et Krantzius (δ) inquit: *Quum ſæpe alias illa provincia* [Bohemia] *con-* 1:9
flictaretur Romanis Imperatoribus, dedit manus Ludovico Germaniæ Regi, Ludovici Imperatoris filio.

26. Anno Chriſti DCCCLXXVII. *Sclavi, qui vocantur Linones & Sliuſi, eorumque*
C *vicini, defectionem molientes, ſolitum dare cenſum renuunt. Quos Hludowicus* [III.] *Rex, miſſis quibuſdam fidelibus ſuis circa mediam quadrageſimam ſine bello compreſſit, acceptisque obſidibus nonnullis & muneribus non paucis eos ſub priſtinum redegit ſervitium.* [ε]

27. Anno DCCCLXXX. ſub Carolo III. Imp. ſcribit Strabus: [ζ] *Sclavi, qui vocantur Dalmatii,* (leg. *Delmatii*) *& Behemi, atque Sorabi, cæterique circumcirca vicini, audientes ſtragem Saxonum a Nortmannis factam, pariter conglobati, Thuringos invadere nituntur, & in Sclavis circa Salam fluvium Thuringis fidelibus prædas & incendia exercent. Quibus Poppo Comes & Dux Sorabici limitis occurrit, & divino auxilio fretus eos proſtravit, ut nullus de tanta multitudine remaneret.* Sane ipſi Bohemi apud

D *Abbatis diſcipulus, ut diximus. In cujus verbis quædam mendoſa irrepſerunt vitio ſcribentium, ut mihi perſuadeo. Nam pro* Fludaha, *Pithœi editio habet* Fuldaha: *reſcribendum ex Aventino,* Muldaha, *quæ civitatem Pragenſem interlabitur, de qua intelligi debet, quod ſequitur,* in civitate defecerunt, *ſcil. Pragenſi. Dein nomina propria Ducum ex Vignerio reſtituenda mutato* n, *in* u. *exigente etiam idiotiſmo Bohemico, nempe* Zwentislau, Witislau, *&* Moislau. *Nec injuria quis*
E *dubitare etiam hoc loco poſſet, cur nulla fiat mentio Neklani, qui hoc anno Ducatum Pragenſem poſſediſſe a Bohemis aſſeveratur, defunctus anno ſequenti 873. relicto filio Hoſtivvito, ejuſdem Ducatus poſſeſſore: quum ſcriptores iſtorum Annalium illo ipſo tempore vixerint, quo res erant geſtæ, & Abbas eorum Sigehardus inter potiſſimos expeditionis illius Ductores memoretur.*

(α) Vignerius] *in Summar. Hiſtor. Francor. lib. 2. anno 872.*

F (β) *VValafridus in* Annal. Fuld. anno 874. *Calviſius in* Chronolog. anno eodem.

(γ) Ludovicus] *Verba ſunt Adami Bremenſis* lib. 1. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 34. *quæ totidem ſyllabis repetit Albertus Stadenſis in* Chronic. anno 876. *Et Bohemos Ludovico tributa pependiſſe, aſſerit etiam Kranczius* lib. 2. Wandal. cap. 28.

(δ) Krantzius] *lib. 6 VVandaliæ cap. 6.*

(ε) *Ex VValafridi Strabi* Continuat. Annal. Fuldenſ. in anno 877. *Fuit iſte Ludovicus hoc nomine III. ſuperioris filius ſecundogenitus, frater Carolomanni Regis Romanorum & Caroli Craſſi Imperatoris. Sed quia ei in partitione Regni obtigerat Slavania extra ſylvam Bohemicam, vicini Siluſorum non poſſunt intelligi Bohemi, ut Aventinus putat, quod horum terras Carolomannus Cæſar creverat.*

(ζ) Strabus] *in d. anno 880.*

(*) Adamus h. l. Ludovicum male Pium & Cæſarem vocat, quem potius Ludovicum Germanicum appellare debuiſſet, ille enim an. 876. deceſſit. Poſt Patris mortem tres filii Regnum inter ſe diviſerunt, Carolomannus accipiebat Bajoariam, Pannoniam, Carnutum & regna Slavorum Bohemenſium & Marahenſium. Ludovicus, Orientalem Franciam, Turingiam, Saxoniam & Friſiam & partem Lotharii regni. Carolus, Alemanniam & aliquas civitates ex regno Lotharii, ut Regino, Annales Metenſes, Marianus Scotus, aliique plures partim ejuſdem, partim proximæ ætatis Scriptores teſtantur. Num contra hæc clariſſima & certiſſima argumenta valeat Balbini ratiocinatio, quæ legitur *lib. III. Miſcell. c. 21.* nullum ſcil. ex his tribus fratribus, maxime quod ad *Bohemiam*, poſſediſſe illas provincias, quas in charta divi-„ ſerant, cum præda, quam ante Venationem „ præceperant, nunquam compelli poſſet in retia, „ neque ullo jure ad eos Principes pertineret, aliis „ dijudicandum relinquo.

(α) Ha-

119 apud Hagecium [α] fatentur, & Cæſareis Legatis referunt, Borziwogium Ducem a Ca- A
rolo III. Imp. fuiſſe devictum, & Bohemis tributum impoſitum, quod hactenus fideliter ſolverint, & in poſterum præſtare non graventur.

28. Anno DCCCXC. ſcribit Rhegino, [β] Prumienſis Abbas: *Arnolphus Rex* [Imperator] *conceſſit Zundebolch Marahenſium Sclavorum Regi Ducatum Bohemenſium, qui hactenus Principem ſuæ cognitionis ac gentis ſuper ſe habuerant, Francorumque Regibus fidelitatem promiſſam inviolato fœdere conſervaverant*, &c. *Quæ res non modicum diſcordiarum & defectionis præbuit incitamentum. Nam & Bohemi a fidelitate diutius cuſtodita receſſerunt, & Zundebolch ex adjectione alterius Regni vires non parvas ſibi acceſſiſſe ſentiens, faſtu ſuperbiæ inflatus contra Arnolphum rebellavit.* [*]

29. Anno DCCCXCIII. Bohemi ita rebellantes ab eodem Arnulpho Imperatore bel- B
lo petiti ac domiti, in jus ditionemque Imperii Germanici rurſum rediguntur. [γ]

30. Anno DCCCXCVII. legitur in Annalibus Fuldenſibus: [δ] *Contigit, ut gentis Behemitarum Duces ad Imperatorem Arnulphum, qui tunc temporis civitate Ratiſpona moratus eſt, advenerunt, offerentes ei munera Regia, & ſua ſuorumque fidelium ſuffragia, contra eorum inimicos, Marahabitas ſcilicet, poſtulantes, a quibus ſæpe, ut ipſi teſtificati ſunt, duriſſime comprimebantur. Quos ergo Duces Imperator gratuito ſuſcipiens, verbaque conſolationis expectoribus abundantius inſeruit, & lætabundos donoque honoratos patriam in ſuam abire permiſit; totumque illius anni tempus autumnale finitimis in locis Aquilonaribus Danubii Ymbriſque fluminis ſeſe ſuſtentavit, hac etiam ratione, ſi ſupradictæ genti neceſſitas auxilii ſui immineret, paratus cum ſuis fidelibus exiſteret.* C

31. Anno DCCCC. Arnulpho Imperatori defuncto ſucceſſit Ludowicus filius ejus, ætate etiamtum parvulus: qui Bohemis pacatis ac morigeris uſus eſſe videtur, quippe qui eum in expeditione adverſus Moravos rebelles inſtituta ſint ſecuti, tranſitumque per Bohemiam liberum, exercituique commeatum conceſſerint. (ε)

32. Anno DCCCCII. referuntur Hungari per Moraviam in Bohemiam irruiſſe, & occiſis duobus gentis Principibus, depopulataque regione, in Auſtriam porro & Bavariam perrexiſſe. (ζ)

33. Anno DCCCCXVII. Conrado I. Regi, ſuperioris Ludovici IV. ſucceſſori & agnato, Bohemos fuiſſe ſubjectos, patet ex reſcripto quodam Henrici I. Regis ad Arnul-
phum Bavariæ Ducem exarato apud Aventinum. (η) Hic Conradus eſt ultimus Re- D
gum ſeu Imperatorum ſtirpis Francicæ, qui in Germania regnaverunt: nunc ordo exigit, ut ad Saxonicam proſapiam tranſeamus.

(α) Hagecium] *in Chronic. Bohem. part. 1. anno 1040.*

(β) Rhegino] *in Chronic. anno 890. Repetit Sigebertus Gemblacenſis in* Chronogr. anno 893. *Coſmas Pragenſis* lib. 1. Chronic. Bohem. fol. 8. *Val. Anshelmus Ryd in* Catalog. annor. & Principp. fol. 62. *Calviſius in* Chronolog. anno 890.

120 (γ) *Krantzius* lib. 6. Wandaliæ cap. 6. *Cuſpinianus* de Cæſaribus in Arnulpho. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 112. *Pet. Albinus in* Chronic. Miſniæ. *Calaminus in* Rudolphottocaro act. 2. ſc. 2. num. 11. *Calviſius in* Chronolog. anno 893.

(δ) Annalib. Fuldenſ.] *in Continuatione Strabi anno 897. Adde Calviſium in* Chronolog. an. 898.

(ε) *Strabus in* Continuat. Annal. Fuldenſ. anno 900. *Fuit hic Ludovicus Rex hoc nomine* IV. *ſub tutela Ottonis Saxonum Ducis: de cujus electione & aſſumptione videatur Hattonis Archiepiſcopi Moguntini Epiſtola ad Papam infra in* Append. ſub anno 901.

(ζ) *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 113. anno 902.

(η) Aventin.] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 377. in*
fin. Spangenberg. in Chronic. Saxon. cap. 119. E
anno 922.

(*) Vide hæc refellentem Stranskium *de Republ. Bojema c. 3. §. 10.* qui non ſolum donationem hanc impugnat, verum etiam Zundebolchum ſeu Suentepoldum nunquam Bojemiam poſſediſſe affirmat. Ego potius Reginoni coævo, aliiſque hac in re fidem habeo, quam recentiorum commentis.

CAPUT

CAPUT III.

A *Rebellionum Bohemicarum continuatio, tranſlato ad Saxones Imperio. Quorum primus Henricus Auceps Hydram hanc aggreſſus, vicit quidem ac ſecuit, ſed capita ejus alia atque alia ſuccreverunt uſque ad Henricum II. Saxonici generis Imperatorem, hoc* 121 *eſt, ab anno Chriſti nati DCCCCXX. uſque ad annum M I.*

SCribit Martinus Cromerus, (α) Epiſcopus ac Princeps Vladislavienſis Polonus, de Bohemis: *Nec ita tamen gens ea quievit, & Germanorum jugum pertulit, quin ſubinde eis negocium faceſſeret.*

2. Anno Chriſti nati DCCCCXX. de Henrico I. narrat Albertus Stadenſis: (β) *Rex Boemiam ingreditur, ipſaque tributaria facta, in Saxoniam revertitur.* Et Curæus Glogovienſis: (γ) *Bohemi, & cæteri Sclavi, ab Henrico Aucupe graviter cæſi ſunt, &* B *plerique ex illis devicti & domiti. Principem Bohemicum captum* [δ] *coegit, ut fieret tributarius* [ε] *Romani Imperii. Et tunc conſtituit Marchiam Luſaticam* &c.

3. Anno DCCCCXXI. *Heinricus Rex* [ait idem Stadenſis [ζ]] *Ungros quidem multis & gravibus præliis triumphavit, itemque Bohemos & Sorabos a prioribus Regibus domitos, & cæteros Sclavorum populos una, grandi prælio ita percuſſit, ut reſidui, qui pauci remanſerant, & Regi tributum, & Deo Chriſtianitatem* [η] *ultro promitterent.*

4. Anno DCCCCXXII. Heinricus Rex cum Arnulpho Bavariæ Duce in Bohemiam profectus, Ducem gentemque Bohemorum ad obſequium redegit. [ϑ]

5. Anno DCCCCXXVIII. ſcribit Rhegino: (ι) *Heinricus Rex Boemos hoſtiliter invaſit, & præſtante Deo fortiter vicit.* Addit Trithemius, (κ) ab eo tunc Pragam obſi- C dione cinctam, & Wenceslaum Ducem in fidem Imperii receptum.

6. Anno DCCCCXXX. referuntur ab rerum geſtarum ſcriptoribus, quæ tamen ſub 122 initium Imperii ab Henrico geſta. (*) Non piget apponere ipſamet auctorum verba fidei faciendæ cauſſa. Witikindus *de Rebus Geſtis Saxon. lib. 1. Poſthæc Pragam adivit cum omni exercitu, Bohemorum urbem Regemque ejus in deditionem accepit. Frater tamen erat Bolizlavi, qui, quamdiu vixit, Imperatori fidelis & utilis manſit. Igitur Rex Bohemias* (**) *tributarias faciens, reverſus eſt in Saxoniam.* Intelligit S. Wenceslaum

(α) Cromerus] *lib. 2. de Reb. Polonorum, fol. 29. col. 1. Cui adſtipulantur Albert. Krantz.* lib. 6. Wandal. cap. 6. *Petrus Heigius* Illuſtr. quæſtion. D part. 1. quæſt. 3. num. 41. *Ventura de Valentia ſive Joan. Valentinus VVintherus in* Parthen. litig. lib. 2. cap. 8. n. 18.

(β) Stadenſis] *in Chronic. anno 920. Gryphiander* de Weichbild. Saxon cap. 25. num. 16. *Krantz.* lib. 3. Saxon. cap. 7. *Elias Reuſnerus in* Iſagog. hiſtor. fol. 419.

(γ) Curæus] *in Annalib. Sileſiæ anno 920. fol. 28.*

(δ) Principem Bohemicum captum] *Spitigneum* E *vocat Aventinus* Annal. Bojorum lib. 4. fol. 486. *VVigul. Hundius in* Metropol. Salisburgenſ. in Epiſcopis Ratiſponenſ. cap. 8. anno 920. *VVenceslaum vero Nicol. Ciſnerus JC. in* Orat. de Othone III. Imp. & Inſtitut. Elector.

(ε) Tributarius] *Bohemiam Imperio ſtipendiariam fecit, ait Ciſnerus* dict. loco, *id eſt tributariam. Chriſtoph. Helvicus in* Chronolog. ſynopſ. hiſt. univerſal. in monarch. 4. fol. 81.

(ζ) Stadenſis] *in d. Chronic. anno 921. Mycillus* F *in* Epigrammat.

(η) Tributum & Chriſtianitatem] *Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. ætat. 6. cap. 47. *Hundius* d. cap. 8. fol. 60.

(ϑ) *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 119. anno 922.

(ι) Rhegino] *Chronicor. lib. 2. anno 928. Reusnerus in* Iſagog. hiſt. anno 928. fol. 419.

(κ) Trithemius] *in Chronic. Hirſaugienſ. & ex eo Calviſius in* Chronolog. anno 928. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon cap. 122. in fin.

(*) Mire inter ſe diſſentiunt & antiqui & recentiores Scriptores de initio belli hujus Bohemici, ut ex Auctoribus videre eſt, quos hic in partes vocavit Goldaſtus. Sed conciliari hæc omnia poſſunt, ſi cum Balbino *lib. I. Ep. R. B. c. 6.* dicamus, incepiſſe quidem illud anno 9:0, at perfectum anno 930. cum Henricus Pragam cum Wenceslao caperet. Perſtringit hic iterum l. c. Balbinus, ut & *lib. III. Ep. R. B. c. 1.* Goldaſtum, quod „ tot nova bella ſomniet, cum unum idemque bel „ lum ſæpe numero ac fere ſemper in plures an- „ nos continuetur. Verum ſi mentem Auctoris noſtri, methodumque probe inſpiciamus, facile deprehendemus, nullam eſſe hanc Balbini animadverſionem, nam verba multorum Hiſtoricorum profert, qui bellum illud deſcribunt, uti in reliquis omnibus facit, non quaſi putaret eſſe diverſa variis ab Auctoribus diverſos ad annos relata bella, eorumque quemlibet novum bellum memorare, ſed ut partim ipſis Auctorum verbis expeditiones illas bellicas deſcriberet, partim etiam varias circumſtantias enarraret, quarum unus præ alio Hiſtoricus ſæpe plures habet.

(**) Non vane dictum *Bohemias*, cum non ab „ uno Duce, ſed a pluribus Bohemia regeretur. „ Erat *Lucenſis* Princeps, erat *Mielnicenſis*, *Pra-* „ *genſis*, *Boleslavienſis*, *Cauremenſis*, *VVeſtrachen-* „ *ſis*, pluresque alii, quos hiſtoriæ noſtræ, Pra- „ genſibus tantum Principibus imminentes, negle- „ xerunt. Balbinus *lib. I. Epit. R. Boh. c. 6.* & „ *c. 10.*

ceſlaum Martyrem, quem Bohemici ſcriptores, Coſmas, Pulkawa, Hagecius, Dubra- A
vius, Boregkius, a fratre Bolislao occiſum produnt anno 929. ſed Germani noſtri, qui illis temporibus vixerunt, aut propius afuerunt, fratricidium hoc ad Ottonis I. Imper. ætatem producunt, [*] cui Wenceslaus peræque ac patri Henrico, fidam operam & obſequium conſtanter exhibuerit. Hermannus Contractus Comes Veringenſis: (α) *Henricus Rex Boemiam petit.* Conradus a Liechtenaw Abbas Urſpergenſis: (β) *Poſt-hæc adiit Pragam Boemorum urbem, Regemque ejus accepit in ditionem, qui erat pater* (leg. *frater*) *Bolizlai: qui, quamdiu vixit, Regi fidelis & utilis fuit. Boemia itaque tributaria facta, Rex reverſus eſt in Saxoniam.* Sigebertus Gemblacenſis: (γ) *Wenceslaus Princeps Boemiæ a Rege Henrico in Praga urbe obſeſſus, ſe & urbem Regi dedit, & impoſitam Boemiæ multam tributi pecuniam ſolvit.* Hugwald Mutius: (δ) *Rebus* [in B
Dalmatia & Hungaria] *ordinatis, vertit ſigna contra Boemos, quos victos, eorum urbibus expugnatis, captoque Rege tributarios fecit.* Krantzius: (ε) *Pragam quoque Bohemorum metropolim, ex ejuſdem gentis* [ſcil. Slavicæ] *ſocietate oppugnat, Regemque illius in eam perducit neceſſitatem, ut ſe dedat. Pater* [leg. *frater*] *hic erat Boleslai, Henrico fidelis & promptus omnem reliquam ætatem. Sic primum facta eſt Bohemia Regi Romanorum, Saxonumque Principi tributaria: quamvis & antea per maternum Henrici Avum, Imperatorem Arnulphum, victo Rege Moravorum, cui tum Bohemia quoque parebat, jugum acceperat Romanæ ditionis.* Goltzius: (ζ) *Bohemiam ingreſſus Pragenſem civitatem devicit, Regemque illorum ipſe comprehendit, atque ita quidem Boemia Imperii legibus parere coacta fuit.* Strada: (η) *Pragam Bohemorum urbem, una cum Duce* C
ſuo Venceslao, in deditionem accepit, legibusque Imperii ſubjecit. Cromerus Polonus: (θ) *Boemi quoque ab eodem Henrico devicti, in fide ejus Duce VVenceslao, viro pio & ſancto, permanſerunt, donec Boleslaus, interfecto per ſummum ſcelus fratre VVenceslao, dominatum invaſit, &c.* Denique Fabricius Chemnicenſis: (ι) *Imperator in Zechorum provinciam, quæ Bojemia eſt, mittens exercitum, Pragam metropolim cum Duce VVenceslao in deditionem accipit, & gente iſta ſibi tributaria facta, Boleslaum Ducis fratrem, totius vitæ tempore habet ſocium & amicum fidiſſimum.*

7. Huc redit ſumma denique, Bohemos ab Henrico I. (κ) Rege fuiſſe ſub Imperium populi Germani ditionemque ſubjunctos, fidelitate ab eis exacta, & tributo annuo, (λ) iterum impoſito; (**) eorumque Ducem Wenceslaum inter Principes Im- D

L perii

c. 10. in not. ad Vit. S. VVenceslai. Quod jam Goldaſtus monuerat *lib 11. c. 2. §. 20. in not.* & *cap. 4. §. 2. in not.*

(α) Contractus] *in Chronic. anno 930. Albertus Stadenſis in* Chronic. anno 931. *Matthæus Mareſchalcus de Bappenheim in* Chronic. Auſtral. anno 931.

(β) Urſpergenſis] *vel potius Schwartzahenſis in* Chronic. in Henrico I. Cæſ fol. 211. *Schwartzahenſe hoc Chronicon ab Urſpergenſi fuit continuatum, ut exſerte ſcriptum legi in vetuſto Codice membraneo.*

(γ) Sigebertus] *in Chronograph. anno 930.*

(δ) Mutius] *de Reb. Geſt. Germanor. lib. 12. in Henrico Aucupe fol. 96.*

(ε) Krantzius] *lib. 3. Saxoniæ, cap. 7. in fin.*

323 (ζ) Goltzius] *in Imperator. imaginib. in Henrico I. cap. 124.*

(η) Strada] *in Epitom. theſauri antiquitat. in Henrico Aucupe.*

(θ) Cromerus] *lib. 2. de Reb. Polonic. fol. 28.*

(ι) Fabricius] *lib. 2. Origin. Saxon. in Henrico I. Imp. Aucupe, anno 929. & lib. 1. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 929.*

(κ) Bohemos ab Henrico] *Cuſpinianus in* Cæſarib. in Henrico I. Imp. *Joan. Baptiſta Egnatius in* Epitom. de vita Cæſar. in Henrico I. Aucupe. *Sebaſt. Francus* part. 2. Chronic. fol. 446. *Melanchthon* lib. 4. Chronic. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 12. & cap. 18. *Georg. Sabinus* lib. 1. de Cæſar. German. in Henrico Aucupe. *Rivander in* Chronic. Thuring. *Nicol. Renſnerus in* Cæſarib. *Calaminus in* Rudolphottocaro act. 2. ſcen. 2. 0. 12.

(λ) Tributo] *Helmoldus* lib. 1. Chronic. Sclav. cap. 8. *Paulus Conſtantin. Phrygio in* Chronica Regum. *Krantz.* lib. 6. Wandal. cap 6. *Freherus in* Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2 cap. 2. *Cromerus* lib. 2. Rer. Polonic. in Leſco IV. Duce, fol 29. col. 1. *Buxdorffius in* Diſſertat. in Aur. Bull. cap. 8. concluſ. 1. lit. C. *Cluten in* Syllog. rer. quotidian. E
concluſ. 24 lit. E. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. num. 44. quæſt. 1

(*) Interfectus eſt S. Wenceslaus anno 938. 4. Kal. Octobr. teſte Chriſtanno, Wenceslai ex fratre nepote, in Vita Ejus, quam primus in lucem edidit Balbinus *lib. I. Epit. R. Boh. c. 10.* Conf. etiam Sigebert. Gemblac. ad *h. a.* Non ergo cum Celeb. Pagio *in Critica Baron. ad an. 937.* mors Ejus eſt referenda, ad quem, uti certiſſime mihi perſuadeo, non retuliſſet, ſi ipſi Chriſtiſtannus ad ma- F
nus fuiſſet. Occiſus autem eſt Wenceslaus in Eccleſia a fratre ſuo Boleslao teſte Chriſtanno *l. c.* ex quo, utpote proximæ ætatis Scriptore, imo & filio fratricidæ, ſine dubio emendandum eſt Martyrologium Romanum ex editione Baronii, in quo Wenceslaus occiſus fuiſſe dicitur in domo fratris ſui Boleslai.

[**] Tributarium factum Wenceslaum ab Henrico Aucupe, omnes Veteres teſtantur Hiſtorici; at illud remiſſum, ad unum omnes tacent. Contra G
hos nihil valet auctoritas Dubravii, ejus enim fides in

A perii Germanici allectum eodem jure iiſdemque privilegiis, quibus Franci, Alamani, Bavari, Saxones utuntur, fruuntur, ut ſuo loco videbimus.

8. Superioribus, ceu Epimetron quoddam, addamus adhuc unum atque alterum teſtimonium de ſubjugatione Bohemorum per Henricum Aucupem facta. Adamus Bremenſis Canonicus: (α) *Heinricus Rex, jam tunc a puero timens Deum, & in ejus miſericordia totam ſuam habens fiduciam, Ungros quidem multis gravibusque prœliis triumphavit; item Bohemos & Sorabos ab aliis Regibus domitos, & cæteros Slavorum populos uno grandi prœlio ita percuſſit, ut reſidui, qui pauci remanſerant, & Regi tributum, & Deo Chriſtianitatem ultro promitterent.* Rhenanus, (β) harum rerum diligentiſſimus indagator, ſcribit: *Henricus, Germaniarum Rex, qui Chonrado Franco ſucceſſit,*
B *Sclavinos Bohemos tributarios Regno Germanico fecit, quod hodie Romanum Imperium appellatur.* Elias Vinetus: (γ) *Is Ungaros vicit, Sclavos ſubegit, Dalmatos tributarios fecit, Boemos Imperii legibus ſubjecit.* Anshelmus Ryd: (δ) *Bohemis igitur, Sclavis, Dalmatis, Danorum, Normannorum, Abodritarumque Regibus victis, tributum & religionem imperavit.* Circumferuntur denique verſus antiqui (ε) ab incerto quodam Germano Poeta imagini Henrici hujus ſubſcripti, in queis ſub Regis perſona legitur:

Wend, Denn, Sorb, Behmen, Marcomann,
Delmantz, macht ich mir underthan.

9. Anno Chriſti nati DCCCCXXXVI. patri Henrico ſucceſſit Otto I. Imperator, qui,
C ut vindicaret parricidium in Bolislaum Bohemiæ Ducem in fratre Wenceslao, proditorie & atrociſſime trucidato, commiſſum, gravia cum eo pariter & Bohemis bella per annos amplius quatuordecim geſſit. Sic enim ſcribit Anſelmus Ryd: (ζ) *In Boleslaum Bohemiæ Ducem, Vinceslai illius in Sanctos relati fratris cædem, quatuordecim annorum bello, vaſtata gente, vindicavit.* Andreas Presbyter Ratiſponenſis: (η) *Hujus Ottonis temporibus S. VVenceslaus Dux Bohemiæ, invidia fratris ſui occiditur. Propter quod ipſe Otto Bohemiam quatuordecim annis impugnans totam devaſtat.* Parricidium hoc patratum anno primo (*) Ottonis Regis primi, Rolewinckius affirmat.

10. Aventinus (θ) in Boicis narrat: *Boleslaus Bojemorum Regulus, occiſo fratre VVenceslao, quem Otto Ducatu Bojemiæ præfecerat, eidemque Pragæ Tuto Epiſcopus*
D *Reginoburgenſis templum D. Vito dicarat, Ottoni rebellat.*

11. Witikindus (ι) Corbeienſis: *Interea Barbari* [ſic vocat Bohemos] *ad novas res moliendas deſæviunt, percuſſitque Bolizlaf fratrem ſuum, virum Chriſtianum, & [ut ferunt] Dei cultura religioſiſſimum: timenſque ſibi vicinum Subregulum, eo quod paruiſſet Imperiis Saxonum, indixit ei bellum. Qui* [ſcilicet Subregulus Bohemorum] [**] *miſit in Saxoniam ad expoſtulanda ſibi auxilia. Mittitur autem ei Æſic cum legione Mer-*

in rebus antiquis tanti penes me non eſt, quanquam eum & alii Bohemici Scriptores ſequantur. Vid. Balbin. *lib. I. Epit. R. B. c. 7.*

(α) Adamus] *lib. 1. Hiſtor. Eccleſiaſtic. cap. 48.*

E (β) Rhenanus] *lib. 2. Rer. Germanic. cap. 10. fol. 168.*

(γ) Vinetus] *in* Appendice Sext. Aur. Victor. de vit. Cæſar. Roman. in Henrico I. Aucupe. *Eadem habent Guilielm. Rouillius in* Promptuar. iconum part. 2. fol. 138. *Bapt. Egnatius* de Roman. Principp. lib. 3.

124 (δ) Ryd] *in Catalog. annor. & Principum, in Henrico I. Aucupe, fol. 45.*

(ε) Verſus antiqui] *quos refert Spangenberg. in*
F Chronic. Mansfeld. vel Saxon. cap. 127. in fin. *Michael. Saxen in* Chronic. Cæſar. in Henrico I Imp. *Et memini me anno 1612. hos verſus Vinariæ, in Palatio Ducis, ſubſcriptos imagini Henrici Aucupis legiſſe.*

(ζ) Ryd] *in Catalog. annor. & Principum, in Othone I. Imp. fol. 45. Porro parricidium iſthoc Coſmas Pragenſ.* lib. I. Chronic. Bohem. *& Calviſius in* Chronolog. *referunt ad annum Chriſti 929.*

(η). Andreas] *in Chronic. Ducum Bavar. in*
G *Ottone I. Imp. Eadem narrant Procopius Lupacius in* Ephemerid. 28. Septembr. *VVernerus Rolevvinck in* Faſcicul. tempor. anno 943. *Paulus Conſtantin. Phrygio in* Chronica Regum anno 936. *Sebaſt. Francus in* Chronic. part. 2. *Becherer in* Chronic. Thuring. fol. 175. *Caſp. Goldvvurm in* Kirchen Calender fol 260. *Abraham Saurius in* Calendar. hiſtor. 28. Septembr. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 128. *Stumpfius* lib. 2. Chronic. Helvetior. cap. 19. in princ. *Cromerus* lib. 2. Rer. Polonic. in Leſco IV. Duce, fol. 29. colum. 1.

(θ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 380.*

(ι) Witikind.] *de reb. geſt. Saxon. lib. 2. circa* 125 *princ.*

[*] Errat Rolevinckius, dum fratricidium hoc refert ad annum primum Ottonis, nam cum an. 738. interfectus ſit Wenceslaus, ut *ad §. 6.* ex Scriptoribus fide digniſſimis vidimus, & Otto Patri Henrico anno 736. ſucceſſiſſet, potius nefandum hoc facinus anno tertio Ottonis adſcribendum eſt. Non igitur ſunt audiendi omnes illi Hiſtorici, tam Bohemi, quam Germanici, qui in *not. ad h. §.* alium annum nobis memorant, quo occiſus a fratre ſit Wenceslaus.

(**) Subregulum hunc fuiſſe Dobromirum Lucenſium Principem, cujus urbs fuerit Wlatislavia

Merſaburiorum, & valida manu Haſigauorum, additurque ei exercitus Thuringorum, &c. A
Et mox: *Pergenſque inde* [Bolizlaus Dux Bohemiæ] *ad urbem Subreguli, primo eum impetu cepit, & uſque in hodiernum diem ſolitudinem fecit: perduravitque illud bellum uſque ad quartum decimum Regis Imperii annum: ex eo Regi fidelis ſervus* [Bolizlaus Dux] *& utilis permanſit.* Et poſtea: *Rex autem cæſa hoſtium multitudine, & cæteris tributariis factis, reverſus eſt in Saxoniam.* [*]

12. Anno DCCCCXXXVI. ſcribit Sigebertus: (α) *Otto Imperator contra Sclavos proficiſcitur.* Et incertus Monachus S. Afræ (β) Auguſtanus: *Cum Imperator Otto gentem Slavorum cum exercitu invadere voluiſſet, & Otto, qui tunc Dux erat Alamannorum & Bavvariorum, in adjutorium ejus venire cum Alamannis & Noricis paratus eſſet, Hainricuſque Epiſcopus Pazovvenſis ire ſe cum illo promitteret,* &c. *Imperator au-* B
tem Otto cum Dei clementia liberatus a Sclavis, venit &c.

13. Anno DCCCCXXXVII. Otto Imperator expeditionem in Bohemiam ſuſcipit, Ducem Boleslaum rebellantem vincit, ſubjicit, & Imperio reſtituit. (γ)

14. Anno DCCCCXXXVIII. ſcribit Sigebertus: [δ] *Princeps Boemiæ VVenceslaus a fratre ſuo Boizlao occiditur, ambitione Principatus ſeducto, in cujus ultionem Rex Otto bellum Boizlao indixit,* &c. Addit Reuſnerus, [ε] *Bohemis devictis tributum hoc anno impoſitum:* Huttichius, [ζ] *Boleslaum regno depulſum.*

15. Anno DCCCCXL. ſcribit idem Sigebertus: [η] *Rex Otto Boizlaum bello ſuperat, &c. Boemiam devaſtat.* Et Auguſtinus, [ϑ] Præpoſitus Brunnenſis in Moravia; *Otto Cæſar parricidium, quo Boleslaus VVenceslaum fratrem interfecit, ferre non va-* C
lens, Boleslaum uſque adeo perſecutus eſt bello, ut Bojemiam etiam ſuæ ditioni ſubjecerit.

tiſlavia conjicit Hagecius. Vid. Balbin. *lib. II. Epit. R. Boh. c. 1.*

(α) Sigebertus] *in Chronograph. anno 936.*

(β) Monachus S. Afræ] *lib. 1. de vita & miracul. S. Vdalrici Epiſcopi cap. 28. & ibi VVelſerus* in Not.

(γ) *Calviſius in* Chronolog. anno 937. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 128. *Becherer in* Chronic. Thuring. fol. 175.

(δ) Sigebert.] *in Chronograph. anno 938. Cardinal. Baronius* Annal. Eccleſiaſtic. tom. 10. anno 938. n. 8.

(ε) Reuſnerus] *in Baſilic. genealog. in ſtirpe Aſcan. in ſtemmat. 2. Comitum Aſcan. & Ballenſted fol. 428.*

(ζ) Huttichius] *in Vitis Imperator. & Cæſar. in Ottone I. Imp. & ex eo Vinetus in* Append. Aur. Victoris. de vita Cæſar. in Ottone II. Imp.

(η) Sigebert.] *in Chronograph. anno 940.*

(ϑ) Auguſtinus] *in Catalog. Epiſcopor. Olomucenſ. in Joanne I. Epiſcopo. Johan. Piſtor. Niddanus, Protonotarius Apoſtolicus & Conſiliar. Cæſar. in* Indice illuſtrium Germ. ſcriptor. tom. 1. verb. Otho Magnus Imp. *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. in Boleslao Sævo.

(*) "Eadem Goldaſti malitia in narratione "*belli quatuordecennalis* (quod *Otto I.* Imp. ad"verſus *Boleslaum* geſſit) apparet. Legebat Gol"daſtus in Withikindo, legebat in Vita S. Udal"rici, legebat in Fabricio, legebat præcipue in "Chronico Mansfeldenſi, Calviſio, Spangenber"gio &c. quos omnes hoc loco citavit, duplicem "*Ottoniani exercitus cladem a Boleslao*, cum in "primo prælio pauci occiſo Duce Eſicone, in "altero ne unus quidem evaſit. Hæc nimium "glorioſa genti Bohemæ putavit Goldaſtus, ita"que, ut vulpes retia tranſiliit. At ubi ad Boleslai "deditionem ventum eſt, velut liberum campum "nactus, omnes in eam rem, quos potuit, lau"davit Auctores, & cladem Boleslai magno ore narravit. Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22. Addam & hic verba VVithikindi integra, quæ mallem adſcripſiſſet ipſe Goldaſtus, virtus enim in ipſo hoſte eſt laudanda. Poſt verba* Thuringorum *ſubjungit Monachus ille Corbeienſis:* Erat namque illa legio Merſaburiorum --- produxit legionem. Bolialaf autem audiens de exercitu Saxonico, & quia Saxones ſeorſum, & ſeorſum Thuringi irent contra D
ſe, diviſis & ipſe ſociis [ſicut erat acerrimus conſilio] utrique exercitui occurrere depoſuit. At Thuringi, ut hoſtes ſibi improviſe occurſitare viderunt, fuga periculum evitarunt. Heſic autem cum Saxonibus, & ceteris auxiliariis, nihil cunctatus in hoſtes irruit, maximamque partem ex cis armis ſudit, ceteros fugere compulit, victorque ad caſtra reverſus eſt. Et cum ignoraſſet de exercitu, qui inſecutus fuerat Thuringos, minus caute uſus eſt victoria perpetrata. Boleslaſ autem E
videns exercitum noſtrum diſperſum, & alios in contrahendis ſpoliis cæſorum, alios in ſuis corporibus reficiendis, alios in paleis equorum congregandis occupatos, ſugatum reverſumque coadunans exercitum ſuper improviſos recenti victoria ſecuros, ſubito irruit, & Ducem cum omni noſtro exercitu delevit, pergenſque -- utilis permanſit. Rex autem audito ejuſmodi nuntio minime turbatur, ſed divina virtute corroboratus cum omni exercitu intrat terminos barbarorum ad refrænan- F
dam illorum ſævitiam. Datum quippe erat illis & antea a patre ſuo bellum, eo quod violaſſent legatos Thancmari filii ſui. --- Herimannus autem cum eſſet in prima acie, in introitu Regionis in hoſtium pugnam incidit, eoſque fortiter vicit. --- Ekkehardus filius Luidulfi in tantum ægre paſſus eſt fortunam Herimanni, ut ſeſe promitteret majora facturum aut vivere nolle. Unde collectis ex omni exercitu fortiſſimis Viris interdi-
ctum Regis rupit, & paludem, quæ erat inter G
Urbem hoſtium & caſtra Regis cum ſociis tranſiit, ſtatimque hoſtes offendit, & ab his circumfuſus cum omnibus ſuis periit. Erant autem,

A 16. Anno DCCCCXLI. refert Krantzius [α] de Bohemia; *Ab Ottone Magno parêre juſſa ſæpe retraxit colla jugo.* Jacob. Gordonus [β] Societat. Jeſu; *Othonis I. Imperatoris Duces contra Boleſlaum, impium uſurpatorem bohemiæ, qui S. Venceſlaum fratrem natu maximum occidit, pugnant* &c. (*)

126 17. Anno DCCCCXLIX. ut referunt quidam hiſtorici, [γ] Otto Imperator, ſuaſu Michaelis Epiſcopi Ratiſponenſis, ut ulciſceretur cædem Wenceslai, & eccleſiam defenderet contra Boleſlaum fratricidam, eidem bellum infert, & ſupplicem in has conditiones recepit: ut fidem Chriſtianam colat, de commiſſo fratricidio pœnitentiam canonicam agat, exules Chriſtianos revocet, & vaſallus ſit Imperii. Sed alii hoc ad ſequentem annum referunt.

B 18. Anno DCCCCL. ſcribit Rhegino: (δ) *Bohemorum Princeps Bolizlaus Regi rebellat, quem Rex validiſſima manu adibat, ſuæque per omnia ditioni ſubjecit.* Sigebertus; (ε) *Rex Otto in Bojemiam contra Boizlaum proficiſcitur. Boizlaus vero Regi reconciliatur, eique tandem feliciter ſubjicitur.* Withikindus: (ζ) *Illo tempore Rex proficiſcitur in militiam contra Bolizlavum Regem Bohemorum, & quum capienda eſſet urbs, quæ nuncupatur Nova, in qua clauſus obſidebatur Bolizlavi filius, prudenti Rex conſilio diremit prælium, ne miles in rapiendis hoſtium ſpoliis aliquod periculum incideret. Conſiderata itaque virtute Regis, ac innumera multitudine exercitus, Bolizlaf urbe egreſſus, maluit tantæ majeſtati ſubjici,* (**) *quam ultimam perniciem pati, ſub ſignisque ſtans, & Regem audiens, reſponſaque reddens, veniam tandem promeruit. Inde plena victoria*
C *glorioſus factus Rex Saxoniam regreſſus eſt.* Krantzius (η) de Ottone I. Imp. *Primum Barbaris ad novas res exilientibus, Bolislaus Dux Bohemiæ Wenceslaum, fratrem ſuum, Regno Romano fidelem, Chriſto devotum, percuſſit. In cujus ultionem quum Rex Otto exercitum mitteret adverſus Bolislaum* &c. *Et perſeveravit aſſiduum bellum uſque ad decimum quintum Regis Ottonis annum. Ex eo Regi Ottoni reconciliatus, fidelis in finem uſque permanſit.*

19. Sic ergo ſubacta ac triumphata Bohemia, [θ] Dux Boleslaus deinceps fidus imperio ac conſtans permanſit, ut Principem Regno Germanico devotum par & æquum erat: ipſaque Bohemia Imperio noſtro incorporata [ι] cœpit nobile ejus membrum cenſeri, ut non multo poſt digna habita fuerit, cui excellentiſſimus Officii Septemviralis
D [κ] & Electoriæ dignitatis honos tribueretur.

20. Anno

qui cum eo occiderant electorum ex omni exercitu Virorum decem & octo. Rex autem &c. *Urbem illam hic a VVithekindo memoratam Balbinus putat fuiſſe Boleslaviam. vid.* Epit. R.B. lib. II. c. 3.

(α) Krantz.] *lib. 6. VVandal. cap. 6.*

(β) Gordonus] *in Opere Chronolog. in ſerie rer. geſtar. anno 941.*

(γ) Quidam hiſtorici] *Calviſius in Chronolog. anno 949. Joan. Funccius in* Chronolog. an. 949.
E *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 135. anno 949. *Georg. Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. anno 949.

(δ) Rhegino] *lib. 2. Chronicor. anno 950. quem verbatim libavit Coſmas Pragenſis* lib. 1. Chronic. Bohem. anno 950.

(ε) Sigebert.] *in Chronograph. anno 950.*

(ζ) Witichindus] *de Reb. geſt. Saxon. Impp. lib. 3.*

(η) Krantz.] *lib. 3. Saxoniæ cap. 32. Adde Boregkium in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 52. *Ciſnerum*
F in Orat. de Othone III. Imp. & Inſtitut. Elector. *Hagecium in* Chron. Bohem. part. 1. anno 964.

(θ) Subacta Bohem.] *Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. ætat. 6. cap. 47. *Flav. Blondus* lib. 2. decad. 2. *Bonfinius* de Reb. Ungar. *Auctor* antiqui Chronic. Colonienſ. in Othone I. Imp. fol. 128.
127 *Carion.* Chronicor. lib. 3. in Othone I. *Sebaſt. Francus in* Chronic. part. 2. fol. 454. *VVimphelingus in* Epitom. rer. German. cap. 28. *Cuſpinianus* de Cæſarib. Rom. in Othone I. *Micyllus & Urſinus*
G *Velius* in Epigrammat. *Spiegelius in* Schol. ad Gunther. lib. 7. *Jo. Bapt. Egnatius de* Roman. Princip. lib. 3. *Melanchthon* lib. 4. Chronic. *Georg. Sabinus* lib. 1. de Germ. Impp. in Ottone I. *Carolus Stephanus in* Diction. hiſtor. verb. Boizlaus, *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 12. *Elias Vinetus in* Append. Aur. Victoris de vita Cæſar. Roman. *Cremerus* de Reb. Polonic. lib. 2. fol. 28. *Thom. Jordanus in* Annotat. ad Dubravii lib. 5. lit. a. *Nic. Reuſnerus in* Cæſarib. *Calaminus in* Rudolphottocaro act. 2. ſcen. 2. n. 15. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 52. *Abrah. Bucholtzerus in* Indic Chronolog. *Elias Reuſnerus in* Iſag. hiſt. an. 952 fol. 421.

(ι) Imperio incorporata] *idem Auctor* antiqui Chronic. Colon. der Chronica von der hylligen Stadt Cœllen in Ottone I. Imp. fol. 129.

(κ) Officii ſeptemviralis] *quod anno 964. Boleslaus iſte ab Ottone Magno accepit, ut unicam eſſet ſupremus Coquinæ Imperialis Magiſter, qui nunc Archidapifer dicitur, in ejusque rei documentum ipſe poſterique ejus Bohemiæ Duces ahenum ſeu caldarium in campo igneo gererent in armorum ſuorum inſignibus, ut ſcribit Hagecius.* part. 1. anno 964. fol. 99. *Sed mutatis poſtea per Ottonem III. Imp. Officialibus, Bohemo fuit Archipincernæ munus aſſignatum, & Bavaro Archidapiferi; quod a Bavariæ Ducatu, in Palatinatum Rheni eſſe translatum auctoritate Caroli IV. Imperatoris,* Aurea Bulla *nobis fidem facit.*

[*] Omittit Auctor hic, quod in fine *libr. II.* memorat Withekindus ad anno 947. *Eodem tempore, cum Rex in campis ſylveſtribus vena-*

20. Anno DCCCCLV. *Agareni*, id eſt, Hungari, in Bohemiam irruentes, ab Ottone Magno Imperatore, & Boleſlao Duce Bohemiæ, vincuntur, capto Rege illorum Lele, & toto exercitu ad internecionem deleto. (α) A

21. Anno DCCCCLXXIV. *Heinricus Bojariorum & Abraham Epiſcopus, cum Boliſlao & Miſichone inierunt contra Imperatorem pravum conſilium.* (β)

22. Anno DCCCCLXXV. Otto II. Imperator celebrem conventum Ordinibus Imperii Vinariam Thuringiæ, tum villam Regiam, indixit, in quo frequentes Proceres comparuere, & inter eos Rex Daniæ accedens, cum Imperatore convenit de jure veteri, quo Reges Daniæ erant Imperatoribus obligati. Bojemus & Polonus vocati, neque ipſi venerunt, neque legatos miſerunt. Eam ob cauſſam expeditio in utrumque, tamquam rebelles Imperii, decernitur, ditiones bipartitis exercitibus invaduntur, ferro vaſtan- B tur & concremantur, donec ibidem quoque reſtituerentur, quæ videbantur ex re & dignitate communi eſſe, & uterque Dux ad Imperii obſequium reduceretur. (γ)

23. Anno DCCCCLXXVI. *Imperator* (δ) *cum magno exercitu perrexit ad Bohemos, & maximam partem terræ illius incendio concremavit.* Nempe, ut perſequeretur Heinricum, Bavariæ Ducem rebellem, (ε) qui ſe in Bohemiam receperat, ipſumque Bohemum, quod perduelli & bannito Duci hoſpitium præbuiſſet, pariter domaret. (*)

24. Anno DCCCCLXXVII. Imperator comitia celebravit Alſtedii in Thuringia, in quibus etiam Heinricus Bavarus & Boleſlaus Bohemus ſeſe ſtiterunt; quorum ille communi Principum conſenſu exilio mulctatur pariter cum filio; iſte vero culpam deprecans, fidemque ac obſequium in poſterum promittens, in gratiam recipitur. (ζ) C

25. Anno DCCCCLXXVIII. Idem Boleſlaus Bohemiæ Dux ad Imperatorem acceſſit tempore paſchali, qui honorifice ſuſceptus ſeſe Imperatori humiliter ſubdidit: a quo etiam magnis muneribus honoratus domum rediit. (η) (**)

L 3 26. Anno

venationem agens moraretur, obſides Boleslai vidimus, quos populo Rex præſentari juſſit, ſatis ſuper eis lætatus. Ex quibus patet Boleslaum pace ſemel facta, rurſus nova aliqua cauſa offenſum bellum renovaſſe. Balbinus *lib. II. Epit. R. Boh. c. 8.*

(**) Abſque ullo libertatis præjudicio id factum fuiſſe vult Stranskius *de Republ. Bojema* c. 3. §. 10. Quod an aliis perſuadeat, neſcio; mihi ſaltem non fit veroſimile.

(α) *Hepidannus Cœnobita S. Galli*, in Annalib. anno 955.

(β) *Lambertus Schafnaburgenſ.* de Reb. Geſt. German. anno 974 *Intelligit autem Boleslaum Bohemiæ, & Miſichonem Poloniæ Duces, cum quibus ille contra Imperatorem Ottonem II. poſt patris obitum conſpirarunt.*

(γ) *Idem Schafnaburgenſ.* in anno 975. *Georg. Fabricius* Rer. memorabil. Saxon. univerſ. lib. 2. anno 975. (*ubi tamen perperam ponit* Wiſmariam,
128 *Saxoniæ urbem maritimam, pro Vinaria*) *Spangenberg. in* Chronic Saxon. cap. 146. *Becherer. in* Chron. Thuring. anno 975. fol. 184. *Calviſius in* Chronolog. anno 975.

(δ) Imperator] *Lambert. Schafnaburg.* de Reb. geſt. German. anno 977. *Elias Reuſnerus in* Iſagog. hiſt. anno 975 fol. 423.

(ε) Bavar. Ducem rebell.] *Fabricius* d. lib. 2. an. 976. *Calviſius* ibidem an. 976. *Aventinus* lib. 5.

(ζ) *Fabricius* d. lib. 2. anno 977. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 146. anno 978. in fin. *Becherer. in* Chronic. Thuring. anno 976. fol. 185. *Calviſius in* Chronolog. anno 977. *Elias Reuſnerus in* Iſagog. hiſt. anno 977. fol. 423.

(η) *Lambertus Schafnaburg.* de reb. geſt. German. anno 978. *Joan. Funccius in* Chronolog. anno 978. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 151.

(*) "Flagitioſum rurſus eodem capite ſilentium Goldaſti deprehendi poteſt. *Boleslaus Pius Bohemiæ Princeps Ottonianum exercitum*, pervaſtata *Bohemia* parte, ad Luriciam & Lunam ſecure agentem, natantem, ludibundum, palantem, inobſervatus oppreſſit, & compulit in caſtra, ut Germani Authores, Fabricius aliique fatentur. Vaſtationem & incendium *Bohemiæ* ex Fabricio, quem citat, narravit Goldaſtus, victoriam Boleslai ex eodem Fabricio, velut anguem calcaſſet præteriit." D Balbinus *lib. III. Miſcell. cap. 22.* Eandem quærelam movet in *Epitom. Rer. Bohem. lib. II. c. 11.* Hanc victoriam Bohemorum in Germanos fere omnes tacent Hiſtorici Veteres, ita ut non mirum, ſi & ipſe Goldaſtus eam prætereat. Forte tamen ei locus Ditmari *p. 343. edit. Leibn.* non in mentem venit, qui fere ſolus de ea quicquam memorat, cum ait: *Henricus Dux Bavariorum honore & communione privatus Bojemiam fugit, quem Imperator ibidem valido petens exercitu cum* E *Duce Bolezlao manentem, nihil ibi prorſus in neutro horum profecit, ſed magnam Bavariorum catervam, ſibi ad auxilium huc venientem, & juxta Pilſine Urbem caſtra metantem dolo cujuſdam militis Bolezlai ſic perdidit. Veſpere facto Bavarei ſe lavantes nulla cuſtodum ſecuritate fruuntur, & ecce hoſtis loricatus adveniens nudos eoſdem in tentoriis & in virentibus pratis occurentes proſtravit, & cum omni præda lætus & incolumis revertitur. Imperator autem audita tantorum ſtrage virorum,* F *& quod nulla ſibi via redeundi patuit, tecto itinere ad Civitatem ſuam, quæ Cromena dicitur, venit* &c.

(**) Quæ Goldaſtus ad annum 977. memorat, ea Vett. Hiſtorici, quotquot ad manus ſunt, ignorant, qui de reconciliatione Boleslai cum Ottone ante annum 978. nihil tradunt. Præterea Otto quidem Henricum Bavarum anno 977. in Urbe Paravia ſubegit, teſte Ditmaro *p. 343.* ſed demum anno ſequenti eum cum filio in exilium ejecit, ut G Lambertus, aliique memorant, ita ut unum idemque factum mihi eſſe videatur, quod diverſi Scriptores

A 26. Anno DCCCCLXXX. conſpiraſſe memorantur in Ottonem II. Imperatorem, Moguntinus & Magdeburgius Archiepiſcopi, Auguſtanus, Friſingenſis, Patavienſis, &c. Epiſcopi; Haraldus Rex Daniæ, Henricus Bavariæ, Boleslaus Bohemiæ, Meſico Poloniæ, Heinricus Carinthiæ Duces &c. [α]

27. De filia Ottonis II. [β] Imp. Jutha, ſive Juditha, ex Monaſterio Ratiſponenſi rapta per filium Udalrici, Bohemiæ Ducis, & propter raptum [γ] iſtum facta Cæſaris in Bohemiam [δ] expeditione; indeque Regis & filii ejus, Moraviæ Marchionis, deditione ac humillima ſubjectione, [ε] multi multa in literas retulerunt, ſed adeo
inter ſe variantia, & tam in tempore, quam in ipſis perſonis diſſidentia, ut fabulæ res 129
videatur eſſe propior, quam rei vere ſic geſtæ, ut ab illis narratur. Verumtamen
B quum, ut Poeta canit,

Partem aliquam veri fabula ſemper habet,

nolui hoc loco memoriam ejus præterire, quod & Bohemorum injuriam confirmet, & ſimul Cæſaris noſtri fundet juriſdictionem in Bohemiæ Regem. (*)

28. Anno

ptores ad diverſos annos referunt, ut ſæpiſſime fieri conſtat.

(α) *Fabricius* d. lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. anno 980. *Sed erraſſe videtur in tempore, & hac conſpiratio retro referri ad annum 974. ut recte eum caſtigat Calviſius in* anno 971. in fin. *Sed*
C *Danum, Polonum ac Bohemum Imperatori paulo poſt reconciliatos fuiſſe, aſſerit Ciſnerus in* Orat. de Ottone III. Imp. & Inſtitut, Elector.

(β) Filia Ottonis II.] *Ita ſcribunt Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap 18. *Krantzius* lib. 4. Saxon. cap. 19. & lib. 2. Wandal. cap. 35. *Dubravius* Hiſt. Bohem. lib. 7. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. de Biſetislao Udalrici Ducis filio, *VVigul. Hundius in* Metropol. Salisburgenſ. in Epiſcop. Ratiſponenſ. cap. 13 fol. 62. *At Boregk in* Chron. Bohem.
D part. 1. fol 73. *Hondorphius in* Promptuar. exemplor. in 5. præcept. Decal. in rub. de ira, odio & invid. *& Caſſ. Goldvvurm in* Calendar. eccleſiaſtic. *filiam faciunt Ottonis III. Imp. Hagecius vero non Ottonis Imperatoris, ſed cujuſdam Bavariæ Comitis, nomine Ottonis Albi*, *in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1026 *Videatur Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 149.

(γ) Propter raptum] *Elias Vinetus in* Append. Victoris de vita Cæſar. in Ottone II. *fratricidium*
E *ponit, pro quo non ambigo, quin raptum voluerit dicere.*

(δ) In Bohemiam expeditione] *quam ad Ottonem II. referunt Sylvius & Krantzius: ad Henricum II. Imp. Dubrav.* d. lib. 7. fol. 49. & ſeq. *Boregk* ibid. *ad Conradum II. Imp. cognomento Salicum, Hagecius* d. part. 1. anno 1032.

(ε) Deditione & humilima ſubjectione] *illud enim certum eſt, conſtatque inter omnes hiſtoricos, Boleslaum Ducem cum univerſis Bohemis ad Im-*
F *perium ditionemque Ottonis II. Imp. coactos ſeſe tandem dediſſe, & imperata facturos in fideque imperii Germanici conſtanter manſuros, juramento obligaſſe, ut ſcribunt Cuſpinianus in* Cæſaribus Roman. in Ottone II. *Melanchthon* lib. 4. Chronic. *Nic. Reuſnerus in* Cæſarib. *Calaminus in* Rudulphottoc. act. 1. ſcen. 2. n. 26.

(*) "Grave eſt Goldaſti in Chronologiam pec-
"catum, qui Juditham, quæ in cœnobio Ratis-
"bonenſi educabatur, regiam virginem ab *Udal-*
G "*rico Bohemiæ Duce* raptam ſcripſit, cum id non
"ſub Ottonibus, ſed ſub Conrado II. factum fa-
"cile tricenis annis ſerius, quam ponat Goldaſtus,
"coævi, aut vicini eorum temporum Scriptores
"affirment, neque ab Udalrico, ſed a filio Brze-
tislao Virginem raptam in Epitome Hiſtorica,"
probamus. Addidit Goldaſtus epiphonema ſtul-"
tiſſimum: *Hæc*, inquit, *Cæſaris noſtri juriſdi-*"
ctionem in Regem Bohemiæ fundant. Nihil vidi,"
magis Quid ſi Juditha, ut probabile eſt, non *Im-*"
peratoris, ſed *Comitis filia* fuit? quæ inde juris-"
dictio inferetur? At bello Imperator *Bohemiam*"
petiit. Quid poſtea? an hac una de cauſa? de-"
inde, an ex bello ſuſcepto *juriſdictio* probari pot-"
eſt? Certe bellum inferri potuiſſet a quocunque"
vicino Principe, cujus filia rapa fuiſſet, neque"
tamen ulla ratione conficere poſſemus bello pe-"
titam regionem continuo *jure ſubjectam eſſe*."
Balbin. *lib. III. Miſcell. c. 22.* Idem repetit in *Epit.*"
Rer. Boh. Goldaſtus, quæ modo de Braetislao Ju-"
ditham ex cœnobio rapientem dixeram, omnia"
Udalrico Bohemiæ Duci, Patri ſcil. non filio ad-"
ſcripſit, de pactis autem inter Cæſarem & Brze-"
tislaum conventis, mutis magis piſcibus ſilet,"
nimirum uni illi rei imminebat Goldaſtus Bohe-"
maſtix, ut noſtros ſemper victos, ſemper domi-"
tos, & dum caput levare conantur pro gentis"
gloria (quod ipſe *conjurationes*, *rebelliones* in-"
vidioſis vocibus appellat) ſemper eſſe repreſſos,"
oſtenderet. Vid. *lib. III. c. 1.* Varia in hac Balbini animadverſione ſunt notanda, quæ accuratum examẽ ſubire nequeunt. (I) Quæ hic Auctor memorat, ſi non plane falſa, tamen maxime incerta ſunt. Conſtat id ex diverſis illis Hiſtoricorum ſententiis, quas de Judithæ parentibus, ac proin ætate ejus in medium proferunt Goldaſtus cum Balbino, quod certiſſimam ſemper præbet ſuſpicionem, nihil certi hos Scriptores habuiſſe, quod ad poſteros propagarent. II. Quo argumento Lectoribus ſuis perſuadebit certiorem eſſe ſuam, quam Goldaſti ſententiam. Teſtes quidem invocat coævos & vicinos huic rei Hiſtoricos, ſed velim illorum nomina ſcire; nam, ſive ad Ottonum tempora referamus hanc hiſtoriam, nullum habemus ejuſdem ætatis Auctorem, qui ejus mentionem faciat, ſilet Ditmarus, ſilent innumeri alii, qui commode ea cognoſcere potuiſſent, ſi res ita ſeſe habuiſſet: ſive Conrado II. cum Auctore noſtro, adſcribamus, tacent Wippo, & quotquot illud Seculum protulit Hiſtoricos. III. Ubi Goldaſtus id Udalrico Patri tribuit? contrarium potius affirmat hoc ipſo §. quem perſtringit Balbinus, cum ait: *rapta per filium Udalrici*, qui erat Braetislaus, cui audax illud facinus adſcribit Bohemicus ille Hiſtoricus. Ut tamen verum fatear, nollem Goldaſtum ex his nugis adſtruxiſſe Juriſdictionem Cæſarum

in

28. Anno DCCCCLXXXIV. poſt patris obitum Otto III. Imperator in Bohemos rebelles exercitum movit, Meſiconemque Ducem ad obedientiam redegit. (α) A

29. Anno DCCCCLXXXVI. Otto III. Imper. cum Bohemis iterum rebellantibus bellum gerit, & eos tandem imperata facere cogit: recepto etiam in gratiam Meſicone ſeu Meiſcone Boleſlai Ducis fratre, qui tum Imperatori camelum obtulerat in Germania antehac non viſum. (β)

30. Anno DCCCCLXXXVII. finitum fuiſſe bellum, ſuperiori anno inchoatum, & Meſiconem armis Cæſareis adactum, ut ad Ottonem III. Imp. ſupplex veniret, & re-
130 bellionem deprecaretur, cujus ipſi gratiam Cæſar, hoc demum anno fecerit, in hiſtoriis quibuſdam refertur. (γ) Lambertus Hirſchfeldenſis: (δ) *Iterum Rex Boemiam intravit, & eam ad deditionem coegit.* (*) B

31. Atque hic eſt Otto ille III. Imperator, vulgo Mirabilia mundi cognominatus, qui ſeptemviros S. Romani Imperii Electorales, ſeu Officiales Principes, cum Gregorio V. Pontifice Maximo, inſtituit, Bohemorumque Duci honorem Archipincernatus aſſignavit, circa Domini noſtri annum 1000. ut ſuo loco ſumus demonſtraturi. (**)

32. Quamvis autem Duces Bohemiæ ſubinde in ordinem redacti ſint, ut & ab Ottone iſto III. ſemel atque iterum factum commemoravimus, nihilominus rebellionis fuerunt ſtudioſi. (ε)

in Bohemos, certiora enim ad manus ſunt argumenta, ut fabulis non egeamus. IV. Idem dicendum de pactis inter Conradum Imp. & Ducem Bohemiæ, quæ prolixe ſatis ex Scriptoribus recentioribus enarrat Balbinus in Epitome ſua, nam incerta ſunt, ne quid gravius dicam, & fide Hiſtoricorum alicujus momenti plane deſtituuntur. Num igitur jure tam acerbis injuriis afficiatur Goldaſtus, quod lepidam hanc fabellam pluribus non executus fuerit, aut ad alia, quam Balbinus, tempora retulerit, ego quidem merito dubito.

(α) *Georg. Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. anno 984. *Calviſius* in Chronolog anno eodem.

(β) *Dithmarus Merſeburgenſ. in* Chronic. lib. 3. *Lambertus Schafnaburg* de Reb. Geſt. German. anno 986. *Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. ætat 6. cap. 50. *Spangenberg in* Chron. Saxon. cap. 147. *Georg. Fabricius* Orig. Saxon. lib. 2. *Elias Reuſnerus in* Iſagog. hiſt. anno 986. fol. 424. *Calviſius in* Chronolog. anno 986. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. q. 1.

(γ) *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 151. anno 987. *Fabricius* d. lib. 2. anno 987. *Calviſius in* Chronolog. anno eodem.

(δ) Lambertus] *in Chronic. de Reb. Geſt. German. anno 987.*

(ε) *Joach. Cluten a Parchum JC. in* Syllog. rer. quotidian. cap. 24. lit. e.

(*) Vide, an non potius ad alios Slavos, quam Bohemos, hæ expeditiones Ottonis ſint referendæ, C nam Ditmarus, ejuſdem ætatis Scriptor, & cum eo Annal. Hildesheim Chronogr. Saxo, Chron. Quedlinb. &c. narrant bellum illud Imperatorem moviſſe in *Slaviam*. Num autem per *Slaviam*, *Bohemia* ſit intelligenda, ut vult Lambertus, & qui eum ſequuntur, valde hæſito, cum Ditmaro, Helmoldo, aliiſque, Slavia plerumque denotet provincias illas Saxonibus vicinas, quas nunc poſſident Holſati, Saxones. Brandenburgii, Mecklenburgii, Pomerani &c. Sic Helmoldus *lib. I. c. 11. §. 2.* dicit to- D tam *Slaviam* ad Panem fluv. uſque ſubjectam Archi-Ep. Magdeburgenſi, ſi per eam Bohemia intelligenda eſſet, peccaret Helmoldus, neque enim ſeſe extendit ad Panem hæc regio, neque juri diœceſano Magdeburgenſi, ſed Moguntino erat ſubjecta. Conf. *c. 12. §. 1. & c. 16. §. 17.* Sunt quidem Bohemi origine Slavi, non tamen inde ſequitur per *Bohemiam*, *Slaviam* ſemper eſſe intelligendam. Nec movere quemquam debent nomina Procerum, qui in hoc bello memorantur, habuerunt enim & illi Slavi, E Mieſicones, & Boleſlaos, ut ex Ditmaro aliiſque conſtat, quorum nomina ſatis & in Hiſtoria Polonica & Bohemica ſunt celebria. Ita ego conjicio, quis enim ex rebus illis intricatiſſimis certi quicquam elicere poteſt?

(**) Exploſa nunc eſt illa de Origine Electorum ſententia. Vid. Thulemarium *de Octoviratu* & Ill. Leibnitii præfationem eruditiſſimam *Codici Diplomatico* præfixam.

CAPUT IV.

A *De Miraculoſa S. Henrici II. Imperatoris Bavari, victoria contra Bohemos rebelles, & perfidum eorum Ducem Boleslaum. Bohemia inter plures Duces diviſa. Milzavia ſeu Luſatia Budiſſinenſis Imperio feudataria. Bohemia feudum Imperii. Hezilo Palatinus ab Imperatore proſcriptus, Principatu privatus, & e Germania profligatus, quod Bohemo rebelli adſiſteret. Diverſiones in bello licitæ. Aliena invadens propriis ſpoliatur. Pœna talionis divina. Gladio S. Hadriani Martyris cinctus Imperator hoſtes vicit. Prodigium Sanctorum cœleſtium pro Cæſarianis in Bohemia. Piæ Imperatoris preces quantum polleant. Bohemia, Polonia & Hungaria Imperio adunatæ. Formula proſcriptionis antiquæ in rebellem Bohemum publicatæ. Apoſtolus Hungarorum dictus S. Heinricus II. Imperator.*

B NAmque anno MII. ſcribit Adelboldus [α] Epiſcopus Trajectenſis: *Rex* (Henricus II. cognomento Sanctus & Claudus) *procedens in Saxoniam pervenit Merſeborg. Benno Dux Saxonum, Bulizlaus Dux Sclavorum* (Bohemorum) *Liebzo Archiepiſcopus Bremenſis*, &c. *cæteri Epiſcopi de Saxonia, & Comites plurimi, Regi occurrunt, acclamatum ſuſcipiunt, collaudant; collaudato manus ſinguli per ordinem reddunt, redditis manibus fidem ſuam per ſacramenta promittunt, fide pro-* 131
miſſa Regem coronant, coronatum in ſolio Regio locant, locatum debita congratulatione venerantur. His ſtrenue peractis, Bulizlaus inde diſcedens ab ipſa die, qua fidem promiſerat, & promiſſam ſacramento firmaverat, perverſa meditari & meditata, prout potuit, cœpit machinari. Ipſe enim & Hezelo, collocutione invicem habita, alter alterius C *venenatis conſiliis tactus, uterque cœpit, quod utrumque male finiſſe puduit.*

2. Anno MIII. narrat idem: (β) *Interea Bladeimarius, Dux Boemenſis, moritur: & Bulizlaus infidelitatis venenum ex propriæ iniquitatis fonte potatum in contrarietatem Regis evomere nititur. Nam Pragam, quæ caput eſt Boemiæ, per pecuniæ deceptiones, per falſas promiſſiones, per aſtutiſſimas fraudes invadit. Milzaviam quoque, Saxoniæ & Poloniæ interjacentem Marchiam, inſidiis, quibus edoctus erat, ſuæ infelicitati* (ſort. *infidelitati*) *ſubjicit. Quod cum Regi nunciatum eſſet, non inflammabatur, non ſtomachabatur, non ad vindictam repentinis motibus animabatur, ſed notitiam dictæ invaſionis diſſimulans, mandavit ei per Legatos ſapientes & eloquentes, ut terram ſuam, quæ Principe* (ſcil. Bladeimario) *noviter erat viduata, non invaderet; quam, ſi vel-* D *let, cum gratia ſua & dono voluntario acquirere poſſet. Hujuſmodi Legationem Bulizlaus audiens, infelix mandata ſprevit dulcia, amara quandoque paſſurus verbera.*

3. Anno MIV. pergit idem Actor; (γ) *Poſthæc collectis Toringis & Saxonibus Rex in Milzaviam intrat; munitiones, quas Bulizlaus occuparat, expugnare volens &c.* 132
terram

(α) Adelboldus] *in vita S. Heinrici II. Imp. anno 1302. fol 436. editionis Greiſerana. Fuit auctor iſte Henrico Imperatori coævus & Conſiliarius: quem Baronius in* Annal. Eccleſiaſt. *vocat* Adelberonem: *Sigebertus in Catalog. ſcriptor. Eccleſiaſtic. cap. 139.* Adelbodum: *Dithmarus Merſeburg. in Chronic. de reb. geſt. Saxon. lib. 2.* Ethelboldum, *cujus fides eo nobis eſſe debet potior, quod Imperator captum Bohemia Ducem Jaromirum ejus* E *cuſtodia commiſerit, ut idem Dithmarus dicto loco aſſerit.*

(β) *Idem* ibidem in anno 1003. fol. 442. *Docet hic locus, tum Bohemiam inter plures Principes fuiſſe diſtributam, quorum quiſque Imperatorem immediate reſpiciebat, quemadmodum Vladomarius Dux Pragenſis & Marchio Milzaviæ, non a* F *Boleslao, cui ſcriptores Bohemici ſupremitatem Bohemia adſcribunt, ſed ab Imperatore Henrico in comitiis Ratisponenſibus anno 1002. feuda ſua petivit ſimul & recepit, ut idem Adelboldus affirmat: & Imperator hoc loco Marchiam Milzavienſem vocat* terram ſuam, *nimirum Vladimarii morte Imperio caducam & vacantem.* Milzaviam *autem, quæ &* Milcienia, *interpretantur Marchiam Luſatiæ Budiſſinenſem: Georg. Fabricius* lib. 2. Otig. Saxon. anno 1013. *Sed* Miedzirzecze arcem munitiſſimam in finibus Saxoniæ intercepiſſe *Boleslaum, Vladislai Hermanni Polonorum Ducis filium, ſcribit Alex. Guagninus* Rer. Polonic. tom. 1. fol. 79. *quod Poloniæ oppidum vocat in finibus verſus Marchiam Brandenburgicam ſitum*, fol. 143. *Eſt tamen & regio in Bohemia, quæ adhuc nomen retinet, & Mileſchavv appellatur. Eſt &* Michlovienſis *Principatus in Boruſſia, cujus meminit idem Guagnin.* fol. 114. & tom. 2. fol. 118. *& in* Sauromatic. *vel* Sarmat. Europ. deſcript. in Boruſſia, cap. Michlovia, *Cromerus* lib. 2. de Republ. Polon. *M. Conradus Schützen in* Hiſtor. rer. Pruſſicar.

(γ) *Idem in* anno 1004. fol. 445. *Habemus hic exemplum ſanctiſſimi Imperatoris, quod liceat ferro flammaque vaſtare ac depopulari terras eorum, qui rebellibus ac perduellibus non modo non reſiſtunt, ſed etiam favent ope, conſilio, auxilio, quum maxime receptatione, aut militum, vel commeatuum, aut munitionum ſubminiſtratione. Cujus juſtitia rigorem complura nobis Optimorum Cæſarum exempla in hac univerſa rebellionum Bohemicarum deductione affatim comprobant.*

terram devaſtat, hanc incolis deputans culpam, quod, pecunia corrupti, ex fide Bulizlao A
non reſtiterint. Inde Meresborg revertitur, juxta decurſum Albis Marchiones ſtatuens,
qui & Saxoniam, & Bulizlai incurſum latrocinandi cuſtodiant, & ipſi Bulizlao aſſiduæ
inquietationis moleſtias inferant.

4. Imperator ab hac expeditione militem mox ducit in Bavariam adverſus Hezi-
lonem, Bavariæ Palatinum (α) rebellem, quem omnibus ſuis terris exſutum in Bohe-
miam, conſpirationis ſuæ ſociam, expellit: indeque terris ejus occupatis & pacatis,
recta in Italiam contendit, ad domandam Harduini, (β) Marchionis Eporidienſis ſu-
perbiam, qui Regno Italiæ & Romano Imperio incubabat. Quo ad officium fortiter
feliciterque coacto, inauguratus in Regem Longobardiæ, in Germaniam redire feſtinat
ad contundendam Boleslai, Poloniæ Ducis, rebellionem, qui excœcato Boleslao junio- B
re, Boleslai ſenioris filio, Bohemiam invaſerat. Quæ omnia ſingillatim exſequitur idem
Adelboldus ejus temporis ſcriptor certus ac fidus: cujus verba, (γ) quoad inſtitutum no-
ſtrum, hæc ſunt: *Tum per Orientalem Franciam tranſiens, in Saxoniam feſtinat, cor*
ſuum indignationis pondere gravatum ſuper Bulizlaum, vindicta potenti relevare diſpo-
nens. Indicitur Saxonibus, Bavaris, Francis Orientalibus, expeditio: in medio Augu-
ſto terminus datur promotionis, ut frugibus inde præcollectis, abundantia comes exerci-
tui eſſet. Mediante igitur Auguſto Meresborg Saxonum fit congregatio. Rex autem ne-
mini ſuorum familiarium fateri volebat, ſive in Poloniam, ſive in Boemiam vellet, co-
gnoſcens Bulizlai flexuoſas verſutias, quibus per quoſdam ſibi occultos amicos etiam ſecre-
ta Regia reſcire ſolebat. Sed naves a Magdeborg uſque Citizam congregari jubens, quaſi C
in Poloniam velit, tranſitum futurum ſimulat. Id omnibus ſperantibus, repente in Boe-
miam exercitum ducit, quærens inprimis propria recipere: deinde, pro vindicta, alie-
na invadere; non tamen penitus aliena, quæ Regni ſui pati juga debebant.

5. Narrat dein auctor (δ) iſte, cur Imperator Ducatum Bohemiæ Boleslao ju-
niori abjudicatum Vlademario contulerit, nempe propter Boleslai tyrannidem & imma-
nem crudelitatem in fratres Jaromirum & Udalricum, quorum illum excæcavit, (*)
hunc ſemivivum in Bavariam expulit. *Rex Heinricus*, ait, *hac impietate commotus Bla-*
demario Ducatum Boemienſem dedit, Illo mortuo, Bulizlavus Bulizlavui filius, Buliz-
lavo Meſeconis filio in ſocietatem conſpirationis adſcito, Ducatum contra Regis voluntatem
tenere tentabat. Sed, ut habet Publii (ε) Syri mimus: *Ab alio expectes, alteri quod* D
M
feceris;

(α) Bavariæ Palatinum] *plerique faciunt Palatinum Rheni, quorum anteſignanus Joan. Heroldus in* Exegeſi ſucceſſ. Palat. Franciæ *&c. Cromerus* lib. 3. Rer. Polonic. in Boleslao I. Rege fol 26. col. 2. *quibus tamen hic auctor, qui Hezilonis tempore in Aula Cæſarea vixit, manifeſte contradicit. Sunt qui Franconiæ Comitem Palatinum fuiſſe aſſerant: recte, ſi Comitatus Vohburgenſem & Cambienſem, quorum partes Egra & Elenbogium fuere, Franconiæ annumeremus. Namque has ditiones Hezilonem poſſediſſe, mihi perſuaſiſſimum eſt.*

133 [β] Harduini] *Dithmarus Merſeburgenſ. in* Chronic. de Rebus Geſt. Saxon. *Cario* lib. 8. Chron. *Krantz.* lib. 4. Saxon cap. 32. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 5. *Conrad. Urſpergenſ.* in Chronic. *Sigonius* de Regno Italiæ, *Baronius in* Annal. Eccleſiaſt.

(γ) Cujus verba] *in d. anno 1004. fol. 452. Habemus & hic perilluſtre ejuſdem ſanctiſſimi Imperatoris exemplum, quo confirmamur diverſiones in bellis eſſe neceſſarias, ut hoſtium ac perduellium vires diſtrahantur: VVilhelmus Matthiæ in* tract. de Bello juſto & licit. *tum ſimulationem, quam Virgilius* dolum, *politici noſtri* ſtratagema *vocant, in bellis eſſe licitam. Polyænus in* Stratagemat. *Vegetius* lib. 3. de Re milit cap. 9. *VValafrid. Strabus Abbas Augienſ. in* Annal. Fuldenſ. an. DCCCLXXXII. verſ. Karolus quippe, in fin. *Val. Maximus* lib. 7. cap. 4. *Matth. Berneggerus in* Annotat. in Taciti Agricol. ſect. 8. cap. 27. loc. 5. *Lipſius* lib. 5. Politic. cap. 17. *Balthaſar Aayala* lib. 1. de Jur. & offic. bell. cap. 8. *Reinhard. Lorichius Hadamarius* de Inſtitut. Princip. fol. 314. *Heiderus in* Lection Politic. cap 5. *Caſmannus* de Vit. politic. cap. 51. *Caſp. Facius in* Axiomat. bellic. 96 *Timplerus* lib. 4. Politic. cap. 10. q. 24. *Keckermannus* lib. 1. Politic. cap. 30. *Schœnborn* lib. 6. Politic. cap. 27. *Elias Reuſnerus* lib. 2. de Art. ſtratagem. cap. 5. *Henr. Ranzovius in* Stratagem. *Avenarius in* Quæſtion. nomicopolitic. q. 107. *Cromerus* lib. 11. Rer. Polonic. fol 201. colum. 2. in fin. *denique fas eſſe, ut res noſtras, per vim nobis ablatas, pars ut non modo recuperemus, verum etiam alienas, id eſt, ipſius* E *ſpoliatoris, ditiones invadamus, & nobis appropriemus. Hoc enim volunt iſta auctoris verba circa finem:* Propria recipere, *nempe Ducatum Pragenſem & Marchiam Milzavianam, quæ ab Imperio immediate in feudum dependebant, & obitu Vlademaris Ducis, ſine prole defuncti, ad Imperatorem erant devoluta, ceu Dominum directum & proprietarium;* aliena invadere, *ſcilicet Boleslai Ducatum & ditiones, quæ aliena dicuntur reſpectu* F *utilis domini, quod Boleslaus in beneficio tenebat ab Imperio;* non tamen penitus aliena, *quia proprietas & directum dominium ad Imperatorem ceu feudi dominum & ſupremum Bohemiæ caput, ſpectabat.*

(δ) Auctor] *in d. anno 1004. fol. 452. & ſeq.* 134

(ε) Publii) *in ſententiis ab Eraſmo, Fabricio & Grutero illuſtratis. Monitum eſt Altitonantis apud Matthæum* cap. 7. v. 12 *Lucam* cap. 6. v. 31. *Tobiam* cap. 4. v. 17. *& rariſſime fallit, ut plena* G *documentis vel una Bohemorum hiſtoria noſtris Principibus poteſt fidem conciliare.*

(α) Ta-

A *feceris*; vel, ut cordate noſter auctor, *raro eſt culpa quam non ſequatur vindicta, niſi præmunierit eam pœnitentia*: quod crimen in fratrem commiſit Boleslaus, idem juſtiſſimo talionis iure (α) a Boleſlao Polonorum Duce pati debuit, ut eadem fraude exoculatus (β Principatu deturbaretur. *Hoc ergo*, pergit auctor, *excæcato, Bulizlavus, Meſeconis filius, per fraudes flexuoſas, per verſutias ſibi ſemper pediſſequas, per promiſſiones infinitas, Pragam & totam Boemiam invadit: ac dominio taliter adepto, turgidus per loca, Regio exercitui pervia, caſtella, firmiſſima munit.*

6. *Cum autem convocatis idem Rex*, ſcribit Nonnoſius Presbyter, [γ] *Principibus Regni ſui Quedelburg Curiam celebraſſet, univerſis in id ipſum conſentientibus, Poloniam & Boemiam, cæteraſque Sclavorum adjacentes regiones, quæ fines Regni ſui va-* B *ſtabant, debellare diſpoſuit. Congregato itaque exercitu contra prædictas nationes aciem direxit. Et faciens tranſitum per locum, qui Walbech dicitur, gladium S. Adriani*, [δ] *Martyris, qui pro reliquiis multo tempore ibi ſervabatur, accepit. Quo accinctus ex toto corde ſuo clamavit & dixit: Judica Domine nocentes me, expugna impugnantes me, apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium mihi.*

7. Proſequitur Adelboldus, [ε] inquiens: *Interea Rex cum Saxonibus veniens per montem quendam, in quo jam Bulizlavus munitionem quandam ad contradicendum introitum firmaverat, præmiſſis in nocte Marchionibus, cum maxima difficultate in Boemiam intrat. Cujus introitum ut Boemienſes ſenſerunt, quidam pavore Regiæ præſentiæ exanimati, caſtellum unum cum ſemetipſis Regi reddiderunt. Illud illico Rex Laremeri* C [leg. *Jaremeri*, id eſt, Jaromiro] *eunucho, fratri cæci Bulizlavi, quem ſecum nativam in terram pro pietate reducebat, cum ſumma benevolentia conceſſit. Deinde iter ſuum protelando per terram illam progreditur, exſpectans Bavarios, quibus non idem, qui & Saxonibus, in Boemiam erat introitus. Sed cum illi adventum ſuum protraherent, Rex ad quandam civitatem, quæ Satiza* [*Satz*] *vocatur, cum Saxonibus tantum pervenit. Cujus potentia viſa cives non mediocriter turbantur, & ſtatim de pace quærenda, ac Regis gratia impetranda, meditantur; portas illico civitatis aperiunt, & conditione adipiſcendæ gratiæ interſita, Polonos, quos Bulizlavus eis ad tuitionem ejuſdem loci adjece-* 135 *rat, ejiciunt: & ejiciendo quoſdam membrorum abſciſſione deturpant, quoſdam ab locis altiſſimis præcipitant, quoſdam etiam interimunt, ut & injurias ab eis illatas ulciſcantur* D *& honori Regio per omnia ſatisfaciant. Tandem hujus crudelitatis feruor Regis animum perculit, & ad contradicentes ejuſmodi inſanias inſita pietas inclinavit. Poſthæc civitas tota ſe Regi reddidit: & quia debuit, fidei promiſſione per ſacramenta, per obſides, obligavit. Interea fama volitat Bulizlavum a Pragenſibus conſpirationis vinculo colligatis interemptum, & quamvis mendax, fideles tamen Bulizlavi exterritat.*

8. Nonnoſius [ζ] Presbyter ſuperioribus verbis hæc ſubnectit: *Ut vero Principes Poloniæ & Bohemiæ, cæterarumque Sclavicarum gentium Primates Romanum Imperatorem*

(α) Talionis jure] *de hac Divini Numinis vindicta, ſera nonnunquam, ſed ſeria tamen & ſevera, multi multa exempla collegerunt, etiam illud* E *ingerentes, ut qui aliena invadit, amittat propria, quod & auctor iſte, ut paulo ante monuimus, non præteriit.*

(β) Exoculatus] *Coſmas Pragenſ. in* Hiſt. Bohem. anno 1002. *Calviſius in* Chronolog. anno eodem. *Dubravius, Hagecius, Beregk in* Chron. Bohem.

(γ) Nonnoſius] *in Commentar. de vita & rebus geſtis S. Heinrici Imp. cap. 3. & ſeq. Per* regiones *autem intellige* nationes, *ut mox ipſi interpre-* F *tatur, id eſt,* populos.

(δ) Gladium S. Hadriani] *cujus meminit quoque Martinus Hofmannus in* Annal. Bambergenſ. *& ex eo Jac. Greiſerus Societ. Jeſu Theolog. in* Not. ad Nonnoſii cap. 4. in Divis Bambergenſ. fol. 84. *Hic gladius hodie in cimeliis Imperii non amplius ſuperat: ſed gladius S. Mauricii Martyris, nec non gladius S. Caroli Magni, quem ab Angelo fertur in caſtro Ingelnheimenſi accepiſſe, pugnaturus contra infideles Saxones, Slavos, Bohemos, Hun-* G *garos, Sarracenos, quos ſub jugum Eccleſiæ & Imperii coegit; Trithem. in* Chronic. Spanheim. anno 1360. *Olim etiam Attila gladium in Germanorum Imperatorum clinodiis fuiſſe, refert Biſciola* lib. 20. Horar. ſubſeciv. cap. 14. *ex Lamberto Hirſchfeldenſi; qui & ipſe hodie in iis deſideratur.*

[ε] Adelboldus] *in d. anno 1004. fol. 453. ad finem uſque libelli, qui hiſce in verbis deſinit, mancus utique & truncatus. Quod dolendum eſt, quum nobis poſſet multa ſingularia & memorabilia de hac expeditione Bohemica ſuppeditare, tanquam teſtis oculatus, & qui ipſemet in præſentiarum fuerit. Verum quod illi deeſt, alios ut ſubminiſtrent, ſuccenturiabimus.*

(ζ) Nonnoſius] *in d. Commentar. cap. 4.*

(*) Neque tantum Goldaſtus flagitioſo ſilen-,, tio, ſed etiam narrationibus ipſis impoſſibilibus,, peccat, nam h. l. docuit: *Jaromirum a fratre* ,, *ſuo Boleslao immani crudelitate excæcatum*, cum,, tamen poſtea §. 13. ſui immemor, eundem Jaro-,, mirum ab Udalrico Bohemiæ Duce aſſerat Du-,, catu pariter & oculis eſſe privatum. Forte Bo-,, leslaus unum tantum Jaromiro oculum, & Udal-,, ricus eruit alterum, certe enim bis excæcari,, non potuit. Balbin. *lib. III, Miſcell. c. 22.* conf. *Epiſt.*

torem cum exercitu ad debellandos eos advenire cognoverunt, innumerabili multitudine A
collecta, in bellum ei obviam proceſſerunt. Quod Regi pio per ſpeculatores ſuos cito innotuit, &, ſicut in omnibus anguſtiis ſolebat, ad orationis arma confugit: invocatoque ſuper ſe nomine Domini, B. Laurentio, (α) S. Georgio, & B. Adriano, Martyribus, ſe ſuumque exercitum protegendum cum ſumma devotione commiſit. Et cum omnes perceptione corporis & ſanguinis Domini confortati fuiſſent, ad locum certaminis venerunt. Ubi cum Rex beatus verbis exhortatoriis ad viriliter agendum ſingulorum animos erexiſſet, videns innumerabilem adverſariorum multitudinem, clamavit ad Dominum, & ait: Deus, qui conteris (β) bella ab initio, eleva brachium tuum ſuper gentes, qui cogitant ſervis tuis mala; diſperge illos in virtute tua, & deſtrue eos protector meus: pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. Hæc dicens aperti ſunt oculi ejus, & vidit glorioſos B
Martyres, Georgium videlicet, Laurentium, Adrianum, cum Angelo percutiente, exercitum ſuum præcedentes, & hoſtium cuncos ad fugam propellentes. Et ſicut exercitus Sennacherib ab Angelo percutiente contritus eſt & periit, ita & omnis Barbarorum iſta multitudo per virtutem Dei conterrita, projectis armis ſine effuſione ſanguinis Chriſtianorum, fugæ præſidium quæſivit. Quo viſo Rex ſanctus, elevatis oculis & manibus in cælum, benedixit Deo cæli, & ait: Benedico te, (γ) Rex cæli & terræ, qui ſuperbis

Epit. Rer. Bohem. lib. II. c. 14. Si hic legamus *eunuchizavit*, uti ex Adelboldo legendum eſt, & Goldaſtus etiam profert *lib. IV. cap. 11. §. 6.* cadit omnis illa Balbini ratiocinatio, & amice *§. 5. & 13. in not.* inter ſe conſpirant, quæ monuit Goldaſtus.

(α) B. Laurentio] *quem etiam in exceſſu ſuo, in*
136 *examine illo horrendo, patronum habuiſſe ſcribit idem Nonnoſ.* cap. 28. *Auctor* Compilat. Chronologic. *Krantzius* lib. 4. Saxon. cap. 35. *& (cum cenſura tamen)* lib. 4. Metropol. cap. 9. *Cuſpinianus in* Cæſar. in Henrico II. *Hofmannus in* Annal. Bamberg. *Centuriatores Magdeburgenſ.* Cent. 11. *Baronius in* Annal. Eccleſ. anno 1024. *At Lutherus in* Conc. de Nativitat. B. Mariæ Virginis, *non ipſum Laurentium, ſed Diabolum in ejus forma apparuiſſe, putat. Quem redarguunt Serarius in* Comment. in Joſue cap 4. qu. 45. *& Gretſerus in* Not. in Nonnoſ. cap. 28. *Et quid vetat fidem adhibere hujuſmodi prodigioſis apparitionibus? quum etiam ſacrarum literarum auctoritate confirmentur, Joſua* cap. 5. v. 13. & ſeqq. *Machabaeor.* lib. 2. cap. 10. & cap. 12. v. 8. *Ramiro Hiſpanorum Regi contra Saracenos pugnaturo S Jacobum Apoſtolum apparuiſſe, exercitumque albo vexillo præcedentem hoſtes in fugam convertiſſe, hiſtorici ſcribunt. quem Angelum fuiſſe in Apoſtoli forma apparentem aſſerit Ambroſius Moibanus Superintendent Vratislavienſ. in* Explicat. Pſalm 29. *& ex eo Hondorphius in* Promptuar. exemplor. in 3. præcept. rubr. de Angelis. *Quin ipſi Magdeburgenſes tradunt, in obſidione Cæſareana apparuiſſe præcedentem milites ſuos equitem armatum alba veſte ſplendentem, quem vocant* den vveiſſen Reuter, *& Angelum cæleſtem fuiſſe putant. Plura id genus exempla, referunt idem Hondorphius in* d. rubr. de Angelis. *Bapt. Fulgoſus* lib. 1. Exemplor. cap. 6. *Centuriat. Magdeburgenſ.* cent. 5. cap. 13. *Herburtus de Fulſtin* lib. 8. Hiſt. Polonic. cap. 2. *Martin. Cromerus* lib. 5. Rer. Polonic. fol. 52. col. 1. *Claudius Duretus in* Hiſtor. linguar. cap. 67. fol. 761. *Martin. Magerus* de Advocat. armat. cap. 4. num. 16. *Roſſetus in* Hiſtor. tragic. cap. 18. fol. 565. *Beſoldus in* Diſſert. de Republic. curand. cap. 3. num. 2. *Drexelius Societ. Jeſu in* tract. de Angelo cuſtod. fol. 261. & fol. 264. *ubi refert, prælio Pragenſi Angelos interfuiſſe, & ex eo repetit Beſoldus* dict. cap. 3. num. 6. *Certe Imperio Germanico ſuum eſſe Genium, id eſt Angelum cuſtodem & tutelarem a Deo conſtitutum, colligi poteſt ex iis, quæ tradunt Daniel* cap. 10. *Johannes in* Apocalypſ. *Dionyſius Areopagita in* lib. de Cæleſti hierarch. C
cap. 9. *Clemens Romanus* lib. 2. Recognition. *interprete S. Ruffino Aquilegienſi Presbytero, S. Maximus in* Scholiis ad Dionyſ. d. cap. 9. *Joan. Picus Mirandula Comes* lib. 4. contra Aſtrolog. cap. 4. *Pererius in* Geneſ. cap. 14. fol. 517. *Juretus in* Animadverſion. in Symmach. Epiſtol. *Auguſtinus Steuchus Eugubinus* lib. 8. de Perenni Philoſoph cap. 9. *Lipſius* lib. 1. Phyſiolog. Stoicor diſſert. 20. *Caſmannus in* Aſtrolog. part. 1. cap. 1. q. 1. *Beſoldus in* d. Diſſert. de Repub. cur. cap. 3. *Chriſtoph. Landinus* D
in Comment. in Virgil. lib. 2. Æneid. *Gilbert. Gaulminus in* Not in Michael. Pſelli Dialog. de Operat. Dæmon. *Nec Imperia tantum, & Regna, & Principatus, ſed & Civitates, ſuos habere proprios Genios, id eſt Angelos tutelares, aſſerit Petrus Crinitus* lib. 9. de Honeſt. diſciplin. cap. 3 *Kepplerus* lib. 4. de Harmonia, fol. 171. *Nec bonos tantum Genios, ſive Angelos ſuos tutelares, Imperia, Regna, Principatus, Civitates, oppida, villæ, ædes, familiæ, quin ſinguli homines, habuerunt, ſed &* E
malos, quos Dæmones vocant; de quibus Lutherus in præfat. in Daniel. ita ſcribit: Ein jegliche Herrſchafft hat ihre Fürſten aus der Helle, je grœſſer Herrſchafft, je grœſſer und ærger Teuffel, die den Kœnig und Herren alle plagen anlegen, mit hindern, mit reitzen zum zorn, ſtreitt, mord, ſtoltz, unzucht, und allen Laſtern, daſs GOtt vviederum muſs auch gute Engel vvider die Teuffel halten. *Pro cujus verbis mala rebellionum & conſpirationum a malis Geniis ſive Dæmonibus im-* F
mittuntur; victoria autem contra hoſtes ac rebelles, & pacis publica conſervatio a bonis Geniis ſive Angelis cæleſtibus procurantur & reparantur.

(β) Deus qui conteris] *ex Pſalm 78.*

(γ) Benedico te, Rex] *ex Petri Apoſt.* Epiſt. 1. 137
cap. 5. *Hinc autem diſcimus, quantum fideles preces & devota pietas apud Deum armipotentem polleant atque poſſint, ad calamitatem publicam averruncandam, malignantium iniquitatem retundendam, perduellium vires frangendas, & vi-* G
ctoriam denique in cauſſa juſta impetrandam. Quæ omnia Imperator Heinricus certa in Deum fiducia, effuſis ad eum precibus, & devota in cælites pietate, non ſine miraculo, ut heic videmus, impetravit.

A *reſiſtis , & humilibus das gratiam : qui cuſtodis diligentes te , & glorificatus es in gentibus propter datam nobis de cœlo victoriam. Victis ergo Barbaris , & quæ ad futuram pacem prodeſſe poterant , firmiſſima pactione ſtabilitis , vir beatus cum ſuis in ſua redierunt cum pace , glorificantes & laudantes Deum , qui ſalvat ſperantes in ſe.*

9. Hujus victoriæ felicem ſucceſſum brevibus iſtis verbis commemorat Hermannus Contractus, [α] S. Galli Monachus: *Henricus Rex in Sclavos arma convertit , Boemaniſque ad priſtinam ſervitutem tributumque redactis , Folizlavum etiam Ducem Sclavorum Polonorum cum tota gente ſua ſubjugavit.* Reicherſpergenſis Monachus: [β] *Poloniam cum Duce Bolizlao ſubegit : Boemiam vicit & ſubjugavit : Pannoniam inferiorem fidei Catholicæ & Romano Imperio adunavit.* Nonnoſius Presbyter: [γ] *Cumque Chri-*
B *ſtianiſſimus Rex Poloniam , Bohemiam , Moraviam , tributarias feciſſet*, &c. Jacob. de Strada , [δ] Antiquarius Cæſareus: *Principio Bohemos & Vandalos* (id eſt , Polonos) *bello fatigatos , tributarios & ſubditos ſibi fecit.*

10. Anno MV. refert Dithmarus , [ε] Epiſcopus Merſeburgenſis, Jaromirum Ducem Bohemiæ , fratrem Boleſlai cœci , ab Henrico Imper. fuiſſe in Ducatum , fugato Boleſlao Polono , reſtitutum , & in ejus præſentia inauguratum ; ipſumque Cæſarem Pragæ ab indigenis Bohemiæ juramentum fidelitatis tam ſibi quam Duci exegiſſe. Addit : *Cunctis mox dignitatibus a Rege honoratur Jarimirus paternis , convocatis indigenis coram omnibus* ; hoc eſt , inveſtitur publice de Ducatu , præſentibus Bohemiæ Statibus ad id convocatis. [*]

C 11. Certe Bohemiam ac Poloniam tum fuiſſe ab Henrico Imp. ſubactam , & tributo impoſito in jus Imperii Germanici reductam , præter allegatos ſcriptores aſſerit etiam Hugvvald. Mutius (ζ) in hunc modum : *Gallia ſedata exercitum victorem ducit in rebelles Boemos & Sclavos , cum quibus ſæpius congreſſus ſemper victor diſcedit. Prælio vero præter alia majore poſtremo victi pacem petunt , jugumque admittunt. Subjugatis Boemis , & eorum Principe Boliſlao , apud illos jura & leges in rebus prophanis ac ſacris ordinavit.* Et Georg. Sabinus: (η)

Sarmatica junctos fudit cum gente Bohemos,
Omnes Vandalici fregit & hoſtis opes.

Guilielm. Rouillius (ϑ) Lugdunenſis: *Principio Bohemos & Vandalos* (id eſt , Polonos)
D *bello fatigatos , tributarios ac ſubditos fecit.*

12. Anno

travit. Quod ipſum de Ottone I. Imperatore confirmat Luitprandus Ticinenſis Diaconus, lib. 4. Rer. per Europ. geſtar. cap. 11. & cap. 12. *& de Boleſlao Polonia Duce contra Ruſſos infideles pugnante , Cromerus* lib. 9 Rer. Polon. fol. 163. col. 1. *Adeo verum eſſe illud Germanorum verſverbium experimur , quo dici ſolet* : die Heiligeo thuo zeichen , *id eſt* , Sancti faciunt ſigna : *hoc eſt , res ſignandas & miraculoſas. Bonfinius Rer. Hungar.*
E *Decad. 2. lib. 1. de hoc Henrico Imp.* Cum ſæpe ante prælium euchariſtia muniret exercitum, Laurentium, Georgium & Adrianum , cum armato Angelo , Divos ſuam aciem præceſſiſſe conſpexit. *Idem refert Auctor* Compilationis Chronolog. anno 1004. *Gretſerus in* Not. ad d. cap. 4.

(α) Contractus] *in Chronic. anno 1004. Eadem iiſdem propemodum verbis referunt Marianus Scotus* lib. 3 Chronic. ætat. 6. anno 1004. *Godefridus S. Pantaleonis Monach. Colonienſ. in* Annalib.
F anno 1004. *Albertus Stadenſis in* Chronic. anno 1003. *Matthæus Mareſcalcus de Bappenheim in* Chronic. Auſtral. anno 1004. & in Chronic. Auguſtenſ. anno eodem. *Carion* lib. 3. Chronic. in Henrico II.

(β) Reicherſperg.] *in Chronic. anno 1004.*

(γ) Nonnoſius] *in d. Commentar cap. 5.*

(δ) Strada] *in Epitom. theſauri antiquitat. in Henrico II. Claudo Imp. Bohemos tunc Imperatori tributum annuum a majoribus depenſum ſolvere*
G *promiſiſſe , teſtatur Coſmas Pragenſis Epiſcopus in* Chron. Bohem. lib. 2. anno 1024.

(ε) Dithmarus] *qui hoc tempore vixit pariter* 138
& ſcripſit , lib. 7. de Rebus geſt. Saxon. fol. 62. & ſeq. *Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil Saxon. anno 1005. *Calviſius in* Chronolog. anno eodem.

(ζ) Murius] *lib. 4. de Reb. geſt. German. fol. 108. in fin. cujus fidem elevare conatur Cromerus* lib. 3. Rer. Polon. fol. 41. col. 2 *ſed pro veritate Mutii ſtant Æneas Sylv. in* Hiſt. Bohem. cap. 19. *Alb. Krantz.* lib. 6. Wandal. cap. 6. *Auctor* Chronic. Sclavicæ cap. 14. *Micyllus in* Epigrammat. *Naucleras in* Chronic. generat. 35. *Cuſpinianus* de Cæſarib. Roman. in Henrico II. *Hagecius in* Chronic. Bohem. *Paulus Conſtantinus Phrygio in* Chronic. Regum. *Anshelm. Ryd. in* Catalog. annor. & Princ ipp. fol. 48. *Melanchthon* lib. 4. Chronic. *Bonfinius* Rer. Ungaric decad. 2. lib. 1. *Egnatius in* Epitom. Romanor. Princ ipp. *Goltzius in* Imperator. imagin. cap. 128. *Krantz.* lib. 6. Wandal. cap. 6. *Calamin. in* Rudolphottoc. act. 2. ſcen. 2. n. 13. *Fabricius* d. lib. 2. anno 1005. *Calviſius in* Chronolog. anno eod. *Ciſnerus in* Orat. de Ottone III. Imp. & Elector. Inſtit.

(η) Sabinus] *de Cæſarib. in Henrico II.*

(ϑ) Rouillius] *in Promptuar. iconum part. 2. fol. 148.*

(*) Ex hoc Ditmari loco clariſſime refutari poteſt Stranskius *de Republ. Bojem cap. 3. §. 11.* quaſi Udalricus primus patriam dignitatem Germanis debeat , nonne enim ante hunc Jaromirus ab Imperatore fuit Dux Bohemiæ conſtitutus ?

12. Anno MXI. Belgram Hermundurorum indicitur conventus, cui adfuit Jarimirus Dux Bohemiæ, a fratre Boleſlao [α] valde exagitatus: ideo indicitur Boleſlao bellum, qui cum Bernhardo Duce Lunæburgenſi fœdus fecerat adverſus Imperatorem. Legati Ranſtadii deprehenſi ſuſpenduntur; ſed bellum ſocorditer geritur, & Boleſlaus, cum capi potuiſſet, dimittitur. A

13. Anno MXIV. de Udalrico, quem Othelricum appellat, Bohemiæ Duce, ſcribit Dithmarus [β] Epiſcopus: *Germanum* [id eſt, fratrem Jaromirum (γ)] *quem merito præ his diligere debuit, verebatur, & ne umquam ad ſe veniat, diligenter cuſtodire conatur. Bohemi, regnante Suatoplaco Duce, quondam fuere noſtri: huic autem a noſtris parentibus* (hoc eſt, agnatis & cognatis Thuringiæ Lantgraviis, Miſniæ & Bern-
139 burgi Marchionibus) *ſolvitur cenſus. Sine maximo timore in his* (Bohemicis) *nullus dominatur provinciis. Charitas pura gemit excluſa, quia regnat ibidem perjurium cum fraude ſua.* B

14. Anno MXV. refert Fabricius: (δ) *Ulricus Dux Bohemiæ, ne eandem, ac Polonus,* (ε) *experiretur fortunam, de pace cum Imperatore agi curavit; & gratiam impetrat.* (*)

15. Anno MXVIII. Imperator, cognita *Ulrici Bohemi* ſuperbia & pértinacia a Legatis, quos ad eum miſerat, decernit, ne quis porro *nuncius ad eundem mitteretur, neve ullus ab eo miſſus audiatur,* addita decreto pœna eſt, ut ſi quis aut ſocietatis cum eo, ac collocutionis ullius reus deprehendatur, perduellis ſit. (ζ)

16. Anno MXIX. Gero, Antiſtes Magdeburgius, & Arnolfus, Præſul Halberſtadius, pacem Budiſſinæ cum *Duce Bohemiæ*, Imperatoris juſſu ſanciunt, quibus adjuncti fuere Hermannus & Ditericus Marchiones Miſniæ, & Fridericus comes quidam Imperatori a cubiculo. Hi, cum Imperatoris mentem expoſuiſſent, & viciſſim Bohemi voluntatem cognoviſſent, conditiones inveniunt, quibus pax firmata eſt. Bohemus obſides dat, & Odam Marchionis Miſniæ Echardi filiam ſe ducturum promittit. Quæ cum a Cubiculario Imperatori renunciata eſſent, conditiones approbat. Publicata pacis capita IV. Calend. Februar. (η) C

(α) *Calviſius in* Chronolog. an. 1011. *Beleslaum male appellat fratrem Jaromiri,* (**) *qui erat Dux Poloniæ, Meſiconis ſeu Micislai filius. Videatur Georg. Fabricius* lib. 2. orig. Saxonic. anno 1013.

(β) Dithmarus] *lib. 6. de Reb. geſt. Saxon. fol. 83.*

(γ) Jaromirum] *qaem Udalricus per fraudem captum, Ducatu pariter & oculis privavit, at rerum Bohemicarum ſcriptores Sylvius, Dubravius, Hagecius, Boregkius, alii tradidere.*

(δ) Fabricius] *lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. anno 1015.*

(ε) Polonus] *de hac expeditione Cæſaris contra Poloniæ Ducem videatur Dithmarus in* Chronic. d. lib. 6. *Calviſius in* Chronolog. anno 1015. *Lambertus Schafnabargenſ. in* Chronic. German. *Cromerus* lib. 3. Rer. Polon. in Boleslao 1. Reg. fol. 41. col. 2.

(ζ) *Fabricius* d. lib. 2. anno 1018. *Eſt autem hæc ſolemnis formula proſcriptionis ſeu banni Imperialis, quam perfidia & crudelitate ſua Udalricus Dux malus omnibus juſtiſſime promeruit, quod evitata fratris Boleslai perſecutione, in Bavariam ad Imperatorem confugiens, ab Ottone III. & dein Henrico iſto II. receptus, humaniſſime benigniſſimeque habitus, quam plurima ab eis beneficia acceperit, denique fratrè Jaromiro commendatus hanc peſſimam gratiam germano pariter & Cæſari, ei regimen, huic fidelitatem auferendo, reddiderit. Hæc ita narrant ſcriptores illorum temporum. Bohemi, ut alia omnia, iſtam quoque hiſtoriam varie detorquent, confundunt, turbant, nec ubi ſeſe expediant, invenire poſſunt, quemadmodum uſu venire ſolet iis, qui pro affecta magis, quam vero, dimicant.*

(η) *Fabricius* d. lib. 2. anno 1019. *Calviſius in* Chronolog. anno eodem. D

(*) Eodem genio Goldaſtus clariſſimam Udal- „
rici Bohemiæ Ducis Anno 1015. victoriam præ- „
termiſit, neque id tantum, ſed prorſus contra- „
rium ſenſum ex eodem authore Fabricio maligna „
mente elicuit. Ut id Lectores clare intelligant, „
verba primum Fabricii, dein Goldaſti recitabo. „
Fabricius Anno C. 1015. *primo* prælio [Udalrici „
Bohemiæ Ducis cum Henrico] *sed. e Bohemis de-* „
ſiderati ſunt, ſed brevi reportata eſt de Saxoni- „ E
bus ingens victoria, Udalrico Duce Bohemorum „
primo aciem ducente, ceciderunt e Saxonibus „
clariſſimi quique viri. Hæc Fabricius. Quid „
Goldaſtus. Anno 1015. *Ulricus Dux Bohemiæ* „
Pacem ab Imperatore & gratiam impetrat. Ubi „
iſtud dixit Fabricius Goldaſte, aut ſi dixit, cur „
Victoriam omittis, quam nunquam omitteres „
profecto, ſi de *Bohemis* porta fuiſſet? Balbinus „
lib. III. Miſcell. c. 22. Eadem & *in Epit. Rer. Bohem. lib. II. cap. 14* monet. Victoria hæc Bohemorum F
non tanta fuiſſe videtur, ut de ea multa verba facienda fuerint; Potius hac expeditione Henricus adegit Uldalricum, ut vocatus Merſburgum hoc ipſo anno tempore paſchatis comparuerit, & *pro criminis accuſati innocentia ſe expurgaverit,* narrante Ditmaro *lib. VII. p. 402.* & Auctore *Annal. Hildesh. ad h. a.* conf. Vitam *Meinvverci Epiſc. Paderborn. p. 528. edit. Leibn.*

(**) Male Goldaſtus *h. l.* Calviſium perſtringit, nam Jaromiri fratrem fuiſſe Boleslaum, & Adelboldus, & Ditmarus teſtantur. G

A 17. Coronidem Henrici geſtis imponat Nonnoſius, (α) vetus admodum auctor, de Heinrici pietate in Deum, ſtudio erga religionem, & glorioſo omnium bellorum eventu, ſcribens in hæc verba: *Et mirum, quod homo Dei, qui circa Eccleſiaſticas utilitates tanto ſtudio, ob ſalutem animæ ſuæ, flagrabat, in nullo profectum Regni negligebat; quin imo ſine effuſione ſanguinis, pietate & ſapientia terminos Regni ſui dilatavit, & Imperialem dignitatem gloria & honore amplificavit & ornavit. Boemiam vicit, & ſubjugavit: Burgundiam in deditionem recepit: Pannoniam quoque Catholicæ fidei & Romano Imperio coadunavit: victor autem aliarum nationum, Apoſtolus fit Ungarorum.* (β)

(α) Nonnoſius] *in Commentar. de vita & ge-*
B *ſtis S. Heurici Imp. cap. 27.*

(β) Apoſtolua Ungarorum] *ſicut Conſtantinus Magnus in* Kalendar. Eccleſiæ Conſtantinopol. *vocatur* ἀπόστολος *&* ἰσαπόστολος, *quia primus Imperatorum Chriſtianam fidem publice plantavit. Sic Juſtinianus Magnus, qui exſtinctis in Italia & Africa Arrianis Catholicam Eccleſiam reſtauravit,* Apoſtolua *vocari a Græcis ſolet, docente Meurſio in* Gloſſar. mixobarb. verb. ἀπόστολος. *Sic Karolus Magnus* Saxonum Apoſto-
C lus *indigetatur a Rolevvinck.* lib. 3. de morib. Weſtphal. cap. 8. fol. 174. & lib. 2. cap. 20. *Herman. Lerkecke in* Chronic. Schavvenburg. anno 1165. fol. 20. *& Monacho Dominicano in* Chronic. Mindenſ. fol. 98. *Verum Hagecius in* Chronic Bohem. part. 1. *non Imperatorem noſtrum, ſed Stephanum Regem, Imperatoris ſororium, Ungarorum ſuorum facit Apoſtolum, donatumque inſigni Apoſtolico, id eſt, duplici cruce, a Summo Pontifice, in Apoſtolatus ſui memoriam. Sed juſtior is dici meretur Apoſtolus, qui fidem intulit, quam qui accepit, ut Stephanus Rex a noſtro Imperatore.* Apoſtolus, *inquam, non proprie, ut duodecim illi a Chriſto miſſi, ſed* καταχρηστικῶς *pro primo fidei Chriſtianæ in aliqua provincia plantatore & propagatore, ut Turrianus, Caſaubonus, Elmenhorſtius & alii docuerunt. Joan. Herburtus lib. 13. Hiſt. Polon. cap. 11. de VVladiſlao Rege Polonia*: In Samagitiam profectus, gentem eam, quæ nondum falſorum deorum cultum penitus abdicarat, magno ſtudio magnaque cura, exſtinctis ſacris ignibus, ſucciſis lucis, necatisque ſerpentibus, & aliis ſacris animalibus, ad religionem Chriſtianam convertit, non modo pii Regis, ſed etiam Apoſtoli fungens officio.

CAPUT V.

Rebellionum Bohemicarum Protelum in Imperatores Salicos ſive Franconicos, eorumque ſucceſſorem Lotharium Saxonem: hoc eſt, proceſſus earum ab anno Domini MXXIV *uſque ad annum* MCXXXII. *Poloniæ, Lituaniæ, & Ruſſiæ Regna Imperio Germanico*
D *ſubjecta fuerunt.*

TAmen a malitia nondum ceſſabant totiens victi, totiens ſubacti, totiens ſacramento nexi ac vincti Bohemi, quin minima quaque oblata occaſione ſubinde in Dominos ſuos ſupremos, Germanorum ac Romanorum Imperatores, rebellarent, turbaſque perpetuas Imperio noſtro cierent: quemadmodum hoc ipſo anno MXXIV. eos Conrado II. Salico recens electo feciſſe memoriæ proditum eſt. (α)

2. Anno Chriſti nati MXXVII. *Conradus Imperator Polonos, & Regem eorum Miſingum, magna cum virtute perdomuit; & auxiliatores eorum Bohemos, cæteroſque Sclavorum populos ſub tributum miſit.* (β)

E 3. Anno MXXVIII. Mieſico, (γ) Dux Poloniæ, fratrem Ottonem Principatu, Udalricus, Bohemiæ Dux, fratrem Jaromirum vita privat. [*] Hinc conſcientia ſceleris, & metu Impetatoris, uterque conſpirant, tributa annua Imperio denegant, obedientiamque Cæſari præſtare detrectant. Otto ad Imperatorem confugiens fratrem Mieſiconem ſuper ſpolio accuſat, juſque ſibi pro recuperando hereditario Ducatu adminiſtrari

(α) *Sebaſt. Francus* Chronic. part. 2. anno 1024. fol. 463. *Helinandus apud Vincentium Belvacenſ. in* ſpecul. hiſtorial. lib. 24. cap. 17. *Matthias a Michou in* Chron. Reg. Polon. lib. 1. cap. 19.

F (β) *Albertus Abbas Stadenſ. in* Chronic. anno 1027. *ubi quem ipſe* Miſingum, *alii vocant* Mieſiconem, *alii* Miecealaum. *Diſſentit Cromerus* lib. 3. Rer. polon. in Miecislao II. Reg. fol. 46. & lib. 4. fol. 49. col. 2. *Dlugloſſus tamen* in Hiſt. Polon. *cum Alberto ſentit.*

(γ) Mieſico &c.] *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 168. anno 1028. *Diſſentit tamen idem Cromerus* d. fol. 46.

(*) Coſmas Pragenſis *lib. I.* hunc fratri ſuo Udalrico ſuperſtitem fuiſſe tradit ille, autem obiit anno 1034. ut *ad §. 4.* notabimus. Qua igitur ratione hæc cum Goldaſti narratione componi poſſint non video.

(α) Proditu-

niſtrari flagitat. Imperator utrumque, Bohemum & Polonum, mandato ſuo in jus A citat, diem ſiſtendi ſe in Curia præfigit; non comparentibus bellum indicit. Udalricus Bohemus potentiam Cæſaris & Germanorum veritus, Mieſiconem ad ſe profugum, jure fœderis & hoſpitalitatis violato, neſarie capit, eumque Imperatori, ut gratiam & pacem ab eo impetraret, proditurus offert. [α] Sed juſtiſſimus Imperator tantum nefas deteſtatus, proditorem proſcribit, & Ducatu abdicat, ut jam dicemus.

4. Anno MXXX. ſcribit Wippo [β] Cappellanus noſtri Imperatoris Conradi: *Dum Imperator Chunradus in Burgundia* &c. *filius ſuus Heinricus Rex non ſegnius Reipublicæ conſuluit in Bohemia, & in cæteris regionibus Sclavorum: ubi & Udalricum Ducem Bohemiæ, & reliquos quam plures Cæſari adverſantes, ſtrenue ſubjugavit.* Et Bonfi-
142 nius: [γ] *Henricus III. Imperator graviter indignatus, quod* [Udalricus Dux Bohemiæ] B *Poloniam injuſſu ſuo devaſtarit, Odalrico filioque bellum indixit: quia Romano Imperio Ducatus ille ſubjectus erat, quotannisque boves centum & viginti, item argenti poſtulati quinquaginta pondo pendere cogebatur. Quare Imperator cum Othardo Saxonum Duce, a duplice latere Boemiam invadere decernit &c. Dedentibus ſeſe Odalrico ac Fyzetislao, leges ab Imperatore pro arbitratu datæ, exacta trium annorum tributa. Sileſiæ quotannis triginta auri, quinquaginta argenti pondo, Boemiæ Principi tantum dare juſſa.* Uterque hanc expeditionem ad Henricum III. referunt, quam pater ejus Conradus II. Imp. decrevit, filiumque Henricum Romanorum Regem exercitus ſupremum ductorem conſtituit. Qui, re feliciter geſta, Udalricum captum (δ) & Ducatu privatum Ratiſponam ad patrem Imperatorem perduxit, ibidemque in cuſtodia tamdiu detinuit, do- C nec ab Ordinibus Bohemicis redemptus, præſtito corporali juramento, ſe in poſterum Cæſari & Imperio fidelem obedientemque futurum, in Ducatum reſtitueretur. [*]

5. Anno MXXXIV. ſcribit Cardinalis Baronius, (ε) Bohemos, Moravos, ſimul & cæteros Slavos Vinidos, ex injuſta ſervitute Mieczeslai Polonorum Regis a Conrado Imp. vindicatos, & Imperio Germanico rurſum aſſertos eſſe.

6. Anno MXXXV. iterum tumultuantes Bohemi cohibentur, & ſub tributum (ζ) mittuntur. Georg. Sabinus (η) de Cunrado II. Cæſ.

Sæpe triumphatos affecit clade Polonos;
Sæpe Bohemorum cæde replevit humum.

Strada Mantuanus: [θ] *Hungaros deficientes adeo eſt bello perſecutus, ut coegerit Stepha-* D *num Regem miſſis Legatis pacem petere; cæteroſque omnes, Bohemos & Polonos tributarios prius factos, ad parendum compulit.*

(α) Proditurus offert] *VVippo Capellanus in* Hiſtor. Chunradi Salici cap. 29. *Gotfredus Viterbienſ. in* Pantheo part. 17. in Conrado II. Imp. fol. 485. *Mutius* lib. 14. Chronic. German. fol. 111. *Spangenberg.* cap. 165. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 5. fol. 406.

(β) Wippo] *in vita Chunradi Salici Imp. cap. 33. Videantur etiam Curaus in* Annal. Sileſ. fol. 39. *Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirpe Sclav. in ſtemmat. Reg. Bohem. fol. 136. *Strada in* Epitom. theſauri antiquit. in Henrico III. Imp.

(γ) Bonfinius] *Rer. Ungaric. decad. 2. lib. 2. fol. 193.*

(δ) Udalricum captum &c.] *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 168. anno. 1030.

(ε) Baronius] *Annal. Eccleſiaſtic. tom. 11. anno 1034. n. 33. Adamus Bremenſ.* lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 39. *Melanchthon* lib. 4. Chronic. *Michovius in* Sarmat. Europ. lib. 2.

(ζ) Sub tributum] *Adamus Bremenſ.* lib. 2. cap. 39. *Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. ætat. 6. cap 53. *Cuſpinianus* de Cæſarib. Rom. in Conrado II. *Nicol. Reuſnerus* de Cæſarib. *Calaminus in* Rudolphottoc. act. 2. ſcen. 2. n. 17.

(η) Sabinus] *lib. 2. de Cæſarib. Mycellus & Urſinus Velius in* Epigrammat.

(θ) Strada] *in Epitom. theſauri antiq. in Conrado Salico.*

(*) Udalricum captum & Ratisbonam adductum a Proceribus Bohemis auro redimi debuiſſe, „ Spangenbergius adjicit. Hæc captivitas & fœda „ nundinatio mihi probabilis non eſt, pro omni ar- „ gumento habeo Wipponem Imperatoris Capel- „ lanum, qui de eo bello agens, nihil ejuſmodi „ retulit, cum Cæſari adeſſet, idque Domino ſuo „ glorioſiſſimum procul dubio narrare non omiſiſ- „ E ſet. Balbinus *lib. III. Epit. R. Boh. c. 1.* Quanquam Wippo nonniſi pauca hac de re memoret, attamen ex illo diſcimus Udalricum Conrado exoſum fuiſſe. Clarius id explicat Auctor Annalium Hildesheimenſium *ad annum 1032.* cum narrat vocatum Udalricum ad Imperatorem Mersburgi commorantem, ſed mandata Conradi neglexiſſe, ſequenti vero anno Wirbenæ Imperatorem conveniſſe, ubi de inſidiis accuſatus & convictus in exilium miſſus fuerit. Conſ. Chronogr. Saxon. F *ad h. a.* Cum vero anno 1034. Conradus Paſcha in Urbe Ratisbona celebraret, deprecante Imperatrice, nec non variis Principibus ab exilio liberatur, in gratiam recipitur, & Ducatui ſuo reſtituitur, ea tamen lege, ut fratri ſuo Jaromiro dimidiam Bohemiæ partem adminiſtrandam relinqueret. Verum fidei ſuæ Conrado datæ parum memor fuit, vix enim domum reverſus, quin ſtatim Jaromirum oculis privaret, filium in fugam conjiceret, & Imperatoris mandata plane ſperne- G ret.

Digitized by Google

A 7. Anno MXXXIX. Conrado patri ſucceſſit Heinricus III. Imperator, qui inito
mox Imperii Regimine bellum contra Bohemos proſequitur. Cauſſa fuit, quod Bohe-
miæ Dux regiones Imperio conjunctas, maxime Poloniam, excurſionibus ſuis depopu- 143
laretur. Lex a patre Conrado lata erat & in publicis comitiis publicata, ut pax publi-
ca ſervaretur, pœna capitis in violatores ſancita. Hac lege (α) Bohemos, Polonos,
æque ac cæteros *Imperii* Principes, teneri Imperator dicebat. Polonis ergo beneficium
legis & vindictam clamantibus, Bohemi contumaces & imparentes proſcribuntur, uti
hæc in hiſtoriarum monumentis [β] latius deducta legimus. [*]

8. Curæus Glogovienſis: (γ) *Biſetiſlaus Bohemiæ Dux irruptione in Poloniam
facta, eam deprædatus eſt, ablatis maximis ſpoliis. Eum ideo Rixa Poloniæ Regina apud*
B *Cæſarem Cunradum II. accuſavit. Qui expeditionem in Poloniam ſuſcepit, ut Bohe-
mum ad reſtitutionem & reſarcitionem damnorum compelleret.* Quam expeditionem
defuncto Conrado Heinricus III. filius perſecutus eſt, & capta Praga Principem ad pa-
cem redegit. Reuſnerus: (δ) *Idcirco ab Henrico III. Cæſare, & aliis Imperii Proceri-
bus proſcriptus & oppugnatus, quaſi publicæ pacis turbator, pacem petere eſt coactus.* Vo-
laterranus: (ε) *ſupplex veniam petere, & tributa ſolvere cogitur.*

9. Anno MXL. bellum magna vi contra Bohemos geritur, quorum Dux Bretislaus
ſeu Vratislaus apud Cæſarem Heinricum III. de quatuor maximis criminibus acculatus,
nempe pacifragio, ſpolio Polonico, conſpiratione cum Hungaris facta, & tributorum
debitorum recuſatione, jam erat ob contumaciam in publicis Imperii comitiis proſcri-
C ptus. Lambert. Schafnaburgenſ. (ζ) *Heinricus Rex in Boemiam duxit exercitum.* Her-
mannus Contractus: *Heinricus III. Rex Boemiæ Ducem bello petit* &c. (**) Sigebertus:
(a) *Hen-*

ret. Sed haud diu his facinoribus fuit ſuperſtes, cum enim illis patratis cibo potuque ſe farciret, tanquam re bene geſta, ſubitanea morte, eo ipſo anno, opprimitur, ut *Chronogr. Saxo.* & *Annal. Hildesheim.* tradunt. Vide etiam Gobelinum in *Cosmodr. Aet. VI. c. 53.* qui tamen in eo a ceteris differt, quod narret Udalricum poſt reiteratam rebellionem denuo captum, & cibo potuque pri-
D vatum, extabuiſſe. Ceterum, his potius fidem habeo, quam Spangenbergii narrationi de captivitate & redemptione Udalrici, aut Balbino, qui ſupra memorata in dubium vocat, aut Coſmæ, Stranskio, aliiſque rerum Bohemicarum Scriptoribus, qui mortem Udalrici ad an. 1037. differunt.

(α) Hac lege Bohemos] *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1040. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 80.

(β) Hiſtoriar.] *Spangenberg. in* Chronic. Sa-
E xon. cap. 171. anno 1039. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. in Bohemia. *Reuſnerus in* Baſil. genealog. in ſtirp. Sclavic. in ſtemmat. Princip. & Reg. Bohem fol. 136. *Neugebaur* lib. 3. Hiſt. Polonic. fol. 58. *Cromerus* lib. 4. Rer. Polon. fol. 51. col. 2. & fol. 52. col. 1.

(γ) Curæus] *in Annal. Sileſ.* fol. 39.

(δ) Reuſnerus] *d. fol. 136.*

(ε) Volaterranus] *Geographia lib. 7. cap. de Boemia, Guilielm. Rouillius in* Promptuar. iconum
F part. 2. fol. 153.

(ζ) Lambertus] *in Chronic de reb. geſt. German. anno 1040. Marianus Scotus* lib. 3 Chronic. ætat. 6. anno 1041. *Goteſridus S. Pantaleonis Colonienſ. in* Chronic. anno 1040. *Matthaeus Mareſcalcus de Bappenheim in* Chronic. Auſtral. anno 1040. *Otto Friſingenſis* lib. 6. Chronic. cap. 32. *Goſfredus Viterbienſ. in* Pantheo part. 17.

[*] "Quæ Goldaſtus ex variis Scriptoribus recitat ad annum 1034. 1035. 1039. nihil moror,
G quia ad unicum bellum ab Henrico III. jam Cæſare ob Poloniam a Brzetislao ſpoliatam, longe poſthæc tempora geſtum, ut clare conſtat, pertinent; ex quo uno bello Goldaſtus more ſuo quatuor aut quinque bella & prælia fecit, cum certum ſit Brzetislaum primum anno 1038. Poloniam ingreſſum & 1039. Pragæ de Polonia triumphaſſe, & ante annum 1040. & 1041. ut innumeri Auctores teſtantur, ob Poloniam bello peti non potuiſſe. Apparet errorem admiſſum tum in Chronologia, tum in nomine, & pro *Udalrico Brzetislaum*, & pro anno 1030 annum 1040. & 1041. legi oportere. Balbinus *Epit. Rer. Boh. lib. III. c. 1.* Attamen Bohemi jam anno 1034. Poloniam bello devaſtarunt poſt mortem Miſeconis, ut clariſſimis verbis enarrat Chronograph. Saxo ad *h. a.* Num igitur Brzetislaus primum anno 1038. Poloniam ingreſſus fuerit, aliis dijudicandum relinquo. De expeditionibus autem illis variis, quas ante annum 1040. memorat Goldaſtus, nihil habeo, quod dicam; ſilent enim Veteres, quorum auctoritas penes me longe major eſt, quam recentiorum, qui ſua ſæpe numero ex turbidis rivulis haurire ſolent.

(**) Prodit hic ſe alia Goldaſti malignitas, nam non contentus, ut haberet auctiorem Catalogum *rebellionum* [quas immerito ſic appellat] ex uno bello plurima feciſſe, [quod ei perpetuum & ſolenne fuit] ab Henrico III. Imp. Brzetislaum bello petitum referens, atque in eam rem plurimos Auctores citans, cladem Henrici, & quicquid erat genti Bohemicæ honorificum, addita voce *& cetera*, tranſilit; alibi initium, alias media, alias finem omiſit, ne quid, quod nollet, referre cogeretur. Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.* ut & *in Epitome Rer. Boh. lib. III. c. 5.* ubi pariter perſtringit Auctorem noſtrum, quod victoriam Bohemorum in Germanos ſicco pede tranſeat. Conf. Stransk. *de Republ. Bojema c. 3. §. 18.* Mallem ipſe Goldaſtum hæc non omiſiſſe; quoniam vero id non præſtitit, addam ego ea ex Scriptoribus antiquis, quæ gloriæ ſuæ Bohemi inſervire credunt, ne quenquam laude ſua privemus. *Ex plurimis autem Chronographum Saxonem ad* h. a. *in partes vocabo,*

(α) *Henricus Imperator vadit ad debellandum Odelricum Boemanorum Ducem ; ſed Boemanis viriliter reſiſtentibus, inefficax redit.* Johannes Nuſſienſis in Magno Chron. Belg. (β) *In principio Regni ſui dum Boemos reſiſtentes ſibi bello peteret* &c. *Contra quos cum debitæ indignationis aculeos exerceret , gentemque præfatam multis malis attereret , tandem Ducem ejus in deditionem accepit.* Roſieres : (γ) *Primum ſolvit in Bohemos , qui boum delectorum & quingentarum argenti marcharum tributum annuum ſolvere deaegabant* , &c. *Vratislaumque Ducem captivum abduxerit.* Strada : (δ) *In Bohemos rebelles , nec annuum cenſum perſolventes , copias ductavit , gentem eam attrivit , Ducemque*
144 *Vratislaum cepit , ac annuum ſibi pendere tributum coegit.* Krantzius : (ε) *Vratislaus Bohemiæ Dux Regi Henrico III. parere recuſat , ſiſus & fretus auxiliis Petri Regis Ungarorum. Duxit in eum Rex Henricus , & ad obedientiam reduxit. Coegit enim obſides dare , ipſumque poſt ſe Ratiſponam venire juſſit , ibique deditionem facere.* Achill. Pirminius Gaſſarus : (ζ) *Bohemi rebelles facti , a Cæſare domantur.* A B

10. Anno MXLI. ſcribit Mutius : (η) *Statim primo Imperii anno cum Boemis geſſit bellum* &c. *vincit prælio , capit Ducem eorum , eo eos adegit , ut ſupplices pacem petierint : per conditiones igitur Dux eſt liberatus , & Boemia tributaria Imperio facta.* Lambertus : (θ) *Heinricus Rex ſecundo Boemiam ingreſſus , Ducem ejus in deditionem accepit Prentzlao nomine , terramque ejus tributariam fecit ,* (*) Hermannus Contractus : (ι) *Henricus Rex Boemiam cum exercitu ingreſſus , igne prædaque cuncta devaſtat , & re-*

N

vocabo , qui hanc cladem pluribus deſcribit : Rex dehinc expeditionem in Boemiorum regionem coadunato exercitu deſtinavit. Inde comitatu in eadem regione digrediente & Ottone Marchione cum Bavariis explorandi cauſa per ſaltuoſa & invia irrumpente, quidam ex latere regis emiſſi , ſperantes ſe fortiter facturos , obſtructionem quandam in ſaltu expugnaturi inconſulte proceſſerunt, ibique prætenſis inſidiis a ſagittariis circumventi. Wernherus Comes primicerius & ſignifer Regis cum aliquot ſatellitibus , & Reinhardus Comes cum electiſſimis ex familia S. Bonifacii cruenta proh dolor cæde procubuere. Poſteriori vero die ex legione Ottonis , quæ prætergreſſa eſt eandem obſtructionem ex alia parte aggreſſi cum Bavaricis pluribus militibus perempti ſunt. Saxones autem cum Metropolitano Moguntiaco Bardone & Ekkehardo Marchione convenerunt , & eandem regionem divina eos, ut claruit protectione comitante , cum parva admodum manu die Dominica IX. Kal. Sept. violenter introierunt , & per IX. dies poteſtative peragrantes cæde , prædis , incendioque vaſtaverunt , donec venerabili viro Gunthario Monacho cum legatione Regis adveniente , pace data & accepta victores redierunt. *An tanta ex hac clade , quæ in ſylva arboribus hinc inde obſtructa Germanis illata fuit , gloria ad Bohemos redierit , quanta Balbinus , Stranskius aliique volunt , ego valde dubito , nam egregie illam ulti ſunt Majores noſtri , & victores ex Bohemia in patriam ſuam receſſerunt. Conf. Lamb. Schafnabr. & Gobelin.* in Coſmodrom. Aet. VI. c. 53. *& Trithemius* in Chron. Hirſaugienſ. ad h. a.

(α) Sigebertus] *in Chronograph. anno 1040. Sebaſt. Francus* part. 2. Chronicor. anno 1040. fol. 464. *ubi* Odelricum *nominant , qui Bretislavus vel Vratislaus fuit , Udalrici filius & ſucceſſor.*

(β) Johan. Nuſſienſis] *apud Piſtorium* tom. 3. Germanic. ſcriptor. fol. 107. *Otto Friſingenſ* in Chron. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 80. in fin.

(γ) Roſieres] *in ſtemmat. Lotharing. Duc. tom. 4. cap. 63. in hiſtor. fol. 209.*

(δ) Strada] *in Epitom. theſauri antiquitat. in Henrico III. Imp.* C

(ε) Krantzius] *lib. 4. Saxonia cap. 41. VVimpheling. in* Epitom. Rer. Germanic. cap. 28.

(ζ) Gaſſarus] *in Epitom. Chronic. anno 1040.*

(η) Mutius] *lib. 14. de Reb. Geſt. German. fol. 113. Matthæus Mareſcallus de Bappenheim in* Chron. Auguſtenſ. anno 1042. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 5. *Abrah. Saurius in* Calend. Hiſtor. 13. Auguſti , *Elias Reuſnerus in* Iſag. hiſt. anno 1041. fol. 427.

(θ) Lambertus] *in Chronic. de Reb. Geſt. German. anno 1041.* D

(ι) Contractus] *in Chronic anno 1041. Cui verbotenus conveniunt Marianus Scotus* lib. 3. Chronic. ætat. 6. anno 1042. *Coſmas Pragenſ. in* Hiſt. Bohem. lib. 2. anno 1041. *Albertus Stadenſis in* Chronic. anno 1041. *Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. ætat. 6. cap. 54. fol. 215. *Auctor* Chronicæ Colonienſ. in Henrico III. Imp. fol. 157. in fin. *Chronica Auguſtana Teuthonice ſcripta ab incerto auctore* in anno 1041. *Funccius in* Chronolog. an. 1042. *Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil. anno 1042. *Cruſius* part. 2. Annal. Suevic. lib. 6 cap. 9. *Calviſius in* Chronolog. anno 1041. *Ciſnerus in* Orat. de Othone III. Imp. & Elector. inſtit. E

(*) *His antiquorum teſtimoniis adde Chronograph. Saxon. ad an. 1042. qui paulo prolixius rem enarrat :* Imperator in aſſumtione ſanctiſſimæ Mariæ Boemiam cum maximo exercitu intravit. Eodem tempore Eckehardus Marchio cum Moguntino ArchiEpiſcopo , aliiſque Epiſcopis & primaribus altera ex parte expeditionem Saxonum invexit Boëmiam , ipſamque regionem multis modis vaſtantes caſtra metati ſunt penes regium exercitum. Item Rex & Marchio inde moventes caſtra in ſuperiore parte Pragæ Domino largiente victores honorabiliſſime convenere , ibique data & accepta pace reverſi ſunt. Dux quoque Boemicus quantocius ſe fidei Marchionis committens humillima ſatisfactione venit ad Regem , offerens cenſum Boëmicæ regionis. *Ex his nunc judica B. L. quid de narratione Stranskii ſit ſentiendum , quæ occurrit in Republ. Bojema cap. III. §. 12.* Præterea F G

hic

A *& rebellem Ducem obſides dare, & ipſum poſt ſe Ratiſponam ad deditionem humiliter*
venire, ſibique jurejurando fidelitatem ſervitiumque confirmare coarctat: Sed præſtat au-
dire Aventinum [α] rem geſtam ordine commemorantem. Neque enim piget verba
ejus aſſcribere, quæ ſic habent: *Vratislaus Bojemiæ Regulus, ſuaſu Petri Ugrorum Re-*
gis, ab impoſito reſilit jugo, Cæſaris amicitiæ renuntiat, tributa penſitare pernegat; Po-
lonos amicos Cæſaris infeſtat, Regem Poloniæ ſe appellat. Cæſar in Bojaria Calendis Ja-
nuarii, Reginoburgii copias contrahit, in Bojemiam confinem Bojis regionem, expeditio-
nem meditatur. Vratislaus, ubi hoc reſcivit, dolo Legatos, obſidem filium Spitigneum
Reginoburgium ad Cæſarem mittit, ſe in Bojariam e veſtigio venturum, mandato obe-
dienter facturum pollicetur. Credulus his Cæſar diem illi dicit Reginoburgi. Et poſtibi:
B *Cumque Vratislaus, uti condixerat, præſto non eſſet, ad conſpectumque Cæſaris, cui nihil*
ſecum negotii foret, accedere contemneret, præmittit partem exercitus Cæſar, &c. Et ite-
rum: *Cæſar Salingſtadii Proceres cogit, conſilium habet, quonam pacto inimicos Bojemos*
ulciſcatur, clademque acceptam expiet. Legati Bojemorum, qui eo quoque de pace fæ-
dereque acturi venerant, juſſi ſunt excedere Concilio &c. *At Vratislaus, intellecta mente*
Cæſaris, quod in ſe hoſtili animo eſſet, accito auxilio a Petro Rege Ungariæ &c. *Cæſaria-*
145 *ni, ſuperatis hoſtibus, conjungunt copias, univerſam Bojemiam,* &c. *Bojemi tot cladibus*
perdomiti, anxii miſeranteſque fortunas ſuas, ſibi liberiſque & genti Bojemorum provi-
dere conſtituunt: Severum Pragenſem Epiſcopum alioſque Proceres, ſuſcepta legatione ad
Cæſarem proficiſci mandant ſupplices, qui bellum, iramque deprecarentur, ad clemen-
C *tiam provocarent, miſericordiam Cæſaris implorarent, ac ſine ulla pactione ſe Regnum-*
que in illius fidem traderent, liberos Nobiliſſimi cujuſque, quos Cæſar imperaret, obſides
ultro offerrent, jurarentque ſe imperata facturos, perpetuo in poteſtate Cæſarum fore, &
Ducem ſuum, niſi pareret, captivum abducturum. Interea Vratislaus, diffidens rebus,
tum demum veram deditionem, quam ante ſimularat, conatur: conſilia & inſidias ſuo-
rum antevenit, Legatos cum ſuppliciis ad Heinricum mittit, qui tantum ipſi liberiſque vi-
tam peterent, alia omnia dederent. Ultro, quod alioqui neceſſe erat, Spitigneum, Ot-
tonem, Vratislaum, Conradum, filios ſuos obſides dat: precibus, dono, pollicitationibus,
purpuratos, quemcunque opportunum ducebat, ambit, orat, ut Cæſarem ſibi placarent:
ſe imperata facturum, Reginoburgium venturum, omnes captivos de Polonia redditu-
D *rum, argenti pondo octo millia pondere Germano, hoc eſt, unciarum millia centum vi-*
ginti octo penſitare pollicetur: quæ unquam vi, fraude vel alio quovis modo cuipiam ade-
merit, reſtituturum promittit. Quod ſi hiſce pactis non ſtaret, jus obſides occidendi Cæ-
ſari foret. Continuo Hercynium ſaltum aperiri ſecuribus, dolabris arborum ramos ampu-
tari, vallum exſcindere, frutices eradicari, aggeres divelli, foſſas compleri, itinera trun-
cis purgari jubet, quo quam latiſſime pateret via abſque omnibus inſidiis. Conditiones hu-
juſcemodi ultro oblatæ a noſtris accipiuntur. Viceſimo deinde die, ubi conſtitutum erat;
Vratislaus cum pleriſque Optimatibus & ampliſſimis muneribus Reginoburgium venit. Cæ-
ſaris in Senatu Curuli ſella, cultu Regio ſedentis, pedibus lachrymabundus, accedit, ad-
operto capite, calceis pedibus detractis, corpus humi proſternit, ſuppliciter veniam præ-
E *teritorum orat, Bojemiam cum ſigno reddit, Regium nomen, Poloniam, quam occupa-*
rat, abjurat. Surgunt Purpurati, Pontifices, Dynaſtæ, Heinricum per Chriſtum
Deum Optimum Maximum, per clementiam ejus obteſtantur, per ſuperos omnes obſecrant,
ut miſero & ſcelus confitenti ignoſcat. Annuit Cæſar, Vratislaus juſſus ſurgere, ſacramen-
tum ſolenne dicit, quæ pridem verbis promiſerat, reprobat; ſemiſſem tributi, quod pactus
fuerat, Cæſar illi remiſit.

II. Anno MXLII. de ſuperiori bello ita ſcribit Fabricius: (β) *Imperator in Bohe-*
miam hoſtiliter movens omnia ferro & igne perdit, & auxilio Ecberti Marchionis Miſ-
niæ Pragam expugnat, ac rebellem Ducem Vratislaum eo adigit, ut obſides dare, & ſe
Ratiſponam venturum promitteret. Funcius (γ) addit: *ad humilimam deditionem ve-*
nire,

F hic etiam in Balbino eſt reprehendendum, quod
ſuperiori §. in Goldaſto culpaverat, nam hanc
Germanorum victoriam in Bohemos valde exte-
nuat, & Henricum Imp. incerta belli timentem
vult affirmaſſe, ſe contentum fore tributo. Num hæc
Balbini narratio, quæ legitur in *Epit. R. Bohem.*
lib. III. c. 5. cum teſtimoniis Vett. a Goldaſto &
nobis in medium productis conciliari poſſit, mihi
non fit veroſimile. Denique id notandum, Gol-
daſtum verba Aventini non integra adſcripſiſſe,
quæ facile ſuppleri poſſunt ex ipſo Auctore.

(α) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 5. fol. 408. &* 146
ſeq. Spangenberg. in Chron. Saxon. cap. 171. anno
1041. *Æn. Sylvius, Dubravius, Hagecius, Boregk.*
in Chronic. Bohem.

(β) Fabricius] *d. lib. 2. Rer. memorabil. Saxon.*
anno 1043. Cario lib. 5. Chronic in Henrico III.
Imp. *Conradus Urſpergenſ. in* Chronic. anno 1042.

(γ) Funcius] *in Chronolog. anno 1042.*

Digitized by Google

nire, & fidelitatem jurare coëgit. Et Sigebertus (α) ſignanter: *Henricus Imperator, per orationes Sanctorum virorum, auxilio Dei ſibi procurato, ſuperioris anni infortunium ultus Odelricum* [forte Bretiſlaum voluit dicere] *Ducem Boemiæ ſuperat.* Fridericus Huſmannus (β) a Namedey, Præfectus Palatinus Boxbergenſis: *Bohemos ſubegit, Ungaros ad pacem poſcendam compulit.* A

12. Nec ſubacta tantum Bohemia fuit a Cæſare noſtro, ſed & ad tributum debitum redacta. Sabinus: (γ)

Compulit & fortes celebri virtute Bohemos
In ſua ſubmiſſas tendere jura manus.

Anſelmus Ryd: [δ] *Ingenti vi, nec incruenta, Boemiæ Ducem ſub tributo retinuit.* Volaterranus: (ε) *Ante omnia Odelricum, Boemorum Regem, diverſis in prælüs tandem ſuperatum, tributarium fecit.* Egnatius: [ζ] *Odelricum, Boemiæ Ducem, bello fatigatum, tributum annuum ſibi pendere coegit.* B

13. Anno MXLVI. hæc narrat Hepidannus, [η] S. Galli Monachus, illius ætatis ſcriptor: *Boemanum Ducem Pezpremonem, frenum Imperii ſui pati recuſantem, edomare aggreſſus* &c. Et anno ſequenti MXLVII. *Boemiam intravit, urbeſque expugnavit, oppida incendio conſumpſit, ad ultimum eundem Ducem, filium ſuum ſibi dare oblidem coegit, ipſumque poſt ſe venire Radeſſonam fecit.* Cujus ſi verus eſt computus, hoc demum anno 1047. Bohemia fuit pacata, & bello finis impoſitus octennali.

14. Anno MLVI. fato fungitur Henricus III. Imperator: cui ſuccedit filius Henricus IV. admodum adoleſcens, qui tamen fidos morigeroſque ſemper [*] habuit Bohemos, Duciſque Uratiſlai opera in ſummis graviſſimiſque Imperii negotiis utebatur, ut in ſequentibus declarabitur. Et cum Boleſlaus, [θ] cognomine Crivouſtus, Poloniæ Dux Bohemiam vaſtare aggeſſus eſſet, Imperator Henricus IV. in eum bellum movit, coëgitque ſe Bambergam ad Comitia Imperii ſequi & de illatis damnis ſatisfacere. C

N 2 15. Anno

(α) Sigebertus] *in Chronolog. anno 1042.*

(β) Huſmannus] *in Succincta Imperator. Eiconograph. n. 118.*

(γ) Sabinus] *lib. 2. de German. Impp. in Henrico III*

(δ) Ryd] *in Catalog. annor. & Princip. fol. 48.*

(ε) Volaterranus] *lib. 33. Rer. Urbanar. in Henrico III Imp.*

(ζ) Egnatius] *lib. 3. de Roman. Principp. in Henrico III Imp. De tributo impoſito idem narrant Vincentius Belvacenſ. in* ſpecul. hiſtorial. lib 24. cap. 18. *Matth. a Michov in* Chron. Reg Polon. lib. 1. cap. 19. *Elias Vinetus in* Append. Aurelii Victoris de Vita Cæſar. Roman. *Carion* lib. 3. Chronicor. *Nauclerus* volum. 2. generat. 35. *Cromerus* lib. 4. Rer. Polonic. fol. 52. col. 2. *Æn. Sylvius in* Hiſtor. Bohem. *Melanchthon* lib. 4. Chronic. *Nicol. Reuſnerus* in Cæſarib. *Calaminus in* Rudolph-ottor. act. 2. ſc. 2. n. 14.

147 (η) Hepidannus] *in Annalib. anno 1046. & ſeq.* tom. 1. Alamanic. rer. *Goldaſti.*

(θ) Boleſlaus] *qui fœdus cum Colomanno Rege Hungariæ contra Cæſarem percuſſerat. Michovius* lib. 3. Chron. Reg. Polon. cap. 8. *Sed victus tandem manus dedit, ut narrant Dubravius, Hagecius, & Boregk in* Chronic. Bohemor. *Salom. Neugebauer. in* Iconib. & vitis Principp. ac Regg. Polon. in Boleſlao III. Crivuſto fol. 46. & lib. 2. Hiſt. Polon. fol. 86. *Herburtus* lib. 4. Hiſt. Polon. cap. 5. *Idem Michovius* d. lib. 3. cap. 10. *ubi quod ait de Boleſlao Polono*; Henricum IV. in Bamberg. acceſſit, excuſans ſe Imperatori de retroactis bellis, & aſſerens ſe, & gentem ſuam nunquam ſerviviſſe, nec tributa a prædeceſſoribus ejus Imperatori præſtitiſſe, ideoque in priſtina libertate ſeſe conſervandum poſtulavit, *non conveniens cum Actis Imperii & auctoribus certieribus, ut alibi demonſtramus. Quin Joan. Nauclerus Præpoſitus Tubingenſis, in* Chronolog. part. 2. generat. 37. *affirmat, Polonos ab Henrico V. Imperatore tributarios factos, nequicquam refragrante Lud. Decio* lib. 1. de Vetuſt. Polon. in Boleſlao Crzivvouſti. *Cujus & aliorum Po-* D
lonorum ſeu φιλαυτίαν, ſeu κενοδοξίαν, & vanam exemptionis gloriam hiſce verbis revincit Joannes Levvenclajus, harum rerum peritiſſimus & certiſſimus ſcriptor, in Commentar. de Moſchor bellis adverſ. finitimos geſt. Veteres quidem hiſtorias (*inquient*) quod attinet, ſcio perantiquis in Annalib. Germanor. reperiri, veniſſe ad Imp. Cæſarem Henricum IV. Aug. qui tum in urbe Vangionum agebat, Ruſſorum Principem, declarandæ ſuæ in Auguſtum obſervantiæ cauſa. Verum ex variis in- E
dicationibus quantum colligere licet, videtur hoc intelligendum potius de Ruſſis illis, qui hodie Polonorum Regi parent, ac noſtro Imperio ſunt viciniores. Habebant illi tum Principem peculiarem, qui Majeſtatem Imperatoris Romani, regnantis ad ſolem occidentem, agnoſceret. Parebant eidem Imperatori & Sarmatæ, quos hodie Polonos vocamus; ſed hi paulatim ob noſtrorum Principum ſecordiam, publicaque diſcidia, quorum præcipui erant Pontifices non ſacri, ſed F
exſecrandi, non a noſtris modo defecerunt, verum etiam Imperio ſuo finitimas gentes, Ruſſos, Lithuanos, Samogithios, Maſovios, noſtraque demum memoria Boruſſos, magna cum parte Livoniorum, adjunxerunt. *Vide infra* cap. 11. n. 1. verb. Poloni.

(*) Hæc minime convenire cum inſcriptione capitis monet Balbinus, ſi enim ſemper obſequentes, non ſemper rebelles. Vid. *lib. III Miſcell. c. 22.* Contra Henricum IV. Imp. quidem non rebellarunt G
Bohemi, at vero contra ejus Anteceſſores, ut in ſuperio-

A 15. Anno MLXXIV. ſcribit Bruno, (α) Saxonicus ſcriptor: *Duci Boemorum*
Wratizlao (*) *Miſnam civitatem, cum omnibus ad eam pertinentibus, promiſit, & ſic*
eum, ut ſuis partibus (contra Saxones) *adiutor eſſet, aſcivit.*

16. Anno MCVII. Zuatepolchus ſeu Suatoplucus, cum Borzivojum Ducatu Bo-
hemico expuliſſet, Ducatum arripit Bohemiæ. Borzivoius autem abiit in Germaniam,
& ſupplicat Imperatori Henrico V. ut in Ducatum reſtituatur: At Suatoplucus ab Im- 148
peratore citatus, in curiam acceſſit, Imperatoris judicio ſe ſtitit, & cum pacifragium
& commiſſum ſpolium excuſare non poſſet, in cuſtodiam miſſus, & Borzivoius in Du-
catum remiſſus eſt. Interim tamen Suatoplucus culpam deprecatus, miſſis muneribus
factiſque magnis pollicitationibus tantum effecit, ut non modo Imperatorem a bello
B decreto averteret, ſed & ipſe liberatus dimitteretur. [β] [**]

17. Anno MCX. Borzivoius Bohemus exul Ducatum recuperaturus Bohemiam va-
ſtabat. Uladislaus Dux auxilium Imperatoris implorat, qui ſtatim mittit exercitum,
qui Borzivoium & alios rebelles capiunt, quibus partim oculos eruit, partim vincula
injicit, ipſumque Uladislaum in Ducatum Bohemiæ reſtituit. [γ]

18. Anno MCXXVI. Henrico V. Imperatori, Saliei generis ultimo, ſucceſſit Lo-
tharius II. Saxo, a principibus Imperii electus. Is primam ſuam expeditionem (δ) in
Bohemiam inſtituit. Volaterranus: (ε) *Mox in Germaniam ad tumultus Boemorum*
ſedandos rediit. Fabricius: (ζ) *Imperator Lotharius expeditionem ſuſcipit, ut Othonem*
Marchionem Moraviæ, Regem Boemiæ conſtitueret, &c. Otto iſte Marchionatu a Bo-
C leslao, Bohemiæ Duce, ſpoliatus, litem Sobeslao (η) coram Imp. Lothario intentavit,
qui citatus cum non compareret, Imperator bellum illi infert, ſed Ducum ſuorum pro-
ditione (ϑ) parum feliciter. (***)

19. Anno

ſuperioribus vidimus. Ergo hæc minime ſibi con-
trariantur.

(α) Bruno] *in Hiſtor. de Bello Saxonic. fol. 112.*
apud Freher. tom. 1.

(β) *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 211.
in anno 1107. *Calviſius in* Chronolog. anno eod.

(γ) *Coſmas Pragenſ.* lib. 2. Hiſt. Bohem. *Span-*
D *genberg. in* Chron. Saxon. cap. 212. *Calviſius in*
Chronolog. anno 1110. *Gobelinus Perſona in*
Coſmodrom. ætat. 6. cap. 58. *Cuſpinianus in* Cæ-
ſarib. in Henrico V. Imp. *Calaminus in* Rudolph-
ottoc. act. 2. ſc. 2. n. 18. *Conradus Urſperg. in*
Chronic. anno 1110. *Michovius* lib. 3. cap. 10.
Renſnerus in Iſagog. hiſt. fol. 434.

(δ) Primam expedition.] *Levoldus a Northof*
in Chronic. Comitum de Marka anno 1125. *Egna-*
tius de Roman. Princip. lib. 3. in Lothario II.
E *Vinetus in* Append. Victoris de vita Cæſar. Rom.
Spangenberg. in Chronic. Saxon. cap. 217. anno
1126. *Abrah. Saurius in* Calendar. hiſtor. 12. Mar-
tij, *ex Vincentio Sturmio.*

(ε) Volaterranus] *lib. 23. Rer. Urbanar. in*
Lothario II. Imp.

(ζ) Fabricius] *lib. 2. Rer. memorabil. Saxon.*
anno 1126.

(η) Litem Sobeslao] *Trithemius in* Chron.
Hirſaugienſ. *Calviſius in* Chronolog. anno. 1126.
F (ϑ) Ducum ſuor. prod.] *Robertus Abbas de*
Monte in Append. ad Sigeberti Chronic. anno
1127. *Erphesfurdenſis Monach. in* addition. ad
Lamberti Schafnaburg. Chronic. anno 1126.

(*) Obiit Vratislaus ſubitanea morte, cum in
venatione de equo caderet anno 1093. Chronogr.
Saxo *ad h. a.* Male ergo Balbinus caſtigat Strans-
kium, qui hunc annum emortualem profert, potius
ipſe Balbinus ex hoc Chronographo eſt emendan-
dus, quod ad annum mortis hujus Ducis, quem anno
G 1097. obiiſſe tradit.

(**) Inſidiis Bohemorum periit anno 1110, vid.
Chronograph. Saxo *ad h. a.*

(***) *Inſignis fuit illa clades, quam perpeſſus eſt*
Lotharius, cum vellet Othonem Marchionem Mo-
raviæ Bohemis obtrudere, magna vi pecuniæ ad
id inductus. Quam cum deſcribere Goldaſtus ne-
glexerit, eam paucis ex Ottone Friſingenſi lib. 1.
de geſt. Friderici cap. 20. enarrabo: Quidam Ot-
to Moraviæ Comes ducatum Bohemiæ affectans,
principem adiit, eique magnam pecuniam pro-
mittens, ad hoc, ut Bohemiam ſecum intraret,
ibique eum Ducem crearet, inclinavit. Quod
Ulricus, qui eundem Ducatum forte habebat,
impedire volens, nullo Principem obſequio a cœ-
pto revocare potuit. Igitur Rex Saxoniam in-
trans, militem inſtaurat, ducensque ſecum Ot-
tonem clauſtra Sylvarum, quæ Bohemiam & Sa-
xoniam ſejungunt, hyemali tempore ingreditur.
Dux Bohemiæ Ulricus in ipſis ſilvarum abditis
locis, ſeptis undique ſilvis, ſuper amniculum
quendum caſtra poſuit. Rex cum ſuis propter
nimietatem nivium a recta via exorbitans, ac per
devia ſilvarum oberrans, ad prædictum amnem
forte venit, ſuis viæ labore nimio & inedia ex-
hauſtis quieſcere volentibus. Barbari turbatum
cernentes amnem, hoſtes in proximo eſſe præſen-
tiunt. Ex improviſoque ſupervenientes, Saxo-
nes, qui in prima acie erant, jam per nives de-
ambulando fatigatos invadunt, ac paucis per fu-
gam elapſis, quibusdam captis, ceteros crudeli-
ter occidunt. Videns hoc Princeps, ſuisque ex
anguſtia viarum nullum præſidium ferre valens,
ſæviſſima mentis amaritudine perculſus, rerum
tamen, quas ab adoleſcentia geſſerat, ac antiquæ
virtutis memoria, quaſi cœleſti rore repletus in
collem quendam cum paucis, quos adhuc reſiduos
habebat, ſe recepit. Quem præfatus Dux ſuis
in circuitu poſitis magnarumque arborum jactu
& clauſura reditum negantibus, tanquam clauſum
tenuit. Tandem Henrico Saxoniæ Marchione,
qui de ſorore ducis natus, cum Rege advenerat
mediante, ad pedes Imperatoris ſatisfactionem
offerens,

19. Anno MCXXVII. tandem Dux Bohemiæ cum Imperatore pacificatur (α) A
in hanc conditionem, ut Dux Imperatori mulctam impoſitam ſolvat, homagium ac fidelitatem præſtet; viciſſim Imperator Duci injuriam in ſe exercitam indulgeat, & ab aliorum injuriis defendat. (*)

offerens, humiliter Dux venit, hominiumque ſibi cum ſacramento fidelitatis exhibens. Ducatum ab eo ſuſcepit, captivos reddidit; Sicque Princeps portatis ſecum eorum, qui nobiliores erant, funeribus, cum multo mœrore rediit. Et *cap. 21.* pergit: Inter cæteros nobiliſſimos Marchio Saxoniæ Albertus captus fuerat. Tanta vero ſtrages Saxonum & præcipue nobilium & illuſtrium Virorum ibi facta fuit, ut perpetui odii inter Saxones & Boemos fomes tunc accenſus, nondum extinctus ſit. Otto quoque, qui hujus concusſionis auctor fuerat, ambitionis ſuæ pœnas luens, ibidem necatus eſt. *Conf. Annal. Hildesh. ad h. a.* qui narrant Lotharium vix 3000. Bohemos vero 20000. milites habuiſſe, ut & *Chronogr. Saxo, Chronic. Montis Sereni*, quod hanc cladem XII. (XI. habet Alb. Stad.) Kal. Martii accidiſſe memorat. Goldaſtus Ducem illum Bohemiæ, qui ſe ſe fortiter Lothario oppoſuit, cum Balbino, aliisque, *Sobieslaum* vocat, Otto vero Friſingenſis *l. c. Ulricum* dicit. Denique de hac victoria multa jactat Balbinus *lib. III. Epit. Rer. Boh. c. 10.* variaque in gloriam ſuæ gentis in medium profert, de quibus Veteres plane ſilent, videl. ad Chlumecium cladem illam accidiſſe, & quidem 2. Martii, ipſum etiam Lotharium captum, & poſtea dimiſſum eſſe. Compone hæc cum Ottone Friſing. aliisque Hiſtoricis, & videbis quid de his ſentiendum.

(α) Pacificatur] *Albertus Stadenſ. in* Chronic. anno 1126. *Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. ætat. B
6. cap. 59. in princ. *Venetus in* Append. Victoris in Lothario II. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 2. anno 1127. fol. 224.

(*) Legi hic merentur, quæ ea de re memorat Albericus Monach. *ad an. 1127. Rex Lotharius apud Bavenburc pentecoſten celebrat. Ibi Dux Bohemiæ cum multis millibus equitum adveniens Domino Regi de ſuperiori traditione ſatisfecit, & omnes, quorum parentes, vel amicos occiderat multa inſignium donorum exhibitione recon* C
ciliaverat ſibi. Chron. Gotezenſe *p. 257.* idem quidem memorat, ſed in loco conciliationis utriusque ab Alberico differt, quem *Mersburg* vocat. Vide num ratiocinia Stranskii *in Republ. Bojema cap. 3. §. 12. & cap. 5 §. 29.* de jactata omnimoda libertate Bojemorum hæc Vett. teſtimonia infringant.

149

CAPUT VI.

Rebellionum Bohemicarum repullulatio ſub Imperatoribus Suevicis, earumque coërctio ab anno Domini MCXXXII. uſque ad annum MCCLXXIII. Electiones a rebellibus factæ reſcinduntur & caſſantur, & Reges electi reprobantur. Hoſtium Imperii fau- D
tores proſcripti. Papæ in temporalibus an liceat contra Cæſarem aſſiſtere. Infelices omnes ſemper fuerunt, qui Majeſtatem Imperii parum comiter coluerunt, aut contempſerunt.

TOt tantiſque bellis fracti & fatigati Bohemi tandem colla inclinare, præſumptioni virium ſuarum diffidere, & paulo humanius ſubmiſſiuſque ſeſe cum Imperatoribus gerere cœperunt. Hinc commoda benignaque Bohemorum opera Imperatoribus & Regibus Suevicis ſæpenumero in maximis Imperii negotiis & expeditionibus publicis apparuit. Nec tamen ſic potuit conſuetudo illa tumultuandi adeo exſtirpari, quin aliquando recurreret. (α)

2. Unde illa juris Saxonici conſtitutio: (β) *Omnes verſus Orientem a fluvio Sala ab Imperio infeudati ſervire tenentur in terram Sclavam, & in Poloniam, & in Bohe-* E
miam. Quæ in jure Suevico [γ] hiſce verbis convertitur: *Alle die oberhalb des Oſterlands von dem Reiche belehend, oder des Reichs Dienſtmann ſind, die ſollen dienen zu Wenden, zu Bolen, zu Behem.*

3. Namque anno Chriſti nati MCXLI. ſcribit Otto, [δ] Friſingenſis Epiſcopus & Auſtriæ Marchio, qui tum temporis vivebat: *Conradus Moravienſis Comes, conſpiratione fa-*

(α) Recurreret] *Auguſt. Viſcherus in* Diſcurſ. de Election. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. num. 44. q. 1. in fin.

(β) Jur. Saxonici] *in Jure Feudali cap. 4. in princ. & ibi Gloſſa.*

(γ) *Jur. Suevico*] Keyſerlich und Kœniglich Land-und Lehenrecht, part. 2. tit. 8. §. 3. *Senſus eſt: ſi forte Venedi, Poloni aut Bohemi Imperio rebellare cœperint, tum Miſni, Luſati &c. teneantur ad eos coercendos & compeſcendos in ipſorum terras proficiſci. Interim non nego textum etiam de ſuccurſu & auxilio Venedis, Polonis, ac Bohemis ferendo adverſus hoſtes eorum intelligi & poſſe & debere: quia noſtris moribus non ad Miſnios tantum, ſed univerſos Saxones porrigi atque ex-* F
tendi, ut nimirum Polonis ac Bohemis teneantur contra Moſcovitas, Tartaros, Turcos &c. opitulari, ut eſt in Receſſ. Auguſtan. 1530. §. Und im fall, 128. conſtitutum.

(δ) Otto Friſing.] *lib. 7. Chronic. cap. 26. Martin.* 150

A *ne facta cum Boemis, Ducatum terræ illius affectans, de Moravia in Boemiam exercitum ducit. Dux Vladislaus profugus ad Regem* [Conradum III. Sueviæ Ducem, Lotharii Saxonis ſucceſſorem] *veniens, caſum ſuum deplorat. Quem Rex miſericordia motus cum exercitu in Boemiam reduxit, ac Pentecoſte in urbe Praga provinciæ illius metropoli celebrata, Conrado fugato, in Ducatum reſtituit.*

4. Friderici I. Imperatoris prudentia & humanitas tantum apud Bohemos, eorumque Ducem potuit ac valuit, ut ei non modo nunquam rebellarint, ſed mage imperatis ſummo cum ſtudio, voluntate ac promptitudine obſecundarent. Nec minus filius ejus Heinricus VI. Imperator Bohemos habuit obſequioſos & paratos, quum res poſtularet, aut tempus exigeret. [α] [*]

B 5. Verum alter ejuſdem filius, Philippus II. Romanorum Imperator, & I. Germanorum Rex, Heinrici fratris in Imperio ſucceſſor, Bohemiæ Regem nactus eſt adverſarium, ut non modo rebellaret & cum hoſtibus conſpiraret, ſed & plane ab eo ad Ottonem Brunſuigium Imperii æmulum deficeret. Unde Imperator offenſus, bellum in Bohemiam decernit. (β) (**)

6. Originem & cauſſam bello dediſſe divortium fertur, quod Primislaus Bohemiæ Rex fecerat cum uxore ſua, ſorore Theoderici, Marchionis Miſniæ. Ejus rei cognitionem Imperator ad ſe ſpectare autumabat; non parenti bellum indixit, quod anno primum MCCI. geri ab Imperatoris Ducibus & Præfectis cœptum eſt. [γ] (***)

7. Anno MCCII. Imperator Philippus Primislaum Ottockarum, Bohemiæ Regem,
C proſcribit, Regno indignum & privatum pronuntiat: Theodobaldum Ducem, etiamtum adoleſcentem, ex Gymnaſio Magdeburgenſi evocat, Regem Bohemiæ jure proximitatis renuntiat, coronat, & ſolemniter inveſtit, denique Theodorico, Miſniæ Marchioni

tin. Cruſius part. 2. Annal. Suevic. lib 10. cap 5. anno 1141. *Matthaus Mareſc. de Bappenheim in* Chronic Elvvangenſ. anno 1141.

(α) *Videantur Dubravius, Hageeius & Boregk in* Chronic. Bohem.

(β) *Gobelinus Perſona in* Comodrom. ætat. 6. cap. 63. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno
D 1205. fol. 290. *Hegvvald. Muſius in* Chronic. lib. 19. fol. 168. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 195.

(γ) *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. .. *Calviſius in* Chronolog. anno 1201. *Boregk in* Chronic. Bohem part. 1. fol. 196.

(*) Ex Chronico Auguſtenſi diſcimus Henriricum Imp. non tam obſequioſos & paratos habuiſſe Bohemos, ut Goldaſtua vult, nam Albertus de Pogen ope Boemorum Ludovicum Bava-
E rum aggreditur & fugat; quaproprer Henricua Ottocarum anno 1194 Ducatu ſuo privat in conventu Wormatienſi, quem tamen biennio poſt recepit. Vid. *Chr. Aug. ad an. 1194. & 1196.*

(**) Cum duo Imperatorea Philippus Suevus, & Otto Saxo in Germaoia circa A. C. 1200. regnarent, & modo hunc, modo illum vincere, aut vinci contingeret, multæ tranſitiooea *Principum* neceſſario fiebant; Cumque ad extremum *Inno-*
"*centius III. Romanus Pontifex* neutri titulum *Im-*
F "*peratoris* concedere vellet. *& cenſuris ad officium*
"*revocarentur*, ut ait *Spondanus*; *Przemyslaus*
"*Rex Bohemia* exemplo omnium tum viventium
"*Germania Principum*, jam *Philippo, jam Ottoni*
"adhærebat, ut quæque pars melior, & fortior
"videbatur. Poſtea cogente Pontifice deſeruit,
"utrumque. Igitur *Goldaſtus*, ſuavis homo, ut
"*Bohemorum* gentem odioſam legenribua redde-
"ret, quando *Przemyslaus Rex Philippo* adhæſiſſe
"narratur, ait eum *rebellaſſe Ottoni Imperatori*;
G" quaodo rurſua Ottoni Rex adhæſit (unde *Otto-*
"*gar* eſt appellarus) ait *Bohemia Regem Philippo*
"*Imperatori rebellaſſe*; quando vero cum ſaniori
Germaniæ Principum numero, *neutrum pro Im-* „
peratore agnovit, ait *Bohemia Regem Imperio* „
rebellaſſe, ut *Goldaſto*, Judice æquiſſimo, quidquid „
Przemyslus Bohemia Rex egiſſet, neceſſario in „
Rebellionis crimen incurreret. Quid igitur *Gol-* „
daſte reſpondebis? aut tu *Philippum Imperato-* „
rem verum, & legitimum agooſcis; ergo delen- „
di tibi ſunt omnes *Przemysli* conatus (quos tu „
iovidioſe, & falſe *Rebellionis* vocas) adverſua „
Ottonem; aut *Ottonem Imperatorem* agnoſcia, „
delenda tibi ſunt *Przemysli* prælia, & conatua „
adverſus *Philippum*, aut ſi denique *utrumque* „
Imperatorem agooſcere recuſas, eadem opera „
Przemyslum Regem ab omni *Rebellionis crimine* „
cogeris abſolvere. Itaque ridicule ex hoc capite „
Goldaſtus ab his Imperatoribua ab univerſa prope „
Europa deſertis, & *Imperio* dejectis, minas, pro- „
ſcriptionea, & adverſus *Przemyslum Ottogarum* „
Bohemia Regem decreta exaggerat, cum con- „
ſtet omoibua, nihil illos amplius in *Bohemiam*, „
multo etiam minus, quam in *Imperium, juris* ha- „
buiſſe. Balbin. *lib. III. Miſcell. c. 22.* Tui arbi- „
trii B. L. rea eſto, num Goldaſtus illorum errorum reus ſit, quorum a Balbino aceuſatur; ubi eoim rebellionia Ottocari contra Ottonem repetitæ vivente Philippo Suevo vel uno verbo mentionem facit in hoc capite, quod perſtringere hac animadverſione voluit Balbinus?

(***) Acceſſiſſe huic alienationia cauſæ quam maxime videtur incirario Papæ, qui modis omnibus Philippo ægre facere conabatur, ut non ſolum ex Chronico *Mont. Seren. p. 74.* ſed & ex Epiſtola Innocenrii ad Ottocarum diſcimua, quam in appendice Actor. Publ. dabimua, in qua dicitur quod ad commonitionem Papæ Ottoni adhæſerit. Num in ipſam Bohemiam expeditionem ſuſceperit Philippua, non conſtat, nam tacet id Arnoldua *in Chron. Slav. lib. VI. c. 5.* qui præ Spangeubergio in hoc negotio legendus eſt.

(α) *Bo-*

chioni, commendat, ut ab eo cum exercitu in Bohemiæ poſſeſſionem introducatur & A
immittatur. (α)

8. Anno MCCIII. Philippus Imperator, aſſumpto ſuo exercitu, in Thuringiam
movet contra Hermannum Landgravium ſibi rebellantem, & ejus ſocium Bohemiæ Re-
gem. Sed ab utroque in urbe Erfordia obſeſſus, vix nocte quadam illuni hoſtium inſi-
dias evaſit; collectis tamen auxiliis & Bohemum fortiter repellit, & magnam Thurin-
giæ partem occupat. (β) [*]

151 9. Anno MCCIV. Imperator iterum Bohemiæ Regem in Miſnia & Thuringia ho-
ſtiliter graſſantem, bello aggreditur, prælio vincit, & ad obſequium (γ) tandem redi-
git; [**] in quo ut eum conſtantem volentemque haberet, filiam ſuam (δ) Kunigun-
dam Regis filio Wenceslao deſpondet in urbe Egra anno MCCV. (***) B

10. Anno MCCXII. ſcribit Godefridus (ε) S. Pantaleonis Monachus: *Imperator*
[Otto IV. Saxo, qui Philippo Suevo in Imperio ſurrogatus erat] *apud Nurinberg cele-
berrimam curiam circa Pentecoſten habuit, ubi Regnum Bohemiæ abjudicatum Odoacro*
[Primiſlao Ottockaro] *Regi per ſententiam Principum, filio ipſius, præſentibus Supanis
& pluribus Nobilibus terræ, cum ſex vexillis aſſignat: nam matrem juvenis, ſororem
ſcilicet Marchionis de Miſnia, repudiaverat, & filiam Regis Ungariæ duxerat.*

11. Anno MCCXXVI. Otto, Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, Friderico II.
Imperatori rebellat, pertractus in conſpirationem Bohemiæ, Poloniæ, Ungariæ, & Da-
niæ Regibus. Rem hoc ordine narrat Aventinus: [ζ] *Wentzeslaum quoque Regem Bo-
jemiæ, cognatum ſuum, in partes trahit: hique anteſignani primas ſibi partes conjuratio-* C
*nis in Germania ſumpſere, ſocioſque Belum IV. Regem Ugrorum, Heinricum Ducem Po-
loniæ, adſciſcunt. Filium deinde Cimbrorum* [id eſt, Danorum] *Regis ſpe Imperii alli-
ciunt. Ottocaro Regis Bojemiæ filio, Friderici Auſtriaci, qui liberis careret, neptis de-
ſpondetur; hocque connubio viam ſibi ad Auſtriam, Stiriamque Bojemi aperiebant. Hi
omnes invicem ſibi jurejurando, ſacramentique religione fidem aſtringunt. Ipſis potentia
Friderici Auguſti atque opes formidoloſæ erant. Præterea Pontificum* [id eſt Epiſcopo-
rum] *dignitatem atque vires moleſto ferebant animo: hoc novo aucupio ineſcati, eorum
divitiis inhiabant. Ubi ſe pares viribus Imperatoris fore exiſtimarunt, Budeviſſii* [op-
pidum

(α) *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 196.

(β) *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. .. *Calviſius in* Chronolog. anno 1203.

(γ) Ad obſequium red.] *Hugvvald. Mutius* lib. 19. Chronic. fol. 168. *Calviſius in* Chronolog. an 1204.

(δ) Filiam ſuam] *Dubravius in* Chron Bohem. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 197. *Calviſius in* Chronolog. an. 1205. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. ...

(ε) Godefridus] *in Annalib. an. 1212.*

(ζ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 7. fol. 537. Conſtitution. Imperial.* tom. 1. fol. 297.

(*) Vide, quæ de hac expeditione tradit Godefridus Monachus in Annal. ſuis ad *h. a.* & Arnold. in *Chron. Slav. lib. VI. c. 5. & 6.* Num hæc Bohemorum victoria in Philippum tanta fuerit, ut gratulatoriam epiſtolam, quam ſcripſit Innocentius III. ad Bohemiæ ſuppanos, prometuerit, non video. Vide has literas in *Collect. Literar. Publ. Balbiniana n. 5.*

(**) "Hoc tempore Przemislaus Rex inter duos "Cæſares Philippum & Othonem IV. utri adhæ- "reret dubius, prout res ferebat jam illi jam al- "teri, ut plerique id temporis Germaniæ Prin- "cipes, fortunam accommodabat ſuam. Anno "1200. ut vidimus, adhæſerat Philippo, an. 1203. "Othoni [ſi vera ſunt, quæ contra aliorum Scripto- "rum fidem ſcribit Schaffnaburgenſis. Regem Bo- "hemiæ cum ceteris Principibus Imperii a Phi- "lippo cæſum eſſe.] Anno 1204. rurius Philippo, "qui Regis ope pulcherrimam de Othone ad Rhe- "num reportavit victoriam; at cum is acerbas "*Przemislao* literas miſiſſet Anno 1205. Othoni tanto ſtudio ſe dedit, ut *Ottonianus* totus vel" *Ottonicarus* appellaretur. Anno 1206. & ſeqq." D rurſus adhæſit Philippo &c. Balbinus *lib. III. Epit. R. B. c. 13.* Varie in hac narratione peccat Balbinus (1) quod ad annum 1203. referat egregiam illam Philippi in Bohemos victoriam, quæ anno primum ſequenti accidit, conſentientibus omnibus Hiſtoricis. (2) quod *Schaffnaburgenſem* hoc in negotio in partes vocet, cujus Chronicon in anno 1077. finitur, cum ejus Continuator potius citandus fuiſſet, qui ad annum 1204. hanc Bohemorum cladem memorat. (3) quod exiſtimet eum Au- E ctorem contra aliorum fidem narrare victoriam Philippi in Odoacrum, nam innumeri alii idem teſtantur, ut Godefridus Monachus *ad h. a.* Arnold. *in Chron. Slav. lib. VI.* c. 8. Chron. Mont. Sereni *ad h. a.* Albert. Stadenſis *ad h. a.* Hiſtor. *de Landgrav. Thuring. c. 33.* pluresque alii. (4) de victoria eo anno, quo in fugam conjectus Ottocarus, ope Regis Bohemiæ a Philippo in Ottonem reportata Veteres plane ſilent. (5) Anno 1205. Ottocarum iterum defeciſſe ad Ottonem pa- F riter ignorant ejus ævi Hiſtorici. Denique, cum præterit Balbinus victoriam illam a Philippo in Bohemos relatam, qui antequam exercitum regium viderent, fuga ſibi conſuluerunt, nonne ejuſdem criminis reus eſt, cujus tam frequenter accuſat Goldaſtum?

(***) Non Kunegundam, ſed Catharinam eam vocat Fridericus II. in Inveſtitura Wenceslai I. ſuper regno Bohemiæ an. 1231. vid. *Docum. ad h. a.* Conciliante Ludovico Duce Bavariæ amicitiam in- G ter Reges Romanorum & Bohemorum factam fuiſſe, memorat Chron. Auguſt. *ad an. 1205.*

A pidum eſt Bojemiæ] convenire, filium Regis Danorum rebus imponere ſtatuunt, a Pon-
tifice Romano poſtulant, ut eodem Legatos mittat, qui hiſce Comitiis Cæſareis interſint.
12. Pergit, poſt pauca interjecta, Aventinus: [α] Imperator Fridericus Legatos
in Germaniam mittit, qui Concilium Imperii cogant, defectionem Longobardorum, atque
Romani Pontificis acerbitatem commemorent. Conradus Cæſar, [Imperatoris filius] Mo-
guntinus Pontifex, atque cæteri Principes, Miſnenſis, Rapſo Turogus, Brandenburgii,
Saxones, Geroldus Ariſtonus, Brabantini Reguli Orator, Egræ [civitas eſt Nariſcorum
continua Bojemiæ] conveniunt, omnes Auguſto ſuppetias ferendum decernunt. Solus Rex 152
Bojemus, atque Bojorum Regulus Præfectus Prætorio Rheni, intercedunt: Helenobogii
majoribus copiis ſubſiſtunt, tempus contentionibus protrahunt, Egram venire recuſant.
B Legati quoque Auſtriaci cum Bojis atque Bojemis adſunt, ab iis auxilia poſtulant. Ma-
jore itaque diſcordia diſceſſere invicem Principes. Jam jacta erat alea, conſpiratio dete-
cta, &c. Et fol. 541. Plerique conjuratorum, ut condictum erat, apud Budeſin [leg. Bu-
dewitz] comitia Cæſarea [id eſt, Electoralia, ſeu de eligendo Cæſare] habebant, &c.
13. Anno MCCXXVII. ſequitur apud eundem: [β] Imperator Fridericus legatos ad
Wentzeslaum Regem mittit, qui illum officii admoneant, beneficia a majoribus Impera-
tori in gentem Bojemiæ collata commemorent, Duces Bojemiæ ab avo patruoque Impera-
toribus Regio diademate donatos eſſe, quorum tertius ſit Wentzeslaus; ſpectandum eſſe au-
daciam Romanorum Flaminum, ne horum fallacia seductus ſe atque Rempublicam diſcor-
diæ malis perditum eat: Pontificem Romanum inſidiari nationi orbis reginæ. Ideo dare
C illum operam, ut ejus valentiſſimas gentes, Bojemos, Teutonas, Venedos, Sclavos, Da-
nos, Cimbros, Ugros, committere quovis queat modo &c. ut Germania illa victrix ter-
rarum, ejus bellicoſiſſimi populi, Venedi, Sclavi, Ugri, Dani, Teutones, ſuis viribus
mutuis vulneribus corruant, &c. Hæc ubi dicta ſunt a Legatis, Rex Bojemus commutato
animo, alioqui Pontificis Maximi conatus, quod legatum petentibus non miſerat, ſuſpe-
ctos habens, cœpta improbat, ſe in poteſtate Auguſti atque Cæſaris fore reſpondet, atque
fœdus novis ſacramentis, datis obſidibus, Egræ Concilio habito, redintegrandum decernit.
idem cæteri Principes cenſent. Ottonem Bojum, qui aberat, hujus diſcordiæ autorem,
contra Rempublicam feciſſe, crimine perfidiæ, proditæ Majeſtatis, populi Chriſtiani ac-
cerſendum ſtatuunt.
D 14. Pergit Aventinus (γ) aliquantis interjectis: Gregorius Papa (eo nomine IX.)
Ottoni Bojorum Duci (Comiti Palatino Rheni) atque Wentzeslao Regi Bojemiæ reſcri-
bit, hortatur, ne Eccleſiam Dei deſerant, ingentia pollicetur munera, cœlum atque di-
vinitatem condonat. Erat VVentzeslao ſoror Franciſcana, (id eſt, Ordinis S. Franciſci)
ejus conſilio frater nitebatur: principes Senatorum omnium erant Bochuzlaus, filius Ze-
lauconis, atque Budislaus, Jarozelai filius. Hos pollicitis atque donis Pontifex ſibi con-
ciliat, illis cœlum aperiendo, inferos claudendo efficit, ut Regem in fide continerent, rur-
ſusque is ab Imperatore deſciſceret. Rurſusque VVentzeslaus Bohemus, & Otto Bojus,
atque Heinricus Polonus, Belus Ugrus, ſtatuunt tertio Calendas Julii Libuſſæ in confinio
Poloniæ convenire, filiumque Regis Danorum Cæſarem adverſus Fridericum declarare,
E atque rebus imponere: Gregoriumque Papam certiorem faciunt per Burchardum atque
Ulricum, & poſtulant, ut Legatum per Ungariam mittat, quem Rex Bojemus atque 153
Præſes Poloniæ honorifice excepturi, Libuſſamque maximo apparatu deducturi ſint.

15. Anno

(α) Aventinus] d. lib. 7. fol. 539. Lehmannus lib. 5 Chron. Spirenſ. cap. 79. Joan. VVolffius Rerum Memorabil. centur. 12. an. 1227.

(β) Apud eundem] Aventin. d. lib. 7. fol. 542. Conſtitution. Imperial. tom. 1. fol. 297. & ſeq. Lehman. d. lib. 5. cap. 79. VVolffius ibidem. Ecce tibi, Comitem Palatinum Rheni, S. Rom. Imperii Electo-
F rem, propter conſpirationem cum Bohemis iniquam publice proſcribi & banniri.

(γ) Aventinus d. lib. 7. fol. 543. Rex Danorum tum erat VValdemarus, cujus filius, itidem VValdemarus nomine, in hoc conventu Libuſſino a Papa, Regibus Bohemiæ & Hungariæ, Duce Poloniæ ſeu Sileſiæ, Ottone Comite Palatino Rheni & Bavariæ Duce, &c. in Regem Romanorum quidem electus eſt, ſed Imperium obtinere non potuit, tanquam ab incompetentibus & loco non congruo electus. Nam tametſi Rex Hungariæ, Dux Sileſiæ, Rex Poloniæ, cum cæteris Imperii Germanici Principibus, ad Comitia Electoria vocarentur, ut diſerte teſtatur Guntherus in Ligurino, fruſtra contradicente Schardio; tamen jus prætaxandi tantum, id eſt, nominandi, habebant, non eligendi; quod ſolis Septemviris Officialibus etiamtum competebat: e quibus præter Bohemum & Bojum, alius nullus aderat. Quæ cauſſa eſt, cur VValdemarus iſte inter Reges Romanorum non reponatur; ſicuti nec Robertus Flandriæ Comes, poſt eum electus, tum quod neuter fuerit coronatus, tum quod poſterior electionem de ſe factam ſuaſu Regis Galliæ, fratris ſui, modeſte refutavit.

15. Anno MCCXXVIII. narrat idem Aventinus : (α) *Principes atque ſacerdotes Bo-* A
jariæ Concilium Bathaviam indicunt , uti Bojemum atque Auſtriacum conciliarent. Fri-
dericus Auſtriacus cum quatuor millibus equitum Bathaviam venit. Otto Vindelicus in
Bojemiam ingreſſus VVentzeslaum Regem Bojemiæ , cognatum ſuum , Bathaviam deducit ;
paxque inter Principes , Epiſcopos , Regulos Bojemiæ , Bojariæ , Noricos atque Vindeli-
cos , non ſolum jurisjurandi religione , ſed etiam datis obſidibus firmatur. Rex Bojemiæ
mox Moguntino , qui ab Auguſto ad Romanenſes [id eſt, ab Imperatore ad Papam] *de-*
fecerat , bellum indicit.

16. Anno MCCXXXIII. reverſus ex Syria Imperator Wenceslaum Bohemiæ Regem
& Ottonem Comitem Palatinum Rheni Bavariæque Ducem , jam a Pontifice alienatos,
in ſuas partes recipit , eorumque ſuaſu miſſi , Ordinum Imperii nomine , Romam Le- B
gati, qui Pontificem & officii ſui admonerent, & cum Imperatore ſimul reconciliarent.
Idem Aventinus: [β] *Interim Auguſtus, pacata Syria atque Palæſtina, quas quindecim*
annis poſſedit , in Apuliam redit , ubi fines Regni ab Epiſcopo Romano armis occupatos,
ſeque per omnium Flaminum religiones devotum offendit. Quamobrem literis per univer-
154 *ſum orbem Chriſtianum miſſis , acriter in Romanum Pontificem invehitur : fraudes,*
aſtutiam , acerbitates , injuriam , tyrannidem ejus commemorat , injuſtitiæ , impietatis,
eundem accuſat. Germaniæ , maxime Bojorum & Noricorum Principes atque Epiſcopi,
Berchtholdus Patriarcha Aquilejæ ex Bojaria ab Andechs & Damaſia oriundus , frater
ejus Ottho Dalmatiæ atque Hiſtriæ Regulus , Eberhardus Archimyſta Bojorum (Archi-
epiſcopus Salisburgenſis,) *Sigefridus Reginoburgenſis Pontifex , Bernhardus Charionum,* C
Luitpoldus Auſtriacorum atque Stiriorum Rector, Venetiam, inde Romam proficiſcuntur,
Sacerdotem primatium appellant , modeſtiæ Chriſtianæ , bonique paſtoris officii commone-
faciunt , eundem & Auguſtum in gratiam redigunt.

17. Idem Aventinus [γ] de Rainerio Legato a Latere in Germaniam miſſo , re-
fert ; *Omnes regiones tonitru concutit ; Bojos Suevis , Bojemos Miſnenſibus , Auſtriacos*
Moravis , Saxones Turogis, univerſos inter ſe quoque viciſſim committit ; diplomata omni-
bus Epiſcopis Germaniæ mittit : nemo Epiſcoporum paret, &c.

18. Joannes Garzon (δ) Bononienſ. ſcribit de Friderico II. Imperatore: *Quoties*
cum Vindelis ac Sarmatis , quos noſtri Bohemos & Polonos vocant , ſigna contulit , toties
victi cæſique ſunt. (*) D

O 19. Anno

(α) *Aventinus* d. lib. 7. fol. 548. *Imperator tum aberat in expeditione Hieroſolymitana. Ergo Bohemus ac Palatinus ei , antequam proficiſceretur , erant reconciliati , quod ejus vices in hoc Paſſavienſi conventu gererent , in quo rebelles declarati ſunt , qui Summo Pontifici contra ſalutem Imperii Romani & legitimi Imperatoris adhærerent. Vide infra* cap. 9. num. 17. *Eandem ob cauſſam Fridericus Archidux Auſtriæ fuit in Concilio Conſtantienſi bannitus , & ab Imperatore Sigiſmundo proſcriptus , quod eſſet fautor , adjutor & receptator Joannis Papæ , cui cum dicto Concilio Imperatore non bene conveniebat , ut habent* Acta Concilii, *& late proſequitur Joan. Stumpfius in Beſchreibung des groſſen allgemeinen Concilii zu Coſtentz , &c. Gobelinus in* Coſmodrom. ætat. 6. cap. 94.

(β) Aventinus] *d. lib. 7. & ex eo Matth. Flacius Illyricus in* Catalog. teſt. verit. in rubr. Fridericus II.

(γ) Aventinus] *d. lib 7. Flacius* ibid. *& in* Centur. Magdeburgenſ.

(δ) Garzon] *lib. 1. Rer. Saxonic. circa princip.*

[*] Quæ de bellis Wenceslai §. 11--19. memorat Auctor, Balbinus ſequentibus refutare conatur. « Unjus Scriptoris mendaciſſimi , quem *Fabulum* » *& Fabellinum* appellat *Raynaudus* [*Aventinum* « intelligo] autoritate nixus ſcribit: *VVencalaum* « *Regem adverſus Fridericum II. Imperatorem Budvicii in Bohemia Anno 1216. cum cæteris Imperii* « *Principibus Comitia celebraſſe* ; An. vero 1217. *reconciliatum Friderico* ; at rurſus agente *Gregorio IX. Pontifice* adverſus *Imperatorem* conſurrexiſſe cum aliis Principibus, iterumque An. 1233. » *Friderico Imperatori* fuiſſe conciliatum. Quæ » omnia ſuſpecta eſſe poſſunt eorum temporum » hiſtoriam legenti : nam ut taceam Comitia illa, » *Imperii Budvicenſia* novo exemplo , & in Veterum Scriptorum ſilentio , extra Imperium celebrata , tot mutuæ amicitiæ exempla , tot favores, & honores in *VVencalaum* congeſtos a *Friderico* iis temporibus , quibus bellum inter eos » fuiſſe ſcribit *Goldaſtus* habemus [quos poſtea » in *Indiculis Chronologicis* ad ſeram] ut nulla ratione bellum inter eos admitti poſſit: Adde quod, » Anno 1216. *VVencalaus* nondum *Bohemiæ Rex* » fuerit , poſt annos duodecim primum creatus, » & ab ipſo *Friderico Imperatore* confirmatus, ut » in *Bulla aurea* [quam in Epitome recitavi] *Carolus IV. Imperator* teſtatur; cadit pariter reconciliatio. Anno 1227. quibus omnis adhuc *VVencalaus* ſui juris non erat ; Anno 1227. *Gregorius IX. Pontificatum* auſpicatur (ut habet *Spondanus*) *Fridericus II.* Anno ſequenti 1228. Confirmat *Coronationem VVencalai*, ut ex actis publicis conſtat, cumque An. 1230. Pater *VVencalai* » *Przemyslaus* obiiſſet, iterum *Fridericus II. VVencalai* coronationem approbat Anno 1231. » quas literas *Friderici* per longum refert *Pulkavva* , quo ipſo anno , & ſequentibus uſque ad » Annum 1235. [quo facta pax eſt] bellum pro » *Friderico Cæſare VVencalaus* gerit in *Auſtria* ut » habet

A 19. Anno MCCXLVII. Ottockarus I. [*] Rex Bohemiæ, ab Imperatore Friderico II. Auguſto, quod a Summo Pontifice eſſet excommunicatus, & in Concilio Lugdunenſi, Imperio abdicatus, deficit, Wilhelmumque (α) Hollandiæ Comitem adverſus eum in Regem Romanorum eligit, & hoc modo ei æmulum atque hoſtem excitat. Sed Conradus IV. (β) Romanorum Rex, Friderici filius, fortiter reſiſtit, & vires eorum ſubinde diſtrahit atque divertit.

20. Anno MCCLIX. Ottockarus Rex Bohemiæ Richardum Romanorum Regem, cui fidelitatem ſacramento juraverat, contumelioſe deſerit, & cum cæteris Principibus conſpirans fecit, ut electus & coronatus Cæſar in Angliam redire, profuſo ingenti pecuniarum theſauro, cogeretur. (γ)

B 21. Incidit ergo quoddam quaſi Interregnum (δ) in Imperio, Richardo in Anglia, & Alphonſo in Hiſpania abſentibus, nec ullam Imperii aut Reipublicæ curam habentibus. In qua ἀκεφαλίᾳ & inde nata ἀναρχίᾳ omnia manu Regia ab omnibus gerebantur, potentibus licebat quicquid libebat, voluntas erat pro ratione, vis pro jure, (ε) & potentia pro æquitate. Igitur Ottockarus (ζ) Bohemiæ Rex hanc occaſionem arripiens, in turbidis iſtis aquis [quod dici ſolet] piſcaturam inſtituit, bonamque Imperii Germanici partem ad ſe pertraxit, quo jure, quave injuria, ſuſque deque habens. 155

22. Qui ſi majorum ſuorum exempla (η) ſibi ob oculos ponere, & Riciano Bohemiæ Baroni bene recteque monenti auſcultare maluiſſet, quam ſtultis & incautis perverſorum Bohemorum conſiliis & inſtigationibus, nunquam in tantum periculum C fidei ſimul ac vitæ (θ) incidiſſet. Riciani diſſuaſoria oratio (ι) ad Ottockarum Regem inter alia ingerit:

Non

" habet idem vetus *Scriptor Pulkavva*, quomodo " igitur adverſus *Imperatorem* arma gerit? quomo" do an. 1233. ei conciliatur? Porru Anno 1234. " *VVenceslaum Regem* fuiſſe, & apud *Fridericum* " *in Comitiis VVormatienſibus* & an 1235. in *Comi*" *tiis Auguſtanis* & decem millia marcarum argen" ti pro conjugis ſuæ dote accepiſſe, & ſumma " gratulatione, imo etiam veneratione *Cæſaris* ex-
D " ceptum eſſe, *Trithemius*, *Crantzius*, *Lupacius*, " ac *VVeleslavinus* commemorant; ubi igitur eo" rum temporum iræ, ubi arma adverſus *Cæſarem* " *Fridericum*? nimirum non modo, qui amant, " ſed etiam, qui oderunt, ipſi ſibi ſomnia fin" gunt, ut hic fecit *Goldaſtus*. Hæc Bilbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.* Conf. etiam quæ in *Epitom. Rer. Bohem. lib. III. c. 14.* memorat. Quanquam Aventini defenſorem nunc non agam, non poſſum tamen non monere, perſæpe fidem ejus ma-
E le in dubium vocari a Pontificiis, qui hunc Hiſtoricum odio plus quam Vatiniano proſequuntur, quod nimis aperte Clericorum artes detexerit. Ceterum num Wenceslaus tam fideliter ſemper Friderico adhæſerit, valde dubito, cui enim ignotæ variæ illæ literæ, quibus Papa Eum in Imperatorem incitare conabatur. Imo a partibus Pontificiis aliquando ſtetiſſe contra Fridericum vel ex eo ſatis conſtat, quod de eo tradit Raynaldus *in Annal. ad an. 1248. n. 8.*

F (α) Wilhelmum] *Joannes de Beka in* Chronic. Epiſcopor. Trajectenſ. in Ottone III Epiſcopo fol. 65. *Trithemius in* Chronic. Hirſaugienſ. anno 1249. *Abrah. Bzovius in* Annal. Eccleſiaſtic. tom. 13. anno 1248. num. 1. *Matthæus de Paris in* Hiſt. major. *Johannes Nuſſienſis Monach. in* Magno Chronic. Belgic. in Wilhelmo Reg. Roman.

(β) Conradus IV.] *Matthæus de Paris in* d. Hiſt. major. *Calviſius in* Chronolog. anno 1249.

(γ) *Matthæus Paris in* d. hiſt. major.

G (δ) Interregnum] *de quo plena eſt querelis Germanorum Hiſtoria & Chronologia.*

(ε) Vis pro jure] *das Fauſtrecht vulgo, ὁ χειρῶν νόμος a Græcis appellatur. Baro Enenckel in* Annotat. in Thucyd. lib. 5. fol. 617. *Rittershuſius in* Comment. in Oppiani Halieutic. lib. 5. verſ. 54. fol. 315. *Beſoldus in* Diſſert. de Præcognit. Politic. cap. 5. num. 11.

(ζ) Ottockarus Bohem.] *Calaminus in* Rudolphottocaro, *tragœdia ſic inſcripta.*

(η) Majorum exempla] *juxta illud Poetæ:*

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Et quod ingerit Ovidius Naſo:

--- Felix, quicumque dolore
Alterius diſces poſſe carere tuo.

Monitum hoc paſſim occentant politici noſtri. Videatur Mich. Virdungus in Comment. in Taciti Agricol. cap. 19.

(θ) Fidei ſimul ac vitæ] *quin & Regni ac omnium Principatuum: quorum converſiones, mutationes & interitus ex perfidia, rebellione, & conſpiratione in Imperatorem ſuſcepta, ut plurimum eveniſſe, Politici obſervarunt. Adde etiam ex contemptu S. Imperii ſuperioritatis, cujus Majeſtate ſpreta* 156 *qui abſolutum ſibi jus contra Imperatorem & S. Imperium aſſumpſerunt, nunquam legimus fuiſſe felices, aut in uſurpatione ſua diuturnos. Mittimus vetera; oculos vertamus in ea, quæ avorum, patrum & noſtra memoria contigerunt. Ubi eſt Dux Mediolanenſis, cujus Status ſub alieno Imperio fruſtra queruntur? Ubi Magnus Magiſter Boruſſiæ, Regibus & gentibus quondam ſub Imperii clientela tremendus? Ubi Dux Bullionæus ad Moſam, cujus vix nomen Sedanenſis Princeps, poſtquam Imperii fidem ſub Carolo V. Imp. cœpit deſerere, ac ne vix quidem retinuit? Ubi nunc viſitur Varmienſis Epiſcopi Regalis, quæ ſub Imperio præfulgebat, magnificentia? Ubi ſunt Duces Maſoviæ & Cujaviæ, ſub Imperii clientela Regie more imperitantes? Ubi eſt Magiſter Livoniæ, Polonorum terror? Ubi Archiepiſcopus Rigenſis cum ſuis Suffraganeis*

Non octo ſubdunt Marte nos ſibi Cæſares?
Ego geſta quantum priſca revoco temporis. A
Subacta Magno namque primum Carolo
Et noſtra nati gens manu cognominis.
Arnolphus urbis victoriæ Auſoniæ hanc domat.
Frænant ſuperbos tres & Henrici Duces.
Nam primus acie Saxo Venſoleum capit.
At Bojus alter ſubjugat Boleſleum.
Henricus altum tertius Bratiſleum.
Tandem ſecundo Franco bello dejicit.
Quid Magni Ottonis? quid ſecundi hoc nomine? B
Salici trophæum quidve Conradi eloquar?
Henricus hoſtem Quintus, auxiliis tamen,
Noſtrum retundit, Pragam & obſidio levat.
Hi pæne cuncti tranſvolarunt invia
Prope viſa cunctis, fidat ergo quis loco?

gnaeis ſumma ſub S. Imperio poteſtate dominus? Ubi Epiſcopus Trajectenſis, poſtquam Burgundiam maluit, quam Imperium reſpicere? Annon idem Slevicenſi Epiſcopo ob ingratitudinem accidit, ut regalia ſua, quæ ab Imperio, unde acceperat, noluit recognoſcere, alienæ dominationi cedere coactus fuerit? Quid de ſtatu Civitatum Imperialium, Conſtantiæ, Mediomatricis, Tulli, Virduni, Noviomagi, Donavverdæ, dicemus? Comites Schaumburgii in Saxonia inferiore tamdiu fuerunt felices & fortunati, quamdiu Majeſtatem Imperii, cui omnia ſua incrementa debebant, coluerunt obſervarunt: quam ſimulatque cœperunt inſuper habere & contemnere, provinciaſque ad Oſtia Albis & ipſum Oceanum ſitas, Holſatiam, Stormariam, Dithmarſiam, Sleſuigiam, Fimbriam, Finniam, Lalandiam, Fulſtriam, &c. ab Imperii Germanici fide & obſequio ſeparare, eaſdem una pariter cum ipſa fortuna, proſperitate & felicitate amiſerunt; nec ex eo tempore ſtatum avita dignitatis ac potentia recuperare potuerunt, fruſtra Imperii opem in oppreſſione implorantes, cujus Majeſtatem in rebus ſecundis & proſperis vilipendebant, ut Acta publica & hiſtoriarum monumenta teſtantur. Adeo infelices ſemper extiterunt, qui propria potentia freti, ſupremam in terris Majeſtatem contempſerunt. Senſerunt id Galliæ Imperialis & Regni Arelatenſis Ordines, qui nunc ſub jugo Capetico gementes fruſtra antiquam illam ſub Imperio libertatem deſiderant: de quibus ipſi Galli ſolent dicere: De puis qu'ils ne ſont plus ſoubs l'Empire, ils ſont empirés. Nec minus Italiæ quidam Ordines eandem fortunam deplorant. Contra ea omnes proſpera ac propitia fortuna uſos legimus, qui S. Cæſar. Majeſtati & S. Romano Imperio debitam fidem conſtanter ſervaverunt, quod nunc experientia ipſa teſtatur, & documento eſſe poſſunt nonnulli Electores, Principes, Prælati, Comites, &c. qui potentia ſua incrementa ſoli fidei & obſequii conſtantiæ accepta ferunt, adeo ut Illuſtriſſimus Haſſiæ Landgravius Ludovicus, deſideratiſſimæ Principis memoriæ, cognomen inde meruerit, ut FIDELIS *dicatur. De cæteris non ſumo mihi judicium, quod Deus ſibi & ſupremo Magiſtratui reſervavit. Neque etiam virum bonum decet afflictis & miſeris inſultare. Quamobrem quid de ruina potentiſſimi Comitatus Palatini Rheni, aliorumque multorum Principatuum, Comitatuum, Baronatuum, Nobilitatum, & Civitatum Imperii per Germaniam, Bohemiam, Moraviam, Hungariam, nuper florentium, nunc autem partim mutatorum; partim diſtractorum, quid ſentiendum ſit, aliis judicent. Certe Ægidius Gutmannus Auguſtinus in Offenbarung Gœttlicher Majeſtat, lib. II. cap. 21. jam olim aſſeruit, plerorumque Regnorum, Principatuum & Comitatuum ruinam & exilium inde contigiſſe: Daſs ſie ihrem Oberſten fürgeſetzten Keyſer kein rechten gehorſam geleiſtet, von ihme kein friedbott noch ordnung angenommen, und ihn noch darzu veracht. Derhalben hat ſie Gott der Herr in ſchand und ſpott fallen laſſen, auch zugeſehen, daſs ſie von land und leut vertrieben, verdorben und erſchlagen vvorden. Et paulo poſt; diſs alles iſt allein aus dem hergefloſſen, daſs die vvillen der Keyſern nicht vollzogen, und daſs ein jeder ungehorſamlich gethan, vvas ihn geluſtet hat. Et tandem concludit; GOtt der HErr ſchicke es zum beſten, daſs einmal ein einiges Regiment in der VVelt vverde, und daſs jederman dem oberſten Haupt in der VVelt, die rechte gebührliche gehorſam vvillig leiſte, damit ſolches allein GOtt zu lob und ehr, den unterthanen zu vvolfarth, und manniglich zu evviger ſeligkeit gereiche. In eandem mentem ac ſententiam Illuſtriſſimus Chriſtianus Anhaldiæ Princeps mihi anno 1612. inter ſecretos ſermones ſerio dixit, omnia mala in Imperio noſtro inde proveniſſe, & etiamnum provenire, quod ſupremo capite Imperatori nulla debita obedientia præſtetur; nec ſalvum Imperium umquam futurum, niſi Imperatori ſua ſibi auctoritas & poteſtas reſtituatur, & membra cum capite ſuo, more majorum, conjunctiore harmonia, quam hactenus factum ſit, mutuiter conveniant atque concordent. Et hoc effatum ex tripode dictum fuiſſe, eventus poſtea docuit, nec ipſe non Illuſtriſſimus Princeps nunc ſero licet, ſerio tamen agnoſcit.*

C D 157 E F

(μ) Riciani oratio] *apud Calaminum in* Rudolphottoc. act. 2. ſc 2.

(*) Aliud in Chronologiam peccatum: affir-„
mat enim Goldaſtus *Ottogarum I. Regem Bohe-*„
miæ an. 1147. a *Frederico II.* Imp. quod excommu-„
nicatus eſſet, defeciſſe, citatque Trithemium,„
& Bzovium. At iſti de *VVenceslao* intelligendi„ G
ſunt, nam *Ottocarus I.* anno 1130. deceſſit, *VVen-*„
ceslao [quem nonnulli Germani Scriptores æque„
Ottogarum appellant] filio ſuccedente, eoque„
anno 1253. mortuo *Ottogarus II.* vel juxta quos-„
dam

A "dam III. auſpicatus eſt Regnum, ut omnium "Scriptorum veterum ac novorum teſtimuniis "conſtat. Igitur *Ottocarus I. a Friderico II.* de"ficere non potuit. Balbinus *lib. III. Miſc. c. 22.* Quam facilis error in numeris, præſertim hypotheſis ſit, nemo paulo humanior eſt, qui ignorat. Ejuſmodi multos in ipſo Balbino indicare poſſem, ſi id agerem. Lege igitur impoſterum: Ottocarus II. nam & hoc nomine Germanis venit Wenceslaus, uti ipſe Balbinus recte notavit.

CAPUT VII.

Rebellionum Bohemicarum Subſecutio & progreſſio ſub Imperatoribus Auſtriacis, ab anno MCCLXXIII. usque ad annum MDCIX. hoc eſt, a Rudolpho I. Habſpurgio uſque ad Ferdinandum II. Auguſtum. Ottockari Regis Bohemiæ ſubjugatio, & in iterata rebellione cædes. Jure cæſum fuiſſe & Regno privatum defenditur. Hungari in Imperium contra rebelles ab Imperatore inducti. Chriſtus ſymbolum bellicum, & in eo victoria.
B *Maximiliani I. & Ferdinandi I. Imperatorum victoriæ contra rebelles Bohemos. Exſecutio Pragenſis, ejusque juſtitia. In primordio Imperii poſitum eſt rerum diſcrimen: ideoque victoriæ inſiſtendum.*

ANno Chriſti nati MCCLXXIII. Rudolphus, Habspurgiæ Comes & Landgravius Alſatiæ, eligitur communi omnium conſenſu in Regem Romanorum, ſolo Ottockaro Bohemiæ Rege diſcordante, quippe qui, potentia ſua fretus, ipſe ad Imperium adſpirabat, Rudolphumque ut ſuum quondam miniſtrum & ſtabularium, contemnebat. Ob quam contumeliam indignatus Cæſar ab Ottockaro confeſtim repetit, quæ Interregni tempore Imperio abſtraxerat. (α)

158 2. Anno MCCLXXIV. Rudolphus Cæſar prima ſua Comitia celebrat Norimbergæ,
C ad quæ citatus Ottockarus (β) Rex comparere detrectat. Felix Faber, (γ) Dominicanus Ulmenſis: *Statim accepto Regno convocationem Principum in Nuremberga habuit, ad quam omnes venerunt, demptis Ottockero Rege Bohemorum, & Heinrico Duce Bavarorum, qui citati nec ad iſtam Dietam, nec ad duas alias ſequentes venire volebant, & propter eorum abſentiam omiſſa eſt expeditio contra Sarracenos,* &c. hoc eſt, contra Turcos.

3. Anno MCCLXXV. Rudolphus Cæſar Ottockarum ſub comminatione læſæ Majeſtatis, (δ) & perduellionis, ad Comitia citat Auguſtana. Contumax una cum Henrico Bavariæ Duce proſcribitur, (ε) & hoſtis Imperii declaratur. Georg. Bartholdus Pontanus a Braitenberg. [ζ] *Ottagarus Rex Bohemiæ noluit Rudolpho Cæſari præſtare obedientiam* &c. Gordonus, (η) Societatis Jeſu; *In Germania decretum bellum Imperato-*
D *rium in Ottocarum Bohemiæ Regem, & alios, qui iura Imperii uſurpaverant.* Gerard. de Roo, [ϑ] Hiſtoriographus Cæſareus; *Rogati ſententiam Principes, Ottocarum contra Rempublicam facere videri, hoſtem Imperii eſſe, bellumque in eum decernunt.*

4. Anno MCCLXXVI. ſcribit Matthæus Mareſcalcus de Bappenheim, (ι) S. R. Imperii Baro: *Quum* [Rudolphus Rex Roman.] *Illuſtrem Regem Bohemiæ Ottocarum, qui tunc temporis Principatum Auſtriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchiæ ac Portus naonis, potenter gubernabat, & plus quam viginti ſex annis in eis regnaverat, ſibi adhuc reſiſtentem, per plures literas & nuncios vocaſſet iterum atque iterum ad Curiam ſuam, more ſolito aliorum Principum, & ille venire contumaciter recuſaret* &c. Felix Faber: (κ) *Videns Ottackerus periculum ſuum, venit Wiennam, & flexis genibus veniam*
E *a Rege Rudolfo petiit, & feuda accepit, reſignans Auſtriam, Stiriam, Carinthiam Regi, & juramenta pacis & fidelitatis præſtitit, & abiit.* Gordonus: [λ] *Ottocarus Rex Bohemiæ tandem ſe Imperatori ſubdit.*

5. Anno

(α) *Albertus Argentinenſ.* in Chronic. *& plerique omnes rerum geſtarum ſcriptores.*

(β) Citatus Ottock.] *Albertus Argentin.* ibid. *Gerardus de Roo* lib. 1. Hiſt. Auſtriac. anno 1274.

(γ) Felix Faber] *lib. 1. Hiſtor. Suevor. fol. 133.*

(δ) Comminatione læſæ Majeſt.] *Gerard. de*
F *Roo* lib. 1. Hiſt. Auſtriac. anno 1275.

(ε) Proſcribitur] *Nauclerus* vol. 2. generat. *Trithemius in* Chronic. Hirſaug. *Cruſius in* Annal. Suev. *Calviſius in* Chronolog. anno 1274.

(ζ) Pontanus] *in Bohem: pia lib. 1. fol. 9.*

(η) Gordonus] *in oper. Chronolog. in ſerie Rer. geſtar. anno 1273. anno Rudolphi Imp. 1.*

(ϑ) Roo] *lib. 1. Hiſtor. Auſtriac anno 1275.*

(ι) Matthæus Mareſcalcus] *in Hiſtor. Auſtral. part. 2. in princ. Cromerus* Rer. Polonic. lib. 9. fol. 168. col. 2. in princ.

(κ) Faber] *lib. 1. Hiſtor. Suevor. fol. 133.*

(λ) Gordonus] *in Chronolog. in ſerie rer. geſt. anno 1277. Aventinus in* Annal. Bujor. lib. 4. *Calviſius in* Chronolog. anno 1276. *Aug. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. q. 1. in fin.

159 5. Anno MCCLXXVII. Ottocarus, (α) uxore inſtigante, Imperatori rebellat, [β] A
& cum exercitu in Auſtriam venit, cui copias opponit Rudolfus Imperator: & Mora-
via ac Auſtria tota hieme incendiis & rapinis vaſtatur. Cum vero Rudolphus ipſe ad
exercitum veniret, amicitiam jungit cum Ladislao Ungaro, & eum contra Bohemum
defendit.

6. Anno MCCLXXVIII. [γ] Ottocarus clam comparato exercitu, (δ) cum Impe-
rator nullum fere exercitum haberet, Imperatorem aggreditur. Fit acre prœlium, &
Bohemi vincuntur, caduntque ad quatuordecim millia, ipſeque Rex capitur, [ε] ſed
ab Auſtriis ita tractatur, ut biduo poſt moreretur. Rudolphus igitur Moraviam pri-
mum occupat, inde in Bohemiam tranſit; ubi intercedentibus Principibus, Wenceslao
filio Ottocari nubit filia Rudolphi, & altera filia Ottoni Marchioni Brandeburgenſi, B
cum tutela Regni Bohemici, deſponſatur. Sed quid vetat, quominus totam hiſtoriam,
in exemplum tam divinæ quam humanæ vindictæ, in Rege perfido & rebelli peractæ,
ob oculos ponam? Ut diſcamus, ſemper Deum armipotentem injuſtis rebellium Prin-
cipum motibus adverſatum, juſtis Imperatorum cauſſis faviſſe, annuiſſe, adſtitiſſe. Id
quod tot miraculoſæ Imperatorum victoriæ abunde poſſunt teſtari. Qualis hæc eſt,
quam Rudolpho I. Cæſari ſuperne largitus eſt Deus, qui ſupra nos in cœlis rerum hu-
manarum curam & judicium gerit. Sic autem narrat idem Mareſcalcus a Bappen-
heim, [ζ] vir gravis, & Deo devotus; *Rex Boemiæ iterato collecto exercitu forti ma-
gno, cum machinis & diverſis inſtrumentis & armis bellicis, manu valida Auſtriam in-
greditur, prius Pragæ a ſuis licentiatus, & ab omni clero & populo univerſo cum mul* C
*tis gemitibus proceſſionaliter de Civitate eductus: quamvis, quod dictu nefas eſt, nunquam
literas diffidentiæ Regi Romanorum præmiſiſſet. Et quia fraus & dolus non debet alicui
patrocinium impertiri*** Rudolphus Romanorum Rex, qui ſic ab eo fraudulenter circum-
ventus fuerat, cum Auſtralibus & Stirienſibus peroptime expeditis, & paucis Suevis,
præſente Rege Ungariæ cum ſuis, quum tamen vix unum pugnantem adhuc contra duos
adverſarios, & non niſi* CCL. *dextrarios faleratos contra* MC. *parte ex adverſa haberet,
ſæpe dicto Regi Boemiæ viriliter cum ſuis paucis in Deo ponens ſpem ſuam, quia Domini
eſt ſalus,* VII. *Kal. Septembr. quæ fuit feria* VI. *proxima poſt Bartholomæi, in campo,
qui vulgariter dicitur Idunſtengenſis circa Marchiam, ex utraque parte ad prælium con-
venerunt; ordinatisque hinc inde agminibus, Rex Romanorum tam Comanis* (id eſt Hun- D
garis) *quam Chriſtianis pro ſigno nomen Chriſti præcepit invocare, ut ubicumque eſſent
die illa in bello pariter vel diſperſi, hoc nomen Chriſti a quolibet clamaretur. Itaque no-
men Dei glorioſum & benedictum Chriſti, quod exercitui Regis Romanorum in ſignum
datum fuerat, quod ſemper antea ab incredulis Comanis, & Semichriſtianis Ungaris blaſ-*
160 *phematum fuerat, & pro nihilo fuerat reputatum, hac die communiter tam a Comanis,
quam a Chriſtianis, invocando, ſæpiſſime repetitis vocibus,* CHRISTUS, CHRISTUS, (η)

(α) Ottocarus] *Calviſius in* Chronolog. anno
1277.
(β) Rebellat] *Stephanus VVinandus Pighius
in* Hercul. Prodic. fol 68.
(γ) Calviſius] *in Chronolog. anno 1278.*
(δ) Clam compar. exercitu] *de qua clandeſti-
na fraude ita ſcribit Matthaus Bappenheimius in
Auſtral. Hiſtor. part. 2. anno 1278.* Frequenter
vero prædicto Romanorum Regi ſcribebat verba
pacifica in hunc modum, ſed in dolo; Sereniſſi-
mo Domino ſuo Rudolpho, Dei gratia Romano-
rum Regi ſemper Auguſto, Ottocarus, Dei & ſui
gratia Boemiæ Rex *&c.*
(ε) Rex capitur] *Emundus in* Magno Chro-
nic. Belgic. fol. 263. *putat Regem poſt hanc ca-
ptivitatem fuiſſe Regno reſtitutum. Sed confun-
dit ſuperiorem ſubmiſſionem cum iſthac clade.*
(ζ) Bappenheim] *in Hiſtor. Auſtral. part. 2. an-
no 1278. in cujus narratione id notandum venit,
quod Cæſari licuerit Comanos ſive Moldavos & Hun-
garos auxiliarios in Imperium contra rebelles indu-
cere. Quod & cum Capitulatione Cæſarea conve-
nit, in qua Imperatori diſerte permittitur pere-
grinum militem in Imperium advocare, ſi bellum
ipſi aut Imperio inferatur. Verba hæc ſunt: VVo
vvir aber von des Reichs vvegen, oder das heylig
Reich angegrieffen und bekrieget vvürden, als-* E
*dann mœgen vvir uns dagegen aller Hülff gebrau-
chen. Quo jure Maximilianus I. Cæſar in bello
Veneto & Gallico, & Carolus V. Imp. in Smalkal-
dico uſi fuiſſe traduntur. De Cumanorum autem
ſive paganiſmo ſive infidelitate, tractat Andr. Hon-
dorpbius ſive Conrad. Lycoſthenes in* Promptuar.
exemplor. in 1. præcept. *& Bernhard. Lutzembur-
gus in* Catalog. hæret. *Unde & illud conſtat, poſſe
Imperatorem etiam infidelium militum auxilio ad
ſui & Imperii defenſionem contra rebelles uti; Bo-* F
cerus lib. 1. de Jure pugn. cap. 8. n. 161. *Pet. Gre-* 162
gorius lib. 11. de Republ. cap. 3. n. 7. *Elias Reuſ-
nerus* lib. 1. de Art. ſtratagemat. cap. 25. *Joan.
Avenarius in* Quæſtion. nomin. polit. q. 105.
(η) CHRISTUS] *ſymbolum bellicum omnium
ſanctiſſimum, quod S. Conſtantinus Magnus Imp.
adverſus rebellem Licentium pugnaturus a cœleſti
militia accepiſſe traditur, cruce in cœlo oſtenſa cum
dicto:* In hoc vinces, *Euſebio & Sozomeno aucto-
ribus*

A *alta voce ab omnibus proclamatur. Rex vero Boemiæ ſuis exercitibus pro ſigno dederat clamare,* PRAGA, PRAGA, *cuilibet album peplum circa collum ante & retro uſque ad cingulum, in modum ſtolæ Diaconi, ſicque bellum commiſſum eſt ab utriſque, in quo primo conflictu Romanorum Rex, occiſo a quodam ſub eo dextrario, proſtratus in terram proſilit, & cito a ſuis fidelibus ſublevatus iterum ad pugnam progreditur. Et ecce mirum in modum totus exercitus Boemorum ſuperatus, terga in fugam verterunt, relicto Rege ſuo ſolo. Pars autem adverſa eos inſequentes ſine defenſione eos trucidabant: alia vero pars in fuga flumen tranſire cupiens ſubmergebatur, deſcenderuntque in profundum gurgitem quaſi lapis, in modum quondam Ægyptiorum in mari rubro. Jam enim equorum ſpuma elemento mixta colorem ſuum mutaverat eo loco, & ſanguis occiſorum & vul-*
B *neratorum ac ſubmerſorum ſuper nudos gurgites fluebat. Plures etiam ex eis a Comanis capti, vinculati, vulnerati miſerabiliter deducebantur, raptis & ſpoliatis theſauris Regis Boemiæ, in curribus & in tentoriis ſuis & ſuorum inventis. Quidam etiam alii venientes Regi Boemiæ in adjutorium cum copioſa multitudine, antequam pervenirent ad exercitum, videntes & audientes fugam Boemorum, revertentes fugiebant & ipſi abſque perſecutore. Miſerum vidiſſes ſpectaculum in campo jacentium, inæſtimabilia corpora hominum occiſorum, cadavera equorum innumerabilium in ſuo cruore volutantium, viſcera herorum a canibus & avibus circa trahentium, & non erat, qui ſepeliret. Ipſe autem Rex Boemiæ inclytus ab hoſtibus capitur, trahitur, percutitur, ab equo ejicitur, a Bertholdo Dapifero de Emretwerch ac aliis multis Nobilibus nimium feſſus ad terram*
C *dejicitur, & per cervical lancea perforatur, ac aliis plagis affectus, ultimo gladio transfixus in eodem loco mortuus eſt. In illa die ceſſavit jugum Boemorum ſuper Auſtrales, Stirienſes, Carinthianos, quos indebite per longa tempora afflixerant. Quoſdam etiam Nobiles idem Rex* [Ottacarus] *ad caudas equorum per civitatem ſuam traxerat, ultimo catenis ferreis ad commune patibulum ſuſpenderat, quoſdam etiam in turribus ſuis Viennæ combuſſerat: alios vero decollaverat, taliaque & ſimilia multa ipſe & ſui homines perpetraverunt. Vidiſſes catervatim decem millia & ſæpe plures Comanorum, qui odio ejus Moraviam, Auſtriam, Stiriam intrabant, & flammis, rapinis, virorum ac mulierum, puerorumque ultra millia deducentes ad Paganiſtium exulabant. Ipſe etiam* (Ottakarus) *in quantum potuit, eis vicem reddidit. Et ſic in eo repletum eſt verbum Pro-*
D *phetæ dicentis; Sicut feciſti aliis, fiet tibi: retributio tua retribuet tibi.* Et pauculis interjectis concludit: *Rex autem Boemiæ, illa die, qua occiſus eſt, nudus, & ut egreſſus de utero matris ſuæ fuerat, per prædictum Bertholdum Dapiferum plauſtro ſuperponitur, & in Marchekam ducitur. O mira Dei diſpoſitio & tremendum ejus judicium, quod tantus Rex & Princeps ſublimis diverſarum provinciarum, mundanarum divitiarum opulentiſſimus, qui dominabatur a mari uſque ad mare, qui aliis magnifice dona donaverat, non habet ubi caput ſuum reclinet, vel unde ſua tegat verenda. Heri multis Nobilibus imperabat, hodie unus imperat ei: heri cum ſuo exercitu terram tegebat: hodie tegitur a terra: heri aliis purpuram dabat, hodie non habet unum linteamen. De Marche-* 161
ka vero ducitur in Viennam, ibique lamentabiliter ſuſcipitur, & ad Scotos ponitur: ma-
E *ne de domo Scotorum cum toto Clero & Religioſis ſub ſilentio, nullo cantu præmiſſo, nullis campanis pulſatis, ad domum Fratrum Minorum deportatur, ibique nuda facie omnibus oſtenditur. Poſtea ejectis interioribus, corpus ſpeciebus conditur, lineis mundis & purpura a Regina Romanorum datis involuitur, & in Capitulo Fratrum Minorum intumulatus, nullis fidelium pro eo exequiis celebratis, nec campanis pulſatis, nec Miſſis dictis, fere* x x x. *hebdomadibus in pheretro conſervatur. Deinde venientes ſui Boemi, receperunt eum, & aſſignaverunt eum Fratribus Minoribus in Znoyma, ibique jacet intumulatus uſque in hodiernum diem: & merito, Domini operante judicio, ut qui alios occidit, eccleſiaſticamque ſepulturam negavit, ipſe puniatur in eadem.* Hæc ille ſcriptor, non indignus profecto mihi viſus, cujus auctoritatem
F revereatur, quiſquis S. Cæſareæ Majeſtatis reverens & obſervans eſt. Quum ergo res ita geſta ſit, ut iſte nobis fideliter enarrat, numnam dici a quoquam poterit, injuſte Ottocarum fuiſſe a Cæſare tum vita, tum Regno privatum? nec licuiſſe in Regem perfidum,

ribus. Hinc illa numiſmatum inſcriptio; CHRISTUS VINCIT, CHRISTUS REGNAT, CHRISTUS IMPERAT. Et illud Græcorum: ΙΗΣ. ΧΡΣ. ΝΙΚΑ. *id eſt, JESUS CHRISTUS VINCIT, cujus meminerunt Cedrenus, Scylitzes, & Glycas in* Annal. *Poſteriori ætate etiam, JESUS MARIA, & ſimpliciter D. Virginis Deipara, MARIA, MARIA, cœpit invocari in ſymbolo bellico, ut meminit Balſamon in* Nomocan. Photij Patriarch. tit. II. cap. 2.

fidum, perduellem, læſæ Majeſtatis reum, omnia jura divina atque humana violantem juſtis armis animadvertere? A

Ultus es & juſtis Odoacrem fortiter armis,
Regna ſub arbitrio Vandala cujus erant.

Inquit Melanchthonis gener Sabinus, [α] Poëta nec inelegans, nec contemnendæ auctoritatis.

7. Anno MCCXCV. dixiſſe fertur Philippus [β] Naſſoviæ Comes, Præſes Cæſareus, ad Ordines Miſniæ Imperatori rebelles: *An vos eos eſſe exiſtimatis, qui Adolpho Cæſari, qui omnem prope Germaniam, Pannoniam, Bohemiam, ſub Imperio ſuo redegit, reſiſtetis?* Quæ verba, ſi vera ſunt, etiam Adolpho Cæſari, poſt obitum Rudolphi I. Habſpurgii, negotium feciſſe Bohemi videntur. B

8. Anno MCCXCVII. Wenceslaus, Rex Bohemiæ cum Rege Ungariæ & quibuſdam Imperii Electoribus ac Principibus, primum Pragæ, dein Viennæ, conſpirationem fecit contra prædictum Albertum [*] Cæſarem, quem & parricidiali bello perſecutus eſt ad necem uſque, quæ anno inſequenti patrata eſt. [γ]

9. Anno MCCCII. ſcribit Syffridus [δ] Presbyter Miſnenſis de Alberto II. Auſtriaco Imperatore: *Facta pace inter Romanorum Regem Albertum, & Archiepiſcopos* &c. *ſtatim ipſe Rex facto edicto, omnibus Principibus præcepit, ut ad Curiam ſuam in feſto Sebaſtiani Martyris Merſeburgi celebrandam convolarent. Sed quia Archiepiſcopus Moguntinus quibuſdam literis Regis Wenceslai incitatus contra Majeſtatem Auguſti ſe temerarie erigens pacem & fidem datam violaret, fuit dictæ Curiæ celebritas impedita.* Mox C ibidem: *Itaque tres Archiepiſcopi, ſcilicet Moguntinus, Treverenſis, Colonienſis, una cum Rege Bohemiæ contra Regem Romanorum Albertum conſpirabant.*

10. Annno MCCCIII. narrat Krantzius: [ε] *Quum in Romanorum Imperio adhuc permaneret Albertus, Wentzlaus Rex Bohemiæ non ſatisfaciebat imperata. Redibat in memoriam amplitudo paternæ ditionis, ut quo modo pater, ita & filius minoris cœpit, ac debuit, pendere Romani Imperatoris juſſionem. Tædebat quoque Bohemiæ populum, liberati (ut putabat) nutum amplius, quam uni ſuo Regi parere. Unde bellum exarſit non mediocre* &c. Matthæus Mareſcalcus de Bappenheim: [ζ] *Rex Albertus cum exercitu*
263 *in Boemiam vadit, ubi multi occiſi ſunt.* Hugw. Mutius: [η] *Graviſſima odia fuerunt inter Wenceslaum Regem Boemiæ, & Imperatorem Albertum: nam Wenceslaus contempſit* D *illum Imperatorem, & palam jactitabat ſe recuſaſſe Imperium oblatum: Albertum ſibi debere Imperium.*

11. Anno

(α) Sabinus] *lib. 2. Cæſar. Romanor. in Rudolpho I. Mylius* in Epigrammat.

(β) Philippus] *apud Joan. Garzonem Bononienſ.* lib. 2. Rer. Saxonic.

(γ) *Henricus Rebdorffenſis in* Annal. anno 1297. *Matth. Mareſc. de Bappenheim in* Chron. Auſtral. part. 2. anno eod. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 7. fol. 585.

(δ) Siffridus] *in Epitom. Chronic. lib. 2. anno 1302.*

(ε) Krantzius] *lib. 7. VVandal. cap. 47.*

(ζ) Bappenheim] *in Chronic. Elwvargenſi anno 1303.*

(η) Mutius] *in Chronic. Germ. lib. 22. fol. 205.*

[*] "Non errorem (qui etiam viris bonis obrepit aliquando) ſed mendacium [quod in virum bonum, & hiſtoricum non cadit] continet: cum nulla cujuſpiam Scriptoris authoritate, nullo teſtimonio literarum, nulla cauſa, ſolum ut haberet, quod Bohemis objiceret, & quo fallerentur Lectores, Goldaſtus Bohemos contra Cæſarem Adolphum conſpiraſſe mentitur. atqui, o Goldaſte, ſi Veteres Scriptores conſulas, neque ullus Principum ea ætate Adolpho Bohemis amicior, & neque præ Bohemis, eorumque Rege obſequentior populus Adolpho Romanorum Regi fuit; legenda ſunt, quæ in Epitome hiſtorica attulimus *L. 3 C. 16.* ex ejus ævi Scriptoribus: Adolphum Wenceslaus Rex Anno 1292. potiſſimum ad Imperatoris dignitatem evexit, & prærogativam hujus ſortis Electores cæteri ſunt ſecuti; Adolphi filio Ruperto idem Rex filiolam ſuam pene infantem, infirti deſponſavit, & quanquam poſtea ablatum ab Electoribus Adolpho ſit Imperium, tamen Wenceslaus Rex E non niſi audita Adolfi cæde adduci potuit, ut Alberto ad Imperium ſuffragaretur; Atque, ut, magis palpari poſſet mendacium, paulo poſt ſibi contrarius invenitur Goldaſtus, qui ad *An. C. 1297.* poſuit. Wenceslaum Regem Bohemiæ adverſus Albertum Cæſarem cum tribus Electoribus Eccleſiaſticis conſpiraſſe; vivebat tum adhuc Adolfus [nam primum An. 1298. occiſum Optimi Scriptores, & coævi tradiderunt] doce, quæſo, Goldaſte! qua ratione eodem anno, & F tempore Alberto adverſari potuerit Wenceslaus, contra Adolfum, & Adolfo contra Albertum? aut fatere, te a ſacra veritatis linea ſtudioſo mendacio diſceſſiſſe. Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.* Multa ſunt & magnifica, quæ hîc de fide Wenceslai in Adolphum prædicat Hiſtoricus ille Bohemicus, verum non tanta mihi hæc ſemper fuiſſe videtur; an enim fidei & amicitiæ opera ſunt moliri alicujus depoſitionem, imo & necem, quod

per

A 11. Anno MCCCIV. refert idem Siffridus: [α] *Facta concordia inter Regem Romanorum Albertum, & Archiepiſcopos ſæpe dictos, Rex Albertus, evocatis Archiepiſcopis, aliisque Epiſcopis & Principibus atque Baronibus quam plurimis, collegit ſibi præelectam militiam, & ſic ad præliandum Regali comitatu proceſſit contra Regem Bohemiæ* &c. Krantzius: (β) *Albertus enim Imperator totis Germaniæ viribus incubuit pertinacem Regem ad obedientiam revocare* &c. Fabricius (γ) *Imperator Albertus rurſus, contra Wenceslaum II. Regem Bohemiæ adhuc rebellantem, & alios ejus complices: utpote Othonem & Hermannum, Marchiones Brandeburgios, & Rupertum Naſſovium* &c. *bellum movet.* [*]

12. Anno MCCCV. ait Krantzius: (δ) *Videns Wentzlaus, quia multum ſuperare-*
B *tur hoſtium multitudine, evitans grandem ſanguinis effuſionem, ſubmiſit, qui placato Imperatore rem per æquas conditiones interciperent, id factum eſt.* Fabricius: [ε] *VVenceslaus II. Rex Bohemiæ per literas & legatos, aliasque ſolennitates ſingulares, reconciliationem pœnitentia ductus ab Imperatore unice petit, filioque ſibi cognomini mandat ſevere, ut ab Imperatore minime recedat.* [**]

13. Anno MCCCVI. Wenceslaus, Rex Bohemiæ ac Poloniæ, Olmutii in cubiculo ſuo ſive obambulans, ut nonnulli volunt, ſive quieſcens, ut alii ſcribunt, trucidatur, incertum an a ſuis, (ζ) vel ab alio [η] ſubornatis percuſſoribus. [θ] Hinc Imperator Albertus tum ex pacto ſucceſſorio, de quo infra exſequemur, tum Jure Imperatorio, Regnum ad ſe pertinere contendebat. Rem geſtam narrat Auctor. Chronic. Salis-
C burg, [ι] *Albertus*, inquiens, *Rex Romanorum intravit Bohemiam, ducens ſecum Dominum Chunradum, Archiepiſc. Salzburgenſem, & Rudolphum, filium ſuum, Ducem Auſtriæ, & aſſerens ad Imperium collationem ipſius Regni devolutam, præfatum Ducem Auſtriæ in Regem ſubſtituit ipſum Regnum ſibi & ſuis cæteris fratribus jure hereditario* con-

per conſpirationem in Adolphum Rex Bohemiæ cum Gerhardo Moguntino aliiſque Germaniæ Proceribus exequi contenderunt, teſte Sterone in *Annal. ad an. 1297.* nec non Rebdorf. & Siffrido Presbyt. *ad h. a.* Sed hi homines Germani ſunt, quos Balbinus vel non legit, vel tanti non eſſe
D caiſtimavit, ut illorum rationem haberet, per commoda enim hæc calumniandi Goldaſtum occaſio periiſſet. Præterea & alterum reprehenſionis caput, quo in anguſtias adverſarium ſuum redigere conatur, facile excuſari & dilui poteſt, ſi pro *Alberto* legamus *Adolphum* quem in animo Goldaſtum habuiſſe ſatis clare innuit adjectivum *predictum*, quod neceſſario ad Adolphum referri debet, cum Alberti nullam antea fecerit mentionem. Vide igitur. B. L. quis mendacii hoc in ca-
E pite reus ſit?

(α) Siffiidus] *in d. Epitom. Chron. lib. 2. anno 1304.*

(β) Krantz] *lib. 7. VVandaliæ cap. 47. Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 18.

(γ) Fabricius] *lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 1304. Vaſtatam fuiſſe Moraviam & Bohemiam, ſcribit Reuſnerus in* Iſagog. hiſt. anno 1305. fol. 455.

(δ) Krantzius] *lib. 7. VVandal. cap. 47.*

F (ε) Fabricius] *d. lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. anno 1305.*

(ζ) A ſuis] *Regni Bohemiæ Barones parricidii hujus reos facit Siffridus Presbyter Misnenſ. in* Epitom. Chrouic. lib. 2. anno 1306.

(η) Ab alio] *Albertum Cæſarem Auſtriacum inſimulat Cromerus* in Hiſt. Polon. *Calviſius in* Chronolog. anno 1306. *Johan. Bapt. Eyſen in* Deduct. Bohem. part. 1. num. 30. fol. 17.

(θ) Percuſſoribus] *ficarium iſtum fuiſſe ferunt*
G *Conradum a Bodenſtein, Equitem Thuringum, Pulkavva in* Chron. Bohem. c. 88. *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. c. 29. *Matthias a Michou in* Chronic. Reg. Polon. lib. 4. cap 3. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1306. fol. 361. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 263. *Idem Doct. Eyſen* ibidem. *Sunt tamen alii, qui contendunt hunc Bodenſteinium non ex Thuringica, ſed Bohemica Badenſteiniorum Equeſtri familia fuiſſe a popularibus ſuis inductum & ſubmiſſum ad tantum parricidium patrandum.* (***)

(ι) Chronic. Salisburgenſ.] *in anno 1306. apud Henric. Caniſium* tom. 6. Antiq. lect. fol. 1257.

(*) Flagitioſo ſilentio præterit, quicquid in „
Wenceslai Regis gloriam dici potuiſſet, conten- „
tus ſcribere *Albertus cum exercitu Bohemiam* „
invadit. Quis igitur belli finis Goldaſte? quis „
vicit? quis repulſus eſt? taces. Balbin. *lib. III.* „
Miſcell. c. 22. Inſpice B. L. ipſos Auctores a Gol- „
daſto citatos, quibus adde Albert. Argent. *p. 112.* & ipſe ſenties; nihil penes illos reperiri, quod in gloriam gentis Bohemicæ a Goldaſto omiſſum eſſe conqueri jure poſſit Balbinus.

(**) Conf. & Siffridus Presbyt. *p. 704.*

(***) Jam & illud odium Goldaſti in gentem „
noſtram ſatis indicat, quod nullo Auctore, imo „
adverſus omnium Scriptorum ſententiam *Conra-* „
dum de Badenſtein, quem omnes Thuringum, „
ille natione Bohemum eſſe affirmat, qui ſcil. „
Olomuzii Wenceslaum Regem ultimum Prze- „
mislææ ſtirpis occiderit. Balbinus *lib. III. Miſc.* „
c. 22. Pergit in Epitome ſua *R. B. lib. III. c 16.* „
Non memini me unquam in ullo Scriptore, ne- „
que in patrio, neque in alio quoquam legere, „
Conradum hunc in Bohemia natum fuiſſe? &, „
quæ tandem apud *Bohemos Equeſtris familia* „
Badenſteiniana unquam fuit? Zampachios de „
Pottenſtein a caſtro *Pottenſtein* dictos, Barones „
& Comites novimus, *Badenſteinios Equites* nun- „
quam audivimus; an ſi id factum eſſet, notam „
aliquam

conferendo, qui etiam Rex Bohemiæ ſtatim relictam Domini VVenceslai devoti Regis, novercam prædeceſſoris ſui, ſibi in matrimonium copulavit. Goltzius: (α) *Albertus graves expeditiones in rebelles Bohemos movit: tandem eos Imperio ſubjecit, atque eorum Reginam filio ſuo in matrimonium dedit. Qua occaſione factus eſt Bohemiæ Rex, at ſine herede aliquo abiit.* A

14. Anno MCCCIX. Henricus VII. Imperator Lützelburgius collecto grandi exercitu ſub ductu Archiepiſcopi Moguntini mittit in Bohemiam, ut pulſo Regni uſurpatore Heinrico Carinthio, domitiſque rebellibus Bohemis ejus ſequacibus, filium ſuum Johannem Regem conſtitueret, quod ſucceſſu felici & ex voto obtinuit. [β] [*]

15. Anno MCCCXXXII. dicitur Johannes, Bohemiæ Rex, in ordinem & ab obſequium [γ] redactus a Ludovico IV. Imperatore Bavaro, a quo aperte hoc anno deſeceerat. [δ] B

16. Anno MCCCXLIV. in conventu Baccharacenſi Joannes, Rex Bohemiæ ac Poloniæ, & Carolus, ejus filius, Marchio Moraviæ, quibuſdam Imperii Principibus auctor fuit confœderationis adverſus Ludovicum Imp. ineundæ, ad potentiam ejus refrænandam, ut prætendebant. [ε]

17. Anno MCCCXCII. Wenceslaus Imperator a Pragenſibus & Proceribus Regni Bohemiæ aliquotiens captivus habitus: & primum quidem carcere publico & teterrimo detentus quatuor menſibus: tandem ab ipſo exorati Proceres, ut tantum lavaret, opera balneatricis nudæ ipſe nudus evaſit, & in arcem ſuam penetravit. Sed iterum captus
165 ſtudio Sigiſmundi fratris Viennam Auſtriæ in cuſtodiam deducitur, omnibus fere ignorantibus, ubi eſſet. Ibi etiam opera piſcatoris evadit, & Pragam habitu mendici reverſus Regnum recuperat, [ζ] C

18. Anno MCCCCI. Rupertus Imperator, Comes Palatinus Rheni, per Marchiones Miſniæ & Lantgravios Thuringiæ, bellum infert Wenceslao Bohemiæ Regi, & Praga obſidetur per ſeſquimenſem. [η]

P 19. An-

aliquam in nobilitate tam memori non haberent?,, Atqui Conradum gente Thuringum fuiſſe omnes uno ore, quotquot legimus, Scriptores affir-,, mant; diſerte qui tum vivebat, Franciſcus Pra-,, genſis Canonicus: *quidam*, inquit, *Theutoni-,, cus Thuringus author ſceleris & iniquitatis qui,, quidem in partes fuit ſectus, & a canibus devo-,, ratus.* Badenſteinius ſive fuerit Thuringus ſive Bohemicus, factum attamen eſt hoc regicidium *procurantibus quibuſdam Baronibus regni Bohemiæ* teſte Siffrido Presbyt. *ad an. 1306.*

(α) Goltzius] *in Imperator. Imaginib. cap. 143. Meminerunt etiam hujus expeditionis poſtremæ ab Alberto I. Imp. ſuſceptæ, Matth. Mareſcalcus de Bappenheim in* Chronic. Elvvangenſ. anno 1305. *Carion.* Chronic. lib. 3. in Alberto I. Imp.

(β) *Dubravius, Hagecius, Boregk in* Chronic. Bohem. *Trithemius in* Chronic. Hirſaug. *Calviſius in* Chronolog. anno 1310. & 1311.

(γ) Ad obſequium] *Aventinus* Annal. Bohem. lib. 7. *Auguſt. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Roman. concluſ. 10. n. 44. q. 1. in fin.

(δ) Defeecerat.] *Joan. Funccius in* Chronolog. anno 1333.

(ε) *Heinricus Rebdorffenſ. in* Annalib. anno 1344. fol. 434.

(ζ) *Æneas Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 34. *Dubravius in* Hiſt. Bohem lib. 10. *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 2. anno 1393. *Calviſius in* Chronolog. anno 1392. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 2. fol. 337.

(η) *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. ... *Johan. Becherer. in* Chron. Thuring. anno 1401. fol. 379. *Calviſius in* Chronolog. anno 1401.

(*) "Alia mendax calumnia in Goldaſto ſe- "quitur: *Henricus VII. Cæſar rebelles Bohemos domuit, ut filium ſuum Johannem Regem conſti-,, tueret.* Non facile pinguius, ut ſic dicas, men-,, dacium legi. Conſtat inter omnes legatione ab,, omnibus *Bohemiæ ordinibus* miſſa, petitum ab,, *Henrico VII.* filium ejus *Johannem* & ægre im-,, petratum. Quomodo igitur *Bohemos* domuit,, *Henricus*? & qua ratione *rebelles*? cum neque,, *Henricus*, neque filius *Johannes*, eo tempore ul-,, lum in Bohemia paſſum neque ullum *Jus* haberent.,, Ut magis ſtudioſum Goldaſti mendacium Lector,, intelligat, ipſe adeo Goldaſtus alio in loco recitavit,, literas, quæ Pragenſibus datæ ſunt ab Henrico VII.,, *Anno 1310. 29. Julii*, quibus eis facultas, *eligendi &,, procurandi Regis* conceditur. Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.* Idem & in *Epitom. R. B. lib. III. c. 17.* monet. Hic iterum Bohemus ille animum ſuum malevolum in Goldaſtum nimis aperte prodit. Excutiamus, quæ tanta jactantia profert, num ita ſe ſe habeant. Nonne poſt mortem Wenceslai Regis Bohemiæ a nonnullis Proceribus Henricus fuit ad Regnum invitatus? teſtatur id Siffridus Presbyter *ad ann. 1306.* cum ait: *Tunc Barones dicti Regni* (Bohemici) *elegerunt ſibi Regem Ducem Carinthiæ* (Henricum) *ſororium ſcil. præfati Regis occiſi, inconſulto tamen Rege Romanorum, cujus intereſt conferre jam dictum Regnum.* Sed emergere Henricus non potuit, nam Albertus cum exercitu intrabat Bohemiam, & Rudolphum filium ſuum huic regno præficiebat. Cum vero ille paulo poſt moreretur, imo & pater ejus a Johanne nepote ſuo interficeretur, factio Carinthiaca Henricum iterum vocavit ad Regnum teſte ipſo Balbino *lib. III. Epit. Rer. Boh. c. 17.* Sed dum ille nimis gravis eſſet Bohemis, & ſine dubio factioni ſuæ contrariæ, cœperunt incitare Wenceslai filiam Eliſabetham, ut adiret Henricum D E F G

VII.

A 19. Andreas Presbyter (α) Ratiſponenſis ſcribit de hac expeditione: *Rupertus Rex Romanorum contra VVenzeslaum Regem Bohemiæ, depoſitum a Regno Romanorum, cum potentia Bohemiam intravit, & ibidem facto magno incendio, quicquid erat in terra Bavariæ ſecus ſylvam, & ad dictum Regnum pertinebat, iterum Principibus Bavariæ ſubjecit.*

20. Sed præſtat audire, quid de hac expeditione Bohemica, & Ruperti Cæſaris in ea perſequenda negligentia, ejus temporis ſcriptor, Theodericus a Nyhem, [β] S. Romani Imperii Princeps, Epiſcopus Verdenſis & Cameracenſis, ſenſerit & ſcripſerit. Sic autem Rupertum Cæſarem alloquitur: *In ſecundo anno aſſumptionis tuæ ad Regni faſtigium, ſi bene recolis, Ruperte Rex, Marchiones Miſnenſes amici tui, & pene*
B *omnes Nobiles & Barones Regni Bohemiæ, propter inordinatum regimen Regis VVenceslai, reſpicientes quod ipſe tuos progreſſus ubique nitebatur modis omnibus impedire, contra ipſum Regem in ſimul concordarunt, quod cum ſibi ſubjicerent manu forti, dummodo eis in hoc potenter aſſiſteres, ut ſic unicus glorioſus exiſteres, ac inſignia Imperialia per eundem VVenceslaum Regem tunc & hodie præter omnem juſtitiam occupata, prout tuam deceret gloriam, recuperares ab ipſo. Et quamvis libens tantam oblationem tunc aſſumeres, ipſisque tuis, quod vel in propria perſona, ſeu per unum de tuis filiis cum mille lanceis ſtrenue auxiliari velles, dummodo ipſi tantum negocium inciperent, fideliter & conſtanter promiſiſſes, tamen poſtquam illi promiſſa eorum obſervaverant, & dictum Regem VVenceslaum in Praga, Bohemiæ unica metropoli, valida obſidione per unum menſem &*
C *ultra conſtringerent, credentes quod eis utique magnifice ſubvenires pro Reipublicæ utilitate, non veniſti illuc, nec alium loco tui miſiſti ad eos, qui tantum negocium in ſe ſub tua ſpe fideque licet fatue, ſuſceperunt. Unde poſtea tantus exercitus ideo Capitaneo carens, aliquibus receptis promiſſionibus ab ipſo Rege VVenceslao, ſed eis per ipſum minime ſervatis, ab obſidione hujusmodi, deſperato tanto negocio remanente, receſſerunt: tuque propterea ſaltem inſigniis hujusmodi, & obedientia dicti Regis VVenceslai, caruiſti, & cares hodie: multique eorum, qui tunc in eadem obſidione propterea rebus & corporibus eorum*
166 *deſtructi ſunt. Sed tanta deſidia & negligentia, quæ redundat in totius Chriſtianitatis & Reipublicæ maximum detrimentum, indirecte in alia vocabula, ſcilicet in pietatem & miſericordiam, tibi a rudibus convertuntur; ſicque Rex piger & negligens pius & miſe-*
D *ricors appellatur ab illis: de quo tamen tibi, ut æſtimo, non eſt cura, quia extra Heydelbergam non eſt vita.*

21. Anno MCCCCXIX. Sigiſmundus Imperator mittit Rudolphum, Ducem & Electorem Saxoniæ, Legatum in Bohemiam, ut ipſos ad Eccleſiæ & Imperii Romani unionem revocaret: ſed ſeditioſi quidam, ne aliquibus perſuaderet, eum tollendum cenſuerunt; & quum ferro non poſſent, veneno eum peremerunt. [γ]

22. Anno MCCCCXX. Pragenſes Sigiſmundo, Imperatori & Regi Bohemiæ, rebellant, & edicunt, ne Sigiſmundus ab ulla civitate Bohemiæ recipiatur. Hinc Huſſitæ vires nanciſcuntur, & Joannem de Troſenaco, quem Ziſcam, hoc eſt, Cœcum, nominarunt, quod unoculus eſſet, Ducem ſibi eligunt. Ita pulſus Sigiſmundus Impera-
E tor, cum Pragam occupare non poſſet, in arcem contendit, ubi coronatus Bohemia exceſſit. [δ]

23. Anno

VII, & in feudum Bohemiæ regnum (quod mortuo ejus patre vacabat Imperio & Regi Romanorum) peteret. Henricus re ſerio examinata in conventu Spirenſi Johannem filium Eliſabethæ dat in matrimonium, eumque Regem Bohemiæ publice declaravit. Nuptiis poſtea celebratis Henricus filium & nurum Petro Archi Ep. Moguntino & Bertholdo Comiti Hennebergenſi commendat,
F qui *multa cum potentia* Regem & Reginam in Bohemiam introducunt, teſte hujus ævi Scriptore *in Geſtis Balduini ArchiEp. Trevirenſis lib. II. c. 5.* An putas Henricum ejuſque factionem ſtatim quieviſſe, nec quicquam ſeſe novo Regi oppoſuiſſe, mihi non fit veroſimile, nam contrarium clariſſime docet Alb. Muſſatus *lib. I. c. 7. His compoſitis, filiaque ejus primogenita in Boemia regnum, quod tunc Romano vacabat Imperio ſummoto Henrico Carinthia Duce ad id regnum adſpirante, præfecto, coronatoque & Boemis regia cenſura pacatis, &c.* Nonne igitur factio Henriciana erat domanda, quæ ſuo capiti adhærebat, ut Johannes hoc regnum pacate poſſideret, quæ tamen ejus felicitas haud diu duravit, ſiquidem anno 1314. contra ipſum conſpirarunt Domini de Lippa, aliique plures, qui hunc Johannem ex regno ejicere contendebant, imo forte ejeciſſent, niſi Balduinus ArchiEp. Trevir. & Petrus Moguntinus auxilio Regi cum exercitu veniſſent fortalitiaque a rebellibus expugnata recepiſſent. Vid. Geſta Balduini *lib. III. c. 2.*

(α) Andreas] *in Chronic. Ducum Bavar. fol. 87*

(β) Nyhem] *in Nemore unionis tract. 6. Labyrintho cap. 32. fol. 474.*

(γ) *Spangenberg.*] *in* Chronic. Saxon. *Calviſius in* Chronolog. anno 1419.

(δ) *Æneas Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 38. & 42.

23. Anno MCCCCXXI. Fridericus & Wilhelmus Marchiones Miſniæ validum exercitum in Bohemiam ducunt, & congreſſione facta Ziſcam vincunt & fugant, qua victoria ingentem gratiam apud Sigiſmundum inierunt. [α] A

24. Anno MCCCCXXII. Sigiſmundus Imperator in Bohemiam cum exercitu venit, ſed vincitur a Ziſca Bohemorum Huſſitarum Duce. [β]

25. Anno eodem Sigiſmundus Imperator iterato maximam expeditionem contra Bohemos ſuſcipit, & tripartitum exercitum in Bohemiam mittit; quorum unum ducebat Marchio Miſnenſis, alterum Burggravius Norinbergenſis, tertium ex Suevis Archiepiſcopus Trevirenſis, qui ſeſe in ſaltu Bohemico conjunxere, numero ad ducenta millia, & Salzium oppidum obſederunt; ubi Panico quodam terrore omnes concutiuntur & fugiunt, nemine inſeſtante. [γ] B

26. Anno MCCCCXXVIII. Comitia Norimbergæ a Sigiſmundo Imper. aguntur, in quibus actum fuit de debellandis Bohemis, & ingentes comparantur exercitus, qui tripartito itinere in Bohemiam irruant. Cum eo perveniſſent, omnia timide acta, oppidum Mieſam obſident: ſed cum audirent Huſſitas cum exercitu advenire, obſidionem ſolvendam cenſent, quod dum faciunt, & ab urbe recedunt, Germani reliqui putantes eos fugere, & ipſi fugam capeſſunt, & ita apparatus iſte ingens totius Imperii in fumum abiit. [δ]

27. Anno MCCCCXXXI. Norimbergæ Comitia alia ab Imp. Sigiſmundo inſtituuntur de exercitu comparando contra Bohemos. Mittitur a Summo Pontifice Eugenio Julianus Cardinalis, qui Principes inſtiget ad bellum, quod & fecit ſtrenue; & ingentes exercitus ſcribuntur, equitum quadraginta millium, peditum numerus non extat. C
In æſtate in Bohemiam progreſſi eam crudeliter vaſtant: ſed orto vano rumore de magno exercitu Bohemorum, quaſi Panico terrore perculſi fugiunt, relictis duodecim millibus fere curruum, commeatu & inſtrumentis bellicis refertorum. (ε)

28. Anno MCCCCXXXVI. Bohemi bellorum pertæſi (ζ) tandem ad Imp. Sigiſmundum legationem (η) mittunt, & ad Regnum Bohemicum demiſſe evocant, hac conditione, ſi ſibi Euchariſtia in utraque ſpecie concedatur, & excommunicatione ſolvantur. Utrumque præſtat ipſis Sigiſmundus, & Pragam intrat, ibique ſolemnius coronatur. [*]

29. Anno MCCCCXXXVIII. defuncto Imperatori Sigiſmundo, Albertus Auſtriacus, ejus gener, ſucceſſit jure uxorio in Bohemia & Hungaria, & per electionem in Imperio Romano-Germanico. Sed Bohemi Huſſitæ contra eum eligunt Caſimirum, fratrem Regis Poloniæ, Regemque conſtituunt Bohemiæ. Qui cum monitus a Principibus Imperii, ne Imperatoris Regnum hereditarium turbaret, non auditet, ab Alberto II. Imp. & exercitu Imperii ſub ductu Electoris Saxoniæ in turpem fugam pellitur. [ϑ] 168 D

P 2 30. An-

& 42. *Calviſius* anno 1420. *Videatur de hujus anni expeditione Zach. Theobaldus* de Bello Huſſit. part. 1. cap. 34. & ſeqq. *Cochlæus in* Hiſtor. Huſſit. lib. 5. anno 1420. fol. 180. & ſeqq. & anno 1421. fol. 199. & ſeqq.

(α) *Idem Sylvius* cap. 41. *Calviſius in* anno 1421. *Theobaldus* d. part. 1. cap. 49. *Cochlæus in* Hiſt. Huſſitar. lib. 5. anno 1421. fol. 199 & ſeqq.

(β) *Johan. Cochlæus in* Hiſtor. Huſſitar. *Calviſius in* anno 1422 *Theobaldus* dict. part. 1. cap. 51. *Cochlæus in* Hiſt. Huſſit. lib. 5. anno 1422.

(γ) *Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 44. *Krantzius* lib. 10. Wandal. cap. 36. *Cochlæus in* Hiſt.
167 Huſſitar. lib. 5. anno 1423. fol. 209. in fin. *Calviſius in* anno 1422. *Theobaldus* d. part. 1. cap. 53.

(δ) *Georg. Fabricius* lib. 2. Rerum memorabil. Saxon. anno 1428. *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 48. *Matth. Michov. in* Chronic. Regum Polon. lib. 4. cap. 52. *Cochlæus in* Hiſt. Huſſitar. lib. 6. *Calviſius in* anno 1428. *Theobaldus* d. part. 1. cap. 62. anno 1427.

(ε) *Matricula Imperii in hiſce Comitiis Norimbergæ inſtituta* in fin. *Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 48. *Cochlæus in* Hiſt. Huſſitar. lib. 6. anno 1431. fol. 236. *Krantzius* lib. 11. Wandal. cap. 23.

Aventinus von Urſachen und Gegenwehr des Türckenkriegs, part. 4. verſ. *Was hats den Behmen. Joach. Camerarius in* Narrat. hiſtoric. de Fratrum orthodoxor. Eccleſ. in Bohem. & Morav. *Eſromus Rudigerus in* Narrationc. de Fratrum eccleſiolis in Bohem. & Morav. *Michael* E
Slavvata Baro Bohemus in Orat. de Huſſit. motib. *Calviſius in* anno 1431. *Theobaldus* d. part. 1. cap. 71. & ſeqq.

(ζ) Bellorum pertæſi] *quinque expeditiones a Germanis in Bohemiam ſuſceptas fuiſſe, tradit Aventinus* d. part. 4. verſ. *Was hats den Behmen.*

(η) Imp. Sigiſmund. legat. mitt.] *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 52. *Dubravius in* Hiſt. Bohem. lib. *Calviſius in* anno 1436. *Theobaldus* d. part. 1. cap. 83. & ſeqq. & part. 2. c. 1. F
Cochlæus in Hiſtor. Huſſit. lib. 8. anno 1436.

(ϑ) *Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 55. *Fabricius* lib. 2. Rerum memorabil. Saxon anno 1438. *Calviſius in* Chronolog. anno eod. *Theobaldus* part. 2. cap. 4. & ſeq. *Cochlæus in* Hiſt. Huſſit. lib. 9. anno 1438. fol. 319. *Micyllus ita canit:*

Enſe tamen domuit temerantes ſacra Bohemos,
Ejecitque ſuo cum Duce Sauromatas.

(*) De Bellis Huſſiticis legi meretur Stranskius
de

A 30. Anno MCCCCXLVII. Bohemi, cum putarent ſe non habere Regem, Legatos mittunt ad Fridericum III. Imperatorem, Ladislai infantis patruum, ut Regnum ipſe ſuſcipiat, vel tantum ſit tutor pupilli heredis. Sed Imperatori expenſarum tenaciſſimo neutrum arriſit: potius facultatem Bohemis conceſſit conſtituendi unum ex ſuis Magnatibus Regni Adminiſtratorem, uſque dum Ladislaus heres Regni adoleſcat. Hac facultate accepta, Georgius Podiebracius eligitur in Gubernatorem Regni, & ſimul via præſternitur ad illud tandem invadendi. [α]

31. Anno MCCCCLVII. Ladislaus Bohemiæ & Hungariæ Rex, juvenis octodecim annorum, in ipſo apparatu nuptiarum, quas celebraturus erat cum Caroli VII. Regis Galliæ filia, veneno tollitur Pragæ, ubi ſponſam expectabant. Cujus parricidii crimen
B a pleriſque in Joannem Rockizanum Archiepiſcopum Huſſitam & Georgium Podiebracium auctorem conjicitur, ſuſpicionem auxit Georgii poſtea ad Regnum aſſumptio. [β]

32. Anno MCCCCLXXXVI. non bene conveniſſe Friderico III. Imperatori & Electoribus Imperii cum Uladislao Bohemiæ Rege, plerique hiſtorici & politici noſtri aſſeverant, adeo ut Regem ad Comitia Electoria Francofordiam indicta ne quidem citare dignati ſint, ut ſuo loco dicemus.

33. Anno MDIII. inter provincias Imperio Germanico fidem detrectantes, in illis civilibus Germanorum Principum turbis & diſſidiis, Henric. Bebelius etiam Bohemiam & Poloniam recenſet. [γ]

C 34. Anno MDIV. Maximilianus I. Imperator ad componendam controverſiam Bavaricam, æquas conditiones proponit. Sed cum Rupertus Elector Palatinus obſtinate 169
reluctaretur, fidens auxiliis Bojemorum & Regis Galliæ, ab Imperatore proſcribitur, & Ordines Imperii ad eum perdomandum incitantur. Dux Wirtembergenſis aliquot oppida & caſtella, ut Winſpergam, Maulbronnam, & alia Palatino eripit. Norimbergenſes Altorfium, Lauffam & Hersbruggium occupant. Wilhelmus Lantgravius aliqua ipſi eripere voluit, ſed fruſtra. Bipontinus quædam cepit: ſed omnium graviſſimus hoſtis fuit ipſe Imperator Maximilianus, qui copias Ruperti Palatini fudit, & Alſatiæ Præfecturam provincialem ei adimit, Auſtriæque Archiducibus addicit. Ideo Rupertus mœrore animi moritur cum conjuge. Imperator vero moderans ſibi in vi-
D ctoria, & putans Palatinum ſatis punitum, omnibus aliis arma inhibet, & Ruperti liberis ex hereditate materna quædam oppida concedit, ut Neoburgum, Laugingam, & alia, quæ Ducatus Neoburgenſis titulo comprehenduntur. Interim Philippus Elector, Ruperti filius, quomodo Imperatori reconciliari poſſet, cum ſubditis deliberat. (δ)

35. De hac Bohemorum & Palatini clade, & Maximiliani Imp. victoria, Richardus Bartholinus (ε) Peruſinus, ipſum Maximilianum Cæſarem alloquendo, perorat in hunc modum: *Nollem Bohemicam pugnam recenſere, ſed cum a tanto Principe vinci etiam glorioſum ſit, audeo hoc dicere, nullibi unquam neque fortius neque periculoſius pugnatum eſſe, adeoque feroces illos Bohemorum animos & admiratus es, & tibi placuiſſe*
E *præ te tuliſti, ut non ſolum iis, qui ſuperant, clementiſſime peperceris, ſed in poſterum quoque bellicoſiſſimum populum tanta benevolentia proſecutus fueris, ut ſtipendiarios & præſidiarios eos ſemper habueris. Contra ii quantæ erga te fidei extiterint, teſtatur illa ad Moranum obſidio, in qua, ut tuæ Celſitudini fidem ſervarent, ad turpium quoque animalium eſum deſcenderunt.* Et Joannes Faber, (ζ) Theologus & Conſiliarius Cæſareus, poſtea Epiſcopus Vratislavienſis, in funere Maximiliani I. Imper. *Bohemi quoque viri omnium bellicoſiſſimi, qui pluries ſoli nominis ſui fama exercitus fugaverunt, cum neſcio quid ſiniſtri adverſus Cæſarem hunc molirentur, eſſentque auxilio his, qui non ſatis obedire viderentur, parva militum manu accepta apud Ratiſponam ab hoc Cæſare noſtro*

de Republ. Bojem. c. 6. §. 6. & ſeqq. & Balbin. in
F *Epit. Rer. Boh. lib. V.*

(α) *Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 58 *Calviſius in* anno 1445. *Cochlæus in* Hiſtor. Huſſit. lib. 9. anno 1447.

(β) *Sylvius* cap. 71. *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. *Matth. Michov. in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 66. in fin.

(γ) Bebelius] *in Elegia hecaſtoſticha & querulofa Germania ad Principes Imperii.*

(δ) *Chytræus in* Hiſtor. Saxon. & vicin. gent. *Calviſius in* anno 1504. *Matth. Michovius in* Chronic. Regum Polon. lib. 4. cap. 84.

(ε) Bartholinus] *in Orat. habita in Conventu Cæſaris & trium Regum Hungariæ, Bohemiæ & Poloniæ, in templo Cathedrali Viennenſi anno 1515.*

(ζ) Faber] *in Orat. Funebri Maximilian. I.* 170
Imp. VVimphelingus in Epitom. Rer. Germanic. cap. 59.

ſtro proſtratì ſunt atque profligati. Nemo eorum ſalvus remanſit, niſi quem innata clementia Cæſaris conſervavit, quos & in verba ſua jurare coëgit. Nemo poſt ac Cæſarem magis dilexit, admiratus eſt, quam viri Bohemi, quos & ob eximias ſuas virtutes ac integritatem animi Cæſar ſummo in preciò deinceps habuit, ipſisque in bellis uſus, magnam eorum expertus eſt fidem. A

36. Eandem victoriam etiam Poëtæ, qui tum vixere, ſuis carminibus concelebrarunt. Henricus Bebelius, (α) Profeſſor Tubingenſis:

——Veſtras forſan pervenit ad aures,
Quam Bojema cohors nullis obtemperet unquam
Vocibus Auguſti; nec quas Eccleſia leges
Tradidit, obſervet; vicinis prælia quanta B
Moverit, & contra diros foveatque latrones.

Et paucis interjectis ſubjungit:

Princeps Romanus Regum Rex Maxmilianus
Bojemos vicit felici & Marte cecidit,
Egreſſos patriis ſylvis, & jure triumphat.

Petrus Ægidius (β) in Epitaphio Maximiliani I. Imperatoris:

Ut taceam Helvetios, Morinos, forteisque Bohemos,
Semper enim cæſo victor ab hoſte redit.

Georgius Sabinus, (γ) Melanchthonis gener:

Norica vaſtantes occidit & arva Bohemos C
Marte Palatinas cum ſequerentur opes.

Sebaſtianus Murrho (δ) junior Colmarienſis in alloquio ad Maximilianum I. Imperatorem:

Nec dubita veteres renovabit Roma triumphos
Adventu Cæſar Maxmiliane tuo.
Marmoreum ſtatuent arcum tua membra Quirites
Inſcriptum auratis talia verba notis:
Hac egit victos Capitolia ad alta Bohemos
Auſtriacæ Cæſar gloria vera domus, &c.

37. Anno MDXLVI. memorat Joannes Sleidanus [ε] de Caroli V. Imper. & Ferdinandi I. Regis Romanorum expeditione: *Cæſar Pragam Conſiliariis ſcribit atque Præfectis, in Joannem Fridericum ſe conſtituiſſe pro ipſius merito vindicare: provideant igitur, ut in ſua caſtra ſit commeatus ex ipſorum agro.* D

38. Anno MDXLVII narrat idem Sleidanus (ζ) de Ferdinando Rege Romanorum: *Pridie, quam Mauricius Lipſiam oppugnaret, Ferdinandus Rex Bohemis mandat, ut*
871 *ſumptis armis auxilio proficiſcantur Mauricio: parebant quidem illi, ſed injuſſi poſtea domum redierunt. Itaque Ferdinandus rurſum idem mandat: ibi populus Pragenſis, cujus eſt iis locis authoritas præcipua, Senatum rogat, dent operam, ut Rex mandatum aboleat, quod cum ipſorum libertate pugnet, & cui non poſſent honeſte parere: nullam ſubeſſe cauſſam, cur in Saxonem Electorem arma ferant, & multis in rebus eandem ipſorum eſſe religionem, quæ ſit illius: egregiam quoque ſemper fuiſſe voluntatem ipſius atque ſtudium in reprimendis Turcarum armis. Ad ea Ferdinandus inter alia, non ei religionis cauſſa bellum inferri, ſed rebellionis,* &c. Et paulo poſt: *Ferdinandus Rex, ut Bohemos excitaret, detrectantes militiam, cum filio Ferdinando progreditur, & Lætmericiam venit, quod eſt ad Bohemiæ fines oppidum: ibi cum unum atque alterum diem Regni Ordines* E

(α) Bebelius] *in Ecloga triumphal. de victoria Cæſaris Maximiliani contra Bohemos.*

(β) Ægidius] *in Epitaphio III.*

(γ) Sabinus] *lib. 2. de Cæſarib. German. in Maximiliano I. Imp.*

(δ) Murrho] *in Carmin. ad Maximilianum I. Imp. de Matthæi Epiſcopi Gurcenſ. & Legati Cæſarei in Urbem ingreſſu.*

(ε) Sleidanus] *lib. 19. Commentarior. de ſtatu relig. & Reipubl. circa princip.*

(ζ) Sleidanus] *lib. 18. Comment. in anno 1547. Videantur Acta aller Handlung zwiſchen Konig Ferdinanden Perſonen, Herrn, Ritter und Burgerſtands der Cron Beheim, ſo aus Befelch Ihr. Majeſt. verfaſt, und ſampt dem Landtag anno 1548. getruckt worden, qua D. Hortlederus integra reproduxit,* part. 2. lib. 3. *Von Rechtmaſſigkeit und Ausgang des Teutſchen Kriegs*, cap. 83. *Porro de hac Bohemorum adverſus Ferdinandum I. rebellione conſuli poteſt præter Sleidanum, etiam Laurentius Surius Carthuſianus in* Commentar. rer. in orbe geſtar. anno 1547. fol. 433. *David Chytræus in* Hiſtor. Saxon. lib. F

A nes exſpectaſſet, prolixam habet orationem: & quia Mauricius fidem ſuam imploret, hor-
tatur, ut arma capiant, tum propter fœdus antiquum utriuſque gentis, tum quod ſint be-
neficiarii Cæſaris, & quoniam hoc ipſo nonnulli dicant libertatem ſuam imminui, cautio-
nem promittit, ne quid ipſis inpoſterum ſit fraudi. Qui tunc aderant Ordines, non ſibi
licere dicunt ſtatuere, niſi de reliquorum aſſenſu. Petunt igitur, ut quam primum agat
conventum: alii quidam obſequium & operam ſuam profitentur: hi erant oppidorum Præ-
fecti, quibus deinde gratias Rex egit: illis vero prolixe demonſtrat, non hoc eſſe quæſtio-
nis tempus, & rem ipſam flagitare præſens auxilium adverſus hoſtem. Ea perfecta mili-
tia, non ſe recuſare conventum, neque velle quicquam ipſorum adimere libertati: gerant
ergo morem, & ſecum pergant. Illi tandem offenſionem veriti, quum Rex paulo acrius
B eſſet locutus, aſſentiuntur, & niſi militent ipſi, ſtipendia promittunt. Sub Idus Februa-
rii Nobilitas & Pragenſes, miſſis ad Regem literis, orant, quia mandatis inſiſtat novo
quodam exemplo, ut ad XX. Martii diem Ordines omnes jubeat adeſſe Pragæ, quod ſi
non poſſit, & ipſi tum forte conveniant atque decernant, petunt ne moleſte ferat. Ille
quid Lœtmericiæ ſit actum exponit, & ad XVIII. Aprilis diem conventum pollicetur, &
ne quid interim ipſi tentent, neve congregentur, vetat. Quarto poſt die, quam illa
ſcripſerant, fœdus faciunt tuendæ libertatis cauſſa.

39. Pergit Sleidanus: [a] Ferdinandus Rex, miſſis literis ad Pragenſes, mandat
ut ſibi præſto ſint in arce Pragenſi, ſeſeque cognitioni ſiſtant. Poſteaquam eo venit cum
copiis, in publico conſeſſu rem omnem ante actam, & quot modis in ipſum deliquiſſent,
C exponit, & læſæ Majeſtatis crimen admiſiſſe dicit, & ut ad ſingula reſpondeant jubet.
Ibi tum illi facti ſupplices ipſius voluntati ſeſe permittunt, & ne jure ſecum experiatur
flagitant. Itaque Rex, quum & Ferdinandus filius, & Auguſtus Mauricii frater, & 172
alii quidam Proceres intercederent, has eis conditiones proponit: in proximo conventu
fœdus initum prorſus aboleant, convulſis omnibus ſigillis: libertatis & privilegiorum ſuo-
rum literas omnes atque documenta ſibi tradant, quo nonnulla corrigat; & quæ vide-
buntur, ipſis denuo largiatur & confirmet: tradant etiam literas omnes, quibus jura
tribuum atque ſocietatum continentur, eo quod ex iis nonnulla turbis occaſionem atque ma-
teriam ſubminiſtrent: arces quoque tradant, & juriſdictionem omnem, atque vectigalia:
deinde literas omnes fœderis, & ejus quod cum cæteris ipſi fecerunt, & quod initum
D eſt cum Joanne Friderico: cerviſiæ vectigal illud promiſſum in annos tres, perpetuo de-
pendant: tormenta & bellicum inſtrumentum omne deducant in arcem, & quæ priva-
tim quiſque habet arma, conferant in Curiam. Hæc ſi faciant, multitudinem ſe conſer-
vaturum ait, exceptis nonnullis, quos ad pœnam, ut meriti ſunt, & incommodum Rei-
publicæ captivos detinere velit. Ad populum re delata, quum ex captivis ad quinqua-
ginta dimiſiſſet, tranſactum eſt. Ex Nobilitate quidam citati, quum ad diem non ve-
niſſent, lata ſententia, famam, fortunas omnes atque vitam commiſiſſe pronunciantur:
aliæ quædam civitates atque Nobiles ad eum modum, uti Pragenſes, abſque conditione
ſeſe

(a) Sleidanus] d. lib. 19. Laur. Surius in d. an-
no 1547. fol. 434. Chytræus in Hiſt. Saxon Cal-
E viſius in anno 1547. Boregk in Chron. Bohem.
part. 2. anno 1548. fol. 663. Sunt, qui in hac ex-
ſecutione quærant ac deſiderent illam deprædica-
tam Auſtriacorum Archiprincipum clementiam,
quam Ferdinandus contra Sapientum præcepta Re-
gi clementiam inſtillantium; Nathan Chytræus in
Commentar. in Ciceron. Epiſtol. ad Quint. Fratr.
fol. 389. Chriſtoph. Colerus in Comment. in Salluſtii
Orat. ad Cæſar. Joh. Gerhardus Locor. commun.
tom. 6. de Magiſtrat. politic. num. 162. VVilhelm.
F Schickartus de Jur. Reg. Hebræor. c. 4. theor 12.
in tantam ſævitiam commutarit. Quibus reſpon-
deo, Regis non modo clementiam, ſed vel maxime
juſtitiam, & publicam ſubditorum ſalutem, qua
exemplis juſtitia reparatur & ſtabilitur, propoſi-
tam eſſe, ut iidem illi Prudentes contendunt, Jo-
hannes Sariſberienſis Epiſcopus lib. 3. Polycratic.
de nug. Curial. cap. 1. Lipſius lib. 2. Politic. cap. 6.
& in Not. ibid. Pet. Faber in Comment. ad tit. de
Juſtit. & jur. fol. 25. Laurent. Grimalius (peſſi-
G mo exemplo ſub Liboris a Bodenſtein nomine a ſur-
ripetis bibliopolis venditatur) lib. 2. de Optim.
Senat. fol. 133. Campanella lib. 1. Politic. cap. 3 §. 7.
Philippus Scherbius in Diſputat. de comparat.
Medici & Imperatoris. Interim tamen juſtitiæ ſe-
veritatem ita mitigavit, ut multitudini parcens,
paucorum anteſignanorum ſupplicio terrorem reli-
quis incuteret, ne temere ad rebellandum in poſte-
rum prorumperent; deinde ut viris bonis ac honeſtis,
qui rebellibus rerum potientibus, quos a propoſito
avertere non poterant, ſe neceſſitate urgente invi-
tos adjunxerant, clementer indulgeret, ſecutus
eorundem prudentum admonitionem, quam tractat
Jodocus Vanderheiden in Comment. in Lyſiæ Orat.
19. fol. 323. & Orat 25. n. 4. fol. 407. Et oppido
mihi placet illud SS. Patrum de beneficiis Dei pium
axioma: Plures ſunt gratiæ privativæ, quàm po-
ſitivæ, quo innuere volunt, plura & majora di- 134
vina gratia munera conſpici in ἀφαιρέσει κακῶν,
averſione malorum, quam θέσει καλῶν, colla-
tione bonorum. Quod de præmiis boni Regis ju-
ſte poſſumus uſurpare, ea ſcilicet potius in priva-
tione noxiorum, quam in poſitione vel conceſſione
beneficiorum conſpici, ut eleganter diſſerit Joh.
Girardus d. tom. 6. de Magiſtrat. polit. n. 294.

ſeſe dedunt, Caſpar vero Pflugius, quem rei ſummæ confœderati præfecerant, læſæ Ma- A
jeſtatis damnatur, & in ejus caput præmium conſtituitur aureorum millia quinque. In Comitiis deinde, quum abolito fœdere ſigilla conſcidiſſent, Rex ea, quæ poſtulaverat, omnia propemodum impetravit.

40. Quam parum fidei Bohemis apud Maximilianum II. Imperatorem fuerit, conſtat ex ipſius querela ad Suendium [α] Baronem: quantumve ab iis læſus atque offenſus non ſemel, ex Doct. Widemanni & Streinii Baronis *Informationibus* colligitur: & propinati veneni [β] (*) ſuſpicio non obſcure videtur apud Deum atque homines vindictam poſtulare.

41. Anno MDCVIII. & ſequentibus, quantas turbas Bohemi excitarint, quantam rebellionem Rudolpho II. Imperatori innocentiſſimo & moderatiſſimo commoverint, B
(γ) quantam denique machinationem cum æmulo ejus inierint, ut de ſolio Regio (δ) deturbarent, eſt adhuc in recenti hominum memoria, & malo ab aliis, quam a me, cognoſci.

42. Anno MDCXVIII. Matthiæ (ε) Imperatori, quem prius in fratrem ac Dominum ſuum Rudolphum Imp. animaverant pariter & armaverant, nunc rebellare incipiunt, Locumtenentes Cæſareos & quoſdam Conſiliarios e loco ſancto, & vel ipſis reis quodam quaſi tuto aſylo, præcipitant, Regnique adminiſtrationem, creatis Directoribus, ad ſe rapiunt. Qua de re pleni ſunt libri pœne innumeri in lucem editi, plenæ omnes propemodum bibliopolarum & bibliothecarum officinæ, ac librariæ: nec noſtri inſtituti hoc loco perſequi.

174 43. Anno MDCXIX. Bohemi a Ferdinando II. Imperatore recens electo deficiunt, C
eum Regno Bohemiæ exauctorant, & Fridericum, Electorem Palatinum, ſubſtituunt, concitata in Imperatorem univerſa propemodum Europa. Cujus conturbationis incommoda, hominem natum neminem eſſe exiſtimo, qui hodie non ſentiat, non queruletur, non ingemiſcat, non deploret; ejuſve auctoribus & incentoribus non diras diriſſimas imprecetur. Sed gnarus invictiſſimus Imperator, *in Imperii primordiis* (ζ) *poſitum eſſe rerum diſcrimen, ac ut initio animi popularium afficiuntur, ita deinceps Reges vel contemni, vel metui*, inſiſtendum victoriæ exiſtimat, & ad parandam ſibi veram, nec tumultuariam, obedientiam maturatu opus eſſe. Eadem mens maximis Imperatoribus (η) ac Regibus ſemper fuit, ut omnium ætatum prudentes (ϑ) monuerunt.

44. Habemus ergo Bohemicarum turbarum & rebellionum ſeriem per ipſos mille D
annos, & quod excurrit, deductam; adeo verum eſſe experimur illud Magnifici cujuſdam

(α) Querela ad Suend.] *in Epiſtola ad Lazarum Suendium Baronem data Vienna anno 1574. relata a Cornelio Petro Bredcrodio JC. in* Append. ad Ingenuam & veram oration. ad Reg. Galliæ, de eo quod poſtul. ut Jeſuitæ reſtit. *&c. item in Reichsſatzungen* part. 2. fol. 324. & Conſtitution. Imperial. tom. 2. fol 383. *nec ipſe non Suendius indicare videtur in* Conſil.

(β) Propinati veneni] *de quo videndus Hieronymus Mercurialis* lib. 1. conſultat. medicinal. 3. *& fertur Hercules Saxania in* Lectionib. paduanis *publice affirmaſſe, hunc mitiſſimum Imperatorem fuiſſe veneno ſublatum. Quibus Medicis ab ipſo Imperatore evocatis in hoc teſtimonio credendum eſſe, jura legesque conſtituunt.*

(γ) *Videatur Gothard. Artus in* Mercurio Gallo-Belg. in anno 1608. & ſeqq. *Theodorus Meurer & Sigiſmundus Latomus in* Relationib. eorum annorum, *Calviſius in* Chronolog. anno 1608. & ſeq.

(δ) De ſolio Regio] *hinc ille Diſcurſus, qui vulgo circumfertur cum inſcriptione, der getrewe Eckhard ſive der Keyſer muſs herunder: ſcriptus anno 1610. & Imperatori ab uno quodam pro ſupplice libello exhibitus.*

(ε) Matthiæ] *Calviſius in* Chronolog. anno 1618. *Gothard. Arthus in* Mercurio Gallo-Belgic. *Simeon Partlicius de Spitzberg in* Mundo furioſo.

(ζ) Imperii primord.] *verba ſunt Pauli Æmylii* lib. 2. de Reb. geſt. Francor.

(η) Imperatoribus] *quibus tamen remiſſius initio Imperantibus melius paretur, ut ait Seneca* lib. 3. de Clement. *Et prudentia magiſter Tacitus monet;* Novum imperium inchoantibus utilis clementiæ fama. *Lucanus lib. 8. Pharſal.* Mitiſſima ſors eſt Regnorum ſub Rege novo. *Cujus præcepti ſi ulli umquam Principes, certe Auſtria Archiduces quam ſtudioſiſſimi & obſervantiſſimi ſemper fuerunt, ut lenitatis ac clementia virtutem,* E
quaſi ſuam ſibi ac propriam effecerint, adeo ut in proverbium apud Germanos ceſſerit, es ſey beſſer der Oeſterreicher ungnad, als der Sachſen gnad. Porro de ipſo hoc politicorum monito diſſerit Berneggerus in Annotat. in Taciti Agricol. ſect. 7. cap. 17. loc. 1. fol. 172. *Heiderus in* Diſput. de prudent. civil. probl. 9. *Bodinus* lib. 1. de Republ. c. 5. fol. 485. *Nardermannus* de Jur. Principat. concluſ. 62. *Dan. Otto in* Diſſert. de jur. publ. cap. 8. fol. 210. *Joan. Avenarius in* Quæſtion. nomicopolit. q. 34. *Joh. Gerardus* Locor. theologic. tom. 6. de Magiſtrat. politic. n. 162. F

(ϑ) Prudentes] *videatur Janus Gruterus in* Diſcurſib. ad Tacit. part. 1. in lib 2. Hiſtoriar. *Mich. Virdungus in* Comment. in Taciti Agricol. cap. 18. fol. 108.

[*] Negat id Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.* & in *Epit. Rer. Boh. lib. V. c. 14.* Fateor Goldaſti fides in recentioribus penes me dubia eſt, multa quippe in medium profert a temporibus Ferdinandi I. G
quæ eum nunquam pro veris habuiſſe mihi certiſſime

A dam Juriſconſulti (α) & Conſiliarii Electoralis effatum, quod hiſce verbis propoſuit; *Licet Duces Bohemiæ ſubinde in ordinem redacti ſint ab Imperatoribus noſtris, ut hiſtoriæ teſtantur, nihilominus rebellionis fuerunt ſtudioſiſſimi; ut & hoc noſtro ſæculo antiquam ſuam naturam produnt, quodque verum ſit illud Poetæ oſtendunt;*

Naturam expellas furca, tamen uſque recurrit.

ſimi perſuadeo. Sed manum de tabula. Tempori ſerviendum eſt. Et cum nemo Hiſtoricorum, qui ad manus ſunt, de veneno Maximiliano II. propinato aliquid memoret, hanc famam Auctori ſuo relinquimus.

B (α) Cujuſdam Juriſconſulti] *Auguſti Viſcheri, Anteceſſoris in Academia Trevirenſi, in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44 q. 1. in fin. *qui hoc epiphonema mutuatus eſt a Joan. Clutenio a Parchum JC. & Anteceſſore Argentinenſ. in* Syllog. rer. quotidian. cap. 24. lit. e.

CAPUT VIII. 175

Rebellionum Moravicarum cum Bohemicis concatenatio, a Slavorum ingreſſu in Moraviam, uſque ad Arnulphum Imperatorem. Dei Armipotentis vindicta præſentanea in rebelles. Brynnonis Regnum in Moravia verſus Auſtriam. Vratislai Regnum in Moravia inferiori Pannonia. Sanctorum Cœlitum prodigioſa miracula in perfidis rebellibus plectendis & puniendis. Imperator Dei vicarius in terris. Diſcordia & rebelliones Principum Germaniæ occaſionem ſemper præbuerunt hoſtibus exteris Imperium invadendi.

C MOtus ac turbas a Bohemis Slavis, ab illius gentis ingreſſu in Germaniam factas, quas hactenus non ſibi tantum & confœderatis provinciis, ſed orbi propemodum univerſo Germanico, & Imperio Romano, fatalem attuliſſe mutationem experimur, ſociiſque ſuæ religionis, quæ tanto prætexebatur opere, fœdum pene exitium cauſſatas eſſe videmus, in lucem de Commentariis Bohemorum, & ipſiſſimis aliorum probatorum auctorum verbis, jam protulimus, in queis tum radix præſentium miſeriarum & calamitatum publicarum funditus poteſt erui, tum divini Numinis vindicta, quæ rebellem populum non impunem reliquit unquam, & Nemeſis illa ſeditionum ultrix, perpetua ejus Comes, ceu in theatro quodam ſpectanda apparet. Enimvero ſeditionum & rebellionum exitus plerumque ſolet eſſe tragicus, ut omnium ætatum exempla oſtendunt, & ſapientes noſtri [α] tam priſci illi, quam hodierni, in ſuis monitis & ſophidicis dictis caute inculcant; quorum ſanis & D cordatis præceptis ſi parere Bohemi præoptaſſent, quam pravis conſiliis auſcultare, non jam triſtem iſtum & horrendum caſum cum Iſraëlitis [β] ad flumina Babylonis deplorarent. Sed quando Moravi Slavi conjunctam habent cauſſam cum Bohemis, & ſemper ejuſdem ut gentis, ita mentis exſtitere, operæ pretium me facturum puto, ſi eorum quoque rebelliones carptim perſtringam; & quam in auctores juſtiſſima DEI ira extemplo exarſerit, ſimul exponam, non quidem meis verbis, ſed ipſorum ſcriptorum, quorum fidem & ductum ſequor.

2. Ut priſcos illos Bojorum & Francorum Reges nunc ponam ad compendium, 176
qui Moravos ſub ditionem poteſtatemque ſuam coegerant, Carolum Magnum (γ) conſtat eos rebellantes & ferocientes ad obſequium rurſus redegiſſe, & Moraviam univer-
E ſam Germanico Imperio adjeciſſe: Ludovicum (δ) autem ejus filium in fide continuiſſe.

3. Anno Chriſti nati DCCCXLIV. Ludovicus ſecundus Rex, Ludovici pii filius, Caroli Magni nepos, ſcribit Aventinus, [ε] *Brynnonem, qui & Privina (ζ) quoque, Moravorum Regulum, qui trans Danubium in Aquilonari ripa habitabat, cum filio Hezilone ad ſe venientem benigne ſuſcepit, eundem in religione Chriſtiana inſtituit, Traiſmæ (vicus eſt in Auſtria Epiſcopi Salisburgenſis) in templo D. Martini ſacro fonte abluit, & Rathbodo (η) Legato ſuo commendat. Erant Brynnonis urbes Nitravia, Piſonium, quæ & Vra-*

(α) Sapientes noſtri] *videatur Gruterus Bibliothecarius & Profeſſor Heydelbergenſis, in ſua* Polyanthea.

F (β) Cum Iſraëlitis] *Pſalm. 137.*

(γ) Carolum] *Cureus in* Annal. Sileſ. *Lehmannus* lib. 2. Chronic. Spirenſ. cap. 45. & cap. 48.

(δ) Ludovicum] *Elias Reuſnerus in* Iſagog. hiſtor. anno 836. fol. 413. *Aventinus in* Annal. Bojor. lib. 4.

(ε) Aventinus] *lib. 4. Annal. Bojor. fol. 294.*

(ζ) Privina] *legend.* Prinnina.

(η) Rathbodo] *Comiti Palatino Bavariæ.*

& Vratiſlaburgium, [α] *& Bryuna, quæ adhuc ab eo nomen ſervat. Adelramus Ar-* A
chiflamen Juvavenſis Nitraviæ templum dedicat.

4. Anno DCCCXLV. refert Bernhardus (β) Krembs monaſterienſis, *Quidam Primina exulatus a Moymaro Duce Moravorum ſupra Danubium, venit ad Raibodum Comitem.* Pulſus autem a Moymaro Rege videtur, tum quod fidem Chriſtianam ſuſceperit, tum quod ſe ſuumque Regnum Imperio Germanico ſubjecerit. Hinc autem colligi poteſt, in qua parte Moraviæ Moymarus iſte ſenior, patruus Raſtici, regnarit. Nam Moravia tunc erat inter multos Regulos agnatos diviſa, quorum hi commemorantur, Moymarus, Hormidurus, Ratimarus, Raſticus, Brynno, Vratzlavus, & Hezilo.

5. Anno DCCCXLVI. *Ludovicus Rex*, inquit idem Aventinus, [γ] *in Auguſto cum* B
exercitu in Moraviam tumultuantem pergit. Ejus Regulus ſummus Sclavorum Princeps cenſebatur. Germanus Rector, compoſitis rebus, genti Ratislaum nepotem Moemari imponit: Nitravæ, Brynnæ, eidemque tractui antea Brynnonem itidem Venedum præfecerat: per Boemiam Reginoburgium revertitur. Et Rudolphus Fuldenſis: [δ] *circa medium menſem Auguſtum cum exercitu ad Sclavos Margenſes defectionem molientes profectus eſt: ubi ordinatis & juxta libitum ſuum compoſitis rebus, Ducem eis conſtituit Raſticen nepotem Moimari. Inde per Boemanos cum grandi difficultate, & magno damno exercitus ſui reverſus eſt.*

6. Anno DCCCLIV. ait Vignerius, [ε] *Ludovicus Rex Germaniæ ingenti prælio devicit Ratislaum ſive Raslaum Ducem Moraviæ & Sclavoniæ, qui contra ipſum re-* C
bellaverat, ſumpto titulo Regis, quem Rex tantum Gubernatorem conſtituerat ejus regionis.

7. Anno DCCCLV. ſcribit Lambertus Schafnaburgenſis; (ζ) *Ludovicus Rex cum magno exercitu perrexit, contra Ratzidum Regem Marubenſium.* Rudolphus (η) Fuldenſis: *Rex Hludovvicus in Sclavos Margenſes, contra Raſticen Ducem eorum ſibi rebellantem, parum proſpere ducto exercitu, ſine victoria rediit, malens adverſarium firmiſſimo vallo munitum ad tempus dimittere, quam militum ſuorum periculoſe pugnando damna ſuſtinere: magnam tamen provinciæ partem prædis & incendiis vaſtavit exercitus, nec parvam multitudinem hoſtium, caſtra Regis invadere cupientium, uſque ad internecionem delevit* &c. Aventinus: [ϑ] *Ratiſolaus Moravis & Sclavis a Rege noſtro pro-* D
curator datus rebellat, imperata facere detrectat, Regem ſe appellat. Rex Ludovicus comparata undique valida manu, Reginoburgio egreditur, infeſto intentoque exercitu adverſus Venedos procedit &c. Vignerius: (ι) *Raſticus ſeu Ratislaus Dux Moraviæ iterum rebellat, & in provincias Francorum excurſiones facit. Rex miſſo exercitu nihil tamen effecit.*

8. Anno DCCCLVIII. narrat idem Rudolphus: (κ) *Hludovvicus Rex reverſus in Franconofurt, cum multa de utilitate Regni cum ſuis tractaret atque diſponeret, tunc etiam decrevit tres exercitus in diverſos Regni ſui terminos eſſe mittendos: unum quidem per Karlmannum filium ſuum ſeniorem in Sclavos Margenſes contra Raſticen* &c. *dicto obedire nolentes; ut ſedatis extrinſecus adverſariorum tumultibus, facilius intrinſecus* E
Regni gubernacula diſponeret.

9. Anno DCCCLXIII. narrat Rudolphus Fuldenſis, (λ) *Rex Hludovvicus collecto exercitu Raſticen Margenſium Sclavorum Ducem, cum Auxilio Bulgarorum ab oriente venientium, ut fama fuit, domaturus,* &c. Et quidem domitos hoc anno Moravos auctor eſt Spangenbergius. (μ)

10. Anno DCCCLXIV. dicit Lambertus Schafnaburgenſis, (ν) *Ludovicus Rex Rat-* 178
zidum

(α) Vratiſlaoburgium] *hodie nobis Germanis* Presburg, *olim Moraviæ pars, nunc caput Regni Hungariæ poſt occupatam a Turcis Budam factum.*

(β) Bernhardus] *in libello de converſ. Carenthanor. apud Matth. Flacium Illyric. in* Catalog. teſtium verit.

177 (γ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 311.*

(δ) Rudolphus] *in Annal. Francor. anno 846.*

(ε) Vigner.] *in Summar. hiſtor. Francor. lib. 2. anno 854. ex Annalib. Francorum, Aventino & Dubravio.*

(ζ) Lambertus] *Schafnaburgenſ. in* Chronic. de reb. Geſt. German. anno 855. *Marianus Scotus* lib. 3. Chronic. ætat. 6. anno 855.

(η) Rudolphus] *in Annal. Francor. anno 855.*

(ϑ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 315.* F

(ι) Vignerius] *in Summar. hiſtor. Francor. lib. 2. anno 855*

(κ) Rudolph.] *in Annal. Francor. anno 855.*

(λ) Rudoph.] *in Annal. Franc. anno 863.*

(μ) Spangenb.] *in Chronic. Saxon. cap. 102. anno 863.*

(ν) Lambert.] *in Chronic. anno 864. Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 103. anno 864.

A *zidum Regem Marahenſium ſibi ſubegit.* Rudolphus (α) autem ſic memorat: *Hludovvicus Rex ultra Danubium cum manu valida profectus, Raſticen in quadam civitate, quæ lingua gentis illius Douvina a puella dicitur obſedit. At ille obſides, quales & quantos Rex præcepit, neceſſitate coactus dedit, inſuper cum univerſis optimatibus ſuis fidem ſe cunctis diebus Regi ſervaturum eſſe juramento firmavit, licet illud minime ſervaverit.* Vignerius: (β) *Ludovicus Rex menſe Augnſto magnam expeditionem fecit contra Raſticum Ducem Sclavorum in Moravia, quem in quadam civitate obſeſſum tandem coegit ad deditionem. Qui in gratiam Regis receptus, eidem præſtitit juramentum fidelitatis.*

11. Anno DCCCLXVIII. dicuntur Moravi debellati a Carolo III. Rege, juſſu patris B Ludovici II. (γ)

12. Anno DCCCLXVIII. res in Moravia geſtas ſuccinctim enarrat Aventinus, [δ] cujus verba non pigrabor adſcribere. Sic autem infit: *In Orientali Bojariæ limite Moravi (Venedorum Sclavorumque natio eſt) qui tum Aquilonarem Danubii ripam, qua Noricum inferius ſive Pannoniam ſuperiorem præterfluit, inſidebant, Regi Ludovico rebellant. Autores tumultus Ratiſolaus, Brynoque cum filio Heſilone, ad ulteriores Venedos, qui Rathomaro (ε) parebant, a Rathbodone Duce limitis Bojarici, juſſu Ludovici Regis, ſubmoti ſunt. Venedorum tum urbes Brynnam, Piſonium, Nitraviam, reliqua caſtella, Rex Ludovicus occupat, in Bojariamque transfert.* Et poſtea: *Moravi res novas moliuntur. Rathomarus Regulus, ad quem ſupra Brynnonem aufugiſſe commemora-*
C *vimus, Bojis Præfectis obtemperare recuſabat, Imperiumque Bojorum aſpernabatur. Ludovicus Rex Rathobodum Auſtriaci limitis Ducem, quem Marchionem vocamus, cum validiſſimo exercitu adverſus Rathomarum proficiſci jubet: mandatque Rathobodo, ut perfidum caput non ante perſequi ceſſet, quam aut occidat, aut regione penitus exturbet. Rathomarus & Brynno Venedorum Rectores haud imparati noſtris obviam procedunt, cum Bojis pugna confligunt. Verum amiſſis multis in fugam vertuntur: atque rebus deſperatis, cum iis, qui evaſere cædem, ad Bulgaros in Mœſiam trans Savum aufugiunt. Rathomarus ibi periit. Brynno tædio exilii, cum ſine pignore, ſine lare extorris patria erraret, fretus clementia Ludovici Regis, Savum amnem, accepta publica fide abs Salachone ejus limitis Procuratore, in Bojariæ Regnum tranſit, ad Ludovicumque Regem ab eodem*
D *Præſide Reginoburgium mittitur, atque non ſolum veniam præteritorum impetrat, & urbes Nitravam, Piſonium, Brynnam, & alia perdita recuperat, verum etiam partem inferioris Pannoniæ & Norici juxta Seunam flumen, quæ tum deſerta erat, recipit. Ubi cum filio Hezilone (ζ) dirutas colonias & arces a Romanis quondam deductas, & a Ger-* 179
manis ſolo æquatas, inſtaurat, inter quas Celeja, (η) & Petanio, & Moſaburgium numerantur. Templa quoque de integro a Brynnone ibi ædificata, a Leopramo Juvavenſi Archiepiſcopo Bojorum conſecrantur.

13. Anno DCCCLXIX. ſcribit idem Aventinus, (θ) *Ludovicus in Orientali Bojorum limite filium ſuum Carolomannum maximum natu, Venedis, Moravis, Bulgaris opponit. Ipſe comparatus copiis per Sorabos Albim tranſit*, &c. *Bojemiam quoque percurrit.* Et
E Walafridus Strabo: (ι) *Karlmannus exercitibus Raſtici bis numero congreſſus victor extitit, prædam inde capiens non modicam, ſicut ipſe literis ad patrem ſuum deſtinatis retulit.*

14. Eodem anno refert idem Strabus exemplum cumprimis memorabile divinæ vindictæ in perduellem ac perfidum Principem, & digniſſimum, quod a nobis obſervetur.

(α) Rudolphus] *in Annal. Francor. anno 864. in quo & deſinit.*

(β) Vignerius] *in ſummar. hiſtor. Franc. lib. 2. anno 864. Calviſius in* Chronolog. anno 864.

(γ) *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 104.
F anno 868.

(δ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 303. &* ſeqq.

(ε) Rathomaro] *fit etiam Hermidori Moravorum Regis mentio a Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 34.

(ζ) Ubi cum filio Hezilone] *Brynnonem, a quo* Brunna *oppidum Moravia condita, & Hezilonem ejus filium, ab eo eo tempore in fide Imperii conſtantiſſime perſeveraſſe, teſtatur etiam Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Carolin. in ſtemat. Reg. Bojor. fol. 196. *ubi* Privinam ἀντὶ τοῦ Priuninam *nominat.*

(η) Celeja] *quæ &* Cœlia, *&* Cilia, *Germanice Zili, poſtea temporis titulo Comitatus inſignita meruit inter quatuor S. Romani Imperii Comites prærogari, tandem etiam Principatus honore ac dignitate ſublimari. Fridericus III. Imperator, exſtincta Comitum proſapia Principatum Celejanum, ceu Imperio caducum, ad ſe recepit, & Stiriæ ſuæ incorporavit anno 1457.*

(θ) Aventin.] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 315.*

(ι) Strabo] *in Continuat. Annal. Francor. anno 869.*

vetur. Habet autem hunc ad modum: *Cundachar*, inquit, *vaſallus Karlmanni, qui* A
multis perjuriis & doloſis machinationibus Hludowico Regi, ejuſque filiis ſæpenumero extitit infidelis, & proprium Dominum derelinquens ad Raſticen defecerat, contra patriam more Catilino dimicare volens occiſus eſt. Hic Karlmanni Ducibus ad locum certaminis appropinquantibus dixiſſe fertur ad eos, quibus erat a Raſtizo prælatus: Pugnate fortiter veſtram patriam tuentes: ego enim in hoc certamine vobis proficuus non ero, quoniam S. Emmerammus cæterique ſancti, in quorum reliquiis Hludowico Regi, filiisque illius fidem me ſervaturum eſſe juravi, meum clypeum & haſtam tenentes, mea brachia & viſum deprimunt, & me undique conſtrictum quaſi loris ligatum retinent, ita ut nec manum quidem ad os mittere valeam. Dum hæc infelix loqueretur, noſtris ſupervenientibus occubuit, Domino illi infidelitatis ſuæ condignam mercedem retribuente. Quod cum B
Regi relatum fuiſſet, omnes in commune laudare Dominum, ſignis etiam cunctarum in Reganesburg eccleſiarum concrepantibus, pro interitu hoſtis extincti præcepit. (α)

14. Eodem anno ſubjungit Walafridus; *Menſe vero Auguſto Rex Hludowicus collectis copiis in tres partes dimiſit exercitum. Æquivocum ſuum* (Ludovicum III.) *cum Thuringis & Saxonibus ad comprimendam Sorabum audaciam deſtinavit: Bajoarios vero Karlmanno in adjutorium fore præcepit, contra Zuentibaldum nepotem Raſtizi dimicare volentem: ipſe autem Francos & Alamannos ſecum retinuit adverſus Raſtizen pugnaturus. Cumque jam proficiſcendum eſſet ægrotare cœpit. Unde neceſſitate compulſus, Karolum filiorum ſuorum ultimum eidem exercitui præfecit, Domino exitum rei commendans. Qui dum cum exercitu ſibi commiſſo in illam ineffabilem Raſtizi munitionem &* C
omnibus antiquiſſimis diſſimilem, veniſſet, divino auxilio fretus, omnia mœnia regionis illius cremavit incendio, & abſcondita quæque in ſylvis, vel defoſſa in agris reperiens, cum ſuis diripuit, omnesque ſibi congredientes fugere compulit, vel interfecit. Nec minus Karlmannus Regnum Zuentibaldi nepotis Raſtizi, igne & gladio depopulatur, vaſtataque omni regione, Karlus & Karlmannus fratres convenerunt, de victoria ſibi cœlitus data gratulantes. (β)

15. Eodem anno ſcribit Vignerius, (γ) homo Gallus; *Bella, quibus Ludovicus Rex diſtine-*

180 (α) *Hæc hiſtoria alieno loco & καθ᾽ ὕστερον πρώτερον, truncato quoque S. Emmerammi miraculo, ab Aventino refertur. Ejus tamen meminit Cardin. Baronius in* Annal. Eccleſiaſt. *Et poterat ſane Strabus hanc miraculoſam perfidiæ ultionem vel ab Abbate Fuldenſi, qui expeditioni interfuit, percepiſſe; vel ex captivis, qui ex ore Gundacearii audiverunt, cognoviſſe.*

(β) *Quod ſuperius monui, etiam hic locus, & alii numeroſi ſparſim a nobis prolati auctores confirmant, in bello juſto & expeditione publica legitime indicta tam inferentibus, quam propulſantibus licere terras hoſtiles igne, ferro, cæde vaſtare: idque jure militari. Nec crudelitati aut tyrannidi debet adſcribi, quod fit lege communi & generali permittente, ex jure naturæ ſecundario ſive gentium introducta, non a Turcis modo, Tartaris, & aliis Barbaris, verum ipſis etiam Iſraelitis & Chriſtianis, ut præter Politicos noſtros Danæus quoque & Zepperus concedunt. At, inquies, quid innocentes peccavere, ut igne & ferro tam miſerabiliter & atrociter pereant? Nihilo magis, quam homines juſti & pii, quibus ſolet Deus calamitates publicas, grandines, ſiccitates, inundationes non minus quam ipſis injuſtis æque impiis immittere. Princeps Dei vicem gerit in terris, & deſtinata ejus exſequitur in caſtigandis gentibus. Unde dicitur* Dei habere imaginem Imperator, *ab Ambroſio & Auguſtino ex Plutarcho in* lib. ad Princip. indoct. *qui* ita fungitur vice hominis, ut in ipſo divinitas emineat, hoc eſt virtus, divinum germen, ut ope virtutis, qui origine eſt homo, factis appareat numen; *Carol. Paſchalius* lib. 9. Coronar cap. 19. *adeo ut ſicut Papa in ſpiritualibus ita Imperator in temporalibus ſit Vicarius Chriſti in terris; Felinus in c.* cum non liceat, Ext. de præſcript. *Baldus* in c. ſignificantibus, Ext. de offic. delegat. *& Deus corporeus. Baldus* ibid. & in tit. de prohibit. feud. alien. *& Delegatus Dei in terris; idem Baldus in* gloſſ. extravag. de pace Conſtant. *Joh. Gerhardus* Locor. theologicor. tom. 6. de Magiſtratu politic. n. 162. *habeatque vim Apoſtoli; Carol. de Graſſalio* lib. 2. Regal. Franc. *id eſt, miſſi ſeu conſtituti a Deo. Neque ſemper in pœnam, diriguntur hæ vaſtationes bellicæ, ſed plerumque in coercitionem, ut nimirum hoſtium vires comminuantur, & terra* 181
eorum habitatoribus evacuetur, ne ſubinde poſſint E
rebellare & nocere: unde & verbum Depopulari *natum eſt. Interim tamen non probantur ea, quæ extra hoſticum in amicorum agris perpetrantur, quæ & vetuſtis legibus, & Receſſuum noſtrorum conſtitutionibus ſub graviſſima pœna interdicta ſunt. Eſt enim hoc latrocinium magis, quam militare facinus; quod Deus minatur in auctores vindicare; & licet differat, tarditatem tamen gravitate pœnæ tandem compenſat; ut Valer. Maximus, homo gentilis,* lib. 1. cap. 2. *Syneſius in* Epiſtol. *Lipſius* lib. 2. de Conſtant. cap. 13 *alii viri* F
graves admonuerunt. Denique incendiarios ſingulares in hoſticum emittere, ut villas & ſegetes concrement, proditionem magis refert, quam militarem juſtitiam: unde etiam deprehenſi tales pœnis non militaribus, ſed criminalibus merito ſubjiciuntur.

(γ) Vignerius] *in d. Summar. hiſtor. Francor. lib. 2. anno 869. ex Annalib. Francor. Reginone. Aimoino, Hermanno Contracto, Othone Friſingenſi* G
& Aventino.

A *diſtinebatur contra Sclavos Moravos, Sorabos, Siuslios, & Vinidos, qui Germaniam*
depopulabantur, occaſionem præbuerunt Carolo (α) *fratri juniori*, (Galliæ Regi) *ut eum*
in ſucceſſione Imperatoris Lotharii fratris natu maximi præveniret. Nam etſi Ludovicus
exercitum contra Boemos; alium ſub ductu Carolomanni filii contra Raſticum Ducem Mo-
raviæ, qui duobus eum præliis fudit; tertium contra Gundacarum Marchionem Carin-
thiæ, qui a Regis fide deſciſcens ſe Raſtico reddiderat, miſiſſet, tamen ſub Auguſto de no-
vo rebellantes Sorabos, & Zuendebaldum Raſtici nepotem, debellare coactus fuit. Et Rex
ipſemet adverſus Zuendebaldum proficiſci cogitabat, ſed morbo impeditus miſit Carolum fi-
lium natu minimum, qui re feliciſſime geſta ad patrem reverſus eſt, domitis Sorabis. Pari
poſtea fortuna uſi fuerunt Carolomannus Princeps contra Zuendebaldum, & Ludovicus
B *Princeps* (eo nomine III. Rex) *contra Sorabos, eorumque ſocios, quos duobus præliis*
victos coegit, ſed reddere per compoſitionem.

16. Anno DCCCLXX. narrat Aventinus: (β) *Carolomannus filius Regis noſtri coa-*
182 *ctis copiis ex Bojaria, quatenus Auſtrum Orientemque Solem ſpectat, cum Brynnone Re-*
gulo Venedorum, qui Danubium accolebat, arma in Moravos movet: Copias Ratiſolai
fundit, univerſam Moraviam (ubi quondam Quadi Suevorum natio, ac Gepidæ & Da-
ci conſederunt) depopulatur; uſque ad Swarzam amnem cuncta luctu, cæde, rapinis
complet. His denique coactus Ratiſolaus, legatos primum pacem petitum ad Carolomannum
præmittit. Accepta fide, deinde ſupplex advenit; Regioque nomine abdicato in verba Ca-
rolomanni jurat: tributa impoſita quotannis penſitaturum pollicetur. Pacatis itaque Scla-
C *vis, cœpere rurſus deſerta Bojorum habitari oppida, & vici in Auſtria ſive Pannoniis*
inſtaurari.

17. Anno eodem Carolomannus Rex, renovato contra Zuendeboldum [γ] bel-
lo eum coegit ſe ſuumque Regnum reddere gratiæ, voluntati & diſpoſitioni Ludovici
Imperatoris, patris ſui. Sed præſtat audire Strabum, (δ) qui tum temporis vixit, ita
commentantem: *Zuentibald, nepos Raſtici, propriis utilitatibus conſulens, ſe Karlman-*
no una cum Regno, quod tenebat, tradidit. Unde Raſtiz vehementer iratus nepoti ocul-
te ponit inſidias, & eum in convivio nihil mali ſuſpicantem jugulare diſponit, &c. *Sed*
Raſtiz juſto Dei judicio captus eſt laqueo, quem tetendit. Nam ab eodem nepote ſuo com-
prehenditur, ligatur, & Karlmanno præſentatur, a quo ſub militibus illum, ne elabe-
D *retur, obſervantibus, in Bajoariam miſſus, uſque ad præſentiam Regis ſervandus in erga-*
ſtulum retruditur. Karlmannus vero Regnum illius, nullo reſiſtente ingreſſus, cunctas
civitates & caſtella in deditionem accepit, & ordinato Regno, atque per ſuos diſpoſito,
ditatusque gaza Regia, revertitur.

18. Anno eodem ſcribit Rhegino, (ε) Abbas Prumienſis; *His temporibus Ludovi-*
cus ſenior, frater Lotharii Imperatoris, plurima bella ſtrenuiſſime geſſit adverſus Sclavo-
rum gentem. Siquidem Marahenſium Regna ingreſſus, armis cuncta perdomuit, capto
eorum Principe Raſtitz; cui etiam propter violata fœdera oculos erui juſſit. (*)

19. Rem paulo altius repetit Aventinus, [ζ] ex quo ea tantum, quæ ad inſtitu-
tum

(α) Occaſionem præbuerunt Carolo] *non ſo-*
E *lum Lotharingiam & Galliam Belgicam inferiorem,*
ſed ipſum etiam Romanum Imperium, Regnaque
Longobardiæ & Arelatenſe invadendi, quæ jure
primogenituræ ad Ludovicum iſtum II. eove mor-
tuo ad Carolomannum filium primogenitum, reci-
derant. Et eſt hoc proprium quodammodo ac per-
petuum Germanorum Principibus, ut ſuis rebellio-
nibus, diſcordiis civilibus, & bellis inteſtinis occa-
ſionem præbeant exteris ad Imperium eorum inva-
dendum, dilacerandum, & diſtrahendum. Ant.
F *Florebellus in* Panegyr. Carolo V. Imp. dicto Romæ
anno 1536. fol. 16. *Hac enim inteſtinorum motuum*
& ſeditionum occaſione arrepta Summus Pontifex,
Hiſpanus, Venetus, &c. in Italia; Gallus, Allobrox
& Lotharingus in Gallia & Regno Arelatenſi; Da-
nus in Jutia; Suecers in Helvetia; Polonus in Bo-
ruſſia; Suecus, Moſchus, & idem Polonus in Li-
vonia; Turcus in Hungaria, Imperium Germani-
cum deplumarunt, ut ſcribit Freherus in Not. ad
Pet. de Andlavv lib. 2. cap. 2. *Et ſolent in pleriſque*
Imperii Comitiis de abſtractis iſtis provinciis recu-
perandis deliberationes inſtitui, ſed hactenus ſine
ullo fructu, ut res loquitur: & id quoque propter
diſcordiam Ordinum malo cum Imperatore, ſum-
mo ſuo capite, convenientium.

(β) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 316.*

(γ) Contra Zuendeboldum] *Vignerius in* Summar. hiſt. Francor. lib. 2. anno 870. *Calviſius in* Chronolog. anno 870.

(δ) Strabum] *in Annal. Francor. anno 870.*

(ε) Rhegino] *lib. 2. Chronicor. anno 860. Sigebertus Gemblacenſ. in* Chronograph. anno 859. *Elias Renſnerus in* Iſagog. hiſtor. anno 860. *fol. 415.*

(ζ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 323. & ſeqq. Sed confuſe, & præpoſtero rerum geſtarum ordine, ut ſolet in ſuis illis Rapſodiis, quas VVigul. Hundius appellat, cæteroqui non indiligenter conquiſitis.*

(*) Quando Ratislaus excæcatus fuerit, inter ſe diſcrepant Hiſtorici. Sigebertus *ad an. 859.*
Rhegino

tum noſtrum faciunt, excerpam; *Carolomannus*, inquit, *Orientali Bojariæ a patre* A *Præfectus, Duces limitis Pannonici Carnicique, Angelſcalcum, Wilhelmum & Babonem, quod inter ſe diffidentes occaſionem Ratislao rebellandi, atque terram devaſtandi dediſſent, dignitate abdicat, terris a patre commiſſis exigit. Illi hoc juſſu Regis Ludovici factum ſuſpicantes, ad Ratislaum Moraviæ Regulum ſe conferunt.* Et *fol. 324. Ratislaus Vene-*
183 *dorum Moravorum Regulus, qui ſe in clientelam Carolomanni dicarat, adverſus Brynnonem amicum Ludovici Regis, itidem Sclavorum, qui Danubii oram aquilonarem tum incolebant, Ducem hoſtili animo cum exercitu procedit, eundem prælio ſuperatum occidit. Angelſcalcus & Wilhelmus, qui pulſi a Caralomanno fuerant, ad Ludovicum ſe conferunt, publice graviter Carolomannum parenti criminantur*, &c. Iterum *fol. 325. Exagitante Gundagrium Charionum Ducem ſcelerum conſcientia, ad Ratislaum Moravum aufugit.* B *Hetzilon filius Brynnonis limiti Charionum præficitur: ipſe Moſaburgium arcem conſtruxit, templum ibi Adalbinus Salisburgenſis Epiſcopus dedicavit.* Ibidem: *Wernherus Francorum Satrapes, quod a Ratislao munera acceperat, ipſum a Rege deficere, bella movere cohortatus fuerat, dignitate movetur.* Et rurſum *fol. 326. Sed majore rurſus vi Sclavorum nationes pleræque, inſtigante Ratislao, adverſus Regem reſurgunt. Carolomannus filius ejus exercitum Moravorum bis fudit, Ratislao maximam ſtragem fecit, Gondagrium virum bellicoſiſſimum, cujus conſilio Ratislaus & Venedi toties ab impoſito reſiliebant jugo, armaque reſumebant, prælio occidit.* Et *fol. 331. Carolus minimus natu* (Ludovici II. Regis filius) *cum Franconibus atque Suevis, Moravos & Sclavos Ratislao parentes ſibi depoſcit, hoſtes prælio fuſos in fugam dedit*, &c. *Ratislaus fuga ſibi conſuluit, in ob-* C *ſcuris ſylvis Hercyniæ delituit. Nam Moraviam, & univerſas ejus cardinis gentes, raras urbibus, frequentes vicis obumbrat munitque Orcinium nemus. Carolomannus cum Bojis Suatebogum nepotem Ratislai debellavit, ipſum ſub jugum, a quo reſilierat, miſit. Suatebogus ſe fidem Regi, filiis ejus ſervaturum; quæ imperentur, facturum jurat. Hisce perfectis Carolomannus & Carolus germani fratres victores in Moravia conveniunt*, &c. Et mox ſubjungit: *Ratislaus, ubi noſtros finibus exceſſiſſe accepit, prodit e latebris, erat ipſi moleſtum, quod nepos ſuus Regnum a Carolomanno in fidem acceperat. Quamobrem Suatebogo (ita enim nepos illius appellabatur) inſidias tendit, &c. Ubi Ratislao inſidiæ non proceſſere, ad vim converſus, aperto Marte nepotem perdere contendit. Suatebogus accitis Bojis finitimis auxiliaribus copiis, haud imparatus Ratislao occurrit. Fit pugna,* D *Suatebogus ut cauſſa, ſic fortuna ſuperior fuit. Ratislai exercitus cæſus eſt, ipſe vivus in manus hoſtium devenit, & Bojis vinctus traditur: & ab iis ad Carolomannum, ab eo ad Regem Reginoburgium deductus eſt. Ibi in Concilio Francorum celebri, Bojorum, Sclavorum, perfidiæ, læſæ Majeſtatis fit reus, juxta legis Salicæ decreta ſupplicio capitali condemnatur. Verum Ludovicus Rex pœnam levat, vitam condonat. Nam oculi Ratislao eruti, (a) poſtea cæcus Monaſterio incluſus. Carolomannus tranſito Danubio Regnum Ratislai, nemine prohibente reſiſtenteve, cum exercitu peragrat; cuncta oppida, caſtella deditionem faciunt. Quibus Carolomannus ſuos Præſides imponit, rebusque ex animi ſententia compoſitis, Regia potitus gaza, in Auſtriam atque Chariones ſe confert.*

20. Anno DCCCLXXI. ſcribit Walafridus Strabo; [β] *Zuentibald* [γ] *nepos Raſtici* E *apud Karlmannum infidelitatis crimine inſimulatus, in cuſtodiam miſſus eſt. Slavi autem Marahenſes Ducem ſuum periſſe putantes, quendam Presbyterum ejus Ducis propinquum; nomine Sclagamarum, ſibi in Principem conſtituunt, ei minantes interitum, niſi Ducatum ſuper eos ſuſciperet. Qui eiſdem neceſſitate coactus aſſenſum præbens, contra Engilſcalcum & Willihelmum, Duces Karlmanni, prælia movere, & eos ex obſeſſis civitatibus expellere nititur. Illi vero adverſus hoſtem pari intentione dimicantes, & nonnullos de exercitu ejus proſternentes eum fugere compulerunt. Interea Zuentibald. cum nullus crimina, quæ ei objecta fuerant, probare potuiſſet, a Karlmanno dimiſſus, & mu-*

Rhegino *860.* Annal. Fuldenſ. *ad an. 870.* referunt. Vel unus idemque non eſt Ratislaus, quem hi Scriptores memorant, vel in anno excœcationis aberrat unus vel alter.

184 (α) Oculi Ratislao eruti] *Dubravius* lib. 4. Hiſtor. Bohem. fol. 23. *Thom. Jordanus* ibid. in Annotat. lit. e. *Paulus Conſtant. Phrygio in* Chronic. *Hug. Mutius* lib. 11. de Reb. geſt.. German. *Cromerus* lib. 2. Rer. Polonic. in Piaſto Duce, in fin. fol. 28. *ubi putat hunc Ratislaum ex Popeli Polonia Ducis poſteris fuiſſe. Porro ne quis turbetur tanta nominis hujus varietate, monendus eſt, quod,* F *qui hoc loco* Ratislaus, *ab aliis nominetur* Ratiſolaus, Raslaus, Rasliz, Raſtix, Raſtice, *&c. a Boregkio* Kaslai & Kasliz, fol. 34.

(β) Walafridus] *in Annal. Francor. anno 871. Aventinus in* Annal. Bojor lib. 4. fol. 335. *Vignerius in* Summar. hiſtor. Franc. lib. 2. anno 871.

(γ) Zuentibald] *qui &* Suatebogius *alio nomine vocitatur.*

A *muneribus Regiis honoratus, in Regnum ſuum rediit, ducens ſecum Karlmanni exerci-
tum, quaſi Sclagamarum expugnaturus. Sic enim per dolum Karlomanno promiſerat,
ſi ei ad patriam reditus concederetur. Sed ſicut ſolet incautos & de ſe præſumentes ſequi
ignominia, ſic illi contigit exercitui. Nam Zuentibald, cæteris caſtrametantibus, urbem
antiquam Raſtizi ingreſſus eſt, ſtatimque Sclaviſco more fidem mentitus, & juramenti ſui
oblitus, non ad expugnandum Sclagamarum, ſed ad ulciſcendam contumeliam a Karl-
manno ſibi illatam, vires ſtudiumque convertit*, &c.

21. Anno DCCCLXXII. habet idem Walafridus: (α) *Menſe Majo miſit Ludovicus
Rex Thuringos & Saxones contra Sclavos Marahenſes: qui quoniam Regem ſecum non
habebant, & inter ſe concordes eſſe nolebant, idcirco hoſtibus terga verterunt, & pluri-*
B *mis ſuorum amiſſis turpiter redierunt, ita ut quidam Comites in illa expeditione fugientes,
a mulierculis illius regionis verberati, & de equis in terram fuſtibus dejecti referantur.
Iterum quidam de Francia mittuntur Karlmanno in auxilium contra Sclavos ſupradictos*,&c.
Aventinus ita ſcribit: *Karolomannus cum Bojis Orientis ab ora ſuperat navibus Hiſtrum;
Ambricum Epiſcopum Reginoburgenſem cum parte copiarum ſtationes & excubias ad claſ-
ſem ſedulo agitare jubet. Ipſe extremos fines Moravorum adoritur*, &c. *totam Moraviam
percurrit, quicquid obviam ſternit victorque in Bojariam concedit.*

22. Anno DCCCLXXIIII. refert idem auctor: [β] *Rex Hludowicus cum Karlmanno
& Hludovvico filiis ſuis in villa Foraheim locutus eſt, ibique legatos Zuentibaldi pacem*
185 *petentes & fidelitatem promittentes ſuſcepit. Cujus legationis Princeps erat Johannes Pres-*
C *byter de Venetiis, qui etiam, ut ei Rex omni ambiguitate remota crederet, quicquid ver-
bis dicebat, ſacramento firmabat, videlicet ut Zuentibald Regi fidelis permaneret cunctis
diebus vitæ ſuæ, & cenſum a Rege conſtitutum per annos ſingulos ſolveret, ſi ei tantum-
modo quiete & pacifice a Rege vivere concederetur.*

23. Anno DCCCLXXVI. Karolomannus, Rex Francorum & Romanorum, patre
mortem obeunte, Moravos in officio continuit, ut ſuo loco dicemus. [γ]

24. Anno DCCCLXXXIII. ſcribit Aventinus; (δ) *Suatebogus* (verius ei nomen
Zuentibaldus) *Moraviæ Regulus adverſus hoſtes Cæſaris* (Caroli III. Imp.) *cum magno
Venedorum numero in Bojariæ Orientales fines ingreditur: ſpecioſum titulum ſceleri præ-
tendit, ſed adverſus hoſtes Reipublicæ, atque Auguſti Chriſtianiſſimi, arma ferre jactitat-*
D *ſe opitulaturum ire Legato Principis Romani divulgat.* Et paucis interjectis; *Suatebo-
gus ceu Auguſto Principi ſuo rebelles domiturus rurſus arma in Bojariam movet.* Et
iterum; *Porro Suatebogus ad Arnulphum* (Auſtriæ & Carinthiæ Marchionem) *legatos
ire jubet, ſuos & Reipublicæ atque Cæſaris rerum Domini hoſtes ſibi reddi poſcit, adi-
gitque minis ac criminibus Arnulphum, ut is ſolenni ritu juraret, & religione jurisju-
randi ſe expiaret, neque res novas moliri, neque in necem Auguſti atque Suatebogi, quem-
admodum rumore diſſipabatur, conſpiraſſe*, &c.

25. Anno DCCCLXXXIV. in fine narrat Walafridus; (ε) *Imperator* (Carolus III.)
per Bajowariam ad Orientem (id eſt, Auſtriam) *proficiſcitur; veniensque prope flu-
men Tullinam, monte Comiano colloquium habuit. Ibi inter alios veniens Zwentibaldus*
E *Dux cum Principalibus ſuis, homo (ſicut mos eſt) per manus Imperatoris efficitur, con-
teſtatus illi fidelitatem juramento, & uſque dum Karolus vixiſſet, numquam in Regnum
ſuum hoſtili exercitu eſſet venturus.*

26. Anno eodem idem Auctor (ζ) de Conventu jam dicto ſubjicit; *Poſtea venien-
te Brazlawone Duce, qui in id tempus Regnum inter Dravo & Savo flumina tenuit, ſuæ-
que militiæ ſubditus adjungitur.* Et Aventinus: (η) *Ducatum Pannoniæ ſecundæ, quæ
tum portio Bojariæ erat, & ad inferiorem partem Dravi, Savi amnium, & ad Danu-
bium pertinebat, Uratislao commendat*, &c.

CAPUT

(α) Walafridus] *in d. Annal. anno 872. Span-
genberg. in* Chronic. Saxon. cap. 105. anno 871.
F *Aventinus in* Annal. Bojor. lib. 4. fol. 336. *Si-
gebertus in* Chronolog. anno 869. *Elias Reuſnerus
in* Iſagog. hiſt. fol. 415.

(β) Auctor] *in Annal. Francor. anno 874. Vi-
gnerius in* Summar. hiſt. Franc. lib. 2. anno 874.
Calviſius in Chronolog. anno eod. *Aventinus* An-
nal. Bojor. lib. 4. fol. 339. *ubi tamen Veronenſi con-
ventui in Italia adſcribit, quod Foracheimi in
Franconia geſtum eſt.*

(γ) *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirp.
Carol. in Stemmat. Regum Bojor. fol. 197.

(δ) Axentinus] *lib. 4. Annal. Bojor. fol. 352.*

(ε) Walafridus] *in Annal. Fuldenſ. anno 884.
Calviſius in* Chronolog. anno eod. *Aventinus* d.
lib. 4. fol. 353. *ubi montem iſtum vocat* Comage-
num, & Colloquium *interpretatur Conventum
publicum ſeu Comitia Imperialia.*

(ζ) Auctor] *in d. Annal. anno 884.* 186

(η) Aventin.] *d. lib. 4. Annal. Bojor. fol. 353.
Unde patet*, Hungariam *æque ac Moraviam eſſe
antiquiſſimum Imperii Germanici feudum.*

CAPUT IX.

Moravicarum Rebellionum deductio ſub Arnulpho Imperatore, & ejus in Imperio ſucceſſoribus uſque ad noſtra tempora. Bohemia Moraviæ Regno ſubdita. Hungarici Regni origo, & inſtitutio per Arnulphum Imp. facta, & jure beneficiario conceſſa. Rebellium fautores proſcripti. Bulgaria a Græcis ad Germanos defecit, ab Arnulpho in fidem ſuſcepta. Jejunium militibus pugnaturis indictum; & inde victoria. Legati rebellium Principum non violandi, ſed clementer dimittendi. Imperator orbis Chriſtiani ſupremus Dominus ac Judex. Reges rebelles capti & ſuſpenſi. Facti ejus juſtitia defenditur. A

SCribit Luitprandus (α) Ticinenſis Diaconus, & Ottonis I. Imperatoris Conſiliarius: *Arnulfus Rex potentiſſimus, defuncto Carolo, Bojoariis, Suevis, Francis, Teutonicis, Lotharingis, audacibusque principabatur Saxonibus: cui & Zwentebaldus Moravanorum Dux viriliter repugnabat.* B Et Albertus, (β) Stadenſis Abbas: Anno DCCCLXXXVIII. *Arnulfus Rex potens principabatur Bawaris, Swevis, Francis Orientalibus, & poſt mortem Caroli Calui, Lotharingis, audacibusque Saxonibus. Cui Zuentebaldus Moravorum Rex viriliter repugnavit. Quo devicto, Regno ſecurius eſt potitus.*

2. Anno Chriſti nati DCCCLXXXIX. dicit Aventinus [γ] in Boicis; *Arnulphus Imperator Pannoniam, tum Orientalem Bavariæ limitem, luſtrat; Omontobergoni conventum agit,* &c. *Suatebogo* (δ) *Moraviæ Regulo Bojemiam* (ε) *quoque condonat. Verum juxta proverbium: Moravus Auctus Regno, dum fortunæ ſeſe permittit, naturam ſuam dedidicit.* Et fol. 161. *Suatebogus auctus Bojemia,* [ζ] *ſe Regem appellat, res novas molitur, Arnulpho rebellat.* C

3. Dubravius (η) ſcribit; *Inceſſerat poſt longam & mutuam benevolentiam, quæ inter Suatoplucum Regem & Arnulphum Cæſarem erat, uſque ad arma ſimultas contentioque, accuſante fidem Regis Cæſare, quaſi magis ad Conſtantinopolitanum,* (ϑ) *quam ad Romanorum reſpiceret Imperium. Rege contra ſe defendente, atque dicente, convenire officio ſuo, ut Majeſtatem Græci quoque Cæſaris debito honore conſervet, a quo majores olim ſui, Regni decus, ipſe deinde fidem Chriſtianam, acceperit, habeatque in hunc diem bonam Regni ſui partem ad Daciam* (ι) *pertinentem, cum finibus Imperii illius tanquam vicini conjunctam.*

4. Anno DCCCXCII. memorat Walafridus Strabus; (κ) *Arnulphus Rex de Francia* D (ſcil. Occidentali) *cum victoria in Alamania curte Regia Ulma honorifice Natalem Domini celebravit. Inde Orientem* (i. e. in Auſtriam) *proficiſcitur, ſperans ſibi Zwentibaldum Ducem obvium habere. Sed ille, more ſolito, ad Regem venire renuit, fidem & omnia ante promiſſa mentitus eſt. Inde Rex irato animo in Hengiſtfeldono cum Brazlavone Duce colloquium habuit. Ibi inter alia quærens tempus & locum, quomodo poſſit terram Moravorum intrare. Conſultum eſt enim, ut tribus exercitibus armatis Regnum illud*

(α) Luitprandus] *lib. 1. Rer. ab Europe Impp. & Regg. geſtar. cap. 2.*

(β) Albertus] *in Chronograph. anno 888.*

(γ) Aventinus] *Annal. Bojor lib. 4. fol. 360. Videatur Rhegino Prumienſis* lib. 2. Chronic. anno 890. *& Sigebertus Gemblacenſ. in* Chronolog. anno 893.

(δ) Suatebogo] *vel* Suatopluco, *ſororio ſuo, ut putat Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 900. fol. 74. *Thom. Jordanus in* Annotation. ad Dubravii Hiſtor. lib. 2. fol. 20.

(ε) Boëmiam condonat] *Rhegino & Sigebertus* dictis locis. *Furmerius* Annal. Phryſic. triad. alt. lib. 5. fol. 137. *Kutchen* de Autocrat. cap. 1. num. 857. *Calviſius in* Chronolog. anno 890.

187 *Unde Munſterus lib. 3. Coſmograph. ſcribit:* Borſinoum ſeu Borivojum Principem Bohemiæ paruiſſe Imperio Zuantocopli Regis Moravorum, *&c. At ſcriptores Bohemici negant ipſum Ducatum Moravo fuiſſe conceſſum, ſed tributum tantummodo annuum, quod Bohemi a Carolo M. ſubacti Cæſaribus pendere ſolebant. Dubravius* d. lib. 2. Hiſt. Bohem. fol. 20. & lib. 4. fol. 23. *Boregk. in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 31.

(ζ) Suatebogus auctus Boëmia] *Anſelmus Ryd* E *in* Catalog. annor. & Princip. fol. 62. *ubi* Zuendeboldum *appellat.*

(η) Dubravius] *lib. 4. Hiſt. Bohem. fol. 24.* Suatoplucum *vocat, quem Æneas Sylvius aliive ſcriptores* Suatocopium, *Aventinus* Suatebogum, *priſci illi* Zuentiboldum *appellant. Sed mira & inextricabilis eſt ut nominum, ita & hiſtoriarum, apud iſtos ſcriptores confuſio. Nos, quantum ejus fieri potuit, ad conſonantiam reducere ſtuduimus: & veniam merebimur, ſi cum hiſtoricis tam diſcor-* F *dantibus exerrare alicubi deprehendamur.*

(ϑ) Ad Conſtantinopolitanum] *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 35.

(ι) Ad Daciam] *id eſt VValachiam, Boregk* d. fol. 35.

(κ) Strabus] *in Annal. Fuldenſ. anno 892.*

A *illud invaderet. Rex equidem aſſumptis ſecum Francis, Bajoariis, Alamanis, menſe Julio Maravam venit. Ibi per quatuor hebdomadas cum tanta multitudine, Ungaris etiam ibidem ad ſe cum expeditione venientibus, omnem illam regionem incendio vaſtandam verſabatur. Miſſos etiam ſuos inde ad Bulgarios & Regem eorum Landonir, ad renovandam priſtinam pacem, cum muneribus menſe Septembri tranſmiſit, & ne coemptio Salis inde Maravanis daretur, expoſcit. Miſſi autem propter inſidias Zwentibaldi Ducis, terreſtre iter non valentes habere, de Regno Brazlavonis per fluvium Odagra uſque ad Gulpam, dein per fluentes Save fluminis navigio in Bulgariam perducti. Ibi* 188
a Rege honorifice ſuſcepti, eadem via, qua venerant, cum muneribus menſe Majo reverſi ſunt. Aliter hæc narrat Aventinus [α] in hunc modum: *Menſe Majo celebrem Re-*
B *gni conventum apud Hengſtofeld agit. Quo cum Suatebogus venire contemneret, hoſtis Reipublicæ judicatur. Interfuere eidem Concilio Uratiſlaus [β] ulterioris Poloniæ Præſes, & Cuſalæ Regis Ugrorum, qui adhuc incertis ſedibus in Sarmatia Europæa vagabantur, legati, pollicentes omnes vires ſuas adverſus Suatebogum, ſi ſibi quaſi pro ſtipendio terra, quam armis occuparent, daretur. Grata legatio Arnulpho fuit, ſtatim ipſe annuit, & Moravos triplici exercitu invadere decrevit, Cuſalæ & Ugris popularibus ſuis Dacia deſtinatur. Uratiſlaus a tergo juſſus eſt cum Venedis ſuis arma inferre. Arnulphus a fronte cum Francis, Suevis, Bojis ingruit,* &c. Poſt nonnulla interjecta pergit: *Uratiſlaus Polonus & Arnulphus Cæſar, peragrata Moravia hoſtili animo, victoreſque conveniunt: juſſu Arnulphi Uratiſlaus legatos ejus ad Litomarum Bulgarum Regem deducit, fœdus*
C *more majorum cum Bulgaribus ictum, in quo comprehenſum eſt, ne Rex ejus gentis Salem ad Moravos devehi e Regno ſuo de cætero permitteret.* Subjicit dein terminos Regni, quos Arnulphus Imperator Moraviæ in partibus Pannonicis detraxit, & Ungaris in beneficium jure clientelari conceſſit. Verba hæc ſunt: *Porro Cuſala & Ugri utramque Daciam citra & ultra Tibiſcum, quatenus a Grano flumine cum Suevo monte Danubioque amne ad Pontum Euxinum excurrit, inundant, regionem inter ſe ſorte dividunt, ibique perpetuo manſuri domicilia locant: quæ adhuc Ungaria, Tranſſylvania, Septemcaſtrenſis a literatis nuncupantur. Ea loca quondam incoluere Jazyges, Getæ, qui & Daci, & Goti contermini Suevis* (ſcil. Quadis) *a veteribus proprie Dacia, communi vocabulo Scythia vocatur*, &c. *Hæque gentes tum dicto audientes fuere Suatebogo Sclavorum poten-*
D *tiſſimo Principi*, &c. *Ugri igitur Suatebogo ea loca juſſu Arnulphi Cæſaris abſtulere, ibi ſedes ſibi delegere.*

5. Anno DCCCXCIII. refert idem Strabus; [γ] *Engilſcalcus, juvenili audacia vir, qui poſt raptam de Concubina Regis filiam ad tempus ſe Maravos exul contulit, poſthæc ad gratiam Regis non longum veniens, Marchenſis in Oriente* (id eſt, Auſtria) *effectus eſt. Ibi audacter contra Primores Bajoriæ in rebus ſibi ſummis agens, judicio eorum urbe Radaſpona incaute Palatium Regis prolapſus, & Regi præſentatus, obcæcatus eſt. Hinc etiam & Wilhelmus filius patruelis ejus, Miſſos ſuos ad Zwentibaldum Ducem dirigens, reus Majeſtatis habebatur: capite truncatus eſt. Frater quoque ejus cum Maravanis exul deliteſcens, inſidioſo conſilio Ducis cum aliis quam plurimis interfectus eſt.*
E Et Aventinus; (δ) *Angelſcalcus Orientalis Bojariæ Præfectus, quem Marchionem Pannoniæ*

(α) Aventin.] *lib. 4. Annal. Bojor. fol. 363.*

(β) Vratiſlaus ulterioris Poloniæ] *ſupra dixerat*, Pannoniæ ſecundæ, *& rectius. Fuit enim Pannoniæ inferioris Tetrarcha inter Dravum & Savum flumina. In Annalibus priſcis vocatur* Brazlavvo, *De quo Johan. Jacob. Boiſſardus Veſuntinus in* Hiſtor. rer. Ungaric. anno 805. *ita ſcribit:* Vratiſlao inferioris Moraviæ Principi Pannoniam inferiorem regendam tradit.

G (γ) Strabus] *in d. Annal Fuldenſ. anno 893.*

(δ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 364. Et eſt notatu dignum, quod Principes & Comites Imperii, rebellium Bohemorum fautores & adjutores, fuerint tamquam perduelles & læſæ Majeſtatis rei, publico judicio condemnati & puniti. Veteris Poetæ verſus eſt, ab Hugutione relatus;*

Non bonus eſt civis, qui præfert civibus hoſtem.

Forte acerbior cuiſpiam hæc exſecutio videri poterit, quod conſpiratio hæc clandeſtino facta, nondum fuerit in actum deducta, neque ſeſe adhuc cum Suatebogo conjunxerit. Sed de jure communi ſatis eſt conatum probare, licet eventus non fuerit ſubſecutus; Janus Donza lib. 10. Annal. Batav. fol. 478. *Maximus Tyrius* in Serm. 2. *Conſtans enim voluntas cum perverſo conatu efficienti conjuncta, etſi effectus aliis cauſis impeditus non ſequitur, merito pro ipſo facto habetur; Philo Judæus in* lib de Abraham. *Præſertim in criminibus læſæ Majeſtatis, perduellionis, prodita patria &c. Franciſc. Vivius* lib. 1. Commun. opinion. verb. ſtatutum puniens delicta, verſ. hoc autem declaratur, & lib. 2 verb. Conatus puniendus, n. 1. *Julius Clarus in* §. læſæ Majeſtatis, verſ. ſcias autem, 15. & in §. fin. q. 92. verſ. ſcias, 2. *Gail.* lib. 1. de Pac. publ. cap. 14. n. 7. *Nicol. Vigelius in* Comment. ad Conſtitut. criminal. cap. 2 q. 2. *Eman. Soarez in* Commun. opinion. lit. V. verb. voluntatem.

189 *noniæ* (id eſt, Auſtriæ) *vocant, Reginoburgii in celebri conventu, quod cum Suatebogo clam ſenſerit, munera ab eo acceperit, ſententia crimine læſæ Majeſtatis condemnatur: Angelſcalco oculi eruuntur, Wilhelmus capite pœnas luit. Hujus frater ad Moravos fuga elapſus eſt, gentemque alioqui avidam belli concitavit.* A

6. Continuat dein Strabus (α) hæc verba; *Arrepto itaque Rex itinere, iterum Regnum Zwentibaldi Ducis ingreditur cum exercitu, maxima parte illius regionis exſpoliata, propter inſidias poſitas magna cum difficultate itineris in Bajoariam ad Regiam curtem Otingam reverſus eſt.* Et Aventinus; (β) *Arnulphus ergo rurſus Moraviam invadit, præfractis clauſtris juxta Granum amnem montemque Suevum, Cuſalam Regem Ugrorum in Moravos iterum immittit.* Sed hæc Ungarorum immiſſio facta demum, quum Imperator Otingam ab illa expeditione reverſus a Summo Pontifice & Optimatibus Italiæ B vocaretur in auxilium contra Widonem Imperii Romani æmulum.

7. Anno eodem ſcribit Luitprandus; (γ) *Arnulfus earum, quæ ſub Arcturo ſunt, gentium Rex fortiſſimus, quum Zwentebaldum Maravanorum Ducem, ſibi viriliter repugnantem, debellare nequiret, Hungarorum gentem in auxilium convocat. Zwentebaldus vincitur, ſubjugatur, ſit tributarius.* Hepidannus; (δ) *Arnolfus contra Maravenſes pergebat, & Agarenos* (id eſt, Ungaros) *ubi recluſi erant, dimiſit.* Calviſius: (ε) *Arnulphus iterum exercitum in Moraviam contra rebellem Zuendeboldum ducit, & adjuvantibus Ungaris Moraviam domat, & Ungaris loca ad Tibiſcum fluvium habitanda concedit.*

8. Anno DCCCXCIV. Krantzius (ζ) in Saxonia ſua ſcribit; *Arnulphus Imperator bellum ſuſcepit adverſus Zuentebaldum Moravorum Regem, tributa negantem. Æneas in Bohemica illum appellat Zuantocopium, qui unus Poloniam,* (η) *Bohemiam, Sleſiam, Moraviam, teneret imperio, Arnulphum Imperatorem agnoſcere primarium ſuum detrectavit. Magno totius Germaniæ apparatu movit in illum Imperator: Hunorumque reliquiis per Pannoniam miſſis, & Germanorum viribus occurrentem ſibi Regem in acie vicit, & magna ſtrage in ejus copias peracta fugavit. Ille jam Regni ſpem ponens, incognitus conceſſit in eremum, &c.* Æneas Sylvius; (θ) *Suatocopius Regum penultimus, quum aliquandiu feliciter regnaſſet, tandem Arnulpho Imperatori tributum pendere recuſans, commiſſo prœlio, quum ſuos cadere animadvertiſſet, clam ſeſe pugnæ ſubtraxit, atque ut erat mutata veſte incognitus, ſalutem ſolus fuga quæſivit, &c. Arnulphus interea victoria potitus Regnum Moraviæ Suatocopii filio, quem de ſacro fonte levaverat, poſſidendum reliquit.* D

9. Anno DCCCXCV. differit Mutius; (ι) *Arnulphus Imperator appellatus in felice Imperii tempore. Maharenſes, ex Moravia gens, initio Imperii hujus Germaniam afflixere miſerabiliter. Cauſſa ejus belli eis fuit, quod Ludovicus Germaniæ Rex Germanorum copiis ſuperatos maxima clade affecerat. Quare Principum diſſenſiones audientes, venerant ſe ulturi. Illis igitur Arnulphus ſe oppoſuit: ſed quantum profecerit, ſatis arguunt fœdera cum illis facta. Data eſt enim illis Boëmia, in qua libere habitarent. Nec erat ulli cordatiori obſcurum, quantum mali & diſcriminis eſſet Germanis talem habere vicinum; ſed danda fuit, ita ferebat res. Ex Boëmia igitur brevi poſt tempore egreſſi,* E *Germaniam vaſtarunt. Arnulphus contra eos ducit ſuos, ſed aliquoties ita prœliatum eſt, ut Arnulphus auxiliares copias advocarit ex Ungaria. Ungari magna multitudine in Ungariam venientes non multo minus dederunt, quam hoſtes, damni. Vicerunt quidem*

R *hoſtem* &c.

(α) Strabus] *in d. anno 893.*

(β) Aventinus] *d. lib. 4. fol. 364.*

190 (γ) Luitprandus] *d. lib. 1. Rer. in Europ. Geſt. cap. 5.*

(δ) Hepidannus] *in Annalib. anno 893. in* Alamanic. rer. ſcriptor. tom. 1. part. 1.

(ε) Calviſius] *in Chronolog. an. 893. ex Rheginone Prumienſi. Eadem habent Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 312. anno 892. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 893. fol. 71. *Curæus in* Annal. Sileſ. anno 888. fol. 28. *Fridericus Hufmannus a Namedey in* Succincta Imperator. eiconograph. num. 118. *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Carolin. in ſtemmat. Reg. Bojor. fol. 197.

(ζ) Krantzius] *lib. 2. Saxoniæ cap. 32. Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 35. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 893. & anno 900.

(η) Qui unus Poloniam] *Hagecius addit etiam Ruſſiam, in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 893. fol. 71. *Volaterranus Roxolaniam*, lib. 7. Geograph. F

(θ) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 3. Martin. Frechers in* Adnotation. in Withikindi lib. 1. *Münſter.* lib. 3. Coſmograph. cap. 12. *Volaterranus* lib. 7. Geograph. de Boëmia.

(ι) Mutius] *lib. 2. Chronic. German. fol. 89. ſed nugas meras blatterit de occupata a Moravis Bohemia, & inde in Germaniam factis excurſionibus.*

(α) Dubra-

A *hoſtem* &c. Et Dubravius (α) de Suatopluco adverſus Imperatorem rebellante; *Cæſar Regnum illius per edictum publicavit, deditque illud diripiendum vicinis gentibus, Ungaris, Polonis, Auſtriacis: reliqua pars, quæ nunc extat, ultro ſe fidei poteſtatique Bojemorum permiſit.* Jodocus Hondius; (β) *Zuantocopius late imperabat ſuper Moraviam, Boëmiam, Sileſiam, & Poloniam. Elatus tanta potentia tributum & obſequium negavit Imperatori. Proſcriptus ab Imperatore, & pulſus eſt Regno.* Sed hæc Regni Moravici direptio referri debet ad Suatoplucum Moraviæ Regem ultimum, non ad Suatebogum Zwentibaldi filium, quo de Aventinus (γ) ſcribit in hunc modum; *Suatebogus ſero tandem intellexit, quas vires laceſſierit, coactus denique tot tantiſque malis pacem ſupplex petit, filium Moemarum ultro dat obſidem, ægreque pacem ab Arnulpho impetrat. Ipſe in paucis poſt diebus triſtitia ægritudineque animi mortem oppetiit. Filii ejus Moëmarus & Suatebogus ab Arnulpho Moravis imponuntur. Cuſala in Daciam, quam armis ſubegerat, revertitur.* 191

B

10. Anno DCCCXCVI. dicit Strabus; [δ] *Pacem ergo Græci* (ε) *cum Avaris,* (ζ) *qui dicuntur Ungari, facientes. Quod eorum concives Bulgari* (η) *in pravum vertentes, hoſtili expeditione contra eos inſurgunt, & omnem regionem illorum uſque portam Conſtantinopolitanam devaſtando inſecuntur,* &c. *Quod ad ulciſcendum Græci aſtutia ſua naves illorum contra Avaros mittunt, ac eos* (ſcil. Avaros) *in Regnum Bulgarorum ultra Danubium tranſponunt,* &c. *Tandem miſeri* (Bulgari) *inſcii quam conſolationis cauſam & remedii potuiſſent invenire, currunt omnes ad veſtigia vetuli illorum Regis Michaë-*
C *lis,* (θ) *qui eos primum ad Chriſtianæ religionis* (ι) *veritatem convertit, inquirentes, quid eis ab imminenti periculo evadendum conſuleret, qui indicto triduano jejunio* (κ) *pœnitentiam de inlata Chriſtianis injuria agere; dein auxilium a Deo quærendum eſſe, præmonuit,* &c. *Stipantibus denique iiſdem in partibus inter ſe* (ſcilicet Ungaros & Bulgaros) *conflictibus, Imperator Arnulfus Pannoniam cum urbe Paludarum tuendam Braxla-*

(α) Dubravius] *Hiſt. Bohem. lib. 4. fol. 24. Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia lib. 2. fol. 12.

(β) Hondius] *in Atlante minor, in tab. Moravia*

(γ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 364.*

D (δ) Strabus] *in Annal. Francor. an. 895. cujus verba, quia admodum ad rhombum faciunt, paucul's explanemus.*

(ε) Pacem Græci] *Cedrenus in* Annal. Græcor. anno 889. *refert, Leonem Imperatorem illo jam anno Ungaros evocaſſe contra bulgaros, qui Græciam miſere tum vaſtabant: nec Ungaros novarum ſedium cupidos hoc bellum detrectaſſe, Bulgaroſque magna*
192 *clade viciſſe; qua fractus Simeon Rex eorum pacem a Leone Imp. petierit, donec Ungari receſſiſſent, poſt que-*
E *rum abitum anno 890. iterum contra Imperatorem inſurrexit, ut refert etiam Calviſius in* Chronol. anno 889. & anno 890.

(ζ) Avaris] *quos Hepidannus vocat* Agarenos, *ex Avaris detorta voce: noſtri* Hungaros, *quaſi Hunno-Avaros; Slavi* Ugros; *Hungari vero* Julitos *appellant, a Jubra regione Scythia, unde progreſſi dicuntur, ut teſtatur Matth. a Michov in* Sarmat. Europ. *Theod. Bibliander in* Comment. de rat. comm. omn. ling. & lit. fol. 10. *Jodoc. Ludov.*
F *Decius* lib. 1. de Vetuſtat. Polon. *Mart. Cromerus* lib. 1. Rer. Polon. *Ex* epiſtolis *tamen Eugenii II. Papa* anno 826. *& Agapiti* anno 936. *in* Append. *relatis colligi poteſt, Hungaros ex Hunnis & Avaris conjunctis atque unitis populis eſſe compoſitos. Et in Benedicti VII. PP.* diplom. ſub anno 977. *ubi legitur* Bavvaria atque Maravia, *librariorum errore. Eſt enim* Avvaria *reſcribendum, & Hungaria intelligenda.*

(η) Concives Bulgari] *quia Græcorum Imperio*
G *ſubditi erant. Sunt enim* Concives, *auctore Papia & Hugvitione,* qui in unam Rempub. coiverunt ſocietatis vinculo adunati ad cuſtodiendam legem. *Atqui Bulgari, jam ante triennium a Leone Imperatore Græcorum deficientes, fœdus cum Arnulpho Imperatore Romanorum percuſſerant; & Patriarcham Conſtantinopolitanum relinquentes ſeſe Pontifici Romano ſubjecerant, ut adſtruit Baronius in* Annal. eccleſiaſt. anno 893. *& Calviſius in* Chronolog. anno eod.

(θ) Vetuli illorum Regis Michaëlis] *qui forte abdicato Regno religionem Monaſticam ingreſſus erat. Nam ab anno 886. uſque ad annum 891. Simeon Rex Bulgarorum fuiſſe memoratur in* Annal. *Zonaræ & Cedreni, & in* Specul. hiſtor. *Vincentii Belvacenſ.* lib. 25. cap. 66. *Cui videtur ſucceſſiſſe Landomirus vel Latomarus, de quo ſupra in anno 892. noſter Strabus & Aventinus mentionem ingerunt.*

(ι) Ad Chriſtianæ religionis &c.] *Factum id anno 866. Ludovico II. Pii filio, Arnulphi hujus avo, imperante, ut teſtatur Strabus in d. anno ſcribens,* Legati Bulgarum Radeſponam ad Regem venerunt, dicentes Regem illorum (*Michaelem*) cum populo non modico ad Chriſtum eſſe converſum, ſimulque petentes, ut Rex idoneos Prædicatores Chriſtianæ religionis ad eos mittere non differret, &c. *Videatur Gulielmus Bibliothecarius Roman. Eccleſ. in* Vita Hadriani II. Papæ, *ſub nuncta Anaſtaſii Bibliothecarii* Hiſtoriæ de vitis Romanor. Pontific. *Flacius Illyricus in* Catalog. teſt. verit. in rubr. Bulgari, *Centur. Magdeburgenſ. 8,* anno 870. *Baptiſta Platina in* vita Hadriani II. *Baronius in* Annalib. eccleſiaſt. tom. 8.

(κ) Indicto triduano jejunio] *ecce priſcorum Chriſtianorum ritum in placando Deo, & ſupplicando auxilium ejus contra hoſtes publicos. Nec illud Bulgaris defuit, ut teſtatur Strabus in d. anno 895.* Pugnantibus vero ambabus acerrime partibus, ad ultimum miſericordia Dei victoria, quamvis cruenta, Chriſtianis conceſſa eſt.

Braxlavoni (α) *Duci ſuo in id tempus commendavit. Leo vero Imperator* (β) *Græcorum* A
Lazarum quendam vocatum Epiſcopum ad Cæſarem Auguſtum cum muneribus tranſmiſit,
quem ille apud urbem Radaſponam gratanter accipiens, paucos eum dies ſecum retinuit,
tandem honoribus ditatum remiſit in ſua.

11. Anno DCCCXCVII. refert idem Strabo; (γ) *Cæſar vero cum in curte Regia Otingæ natalem Domini celebravit, advenientibus ibidem ad eam Moravorum Miſſis, qui pro pace cuſtodienda, ne exules eorum profugi reciperentur, ab Imperatore flagitant. Quos Rex, ut audivit, abſolvit, & ſine mora abire permiſit.*

(α) Braxlavoni] *quem, ut ſupra diximus, Dubravius & Aventinus* Vratiſlaum *vocant, & Poloniæ aliæ rioris Regem conſtituunt, ſed ſine edicto Prætoris, ut eſt in Conſultorum proverbio. Et confirmat hic locus antiquum Imperii Germanici jus in* Regno Hungariæ.

(β) Leo Imperator] *cognomento Philoſophus, a quo libros* Βασιλικῶν *accepimus. Ab hoc enim Bulgari infeſtati ad Arnulphi ſocietatem redierunt, quum jam antea Caroli M. & Ludovici Pii Imperium agnoviſſent, ut Aldhelmus & Rudolphus in* Annal. *aſſerunt. Nunc, quæ eſt temporum noſtrorum infelicitas,* Bulgari *gemunt ſub jugo Tyranni Turcici, quamquam Reges Hungariæ titu-*
193 *lum Regni Bulgarici ſibi vindicent ac præſcribant, ut videre eſt in* Decretis Regni Hungariæ *a Sambuco editis, in quibus nec Ferdinandus I. Imperator eum neglexiſſe reperitur. Nec hodie Bulgari non deſiderant aliquem Arnulphum e Germania, qui ſeſe a tyrannide illa aſſerat in ſuaviſſimam Imperii Romani libertatem, ut mihi ante hos ſeptem annos quidam Bulgarorum Epiſcopus in Aula Principis Erneſti Schauvenburgici confirmavit, miſſus in Germaniam pro lytro colligendo, cum Archiepiſcopi ſui auctoritate publica, cujus hoc erat principium; VVir* Dionyſius Ralli Palæologus *von Gottes gnaden Ertzbiſchoff zu Tyrnavv in* Bulgaria, Adminiſtrator *der gantzen Landſchafft daſelbſt, und Stadthalter der Keyſerlichen Stadt Cappadocien, auch geborner Erblegat allda, &c. Geben und beſchehen in VVien, den* 24. Maji, anno 1619.

(γ) Strabo] *in d. Annal. an. 897. Ait,* abire permiſit, *quia Legati jure gentium tuti & ſecuri non erant violandi, licet a rebellibus miſſi, quales tunc erant Moravi. Cujacius* lib. 11. Obſervation. cap. 5. *Schœnborn* lib. 3. Politic. cap. 27. *Alberic. Gentilis* lib. 2. de Legation. cap. 18. *nec comprehendendi, licet ab inferioribus ad ſupremum Dominum inſtructi mandata propoſuerint in Majeſtatem ejus injurioſa, quale eſt ne Imperator recipiat ſubditos Principum ſuorum, ſi per vim oppreſſi ad protectionem ſuæ Majeſtatis confugiant. Hoc enim homo Chriſtianus nemo ſine crimine læſæ Majeſtatis Cæſareæ audebit negitare, quin Imperatori liceat; Martin. Magerus* de Advocat. armat. cap. 8. n. 387. *Cornel. Aurelius Batav. in* Diadem. Imperat. ſive de Coron. Imp. & boni Imp. off. *Hinc Sobieslaus II. Dux Bohemiæ, quod Emericum Regem Hungariæ, Belæ filium ab Andrea fratre natu minore pulſum Regno, interceperit, eumque ne ad S. Cæſaream Majeſtatem pro juſtitia confugere poſſet, impedierit, ſed vinctum fratri in Hungariam remiſerit, vocatus fuit a Friderico I. Imp. in jus ad cauſſam in Comitiis ordinum dicendam: contumaxque tandem, ut reus Majeſtatis, damnatus, proſcriptus, & Ducatu privatus eſt, quemadmodum referunt Dubravius in* Hiſt. Bohem. lib. 14. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1177. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 172. *ubi ait; Dieſes vvar nun ein ſehr unbilliche* B
ſache, und ſtund dem Keyſer nit zu leiden, daſs Sobieslaus vvehren vvolte, daſs man nicht zum Keyſer ziehen ſolte. Eſt namque Imperator generalis protector univerſi orbis terrarum; Reſtaur. Caſtaldus in tract. de Imperat. quæſt. 52. *Zoannettus* de Roman. Imper. n. 149. & n. 251. *Peregrinus* de Jur. fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 40. & ſeq. *Baldus in* l. 1. C. de Juriſdict. omn. jud. *Matth. Scholaſticus Protonotar. Apoſtolic.* lib. 1. de Vero Chriſtian. Princip. cap. 14. *Joan. Parladorus* lib. 1. C
Rer. quotidian. cap. 1. n. 26. *Joannes Fortunatus Garſias* de Expenſ. & meliorat. cap. 12. n. 56. *tanquam Dominus mundi & omnium ejus provinciarum;* l. 9. D. ad L. Rhod. de jact. *Bartholus ad* l. hoſtes, D. de capt. & poſtlim. reverſ. *Jaſon. Maynus in* l. cunctos populos n. 2. n. 8. & ſeq. C. de ſumm. Trin. & fid. Cathol. *Jacob. Schultes in* Quæſt. ſingul. an Rex vel Princeps Catholic. datam hæretico fidem ſervare ten. n. 116. *Lancellottus Corradus* lib. 1. Templ. omn. judic. D
cap. 1. §. 1. *Madea Neapol.* de Juriſdict. part. 1. cap. 17. *Carol. Paſchalius* lib. 9 Coronar. cap. 21. *Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotid. concl. 1. 3. 9. & ſeq. *Thom. Michael in* Diſſert. de Juriſdict. 194
concl. 9. 10. 15. *Panrmeiſter.* lib. 2. de Juriſdict. cap. 1. & cap. 4. n. 27. *Matth. Stephanus* lib. 2. de Juriſdict. part. 1. cap. 1 num. 48. *Danib. Senior in* Hypotypoſ. contra Knich. fol. 28. *Magerus* ibid. cap. 3. n. 72. cap. 9. n 816. & cap. 10. num. 513. *VVeſembec* Conſil. 123. n. 12. vol 3. *nempe quoad juriſdictionem & protectionem; Cujacius* lib. 15. obſervation. cap. 30. *Hotomanus in* Illuſtrib. quæſtion. E
cap. 2. *Damhouderius in* Praxi criminal. cap. 82. num. 78. *Joan. Avenarius in* Quæſtion. nomico-politic. q. 13. *quia eſt ſummus Judex, inſpector, protector & conſervator omnium ac ſingulorum hominum a Deo ordinatus; Hieronymus Balbus Epiſcopus Gurcenſis in* tract. de Coronat. cap. 19. *Agapetus Diaconus in* Paræneſ. ad Juſtinian. Imp. *Reſtaur. Caſtaldus* de Imperat. quæſt. 97. n. 2. & F
quæſt. 52. num. 3. & ſeq. *Joan. Lupus de Palacios Ruvios in* Repet. cap. per veſtras, de Donat. inter vir. & uxor. *Jacob. Mandellus* Conſil. 62. n. 10. n. 20. & n. 40. *Anton. Faber in* Cod. definit. forenſ. lib. 1. tit. 2. def. 48. n 8. *Maria Neapol.* de Juriſdict. quæſt. 4. c. 125. n. 12. & ſeq. *Joan. Georg. Bechtius in* Diſſert. de ſecurit. & ſalv. conduct. concl. 38. *Magerus* ibid. cap. 3. n. 70. & n. 74. *ſupremumque caput totius Chriſtianitatis, ut Papa in ſpiritualibus, ita ipſe in tempora-* G
libus, B. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus lib. 2. de Veritat. prædeſtinat. & grat. fol. 219. *Ludovicus Pius Imp. in* addit. 2. ad Capitular. Francor. tit. 21. *Franciſc. Turrianus Societat. Jeſu in* Defenſion.

A 12. Anno DCCCXCVIII. narrat idem Strabus; (α) *Poſtea vero inter duos fratres gentis Marahenſium, Moymirum videlicet ac Zuentobolchum, eorumque populum, diſſenſio atque diſcordia graviſſima orta eſt, ita etiam, ut ſi uterque alterum ſuis viribus inſequi atque comprehendere valeret, capitalem ſubiret ſententiam. Tunc vero Rex Imperator iſta ſciens, Marchiones ſuos, Luitbaldum ſcilicet* (Auſtriæ) *& Aribonem Comitem, una cum cæteris fidelibus ſuis, parti, quæ ad ſe ſpem ac confugium habuit, auxilium ad eorum liberationem protectionemque Bawarios ſuos Primates tranſmiſit. At illi more gladij igneque, prout poterant, inimicos ſuos humiliaverunt, & devaſtando necaverunt. Iſtius ergo diſſenſionis, & diſruptæ pacis inter ſupranominatos fratres Aribo comes & Ibarico* (leg. *Iſaurico*) *filio ſuo inſtigante, inſtructor delatorque atque proditor eſſe convincitur,*
B *& ob hanc cauſſam Præfectura ſua ad tempus caruit, quam non multo poſt reaccepit*, &c.

13. Anno eodem pergit Strabus (β) in narratione; *Iterum autem expeditione ordinata tempore hyemali, Bawariorum Principes cum ſuis fines Marahabitarum fortiter atque hoſtiliter invaſerunt, & manu valida loca illorum deſertantes, prædamque colligentes, domumque revertentes, habentes ea.* ... Strada; (γ) *Contra Marahenſes rebellantes profectus, Regnaque eorum ingreſſus, omnia ſolo æquavit.*

14. Anno eodem ſcribit Aventinus; (δ) *In Moravia Moemarus Suatebogum fratrem, prodente Eyſenricho Bojorum Purpurato, capit, in vincula conjicit, necare parat. Boij juſſu Imperatoris in tempore ſuppetias capto ferunt, urbem, ubi captivus detinebatur, expugnant; Duces, captivos omnes liberant: Suatebogum ſecum in Bojariam deducunt.*
C Et Strabus in dicto anno: *Denique non poſt multum temporis Bawarij terminos Moraborum confidenter iterato intrantes, & quæcumque poterant diripiendo populati ſunt, & Zuentobolchum puerum, filium antiqui Ducis Zuentobolchi, ſuumque populum, de ergaſtulo civitatis, in quo incluſi morabantur, eripuerunt, ipſamque civitatem igni ſuccenderunt, atque in fines patriæ ſua pro miſericordia ſecum abduxerunt.*

15. Anno

Canon. Apoſtol. & Decretal. lib. 3. cap. 8. fol. 240. *Cravetta* Conſil. 314. num. 11. & Conſil. 168. num. 9. *Henr. Andr. Cranius in* Problemat. Cameral. diſp. 3. de conſtit. relig. part. 3. problem. 1. num. 1. in fin. *Magerus in* d. tract. de Advoc.
D arm. cap. 10. n. 579. *Schützer, Schirmer und oberſte Haupt der Chriſtenheit*, Aur. Bull. Caroli IV. Imp. tit. 2. §. 3. Receſſ. Auguſtan. 1518. in princ. Spirenſ. 1529. §. 1. Auguſtan. 1530. §. *nach dem aber uns.* 11. Wormatienſ. 1564. §. *ſo unterſtunden ſich.* 5. Auguſta. 1566. §. *wir wællen auch unſerm* 8. *Reinking* de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 1. num. 8. *Paurmeiſter* lib. 2. de Juriſdict. Imper. Rom. cap. 6. num. 66. *commune aſylum omnium profugorum*: Synod. Ro-
E man. in elect. & coronat. Karoli II. Imper. habita anno 877. §. 7. *a Deo conſtitutus Salvator mundi*, ibidem §. 5. *& in Ceremonial. Rom. Eccleſ.* lib. ſect. 5. cap. 4. *ex Moyſe* Geneſ. 41. verſ. 45. *Joh. Gerhardus* Locor. theologic. tom. 6. de Magiſtrat. politic. num. 20. *Nicolaus Perottus, Archiepiſcop. Sipuntin. in* Orat. ad Fridericum III. Imper. habita in ſuſceptione ejus a Communitate Bononienſ. *Albertus de Eyb, Cubicularius Apoſtolic. & Canonic. Bambergenſ. in* Margarit. Poe-
F tic. part. 2. tract. 2. orat. 8. *Sixtinus* de Regal. lib. 1. cap. 4. num. 3. & ſeqq. *Peregrinus* de jur. fiſci tit. 1. num. 1. & num. 41. *totius mundialis machina Monarcha*; *in* S. Roman. Imp. Electorum confirmat. de jure elig. Regib. Bohem. competent. §. 2. in fin. ſub dato in Comitiis Metenſ. 1356. Conſtitution. Imperial. tom. 2. fol. 91. *in cujus tranquillitate totius orbis regularitas requieſcit*: *Henricus VII. Imper. in* c. ad reprimendum. in pr. collat. 11. *& ibi Bartol.* in gloſſ. in verb. to-
G tius orbis, *Gutierrez in* gloſſ. ad Pragmatic. ſanct. in proœm. in verb. Dei. *Regum omnium Chriſtianorum ſupremus judex & vindex*; *idem Henricus VII. Imp. in* Sententia banni lata in Robertum Siciliæ Regem. §. 4. Conſtitution. Imperial. tom. 1. anno 1313. fol. 321. *Albericus de Roſate in* l. quiſquis, C. ad L. Jul. majeſt. *Cravetta* d. Conſil. 314. num. 11. *Hieronym. Balbus in* d. tract. de Coronat. ad Carol. V. Imper. cap. 19. *Frideric. Reiffſteck, Advocatus Cameræ Imp. in* Actis *Denemarck* contra *Denemarck* in cauſa fractæ pacis, *Gulielm. Ranchinus in* Reviſion Concil. Trident. lib. 2. cap. 8. *Carol. Molinæus in* Not. ad Clement. paſtoralia, de ſenteot. & re judic. *Legitimus advocatus hominum oppreſſorum ubique degentium*; *Lotharius III. Imp. in* Act. Concilii Aquaspenſil. anno 1137. *apud Petrum Diacon. in* Chronic. Caſinenſ. lib. 4. *&* Conſtitut. Imperial. tom. 3. fol. 321. 195
a quibus imploratus tenetur ac debet officium ſuum impertiri contra quoſcumque oppreſſores & injuriatores, ut habet formula juramenti, quod præſtat in ſua inauguratione; Conſtitut. Imperial. tom. 1. fol. 307. & fol. 416. *Ceremonial. Rom. Eccleſ.* lib. 1. ſect. 5. cap. 4. *Henning. Gœden.* conſil. 3. *Abrah. Bzovius* Annal. Eccleſiaſt. tom. 13. anno 1248. n. 1. *hoc eſt, e manu calumniantium & ſævientium liberare*; *Magerus in* d. tract. de Advoc. arm. cap. 9. n. 420. *in ſumma, contra omnes Reges ac Principes Chriſtianos Romanam Eccleſiam recognoſcentes, cujus Imperator eſt Advocatus, Alphonſus Imp. apud Matth. Paris in* Hiſtor. major. & Conſtitution. Imperial. tom. 1. anno 1253. fol. 308. *Auguſtinus Datbus Senenſ.* lib. 4. Orat. 43. nomine Senenſis Reipublicæ habita apud Fridericum III. Imp.

(α) Strabus] *in Annal. Franc. anno* 898. *Aventinus* lib. 4. Annal. Bojor. fol. 366.

(β) Strabus] *in d. Annalib. anno* 898. *ſed locus eſt mutilus & imperfectus.*

(γ) Stradæ] *in Epitom. theſauri antiquit. in Arnulpho. Imp.*

(δ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 366. Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 900. fol. 74.

196 15. Anno eodem pertendit Strabus; (α) *Interim autem Iſanricus tyrannidem ſuam* A
*ſine ceſſatione contra Regem exercens: quod vehementer Rex accipiens decrevit navigio,
quia jam tunc infirmus corpore fatigaretur, civitatem Mutarenſem, in qua ipſe Iſanricus
erat, aggredi, quod & factum eſt. Illo vero reſiſtente, Rege quoque & ſuis fortiter vi-
riliterque ſuperantibus, atque civitatem oppugnantibus, demum ipſe Iſanricus, vi com-
pulſus cum uxore & his, quæ ad ſe pertinebant, exivit, & Imperatori ſeſe præſentavit.
Tunc Rex cuſtodibus illum cuſtodiendum commendavit, quatenus Radaſtonam producere-
tur. At ille timens, ne puniretur, fugam iniit, & Marahenſes uſque fugit. Quorum
itaque adjutorio ſuffultus, ut prius partem Regni ſubripuit, eandem ſecum retinendo obtinuit.*

16. Anno DCCCC. idem Auctor [β] refert; *Bojowarij per Boemanniam, ipſis ſe-
cum aſſumptis, Regnum Marabavorum cunctis per tres hebdomadas devaſtantes irrupe-* B
runt, tandem cum omni proſperitate domum reverſi ſunt.

17. Anno DCCCCI. narrat Aventinus; [γ] *Mortuo Imperatore Arnulpho, Mora-
vi, qui Moëmaro parebant, Eyſenricho transfuga inſtigante, ad Joannem Pontificem Ro-
manum Legatos mittunt, graviter Bojos accuſant, Sclavis inimicos intolerabiles eſſe crimi-
nantur. Pontifex Oratores ſuos in Moraviam mittit, hi Moravos a legibus Bojariæ ſol-
vunt, reclamantibus Bojariæ Epiſcopis. Nam Moravi hinc anſa arrepta Ludovico* (Ar-
nulphi Imperatoris filio & ſucceſſori) *rebellant, Præfectis Bojorum obtemperare recu-
ſant. Quamobrem Boij* (id eſt Germani) *per Bojemiam, in commilitium ſecum Bojemis
aſcitis, in Moraviam hoſtili animo tranſitum faciunt: per menſem fere totam regionem* &c.
devaſtant. Hatto Archiflamen Moguntinus, quinque Bojorum Pontifices, Joanni urbis C
*Romæ primario Sacerdoti literis conqueruntur, ſe falſo & immeritiſſimos accuſari a Scla-
vis: Joannem facinus indignum, adverſum pietati & majorum decretis commiſiſſe, libere
& aperte multiſque verbis docent. Hortantur poſtremo, ut Moravos mendaciorum lo-
quaciſſimos, corrigat. niſi Bojorum* (id eſt Germanorum) *Præfectis & Epiſcopis pa-
reant, fulmine ſuo terreat. Oportere primarium Sacerdotem plus tribuere Bojis, qui
rem Romanam reſtituerint, quam Moravis, qui Romanam Majeſtatem vaſtant, & ma-
nubrio* (ex facto hujuſcemodi legatorum) *Epiſcopi Romani occupato, a Rege Ludovi-
co deficere conentur. Bojos tam ſacratos quam populares, pietatis Chriſtianæ officio nulli
genti ſecundos eſſe, a quibus nolint velint, Sclavi Moravi ſub jugum mittentur.*

18. Anno DCCCCII. ſcribit idem Aventinus; [δ] *Cuſala Rex Ugrorum Legatos* D
ad Ludovicum mittit Reginoburgium, &c. *Admiſſi in Regiam, juſſique conſidere, fœdus,
quod cum Arnulpho convenerat, de integro renovari expoſcunt: Ugros amicitiam Bojo-
rum vicinorum ſuorum, quorum ſitas ſedes poſſideant, omnibus præferre nationibus com-
memorant, ſemper hujus officii memores fore: inſuper Moraviam ſe ſuis armis perdomi-
turos ſubacturosque Bojis pollicentur. Rex Ludovicus & Proceres fidem habent, pacem
confirmant, Vratislaus quoque Poloniæ* (immo Pannoniæ) *ulterioris Venedorumque
Rector fidus nobis in hac ſocietate comprehenditur. Poſthæc Ugri ſpecie ſocietatis cum
Bojis factæ Moravos hoſtes Bojorum invadunt, Moëmarum & Suatebogum Regulos præ-
lio occidunt, Moraviæ partem ſibi uſurpant.*

19. Anno DCCCCIII. ait Fabricius; [ε] *Ungari Moraviam ſubigunt.* E

20. Anno DCCCCXXII. legitur Henricus I. Rex Arnulphum Bojariæ Regulum
ad pacem cohortatus hiſce verbis: *Non ſolum Bojariæ Regnum locupletiſſimum, Na-
riſcos, Alemanos, Chamabos, Boethos, Sudinos, Iliſſos, Marcomannos,* (id eſt Bohe-
mos) *Quados,* (id eſt Moravos) *Vindelicos, Noricos, Auſtriacos, Tyrollios, Atheſi-
nos, Vennonas, Stirios, Charinos, Venedos, Carnos, Pannonias, tibi, ſicuti poſſides,
permitto,* &c. *(ζ)*

(α) Strabus] *in d. anno 898.* Mutara *civitas
eſt inferioris Pannoniæ, quæ hodie* Madra *dicitur.*

(β) Auctor] *Strabus in* d. Annal. Franc. anno
900. *Et hoc anno Arnulphus Imp. Moravorum
domitor, mortem obiiſſe fertur.*

(γ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 369.
Ergo ipſe etiam Summus Pontifex, ſi anſam præ-
beat rebellandi & deficiendi ab Imperio, licet per
indirectum & ſub ſpecie juriſdictionis Eccleſiaſticæ,
juſte poteſt ab Imperatore, tanquam rebellium fau-
tor, compeſci: id quod & legibus Imperii cautum
non ſemel legimus. Vide ſupra* cap. 6. num. 15.
197 & ſeqq. *& infra* lib. 3. cap. 13. num. 7. *& Her-
vvartum in* Ludovico IV. Imp. defenſo, *&c. Por-
ro epiſtolam Hattonis Moguntini ad Papam Johan-
nem edidit Gevvoldus poſt* Chronicon Reicher-
ſpergenſe, *& nos reproducimus in* Appendic. F
ſub anno 900. *& Bavaria Epiſcoporum* ſub an-
no 901.

(δ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 369.*

(ε) Georg. Fabricius] *lib. 1. rerum memora-
bil. Saxon. anno 903. Elias Reuſnerus in* Iſagog.
hiſtor. fol. 417.

(ζ) *Aventinus* lib. 4. Annal. Bojor. fol. 378.
Spangenberg in Chronic. Saxon. cap. 119. anno
922.

A 21. Occupatam tamen Moraviam & Imperio Germanico iterum aſſertam ab hoc Henrico I. Cæſare in hiſtoriarum monumentis proditum eſt. [α]

22. Anno DCCCCLV. inquit Hepidannus, (β) S. Galli Cœnobita; *Otto Rex cum Agarenis* (id eſt, Ungaris Moraviam uſurpantibus & inde in Auſtriam ac Bavariam excurrentibus) *pugnabat, eosque Deo Auxiliante devicit, & erat numerus illorum centum milia; & multi illorum comprehenſi cum Rege eorum nomine Pulszi, & ſuſpenſi ſunt in patibulis.*

23. Anno

(α) Gobelinus in Coſmodrom. ætat. 6. cap. 47. Spangonberg. in d. Chronic. Saxon. cap. 127. in epitaphio ejuſdem Cæſaris, in quo Marcoman. po-
B nitur pro Mehrern.

(β) Hepidannus] in Annalibus anno 955. Pulſzio iſti ſive Bulkavvo Ungarorum Regi ſucceſſiſſe videtur Lelcus, qui per Moraviam in Bohemiam irruens ab eodem noſtro Imperatore Ottone Magno captus & pariter ſuſpenſus eſt, ut ſupra diximus. Contra apud Romanos receptum fuiſſe teſtatur Cicero: Bene majores noſtri, inquiens, comparavere, ut neminem Regem, quem armis cepiſſent, vita privarent. Et captos Reges, in bello etiam
C eorum injuſto, non eſſe occidendos, ſentit Mor-
198 nans Pleſſiacus in Myſter. iniquitat. Pandulph. Collenutius in Hiſtor. Neapolit. lib. 4. in fin. Beſoldus in Diſcurſ. Politic. de trib. domeſt. ſociet. ſpecieb. diſc. 2. cap. 7. num. 4. Præterea crudele atque indignum Imperatore facinus videri poterat, Reges necare fœdiſſimo ſuſpendii ſupplicio; in quos, ſi quid adverſus rem aut pacem publicam commiſiſſent, gladio ultore animadvertendum erat, ut jura legesque dictant, non fune; Gryphiander
D in Comment. de Wichbild. Saxon. cap. 58. num. 12. Bartolus in l. capitalium, §. ſerui, D. de pœn. Id quidem verum eſt, niſi circumſtantiis jura ſolent & variare & mutari. Non erant iſti liberi & abſoluti Reges, ſed Germanico Imperio ſubditi, clientelares, feudatarii ac tributarii, quippe qui Regnum ſuum ab Arnulpho Imp. in beneficium, fidelitate præſtita, acceperant. Nunc perfidi & rebelles facti non modo ab Imperii fide & obſequio defecerant, ſed beneficium maleficio ſceleratiſſime
E compenſantes, provincias noſtras unquam leſi nec laceſſiti ſine ceſſatione peſſumdabant, cædibus, latrociniis, incendiis, ſacrilegiis, ſtupris, adulteriis, rapinis, omnia fœde complentes. Puniti ergo non tamquam Reges aut Principes, ſed tamquam perfidiſſimi latrones, prædones, ſacrilegi, & incendiarii, in exemplum perfidiæ, & in ignominiam rebellis gentis. Quo reſpexiſſe videtur Nicolaus Baumannus Secretarius primum Juliacenſis, dein Megalopolenſis, lib. 1. de Reinecke Foos cap. 20.
F & ibi Ludovicus Dietzius Spirenſis in Comment. & Hartmannus Schopperus Novoforenſis Bavaro-Palatin. in Specul. vitæ Aulic. lib. 1. cap. 20. in exemplo Reinekii Principis ad patibulum condemnati. De tribus aliis Ungarorum Regibus ſive Ducibus, nempe Scaba, Suro & Toxe, ab hoc ipſo Ottone I. Imp. in Bavaria in prælio captis, & Ratiſpona judicio Procerum Imperii in patibulo ſuſpenſis, eandem cauſſam aſſignant VVitichindus Corbeienſis Geſtor. Saxonic. lib. 3. Dithmarus Mer-
G ſeburgenſ. in Chronic. rer. a Saxon. geſt. lib. 4. Rhegino Prumienſ. lib. 2. Chronic. anno 955. Monachus S. Afræ Auguſtanus in Vita S. Udalrici Epiſcop. cap. 12. in fin. & ibi VVelſerus in Not. Reicherſpergenſ. in Chronic. anno 955. Sigebertus Gemblacenſ. in Chronograph. anno 955. Hermannus Contractus in Chron. anno 954. Otto Friſingenſ. in Chronic. Gotfridus Viterbienſ. in Pantheo. Dubravius in Hiſtor. Bohem. Boregk in Chron. Bohem. in Boleslao I. Duce fol. 52. Baronius in Annal. Eccleſiaſtic. & alii numeroſi. Sic Æmilianum Tyrannum bello captum juſſit Gallienus Imperator in carcerem deduci, & laqueo ſtrangulari, ut ſcribit Trebell. Pollio in Trigint Tyran. & monet ibi Caſaubonus in Not. fol 215. Sic Aſcaricum & Gaiſum Francorum Reges captos a S. Conſtantino M. Imperatore belluis lacerandos fuiſſe objectos, teſtatur ejus Panegyriſtes. Sic Theodericum Comitem Saxoniæ præpotentem, ob crimen rebellionis, & pacis publicæ violationem, idem Otto Imperator lege Francorum damnatum ſtrangula fecit deficere, ut verbis utar VVitichindi lib. 2. geſtor. Saxonic. ſeu ut Roſvvita loquitur in Panegyric. ſuſpendi ligno reprobis reparato. Sic Theodericus Comes VVernigerodenſis, quod pacem publicam fregiſſe diceretur, ſolemni judicio ad ſuſpendium condemnatus eſt: Krantz. lib. 10. Saxon. cap. 30. Spangenberg. in Chronic. Saxon. cap. 299. anno 1385. Andreas Hoppenrodius in Stambuch, verb. Reinſtein, & verb. VVernigerode, Hamelmannus de Famil. emort. illuſtr. lib. 2. Sic Conradus Comes de Eberſtein & Hameln ad Viſurgim, ob rebellionem, Sacramenti violationem & latrocinia publice appenſus per pedes vitam erumnabiliter finivit; idem Krantz. lib. 8. Saxon. cap. 21. Hermannus de Lerbeeke, Monachus Dominicanus Mindenſis, in Chronic. Schavvenburg. fol. 31. & ibi Meibomius in Not. fol. 65. Spangenberg. in Chronic. Saxon. cap. 259. & in Chronic. Schavvenburgenſ. lib. 2. Frideric. Schmid in Chronic. Thuring. anno 1256. & anno 1259. Lucas de Brandis in Rudiment. novitior. anno 1257. in anno 2. 199
Richardi Imp. idem Hoppenrodius in Stambuch, verb. Eberſtein. Pomarius in Chronic. Saxon. anno 1257. Joh. Letznerus Hardeſſianus in Chronic. Daſſelienſ. & Einbeccenſ. Sic Henricus Comes & Princeps Northeimenſis, ex mandato Ottonis III. Imperat. eandem ob rebellionis cauſſam fuit loris cæſus & flagellatus; Elias Reuſner. in Baſilic. genealog. in Stemmat. Magnor. Ducum Saxon. fol. 267. Sic N. Dux Slavorum, perfidiæ & rebellionis convictus, ſuſpendio punitus eſt. Albertus Stadenſ. in Chronic. fol. 192. Sic per ſententiam Friderici II. Imperat. filius Ducis Venetiarum de turri ad litus maris Adriatici ſuſpenſus. Hagecius in Chron. Bohem. anno 1238. fol. 308. Sic Ludovicus IV. Rex Galliæ, Comitem Veromanduorum, avunculum Hugonis Proregis, Andium & Pariſiorum Comitis, fœdo affecit ſuſpendii ſupplicio. Joan. Tilleſius ſeu Tillius in Breviar. Chron. Franc. Joan. Serranus in Inventar. Papyr. Maſſonus in Hiſt. Franc. Hieronym. Henninges & Reuſner. in Genealog. in Stemmat. Reg. Gall. Capetor. Sic Ludovicus X.

Digitized by Google

23. Anno MXXXIV. dicuntur Moravi una pariter cum Bohemis & cæteris Slavis, ex injuſta ſervitute Mieczeslai Polonorum Regis a Conrado II. Imperatore vindicati, & Imperio Germanico rurſum aſſerti & inſerti. [α] A

24. Anno MLXXXVI. Moravia in Comitiis Moguntinis Regno Bohemiæ incorporatur ab Henrico IV. Imperatore, quum antea ſeorſum ac proprium exſiſteret Regnum ſub Imperii Germanici clientela. Qua de re infra ſuo loco exſequemur.

25. Anno MCCXXV. legitur in Annalibus Colmarienſibus: (β) *Mortuo Rege Bohemorum* (Ottocaro,) *intravit Rex Rudolfus terram Moraviæ, volens eam taliter devaſtare. Civitates communi conſilio Regem Rudolfum pro domino receperunt. & infra menſem ſe & ſua commiſerunt, & fidelitatem juramento firmiſſime promiſerunt.*

200 26. Denique, ut ab hac invidioſa narratione tandem nos expediamus, Imperatores Sigiſmundus I. Albertus II. & Ferdinandus I. Auguſti, Moravos ad obſequium vi & armis reduxiſſe, in omnium hiſtoriarum libris memorantur, & infra etiam ſuis locis commodius deducetur. Exodium ergo imponat Joan. Gryphiandri, [γ] Conſiliarii Oldenburgici, viri præclariſſimi, exclamatio votiva e cordato pectore profecta, quæ ſic habet; *Utinam hodie pax publica melius ſe haberet, non ſic vicinas Imperii Romani provincias latrociniis magis, quam bellis, oppreſſas & deſolatas cum dolore aſpiceremus.* B

dovicus X. Rex Galliæ, Engnerranum Comitem Longevillæ ignominioſa ſuſpendii pœna necavit; ut teſtantur iidem auctores. Sic denique (nam infinitum foret ſingula commemorare) Narimundus Dux Lithuaniæ a Cruciferis Boruſſiæ Militib. captus anno 1390. pedibus ex ulmo ſuſpenſus ſagittariorumque ſpiculis trajectus periit. Reuſner. in Genealog. in Stemmat. Ducum Lituan. & Reg Polon. ex ſtirpe Jagellonic fol. 66. *Hæc autem exempla ideo viſum eſt prolixius recenſere, ut nobis documenta quam manifeſtiſſima præbeant certiſſimæ divinæ in perfidos & rebelles Principes vindictæ, quam per Vicarios ſuos, Imperatores ac Reges, Deus ſemper exercuit, juxta illud Poetæ:*

Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere Divos; ſcilicet Imperatores ac Reges, rerum populorumque Dominos; quibusve qui reſiſtit; Dei ordinationi reſiſtit; qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt; *ut divine monet Paulus Apoſtolus in* ea ad Roman. cap. 13. in princ. & ad Tit. cap. 3. in pr. *& eleganter explanat Cunerus in* lib. de Offic. Princip. cap. 5. C

(α) *Cardinal. Baronius* Annal Eccleſiaſt. tom. 11. anno 1034. num. 33. *Melanchthon* lib 4 Chronic.

(β) *Dominicanus Monachus Colmarienſ. in* Annal. part 2. fol. 44. *de Rudolpho I. Imperatore Habspurgio. Videantur Sylvius, Hagecius, Dubravius, Boregk in* Chronic. Bohem D

(γ) Gryphiandri] *in Comment.* de Wichbild. Saxonic. ſeu ſtatuis Rolandin. cap. 77. num. 18.

CAPUT X.

De Sileſiæ & Luſatiæ Subactione & in jus ditionemque Imperii Germanici aſſertione. In omni conceſſione per Imperatorem facta, ſuperioritas Imperii ſemper excepta intelligitur.

Sileſiam, quæ tunc *Polonia* (α) dicebatur, fuiſſe a Carolo Magno ſubjugatam anno Chriſti nati DCCLXXVI. aut circiter, auctor eſt Curæus, (β) Archiater Glogovienſis: & quidem opera ac miniſterio Ducis Rolandi, indicat Hoſmannus, (γ) Hiſtoriographus Cæſareus, cujus tamen fidei hoc relinquimus. (δ)

2. Anno Chriſti nati DCCCXXX. Sileſios ac Polonos a Ludovico Pio, Caroli Magni filio, bello domitos, idem Curæus (ε) aſſerit.

3. Anno DCCCLXIX. ſub Ludovico II. Rege, Pii filio, *Sorabi*, inquit Strabus, [ζ] *& Sliuſi, junctis ſibi: ehemis & cæteris circumcirca vicinis, antiquos terminos Thuringiorum tranſgredientes, plurima loca devaſtant*, &c. E

4. Anno DCCCLXXIV. habet idem auctor; [η] *Sorabi & Sliuſi, eorumque vicini, Thaculfo defuncto defecerunt. Quorum audaciam Luitberdus Archiepiſcopus & Ratol-*
201 *phus Thaculfi ſucceſſor ultra Salam fluvium profecti, prædis & incendiis ſine bello compreſſerunt, & eos ſub priſtinum ſervitium redegerunt.*

5. Anno

(α) Polonia] *Dubravius* lib. 8. Hiſtor. Bohem. fol. 61. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 94. & 141.

(β) Curæus] *in Annal. Sileſ. fol. 28.*

(γ) Hoſmannus] *in Pompa Regii ingreſſus in ſuper. Luſat. in præfat. ad Ordines Luſat. verſ.* Doctor Peucerus.

(δ) Cujus fidei] *quia Rolandum in haſce oras conceſſiſſe non poteſt demonſtrari, ut multis evincit Gryphiander in eruditiſſimo ſuo* Commentar. de Wichbild. Saxon. ſeu ſtatuis Rolandin. cap. 9. & cap. 15. *Et ſupra docuimus, Bohemos ac Polonos Caroli filii primogeniti, non Rolandi Ducis, opera devictos & ſub jugum Imperii actos fuiſſe. Videatur Martin. Cromerus* lib. 1. Rer. Polonic. in Leſco II. Duce, fol. 23. col. 1. F

(ε) Curæus] *ibidem, & Adamus Bremenſ.* lib. 1. Hiſtor. eccleſ. cap. 38.

(ζ) Strabus] *in Annal. Fuldenſ. anno 869.*

(η) Idem Auctor] *in anno 874. Cui conſentit Rhegino Prumienſ. in* Chronic. *Vignerius in* Summar. hiſtor. Francor. lib. 2. anno 874.

A 5. Anno DCCCLXXVII. *Sclavi, qui vocantur Linones & Sliuſi, eorumque vicini, defectionem molientes, ſolitum dare cenſum renuunt. Quos Hludowicus Rex, miſſis quibuſdam fidelibus ſuis, ſine bello compreſſit, acceptisque obſidibus nonnullis, & muneribus non paucis, eos ſub priſtinum redegit ſervitium.* [α]

6. Anno DCCCCXXII. Sileſiam Arnulpho Bavariæ Duci oblatam ab Heinrico I. Rege fuiſſe, ſunt qui affirment. (β)

7. Anno MCIX. dicitur Henricus V. Imperator Sileſiam Boleſlao Poloniæ Duci ob feloniam abdicaſſe, & in jus ditionemque Imperii Germanici aſſeruiſſe: ſed poſtea in Comitiis Bambergenſibus eidem Boleſlao ſub annuo tributo reſtituiſſe. [γ]

8. Anno MCLX. Vladiſlaus Dux Poloniæ a fratre Boleſlao Rege pulſus, confugit
B ad Fridericum I. Imperatorem, accuſavitque fratrem ſuper ſpolio. Imperator Boleſlaum contumacem bello petiit, pronunciataque ſententia coëgit Vladiſlao Sileſiam reſignare, quam per vim occupaverat, ita tamen ut Rex ab Imperatore in feudum acciperet; a Rege vero Vladiſlaus Dux in ſubfeudum, quod retrofeudum Gallicani conſulti appellant. [δ]

9. Anno MCCLXXV. Henricus Dux Sileſiæ Rudolpho I. Habſpurgio Cæſari fidem ac obedientiam præſtitit, Ducatu Sileſiæ in feudum recepto, ut ex Cæſareo Diplomate (ε) conſtat. [*]

10. De Sigiſmundo, Alberto II. & Ferdinando I. Imperatoribus Sileſiam ſibi reluctantem perdomantibus, in promptu ſunt varia variorum ſcriptorum monumenta.
C Quæ nihil attinet hoc loco refricare, ne videar velle Sileſiis, Germanico Imperio & Romanis Cæſaribus ſemper fidis & conjunctiſſimis, invidiam conflare, quod a propoſito meo eſt alieniſſimum. [**] Quare ad Luſatiam tranſeamus.

11. Anno Chriſti nati DCCCLXXX. circiter Luſatiam a Carolo Magno, opera Ro- 202
landi ſuperius memorati, fuiſſe ſubjugatam, ex Joannis Surii, Præpoſiti Fuldenſis & Monachi Iſenacenſis, *Chronico*, refert Abrahamus Hoſmannus (ζ) Laubanenſis Luſatus.

12. Anno DCCCCL. ſcribit Witikindus (η) de Ottone Magno Imperatore; *Miſcam Regem, cujus poteſtatis erant Sclavi, qui dicuntur Licicaviki, duabus vicibus ſuperavit, fratremque ipſius interfecit, prædam magnam ab eo extorſit. Eo quoque tempore Gero*
D *Præſes Sclavos, qui dicuntur Luſiki* (id eſt Luſatii) *potentiſſime vicit, & ad ultimam ſervitutem coëgit.*

13. Anno DCCCCLXXIII. Waldemarus (θ) Marchio Brandenburgiæ fertur Luſatiam ſuperio-

(α) *Verba ſunt ejuſdem Strabi in* d. Annal. Fuldenſ. anno 877.

(β) *Aventinus* lib. 4. Annal. Bojor. fol. 378. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 119.

(γ) *Lehmannus* lib. 5. Chronic. Spirenſ. cap. 42. fol. 479. col. 2. *Cureus in* Annal. Sileſ. fol. 45. *Negat tamen Michovius in* Chron. Regum. Po-
E lon. lib. 3. cap. 10.

(δ) *Sylvius, Dubravius, Hagecius*, **Boregk**, *in* Chronic. Bohem. *Joan Herburtus* lib. 5. Hiſtor. Polon. cap. 6. *Cromerus* lib. 6. Rer. Polon. fol. 102. col. 2. *Spangenberg. im AdelsSpiegel* part. I. lib. 10. cap. 13. *Neugebaur in* Iconib. & vit. Principp. ac Reg. Polon. in Boleſlao IV. Criſpo, fol. 52.

(ε) Diplomate] *quod repræſentamus in* Beylagis Germanic. ſub anno 1290.

(ζ) Hoſmannus] *in d. Pompa Regii ingreſſ.*
F *in ſuperior. Luſat. in præfat. ad Ordines Luſat.*

(η) Witikindus] *lib. 3. Geſtor. Saxonic* Miſca *iſte videtur eſſe* Meſico *Dux Poloniæ citerioris. Et* Licicaviki *an ſunt Lipſiani, id eſt, Libanotris ſeu Miſni Orientales? Gero iſte e Principibus Aſcaniæ, fertur fuiſſe primus Marchio Brandenburgiæ.*

(θ) Waldemarus] *idem Hoſmannus in d. præfat. ad Ordin. Luſat. ſuperior.*

(*) Hæret Stranskius *de Republ. Bojem. cap. 7. §. 3.* quo Jure ſubnixi Rudolphus I. & Carolus IV.
G in Sileſia juriſdictionem exercuerint, cum illa provincia antea fuerit *Polonis*, dein *Bojemis* obnoxia. Sed ſi inſpiciamus diploma illud, quod in partes *b. §.* vocat Goldaſtus, deprehendemus id ex capite feudi factum fuiſſe, quod non demum Rudolphi ætate exortum eſt, ſed jam diu ante eum in viridi fuit obſervantia, ſiquidem de nexu illo feudali loquitur non ut ea ætate primum invento, ſed dudum uſu recepto. Conf. quæ ad *lib. I. c. 14. §. 10.* notavimus.

(**) Hac periodo duo prorſus adverſantia & „ repugnantia junxit Goldaſtus, & ſe ipſum men- „ tientem mendacio refutavit. Quid ais Goldaſte, „ *ſi reluctantes, ſi perdomari debuerunt*, quomodo „ ſemper *fidi*? ſi conjunctiſſimi, quo jure armis „ petiti? An *Sigiſmundus, Albertus & Ferdinandus*, „ *Cæſares* non erant? ſi Goldaſtus alia pagina *fidos*, „ dixiſſet, aut voce *ſemper* abſtinere voluiſſet, alia „ pagina *reluctantes & ad obſequium armis adductos* ſcripſiſſet, ferendum eſſet; nunc pauculis li- „ neis eodem ore mendaci & calidum & frigidum „ Goldaſtus exſpirat, ut nullus Goldaſto magis „ quam Goldaſtus ipſe contrarius fuiſſe videatur. „ Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22.* Excuſari forte hæc poſſent, ſi dicamus, eam eſſe mentem Goldaſti, a tempore Ferdinandi I. ad ſuam ætatem Bohemos fuiſſe ſemper fidos, ac proin ſe nolle ea recoquere, quæ ante multa ſecula hac in parte acciderint. Ita ego conjicio, ſi quis meliora, me inter primos habebit, qui in ejus ſententiam diſcedunt.

ſuperiorem in poteſtatem ſuam & fidem Chriſtianam redegiſſe. Qui poſtea ab Imperatore fuit ſingularis & proprius Marchionatus inſtitutus ſub fide & clientela Imperii, A in qua inde uſque ad præſentem ætatem conſtanter & fideliter perſeveravit, licet varia fortuna agitatus per tot Dominorum ſeu poſſeſſorum mutationes. Utraque autem Luſatia, (α) tam ſuperior quam inferior Ottoni I. Imperatori debet Marchionatus honorem ac dignitatem.

14. Anno MXXXVI. ſcribit Joannes Funceius, (β) Theologus & Conſiliarius Ducalis Boruſſicus; *Luſatii ab Imperatore* (Conrado II.) *ſub tributo facti*.

15. Anno MCCCLVI. in Comitiis Norimbergenſibus utraque Luſatia Regno Bohemiæ incorporatur, ſalvo tamen jure Imperii; (γ) quæ ſalutaris clauſula ſemper ſolet ſubintelligi, nec obſcure indicatur in Conſtitutione Caroli IV. (δ) Imper. & Confirmatione Electorum Imperii, quæ Statibus Regni Bohemiæ ſuper hac incorporatione ſunt B conceſſæ.

(α) Utraque Luſatia] *Georg. Schönborn JC.* lib. 5. Politic. cap. 39. *Meibomius in* Chronic. Walbecenſ. fol. 4.

(β) Funccius] *in Chronolog. anno 1036. Albertus Stadenſ. in* Chronic. anno eod.

(γ) Salvo jure Imperii] *in omni conceſſione per Imperatorem facta ſuperioritas ſemper excepta intelligitur*; *Pet. Heigius* Illuſtr. quæſtion. lib. 1. q. 9. n. 8. *Andr. Knichen* de jur. territor. cap. 1. num. 316. & cap. 3. num. 305. & in tract. de Pact. inveſt. lib. 2. cap. 3. num. 237. *Paurmeiſter* lib. 2. de juriſdict. Imp. cap. 4. num. 66. *Martin. Magerus* de Advocat. armat. cap. 9. num. 816. & ſeq. & cap. 16. num. 81. & ſeqq. *Gryphiander. in* Commentar. de Wichbild. Saxon. cap. 26. num. 1. *quia Imperator, dum alteri, ſi Papa ſit, aut Rex, aut Princeps, jus in Provinciam quampiam ejuſque incolas impertitur, id non feciſſe putandus eſt, ut poteſtatem ſuam in eam provinciam ac populum ab ſe abdicaret, & in accipientem privative, ut* 203 *Practici noſtri loquuntur, transferret, ſed communicative tantum cum eo participaret, reſervata ſibi & Imperio ſuperioritate; ut aſſerit Meichsnerus in* Deciſion. Camer. tom. 2. lib. 1. dec. 6. num. 8. verſ. ſed circa has. *& Chriſtoph. Mingius in* tract. de ſuperiorit. territorial. cap. 4. concluſ. 54. verſ. quia communicatio: *hoc eſt, quomodo ego interpretor, Imperator in tali beneficio ſolet concedere dominium utile, & ſibi retinere directum: ſolet largiri ſuperioritatem territorialem, & ſibi reſervare ſupremitatem, ein uberſchwebende Hochheit, quod* reſervatum *vocant* Imperatoris, C *tanquam primi ac ſummi Principis, id eſt, ut cum antiquis loquar, Regis Regum, & Principis Principum. Quam meam ſententiam confirmat Baldus* Conſil. 333. volum. 1. *Alexander Raudenſis* Reſponſ. 1. num. 263. & num. 435. lib. 2. *Caccialupus in* l. Imperium, num. 35. D. de juriſdict. omn. judic. & in l. cunctos populos num. 12. C. de ſacroſanct. Eccleſ. *Magerus in* d. tract. de Advocat. arm. cap. 9. num. 821. & ſeq. & num. 830. & ſeq. *Et de Regno Bohemia, incorporatisque ejus* D *provinciis, de quis nobis ſermo eſt, ingenue fatetur Joan. Bapt. Eyſen. in* Deduct. Bohemic. part. 2. in refutat. objection. particular. ſect. 3.

(δ) Caroli IV.] *Conſtitution. Imperial. tom. 1. anno 1355. fol. 345. & anno 1346. fol. 348.*

CAPUT XI.

Tributum victis Bohemis impoſitum, Germanico Imperio annuatim penſitandum, a quo & quando illud remiſſum. Subſidium expeditionale Bohemicum ordinarium & extraordinarium. In extraordinarii locum Contributio hodierna ſucceſſit.

MOs hic fuit antiquus, & a primis noſtris Regibus introductus, ut Regibus & E Imperatoribus, qui Germaniæ Imperabant, quotannis munera (α) quædam certa & ordinaria ab immediatis Imperii Ordinibus, maximis, medioximis, & infimis, qua ſacris (β) qua profanis, in publicis & generalibus Comitiis, præſentarentur: quorum quædam tributa a devictis gentibus; alia precaria a liberis,

(α) Quotannis munera] *cujus moris etiam Tacitus meminit in German. & explicat ibi Beutherus in* Comment. part. 1. cap 31. *ſed illa fuere ultronea & voluntaria, ut innuunt Taciti verba,* ultro ac viritim, *& declarant ibi interpretes, Althamerus, VVilichius, Rhenanus, Colerus, &c. iſta vero pactitia & debita. Quantum autem priſci illi contribuere ſoliti ſint, non exprimitur. Lipſius putat decimas fuiſſe præſtitas, in* Comment. in Taciti German. *reprehenſus ab Acidalio in* Not. num. 14. *Videatur Lehmannus* lib. 5. Chronic. Spirenſ. cap. 95. fol. 611. col. 1. & cap. 111. *Goldaſtus in* Not. ad tom. 1. part. 1. Alamanicar. rer. ſcriptor.

(β) Qua ſacris] *id eſt, Eccleſiaſticis, ut ſunt Epiſcopi, Abbates, Prælati. Ratpertus Turegienſis de Caſib. Monaſter. S. Galli*: In eadem charta conſcribi juſſit (*Ludovicus Pius Imper.*) Regia dona ſibimet ipſi ſecundum conſuetudinem aliorum F Monaſteriorum ſecuritate præditorum quotannis ventura; id eſt, duos caballos & duo ſcuta cum lanceis. *Et Entropius Presbyter Longobardus, ſive is ſit Eudopertus Ravennas in* tract. de Jurib. Imperatorum

A a liberis, veluti civibus, pro cujuſque regionis genio & ingenio, offerebantur. Cujus
rei veſtigia quædam remanent in annuis Civitatum Imperialium collectis, vulgo *Statt-*
ſteur dictis, quæ Imperatori noſtro hodieque ſolent penſitari, & quarum occaſione ipſæ-
met civitates annuas illas præſtationes, quas a ſuis civibus pro fortunarum modo ac
conditione ſingulatim exigunt, & *ſteuras* vocant, introduxerunt. Munerum annuo-
rum a Statibus Imperii, cauſſa moris & honoris præbitorum, exempla quædam ſugge-
runtur in Adhelmi, Aimoini, & Rudulphi Fuldenſis Annalibus. Tributa Saxones (α)
præſtabant Francicis noſtris Regibus, antequam a Carolo Magno in jus civitatemque
unius ejuſdem cum Francis Reipublicæ adſcriberentur, nempe quingentorum boum, &
trecentorum equorum. Hunos atque Avaros in Pannonia Carolus Magnus primus fe- 204
B cit tributarios: Ugris (β) dein, quos Hungaros vocamus. Arnulphus Imperator Da-
ciam conceſſit ſub certo quodam tributo ſingulis annis ad generalem Imperii Germanici
conventum dando. Poloni (γ) ab eodem Carolo Magno ſubjugati eandem cum Bohe-
mis conditionem accepere, nempe ut ſingulis annis boves centum & viginti, & argenti
pondo quinquaginta pro tributo penderent. De cæteris Slavis tributariis, puta Abotri-
tis, Wiltzis, qui nunc ſunt Megalopolenſes & Pomerani, aliiſve, longum foret com-
memorare, nec ad noſtrum inſtitutum attinet.

2. Bohemiam Imperio noſtro fuiſſe jam inde a primis temporibus nexu quodam 205
ſubjectionis & recognitionis obligatam, & tandem ſub certo quodam tributi genere in fi-
dem a Regibus & Ordinibus Germaniæ receptam, anteactis capitibus ordine exſecuti
C ſumus, & præterea rerum politicarum auctores affirmant. (δ)

3. Anno DCCCV. ſcribit Hugwaldus Mutius; (ε) *Carolus imperat obſides, condi-*
tiones fœderis præſcribit; quid ſingulis annis Carolo Magno tribuere debeant, ſtatuit.
Coſmas, (ζ) Pragenſis Epiſcopus, de Legatis Bohemorum ad Heinricum III. Imp. pro
bello deprecando miſſis; *Semper ſalvo tenore veſtræ legis fuimus & hodie ſumus ſub Im-*
perio Caroli Regis, & ejus ſucceſſoribus noſtra gens numquam extitit rebellis, & tibi in
omnibus bellis manſit & ſemper manebit fidelis, ſi juſtitiam tantum nobis facere velis. Ta-
lem enim nobis legem inſtituit Pipinus Magni Caroli Regis filius, ut annuatim Imperato-
rum ſucceſſoribus CXX. *boves electos, & D. marcas ſolvamus, marcam noſtræ monetæ* CC.
nummos dicimus. Hoc teſtatur noſtratum ætas in ætate, hoc omni anno ſine refragatio-
D *ne tibi ſolvimus, & tuis ſucceſſoribus ſolvere volumus. At ſi aliquo præter ſolitum legis*
jugo nos aggravare volueris, mori potius prompti ſumus, quam inſuetum ferre onus. Tho-
mas Jordanus, (η) Medicus Moravus, paulo aliter tributi hujus quantitatem compu-
tat,

ratorum Francorum, in Romano Imper. *ſcribit*; Non ſolum autem in Italico Regno, verum etiam in Francia proficiſcebantur Monachi (*ſcilicet ad Palatium Imperatoris*) ferentes vectigalia, vina, & alia donaria, juxta virium poſſe.

(α) Tributa Saxones] *Krantzius* lib. 1. Saxon. cap. 31. *Sigebertus Gemblacenſis in* Chronograph.
E anno 642. *Rudolphus Fuldenſ. in* Annal. Franc. anno 758. *Rein. Reineccius in* Comment. de Orig. Saxon. fol. 20. & in Annotat. ad Paderbornenſis Monach. Annales de Vit. & geſt. Caroli M.

(β) Ugris] *de quibus ſupra* cap. 7. *obiter diximus, examuſſim diſſertaturi in ſingulari de* Juribus & privilegiis Regni Hungariæ, incorporatorumque ejus Regnorum & principatuum *&c. commentario.*

(γ) Poloni] *Bonfinius* decad. 2. Rer. Ungaric.
F lib. 2. fol. 193. *Helmoldus Presbyter Buzovienſ. lib. 1. Chronic. Slavor. cap. 1.* Servit & ipſa Polonia, ſicut Boëmia, ſub tributo Imperatoriæ Majeſtati. *Aventinus Annal. Bojor. lib. 5. fol. 419. de Henrico III. Imp. Merſeburgi Comitia celebrante*; Ibi apparent cum tributo donisque Cæſare dignis, Uratislaus Boëmiæ, Pomerorum Zemitzlo. Cathomarus Polonorum Regulus. *Henr. Bebelius in Eleg. hecaſtoſticha & queruloſa Germaniæ ad Principes Imperii &c. ita canit*;

G *Tuncque tributa libens mihi Sarmata paſtus equino*
Sanguine debebat; tuque Boëme fidem.

Joach. Vadianus lib. 1. de Colleg & Monaſter. German. veter. fol. 91. *Nec audimus Cromerum tot idoneis teſtibus, & publicis inſtrumentis convictum, negare tamen audentem, Polonos Reges cuiquam omnino Imperatori Romano unquam tributarios fuiſſe*, lib. 3. Rer. Polonic. in Miecislao II. Rege, fol. 46. col. 1. in fin. *Vide ſupra* cap. 5. n. 14. hujus lib. 2.

(δ) *Lubecenſis Canonicus innominatus in* Chronic. Slavic. cap. 2. *Vadianus* d. lib. 1. fol. 91. in Alamanicar. rer. ſcriptor. tom. 3. *Thomas Bozius in* lib. de Imperio virtutis adverſ. Machiavell. fol. 163. & in lib. de Bellic. robor. *Nœrdermannus JC. in* Diſſertat. de Jure Principatus concluſ. 88. lit. b. in fin. *Gewoldus Conſiliarius Bavaricus, in* Comment. de S. Rom. Imperii Septemvirat. cap. 9.

(ε) Mutius] *lib. 9. Chronic. German. fol. 70. Addendus Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1040. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 48. *Joach. Curaus in* Annal. Sileſ. fol. 28. *Joach. Cluten JC. in* Syllog. rer. quotidian. cap. 24. lit. c. *Georg. Gumpelzhaimerus JC. in* Diſputat. de Regalib. theſ. 113. *Dixi ſupra* cap. 2. §. 11. in verb. ſub tributum.

(ζ) Coſmas] *lib. 2. Chronic. Bohem. anno 1040.*

(η) Jordanus] *in Annotation. ad Dubravii lib. 5. Hiſt. Bohem. lit. a.*

(α) *Vide*

tat, inquiens: *Ajunt quotannis boves centum & viginti, item argenti poſtulati quinquaginta pondo, eo quod Romano Imperio Ducatus Bojemiæ ſubjectus eſſet, pendere coactos Boemios. argenti puri 150. marcas cenſent.* Sed fallitur, non intellectis Bonfinii verbis, quæ ſupra indicavimus, & ipſe videtur ſecutus, perperem Bohemis tribuens, quæ Bonfinius de Polonis memorat. A

4. Ludovicus II. Germanorum Rex, Pii Imperatoris filius, Bohemos a tributo conſueto reſilientes armis ad officium reduxit, ut teſtatur Adamus Bremenſis *lib. 1. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 34.* (α)

5. Karolomannus Rex Germanorum & Romanorum, ſuperioris Ludovici filius, devictum Raſticen ſive Ratiſlaum Moraviæ & Bohemiæ Regem eo adegit, ut tributa impoſita quotannis ſe penſitaturum polliceretur. (β) B

206 6. Karolus III. Imperator Auguſtus, Rex Germanorum, Gallorum, & Italorum Borziwogio Bohemorum Duci ad Chriſtianitatem converſo, ejuſque ſubditis Bohemis, tributum illud annuum ex pacto convento impoſuiſſe putatur; (γ) quum tantum proavi ſui, Caroli Magni, pacta cum Bohemis inita repeterit, & confirmarit.

7. Arnulphus Imperator dicitur Bohemis a Zuantocopii Moravi tyrannide liberatis plenam libertatem reddidiſſe, ſuoſque Duces habere permiſiſſe, ſed ſub conditione, ut ſolvant Imperatori tributum in recognitionem ſuperioritatis. (δ)

8. Heinricus I. Rex, cognomento Auceps, poſt ſubjugatos Hungaros Bohemiam refractariam aggreſſus, eam ad priſtinum officium & tributum redegit. (ε)

9. Otto I. Magnus, Imperator, ſuperioris Henrici filius, Bohemos tributum denuo negitantes in ordinem redegit, ſtipendiumque ut ſolverent conſuetum, armis adegit, anno Chriſti DCCCCXXXIX. (ζ) C

10. S. Heinricus II. Rex, & I. Imperator, cognomento Claudus, Bohemos diuturnis bellis fatigatos tandem coegit tributum eis olim impoſitum repræſentare, quamquam Dux eorum jam eſſet S. Romani Imperii Elector & Archipincerna factus. (η)

11. Conradus II. Rex & I. Imperator cognomento Salicus, Bohemis indulgentiam tributi annui urgentibus, reſtitit, & pendere illud detrectantes per vim compulit. (θ) 207

12. Henricus III. Rex, & II. Imperator, cognomento Niger, non ſine vi armata a noſtris ſcriptoribus (ι) perhibetur Bohemiæ Ducem ſub tributo retinuiſſe. Sic enim ſcribit Thomas Jordanus (κ) Moravus, & Archiater Olomucenſis; *cogit priſtinum ſo-* D

S 2 *lutis*

(α) *Vide ſupra* d. cap. 2. §. 25. lib. 1.

(β) *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 4. fol. 316.

(γ) Impoſuiſſe putatur] *in qua opinione verſatur Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1040.

(δ) *Gerard. Mercator in* Atlant *Jodoc. Hondius in* Atlant. minor. in tab. Moraviæ.

(ε) *VVitikindus Corbeienſ.* lib. 1. de Reb. Geſt. Saxon. *Sigebertus Gemblacenſ. in* Chronograph. anno 930. *Helmoldus Buzovienſ.* lib. 1. Chron. Slav. cap. 8. *Krantzius* lib. 6. Wandal. cap. 6. & lib. 5. Saxon. *Hugvvald. Mutius* lib. 12. Chron. German. fol. 96. *Beat. Rhenanus* lib. 2. Rer. German. fol. 168. *Anſelm. Ryd in* Catalog. annor. & Principp. fol. 45. *Sebaſt. Francus* part. 2. Chron. fol. 446. *Peucerus* lib. 4. Chronic. Philipp. n. 20. fol. 733. *Georg. Fabricius* lib. 1. Rer. memorabil. Saxon. anno 929. *Nicol. Ciſnerus JC. in* Orat. de Othon. III. Imp. & inſtitut. Elector. *Gerlac. Buxtorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 8. lit. c. *Joach. Cluten in* Syllog. Rer. quotid. cap. 24. lit. e. in pr. *Marq. Freherus in* Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2. cap. 2. *Dominic. Arumaeus in* Diſcurſ. ad Aur. Bull. diſc. 4. concluſ. 18. *Aug. Viſcherus in* diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. qu. 1. in pr. *Anton. Hanſmannus in* Reſolution. de re monetar. reg. 7. in not. lit. l.

(ζ) *Sebaſt. Francus* part. 2. Chronicor. fol. 446. *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirpe Aſcania, in ſtemmat. 2. Comitum Aſcan. & Ballenſted. fol. 427. *Scribit tamen Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 48. *Ottonem I. Imp. in Comitiis VVormatiæ habitis remiſiſſe S. VVenceslao tributum a Carolo M. Bohemis impoſitum, ſed opinor ſine auctore; nec Hagecius ullam ejus remiſſionis facit mentionem* part. 1. Chron. anno 923 *ubi acta illorum Comitiorum exſequitur.*

(η) *Nonnoſius Presbyter in* Vita S. Henrici Imp. cap. 5. *Adamus Bremenſ.* lib. 1. Hiſt. eccleſ. cap. 48. *Anſelmus Ryd in* Catalog. annor. & Principp. fol. 48. *Guilielm. Rouillius in* Promptuar. icon. part. 2 fol. 148. *Nic. Ciſnerus in* Orat. de Othon. III. Imp. & Inſtitut. Elector. E

(θ) *Adamus Bremenſ.* lib. 2. Hiſt. eccleſiaſt. cap. 39. *Sebaſt. Francus* part. 2. Chronic. anno 1024. fol. 463. *Nicol. Ciſnerus* in d. Orat.

(ι) Noſtris ſcriptoribus] *in quorum numero eſt Aventinus* Annal. Bojor. lib. 5. fol. 419. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. In Bohemia de Biſetislao Duce, *Hugvv. Mutius* lib. 14. Chron. German. anno 1040. fol. 113. *Raphael Volaterranus* lib. 23. Geograph. in Henrico III. Imp. *Joh. Bapt. Egnatius* lib. 3. Roman. Princip. in eodem. *Sebaſt. Francus* part. 2. Chronic. anno 1040. fol. 464. *Anſelm. Ryd in* Catalog. annor. & Principp. fol. 48. *Elias Vinetus in* Append. Victoris in Henrico III. Imp. *Mart. Cruſius in* Annal. Suevic. part. 2. lib. 6. cap. 9. anno 1041. *Guilielm. Rouillius in* Promptuar. icon. part. 2. fol. 153. *Nicol. Ciſnerus in* d. Orat. de Othon. III. Imp. F

(κ) Thom. Jordanus] *in Annotation. ad Dubravii Hiſt. Bohem. lib. 7. lit. m.* G

A *lutis tributis jugum Bojemos ſubire.* Et Bapt. Egnatius: (α) *Principum conſenſu Uldaricum Boëmiæ Regem bello fatigatum, tributum annuum ſibi pendere coëgit.* At Bohemi contradicunt, nec ſuper tributo bellum motum, quod ultro fuerit oblatum; ſed ſuper juriſdictione Cæſaris & Imperii Germanici in Ducem ac ejus ſubditos in ſalutem Reipublicæ delinquentes. Æneas Sylvius (β) de Bretislao ſive Biſetislao Bohemorum Duce in jus per Cæſarem vocato; *Nihil ſe Imperatori, niſi tributum, debere reſpondit a majoribus inſtitutum. Pendebat autem Dux Bohemiæ Romano Imperio quotannis centum & viginti boves, & argenti puri centum quinquaginta marcas: id ſe neque neglexiſſe hactenus, neque neglecturum.* Et Boregkius [γ] de eodem Bretislao: *Er ließ ſich ſtoltze wort gegen dem Keyſer vernemmen, vermeldete, wie er auſſerhalb des jæhrlichen*
B *tributs der 120. ochſen, und 150. marck reines ſilbers, dem Keyſer nichts zu thun were* &c. Apud Hagecium (δ) hæc ſunt verba Legatorum Ducis Brzetislai ejuſdem ad Imperatorem: *Seynd wir nicht E. Keyſ. Majeſt. unterthanen? Iſt doch das Fürſtenthumb Bœhmen auch E. Keyſ. Majeſt. Cammergut.* Verum Imperator noluit in hac tributi oblatione acquieſcere, ſed indicta expeditione bellum in Bohemiam movit, ut contumeliam a Duce ſibi & S. Imperio illatam vindicaret, & ſimul auctoritatem Imperialis juriſdictionis in ipſum Ducem ejuſque ſubditos aſſereret. Quo Dux cognito, viribus ſuis diffidens ad gratiam Cæſaris confugere maluit, quam periculoſam belli aleam experiri. Rem hiſce verbis enarrat Coſmas Pragenſis, (ε) qui circa illa tempora Pragæ vixit; *Precislaus Dux*, inquit, *jam mavult precibus pugnare, & eum* (ſcil. Imperatorem)
C *precibus ſuperare, quem olim pugnando ſuperarat, atque his verbis tentat diram deflectere Cæſaris iram:*

Bella geris Cæſar nullos habitura triumphos.

Nam terra tua eſt camera, noſque tui ſumus, & eſſe tui cupimus. Nam qui in ſuos ſubjectos ſævit,

Hoſte crudeli crudelior noſcitur eſſe.

Si ſpectas ad robur tui exercitus, nos tibi nec momenta rerum ſumus. Cur oſtendis potentiam tuam quaſi contra folium, quod a vento rapitur. Nam ventus deficit, ubi nihil ſibi officit. Quod vis, ut ſis, jam victor es.

Jam tua jam cinge victrici tempora lauro. 208

D *Inſuper ei promittit mille & quingentas marcas denariorum, quod erat tributum trium annorum præteritorum. Cæſar accepta pecunia revertitur mitis pace interpoſita.* Conſonat Æn. Sylvius dicto loco; *Quare fractus animo Biſetislaus, errati veniam petiit: dictæ ſunt pacis leges, quas voluit Imperator, & trium annorum tributum penſum.* Et Dubravius, (ζ) Epiſcopus Moraviæ: *Mille igitur & quingentis argenti libris, atque ſolenni obſequio, quod Principes Cæſari exhibere ſolent, pax & amicitia redempta fuerunt. Und dieweil von kriegsleuten,* addit Hagecius, *alle kühe und ochſen genommen, ſolte der Keyſer dagegen die ochſen, ſo Ihme ſonſt neben dem geldzinß gebüreten, abgehen laſſen.*

13. Anno MCVIII. Henricus V. Imperator Suatopluko, Bohemiæ Duci, quum
E ejus filium Ratiſponæ ex ſacro fonte ſuſciperet, tria millia marcarum argenti, quæ ex tributo debito inſoluta reſtabant, in honorem & munus compaternitatis remiſit, & filiolo ſuo ſpirituali condonavit. (η)

14. Philippus Romanorum Imperator Electus, Friderici I. Imp. filius, fratri Heinrico VI. Imp. in Imperio ſuccedens, Primislao Ottocaro Regiam dignitatem [ϑ] in Comitiis Moguntinis anno MCC. contulit, & cum conſilio ac conſenſu Procerum Imperii annuum tributum eidem remiſit, utque libere ſine ulla tributi (ι) aut pecuniæ debitæ exactione

(α) Egnatius] *in Epitom. Cæſar. Roman. in Henrico III. Imp. d. lib. 3.*

(β) Æn. Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 19. &*
F *ex eo Krantzius* lib. 2. Wandal. cap. 45. *Cromerus* lib. 4. Rer. Polon. fol. 52. col. 2.

(γ) Boregk] *in Chronic. Bohem. part. 1. fol. 80.*

(δ) Hagecium] *in Chronic. Bohem. part. 1. anno 1042.*

(ε) Coſmas] *in Hiſtor. Bohem. lib. 2. anno 1042.*

(ζ) Dubravius] *lib. 7. Hiſt. Bohem. fol. 53.*

(η) *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1108. fol. 204.

(ϑ) Regiam dignitatem] *Matthæus Dreſſerus in* Millenar. 6. part. 2. ubi de Bohemia in XXXV. Duce.

(ι) Sine ulla tributi] *in Confirmat. Friderici II. Imp.*

exactione inpoſterum regnaret, liberaliter conceſſit. Quam patrui ſui ordinationem A
poſtea Fridericus II. Imp. confirmavit Baſileæ anno MCCXII. in cujus reſcripto (α) hæc for-
malia verba leguntur; *Regnumque Bohemiæ liberaliter & abſque omni pecuniæ exactio-
ne, & conſueta Curiæ noſtræ juſtitia, ſibi ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum concedimus.*
Nec enim Fridericus II. hoc privilegium Primislao Regi primus indulſit, (β) ſed a pa- 209
truo Philippo, jam antea conceſſum ſolummodo ratificavit, ut diximus.

15. Erat præter ordinarium iſtud tributum, etiam aliud extraordinarium Duci
Bohemiæ impoſitum, nempe expeditionale; quod quidem in expeditione Romana erat
ordinarium trecentorum nempe equitum cataphractorum, in aliis vero adverſus Impe-
rii hoſtes indictis incertum, ſed prout neceſſitas aut res exigebat, nunc majores, nunc
minores copiæ extra ordinem imperabantur. Hoc expeditionale ſubſidium, Germanis B
Heerfarth dictum, Regibus Bohemiæ non fuit remiſſum, non magis quam cuiquam al-
teri Imperii Statui, qui haud minori libertate ac immunitate, quam Rex Bohemiæ,
gaudet, ut eſt Archidux Auſtriæ, Magnus Dux Burgundiæ, Elector Saxoniæ, &c. Sed
ad illud præſtandum adhuc tenetur. Namque annuum illud tributum ſpectabat ad men-
ſam Imperatoris, & Cameræ Cæſareæ inſerebatur: hoc autem extraordinarium ſubſi-
dium ad communem omnium ſalutem, hoſtium Imperii profligationem, & tutelam
conſervationemque Reipublicæ exigebatur. In cujus locum hodie Contributiones Im-
perii, quas *Reichsſteur* vocant, ſucceſſerunt, ut mox dicturi ſumus. (*)

Imp. de anno 1212. Cromerus lib. 7. Rer. Polon. fol. 122. col. 1. *quamquam Doctor Eyſen, Adſeſſor Curia appellationum Bohemica, in* Deduct. Bohem. part. 1. in probat. Electionis per Imper. Regum confirmationes. inveſtitur. &c. n. 4. *hoc privilegium non ad tributi illius annui remiſſionem, ſed tantum ad Lehengelds, id eſt, exactionem pecunia pro inveſtitura ſolvenda, reſtringat.*

(α) In cujus reſcripto] *quod producit Joh. Bapt. Eyſen in* d. Deduction. Bohemic. *in Beylagen* num. 16. *& Henelius in* Sileſiograph. *& jam olim Germanico converſum. Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1212. fol. 295. *Georg. Beatus in der Bœhmiſchen Chronick in* Primislao I. fol. 36. *& in Reichshandlungen* part. 2. fol. 30.

(β) Primus indulſit] *quod putant Dubravius* lib. 15. Hiſt. Bohem. fol. 104. & fol. 121. *Boregk in* C
Chron. Bohem. part. 1. fol. 200. *Pontanus a Braitenberg. in* Bohem. pia lib. 2. fol. 21. *Gerlac. Buxtorffius in* Diſſert. ad Aut. Bull. cap. 8. lit. c. *Joach. Cluten in* Syllog. Rer. quotid. cap. 24. lit. c. *Aug. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. num. 44 q. 1. in pt. *qui omnes ac ſinguli privilegium iſtud de remiſſione tributi illius annui interpretantur.*

(*) Quæ hic de tributis tradidit Goldaſtus, ea D
in dubium vocat Stranskius *de Republ. Boj. c. 3. §. 17.* Num bene vel male, diſpiciant alii.

CAPUT XII.

Tributum annuum victis Moravis ac Sileſiis impoſitum. Utraque Moravia ac Sileſia, Bohemo conceſſa, reſervato tributo Imperatoribus præſtando. (*) Denarius S. Petri Sileſiæ impoſitus.

CAROLUS Magnus Imperator, Slavorum & Hungarorum domitor, ut Bohe- 210
mis, ita etiam Moravis, annuum tributum impoſuiſſe fertur. Quod cum
poſtea Ratislaus, (α) qui & Raſticus, Moraviæ Rex, Ludovico II. Germa- E
niarum Regi, Caroli nepoti, præſtare tergiverſaretur, miſſus ab eo Carolo-
mannus filius, Ratislaum bello ſuperatum ad officium redegit, compulitque
interpoſito jurejurando promittere, ſe in fide debita permanſurum, & impoſitum cen-
ſum Regiæ Cameræ fideliter præſtiturum. Actum id anno Chriſti DCCCLXX.

(α) Ratislaus] *Aventinus* Annal. Bojot. lib. 4. fol. 316.

(*) "Cum tot adverſantia Goldaſtus aggeſſerit, "minus jam mirum eſt, *titulos capitum* rebus tra-"ctatis aliquando non congruere. v. gr. *Capit. XII.* "titulus: *Moravia & Sileſia Bohemo conceſſa reſer-"vato tributo Imperatoribus præſtando.* Atque "aliud tute in contextu & ſerie capitis probas & "*ſuperioris capitis XI.* fine ſcribebas: *Philippus "Imp. Anno 1200. tributum omne Bohemis remiſit, quam patrui ſui ordinationem confirmavit Fri-"dericus II. Imp.* Anno 1212, Baſileæ, Qua ratio-"ne igitur nunc *tributum* exigis, quod *remiſſum* "eſſe dixiſti. Balbinus *lib. III. Miſc. c. 22.* Minime gentium contraria ſibi ſunt titulus ſeu inſcriptio capitis, & pertractatio ipſa, nonne enim ſecun- F
dum inſcriptionem in toto hoc capite probat Sileſiam & Moraviam tributum ſolvere debuiſſe Imperio. Nec hæc repugnant *§. 14.* ſuperioris capitis, ibi enim auctor non de Moravis & Sileſiis ſed

A 2. Anno DCCCLXXI. Zuentibaldus, qui & Suateeopius, Dux Moraviæ, a Carolomanno Rege in fidem receptus eſt ſub tributi ſoliti præſtatione. *(α)*

3. Anno DCCCLXXIV. idem Zuentibaldus, miſſis ad Comitia Forcheimenſia Legatis ſuis, pacem a Ludovico Rege ejuſque filiis Carolomanno & Ludovico III. poſtulatum, promiſit fidelitatem & cenſum annuum anteceſſoribus ſuis impoſitum debito tempore in poſterum præſentare. (β)

4. Anno DCCCXCIII. quum idem Zuentibaldus a jugo tributi iterum reſiliiſſet, ab Arnulpho Imperatore bello petitus & victus, jugum illud recognoſcere, & tributum negatum compenſare coactus eſt. (γ)

5. Anno MLII. dicitur Heinricus III. Imperator Bretislao ſive Biſetislao Bohemiæ
B Duci Moraviam ſub annuo tributo quingentarum marcarum argenti, & totidem boum, conceſſiſſe. (δ)

6. Nec melior Sileſiorum conditio fuit, quam aut Bohemorum, aut Moravorum. Nam & Sileſia annuatim auri triginta, & argenti centum quinquaginta libras Imperatoribus noſtris pendebat, haud dubium, quin ex ejuſdem Caroli Magni victoris impoſitione. (ε)

7. Namque anno DCCCLXXIV. dicuntur Sileſii rebellantes, & ſolitum dare cenſum 211
renuentes, a Ludovico II. Germaniarum Rege, Caroli Magni nepote, compreſſi, & ſub priſtinum redacti ſervitium. (ζ)

8. Ab Arnulpho dein Imperatore iidem Sileſii libertatem nacti, ſuos Duces habe-
C re permiſſi ſunt, neminem, niſi ſolum Imperatorem, recognoſcentes, ita tamen, ut Imperatori parvum quoddam tributum in recognitionem ſuperioritatis ſolverent. (η)

9. Anno MXLII. Henricus III. Imperator Bretislao Bohemiæ Duci Sileſiam ſub annuo tributo conceſſit & confirmavit. Teſtatur id Æn. Sylvius (ϑ) ita ſcribens: *Sleſia ſub annuo tributo auri triginta, argenti centum & quinquaginta marcarum Bohemiæ Principi tradita.*

10. Anno MLII. ſcribit Dubravius Moraviæ Epiſcopus; (ι) *Polonis a Bretislao Bojemiæ Duce in Hungaria occupato, ad Caſimirum* (Poloniæ Regem ex Gallia reducem) *certatim deſciſcentibus, paucæ retentæ in Sleſia a præſidio Bojemorum arces, & ex urbibus ſola Uratiſlavia; quam ne rurſus aſſequeretur Caſimirus, ne ſtipendiarij qui-*
D *dem & vectigalis Principis conditionem ſuſtinere gravabatur. Vectigal Bretislao in ſingulos annos auri triginta, argenti centum libras appendebat.*

11. Anno MLIV. ſcribit Coſmas (κ) Bohemiæ Epiſcopus; *Urbs Wratislai, & aliæ Civitates a Duce Brecislao redditæ ſunt Polonis, ea conditione, ut quam ſibi tam ſuis ſucceſſoribus quingentas marcas argenti & triginta auri annuatim ſolverent.* Boregk (λ) ita reddidit; *Damit dieſelbe Caſimirus wieder überkæme, gab er Bretislao jæhrlichen einen tribut, dreiſſig pfund gold und hundert pfund ſilbers.*

12. Joachim. Curæus (μ) Sileſius, & Archiater Glogovienſis, de expeditione Henrici III. Imp. in Sileſiam ita ſcribit; *Tunc ex ſententia Imperatoris* [lata nimirum in cauſſa

de Bohemis ſolum loquitur, quibus tributum re-
E miſſum dicit, non viciſſim his populis, quos modo nominavimus.

(α) *VValafridus Strabus in* annal. Fuldenſ. anno 870. *Aventinus* Annal. Boior. lib. 4. fol. 331.

(β) *Idem Strabus in* d. Annal. 874. *Aventinus* lib. 4. fol. 339. *Vignerius in* Summar. hiſt. Francor. lib. 2. anno 874. *Calviſius in* Chronolog. anno eod.

(γ) *Luitprandus Ticinenſ.* lib. 1. Rer. in Europ. geſtar. cap. 5. *Krantzius* lib. 2. Saxon. cap. 32. & lib. 6. Wandal. cap. 6. *Æn. Sylvius in* Hiſt Bo-
F hem. cap. 13. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 35. *Jodoc. Hondius in* Atlant. minor. in tab. Moraviæ, *Raphael Regius Volaterran.* lib. 7. Geograph. de Boemia.

(δ) *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 83. in princ. *Thomas Jordanus in* Annotation. ad Dubravium lib. 7. lit. m.

(ε) *Curæus in* Annal. Sileſ. fol. 28. *Cromerus ex Eginhardo* lib. 1. Rer. Polonic. in Leſco II. Duce in fin. & in Leſco III. Duce, *concedit, Polonos & Sileſios fuiſſe a Carolo Magno tributarios factos. Etiam M. Anton. Sabellicus* Ennead. 8. lib. 9. *ſcribit, Polonorum & Bohemorum legatos cum ampliſſimis muneribus ad Carolum Imperatorem Aquaſgrani veniſſe, quæ munera tributi loco penſitata teſtatur idem Cromerus in* Leſco III. Duce, lib. 1. fol. 23. col. 2.

(ζ) *Strabus in* Annal. Fuldenſ. anno 874. & anno 878. *Adamus Bremenſ.* lib. 1. Hiſt. eccleſiaſt. cap. 48.

(η) *Jodoc. Hondius in* Atlant. minor. in tab. Moraviæ.

(ϑ) Sylvius] *in Hiſt. Bohem. cap. 19. Ant. Bonfinius* decad. 2. Rer. Ungarie. lib. 2. fol. 193. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1040. fol. 83. in princ.

(ι) Dubravius] *in Hiſtor.* Bohem. lib. 7. fol. 53. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 83.

(κ) Coſmas] *lib. 2. Chronic. Bohem. anno 1054.*

(λ) Boregk] *in d. part. 1. fol. 83.*

(μ) Curæus] *in Annal. Sileſia fol. 39.* 212

cauſſa vertente inter Caſimirum Poloniæ Regem actorem, & Bretislaum Bohemiæ Du- A
cem reum] *Sileſia fuit relicta Biſetislao aut Prædislao Bohemo, ita ut quotannis pro-
vinciæ hujus nomine tributum Imperio Romano penderet quod fuit auri triginta, argenti
centum quinquaginta librarum. Hoc ſi ita accidit, neceſſe eſt Sileſiam paulo poſt a Caſi-
miro eſſe recuperatam. Et haud ſcio, annon poſtea hoc prætextu Johannes Rex Bohe-
miæ Sileſiam a Polonis repetiverit.*

13. Anno MLXXXVI. Henricus IV. Imperator in Comitiis Moguntiæ celebratis fecit
Uratislao Bohemorum Regi poteſtatem, ut Sileſiam, Luſatiam, & totam Poloniam
ad ſe traduceret. *Cujus conceſſionis*, inquit Curæus, (α) *cauſam nullam aliam reperio,
quam quod Cæſar querebatur, Imperio non exolvi penſiones conſtitutas & promiſſas recens
ſuo patri a Caſimiro Rege Poloniæ.* B

14. Anno MXCV. dicitur Bretislaus II. Dux Bohemiæ Uladislaum Poloniæ Ducem,
debitum tributum non exſolventem, bello indicto preſſiſſ. (β)

15. Anno MCVIII. ſcribit Boregkius; (γ) *Dazumal war Schleſien noch unter den
Polen, und gab den Bœhmen allein den jæhrlichen tribut.*

16. Anno MCIX. quum Boleslaus III. Rex Poloniæ devaſtaſſet Bohemiam, Impera-
tor Henricus V. in illum movit, ut Suatopluco ſeu Suatopluko Duci Bohemiæ de dam-
nis illatis ſatisfaceret, & ſimul debita Imperio tributa rependeret, adegitque Boleslaum,
ut ſe Bambergam ſequi, & ibi in conventu Principum ſatisfacere teneretur. (δ)

17. Anno MCXXXIV. Lotharius II. Imp. tributum Polonicum ex Sileſia Imperio
debitum, quum Boleslaus Dux toto triennio præſtare negligeret, Duci Bohemiæ So- C
bieslao delegavit, ut a Polono repoſceret. Is Polono neganti & illudenti bellum intu-
lit, quod ægre tandem fuit a Cæſare, citatis utriſque Ducibus, & cauſſa in Comitiis
Imperii cognita, conſopitum. (ε)

18. Anno MCLVII. Fridericus I. Imp. Boleslaum Poloniæ Ducem annuum tribu-
tum ſolvere recuſantem, & præterea pacem publicam in Polonia turbantem, tanquam
rebellem & Reipubl. hoſtem proſcripſit, motoque in Poloniam exercitu eo adegit, ut
& fidelitatem juraret, ablata reſtitueret, tributum ſolveret, & ſervitium inſuper mo-
re aliorum Imperii Principum in expeditione Romana pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus præ-
ſtare obligaret. [ζ]

213 19. Anno MCLIX. conceſſit Fridericus Imperator in Comitiis Radiſponenſibus U- D
ladislao Bohemiæ Regi ipſiusque ſucceſſoribus tributum Polonicum, quod hactenus Im-
perio Duces Poloniæ ſolvere tenebantur. Exſtat conſtitutio, [η] cujus hæc ſunt ver-
ba, quod ad rem attinet; *Uber diß verleihen wir obgedachtem Wladislao, und ſeinen
nachkommenden, daß er dieſelbe ſteuer, welche unſern fohrfahren, aus dem Lande zu
Polen gefolget worden, und deren genoſſen, nun forthin er und ſeine nachkommen, zu
ewigen zeiten empfahen, und deren genieſen ſollen.*

20. Anno MCCCLV. Carolus IV. Imper. in Conſtit. de incorporatione Ducatuum
Poloniæ & Sileſiæ, §. 1. de hac Friderici I. Conceſſione ſtatuit & ſancit in hunc modum;
*Licet pridem recolendæ memoriæ Fridericus Romanorum Imperator Auguſtus, præde-
ceſſor noſter, de ſingulari ſuæ benignitatis munere, claræ recordationis Illuſtri Uladislao* E
*quondam Bohemiæ Duci, qui Regnum Bohemiæ ante coronationem ſuam regebat, & ſuis
heredibus Bohemiæ Regibus cenſum de terra Poloniæ, quem anteceſſores ejus Duces Bo-
hemiæ a Polonia multis temporibus accipere conſueverant, quemque Poloniæ & Sileſiæ
Duces ſacro Imperio ſolvere tenebantur, prout in literis Imperatoris præfati evidenter ex-
primitur, liberaliter duxerit erogandum. Ipſi quoque Duces Poloniæ & Sileſiæ eundem
cenſum Illuſtribus progenitoribus, & prædictis noſtris Bohemiæ Regibus, in ſignum ſub-
jectionis debitæ, & in recognitionem ſui ſuperioris Domini rite perſolverint multis tempo-
ribus retroactis, tamen* &c. (ϑ)

21. Ab

(α) Curæus] *in d. Annal. Sileſ. fol. 43.*

(β) *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 107. in princ. *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Slavic. Reg. Bohem. fol. 128.

(γ) Boregk] *in Chronic. Bohem. part. 1. fol. 122.*

(δ) *Curæus in* Annal. Sileſ. fol. 45. & ſeqq. *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog in ſtirp. Slav. in ſtemmat. Reg. Bohem. *Joan. Herburtus* lib. 4. Hiſt. Polon. cap. 5. in fin.

(ε) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1134. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 141. & ſeq.

(ζ) *Joach. Curæus in* Annal Sileſ. anno 1158. fol. 54. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 225. *Calviſius in* Chronolog. anno 1157. *Herburtus* lib. 5. Hiſt. Polon. cap. 6. F

(η) Exſtat Conſtitutio] *apud Hagecium in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1159. fol. 249. *Georg. Beatum in der Bœhmiſchen Chronick*, in Uladislao II. fol. 29. *in den Reichs Satzungen* part. 2. fol. 13.

(ϑ) *Conſtitution. Imperial.* tom. 1. anno 1355. §. 1. *& vera*

A 21. Ab hoc autem tributo, quod Imperio ex Sileſia pendebatur, diverſus eſt cenſus Romanæ Eccleſiæ [α] de ſingulis domibus (β) perſolvi ſolitus, qui *Denarius S. Petri* vocatur. Quod tributum Sileſia Polonico Regno debet, cujus Rex Caſimirus (γ) illud cum Summo Pontifice pactus, ut Poloniæ univerſæ, ita Sileſiæ quoque impoſuit. [δ] Et quia res tranſire ſolet cum onere, ut habet juris utriuſque regula, Sileſia cum eodem ad Bohemos tranſlata eſt, ut ex Epiſtola Gregorii VII. (ε) Papæ ad Ducem Bohemiæ Uratiſlaum colligitur. Falluntur enim & oppido fallunt, qui putant, (ζ) Bohemiam fuiſſe Romanæ Eccleſiæ tributariam. Non, inquam, tributum hoc, cujus in illa epiſtola mentio, ex Bohemia collectum, ſed ex Sileſia Bohemiæ tum ſubjecta, Dux Bretiſlaus ſive Uratiſlaus Romam tranſmiſit.

CAPUT

B *& verbatim repetitur in* Confirmat. Electorum, *facta in Comitiis Normbergenſ.* anno eod. in d. tom. 1. fol. 348.

(α) Romanæ Eccleſiæ] *Joannes Abbas Aula Regia in* Chronic. part. 2. cap. 9. anno 1320. *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. lib. 7. *Joach. Curæus in* Annal. Sileſ. *Matth. a Michov. Canonicus Cracovienſ. in* Chron. Regum Polon. lib. 4. c. 16. *Mart. Cromerus Epiſcopus Varmienſis* lib. 4. de Reb. Polonic. *Thom. Bozius Presbyter Roman.* de Jur. Status C ſive de jur. divin. & natur. Eccleſiaſt. libert. & poteſt. cap. 14.

214 (β) De ſingulis domibus] *de ſingulis capitibus, habent nonnulli ſcriptores. Unde* capitationem *vocat Pet. Molinæus in* lib. de Monarch. temporal. Pontific. Rom. cap. 25. num. 11. *quam Hiſpani quoque & Indi præſtare coguntur, ut idem* cap. 26. num. 35. *teſtatur. Sed in Polonia ac Sileſia Denarius iſte non capitatim, ſed domatim colligi ſolebat. Quod de Anglia itidem VViclefus* lib 4. Dialogor. *Polydor. Vergilius in* Hiſtor. Anglic. *Joan. Foxus in* D Hiſt. Eccleſiaſt. *Sereniſſ. Jacobus Rex in* Monitor. ad Imper. Reges, Princip. Chriſtian. *Chytræus in* Chronic. Saxon *Calviſius in* Chronolog. anno 727. & anno 1534. *teſtantur. Unde a Polonis & Bohemis,* fumilia *appellatur tributum iſtud Romanum, Teuthonico Rauchpfenning. Hagecius autem in* Chronic. Bohem. anno 1023. *Dubravius tamen* d. lib. 7. *& Borogkius in* Bretiſlao Duce fol. 82. *auctores ſunt, Denarium iſtum de ſingulis capitibus ſeu hominibus* E *exactum fuiſſe. Quibus conſentiunt Polonorum hiſtorici: & Joannes Abbas Aula Regia in* Chronic. part. 2. cap. 9. *ſcribens:* Anno 1320. Lokotto Dux Sandomiriæ a Sede Apoſtolica obtinuit Coronam Regalem Poloniæ: incepitque ſtatim denarium S. Petri de unoquoque capite humano Sedi Apoſtolicæ decimaliter ſolvere, qui antea longo tempore denegatus fuerat de facto (ut dicitur) non de jure. *Dlugloſſus quoque auctor eſt, ab Uladiſlao Loctico Rege penſionem illam Romanam ad hanc capitatio-* E *nem primum redactam fuiſſe, cum ex Cazimiri Regis inſtituto tantum tres oboli & cribrum avenæ de unaquaque familia penſitari ſolerent. Cromerus* lib. 4. Rer. Polon. fol. 50. col. 1. in fin. *Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 14. anno 1318.

(γ) Rex Caſimirus] *Meſiconis filius, qui ex Cænobio Cluniacenſi ad Regnum expetitus, non potuit voti abſolutionem a Papa impetrare, niſi Denarii hujus cenſualis ſeu capitationis pacto, ut ſcri-* G *bunt Curæus, Dubravius, Borogkius* dictis locis. *Alex. Gnaguinus in* Compend. Chronic. Polon. in Mieſicone II. Reg. fol. 74. *Joan. Herburtus* lib. 3. Hiſt. Polon. cap. 1. *Salomon, Neugebaur* lib. 3. Hiſt. Polon. fol. 58. *Cromerus* d. lib. 4. Rer. Polon. fol. 50. colum. 1. in fin. *Matth. a Michov. in* Chron. Regum Polon. lib. 2. cap. 13.

(δ) Sileſiæ quoque impoſuit] *Etiam Pomeraniæ, quæ tunc temporis cum Diœceſibus Uratiſlavienſi, Lebuſſenſi & Caminenſi ad Regnum Polonicum ſpectabant. Et Lebuſſenſis quidem adhuc dicitur Patrum memoria nummum illum pependiſſe; Caminenſi vero, ſingulari Sedis Apoſtolicæ indulgentia, ob liberatum captivum Legatum Apoſtolicum, remiſſa, ut ſcribit Cromerus* lib. 3. Rer. Polon. fol. 46. col. 2. *De Sileſia in hunc modum narrat Sethus Calviſius in Chronolog. anno 1320.* Ladiſlaus Locticus, ancipiti fortuna diuturno tempore uſus, tandem auxilio Pontificis (Johannis XXII.) Regnum Poloniæ obtinet, & coronatur. Qui ut erga Pontificem gratus eſſet, viciſſim Pontifici Denarium S. Petri pro ſingulis capitibus in Regno offert. Repugnant in hac re Duces Sileſiæ: ideo a Pontifice excommunicantur. *Certabant de Summa Imperii Romani, Johannes ille XXII. Papa, & Ludovicus IV. Imperator: certabant de jure Regni Poloniæ Ladiſlaus iſte Locticus & Johannes Rex Bohemiæ. Nemo ambigebat, quin controverſiæ iſtius legitimus judex eſſet Imperator, qui utrique parti diem dixerat. Sed Locticus cauſſa ſua diffidens, & ab incompetentia excommunicari Imperatoris ad Papam provocans, haud difficulter, quod voluit, impetravit, Polonis ipſis a Bohemo abhorrentibus, præter Sileſiæ Principes, qui in fide Imperii conſtantes, & Denariali illi tributo contradixerunt, & relicto Loctico ſeſe Johannis Bohemiæ Regis protectioni ſubmiſerunt, ut infra ſuo loco dicturi ſumus. Et ſane eos Denarii præſtationem recuſaſſe, etiam Dubravius in* Hiſtor. Bohem. *& Curæus in* Annal. Sileſiæ, *teſtantur.*

(ε) Gregorii VII. Papæ] *lib. 2. Regeſt. epiſt. 7.* 215 *cujus hoc eſt exordium:* Pervenit ad nos Nuncius veſter, qui magnæ devotionis & fidelitatis veſtræ exhibitionem nobis retulit, & quæ B. Petro ſub nomine cenſus miſiſtis, videlicet centum marcas argenti ad menſuram veſtri ponderis, fideliter præſentavit. Quod quidem gratanter accepimus; ſed charitatem veſtram multo ardentius amabiliusque quaſi quibuſdam animi brachiis ad vos uſque porrectis amplectimur, qui mentem veſtram & deſiderium magis ac magis erga reverentiam Apoſtolicæ Sedis accendi perpendimus. Beatus autem Petrus, quem vos diligitis, & cui Celſitudinem potentiæ veſtræ humiliatis, copioſa vobis procul dubio retributionis munera præparabit, & a ſuo vos munimine tam in præſenti, quam futuro ſeculo, lætificabit, &c. *Vide* tom. 3. Concil. general. part. 2.

(ζ) Qui putant] *Auguſtin. Steuchus Eugubin. in* Comment. de Donat. Conſtantini M. Imper, lib. 2,

lib. 2. *Baronius Cardmal. in* Annal. Eccleſiaſt. *Jacob. Gretſerus* de Munificeot, Imperator. Regum, Princip. in Eccleſ. Roman. cap. 29. *Stapletonus* de Magnitud. Rom. Eccleſ. *Frideric. Martinus* de Jure cenſuum, cap. 1. *Bozius* d. cap. 14. *ubi ait:* A Spitigneus Bohemiæ Dux argenti libras * annui cenſus Sedi Romanæ ſolvendas juſſit,

CAPUT XIII.

Bohemia, Moravia, Sileſia, Luſatia, tamquam ſubjectæ provinciæ, in partitione Imperii Romano-Germani, Franciæ Orientali, id eſt, Germaniæ, aſſignantur. Regique Germaniarum, ut ſupremo ſuo Domino, ſemper obſequebantur.

HOc modo victi & ſubjugati Bohemi, Moravi, Sileſii, & Luſati, Imperium Germanorum ita recognovere, ut ſemper in partitione inter Reges facta ei obvenirent & accreſcerent, qui Franciam Orientalem, [*] id eſt, Germaniam, ſortiebatur; B non vero ei, qui Romanum Imperium ſive Italiam habebat, niſi idem ſimul Germaniam poſſideret, ut noſtris moribus obtinet ex inſtituto Ottonis Magni Imperatoris; qui primus Germaniam, Galliam, & Italiam ſub uno eodemque Imperio ita conjunxit & univit, ut nullo umquam tempore dividi impoſterum inter ſucceſſores, aut diſſolvi, vel dimembrari poſſint aut debeant. Quo inſtituto hodieque utimur; eove durante æternum fore Imperium [α] noſtrum præſiſcine auguramur.

126 2. De Carolo Magno Imperii hujus auctore & conditore, ſcribit Albericus; [β] *Regni Caroli terminus fuit a Bulgaris uſque ad Hiſpanos, & a Danis uſque ad Calabros, exceptis adjacentibus quibuſdam regionibus, Polonia, Bohemia, Dalmatia, Hiſtria, Venetiis & Britannia. Et quicquid tenuit Carolus, adhuc duo Regna ſunt, Romanorum* C *& Francorum, ſola Pannonia excepta.* Et Joan. Becherer [γ] de diviſione Regnorum inter filios Caroli Magni facta; *Carolo* [primogenito] *ward beſchieden Franckreich, die Niederlande, der gantze Rheinſtrom, Weſtphalen, Sachſen, Thüringen, Heſſen, Francken, Beyern, Oeſterreich, Behmen, Meyſſen, und Wendland.*

3. De Ludovici Pii Imperatoris ordinatione ſuper diviſione Regnorum inter filios facienda ſcribit Abraham Hoſmannus Luſatus; [δ] *Im Jahr 847. hat Keyſer Ludwig ein Teſtament gemacht, und beſcheiden ſeinem eltiſten Sohn Lothario Oeſterreich, Hungern, Mæhren und Lauſnitz,* &c. Et poſtibi de nova diviſione [ε] inter fratres eoſ-

T dem

(α) Æternum fore Imperium] *quia Romanum, de cujus æternitate multi multa prædixere & dixere, ut alii annotarunt; quos ſequitur Joh. Gerhardus* Locor. Theologic. tom. 6. de Magiſtrat. politic. cap. 5. num. 139. *Ab Antichriſto tamen deſtructum iri, conſtans eſt ſanctorum Patrum opinio; de qua Engelbertus Abbas Admontenſ. in* tract. de Ortu & fin. Rom. Imp cap. 21. *Petrus de Andlavv Canonicus Colmbarsenſ.* lib. 1. de Rom Imper. *Nicol. Cuſanus Cardinal.* lib. 1. de Concord. Cathol. cap. 12. *alii, quos allegat Beſoldus in* Diſſert. politic. de Republ. curand. cap. 1. num. 15.

(β) Albericus] *relatus in* Magno Chronic. Belgic. fol. 44.

(γ) Becherer] *in Chronic. Thuring fol. 143. In Ordinatione tamen Caroli Magni Theodonisvill. §. 4. Bohemorum & Venedorum nulla fit mentio, niſi ſub latiſſimo* Saxonum *vocabulo comprehendantur;* Conſtitut. Imperial tom. 1. anno 806 fol. 145. *quod videtur Bechererus voluiſſe.*

(δ) Hoſmannus] *in Pompa Regii ingreſſus in ſuperior. Luſat. in præfat. ad Ordin. Luſat. ex Hug. Mutio, Caſp. Hedione, Jac. Manlio, Urſpergenſi, Stanislao Hoſio, Doct. Marbachio, & Spangenbergio. Nam in ipſius Imperatoris Ordinatione ſuper diviſione Regni facienda inter filios,* Conſtitution. Imperial. tom. 2. fol. 19. *hæc diviſio deſideratur.*

(ε) De nova diviſ. inter fratres] *Lotharium, Ludovicum & Carolum. Lotharius tertio accepit* D *Regna Lotharingiæ, Arelatenſe, Longobardiam & Romanum Imperium; Ludovicus Germaniam, Pannonias, & Slavorum Regna. Carolus Galliam & Burgundiam, ut ſcribunt Nithardus* lib. 2. de Diſſenſion. filior. Ludovici Pii Imp. *Theganus Trevirenſ. in* Geſt. Ludovici Pii Imp. *Adhelmus in* Annal. Franc. anno DCCCXLIII. *Odorannus Senonenſ. in* Chronic. anno eod. *Rudolphus Fuldenſ. in* Annal. Franc. anno eod. *Joan. Carion* lib. 3. Chronic. in Lothario I. Imper. *ubi ait; Bavariam, Auſtriam, Bohemiam Ludovico ceſſiſſe.* E

(*) Illud magnam continet difficultatem, quod „ *cap. 13.* conatur oſtendere, ſed aſſerendo non pro- „ bando: *Bohemiam, Moraviam, Sileſiam, Lu-* „ *ſatiam in partitione Imperii Franciæ Orientali* „ *aſſignari.* Cujus auctoritate, rogo, hæc par- „ titio primum facta, & quo tempore inchoata „ fuit? An eam *Romani* rerum Domini, an poſtea „ *Carolus M.* nondum *Imperio Germanico* conſti- „ tuto, an *Ottones*, an *Henrici*, an *Friderici* Cæ- „ F ſares ſtatuerunt? ubi illa ſanctio legitur? an vo- „ luntate tantum, an etiam ſcripto comprehenſam „ tradiderunt? ut cum nos in *Francia Orientali* „ cenſeamur, ſocios ſaltem, qui in Francia occiden- „ tali cenſentur, ſcire poſſimus. Balbinus *lib. III. Miſc. cap. 22.* Vel plane non intellexit Balbinus

mentem

A dem facta poſt prælium Fontibellanum; *Dardurch iſt dem jüngſten Bruder Ludwigen gantz Morgenreich (jetzt Oeſterreich) Mæhren und Lauſitz erblich ankommen, der ſich auch mehrentheils, wie Doctor Hagenmüller in der Marggraffen Stammlinien anzeiget fol. 53. einen Marggraffen zu Oeſterreich und Lauſitz geſchrieben.* [*]

4. In partitione Regnorum a Ludovico II. Rege Germanorum, qui ſe quoque ſcribebat Imperatorem Romanorum, [**] Pii filio, Caroli M. nepote, facta inter filios, Carolomannus [α] primogenitus obtinuit ſub titulo Regis Bavariam, Auſtriam, Slavoniam, Bohemiam, Moraviam, & Hungariam, &c. Rhegino [β] Abbas Prumienſis; *Carolomannus ſortitus eſt Bajoariam, Pannoniam, & Carnutum, quod corrupte Carantanum dicitur; necnon & Regna Sclavorum, Beheimenſium & Marahenſium.* Aventi- 217
B nus; [γ] *Carolomannus, qui natu erat maximus, Regnum Bojorum, Sclavorum Tetrarchias, Bojemos, Moravos, Pannonios, Carnos, Noricos, Vindelicos, poſſedit. Italia* [δ] *quoque, quam armis repeteret, eidem deſtinata eſt.*

5. Ex Decretis Comitiorum Francofurti anno DCCCLXXVI. celebratorum referuntur hæc verba de bello in Carolum Calvum, Gallorum Regem, movendo; *Ingruent cum his* [fratribus Carolomanno, Ludovico III. & Carolo III. Regibus] *bellicoſiſſimi & ferociſſimi Germaniæ pugnacis populi*, &c. *Bojemi Zechi, Moravi*, &c. [ε]

6. Abraham Hoſmannus [ζ] Laubanenſis Luſatus, Hiſtoriographus Cæſareus, ſcribit de Carolo III. Imperatore, cognomento Craſſo; *Nach des Bruders Carolomanni tode, ward er auch Kœnig in Italien, Beyern, Bœhem, Oſterreich, Kærnden, Krayn,*
C *und Wenden.*

7. De Henrico I. Rege, cognomento Aucupe, ſcribit Anſelmus Ryd: [η] *Bohemis igitur, Sclavis, Dalmatis, Danorum, Normannorum, Abodritarumque Regibus victis, tributum & religionem imperavit.*

8. De Ludovico IV. Imperatore, Bavariæ Duce, refert Magnificus Dominus Joh. Georgius Herwart, [ϑ] Cancellarius Bavariæ; *Imperatore nec tantum Germaniæ, ſed etiam Bohemiæ, & quarundam Galliæ Italiæque partium Domino*, &c.

CAPUT

mentem Goldaſti, vel præjudicio & odio in eum imbutus noluit intelligere, ut numerum errorum ejus augere poſſet. Inſpicias modo ipſa Auctoris
D noſtri verba & clariſſima eſſe nullaque difficultate, quantum video, laborare deprehendes; nam id vult: Has Slavorum provincias a temporibus Caroli M. eos ſemper ex Carolingis accepiſſe, quibus in diviſione paternorum regnorum aſſignata fuerit *Francia Orientalis*, quæ olim latius quam nunc patebat, ſiquidem ſub eo nomine maxima pars Germaniæ comprehendebatur, non vero inde ſequitur, Bohemiam Moraviam Sileſiam cenſeri in Francia Orientali, ut Balbinus Goldaſto
E affingit. Sane ad Carolum Juniorem, quia a Patre Rex Franciæ Orientalis conſtitutus erat, has Slavorum provincias in diviſione regni perveniſſe extra omne dubium eſt, præſertim illas, quas devicerat. De Ludovici Pii diviſione, vide quæ ad §. 3. obſervamus.

(α) Carolomannus] *VVitikindus Corbeienſ.* lib. 1. de geſt. Saxon. *& ibi Frechtus in* Adnotation. *Ado Viennenſ. in* Breviar. Chronic. in Ludovico II. Reg. anno 876. *Anſelm. Ryd in* Catalog. annor. &
F Princip. fol. 42. *Joan. Becherer in* Chronic. Thuring. fol. 150. *Nicol. Vignerius in* Summar. Hiſtor. Franc lib. 2. anno 876. fol. 159. *Marqu. Freherus in* Not. ad Petr. de Andlavv lib. 2. cap. 2. adverb. non vocatur, *Calviſius in* Chronolog. anno 876.

(β) Rhegino] *lib. 2. Chronicor. anno 886.*

(γ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 343.*

(δ) Italia] *ſic enim in ejus Diplomatibus legitur,* Rex Francorum & Romanorum, &c.
G
(ε) *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 4. anno 870. fol. 372.

(ζ) Hoſmannus] *in tract. de Elect. & Coronat. Cæſarian. in Carolo Craſſo Imp. fol. 201.*

(η) Ryd] *in Catalog. annor. & Principum fol. 45.*

(ϑ) Hervvart] *in Ludovico IV. Imp. defenſo contra Bzovium* part. 2. anno 1338. num. 63. *Sane etiam Renat. Choppinus JC. Imperatorem facit Bohemiæ & Moraviæ Dominum*, lib. 1. de Sacra Polit. tit. 3. num. 8. in fin. & lib. 2. tit. 4. num. 16. in princ.

(*) Auctor noſter hic in partes vocat Scriptores, qui nimis recentes & parum accurati ſunt, nam falſum eſt (1) Ludovicum Pium anno 847. teſtamentum feciſſe, is enim jam anno 840. deceſſerat. (2) Lotharium accepiſſe *Auſtriam, Hungariam, Moraviam, Luſatiam &c.* nam in diviſione Imperii paterni prima anno 817. facta accepit Imperium, quod in communione cum patre adminiſtrabat, dein mortuo Bernhardo Rege præficiebatur anno 820. Italiæ, quibus & variæ aliæ provinciæ poſt obitum Pipini Regis Aquitaniæ acceſſerunt, & tandem ex noviſſima diviſione poſt prælium Fontaneticum, priore partitione Regni nonnihil immutata, ad ipſum pervenit tractus, qui inter Occidentalia Caroli Calvi & Orientalia Ludovici Germanici regna ſitus erat, quique ab ipſo Lotharingiæ nomen accepit, cum Provincia & toto Regno Italiæ. Ergo Hoſmannus maxime errat. Dein, Ludovicus Franciæ Orientalis ſeu Germaniæ Rex per diviſionem paternam anni 817. accepit Bajoariam, Carentanos, Beheimos, Avaros atque Slavos, qui ab Orientali parte Bajoariæ ſunt. Ut ex charta diviſionis diſcimus, quam edidit Baluzius *Tom. I. Capit. p. 575.*

(**) Non memini me id unquam obſervaſſe.

CAPUT XIV.

Bohemi, Moravi, Sileſii, Luſati, tenentur ad expeditionem hoſtilem ab Impe- A
ratore indictam. Expeditio Imperialis duplex, Ordinaria & Extraordinaria. Illa Ro-
218 *mana dicitur, hæc pro re nata. Extra ordinem evocabantur ab Imperatore vel Rege*
per edictum, non obſtante Bohemorum & Sileſiorum privilegio, quo adſerunt ſe extra
Regnum & Ducatum Imperio militare non teneri.

SIcut ergo cæteri Imperio Germanico ſubjecti populi, ita Bohemi quoque, Moravi, Sileſii, & Luſati, ad expeditiones adverſum rebelles, perduelles & hoſtes Imperii ac Reipublicæ, tam internos, quam externos, faciendas, pro virium ſuarum facultate, tenebantur. Eſt autem *expeditio hoſtilis*, (α) indictio belli contra hoſtem publicum, id eſt, vocatio ad caſtra aut exercitum, quæ in antiquis Legibus *bannitio in hoſtem*, (β) & *heribannus*; [γ] hodie *heerfahrt*, *heerzug*, & B ſimpliciter *zug* dicitur. Ea duum generum reperitur; una ordinaria, alia extraordinaria. De poſteriore prius dicemus, quæ pro hoſtium diverſitate diverſas ſortita eſt nomenclaturas, ut *Meerfahrt* in bello ſacro Hieroſolymitano, *Lombarderzug*, *Huſſitenkrieg* ſive *Bœhmiſchzug*, *Ungeriſchzug*, *Schweitzerkrieg*, *Flammiſchzug*, *Frantzoſenkrieg*, *Türckenzug*, & alias conſimiles, quas nobis Imperii Matriculæ ſive Taxæ ſuggerunt.

2. Extra ordinem ſi aut vis hoſtilis ingrueret, aut alia neceſſitas poſtularet, puta rebellium defectio, aut pacifragorum & ſeditioſorum turbatio, Imperator aut Rex, habita prius cum primariis Imperii Proceribus deliberatione, bellum edicebat, ſingulisque Imperii Statibus expeditionem militum & profectionem imperabat, locum & tempus denuntiando. Hæc enim evocatio in expeditionem bellicam tum erat in arbitrio & C poteſtate Imperatoris aut Regis, ut alicubi Maximilianus I. (δ) Imp. Ordinibus Imperii objectat. Non obtemperantibus nec comparentibus, & ad expeditionem poſt acceptum Imperatoris bannum vel edictum proficiſci negligentibus, mulcta imponebatur, quod *Heribannum* (ε) dicebant. Erat autem ſubſidium illud exercituale indeterminatum, & cujuſque Principis, Prælati atque Status conditioni permittebatur, ut quantum pro viribus ſuis poſſet, ex ditione ſua colligeret, & Imperatori aut ejus Legato ad locum deſignatum adduceret.

3. Primum occurrit expeditio Romana Caroli Magni Imperatoris, facta anno Chriſti nati DCCCII. Cui interfuiſſe commemorantur Winzeslaus, Rex Bohemiæ, & Ludolphus ſive Lipoldus, Dux Moravenſis, qui tamquam inter Principes Imperii jam tum D cooptati privilegio (ζ) ſubſcripſerint Dominis Friſiæ in urbe Roma conceſſo ab eodem Imperatore. Quod privilegium licet fuerit a Friderico III. & Maximiliano I. Impp. confirmatum, & a Comitibus Friſiæ in Camera Imperiali (η) productum, tamen viri docti [ϑ] ut ſpurium & fictitium jam pridem exploſerunt. Interim tamen non negamus,

(α) Expeditio hoſtilis] *Caſſiodorus* lib. 1. Variar. cap. 17. *quæ &* exercitualis *&* militaris, *& ſimpliciter* Hoſtis *dicitur in antiquis Legibus, ut annotans Vitus Amerpachius in* Annotat. ad Conſtitut. Caroli M. & Ludovici Pii. *Franc. Pithœus in* Gloſſar. ad Capitular. Francor. *Bignonius in* Not. ad veter. formul. cap. 31. *Freder. Lindenbrog in* Gloſſar. antiquar. leg. in verb. Expeditio hoſtilis, & verb. Hoſtis: *& compoſite* Hoſtenditium, *quaſi Hoſtdienſt*, id eſt *Kriegsdienſt*, *Hotomannus* de Verb. jur. Feudal.

(β) Bannitio in hoſtem] *lib. 3. Capitular. Franc. cap. 67.*

(γ) Heribannus] *Amerpachius* d. loc. *Pithœus in* dict. Gloſſar. *VVolffg. Hungerus in* Vindic. ling. German. *Lindenbrog in verb.* Heribannus.

219 (δ) Maximilianus I. Imp.] *in der Handlung zwiſchen Rœm. Kayſ. Majeſt. und den Fürſten und Standen des Reichs, auff dem Reichstag zu VVormbs anno 1509. in Goldaſts Reichshandlungen.*

(ε) Heribannum] *Franc. Hotomannus in* Comment. de verb. jur Feudal. *Pithœus in* d. Gloſſar. *Lindenbrog.* ibid. *Lehmannus* lib. 2 Chronic. Spirenſ. cap. 43. fol. 180. colum. 2. in fin. & cap. 44. fol. 188. col. 2. in fin. & fol. 189. *Bignonius in* Not. ad Marculfi Formul. lib. 1. cap. 40. verb. Bannire, & in Not. ad Veter. formul. cap. 31. *Franciſc. Raguellus in* Indice des Droicts Royaux & Seigneuriaux, verb. Arriereban. *Joan. Skenaus in* Annotation. ad Regiam Majeſtat. Scotiæ ſeu veter. Leges & conſtitut. Regum Scotiæ *&c.* E

(ζ) Privilegio] *quod Latine proferunt Suffridus Petri* de Orig. Friſior. *Ubbo Emmius* lib. 5 Rer. Friſic. & de libert. Friſ. *Marcus Hamconius in* Friſic. deſcript. in fin *Furmerius* lib. 6. Annal. Friſiæ, *ubi ad Carolum III. auctorem refert.*

(η) In Camera Imperiali productum] *ut legitur in Farragine, cui titulus; Privilegien oder Freyheiten, welche Rœmiſche Kayſer und Künige den underen Obrigkeiten des H. Reichs, allergnadigſt mitgetheiles haben.* F

(ϑ) Viri docti] *Krantzius* lib. 11. Saxon. cap. 6. & lib. 2. Wandal. cap. 33. *Janus Douza* lib. 2. Annal.

mus, potuiſſe fieri, ut tum temporis inter tot Bohemiæ Duces etiam Winzlaus aliquis; & tot Moraviæ Duces etiam unus aliquis Luipoldus exſtiterit, ut ſupra *cap. 2.* indicavimus.

4. Anno demum DCCCLXXV. in Decretis Comitiorum Francofurtenſium leguntur Bohemi ac Moravi Carolomanno Germanorum & Romanorum Regi, ejusve fratribus, in expeditione contra Carolum Calvum Galliæ Regem & prætenſum Imperatorem, ſubſidia auxiliaria debuiſſe, & præſtitiſſe. (α)

5. Anno DCCCC. Bohemi fidelem opem præſtiterunt Ludovico IV. Regi, Arnulphi filio, in expeditione adverſum Moravos rebelles inſtituta. (β)

6. Si qua fides eſſet libro vulgari Torneamentorum ſeu Haſtiludiorum, quem Geor-
B gius Rüxnerus, (γ) Heroldus Cæſareus, ante hos centum & amplius annos in publicum produxit, poſſent inter Principes Imperii, qui edicto Henrici I. Aucupis evocati in ex- 220
peditionibus ejus contra Slavos & Hungaros præſto fuerunt, connumerari Wenceslaus, Vicetislaus, & Vratislaus, Duces Bohemiæ; Meſico, Dux Poloniæ; Vratislaus, & Neſtrico, Duces Sileſiæ; Crotomislaus & Polislaus Marggravii a Merhern; Bilmarus, & Radebotto, Duces Ruſſiæ; Princeslaus, & Vratislaus, Duces Croatiæ. Sed ſubleſtam hujus libri fidem & infrunitas nugas jam olim viri cordati traduxerunt.

7. Anno DCCCCXXXII. (δ) Brezetislaus, Dux Bohemiæ, ab Ottone I. Imp. evocatus in expeditionem contra Hungaros, copias miſit auxiliarias. Et in altera expeditione anno DCCCCLV. [ε] edicta adduxit ipſemet mille electos milites.

C 8. In expeditione Ottonis III. Imperatoris contra Slavos fuerunt cum ſuis ſtipendiariis militibus Meſico, & Boleslaus, [ζ] Duces Bohemiæ. Anonymus Benedictinus Monachus in Vita S. Adelberti, [η] Pragenſis Epiſcopi, ita ſcribit: *Unus ex ſuis fratribus cum Bolezlao Bolaniorum Duce in expeditione Imperatoris* [Ottonis III.] *erat.*

9. Henricum II. Imperatorem in expeditione Polonica comitatus eſt Boleslaus, Dux Bohemiæ. Sic enim ſcribit Ditmarus, [ϑ] Epiſcopus Merſeburgenſis: *Henricus Bozlavum Ducem Bojemorum in cunctis ſuimet neceſſitatibus ſemper paratum cum ſuis adiit, honorificeque ab eo ſuſceptus cum exercitu ejuſdem a finibus ſuis per Miſeni & Deleminci pagos uſque ad Mogelini ducitur.* Et de ſecunda [ι] ejuſdem Imperatoris in Boleslaum Poloniæ Regem: *Venit etiam huc Jaromirus Bojemorum Dux inclytus, & Regi per*
D *omnia fidelis.*

10. Udalricus Dux Bohemiæ vocatus ab Henrico III. Imperatore militavit cum ſuis in expeditione Polonica, ut teſtatur idem Ditmarus, [κ] qui & addit. [λ] *Cæſar cum exercitu ſuo, & Bojemorum atque Luiticiorum Comitatu, ad urbem Glogovam venit,* &c.

11. Eidem Henrico III. Imperatori Dux Bretislaus, [μ] Udalrici filius, fidam operam præſtitit in bello Hungarico. Dubravius; [ν] *A Cæſare minime alienus eidem contra Hungaros militarem operam inſignem navavit, a quo liberaliſſime habitus, donisque ingentibus onuſtus, cum hac præterea ſpe dimittitur, tanquam majora poſthac & meliora ſperare deberet.*

E 12. Anno MLXXV. Uratislaus, Bohemiæ Dux, cum cæteris Imperii Principibus con-

Annal. Holland. *Goldaſtus in Reichs Satzungen* part. 1. *in Anzeigung, &c.* fol. 303. *Gryphiander* de Wichbild. Saxon. cap. 35. num. 17. *Hinc opinor omiſſum eſt a Paul. Matth. VVehnero* tom. 6. Symphoremat.

(α) *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 4. fol. 372.

(β) *VValafridus Strabus in* Annal. Fuldenſ. anno 900. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 4. fol. 369.

F (γ) Rüxnerus] *im Turnierbuch, Franciſc. Modius JC. in* Pandect. triumphalib. lib. 1. *Fidem tamen hujus libri non dubitarunt ſequi viri doctiſſimi, ex hiſtoricis Krantzius, Cuſpinianus, Spangenbergius, Chytræus, Dreſſerus, Bucholtzerus, Lehmannus, Henninges, Reuſnerus; ex Theologis, Cochlæus & Stuckius; ex Jureconſultis, Heringius, Paurmeiſterus, Ventura de Valentia, Bechtius, Hænonius, Bertramus, VVolffius, alii.*

(δ) Anno 932.] *Auctor der Chronic von der hylligen Statt Cœllen, in* anno XX. Ottonis I. Imper. *Becherer in* Chronic. Thuring. anno 932. fol. 170.

(ε) Anno 955.] *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 138.

(ζ) Meſico & Bolezlaus] *Georg. Fabricius* lib. 2. Orig. Saxonic. lib. 2. in Othone III. Imp.

(η) Vita S. Adelberti] *cap. 26. apud Freher. in* Bohemic.

(ϑ) Ditmarus] *lib. 4. Chronic. circa princ.*

(ι) Et de ſecunda] *lib. 6. fol. 64. & fol. 73.*

(κ) Ditmarus] *lib. 7. Chronic. fol. 100. & ſeqq.*

(λ) Addit] *d. lib. 7. fol. 101.* 221

(μ) Bretislaus] *Hermannus Contractus in* Chronic. anno 1051. *Gevvoldus* de S. Rom. Imperii Septemvirat. cap. 9. n. 4. fol. 157. in fin.

(ν) Dubravius] *lib. 7. hiſt. Bohem. fol. 17.*

(α) Ex-

conſenſit in expeditionem Saxonicam, [α] Imperatorique Heinrico IV. Auguſto electiſ- A ſimas copias adduxit. Meminit & Anonymus [β] in Hiſt. iſtius Belli Saxonic. inquiens:

Et Weſtualorum, Freſonum, Bojemiorum
Exibant acies accitu Regis alacres.

Et iterum anno MLXXIX. in bello contra Rudolphum [γ] Imperii æmulum idem Uratislaus præſentiam ſuam Cæſari exhibuit, lanceamque Rudolphi a Cæſare cum privilegio obtinuit. Aventinus; [δ] *Cæſar rurſus cum exercitu Bojorum, Francorum, Bojemorum, Rudolphum in fugam conjecit. Ubi Dux Bojemiæ Uratislaus Regiam haſtam Rudolphi nactus eſt, eaque a Cæſare Bojemo donata, in poſterum feſtis diebus Regulis Bojemorum inſigne imperii ſolenne fuit.* B

13. Anno MCV. quum Heinricus, Rex Romanorum, contra patrem Heinricum IV. Imperatorem cum Paſchali Papa Romano, Ruthardo Archiepiſcopo Moguntino, Leopoldo Marchione Auſtriæ Berengario Marchione, Cambienſi & Vohburgenſi, aliiſque Imperii Principibus conſpiraſſet, *da erforderte der Keyſer die gehorſamen Reichsfürſten gen Regenſpurg*, inquit Hagecius; [ε] *und befohl, daſs ſie, ein jeglicher in ſeiner anzahl kriegsvolck, zu Ihme kommen ſolten. Er erforderte auch Borziwogium, Hertzogen in Bœhmen, welcher als ein gehorſamer ſeines Herrn des Keyſers, eine anzahl erfahrner kriegsleute zuſammen geleſen, und zog perſœnlich und unſaumlichen mitte* &c.

222 14. Anno MCVIII. ſcribit Coſmas [ζ] Pragenſis; *Heinricus Rex præcipit Zuatopluco Duci, ut paratus ſit ſecum in expeditionem contra ſævitiam Ungarorum, quia rogatu* C *quorundam Theutonicorum illuc propoſuerat ultum ire necem Hieroſolymitanorum*, &c. Quo mandato [η] Dux accepto, cum electo milite ad exercitum profectus eſt in Hungariam contra Colomannum Regem, pacis publicæ violatorem, qui bello ſacro milites cum Godefrido Bulionæo profectos inhumaniter aut [ut verius dicam] hoſtiliter acceperat, & inſuper Almonem Ducem Imperio fidum exegerat.

15. Anno MCIX. monitus idem Suatoplucus Bohemiæ Dux ab Heinrico V. Imp. ad expeditionem Polonicam ad pacifragum & rebellem Poloniæ Regem Boleslaum perdomandum, & ad obſequium Romani Imperii reducendum, eo Imperatorem validis cum copiis comitatus eſt. [ϑ]

16. Anno MCXXIII. de expeditione ejuſdem Heinrici V. Imp. in Saxoniam ſuſcepta D contra Lotharium Ducem & ejus complices, ſcribit Coſmas [ι] Pragenſis; *Dux Wladislaus & Otto* [Marchio Moraviæ] *ſicut præceperat eis Imperator, tam Boëmiæ quam Moraviæ coadunato exercitu tranſeuntes ſylvam, metati ſunt caſtra exadverſo prædicti Ducis.* Et pauculis interjectis; *Dux Boëmiæ & Otto Marchio Moraviæ miſerunt ad Saxones, dicentes: non nos per ſuperbiam contra vos ſumpſimus arma, ſed juſſu Imperatoris venimus in auxilium Moguntino Archipræſuli, & Wigberto Comiti.* Hic fuit Comes Groitzenſis, cui Imperator Marchionatum Luſatiæ conceſſerat poſt obitum Dedonis ultimi Marchionis, quem tamen Conradus Comes ad ſe pertinere jure agnationis contendebat, unde bellum illud ortum eſt.

17. Anno MCXXVI. Sobieslaus Dux Bohemiæ, ut ſcribit Elias Reuſnerus, [κ] cum E

(α) Expeditionem Saxonicam] *Spangenberg in* Chronic. Saxon. cap. 192. *Georg. Fabricius* orig. Saxonic. lib 2. anno 1075. *Lehmannus* lib. 5. Chron. Spirenſ. cap. 28. fol. 429. col. 2.

(β) Anonymus] *lib. 3. apud Juſtum Reuberum JC. in* Veterum ſcriptor. Germanic. tomo ſingulari.

(γ) Contra Rudolphum] *Spangenberg. in* Chron. Saxon cap. 192. anno 1079.

(δ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 5. fol. 460.*

(ε) Hagecius] *in Chronic. Bohem. part. 1. anno 1106. Reicherſpergenſis Monachus in* Chronic. anno 1104. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 209. anno 1105. fol. 336. *Boregk hunc Ducem appellat* Borivojum *vel* Boryvorium.

(ζ) Coſmas] *lib. 3. Chronic. Bohem. anno 1108. Dubravius* lib. 10. Hiſt. Bohem. fol. 75. *& ibi Jordanus in* Annotat.

(η) Quo mandato] *Spangenberg in* Chron. Saxon. cap. 211. anno 1108. *Georg. Fabricius* lib 2. Rer. memorabil. Saxon. anno eod. *Calviſius in* Chronolog. anno eod. *Salom. Nengebaur lib. 3. Hiſt. Polon. fol. 81. ubi ait;* Ad quod bellum Bohemos etiam utpote tributarios Romani Imperii ſecum in exercitu (*Imperator*) ducebat. *Quæ verba, ut alia omnia, ſyllabatim transſcripſit ex Cromeri* lib. 5. Rer. Polonic. fol. 75. col. 1.

(ϑ) *Albertus Stadenſ. in* Chronic. anno 1109. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1109. *Cromerus* F lib. 3. Rer. Polonic. cap. 9. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 211 anno 1109. *Georg. Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. anno eod. *Abrah. Saurius in* Calendar. hiſtor. die 23. Auguſt.

(ι) Coſmas] *d. lib. 3. Chronic. Bohem. anno 1123.*

(κ) Reuſnerus] *in Baſilic. genealog. in ſtirp. Sclavic. in ſtemmat. Princip. & Reg. Bohemiæ fol. 130.*

A Cæſare Lothario pace icta, fidele ipſi præſtitit auxilium in oppugnatione Bambergæ.

18. Anno MCXXVII. idem Sobieslaus Dux vocatus ab eodem Lothario Imperatore 223
in expeditionem contra Duces Sueviæ rebelles, militem ſuum promptus adduxit, & obſidioni Norimbergenſi interfuit. (α)

19. Anno MCXXXII. idem Lotharius II. Imperator Romam pro Imperiali diademate & aliis Imperii negotiis profecturus, evocavit Sobieslaum Ducem eundem; qui Imperiali edicto morigerans tranſmiſit copioſum militem electum ſuis ſumptibus, ſub ductu Jaromirii agnati ſui, filii nempe Boryvorii ſeu Boryvoii Ducis. Sic enim ſcribit Hagecius, (β) Presbyter Bohemus: ***Der Keyſer ſandte zu Sobieslao Hertzogen in Bœhmen,***
B ***von ihme neben andern Fürſten hülff begehrende. Sobieslaus, der ſeines Herrn des Rœm. Keyſers befehl in acht nemen wolte, verſamlete unverzüglich eine groſſe anzahl auſſerleſener Bœhmen und beruffte Wladiſlaum den jüngern Hertzogen, daſs er dieſes volck unter ſein Regiment nemen, und damitte neben dem Keyſer nach Rom ziehen wolte. Er Sobieslaus bekleidete auch dieſes Bœhmiſche volck alſsbald mit bahrem gelde biſs gen Rom, und dem Führer Wladiſlao gab er zu ſeinem unterhalt neunhundert marck geldes, darüber auch noch etzliche marck goldes und ſilbers*** &c.

20. Anno MCXXXIX. idem Sobieslaus Dux Bohemiæ a Conrado III. Imperatore evocatus in expeditionem contra rebelles Saxones, contracto ingenti exercitu Cæſarem fideliſſime adjuvit, & junctus cæteris Imperii proceribus in eadem expeditione militanti-
C bus, eoſdem Saxones ad officium redegit. (γ)

21. Anno MCLV. Imperator Fridericus I. Auguſtus profecturus Romam pro inauguratione ſacra, & turbis Italiæ ſimul ſedandis, monuit Vladislaum Ducem Bohemiæ, ut debitum ſibi & Imperio ſervitium miniſtraret. Quo mandato accepto Dux prompte ſubmiſit electos ſuos equites ſub ductu Friderici Principis, filii ſui primogeniti. (δ)

22. Anno MCLVI. Imperator conſcripto ingenti exercitu in Germania, bellum infert Longobardis rebellantibus. In qua expeditione Vladislaus Dux Bohemiæ cum ſuis militibus Imperatorem, cum reliquis Germaniæ Principibus ab Imperatore vocatis, fideliter eſt ſecutus. (ε)

23. Anno MCLVII. Imperator Fridericus in Poloniam movet. Vladislaus Rex 224
D inferioris Poloniæ, Dux Cracoviæ & Sandomiriæ, gener quondam Heinrici V. Imper. pulſus jamdudum erat a Boleslao Poloniæ uſurpatore, hunc in Poloniam recipi volebat Imperator, & annuum tributum ſolvi. Quum neutrum fieret, eo contra Bolislaum tanquam pacis publicæ turbatorem, & Reipublicæ hoſtem proficiſcitur, comitante Vladislao Bohemiæ Duce, more Principum Imperii imperatori milites adducente. (ζ)

24. Anno MCLVIII. Uladislaus, Dux Bohemiæ, & Daniel, Epiſcopus Pragenſis, Cæſarem in expeditionem Longobardicam ſecuti fidelem ei operam in obſidione Mediolanenſi præſtiterunt. Unde Vladislaus præter alia privilegia etiam Regiam dignitatem meritiſſimus accepit. (η)

25. Anno MCLXII. ſcribit Dubravius; (θ) *Papiæ Cæſar hiemabat* &c. *delectum*
E *rurſus per Germaniam & Italiam habet, ut redintegrato bello perfidioſos Mediolanenſes quam acerrime perſequatur: ſevocatoque Daniele* (Pragenſi Epiſcopo) *cum eo agit, ut negotium ſuſcipiat, eatque in Bojemiam ad perſuadendum Regi ſuo, ut vel ipſe ſociam militiam*

(α) *Mart. Cruſius in* Aonal. Suev. anno 1127. *Calviſius in* Chronolog. anno eod.

(β) Hagecius] *in Chron. Bohem. part 1. anno 1136. Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 140. *Elias Reuſner. in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Sclav. in ſtemmat. Princip. & reg. Bohem. fol. 130.

(γ) *Albertus Stadenſis in* Chronic. anno 1139.
F *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1139. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1.

(δ) *Hagecius in* Chronic. Bohem. anno 1156.

(ε) *Guntherus in* Ligurin. libr. 7. verſ. 210. & 227. *ubi Spiegelius in* ſchol. *& Rittershuſ. in* Not. *Auctor antiquæ* Chronicæ Colonienſ. in Friderico I. Imp. fol. 173. *Dubravius* lib. 12. Hiſt. Bohem. fol. 94. *El. Reuſnerus in* Baſilic. geneal. in ſtirp. Sclav. in ſtemm. Princip. & Reg Bohem. *Pontanus a Braitenberg.* in Bohem. pia lib. 2. fol. 21.
G (ζ) *Radevicus* lib. 1. cap. 1. & ſeqq. *Joachim. Curaeus in* Annal. Sileſ. anno 1158. fol. 54. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 225. *Calviſius in* Chronolog. anno 1157. *Hagecius in* Chron. Bohem part. 1. anno 1158. *Reuſnerus in* Iſagog. hiſt. anno 1157. fol. 439.

(η) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1159. *Mutius* lib. 18. Chron. German. fol. 148. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. *Conſtitution. Imperial.* tom. 3. anno 1158. fol. 335.

(θ) Dubravius] *lib. 13. Hiſt. Bohem. in princ. Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1126. & anno ſeq. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 165. & fol. 166. *Fuit Theobaldus iſte Dux Glottavvenſis in Bohemia, Vladislai Regis frater, qui in dicta obſidione Mediolani peſte exſtinctus in Bohemiam reportatus eſt anno 1163. ut teſtatur Reuſner. in* Genealog. *Boregk* d. fol. 166. *Dubravius, Hagecius,* dictis locis.

militiam repetat, vel ſubſidia ſe digna in illam ſuppeditet. Et mox; *Hanc tandem rationem a Daniele non improbatam Rex ſecutus eſt, ut Fridericum filium, adjuncto ei Theobaldo fratre, cum auxiliariis copiis ad Cæſarem proficiſci juberet, ipſe curam belli Pannonici in ſe verteret.* Et fol. 102. *Friderico Bojemo inde* (ab expeditione Italica) *amplis variisque cum ſpoliis domum ad parentem remeante, ſed abſque Theobaldo & Daniele, quorum alter ſua ſponte illic ſubſtitit cupidine militiæ continuandæ captus: at Danielem Cæſar, quoniam ſæpius opera ejus utebatur, a ſe non eſt paſſus abſcedere.* A

26. Anno MCLXXV. Sobieslaus II. Dux Bohemiæ monitus ab Imperatore Friderico auxiliares ſuas copias ſub ductu fratris Vdalrici Ducis in Longobardiam miſit ad rebellium ſuperbiam contundendam, Genuenſeſque Imperio recalcitrantes & ferocientes ad obſequium redigendos. (α) B

225 27. Anno MCLXXIX. Fridericus Dux Bohemiæ, evocatus a Friderico Imperatore in expeditionem contra Civitates Suevicas, Tigurum, Lucernam & Vnderwaldiam, inter ſe tumultuantes, & pacem publicam perturbantes, ipſemet cum numeroſis copiis ad exercitum Cæſareum profectus in hac expeditione fidum Cæſari præſtitit auxilium. (β)

28. Anno MCLXXXVIII, Fridericus Dux Bohemiæ, & Conradus Marchio Moraviæ, in Comitiis Norimbergæ ſuperiori anno celebratis, conſenſerant in bellum ſacrum Hieroſolymitanum a Principibus Imperii decretum. Itaque ab Imperatore Friderico moniti, hoc anno Conradus Marchio cum copiis ſuis Moravicis Imperatorem in Palæſtinam ſequitur: cui Dux Fridericus etiam copias Bohemicas committit, ut Imperatori C ipſius nomine adducat, iiſque ſimul præſit. (γ)

29. Anno MCXC. Conradus II. Dux Bohemiæ & Otto Marchio Moraviæ vocati ab Imperatore Heinrico VI. Aug. imperatas copias in Italiam duxerunt, ubi Conradus in obſidione civitatis Neapoleos (δ) peſte correptus vitam cum morte commutavit. In qua eadem obſidione obiit etiam paulo poſt Otto Marchio, relicto filio Vladislao. De Conrado ſcribit Krantzius: (ε) *Excepit* (Sobieslaum intruſum Ducem) *Conradus, qui Imperatorem toties in Italiam moventem cum expeditis ſecutus, quocunque devocabatur, aderat*, &c.

30. Anno MCXCIV. Heinricus VI. Imperator mandavit Heinrico (ζ) Bohemiæ Duci, eidemque Pragenſi, ut aut ſe in Italiam ſequeretur cum idoneis copiis, aut pecu- D niam pro iis ſubminiſtraret, aut Luſatos rebelles ad obſequium Imperii reduceret. Quod poſtremum Dux elegit, Luſatoſque domuit. Georg. Bertholdus Pontanus (η) a Braitenberg, Præpoſitus & Canonicus Pragenſis, ſcribit; *Moravia Henrico ſe ſubdidit, exercitumque ad juſſum Cæſaris, tanquam Dux Bohemiæ, contra Wandalos* [id eſt Luſatos inferiores] *Cæſaris rebelles aſſumpſit.*

31. Anno MCXCIX. Primislaus Ottocarus Bohemiæ Rex fuit in expeditione Philippi II. Imperatoris adverſus Ottonem Brunſuigium Imperii æmulum, & Archiepiſcopum Colonienſem ejus complicem, Cæſarique bis mille milites in ſubſidium adduxit. (ϑ)

32. Anno MCCIII. idem Primislaus Rex & Suatoplucus Moraviæ Marchio ipſius frater, a Philippo ad Ottonem IV. Imperatorem deficiunt, eidemque quatuordecim E millia militum in Thuringiam ad perſequendum Philippum adducunt. (ι)

33. Anno MCCIX. idem Rex Philippi Cæſaris, Domini ſui, necem vindicaturus, una

(α) *Hageeius* in Chronic. Bohem. part. 1. anno 1175. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 171. *El. Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Sclav. in ſtemmat. Princip. & Reg. Bohem. fol. 130.

(β) *Hageeius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1179. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 173. in fin.

(γ) *Hageeius* d. part. 1. anno 1188. & ſeq. *Boregk* d. part. 1. fol. 183.

(δ) In obſidione Neapolis] *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 24. *Dubravius in* Hiſt. Bohem. lib. 14. fol. 114. *Hageeius in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 185. *Pontanus a Braitenberg. in* Bohem. pia lib. 3.

(ε) Krantzius] *lib. 6. VVandal. cap. 6.*

(ζ) Mandavit Heinrico] *Hageeius in* Chronic. Bohem. anno 1194. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 188.

(η) Pontanus] *in Bohem pia lib. 3. in Heinrico Epiſcopo Pragenſ.*

(ϑ) *Godefridus Monachus S. Pantaleonis Colonienſ.* in Annal. anno 1198. *Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. æt. 6. cap. 2. *Auctor antiquus der* 226 *Chronica von der hylligen Statt Cœlln* in Philippo F II. Imp. fol. 179. *Dubravius* lib. 15. Hiſt. Bohem. *Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia lib. 2. fol. 21. *Hageeius in* Chron. Bohem anno 1204. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 194. *Matth. Cruſius in* Orat. de Irene Auguſt. fol. 19. *Calviſius in* chronolog. anno 1199.

(ι) *Idem Godefridus in* Annal. anno 1203. *Hageeius in* d. Chron. anno 1205. *Boregk* fol. 196.

Spangen-

A una cum dicti Cæſaris agnatis proximis Sueviæ Ducibus, Ottonis Wittelſpachii parricidæ regionem ingreſſus, eo pulſo & in Apuliam fugiente, totam occupavit. (α)

34. Anno eodem ſcribit Dubravius [β] de Comitiis Bambergenſibus ab Ottone IV. Imp. celebratis; *Actum de expeditione in Italiam facienda, Coronæ Cæſareæ ſumendæ gratia, pleriſque Principibus nomina in illam ſua dantibus. At Rex* (Bohemiæ Primislaus Ottocarus) *trecentos viros equoſque cataphractos ſe miſſurum Cæſari ſpoſpondit, & ad tempus præſtitit.*

35. Anno MCCX. Ottonem IV. Imperatorem in expeditione Romana ſecuti ſunt cum ſuis pariter & Regis Primislai Ottocari copiis Suatoplucus Marchio Moraviæ, Epiſcopus Pragenſis, & Epiſcopus Olomucenſis. [γ]

B 36. Anno MCCXII. idem Primislaus Rex Bohemiæ, deſerto Ottone Imperatore, adhæſit Friderico II. Cæſari & Siciliæ Regi, cui & auxilia ſubminiſtravit. [δ]

37. Anno MCCXXVIII. fertur Marchio Moraviæ ad eundem Fridericum II. Imp. in expeditione Saracenica ſeu bello ſacro, copias Bohemicas & Moravicas ſuo & Regis Primislai nomine in Palæſtinam adduxiſſe. (ε)

38. Anno MCCXXXVI. de ejuſdem Friderici II. Imperatoris expeditione in Auſtriam contra Fridericum Ducem rebellem & prædonum receptatorem edicta, ſcribit Godefridus Colonienſis; (ζ) *Imperator ducens exercitum contra Longobardos, commiſit Regi Boiemorum* [Wenceslao] *& Duci Bavariæ, & quibuſdam Epiſcopis, terram Ducis Auſtriæ expugnandam, propter multiplices exceſſus & facinora, quibus idem Dux fama*
C *publica laborabat. Qui totam Auſtriam devaſtaverunt, & Imperatori ſubjugaverunt.* 227
Et Mutius; (η) *Boëmiæ Rex & Dux Bavariæ invaſerunt hoſtiliter Auſtriam, conſenſu & juſſu Imperatoris. Nam Dux Auſtriacus fovebat illos prædones* &c.

39. Anno MCCXXXVII. ſcribit Henricus Stero (ϑ) Altahenſis de expeditione ejusdem Cæſaris in Auſtriam; *Habens ſecum Principes Imperii, videlicet Wencezlaum Regem Bohemorum, Berchtoldum Patriarcham Aquileienſem, Seifridum Moguntinum* &c.

40. Anno MCCLV. Abrah. Bzovius (ι) Polonus, ordinis Prædicatorum Theologus; *Premislaus Ottocarus Rex Boëmorum, Marchiones Brandenburgenſis & Moraviæ, Epiſcopi Pragenſis, Olomucenſis, & Varmienſis, a Wilhelmo Romanorum Rege exciti, ordini Theutonico in Boruſſia ſuppetias ferunt contra Mendocum Regem Lituanorum: ibi-*
D *demque in ſignum victoriæ, & memoriam rei bene geſtæ duas arces ædificant, Künigsbergam ſeu Regium montem a Rege; & Brunsbergam ſeu Brunonis montem, a Brunone Epiſcopo Olomucenſi ex Comitibus Schawenburgenſibus* &c. *appellatus.*

41. Anno MCCCXIII. Joannes Rex Boëmiæ cum cæteris Imperii Principibus vocatus a Patre Heinrico VII. Imperatore bellum in Italia gerente, collegit grandem exercitum, ut eum in Italiam duceret Imperatori auxiliarem. (κ)

42. Anno MCCCXIX. idem Joannes Rex (λ) monitus & vocatus a Ludovico IV. Imperatore Bavaro potentes ei copias ex Bohemia & Moravia collectas in auxilium ſubmiſit adverſus Fridericum Auſtriacum Imperii æmulum; caſtraque Cæſaris ipſemet ſecutus (μ) fidum ei navavit obſequium.

E 43. Anno MCCCXXII. ſcribit Henricus, (ν) Rebdorffienſis Monachus, de Friderico Auſtriaco Ludovici IV. Imperatoris æmulo, ex captivitate dimiſſo; *Poſt dimiſſionem non multo tempore ſe Regem, ſicut ante, ſcripſit Fridericus, & immemor gratiæ ſibi factæ, ſe contra Ludovicum iterato erexit. Unde Joannes Rex Boëmiæ terram ſuam, videlicet*

Spangenberg. in Chron. Saxon. *Calviſius in* Chronol. anno 1203.

(α) *Auctor* Chronicæ Colonienſ. in Philippo II. Imp. fol. 181.

(β) Dubravius] lib. 15. Hiſt. Bohem. fol. 120. *Boregk in* Chron. Bohem.

F (γ) *Krantzius* lib. 7. Saxon. cap. 30. *Dubravius* d. lib. 15.

(δ) *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1212.

(ε) *Mutius*] lib. 20. Chronic. German. fol. 178.

(ζ) Godefridus] *in Annalib. anno 1236.*

(η) Mutius] *lib. 20. de Geſt. German. fol. 184. Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1236. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 209. in fin. *Mart. Cruſius in* Annal. Sueviæ anno 1236. *Calviſius in* Chronolog. anno eod. *Aventinus* lib. 7. Annal Bojor. fol. 534.

(ϑ) Stero] *in Chronic. Auguſtenſ. anno 1237.*

(ι) Bzovius] *in Annal. Eccleſiaſt. Cardin. Baronio ſuccenturiatis* tom. 13. anno 1255 n. 10. *Cromerus* Rer. Polon. lib. 9. fol. 156. col. 2. in fin. *Neugebaur* lib. 3. Hiſt. Polon. fol. 150.

(κ) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1313. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 283.

(λ) Joannes Rex] *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1316. & anno 1319.

(μ) Ipſemet ſecutus] *Henricus Rebdorffienſ. in* Annal. anno 1322. *Joannes Abbas Aulæ Regiæ in* Chronic. part. 2. cap. 11. anno 1322. *Carion* lib. 3. Chronic. in Ludovico IV. Imp.

(ν) Rebdorffienſ.] *in d. Annal. anno 1322.*

licet Auſtriam, cum magna potentia intravit, & ſibi gravia damna in caſtris, munitio- A
nibus & aliis intulit.

228 44. Æneas Sylvius [*a*] ad Imperatorem Fridericum III. Aug. & Principes Imperii
ſcribit de bello in Boruſſiam decreto pro Ordine Teuthonico contra rebelles Prutenos;
*Aut ſerventur hic induciæ, ſicut in cæteris Germaniæ limitibus, aut ſi hoc durum Reli-
gioni videtur, ſinite Fratres Religioſos cum Saxonibus, Bohemis, & aliis, quos poſſunt
allicere, ſuam provinciam vindicare.* Et de Bohemiæ Regis ſubſidio contra Turcas;
Quæ ſit mens Inclyti Ladislai Regis Ungariæ & Bohemiæ, ex ſuis Oratoribus audietis.

45. Anno MCCCCLXII. refert Matthæus Mareſchalcus de Bappenheim: (β) *Tempore
autumni Sereniſſimus Imperator Fridericus in caſtro Viennenſi obſeſſus eſt a civibus Vien-
nenſibus, juvante eos Alberto Duce Auſtriæ fratre prænominati Cæſaris. Demum præfa-* B
tus Imperator Sereniſſimus liberatus eſt per Regem Boemiæ.

46. Denique anno MDXLVI. de expeditione Caroli V. Imp. & Ferdinandi I. Cæſaris
contra Electorem Saxonicum, Confœderatorum Schmalkaldicorum Primicerium, ſcri-
bit Sleidanus; (γ) *Bohemi militabant quidem Ferdinando Regi, ſed admodum inviti,
propter antiquum fœdus, quo Domui Saxonicæ conjuncti ſunt: deinde quod non neceſſa-
rium bellum eſſe dicerent, & quod Electori plerique putarent injuriam fieri. Ferdinan-
dus autem pervicit, & ex Pannoniis atque Sileſia milites evocavit, ut illos vel nolentes
cogeret. Conductis ergo copiis, quum jam finibus egrederentur, Sebaſtianus Weittemul-
lius, ductor exercitus, miſſis literis bellum Saxoniæ Ducis populo, denunciat, quod ſupe-
rioribus annis ipſorum Princeps Collegium Dobrilugum occuparit: quod Cæſari nuper at-* C
*que ſociis fidem renunciarit, violato fœdere, quod cum Domo Saxonica Bohemis interce-
dat: & quanquam nihil opus fuerit ulla denunciatione, propterea quod ille ſit a Cæſare
proſcriptus, tamen ne quid prætermiſſum eſſe videatur, voluiſſe hoc pro ſui muneris ratio-
ne ſignificare.* Et poſtea; *Hortatur* (Ferdinandus Rex) *ut arma capiant, quod ſint be-
neficiarii Cæſaris.*

47. Et quamquam Bohemi exciperent (δ) ſua privilegia, quibus cautum ſit, ne
teneantur extra Regnum in militiam proficiſci, tamen a Cæſare moniti, quod intra Im-
perii limites conſtituti ipſum Imperium adverſus eos, qui illud hoſtiliter turbare ſeu
invadere moliuntur, pro viribus defendere ac tueri obligentur, a prætenſione ſua deſi-
ſtentes exercitum Cæſareum in Saxoniam comitati ſunt. Quod ipſum præſtare Sile- D
ſios [ε] coëgit Rex Johannes, quum idem privilegium allegarent, ne cogerentur mili-
tatum in Poloniam proficiſci. [*]

(α) Sylvius] *in orat. de Conſtantinopolit. clade & bell. contra Turc. congreg. habita ad Imp. & Ordines Imperii in Comit. Francofordian.*

(β) Bappenheim] *in Chronic. Elvvangenſ. anno 1462.*

(γ) Sleidanus] *Commentatior. de ſtat. relig. & Reipubl. lib. 18. anno 1546.*

(δ) Bohemi excip.] *Sleidan. d. loco.*

(ε) Sileſios] *Carolus IV. Imp. in* Commentar. de Vita ſua fol. 105. *Et eſt communis Doctorum opinio, quod vaſalli & ſubditi teneantur Dominum*
229 *ſuum ſequi, etiamſi procul a patria ſit belligerandum, modo bellum aut prælium ſuſcipiatur pro vita, honore, & rebus Domini vel conſervandis vel recuperandis; Alvarottus in* c. 1. in pr. quib. mod. feud. amitt. n. 11. *Sonſbeckius in* tract. de Feud. part. 11. num. 44. *Schenck Baro a Tautenberg. in* Comment. ad cap. 1. Quib. mod. feud. amit. *Afflict. in* d. cap. 1. num. 10. *Schneidevvin.* de Feud. part. 5. numer. 94. verſ. niſi Dominus haber. *Roſenthal.* de Feud. cap. 8. concluſ. 24. in fin. *Andr. Kohl in* tract. de ſervit. feudal. part. 2. num. 45. & part. 4. num. 61. E

(*) Quid ſi vaſallus ſit privilegiatus, ſit exemtus? objicit Balbinus Goldaſto *lib. III. Miſc. c. 22.* Is enim non tenetur extra patriam vi privilegii militare. Multa in Bohemia recentiori ætate peracta ſunt quæ probari nequeunt cum præſertim Religio Pontificios incitaret & exacerbaret in Proteſtantes.

CAPUT XV.

De expeditione Romana, ad quam Bohemi, Moravi atque Sileſii tenentur. E- F
*jus taxatio aut in milite conſiſtit, aut in parata pecunia. Diſcrimen Pontificii & Impe-
rii. Papa extra patrimonium S. Petri non habet ſecularem juriſdictionem, ſed Impe-
rator.*

ORdinaria expeditio eſt illa, quam *Romanam* vocant; *Ræmerzug, Romfahrt,* &c.
quæ omnibus ac ſingulis Imperii noſtri Statibus immediatis ſub certo, deter-
minato & conſtituto ſubſidio, poſt translatum a Græcis ad Germanos Impe-

A rium Romanum, ab electis Romanorum Regibus, Romam pro conſecratione & coronatione profecturis, imperabatur. Solemnis namque & præpotens comitatus decebat eum, qui in Dominum Mundi ſeu univerſi Orbis terrarum inaugurandus & conſecrandus ibat, ut quam poteſtatem in ſpiritualibus obtinet Papa Romanus, cujus univerſale ſacrum Regnum triplex corona (α) denotat, eandem Imperator Romanus in ſæcularibus conſequeretur, qui Aquiſgrani tantum in Regem Germaniarum & Galliarum; Mediolani vero in Regem Italiæ inungebatur. Ad decus ergo & honorem non electi modo Imperatoris, ſed & ipſorum Regum ac Principum Germaniæ magnæ ſpectabat, ut quanta fieri poterat maxima ſplendoris ac potentiæ pompa Imperatorius ingreſſus in urbem Romam Orbis Dominam fieret, feſtumque ſacroſanctæ inaugurationis concele-B brarentur: quippe in dictorum Regum ac Principum arbitrio erat, ut non Germanicis ſociisque & conjunctis Regnis ſolum, ſed etiam univerſo generi hominum mortalium conſulerent atque providerent, in eligendo ſummo & univerſali Monarcha, qui foret Advocatus & defenſor tam univerſalis Eccleſiæ Catholicæ, quam ſingularum gentium, & quorumcumque hominum oppreſſorum & opis indigorum, ut quod Summus Pontifex non valet (β) nec poteſt efficere per cenſuram Eccleſiaſticam, hoc ſummus Imperator impetret per vim armatam. *Res enim aliter tutæ eſſe non poſſunt*, inquit S. Leo I. Papa; (γ) *niſi quæ ad divinam confeſſionem pertinent, & Regia & Sacerdotalis defendat auctoritas.* Et iterum ad Leonem Imperatorem: [δ] *Cum enim clementiam tuam Domi-nus tanta ſacramenti ſui illuminatione ditaverit, debes incunctanter advertere, Regiam* 230 C *poteſtatem tibi non ſolum ad Mundi regimen, ſed maxime ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, ut auſus nefarios comprimendo, & quæ bene ſunt ſtatuta defendas, & veram pacem his, quæ ſunt turbata, reſtituas.*

2. Inter cæteros autem S. Imperii Principes, qui electum Romanorum Regem comitari debeant, etiam Hungariæ [*] & Poloniæ Reges memorantur. Et de Pannonio quidem alibi tractamus; nec alio titulo fretus Sereniſſimus Transſylvaniæ Princeps Gabriel Bethlenus, (ε) jus eligendi Romanorum Imperatorem Regno Hungariæ 231

(α) a Con-

(α) Triplex corona] *quæ hinc* Regnum *vocatur, ut docet Carolus Paſchalius in* lib. de Coronis, *Freherus in* Comment. ad Donat. Conſtantini fol. 68. D *Johannes Stephanus Durantius in* tract. de Ritib. Catholic. Eccleſ. *Guerrerius in* Theſaur. Chriſtian. relig. *Regnum, inquam, non temporale, ut nonnulli opinantur, ſed ſpirituale*, c. duo ſunt, & cap. ſi Imperator, 96. diſt. c. licet ex ſuſcepto, & cap. ea transmiſſa, Ext. de for. compet. *quod habet in tribus Mundi partibus, Europa, Aſia & Africa, tanquam Vicarius illius, cujus eſt terra & plenitudo ejus*, cap. tua nobis 26. Ext. de decim. & 9. q. 3. c. cuncta per mundum. *Nam temporale* E *mundi regimen commiſſum eſt Imperatori*, c. ſolicitæ 6. Ext. de major. & obed. *Verus vocabul. jur.* in verb. Papa. *Et hæc eſt communior tam Canoniſtarum, quam Legiſtarum, opinio: quanquam infideles, ut Turci & Perſæ, ſecus ſentiant; quorum illi Papam vocant* Rumbeg, *id eſt, Romanorum Principem vel Dominum, iſti vero* Rum-ſchach, *id eſt; Romanorum Regem, ut tradit Leunclavius* Hiſtor. Muſulman. Turc. lib. 16. & in Onomaſt. alt. ſeu interpret. var. vocabul. in Rum-F beg, & in Rum-ſchach. *Quod quidem, ſi de urbis Romæ dominio & patrimonio S. Petri intelligatur, verum eſt: ſin de ipſo Imperio Romano, non item: Peucerus* lib. 5. Chronic. part. ult. fol. 19. *Guil. Barclajus in* tract. de Poteſt. Papæ. *Otto Melander in* Jocoſer. part. 1. cap. 27. *Roger. VVidrighonus in* Apolog pro juram. fidel. *quia extra patrimonium S. Petri Papa non habet ſæcularem jurisdictionem, ſed ſpiritualem duntaxat; Bellarminus* lib 5. de Pontif. Rom. cap. 1. & ſeqq. *Gregorius de* G *Valentia* tom. 4. quæſt. 22. punct. 6. *Franc. Suaretz in* Defenſ. fidei Cathol. contra Regem Angliæ *Benedict. Pererius* Comment. in Daniel. cap. 8. *Alphonſ. Moditius in* Dubitation. & reſolution. partium jur. ſcripti lib. 2. §. Principum placita dubitat. 192. num. ult. *Matthias Scholaſticus* lib. 1. de Vero Chriſtian. Princip. cap. 13. verſ. quod ſanctiſſimum Dei conſilium, &c. *Roſenthal* de Feud. cap. 10. num. 57. & cap. 7 q. 19. num. 10. & in lit. m. *Valentin. Cæſarius Auſtriac. in* Fide Bohemo-Palat. fol. 57. in fin. *Siquidem mundi dominatio Imperatori tribuitur*; Novell. 105. cap. 2. in fin. *Bocerus* de Regal. cap. 2. n 102. *Bornitius in* tractat. de Majeſt. politic. cap. 7. *Ferdinand. Vaſquius* lib. 1. Illuſtr. quæſt. cap 20. & ſeqq *Chriſt. Matthias* lib. 3. Syſtem. polit. exercit. 2. ſect. 6. *qui in temporalibus ſuperiorem mortalem agnoſcit nullum, ut ſupra* cap. 9 num. 11. & *infra* lib. 3. cap. 11. num 7. *demonſtramus.*

(β) Summus Pontifex non valet, &c.] *B. Iſidorus Hiſpalenſ.* lib. 3. de ſumm. bon. cap. 53. *ubi Garſias Loaiſa in* Not. *Gratianus* 23. q. 5. cap. 19. *Burchardus VVormatienſ* lib. 15. Decret. cap. 43. *Yvo Carnotenſ.* part. 16. Decret. c. 44. *Concil. Pariſienſ. ſub Ludovic. & Lothar. Impp.* lib. 1, cap. 2. & *Aquiſgranenſ.* part. 3. cap. 2.

(γ) Leo I. Papa] *in Epiſt. ad Pulcheriam Auguſtam.*

(δ) Ad Leonem Imp.] *in Epiſt.* 75.

(*) Hungariam olim in obſequio Imperii fuiſſe multis docuit Conringius *de Finib. Imp. Germ. c.* 17.

(ε) Gabriel Bethlenus] *Videatur* Cancellaria ſecreta Anhaltina, *incerto interprete, id eſt, Anhaltiſche geheime Cantzeley, cujus auctorem Nobiliſſimus Volradus a Pleſſen, Conſiliarius Palatinus (ut quidem ab Hercinianc appellatur ſcribit eſſe Ma-*

gnificum

(α) a Confœderatis Germaniæ Principibus nuper repoſcebat, quam iſto antiquo, de quo A
in hiſtoriarum monumentis proditum legitur.

3. De Poloniæ Rege minor eſt dubitatio. Et inter conditiones pacis, quibus Bo-
leslaus Bohemiæ Dux in gratiam fuit a Friderico I. Imper. receptus, etiam iſtæc legitur,
ut Imperatori proficiſcenti ad bellum Italicum ſuo ſumptu mittat in auxilium trecentos
cataphractos equites (β) &c. (*)

4. At illi quidem duo hodie ab obſervantia iſta receſſerunt, ut & Rex Danorum,
232 cui Lotharius II. Imperator officium Archimareſcalli (γ) cum Regno Venedorum contulerat.
Solus Bohemiæ Rex, fidei & obſequii conſtantia Septemvirale officium promeruit, eoque
nomine Imperio noſtro nexus vadatusque permanſit. Qua de re exſtat Conſtitutio Fri-
derici II. (δ) Imperatoris, quæ ſic habet: *Quod ſi nos, vel ſucceſſores noſtros, Romæ coro-* B
*nari contigerit, ipſius Regis Ottocari, vel ſucceſſorum ſuorum relinquimus arbitrio, utrum
ipſi trecentos armatos tranſmittant, vel trecentas marcas perſolvant.* In antiquis Germa-
norum legibus, de Jure Cæſareo, (ε) Regio, feudali & nationali inſcriptis, legitur in
hunc modum: *Wann die Teutſchen ein Künig wehlen, und der zu Rom nach der weyhe
fehrt, die Fürſten ſind ſchuldig mit ihm zu fahren, die ihn erkohren haben zu einem Kü-
nig. Das iſt der Biſchoff von Mentz, und der von Tryer, der von Cœllen, der Pfaltz-
graffe bey dem Rheyne, und der Hertzog von Sachſen, der Marggraff von Brandenburg,
der Hertzog von Beyern; der Künig von Bœhmen, ob er ein Teutſcher mann iſt*: id eſt,
ut habet textus Juris Feudalis Saxonici; *Electus Rex a Theutonicis, cum Romam profi-
ciſcitur conſecrari, iſti Principes procedere tenentur aſtricti, qui primi ſunt in Electione* C
ipſius, ſcilicet Moguntinenſis, Trevirenſis & Colonienſis Archiepiſcopi; Palatinus Rhe-

U 2 *nenſis,*

gnificum Dominum VVilhelmum Jocherum JC. & Conſiliarium Bavaricum, ſive Doctorem Leickhardum: negas autem idem Fabius Hercimanns. Et poterat ſane Palatinus, qui duplex officium gerit, Archipalatini & Archidapiferi, alterum Pannonio reſignare, niſi contradictorem haberet Bavarum, cui officium Archidapiferia antiquitus competebat, jure primogenitura in Palatinum illatum, ut infra dicemus.

(α) Jus elig. Regno Hung.] *Pannonia Principibus jus eligendi quondam competiiſſe, teſtantur Güntherus* in Ligurin.. *Donatus Boſſius Mediolanenſ. in* Chronolog. anno 1004. *Matthæus Palmerius in* Chron. anno eod, *negantibus licet Schardio & Gevvoldo. Sane Petrum Hungariæ Regem fuiſſe in quibuſdam Principibus, Benedicto IX. Papa inſtigante & confirmante, in Imperatorem electum, & Heinrico III. Salici filio pro æmulo oppoſitum, auctor eſt Benno Cardinal.* lib. 2. de Vit. & geſt. Hiltebrandi Papæ. *Et de Ottone I. Imp. ſcribit Rudolph. Gualtherus* Serm. 2. de Antichriſt. fol 29. *Iſt er gen Rom kommen, von dem Bapſt Joanne bekrœnt, und mit dem Titel des Keyſerthumbt, des Tütſchenlands und Ungern begabet vvorden. Et Hungaria hodieque ſub Natione Germanica comprehenditur, ſicuti Ordines Hungariæ juris Germanici eſſe Sigiſmundus Imp. non ſemel reſpondit.*

(β) *Joach. Curæus in* Annal. Sileſ. anno 1158. fol. 54. *Joan. Herburtus de Fulſtin Regius Poloniæ Conſiliar.* lib. 5. Hiſt. Polon. c. 6. *Salom. Neugebaur* lib. 3. Hiſt. Polon. fol. 105. *Cromer.* lib. 6. Rer. Polon. fol. 102. col. 2. *Matth. a Michou in* Chron. Reg. Polon. lib. 3. c. 19. *Calviſ. in* Chronolog. anno 1157. *Lotharii quoque Saxonis Imper. expeditionem Romanam pecunia juviſſe militum loco perhibetur; Dubrav.* lib. 11. Chron. Bohem. fol. 88. *idem Michovius* cap. 15. *Quid ergo eſt, quod Poloni ſcribunt, Ottonem II. Imperatorem, quum Boleslaum III. Poloniæ Ducem, Regem anno 1001. Gneſnæ crearet,* ſocium & amicum cum Romani Imperii appellaſſe, a tributo & omni juriſdictione Imperatorum immunem? *niſi ſi annuum tributum remiſiſſe intelligamus, reſervato in ſignum ſuperioritatis expeditionali iſto trecentorum cataphractorum ſubſidio. Jodoc. Ludov. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polon. *idem Herburtus* lib. 2. Hiſt. Polon. cap. 4. *Matth. a Michou in* Chron. Reg. Polon. lib. 2. cap. 4. *Cromerus* Rer. Polon. lib. 3. *Neugebaur* lib. 3. fol. 53. *VVenceslaus Cæſar, Caroli IV. Imper. filius, tractabat cum Vladislao Jagellone Po-* D
loniæ & Lituaniæ Rege, ut ei Sileſiam in feudum concederet; Polonus Cæſari viciſſim cum quadringentis haſtatis equitibus, ſi quando res ita poſceret, praſto eſſet, idem Neugebaur lib 5. fol. 243.

(γ) Officium Archimareſcalli] *Krantzius* lib. 6. Saxon. cap. 4. *ubi Ciſnerus in* Notis marginalib. *Johan. Pomarius in* Chronic. Saxon. cit. *Sigeberg.* fol. 217. *Bodinus* lib. 1. de Republ. cap. 10. *Barthol. Volckmarus in* Synopſ. de jur. princip. cap. 12. num. 15. E

(δ) Conſtitutio Friderici [I.] *apud Joan. Bapt. Eyſen. in* Deduct. Bohemic. *in Beylagen num. 16. & Germanice verſa apud Hagecium in* Chron. Bohem. part 1. anno 1212. *Georg. Beatum in der Beheimiſchen Chronick in Primislao I. fol. 36. & in Reichs Satzungen* part. I.

(ε) De jure Cæſareo, Regio, *&c.*] *in Keyſerlichen und Küniglichen Land-und Lehenrecht,* part. 2. tit. 8. §. 5. *In jure tamen Feudali Saxon.* cap. 4. *unde locus iſte petitus eſt, Rex Bohemiæ* F
omittitur.

(*) Poloniam ab Ottonis M. ævo ad Friderici II. tempora fere ſemper ſubjectam & tributariam fuiſſe Imperio Germanico, tot argumentis demonſtravit Conringius ex Scriptoribus coævis, ut mirer id Polonos hodiernos, imo & Balbinum, in dubium vocare. Non repetimus ea jura a coronatione Boleslai per Ottonem III. [non II. ut Balbinus] ea enim falſa & conficta eſt, ſed alia perplura ad manus ſunt, quæ videri poſſunt *cap. 18.* G
de Finib. Imp. Germ.

A *nenſis, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgenſis, Dux Bavariæ & Rex Bohemiæ, ſi ſit Theutonicus.*

5. Ex hac Imperiali ordinatione antiqua, Vladislaus Rex Bohemiæ comitatus eſſe perhibetur Heinricum IV. Imperatorem, proficiſcentem Romam pro inauguratione, cum trecentis equitibus cataphractis. (α)

6. Anno MCXII. ſcribit Coſmas, (β) Pragenſis Epiſcopus: *Regum antiquorum juxta ſtatutum, Regis Henrici V. ad nutum, Dux Wladislaus nepotem ſuum Brecislai filium & æquivocum, cum armata trecentis clypeis legione miſit Romam. Sed quoniam jam Rex* [Romanorum] *longe antea præceſſerat, prædictus puer cum ſuis tranſiens Bavariæ alpes, invenit Regem in urbe Verona: in Auguſto autem menſe intravit Rex Romam, in ingenti*
B *multitudine diverſarum nationum atque linguarum, accepturus Imperiales faſces juxta morem Regum.*

7. Anno MCXXXII. ſcribit Dubravius, (γ) Epiſcopus Olomucenſis: *Inſtruebat Cæſar* [Lotharius II.] *in Italiam profectionem, rogatu Innocentii Romani Pontificis, a quo Imperialem acciperet coronam. Sobieslaus trecentos illi armatos equites; duce Jaromiro, Borivorii filio, miſit.* Et poſtea: (δ) *Polonus ære, Bojemus autem milite Cæſaris expeditionem* [Romanam] *fecère expeditiorem.*

8. Anno MCLV. dicitur Vladislaus Dux Bohemiæ Friderico I. Imperatori in Italiam ad diadema ſuſcipiendum profecturo auxilia decreviſſe ter centum equitum cataphractorum. (ε)

C 9. Anno MCCIX. fertur Primislaus Ottocarus Rex Bohemiæ, Ottoni IV. Imperatori Romam proficiſcenti trecentos galeatos equites expeditos in debitum ſubſidium miſiſſe. [ζ]

10. Anno MCCXII. Fridericus II. [η] Imperator Baſileæ in Comitiis conſtituit: *Quod ſi nos, vel ſucceſſores noſtros, Romæ coronari contigerit, ipſius prædicti Regis Ottocari vel ſucceſſorum ſuorum relinquimus arbitrio, utrum ipſi trecentos armatos tranſmittant, vel trecentas marchas perſolvant.*

11. Anno MCCLXXVII. ſcribit Colmarienſis [θ] Monachus Dominicanus; *Principes autem Reges* [Imperator Rudolphus I. & Rex Ottocarus] *ſub his conditionibus concordabantur: ut regalia ſua Rex Bohemiæ, ſicut decet, ab Imperatore recipere, & trecen-*
D *tos milites cum equis phaleratis in exercitu Imperatoris ducere, quando vellet, debeat.*

12. Sed antiqui hujus ſubſidii medietatem Fridericus III. Imperator Georgio Bohemiæ Regi, haud ſcio qua de cauſſa, remiſit, in Privilegio [ι] eidem Regi & Regno Bohemiæ conceſſo in Nova civitate Auſtriæ anno MCCCCLXII. hunc ad modum ſanciens; *Ut dum Rex Romanorum, aut Imperator futurus, pro tempore exiſtens pro ſuſcipiendis Imperialibus inſulis in urbem Romanam proficiſceretur, Rex Bohemiæ non teneatur in antea eidem dare & mittere, niſi centum quinquaginta armatos, aut marchas argenti toti-* 234
dem, quamvis ſuperiori tempore trecentos armatos dare, aut tot argenti marchas dare fuerit aſtrictus. Verum prudentioribus videtur hanc indulgentiam, ceu rem inter alios actam, hoc eſt, privatim inter Imperatorem ac Regem tranſactam, non poſſe S. Imperio
E præjudicare, quod nec ipſi Bohemi diffitentur, [κ] qui ultro ad jus & antiquam illam conſuetudinem provocant, pactumque iſtud novum publicitus improbare non verentur.

13. Quod

(α) Trecent. equit.] *Anton. Bonfinius* Rer. Vngaric. decad. 2. lib. 5. anno 1114. fol. 247. *Freherus in* Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2. cap. 2. *Joach. Cluten. in* Syllog. Rer. quotidian. concluſ. 24. lit. c. *Conradus & Benedictus Carpzovii in* tract. de Regalib. cap. 2. reg. 16.

(β) Coſmas] *in Chronic. Bohem. lib. 3. anno 1112.*
F *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 24. *ubi pro*
233 trecentis clypeis, *habet*, trecentis galeatis equitibus, *id eſt, cataphractis, Küriſſer, ut interpretatur Dubravius* lib. 10. Hiſtor. Bohem. fol. 79. *& Hagecius in* Hiſt. Bohem. part. 1. anno 1112. *Elias Renſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Sclav. in Stemmat. Princip. & Reg. Bohem. fol. 129. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 127. *Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia lib. 2. fol. 20. *Gevvoldus in* Comment. de S. Rom. Imp. Septemvir. cap.
G 9. n. 4. fol. 158.

(γ) Dubravius] lib. 11. Hiſtor. Bohem. fol. 87. *Hagecius* d. part. 1. anno 1132. *Renſnerus* ibid. fol. 139. & fol. 140. in pr. *Boregk* d. part. 1. fol. 140.

(δ) Et poſtea] d. lib. 11. fol. 88.

(ε) *Elias Renſnerus in* Baſilic. geneal. in ſtirp. Sclavic. in ſtemm. Princip. & Reg. Bohem. fol. 140.

(ζ) *Dubravius* lib. 15. Hiſtor. Bohem. fol. 120. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol 198.

(η) Fridericus II.] *in Conſtitut.* ſuper immunit. Exempt & elect. Regis & Regni Bohem. apud *Johan. Bapt. Eyſen in* Deduct. Bohem. *in Beylagen*, num. 16. *Hagecium in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1212. *Georg. Boatum in* Chron Bohem. fol. 36.

(θ) Colmarienſ.] *in Annalib. part. 2. fol. 44.*

(ι) In privilegio] *quod producit Joh. Bapt. Eyſen in* Deduct. Bohemic. *in Beylagen, num. 20.*

(κ) Nec ipſi Bohemi diff.] *ut teſtatur idem Doctor Eyſen in* d. Deduct.

13. Quod ſi ita eſt, quis dubitabit, quin antiquum illud Romanæ expeditionis A ſubſidium adhuc in vigore ſuo ſartum tectum remaneat? & Rex Bohemiæ etiamnum hodie electo Romanorum Regi, Romam pro ſacra unctione proficiſcenti teneatur præſtare, officiumque ſuum in perſona ſervire? quum Vladislaus (α) Rex, Georgii ſucceſſor, nec ab eo ipſo Friderico III. Imperatore, nec a Maximiliano I. Rege Romanorum, & cæteris Imperii Electoribus impetrare ullis precibus aut minis potuerit, ut ſibi ſucceſſoribusque ſuis Bohemiæ Regibus permitteretur ejus ſubſidii & perſonalis miniſterii loco octingentos Ducatos exſolvere.

14. Et jure noviſſimo conſtitutum eſt, ut Rex Bohemiæ in expeditionem Romanam mittere pro ſubſidio ordinario quadringentos equites & ſexcentos pedites obligatus ſit, nulla ratione habita invalidæ illius & detrimentoſæ gratiæ ſeu indulgentiæ ſive remiſ- B ſionis, quæ hoc ipſo ab Imperatore & Ordinibus Imperii tacite quodammodo revocata, caſſata & irrita facta videtur.

(α) Vladislaus] *Hartmann. Maurus JC.* de Coronat. Caroli V. Imp. apud Aquiſgran. facta anno 1519. *Freher. in* Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2. cap. 2. *Clusen in* d. Syllog. rerum quot. concl. 24. lit. e. *Daniel Otto in* Diſſertat. Juridico-polit. de jur. publ. Imp. Roman. cap. 10. fol. 252. *Bertramus* de Comit. Imper. concluſ. 31. *Buxtorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. concluſ. 18. *Dominic. Arumaeus* Diſcurſ. 4. ad Aur. Bull. concluſ. 18. *Ant. Vischerus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Roman. concluſ. 10. num 44. q. 2. rat. 5. & rat. 12.

CAPUT XVI.

Rex Bohemiæ contributionibus Imperii extraordinariis etiamnum hodie obnoxius C *manet, nec ab iis ullo unquam tempore fuit exemptus. Ad eas colligendas, ſi quando in generalibus Imperii Comitiis decernuntur & imperantur, Bohemi, Moravi, Sileſii, Luſati, Egrani atque Elenbogiani & olim obligabantur, & hodie tenentur. An majora vota in illis obtineant.*

235 FAlluntur enim & oppido fallunt, qui non dubitant aſſerere, Regem Bohemiæ, Magnum Ducem Sileſiæ, [α] Marchionem Moraviæ &c. eſſe liberum & immunem ab omnibus Imperii noſtri oneribus, nec contributionibus aut collectis ullis obnoxium, non operas Imperio voluntariasque collationes præſtare, neque gratuita ſubſidia ferre. Hæc enim ſunt eorum verba, quorum primus auctor, quantum indagare potui, Hartmannus Maurus, [β] JC. & Conſiliarius Electoralis Co- D lonienſis, exſtitit: nam antiquiorem hujus opinionis adſtructorem non puto reperiri. Nec ſectatores [γ] invenit, niſi eos, qui in umbris Academicis adhuc ſtudentes amant ejuſcemodi θέσεις λογοθίζειν, hoc eſt, doctrinaliter tantum, non juridice, ut ſcholaſtici loquuntur, tales quæſtiones proponere: quorum nunc plerique in luce verſantes, non ambigo, quin melius informati, ſaniorem ſententiam amplectantur. Neque eos movere debet Hartmanni Mauri auctoritas, quippe qui anno ſequenti 1521. in Comitiis Wormatienſibus cum Electore ſuo conſtitutus in alia omnia tranſiiſſe videtur, quum ſuffragio ſuo Electorem Bohemiæ taxandum & Matriculæ inferendum cenſuerit. Nactus eſt quidem Maurus duos ſummos adſtipulatores, Dubravium (δ) & Freherum: (ε) ſed iſte poſterior, ut fuerit Conſiliarius Electoralis Palatinus, magis tamen cognitam E habuit veterem Reipublicæ noſtræ formam, quam præſentem Imperii ſtatum: ille vero verba funditat pro conditione ſua, tanquam Epiſcopus & Princeps Regni Bohemiæ, cujus Ordines ſeſe liberos & exemptos gloriantur ſine Prætoris auctoritate.

 2. Eſt

(α) Ducem Sileſiæ] *Nicol. Henelius JC. in* Sileſiograph. cap. 7.

(β) Maurus] *in libro de Coronat. Caroli V. Cæſar. apud Aquisgran. facta anno 1520.* cap. Quo apparatu.

(γ) Sectatores] *Gerlac. Buxtorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 8. lit. c. *Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotidian. cap. 24. lit. e. *Daniel Otto in* Diſſertat. Juridico-polit. de jure publ. Imper. Rom. cap. 10. fol. 257. *Bernhard. Bertramus Quedlinburgenſ. in* Diſſert. de Comitiis Imper. memb. 3. concl. 31. *Quirinus Cubachius* lib. 2. Juriſprudent. Germano-publ. cap. 6. num. 28. *Joan. VVolfgangus Aur Langenzennenſ. Francus in* Diſſert. Juridico-polit. de jur. monetar. cap. 4. num. 17. *Henric. Chriſtoph. a Griesheim in* Diſſertation. de S. Romano-German. Imper. & hodiern. ejus ſtat. diſſert. 1. concluſ. 56. *Benedict. Carpzovius in* Diſſert. de Capitulat. Cæſar. ſive de leg. Reg. German. F cap. 5. num. 9.

(δ) Dubravium] *lib. 19. Hiſtor. Bohem. fol. 151.*

(ε) Freherum] *in Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2. cap. 2.*

A 2. Eſt quidem ita; poſt depoſitionem Wenceslai Cæſaris (α) & Huſſitarum ſecta
per illius conniventiam ac tolerantiam ingraveſcente, cœperunt Bohemi ac Moravi non
modo Romanam Ecclesiam, ſed ipſum etiam Imperium, & ſummos utriuſque Præſi-
des, parum comiter obſervare, bannum Eccleſiæ, & Imperii proſcriptionem non fa- 236
cientes unius flocci. Quamobrem bello petiti quum multis victoriis & ſucceſſibus pro-
ſperarentur, externos etiam Reges ex Polonia in contemptum Imperii acceríeſent, auſi
ſunt contra ſtimulum calcitrare, & non modo onera ipſis antiquitus impoſita excutere,
ſed operas etiam gratuitas refutare. Ex quo tempore Bohemi ac Moravi ut Calicem a
Romana Eccleſia, ita exemptionem quoque ab Imperio Romano ſe ſe gladio conquiſi-
viſſe gloriantes, licet pace conciliata in gratiam eſſent recepti, quia tamen pro ſemi-
B hæreticis & ſemi-rebellibus adhuc habebantur, ut cum Eccleſiæ Romanæ gremio,
ita etiam cum Imperii noſtri corpore redintegrari in priſtinam ſoliditatem non potue-
rint. Idcirco non queo nec poſſum ſatis ſuperque mirari, cur Auſtriaci Reges ma-
luerint hactenus Bohemorum prætenſam exemptionem rebellione quæſitam, & religio-
ne palliatam, adverſus Imperium defendere, quam cum eodem, cui præſunt, & ut
æternum præſint, id omnes boni Deum venerantur, in priſtinam harmoniam redire.
Ridetur Rex Angliæ a Catholicis, quod mutata religione ſe tamen vocet *Defenſorem fidei:*
ridentur Helvetii Reformati, quod geſtiant audiri *Defenſores Eccleſiæ*: ridentur Princi-
pes Proteſtantes, quod ſe ſcribant *Reverendiſſimos Archiepiſcopos* & *Epiſcopos*; cur non
rideantur vice verſa, Bohemi Catholici, qui unitatem Eccleſiæ Romanæ profitentes,
C rebellem tamen Huſſiticæ exemptionis titulum contra Imperium Romanum adhuc uſur-
pant? Quod illis Calixtini (β) ſive Subutraqueani non obſcure exprobrare videntur.
Primus legitur Ferdinandus I. Cæſar, tanquam Rex Bohemiæ, ſeſe in Comitiis Imperii
anno 1548. Auguſtæ habitis, Imperatoris fratris & communium Ordinum Decreto de
matriculatione ſeu taxatione Regni Bohemiæ oppoſuiſſe, conqueſtus, *daß in deren zu
Wormbs in anno 1521. verfaſten Matricul das Kœnigreich Bœheim mit 400. zu Roß,
und 600. zu fuß belegt worden, da doch die Stænde der Cron Bœheim gantz keiner Reichs
Anſchlæge bekandlich, und gar nicht wüſten geſtændig zuſein, daß weder der angezogene
Wormſiſche, noch andere ælterẹ Reichs Anſchlæge mit Ihrer Kœnigl. Majeſt. lœblichen
Vorfahren, Kœnige zu Bœheim, wiſſen noch willen geſchehen, viel weniger daß dieſelbe
D jemals darein geholen, oder einige hülffe darauff entrichtet, oder auch die wenigſte zu
leiſten ſchuldig geweſt wêren. Weil auch die ſteuren im Reich mehrertheils uff die Stæn-
de in den zehen Crayſſen beſtimpt: Die Cron Bœheim aber in einigen des Reichs bezirck
niemals gewieſen worden, ſey leichtlich abzunehmen, daß dieſelbe Cron mit dem Reich
in vorigen zeiten gantz nie geſteuret, und dannenhero jetzt unbillich in die Anſchlæge
des Reichs gezogen würde*: ut refertur in Actis eorundem Comitiorum. (γ) Verum Impe-
rator, Electores, Principes ac cæteri Status Imperii, non attenta iſthac Bohemorum
proteſtatione & contradictione, in jure Imperii aſſerendo perſtiterunt, Regemque Bo- 237
hemiæ non in illa modo, ſed cunctis ſubſequentibus Matriculis, ſub certa taxa in cen-
ſum retulerunt. Nec allegatæ rationes tantum pondus habebant, ut quemquam rerum
E publicarum peritum movere debuerint. Nam & priſcos Bohemorum ac Moravorum
Reges Imperio noſtro fuiſſe tributarios ſuperius *cap. 9. & 10.* coactoſque ſubſidia præ-
ſtare expeditionalia tam in milite, quam pecunia numerata, *cap. 13. & 14.* evidentiſſi-
me a nobis demonſtratum eſt. Atqui contributiones & collectæ Imperii hodiernæ in
illorum tributorum & expeditionalium ſubſidiorum vicem ſucceſſerunt. [*] Tametſi
autem

(α) Poſt depoſitionem Wenceslai] *dixi ſupra* lib. 1. cap. 2. in fin.

(β) Callixtini] *Doctor Eyſen in* Deduct. Bohem. *Auctor mox citandus der antwort auff die frage &c.*

F (γ) In Actis Comitiorum] *Auctor Reſponſi in* cauſſa *Heſſen*, contra *Waldeck die* exemption *be-treffend. Videatur tractatus innominati Auctoris, cui titulus; Antwort auff die Frage, ob der jetzige Keyſer in der ſtrittichen Bœhemiſchen ſachen Richter ſeyn kænne oder nicht? in cujus appendice refertur hoc Ferdinandi I. Cæſaris & Ordinum Bohemiæ ſcriptum integre extractum ex dictis A*ctis.

(*) Quæ hic Goldaſtus Ferdinandi orationi opponit, ea perfrigida & nihili vocat Balbinus *lib. III. Miſc. cap. 1.* Conf. Stranskius *de Rep. Bojem. c. 3. §. 8.* Dubitat de hoc capite etiam Hertius in *diſſertatione de renovato nexu Imperii & Bohem. ſect. 3. §. 5.* cum praxis refragetur. Mihi vero non tam abſona & a veritate aliena videntur Auctoris noſtri argumenta, quæ ſine dubio Proceribus Germaniæ tunc temporis æque fuerunt perſpecta, uti ex rationibus illis conſtat, quas in medium protulerunt, cur Reges Bohemiæ pariter contributionibus Imperii ut reliqui Ordines, obnoxii eſſe debeant, quæ videri poſſunt apud Limnæum *in Addit. prior. ad Jus Publ. lib. IV. c. 7.*
Sane

autem Cataſtrum per ſe, contra eum, qui non expreſſe conſentit deſcriptioni, nihil A
valere Doctores noſtri (α) ſcribant, tamen in cauſſis contributionum (β) & collectarum
majoris partis conſenſus, (γ) non ſingulorum, attendi ſolet; & ita ſæpe in Comitiis
Imperii decretum (δ) eſt, ac moribus noſtris obtinet. Ne dicam ipſummet Bohemiæ
Regnum tam latum eſſe atque amplum, ut ſuo ipſius ambitu ſatis potentem Circulum
conſtituat, nec debuerit alteri Circulo accenſeri, aut inſeri. Et fuit aliquando in Comitiis Imperii deliberatum de duobus novis Circulis, Bohemico & Boruſſico, (ε) conſtituendis, & in ordinem cæterorum decem redigendis, ut duodenarius numerus perficeretur, niſi tam Bohemi, quam Boruſſi ac Livones, magno ſuo malo, ut nunc experiuntur, reſtitiſſent.

3. Olim quidem ut expeditiones militares, ita tributa quoque pecuniaria ab Im- B
peratoribus & Regibus (ζ) noſtris, habito cum Primatibus conſilio, imperabantur. (η)
At noſtris moribus collectæ ſeu contributiones generales non poſſunt indici, niſi publicis

Sane has non ſolvit aut confutavit in reſponſo ſuo Ferdinandi I. in eo enim varia ſupponit, quæ accuratum examen ſubire nequeunt. Viciſſet itaque procul omni dubio cauſa Procerum, niſi Ferdinandus fuiſſet Potentiſſimi Imperatoris Caroli V. frater & Rex Romanorum, quem ad talia onera ferenda urgere & adigere eorum temporum ratio non ferebat. Hodie poſt revocationem nexus Bohemiæ cum Imperio hæc nunc aliter ſeſe habent, nam obnoxium eſt *allen Reichs und Crays oneribus & præſtationibus publicis auch andern anlagen*, ut ex ſententia ſeu placito Imperii conſtat, quod dedit Hertius in ſua diſſertatione ſupra a nobis memorata.

(α) Doctores noſtri] *Felinus in* c. cum cauſſam, n. 2. Ext. de Probat. *Cravetta* de Antiquit. tempor. §. quarta limit. n. 71. *Jacob. Marchiſellus in* Sylva quæſtion. juris practic. q. 40. n. 50. & ſeq. *Joſeph. Maſcardus* de Probation. concluſ. 224. n. 647.

(β) In cauſſis contributionum] *Camillus Borellus* Conſil. 41. & ſeq *Lehmannus* lib. 7. Chronic. Spirenſ. cap. 112. fol. 967. & cap. 113. fol. 975. *& alibi; de Civitatum Imperialium gravaminibus & proteſtationibus contra Matricularum taxas.*

(γ) Majoris partis conſenſus] *qua de re tamen ingentes hodie lites ſuborta ſunt inter Ordines Imperii volentibus nonnullis vota ponderanda eſſe, non numeranda; aliis contra diſceptantibus, majora vota attendenda ſecundum antiquam Imperii conſuetudinem. Qua de re exſtat diſcurſus Michaelis Læſenis, Conſiliarii Palatini, ſub titulo;* In quibus caſibus majora vota valere non poſſint nec debeant, *& ex eo extractus Begriff etlicher durch die proteſtirende uff dem Reichstag anno 1613. übergebener fallen, in welchen ſie nit geſtatten kœnnen, daſſ die* majora vota *den vorzug haben ſollen*, artic. 2. in Actis Comitiorum Ratisbonenſium anno 1614. celebratorum ſeu *Verfaſſung deſſen, ſo auff dem* anno 1614. *zu Regenſpurg gehaltenem Reichstag den Standten des Reichs fürgehal-*
238 *ten, und mit denſelben gehandelt worden.* Videatur *Gründliche* Relation *derjenigen, was bey dem zu Regenſpurg vorgeweſenen Reichstag von der* Correſpondirenden *Chur und Fürſten, und Standten Geſandten verhandelt worden, maxime* fol. 57. & fol. 72. *Referunt etiam Gothardus Arthus in* Mercur. Gallo-Belgic. anno 1614. *& alii, quorum ſententiam propugnant VVaremund. ab Erenberg. ſive Eberhardus a VVeyhe* in Veriſimil. de Regni ſubſid cap. 2. n. 19 & cap. 5. n. 53. *Bertramus* de Comitiis Imperii, memb. 3 concluſ. 73. *Beſoldus* de Jurisdict. Imper. Rom. cap. 15. *Griesheim in* Diſcurſ. de Comit. Imp. Rom. concluſ. 95. *Zach. Vietor* de Cauſ. Exemption. Imper. concluſ. 5. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 5. cap. 8. n. 62. *Rumelenus* ad Aur. Bull part. 2. diſſert. 3. th. 20. *Eandem autem oppugnant A. P. A. in* Diſcurſ. de Turbato Romani Imperii ſtatu &c. *Chriſtian. Gotlieb de Friedberg im neuen Calviniſchen Model des H. Rœm. Reichs &c. Chriſtoph. ab* C *Vngersdorff in Erinnerung von der Calviniſten art und feindſeligkeit gegen dem Rœm. Reich &c. quorum ſcriptorum conditorem VVernerus Albertus ab Obrinca putat eſſe VVilhelm. Ferdinandum ab Efferen, Conſiliarium Moguntinum & Vicedominum &c. in der kurtzen Erinnerung und verwarnung auff die zwo unterſchiedene* anno 1616. *wider die Calviniſten ausgeſprengte auffrührische Laſterſchrifften: at ipſe Nobiliſſimus Dominus ab* D *Efferen id perſancte negat in der nothwendigen abgetrungenen Ehrenrettung wider den boshafftigen* Calumnianten *&c. Sed hujus controverſiæ diſcuſſio aliud inſtitutum, aliumve locum deſiderat.*

(δ) In Comitiis decretum] *in* Receſſu Trevirenſ. anno 1512. §. 7. *es ſollen auch die Churfürſten*, Ratisponenſ. 1576. §. 98 *da dann die ſachen* Ratisponenſ. 1594. §. 128. *da dann die ſachen nach angehœrter*, Ratisponenſ. 1613. §. *hierumb ſo ſo haben die erſchienene. Denaiſius in* Jur. Came- E ral. tit. 181. §. 8. *Pro quorum Receſſuum decretis faciunt Althuſius in* Polit. cap. 33. n. 98. verſ hic quod, & n. 102. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. concluſ. 34. *Dan. Otto* de jur. publ. Imp. Rom. cap. 13. fol. 489. & fol. 500. *Reingkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſſ. 3. cap. 5. n. 4. & cap. 8. n. 62. *Dempſterus in* Paralipom ad Roſinum lib. 7. Antiquitat. Roman. cap. 5. circa fin.

(ε) Bohemico & Boruſſico] *in Actis Comitior. Trevirenſ.* de anno 1512. F

(ζ) Ab Imperat. & Regib.] *Maximilianus I. Imp. in* edicto ad Ordines Imperii de anno 1509. *Videatur die handlung zwiſchen Rœm Keyſ. Majeſt. und den Fürſten und Standten des Reichs auff dem Reichstag zu VVormbs* anno 1509. *in Goldaſti Reichshandlungen.*

(η) Imperabantur] *unde etiam nomen invenit, ut* Imperatum *ſimpliciter, &* pecunia imperata *diceretur, Juſt. Lipſius* lib. 2. de Magnitud. Rom. cap. 2. *Jul. Cæſar Bulengerus in* lib. de tribut. & G vectigal. popul. Roman. cap. 3. *Adrianus Behotius* lib. 3. Apophoretor. cap. 6. *Dempſterus in* Paralipomen. ad Roſini Antiquit. Roman.

A cis in Comitiis, [α] accedente univerſorum Statuum Imperii, aut majoris eorum partis,
ſcito & conſenſu. Nec indictionum Romanarum onus (β) in Imperio Germanico um-
quam obtinuit, licet nomen earum ex conſuetudine magis & uſu Romanæ Eccleſiæ, (γ)
quam ex vero aut re ipſa Diplomatibus Cæſarum noſtrorum apponeretur.

4. Ergo igitur Rex Bohemiæ, veluti unus primis Imperii Principibus, [δ] quive
tantas tamque latas ditiones, ab, in, & ſub Imperio poſſidet, juſtiſſime ſuit in album
Ordinum cenſitorum relatus, ut quæ quondam onera ad ſolius Imperatoris nutum ſu-
ſtinere cogebatur, nunc cum ſuis Comprincipibus non gravetur gratuito conferre. Hoc
enim jus & æquum dictat, ut æqualitas (ε) ſervetur, & membra unius ejuſdemque cor-
poris (ζ) paribus pro cujuſque conditione officiis ac muneribus capiti ſuo adſiſtant, (η)
B & adminiculentur. Nec Regis Bohemiæ ſive abſentia, ſive diſſenſus, ut univerſo Rei-
publicæ corpori officiat, & ſuum illi miniſterium neget, jura legesque patiuntur. Et
ſibi ipſi imputare Rex debet, quod vocatus ad Comitia (ϑ) venire, atque inſtar majo-
rum

(α) Niſi publicis in Comit.] *ut teſtantur Re-*
239 *ceſſus Imperii ſive Decreta Comitialia paſſim, & do-*
cent Lehmannus lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 58.
Caſp. Glock Suſatenſ. in Concluſionib. theorico-
practic. de Contributionib. hodiern. in German.
uſitat. concluſ. 7. *Chriſtoph. VVintzlerus in* Obſer-
vation. de Collect. ſeu contribut. Imperii & pro-
C vin. *Zinzerlingus* de Appellation. concluſ. 67.
lit. c. *& alii numeroſi ſcribentes.*

(β) Indictionum Romanar. onus] *de quo Bal-*
bus in Catholic. verb. Indictio, *Gloſſa in* c. inter di-
lectos 6. verb. indictionis, Ext. de Fid. Inſtru-
ment. *Vetus vocabularium juris in* verb. indictio,
Gobelinus Perſona in Coſmodrom. æt. 6. cap. 1. in
princ. *VVaremund. ab Erenberg. in* Veriſim. de Re-
gni ſubſid. *Cujacius & Gothofredus* ad Novell. 47.
cap. 1. *Alberic. Gentilis in tract. de* Diverſ. tem-
D por. appellat.

(γ) Romanæ Eccleſiæ] *eleganter Balbus in d.*
Catholic. verb. Indictio, *Guilh. Durandus JC. &*
Epiſc. Mimatenſ. in Rational. divinor. officior.
Joan. Beleth Sorboniſta Pariſ. in lib. de Divin. offic.

(δ) Unus ex primis] *Gevvoldus in* Comment.
de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 9. ſol. 159.

(ε) Æqualitas] *quod in cauſſa Contributionum*
paſſim Decreta Imperii admonent & conſtituunt,
daſſ gleichheit gehalten, und kein Stande vor dem
E *andern beſchvvert vverde. Æquabilius ergo Ger-*
mani cum Bohemis, Sileſiis & Moravis egerunt,
quam Poloni cum Boruſſis ac Livonibus, quorum
provincias ſuſceperunt, ut onera & tributa ferrent,
ipſi interim immune libertate gauderent, ut ſcri-
bit Reinhold. Heideſteinius lib. 2. de bello Moſco-
vit.

(ζ) Membra unius] *unuſquique enim ſtatuum*
Imperii tenetur Imperatori, ut capiti cordique, ſuo,
pro viribus ſuis, quibus dotatus eſt, opitulari, præ-
F *cipue ad dignitatem imperialem, Imperiique aucto-*
ritatem publicam, tuendam, quum ut membrum,
particeps fiat gloria, qua caput fruitur; Jacob.
Valdeſius de Prærogativ. Hiſp. in proœm. n. 21.
Caſp. Dornavius in Agrippa, id eſt Corporis hu-
mani cum Republica perpetua comparat.

(η) Capiti ſuo adſiſtant] *juxta Apologum Agrip-*
pæ Menenii Lanati, quem recitat Dionyſius Ha-
licarnaſſ. lib. 10. Hiſt. Roman. *Livius* lib. 3. Hiſto-
240 riar. *Cornel. Nepos ſive potius C. Plinius Junianus*
G *de* Viris Illuſtr. cap. 18. *Plutarchus* in Pomp. *L.*
Florus lib. 2. cap. 23. *A. Gellius* lib. 17. Noct. Att.
cap. 21. *Appianus* lib. 1. Bell. Civil. *Val. Maximus*
lib. 8. memorabil. cap. 9. num. 1. *Eutropius in*
Breviar. lib. 1, cap. 11. *Ovidius* Faſtor. lib. 3. *S.*
Auguſtinus lib. 2. de Civit. Dei cap. 18. & lib. 3.
cap. 17. *Paul. Oroſius* lib. 2. Hormeſt. mund. cap. 6.
Feneſtella ſive potius Dominicus Floccus de Magi-
ſtrat. Rom. cap. 25.

(ϑ) Vocatus ad Comitia] *Regem Bohemiæ ad*
Comitia vocari, ſuo loco dicemus. Et eſto, quod
non vocetur, num ideo membrum tam nobile ac
præcipuum, ut a Carolo IV. Imp. & ipſo Bohemiæ
Rege indigetatur, a corpore ſuo ſequeſtrandum &
dividendum eſt? Num cætera membra pati debent,
ut mutilato & truncato primario, caput tandem
labaſcat, & venter, qui acceptos cibos per omnia
membra digerit, ope ciboque deſtitutus miſerrime
deficiat? quive Status eſt præcipuus, ſtatum Reipu-
blicæ non ſolum deformem ſua diviſione, ſed etiam
languidum, imbecillem & infirmum reddat? ſunt
hodie complures ſtatus in Imperio, qui ad Comitia
non modo non vocantur, ſed & ultro comparen-
tes a ſeſſione & conſultationibus excluduntur, & ta-
men Decretis Comitiorum non minus obligantur,
quam ipſi vocati & præſentes Ordines: Receſſ. Ra-
tiſponenſ. 1576. *§. 21. gleichfalls dievveil etliche,*
ſol. 658. *Cujuſmodi ſunt Adminiſtratores* Archie-
piſcopatuum *Magdeburgenſis & Bremenſis:* Epi-
ſcopatuum, *Miſnenſis, Merſeburgenſis, Naum-*
burgenſis, Mindenſis, Halberſtadenſis, Ultrajecti-
nus, Verdenſis, Lubecenſis, Suerinenſis, Ratzen-
burgenſis, Caminenſis, Sleſuicenſis, Brandenbur-
genſis, Havelburgenſis, Lubuſſenſis, &c. Abba-
tiarum Principalium, *Hirſfeldenſis, Salfenden-*
ſis &c. Abbates, *VValckenriedenſis, S. Michae-*
lis Luneburgenſis, Ritterſhuſanus, Bobenhuſanus,
Maulbrennenſis, Hirſangienſis, Hailbronnenſis,
Kœnigsbronnenſis, &c. Abbatiſſæ, *Hervordenſis,*
Gandersheimenſis, VVunſterffenſis, Kauffingenſis &c.
quibus propter mutatam religionem aditus ad Co-
mitialem Senatum interdictus eſt. A. P. A. in
Turbato Rom. Imperii Stat. *Engelbrechtus in*
Diſquiſit. de juriſdict. concluſ. 67. *Beſoldus in* Diſ-
ſert. de Majeſtat. ſect. 2. cap. 4. n. 2. *Franc. Burck-*
hardus in Antonom. *ſeu von freyſtellung der Reli-*
gion &c. Correſpondentes in Gravaminib. S. Cæ-
ſar. Majeſtati oblatis anno 1603. in Comitiis Rati-
ſponenſib. *Decretum Aſſecurationis* in conventu
Mulhuſino factum anno 1620. *Valentin. Caſareus*
in Fide Bohemo-Palatin. ſol. 38. *Conſtantius Pere-*
grinus Flander in Buquoy Quadrimeſtr. itin. &
progreſſ. belli Bohem. ſol. 102. *Candidus Eblanius*
in libel. de Prælio Pragenſ. *Item* Præpoſiti, *Sale-*
tienſis ad Rhenum, Odenheimenſis, Bruxellanus
in Pruiheimo, Burſchedenſis prope Aquiſgranum,
Arnnelenſis prope Sarbruckum &c. Abbates,
Bruvvile-

rum ſuorum vice debita fungi in Electorum conſilio detrectet. Quo in caſu juris eſt A
conſtituti, ut quod major pars decreverit, [α] Regem Bohemiæ non minus obliget,
quam alios Imperii ordines abſentes. Ait namque lex; (β) *Electores, Principes & Ordines, unius pluriumve abſentia inſtitutum ne deſerunto. Quod parti majori placuerit, perinde ac ſi omnes approbaſſent, ratum eſto.* Item, (γ) *Quod de executione pacis publicæ pars major juſſerit, ratum eſto, & a cunctis peræque obſervator: detrectantes, Cæſar cæterique Ordines ad officium & relaxationem damnorum, quibus modis expedire putabant, compellunto.*

5. Duum autem generum contributiones jure noviſſimo introductæ ſunt, una ci-
vilis, altera militaris. (δ) Civilis ad ſuſtentationem Regimenti Cæſarei, & Cameræ Im- 242
perialis, nec non ad viatica Legatorum Imperialium. & ſimiles expenſas pertinet. Militaris vero ad hoſtenditia, expeditiones bellicas & finium adverſus Turcas muniendo-

X rum,

Bruvvileranus S. Blaſii in Nigra ſylva, Bingenbachim &c. Abbatiſſæ, *Scheningenſis, Seckingenſis, Elthena in Amlandia ad Rhenum, &c.* Princeps Comes, *Bergarum ad Somam:* Comites, *Berga in Geldria, Egmonda, Culenburgi, Tubinga, Bredaa. Viande Naſſoviorum, Tulingia Bappenheimiorum, Sitrumbi in Geldria &c.* Barones, *Juſtingenſis, Hohenſaxenſis in Helvetia, Ehrenfelſius in Rhætia Curienſi, Barrenſis in Alſatia, VVartbergius in inferiori Saxonia, Berga in Holandia, Baſſenheimius, Aaboldinus in Geldria, Beurenſis in VVeſtphalia, Milchlingus in Franconia, Reiffenbergius, Heuſenſtamius, Stralenbergius, omnes tres in VVetteravia, Ulmius VVangia Baro in Suevia, Pleſſinſis in Saxonia. Fleckenſteinius in Alſatia, Bredenrodius Viana Dominus in Holandia &c.* Burggravii *Fridberga, Geilenhuſa, Kirchberga in*
241 *Thuringia, Rotenberga in Franconia, &c.* Civitates Hanſeaticæ, & Nobiles Liberi *in Imperio. Econtra multi ad Comitia citantur & vocantur, qui tamen nihil Imperio præſtant, nec contribuunt: ut ſunt,* Archiepiſcopus, *Biſantinus, Cameracenſis;* Epiſcopi, *Genevenſis, Lauſannenſis, Sedunenſis, Curienſis, Metenſis, Tullenſis, Virdunenſis.* Abbates Principes, *S. Galli, Einſydelenſis;* Abbatiſſæ Principes, *Thornana, Andelavienſis &c.* Duces, *Sabaudiæ, Lotharingiæ, Moſanus, qui & Bullionaeus in Principatibus Sedani & Jametis, Sunderburgenſis in Sleſuigia ſive Jutia Auſtrali, &c.* Principes, *Cabillonenſis ſeu Auranius, Arnburgenſis, &c.* Abbates, *Diſſendiſianus, Fabarienſis, Steinenſis ad Rhenum, Crucelirgenſis in Turgovia Helvetiorum, &c.* Comites, *Hohenembſius, Rechberga, &c.* Barones, *Brandiſius, Kniphuſius, &c.* Civitates, *Baſilea, Biſantium, Mulhuſium Suntgoviæ, Schafhuſia, Sanctigallum, Metis, Tullum, Verdunum, Kaufmansſarbruckum, Hamburga, Veſalia inferior, Suſatum, Brackela, VVarburgum, Lemgovia, Verda in inferiori Saxonia, Diviodurum, Hervordia, Cameracum, Duuburgum, Dantiſcum, Elbinga, &c. Quorum ſtatuum nonnulli quidem comparere ſolent in Comitiis, & Receſſibus ſubſcribere, nihil tamen contribuunt: exempli gratia, Sabaudus, Arnburgius, Cameracenſis, Curienſis, Sedunenſis, Andelaviana, Hohenembſius, Rechbergauus &c. niſi quod hi duo poſtremi circularibus contributionibus obnoxii legantur. Aliqui nec comparent, nec contribuunt, quidam etiam vi majori cohibentur. De Comitatu Burgundiæ, & quem ab eo in feudum recepiſſe Dux Longovillanus dicitur, Novocaſtelli ſeu VVelſchenevvenburgi, Dominioque Erencurti, eorumque pratenſa exemptione, differit Beſoldus in* Diſcurſ. polit. 5. de ſtat. Reipubl. ſubaltern. cap. 1. n. 5. *Ludovic. Gollutus Parlamenti Dolani Advocatus in* Commentariis hiſtor. de Republic. Sequanor. & Principib. Burgund. *Cheſletius in* Veſuntion. *Quæ exempla, & alia quapiam parilia, relata legi in quadam Fiſcalis Cæſarei Relatione, memoriæ feliciſſimæ Rudolpho II. Imperatori facta anno 1576. & repetita anno 1594. Et quorundam etiam indicinam fecit Dominus Zacharias Geitzkoflerus, Eques Auratus, S. Rom. Imperii Quæſtor & Conſiliarius, amicus noſter, dum advixit, honorandiſſimus, in verzeichnus aller und jeder Standte des Reichs anno 1602. Unde evidenter apparet, quam infirmum ſit argumentum negative illatum a participio Comitiorum ad præſtationem munerum Imperialium: quum etiam in quibuſdam illuſtribus Civitatibus multi præſtantes & opulentiſſimi ſine cives, qui licet onera civilia quæcumque ſuſtinere cum ſuis concivibus cogantur, ipſi tamen honorum municipalium, maxime Senatorii, non ſiunt capaces, ut Venetiis, Norimberga, Argentina, Francofordiæ, Colonia, Hamburgi, VVormatia, &c. De quibus Joach. Krantzius* lib. 4. Viridar. politic. cap. 1. *Beſoldus in* Diſcurſ. politic. de trib. domeſtic. Societ. ſpecieb. diſc. 2. de jur. Ordinibuſq. civ. cap. 3.

(α) Major pars decreverit] *nulla habita abſentium ratione, niſi ut obſequantur facto decreto, & præſtent, quod decretum ab ipſis exigit:* Receſſ. Auguſtan. 1555. §. 68. *es ſollen auch, & § ſeq. und damit die, in fin.* Auguſtan. 1559 §. 43. *dieſen beſchvverden,* Ratiſponenſ. 594. §. 128. *da dann die ſachen.*

(β) Ait lex] *Denaiſius in* jur. Cameral. tit. 212. §. 11. & §. 13.

(γ) Item] *idem d. tit. 212. §. 45. qui in vulgatis editionibus per errorem factus eſt 38.*

(δ) Militaris] *ad quam tamen perſonaliter præſtandam Rex Bohemiæ non magis obligatur, quam quilibet alius, niſi velit ſuapte ſponte & honoris ergo Cæſari proficiſcenti perſonaliter inſervire. Ita declaratum legimus a Carolo V. Imp. in vertrag zu Gorckum, zvviſchen dem Keyſer und Hertzogen Carln zu Geldren auffgericht anno 1528. & refertur in* Aſſertione Juris, quod Imperatoria Majeſtas ad Geldriæ Ducatum & Zuiphaniæ Comitatum habet, Ordinibus Imperii in Comitiis Ratiſponenſib. anno 1541. exhibita: *nec non in vvarhafftigen und gründlichen bericht der gerechtigkeit, und rechtmeſſiger poſſeſſion Herrn VVilhelmi Hertzogen von Gulich &c. zu dem Hertzogthumb Geldern &c.*

A rum impendia ſpectat. Ad utramque præſtandam Regem Bohemiæ tum Conſtitutiones
Imperii, tum Matriculæ ſeu Tabulæ Cenſuales obligant. De illis prius videamus, de
his poſterius.

6. Conſtitutiones Imperii eas dico, quas nunc barbara voce *Receſſus* appellamus,
ad exprimendam notionem ac vim Germanici vocabuli *Abſchied* conformata. Vetu-
ſtiſſimus Receſſus eſt, qui quidem hodie ſuperſtitet, [α] (*) Comitiorum Mergenthei-
menſium (β) anno MCCCLXXXVII. a Wenceslao Cæſare, eodemque Bohemiæ Rege, ha-
bitorum, in quibus definitur, quantis viribus Rex Bohemiæ, cum incorporatis provin-
ciis Moravia, Sileſia, Luſatia, &c. ſubvenire debeat, ſi forte bellum Germaniæ ingruat,
aut pax publica in Imperio a ſeditioſis & rebellibus turbetur.

B 7. In Receſſu Ratiſponenſi, (γ) anno MCCCCLXXI. a Friderico III. Imp. de expeditio-
ne Turcica publicato legitur §. 27. *Dann von der Beheimen, Merhern, Schleſitzern,
Luſatzern, auch der Elnbognern und Egrern kreyß wegen: die alle ſollen auch angeſchla-
gen von unſerm Herrn Keyſer, und bey dem teutſchen volck und heere bleiben: angeſehen
daß daſſelb Künigreich ein Churfürſtenthumb iſt, nnd zu dem heyligen Reich gehært.*

8. In Receſſu Auguſtano; (δ) anno MD. a Maximiliano I. Imp. conſtituitur; *Und
alß hiebevor vergangenen Reichstægen, auch jetzt hie, von unſern Brüdern den Kœni-
gen von Hungern und Poland, der Türckiſchen anfechtung halben, merckliche klag, auch
umb hülff und rath anruffung geſchehen: iſt hie gerathſchlagt und beſchloſſen, daß die-
ſelbe unſere Brüder, durch unſer verordnet Reichs Regiment beſchrieben und erfordert
C werden ſollen, ihr treffentliche verſtændige bottſchafft gen Nürnberg zugemelten Reichs* 243
*Regiment zu ſchicken, die alßdann ihre bottſchafft, bericht und anſchlag auß den jeni-
gen, ſo derſelben Land und Leut art kündig ſind, hœren, und mit ihnen weiter handeln,
rathſchlagen und beſchlieſſen ſollen, wie und welcher maß dem Türckiſchen fürnehmen
widerſtand beſchehen, auch was beyſtands ſie hinfüro dem H. Reich, beſonder der Kœ-
nig von Bœhem,* [ε] *als ein Churfürſt deſſelbigen, wider des Reichs anfechter thun wœl-
len*

dern &c. auff dem Reichstag zu Speyr anno 1542. übergeben: denique in Pleniore juris & legitimæ poſſeſſionis Wilhelmi Ducis Juliacenſis in Geldriæ Ducatu &c. Defenſione, in Comitiis Norimber-
D genſib. anno 1543. exhibita.

(α) Superſtitet] *in archivo Civitatum Imperialium Spirenſi: nondum enim prodiit in lucem.*

(β) Mergentheimenſium] *Lehmannus* lib. 7. Chronic. Spirenſ. cap. 48.

(γ) Ratiſponenſi] *apud Lehmannum* d. lib. 7. cap 112. *Reichsſatzungen* part. 1. fol. 187.

(δ) Auguſtano] *Reichs abſchiede zu Augſpurg* 1500. ſub rubr, *wie man mit den Kœnigen zu Hungern und Poland, der Türcken halben, handeln*
E *ſol.* fol. 60.

(ε) *Beſonder der Kœnig von Bœheim] hinc ſunt, qui colligant, Regem Bohemiæ contributionibus Imperii non eſſe obnoxium; Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 8. lit. c. *Bertramus* de Comitiis Imper. membr. 3. concluſ. 31. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. Germ. publ. cap. 6. n. 28. *Rumelinus* ad Aur. Bull. diſſert. 8. th. 6. *Sed aut ipſi falluntur, aut me animus meus fallit. Non enim Imperatori atque Ordinibus propoſitum erat de Re-
F ge Bohemia decernere, ut in ſocietatem Imperii noſtri perſuaderetur convenire, quippe qui a tot ſæculis jam erat primarius Princeps & Elector, & in hiſce ipſis Comitiis in album cenſitorum cum cæteris Imperii ſtatibus relatus, verum de Regibus Hungariæ & Poloniæ, qui jam tum ab Imperii noſtri ſocietate receſſerant, ut oſtenſione imminentium a Turcis & Tartaris periculorum, & perſuaſione commodorum ad ſe ſuaque Regna redundandorum, cum Imperio noſtro adverſus communes hoſtes rur-
G ſum conjungerentur. ſimulque convenıretur, quid pro defenſione & protectione viciſſim S. Imperio præſtare deberent, ut hoc pacto in unum idemque corpus commembrati Germani, Hungari, ac Poloni æterno fœdere contra infeſtos omnium ac ſingulorum hoſtes invictis viribus copularentur & uniretur. Quod de Hungaria in* Receſſ. Auguſtan. 1566. *§ 71. über vorige, & ſeq. repetitum legitur. Et hæc eſt unica mens, verusque ſenſus hujus decreti, quem ipſa etiam rubrica ſatis clare indicat, dum nullam Bohemiæ Regis, ſed ſolum Hungariæ & Poloniæ, facit mentionem, quæ in medio incidit non ex propoſito, ſed obiter per occaſionem Regis Hungariæ, qui ſimul etiam erat Rex Bohemiæ, ad captandam ejus benevolentiam, & ut hoc argumento Adſeſſores Regimenti uterentur ad perſuadendum Regi, ut Hungariæ quoque Regnum ad unitatem Imperii reduceret. Quo eodem perſuaſorii generis argumento utuntur Cæſar atque Ordines in* Receſſ. Spirenſ. 1543. §. 125. *dieweil aber zu dieſem, ubi de Rege Daniæ conſtituitur in hunc modum; So ſollen dieſelbe, als Italia, Franckreich, Engelland, Polen, Schottland, und andere umb hülff gebetten, inſonders aber Dennemarck, als zum theil auch des H. Reichs verwand Mitglied, durch den Churfürſten zu Sachſen und Landgraffen zu Heſſen, erſucht werden. Ecce par ratio, idem argumentum: ſicut Rex Daniæ, tanquam Princeps Imperii, Sleſvigæ & Holſatiæ reſpectu, propenſior eſſe debet ad ſubſidiandum Imperio & opitulandum, ita Rex quoque Hungariæ, tanquam Elector & Archiprinceps Imperii, Bohemiæ reſpectu, pronior eſſe debet in ejuſdem Imperii ſocietatem arctiorem coeundam. Videatur* Receſſ. Norimb. 1524. § 30 *item als auch auff gegenwertigem Reichstag unſer Bruder der Kœnig zu Beheim und Hungern &c.*

(*) Vid. Cl. Wenckeri App. Archiv. p. 242. qui ea ſupplet, quæ in excerptis Lehmannianis hactenus deſiderabantur.

len, damit dem Türcken zu ewiger zeit deſto dapfferer widerſtand gethan werden mœg. A
Daſs ihnen auch in ſolchem ſchreiben angezeigt werde, was wir jetzo auff dieſem gehaltenen Reichstag treffenlich gehandelt, wie die Chriſten von den Türcken erlœſt werden mœgen, alsdann ihre bottſchafft, ſo ſie ſchicken, werden vernemmen.

244 9. In Receſſu Norimbergenſi, (α) anno MDXXII. decernitur, ut Regi Hungariæ & Bohemiæ dies Viennam indicatur, in quo cum Cæſare, Ferdinando Auſtriaco, Ludovico Bavaro, & communium Imperii Ordinum Legatis de bello contra Turcos gerendo, *von vvegen*, ut textus habet, *der beyden Kœnigreich, Hungern und Behem, und derſelben Landſchafften und Furſtenthumb*, conſultaturus & deliberaturus ſeſe ſiſtat. Quibus verbis noſtra illa interpretatio luculentur confirmatur & illuſtratur.

10. In Receſſu Auguſtano (β) an. MDXXX. a Carolo Imp. promulgato, nomen Re- B
gis Bohemiæ inter externos Reges irrepſiſſe per incuriam videtur, dum ita conſtituitur de expeditione Turcica in Hungariam expedienda; *Item daſs ſie* (nempe Imperator atque Ordines Imperii) *zuvor vergevviſt, vvas Bæbſtliche Heyligkeit, Italien, Franckreich, Hungern, Engelland, Bœhem, Portugal, Polen, Dennemarck, und Schottland, und andere Chriſtliche Potentaten, auch thun vvœllen* &c. Erat tum Hungariæ ac Bohemiæ Rex Ferdinandus, S. Rom. Imperii Locumtenens, ac Bohemiæ nomine Archiprinceps Elector; cujus cenſitio atque taxatio ideo etiam in Matriculis hoc in Conventu compoſitis omittitur. Qua in re neſcio quid arcani nunc Bohemi adverſum Auſtriacos Principes ruminantur, quum tamen ipſorum majores, non autem Rex Ferdinandus,
hujus rei fuerint auctores, neſcio quam falſam ab ipſismet commentam & excogitatam C
exemptionem verbis minacibus oggerentes. Qua poſtea cognita & perſpecta, Imperator atque Ordines incuriam hanc corrigentes, Regem Bohemiæ cum exteris amplius non computandum, ſed Matriculis rurſus inſerendum decreverunt. Quod & factum eſt, & ſubinde obſervatum uſque in hodiernum diem, ut infra dicemus.

11. In Receſſu Ratiſponenſi, anno MDXLI. ab eodem Imperatore concluſo atque edito, Ferdinando Cæſari, tamquam Regi Bohemiæ & Hungariæ, ſua imponuntur onera (γ) ad expeditionem Turcicam conferenda & præſtanda, quæ longum foret in hunc locum congerere.

12. In Receſſu Spirenſi, (δ) anno MDXLII. a Ferdinando Cæſare publicato, decer-
nitur in hunc modum; *Wir haben auch gemeinen Stændten freundlich und gnædiglich* D
anzeigen und erœffnen laſſen, was wir auff die handlung und bewilligung, der beharrlichen Türcken hülff halben auff jüngſtem Reichstag zu Regenſpurg beſchehen, ſeitheromit unſern Kœnigreichen und Landen gehandelt, und uns mit ihnen entſchloſſen haben. Und
245 *nemlich, daſs wir auff den Beſchluſs* (NB.) *deſs jüngſten Regenſpurgiſchen Reichs Abſchied, in unſer Cron Bœheim, ſampt derſelben* incorporirten, *auch den Oeſterreichiſchen Landen* &c. *und daſs ſich daſelbſt die Stænde bemelter unſerer Cron Bœheim, ſampt derſelben* incorporirten *Landen, auch unſer Oeſterreichiſche Lande, auff unſer gnædige und fleisſige handlung und anhalten ſich miteinander vereiniget und verglichen, daſs ſie in angezeigte bewilligte beharrliche hülff, nemlich die Prælaten, Herrn, Ritterſchafften, Adel*
und Stætten, je von hundert gülden ihres vermœgens, einen: und die underthanen auff E
dem Lande wohnend. von ſechtzig gülden einen gulden, reichen wœllen &c.

13. In Receſſu Norimbergenſi, (ε) anno MDXLII. ab eodem Cæſare evulgato, ſic legitur; *Ferrner haben wir auch gemeinen Stænden freundlicher und gnædiger meinung fürhalten laſſen, daſs wir uns mit den anſehenlichen trefflichen kriegsſtücken, ſo uns auff obbemeltem Speyeriſchen Reichstag, von wegen unſerer Kœnigreich und Landen, in obbeſtimpte beharrliche Türckenhülff zu leiſten aufferlegt vvorden, nicht ohn groſſen überſchvvencklichen koſten in bereitſchafft geſchickt, und damit alſo zeitlich gefaſt gevveſt, daſs derſelben halben zum anzug kein mangel erſchienen ſeyn ſolt: vvie dann ſolchs dero Oberſt Feldhauptmann, Joachim Marggraff zu Brandenburg, Churfürſt* &c. *ſampt den*
verordneten Kriegsræthen auſs den Krayſen, augenſcheinlich geſehen, und lautern bericht F
empfangen.

(α) Norimberg] *Reichsabſchied zu Nürnberg, 1522. §. 2. damit nun, & §. ſeq.*

(β) Auguſtan.] *Reichsabſchied zu Augſpurg 1530. §. 102. darauff haben vvir, Churfürſten &c. fol. 205.*

(γ) Onera] *vide Reichsabſchied zu Regenſpurg 1541. §. 49. und zur fürderung, §. 53. ferrner hat uns er & §. ſeq. juncto Receſſ. Spirenſi 1542. §. 7. vvir haben auch gemeinen.*

(δ) Spirenſi] *Reichs Abſchied zu Speyr, 1542. §. 7. VVir haben, fol. 263. Reinking* lib. 2. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 3. cap. 4. n. 4.

(ε) Norimberg.] *Reichs Abſchied zu Nürnberg 1542. §. 6. fol. 284.*

A 14. In Receſſu Spirenſi, (α) anno MDXLIV. a Carolo V. Imper. publicato, conſtituitur, *daſs ein jeder Churfürſt, Fürſt und Stand, ſo in deſs H. Reichs hülff gehærig, und in dem anſchlag des Romzugs befunden vvird, für die anzahl, die ihme, vermæg des Romzugs, zu roſs und fuſs zuerhalten gebürt, die beſoldung an gold und guter müntz in den Legſtætten bezahlen und erlegen ſoll* &c. Atqui Rex Bohemiæ, S. Rom. Imperii Elector, in Matricula (*) Romanæ expeditionis, æque ac cæteri Principes, pro communi contributione cenſitus legitur: ergo pariter quoque cum ſuis Coelectoribus hic ſubintelligi debet.

(α) Spirenſ.] *Reichs Abſchied zu Speyr 1544. § 6. Und damit nun, fol. 293. junctè §. 68. Und*
B *dievveil aber vvir, fol. 301.*

[*] Reges Bohemiæ nunquam inſertos vel inſeri potuiſſe Matriculæ Imperii, ex rationibus Regni Germanici affirmat Coccejus in *Jur. Publ. c. 30. §. 11.* quoniam cum ipſis de conſenſu & modo ſeorſim tractetur *R. A. 1500. t. 42.* Sed ex hoc receſſu id effici non poſſe, clariſſime ſimulatque certiſſime docuit hoc ipſo capite *§. 8.* Goldaſtus noſter,

CAPUT XVII.

Ulterior Demonſtratio ex S. Romani Imperii publicis ac authenticis Matriculis, Regem Bohemiæ cum incorporatis Moraviæ, Sileſiæ, Luſatiæ, Egræ & Elenbogii provinciis, eſſe contributionibus tam civilibus quam militaribus obnoxium.

HUcusque ex Conſtitutionibus Imperii & Receſſibus ſacroſanctis demonſtratum 246
eſt, Regem Bohemiæ contributionibus, aliisve Imperii oneribus tam realibus quam perſonalibus, obnoxium eſſe: nunc id clarius & manifeſtius ex
C Tabulis Salicis, id eſt, publicis ac authenticis S. Imperii Matriculis ſeu Regiſtris cenſualibus, communi omnium ordinum conſultu ac ſuffragio ſancitis, (α) & eo nomine vim quaſi quandam Decretorum habentibus, eluci dabimus, ſervata temporis ſerie & ordine annorum, ut conſuevimus.

2. Prima Matricula [*] (nam vetuſtiorem nanciſci nondum potuimus) Norimbergæ in frequentiſſimis Comitiis pro expeditione in Bohemiam contra Huſſitas ſuſcipienda, anno MCCCCXXXI. ab Imperat. Sigiſmundo Aug. eodemque Bohemiæ Rege, & Papa Eugenio IV. ſancita, Sileſiam & Luſatiam hiſce verbis in æſtimum refert *rubr. fin. Das Land in der Schleſien, und die Sechs Stætt, 500. gleſen.* (β)

3. In

(α) Sancitis] *Roſenthal, ſive (ut Beſoldus aſſe-*
G *rit) Gœddæus in Gründlichen Bericht des H. Reichs Statt Friedberg Stand, Regalien, Privilegien, Rechten und Gerechtigkeiten &c. Joh. Philip. Reinhardus in VVolgegründen Gegenbericht, mit angehefftet Information auff den durch die Biſchoffliche VVurtzbürgiſche Rahte vvider die Graffen zu VVertheim außgeſprengten Bericht, &c. VVilhelmus Kyriander in* Commentar. de Orig. & ſtatu civitatis Auguſtæ Treveror. in cauſſa libertatis ab Archiepiſcopo oppreſſæ *&c. Zachar. Vieter in*
D Deductione in continenti, *daſs die Graffen zu VValdeck uralte unmittelbare Reichs Graffen jederzeit gevveſen; Author der Gräfflichen VValdeckiſchen Ehrenrettung und* Remonſtration contra *die Herrn Landgraffen zu Heſſen, &c.*

(β) *Notandum eſt, in hac & ſequentibus Matriculis taxam præſtitutam eſſe ſingulis menſibus, monatlich zu entrichten, ut tot menſibus præſtatio revolvatur, quot durat expeditio, aut ab Ordinibus eſt conventum & accordatum. Sunt porro Gleſen*
E *(**) quas Latine* Lanceas *vocant, in ordine militaris exercitus ſingula membra ex quatuor aut quinque equitibus armatis conſtantia. Et hoc loco 500. lanceæ facere videntur ſummam duo millia equitum armatorum. Sic enim Krantzius* lib. 11. Wandal. cap. 6. *de incurſu Bohemorum in Miſniam ſcribit;* Quatuor lancearum millia eduxiſſe ferebantur. *id eſt 16000. quia ter quatuor conficiunt 16. ut obſervavit Theobaldus in* tract. de bell. Huſſit. part. 3. cap. 17. anno 1467. fol. 102. *Signanter Joan. Herburtus lib. 16. Hiſtor. Polon. c. 9. de Caximiro Rege;* Perfecit apud majores Polonos, ut in centenas marcas annui cenſus, ſingulos haſtatos equites mitterent. Haſtati autem unius nomine, apud Polonos, tres equites continentur, nempe haſtatus unus gravioris armaturæ, cum duobus baliſtariis. Civitatibus vero pedites imperat.

[*] Antiquiſſimam inter eas quæ exſtant hanc eſſe matriculam contra diſſentientes multis defendit Mauritius in *diſſ. de Matricula §. 8.* Conf. etiam Dattius *de Pace Publica lib. I. c. 24.*

(**) Mauritius *de Matricula Imperii §. 25.* hanc explicationem vocis *Gleſen* quam nobis hoc loco dedit Goldaſtus, in dubium vocat, non percepiſſe ait Auctorem noſtrum veram hujus vocis indolem, nec exemplis probaſſe *Gleſen* notare lanceam, nec etiam lanceam Germanis deſignaſſe quatuor Equites. Sibi potius videri *Gleſen* eſſe militem pedeſtrem. Sed defendit Goldaſti ſententiam Datt. *de Pace Publica lib. I. c. 23. §. 19.* Conf. etiam Schilterus *in præfat. ad Kœnigshovii Chron. §. 19.*

3. In Matricula Norimbergæ anno MCCCCLXVII. in Comitiis ab Imp. Friderico III. A
Auguſt. conſtituta adverſus Turcarum Tyrannum; *Item nach dem Bœheim, Mehren,*
Schleſien, Luſitz, auch Egerer und Elnpoger Krayſs, (α) *auch zu der Teutſchen Nation*
gehœren, und deshalb ihr anzahl, mit Namen 800. zu roſs, und 2000. zu fuſs, auch mit-
ſchicken ſolten, uff daſs die anzahl der zwantzig tauſendt mann zu roſs und zu fuſs erful-
let wurde, &c.

4. In Matricula Ratiſponæ anno MCCCCLXXI. in celeberrimis Comitiis deliberata
& adverſus eoſdem Turcas promulgata in die S. Georgii pro ſubſidio decem millium mi-
litum, legitur; *Item das Kœnigreich zu Bœhmen, mit Mehrern, Schleſien, Luſitzen,*
SechsStætte, Egerer und Elbogner Krayſs, ſollen haben 300. zu roſs, und 700. zu fuſs, die
ſollen ſie under ihn anſchlagen. [β] B

5. In Matricula Norimbergæ anno MCCCCLXXX. in Comitiis Imperii pro ſubſidio
quindecim millium militum ſancita contra eoſdem Turcos decernitur; *Item der Kœnig*
von Bœheim, mit Mehrern, Schleſien, SechsStætt, Egerer und Elnpogner Krayſs,
ſollen haben 450. zu roſs, und 1150. zu fueſs.

6. In Matricula Norimbergæ anno MCCCCLXXXI. in die Laurentii, contra Matthiam
Hungariæ Regem, publicum Imperii hoſtem, & eoſdem Turcos, decreta in Comitiis
generalibus; *Item der Kœnig zu Behem 400. pferd, 4000. zu fueſs.* (γ)

7. In *Verzeichnuſs* (δ) *der Reichshulffe* in Flandriam, id eſt, Annotatione eorum
Imperii Ordinum, qui Imperatorem in Flandriam pro liberando Romanorum Rege
Maximiliano, a Brugenſibus capto, anno MCCCCLXXXVIII. in ſubſidium ſecuti ſunt, legi- C
tur; *Herr Laſslar von Prage, und Herr Hanſs Cammerer, zuſammen 30. pferde.* Et
poſtea; *Herr Seytzler aus der Schlenden 17. pferde.*

8. In Matricula Francofordiæ in Comitiis anno MCCCCLXXXIX. conſultata & definita,
in qua univerſi ac ſinguli (ut habent ipſa verba, (ε) S. Rom. Imperii Electores, Prin-
cipes, Prælati, Comites, Barones, & civitates taxantur, de Rege Bohemiæ ſtatuitur;
Item der Künig zu Beheim 200. zu roſs, 800. zu fuſs.

9. In Matricula Conſtantiæ ad lacum Podamicum in Comitiis anno MDVII. a Ma-
248 ximiliano I. Imperat. cum Statuum conſilio decreta contra Regem Galliæ perduellem,
ſub rubr. Churfürſten, continetur; *Behem 350. zu roſs, 155. zu fuſs.*

10. In Matricula Auguſtæ Vindelicorum anno MDX. deliberata pro expeditione D
contra Venetos in Italiam inſtituenda, *ſub rubr. Churfürſten*, ſtatuitur; *Behem 36. zu*
roſs, 49½. zu fuſs.

11. Anno MDXVIII. inſtituta fuit a Maximiliano I. Imper. inquiſitio [ζ] in omnium
ac ſingulorum S. Rom. Imperii Statuum facultates & reditus annuos, ut ſervata æquali-
tate in poſterum æſtimari ac cenſeri poſſent. Quin & ipſis Imperii Statibus mandatum
erat, ut ſinguli facultatum ſuarum vires in ſcriptis profiterentur Cancellariæ Imperiali
inſinuandis, ut in acta publica referrentur. Cujus profeſſionis, ne quis occaſionem
haberet gravandi & tergiverſandi, ipſemet Imperator principium fecit pro Auſtriæ &
Burgundiæ Archiducatibus patrimonialibus, ut in Decreto Comitiorum Trevirenſium
(η) refertur. In illa ergo Inquiſitione ſeu Annotatione, *ſub rubr. Weltliche Churfurſten,* E
legitur in hunc modum; *Kœnig von Bœheim mit Mæhren, Schleſien, und ihr zugehœ-*
rung, hat jæhrlich 300000. fl.

247 (α) Elnpoger] *ſub quo tum comprehendebantur Comites Slickii, ratione Dominorum Stein & in Diſtrictu Schlackenwert, Barones Pflugii ratione Dominii Schlackenwald, Barones Ruſſi, & alii, a Rege Bohemiæ eximuntur, ut videre eſt in der Bœhmiſchen Landsordnung, &c.*

(β) *Under ihn anſchlagen*] *hinc anſam arripuere Bohemi ſeſe eximendi ab imperatis Imperii contributionibus, quaſi in libero eorum arbitrio fuerit ſubſidia Imperio præſtare non coacta, ſed voluntaria & ultronea jure vicinitatis, non autem neceſſitatis aut ſubjectionis: cum Matricula plane contrarium decernat.*

(γ) *Fuit tum Bohemiæ Rex Wladislaus, Caſimiri Poloniæ Regis filius, cui cum Matthia Hungaro non bene conveniebat, quod is Bohemiæ Regno inhiaret, & jam Moravos atque Sileſios in partes pertraxerat.*

(δ) *Verzeichnuſs*] *apud Auctorem der Chronic von der hyligen Statt von Cœllen*, in Friderico III. Imp. anno 1488. fol. 334. & *Lehmannum in* Chron. Spirenſ. lib. 7. cap. 119. in fin.

(ε) Ut hab. verba] *quæ ſic ſonant in vernaculo idiomate, Anſchlag zu Franckfurt uff alle und* F *jede, des H. Reichs Churfürſten Fürſten, Graven, Herrn, und Stætte geſetzet.*

(ζ) Inquiſitio] *cujus hic eſt index; Des Rœmiſchen Reichs anlag wider den Türcken, ſampt aller Stande im Rœmiſchen Reich jahrlich einkommen.*

(η) Decreto Comit. Trevir.] *Reichs Abſchied zu Trier 1512. §. 6. Und ſoll ſolche hülff, fol. 83.*

A 12. Anno MDXXI. Wormatiæ in primis Caroli V. Imp. comitiis, ſancita eſt ordinatio expeditionalis ſive Matricula perpetuis temporibus valitura, (α) in qua *ſub rubr. Churfurſten*, de Rege Bohemiæ decernitur; *Bœheim 400. zu roſs, 600. zu fuſs.*

13. In Matricula Spiræ anno MDXXVI. in Comitiis Ordinum conſideratiſſime ordina- 249
ta, collecta pecuniaria univerſis ac ſingulis Imperii Statibus imponitur, primum pro legatione (β) ad Sac. Cæſar. Majeſtatem in Hiſpaniam mittenda: dein pro ſuſtentatione Regimenti & Cameræ Imperialis: (γ) tum pro celeri ſubſidio contra Turcos. Et Regi quidem Bohemiæ *ſub rubr. Churfurſten*, talis taxa imperatur; *Behem fur die Bottſchafften 225. fl. zu underhalt Kayſerlichen Regiments und Cammergerichts 412½. fl. zur Turckenhulff 3324.*

B 14. In Claſſibus ſive Ordinibus novæ Taxæ ſeu Matriculæ per Deputatos Circulorum Wormatiæ anno MDXLV. conſultata & deciſa, *rubr. 1. in princ.* ordinatur; *Der Kænig zu Bœheim, 400. pferd, 600. zu fuſs, 1800. Sœld*, id eſt, aureos ſtipendiarios.

15. In Matricula Auguſtæ Vindelicorum anno MDXLVIII. in Comitiis frequentiſſimis deliberata, non attenta Cæſaris Ferdinandi I. pro Regno Bohemiæ facta proteſtatione [δ] & contradictione in ſcriptis oblata, de Rege Bohemiæ *ſub rubr. Churfurſten*, ſtatuitur; *Kunig in Behem 400. pferd, 600. fuſsvolck.*

16. In Matricula Auguſtæ Vindelic. anno MDLIII. menſe Januario in Comitiis concordata, pro ſubſidio muniendorum caſtrorum in limitibus Hungaricis verſus Turcos, nec non pro ſuſtentatione Cameræ Imperialis, *ſub rubr. Churfürſten*, Rex Bohemiæ hiſ-
C ce verbis collectatur; *Bœheim zum Baugeld in Hungern 1500. fl. zu underhaltung Cammergerichts 300. fl.* (ε)

17. In Matricula Wormatiæ anno MDLVII. per Moderatores deliberata & concluſa, *ſub rubr. Churfurſten*, Regi Bohemiæ antiqua taxa præſtituitur; *Bœheim 400. zu roſs, 600. zu fuſs.*

18. In Matricula Wormatiæ anno MDLXVII. per Deputatos Ordinum Moderatores quam diligentiſſime & exactiſſime, pellectis Ordinum quorumcumque gravaminibus,
ad trutinam legitimarum lancium examinata & ponderata, *ſub rubr. Churfurſten*, de 250
Rege Bohemiæ decernitur; *Bœheim 400. zu roſs, 600. zu fuſs, 1800. Sœld.*

19. In Matricula Francofurti anno MDLXXI. in Comitiis Ordinum Deputatorum per
D Moderatores conſtituta, *ſub rubr. Churfurſten*, legitur; *Bœheim 400. zu roſs, 600. zu fuſs.*

20. In Matricula ſeu Catalogo omnium Imperii Ordinum, qui ad expeditionem Romanam, & ſuſtentationem Cameræ Imperialis, immediate debent contribuere, compoſito Spiræ anno MDLXXVI. *ſub rubr. Churfurſten, numer. 4.* refertur Rex Bohemiæ in hunc modum; *Der Kænig zu Bœheim Churfurſt, gibt monatlich 400. zu roſs, und 600. zu fuſs, wie im Rœmerzugs Anſchlag* de anno 1521. *zu befinden.*

21. Ex

illis verbis: Und wœllen derſelben unſer heuſer Oeſterreich und Burgund zugehœr auff nechſtem Reichstag durch einen Beybrieff anzeigen und be-
E *nenen. Desgleichen ſi ſeynd anderer Churfürſten, Fürſten &c. Qua in re optimus Imperator exemplum ſecutus eſt ſuorum in Romano Imperio anteceſſorum Theodoſii & Valentiniani in* l. 4. C. de legib. & Conſtit. Princip. *& Theoderici Regis Romanor. & Germanor. ita edicentis*; Volumus hoc exemplum a noſtris prædiis inchoare, ut nulli gravior ſit juſſio, quæ conſtringit & Principem, *apud Caſſiodorum Cancellarium* lib. 5. Variar. cap. 18. *ubi Fornerius in* Not. *Bucerus in* Comment. in Matthæ.
F cap. 5. v. 38. fol. 55. *Dempſterus in* Paralipom. ad Roſini Antiquit. Roman. lib. 8. in princ. *Adde Receſſ. VVormatienſ. 1495. die Satzung von dem gemeinen pfenning*, tit. 8. fol. 29.

(α) Perpetuis temp. valit.] *juxta decretum in* Receſſ. Ratiſponenſ. 1576. *§. 99. VVann auch zu Franckfurt, &* Receſſ. Ratiſponenſ. 1594. *§. 129. VVann auch bey verziger. Videatur Paurmeiſter* lib. 2. de juriſdict. cap. 2. num. 34. *Reinking* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 4. cap. 1. num. 13. *Navius* ad l. 3. num. 19. C. de agent. in reb. *Zach. Victor in* tract. de cauſſ. exempt. in Imp. concluſ. 5. & concl. 8. *Syringus apud Arumaeum* tom. 2. Diſcurſ. Academ. de jur. publ. fol. 372. in fin. *Cinten in* Syllog. rer. quotid. concluſ. 27. lit. C. *Engelbrechtus in* Diſſert. de juriſdict. concluſ. 140.

(β) Primum pro legatione] *Vernacule proſcribitur hæc Matricula ſub iſto titulo; der Anſchlag uff dem Reichstag zu Speyr begriffen.* (1.) *Fur die Bottſchafft zu der Kænigl. Maieſt. in Hiſpanien.* (2.) *Zum underhalt des Kayſerl. Regiments und Cammergerichts. Und* (3.) *zu einer eylenden hülff wider den Türcken.*

(γ) Suſtent. Regim. & Cameræ] *Unde liquido patet, Regem Bohemiæ judicio Cameræ ſubfuiſſe, id quod ſuo loco palam faciemus.*

(δ) Proteſtatione] *de qua vide ſupra* cap. præced. *§. 2.*

(ε) *Ecce tibi iterate Rex Bohemiæ judicio Camerali ſubjicitur. Cujus ſuſtentatio olim quidem erat menſtrua, aliquando ſemeſtris, noſtris moribus annua, id eſt, perpetua & ordinaria facta. Porro in originali exemplo hæc matricula ſic concepta eſt;*

21. Ex quo tempore, quum idem Bohemiæ Rex eſſe cœperit, qui Romanorum A Imperator, Status Imperii ſupervacuum eſſe duxerunt, Dominum ac Imperatorem ſuum in Regno illo collectare, ſalutari ejus arbitrio relinquentes, quid ipſe ea in re ſtatuere velit, cujus officio incumbit Regna pariter & Imperium tueri, pacemque publicam utrimque æquo moderamine conſervare. Quam rationem etiam aſſignat Paurmeiſterus, (α) Cancellarius quondam Epiſcopalis Halberſtadianus, quum ſcribit; *Reges Bohemiæ ad conventus quidem Circulorum non vocantur; quando tamen milites vel pecunia aliis Ordinibus imperantur, tanquam Imperii Status & membrum, 400. equites, & 600. pedites ad ſingulos menſes mittere tenentur: etſi hoc tempore propter belli Hungarici molem ſe a præſtatione eorum immunes arbitrentur.*

22. Si vero contingat in Regno Bohemiæ, quod hactenus fuit Imperii noſtri horreum (β) & ſuavis alumna atque nutricula Imperatoris in honorem S. Imperii, alium ex S. Cæſareæ Majeſtatis hæredibus ſuccedere, quam qui ipſum Imperium teneat, non dubium eſt, quin is ad antiquam taxam (γ) Cæſari pariter ac Imperio præſtandam obligatus nexusque permaneat. Sed Deus clementer avertat a poſteris noſtris id, quod ſine ruina totius Imperii non poſſet murari: haud magis quam aut Caſtella ab Hiſpanico Imperio, aut Norwegia, quæ & ipſa eſt hæreditaria, a Danico avelli, ſine utriuſque Imperii incommodo, ſi non interitu. B

23. Atque ita deciſum eſt ab Electoribus & Principibus Imperii in Conventu Pragæ habito anno MDCX. in Punctis (δ) Sereniſſimo Matthiæ Regi Hungariæ, Archiduci Auſtriæ, &c. præſcriptis *num. 6. Daſs ſie (die Kœnigl. W. zu Hungern) wider Ihre Kayſ. Majeſt. weder mit worten noch wercken, nimmermehr nichts attentirn, und zu keiner offenſion ſich gebrauchen laſſen, noch dero cedirten Landen ſolches verſtatten, ſondern vielmehr mit allen den ihrigen Ihrer Kayſerl. Majeſt. gewærtig ſeyn, und deroſelben wider alle ihre feinde und widerſacher auffrichtig beyſtehen, Ih. Kayſ. Maj. nach beſtem vermœgen ſchutzen und helffen wœlle, und daſs ſich dieſelbige in ſpecie, wie ſtarcker hulffe auff einen notfall continuirt werden, auch was ſich Ihre Kayſ. Maj. bey jetzigem im Reich brennenden feuer* (innunt bellum Juliacenſe) *neben dero zugethanen und getreuen Chur- und Furſten und Stænden des H. Rœmiſchen Reichs, zu verſehen haben ſolte, erklæren mœchten: in betracht, daſs gleichwol die Cron Bœheim ein mitglied, und das Ertzhertzogthumb Oeſterreich ein Krayſs des Reichs iſt, das Kœnigreich Ungern aber ſo viel lange Jahr hero wider der Turcken und Tartern gewalt von dem Reich beſchützet worden. Und daſs auff ſolchen fall die Officirer, wie auch die Soldaten, ſo wol Ihr. Kayſerl. Majeſt. als deroſelben Bruder, mit Pflichten und Eyden verwandt ſeyn ſolten.* Quæ poſtrema verba reſpiciunt mores ac inſtituta univerſæ Germaniæ, quibus ſacramenta fidelitatis & homagii (ε) præſtare ſolent primum Cæſari & Imperio, dein Principi ſeu Domino vel Magiſtratui Provinciali, & quidem verbis conceptis: quod idem quoque in Bohemia & Hungaria ut fiat, heic præſcribitur. C D

24. Nec

eſt; Verzeichnuſs des Baugelds, ſo zur unterhaltung der Hungeriſchen grænitz, auch des Kayſerlichen Cammergerichts zu Augſpurg, bewilliget worden.

(α) Paurmeiſter.] *lib. 2. de juriſdict. Imper. cap. 2. num. 126. ubi tractat de Circulis Imperii.*

(β) Imperii horreum] *Lehmannus* lib. 7. Chronic. Spirenſ. cap. 34. circa fin. *Sic quondam Regnum Neapolitanum & Siciliæ Ducibus Sueviæ hæreditarium, vocabatur tamen opulentum Romani Imperii horreum in* Reſcriptis Friderici II. Imp. *apud Pet. de Vineis.*

(γ) Antiquam taxam] *ad quam etiam in hoc rerum præſenti ſtatu Bohemos ex jure teneri, ſi juris rigore cum illis Ordines Imperii agere velleat, aſſerunt Joan. Aventinus von Urſachen und gegenwehr des Türckiſchen Kriegs paſſim, Simon Walder Legiſta Francofordianus in Rathſchlag und Bedencken, wie ohne ſonderliche beſchwerde der*
251 *Obrigkeit und der Underthanen der Türck zu Waſſer und Land zu uberziehen, und zu überwinden. Johan. Cornelius de Fridensberg. in Diſcurſ. ſeu Bedencken vom Ungeriſchen Kriegswe-ſen, wie ein beſtændige allgemeine Hülff anzuſtellen, &c.* verſ. *Wann dann die 80. Monat. Dominicus Arumæus in* Diſcurſib. ad Aur. Bull. diſc. 4. concluſ. 18. *Reinking.* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 2. cap. 7. n. 48 & cap. 9. num. 27. & ſeq. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. num. 44. q. 2. in fin. *Clutea in* Syllog. rer. quotid. concluſ. 24. lit. c. E

(δ) In Punctis] *refert Henricus Julius Dux Brunſuicenſ. in Gründlichen und warhafftigen Bericht, wegen der zwiſchen der Rœm. Kayſ. Majeſt. Rudolph. II. &c. und Kœnigl. Würd. zu Hungern Matthia &c. getroffener vergleichung,* fol. 64. F

(ε) Sacramenta fidelitatis] *quod maxime obſervari ſolet in juramentis, quæ a vaſallis præſtantur. Qui licet habeant immediatum in S. Imperio ſtatum, ſolumque Imperatoris juriſdictionem agnoſcant, tamen S. Cæſ. Majeſt. & S. Roman. Imperio immediate non obſtringuntur, ſed Dominis ſuis directis, ut ſunt nonnulli Principes, Prælati, Comites,*

A 24. Nec Imperio noſtro officere debent ſua beneficia, (α) hoc eſt privilegia Regi
Regnoque Bohemiæ tam benevole, tamque liberaliter conceſſa, niſi Rex & incolæ ve-
lint ingrati crimen ſubire, propter quod privilegia poſſent revocari, (β) ut jura civilia
dictant. Non minoribus enim privilegiis Archiduces Auſtriæ, (γ) Magni Duces Bur-
gundiæ, Elector Saxoniæ, &c. quam ipſe Rex Bohemiæ, in Imperio noſtro gaudent;
nec tamen ſe propterea a collectis aliiſque ſubſidiis neceſſariis, & ad communem Rei-
publicæ ſalutem ſpectantibus, eximere gliſcunt peſtifera illa immunitate, quam Bohemi
nequicquam prætendunt. Et hoc iure utimur, ne exemptio Reipublicæ præjudicet in
caſibus nullo jure exemptis, ut eſt ſubſidium, quod Reipublicæ infirmæ, miſeræ, com-
mutabilique fertur; præſidium, quod periclitanti præſtatur, denique opes, quibus affe-
B ctum & proſtratum Imperium extollitur. In hiſce namque & ſimilibus caſibus ſalus
Reipublicæ ſuprema lex eſt, primum ac ſummum privilegium. Et licet Summus Pon-
tifex propter privilegium Sedis Apoſtolicæ, legibus ſit tam Canonicis quam Civilibus
ſolutus, & nemini, præterquam Deo, ſubjectus, ab hac tamen inevitabilis neceſſitatis
lege exemptus eſſe non præſumitur, (δ) ne dum Rex inferior, & quidem vaſallus,
qui ad obſequium tum ipſi Summo Pontifici, tum Auguſto Imperatori obligatus eſt.

Comites, Barones in Saxonia inferiori, VVeſtphalia, Belgio &c. qui regalia ab Imperio immediate quidem recognoſcunt, ſed nullam fidelitatem aut homagium Imperio immediate præſtant; Magno
C *(ut mihi quidem videtur, & res ipſa loquitur) atque perículoſo errore dicam an neglectu. Quo enim pacto perfidia poterit accuſari, qui fidem nullam juravit? Sed, inquies, in omni juramento &*
252 *obligatione, quam vaſalli & ſubditi præſtant, reſervata cenſetur Imperatoris & Imperii, tanquam ſuperioris, auctoritas*; c. venientes, *& ibi Gloſſ.* Ext. de jurejurand. *Receſſ. Auguſtan. 1555. §. Und ſollen die jenige. Octav. Cacheranus* Deciſion. Pedemont. 78. num. 20. *Modeſt. Piſtoris* conſil. 24. n 26.
D vol. 1. *Proſper Farinac.* lib. 1. de Delict. tit. 1. q. 17. num. 16. *Beſoldus in* Diſcurſ. politic. de trib. domeſt. ſociet. ſpecieb. diſc. 2. de jur. Ordinibuſque civ. cap. 3. num. 1. *Quod quidem ut verum eſt, ita arctius ligant ſacramenta, quibus unuſquiſque Status Cæſari & Imperio immediate auctoratur & obligatur. Quod idem de Civitatibus regalia ſua ab Imperio immediate recognoſcentibus dicendum puto, ut eorum nomine ad fidem S. Imperio præſtandam teneantur, nec ſufficere juramenta fidelitatis, quæ dominis ſuis mediatis præſtare ſolent, ut antiqui Prudentes ſub Ottone I. Henrico IV. Lothario II. Friderico I. & Henrico VII. Imperatoribus reſponderunt, & ipſa conſuetudo tum practicabat.*

(α) Sua beneficia] *quia nemini debet ſuum beneficium nocere, nec quiſquam ex ſuo benefacto in periculum trahi*, l. ne liberalitate 50. D. de re judic. *ubi Accurſius in* gloſſ.

(β) Revocari] *quia privilegium & quodcumque beneficium amittitur propter ingratitudinem*, c. 3. in fin. Ext. de poſtul.

(γ) Archiduces Auſtriæ *&c.*] *Arumæus in* Diſcurſ. ad Aur. Bull. diſc. 4. concl. 18. in fin. *Bened. Carpzovius in* Diſſertat. ad Capitulat. Cæſar. cap. 5. n. 9. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imper. Roman. concluſ. 10. n. 44. q. 2. in fin.

(δ) Exemptus non præſumitur] *Receſſ. Auguſtan. 1500.* ſub tit. *VVie man mit dem Pabſt handeln ſoll*, fol. 60. *Paurmeiſt.* lib. 2. de Juriſdict. Imp. cap. 3. num. 40. & cap. 7. num. 202. *Reinkingk* lib 1. de Regim. ſecul. & Eccleſ. claſſ. 2. cap. 5. num. 22. & cap. 6. n. 18. & lib. 3. claſſ. 1. cap. 8. num. 17. *Hanſmannus in* Diſſert. de Re monetar. reſol. 8. lit. i.

253
CAPUT XVIII.

E *De Fide & Obſervantia Regum atque Ordinum Bohemiæ erga Imperatorem & ſacrum Imperium, ob quam non immerito ſuas laudes & præconia digna merentur.*

EST quidem ita, ut tot exempla a nobis in medium prolata fidem faciunt; fue-
runt Bohemi nonnunquam rebelles, fuerunt refractarii, fuerunt communium
onerum excuſſores, & contributionum debitarum interverſores: non tamen
adeo contumaces, adeove duræ cervicis & inflexibiles ſemper extitere, quin
aliquando egregia fidei ac virtutis ſuæ glorioſaque ſpecimina ediderint, de Im-
perio Germanico haud rarenter bene præclareque meriti. Quæ ipſorum præſtantia me-
rita non modo ſummis laudibus extollenda, verum etiam præmiis amplioribus remu-
neranda & cohoneſtanda judicamus. (α) Quod hoc loco & hoc in capite a me præ-
F teriri nullo modo debuit, quippe qui nec odio cujuſquam gentis, nec affectu (more
humani

(α) Remuneranda & cohon. judic.] *argum.* l. fin. C. de Stat. & imag. & l. 26. D. de teſtam. milit. *nimirum ut propoſitis hiſce præmiis ſive honoribus, ſtudeant in poſterum Bohemi magis magiſque contendere ad gloriam tum Imperii noſtri, tum ſuam ipſorum propriam amplificandam, ut monent Cicero* pro Rabirio, *Chriſtoph. Beſoldus* lib. 2. Politic. cap. 2. concluſ. 2. *Elias Reuſnerus in* Hortulo hiſtorico polit. flor. 7. coron. 2.

humani ingenii) ductus ad hunc tractatum inſtituendum & perſcribendum acceſſerim: A
hæc enim a viro bono & in Republica verſato debent procul haberi. (α) Quemadmodum
autem vitia rebellionum ſuus vindex, (β) ita virtutes obſequiorum ſuus honos merito
ſubſequitur. Bona ergo cum pace nobis liceat invidiam rebellionum ſupra memorata-
rum laudabilibus Bohemorum & Moravorum factis, ceu quibuſdam quaſi antidotis,
amoliri & obliterare; ut illarum tragicis caſibus moniti diſcant in poſterum ea vitare;
iſtorum vero honoriferis exemplis inſtructi habeant, quæ proporro imitentur.

2. *Parum igitur*, (ut verbis utar viri (γ) magno judicio, inſigni moderatione va-
riaque doctrina præditi) *aut nihil momenti habet, quod in contrarium adfertur, Bohe-
miæ Duces Romano Imperio, cui tributum pendebant, infeſtiſſimos fuiſſe. Si qui enim
254 fuerunt, & pauci quidem, ſicuti de Boleslâo Ruſſo quidam perhibent, item de Spitigneo,* B
de Vratislao, ad meliorem iſti frugem redierunt.

3. Quum enim Bohemi liberalitate Imperatoris atque Ordinum Imperii in civita-
tem populi Germani adſciſcerentur, & fide ac ſocietate jungerentur, neceſſe eſt eos de
nomine ac Imperio Germano bene meritos fuiſſe. Nec enim ratio permittit, (δ) ut cre-
damus, infeſtos ac rebelles hoc honore fuiſſe dignatos. Humanum quidem erat rebel-
lare; ſed in rebellione perſeverare Diabolicum, ut S. Auguſtini (ε) dictum huc detor-
queamus. Poſt victoriam ergo & pœnitentiam ſupplices Bohemos non modo in gra-
tiam receperunt Imperator atque Ordines, ſed & civium numero Germanorum adſci-
vere, ſuæque tutelæ duxere, velutique patroni clientes in fidem acceptos cognatione &
amicitia junxere; eoſve, quorum virtus enituit, ad honores, dignitates, officia, & be- C.
neficia, obliterata Slavici generis origine, indifferenter extulerunt. (ζ)

4. Quamobrem ratiocinatio eorum, (η) qui Bohemos ab Imperio exemptum eunt,
quod perpetua bella cum Teuthonibus geſſerint, non efficit, quo minus ſtatuamus,
Bohemos Imperio noſtro non ſemper fuiſſe inutiles aut infidos, quum bella etiam inter
conjunctiſſimos non raro oriantur, & exempla fidelitatis non pauca contrarium evincant,
licet odium gentis Bohemicæ (θ) in Germanis etiamnum vigere a nonnullis eorum vici-
nis aſſeveretur, quo de ipſi viderint: nos dicta exempla æquo animo conſideremus.

5. De Ottone I. Magno Imperatore, & S. Wenceslao Bohemiæ Duce, ſcribit Du-
bravius, (ι) Epiſcopus Moraviæ; *Otho tunc regnabat, qui Germanorum primus coronam
Cæſaream legitime ſibi traditam in Germaniam intulit, non alienus a Wenceslao propter* D
*eximias ipſius virtutes erat: & quia una cum aliis Germaniæ principib. Majeſtatem Cæ-
ſaream officioſe comiterque conſervabat.*

6. Anno MLXXX. Vratislaus Bohemiæ Dux, licet a Gregorio VII. (κ) ſummo Pon-
tifice moneretur a conſortio Heinrici IV. Imp. abſtinere, maluit tamen in fide Domino
255 ſuo jurata perſiſtere, quam Pontifici obtemperando perfidiæ crimen incurrere. Quin
ne quidem ſententia ejuſdem Pontificis excommunicatum Imperatorem & Imperio pri-
vatum adduci potuit ut deſereret. [λ] Sic enim ſcribit Otbertus (μ) Leodienſis Epi-

(Y) ſcopus;

(α) Procul haberi] *Cornel. Tacitus* lib. 1. Hiſtoriar. in princ.

(β) Vitia ſuus vindex &c.] *Maximilianus I. Imp. in* Receſſ. Trevirenſ. 1512. §. 51. *und nach dem, in princ. & ejus nepos Carolus V. Imp. in Preceptis Philippo filio traditis apud Emanuel. Meteranum in* Deſcript. rer. Belgic. lib. 1. fol. 34. *Cicero* lib. 3. de Natur. Deor. *Joh. Gerhardus* Locor. theologic. tom. 6. de Magiſtrat. politic. n. 294.

(γ) Viri] *Chriſtoph. Gewolds Conſiliarii Bavarici, in* Commentar. de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 9. *in cujus ſententiam etiam concedit Dominic. Arumæus, Conſiliarius Saxonicus, in* Diſcurſ. ad Aur. Bull. diſc. 5. concl. 3.

(δ) Nec ratio permittit] *Alexand. ab Alexandro* lib. 4. Genial. dier. cap. 10. *& ibi Tiraquell. in* Addit.

(ε) S. Auguſtini] *cujus eſt illud dictum vulgarium;* Humanum eſt errare, ſed in errore perſeverare, Diabolicum.

(ζ) Indifferenter] *juxta illud Didonis Reginæ Carthaginenſ. apud Virgil. lib. 1. Æneid.*

Tros Tyriusque mihi nullo diſcrimine agetur.

(η) Ratiocinatio eor.] *Krantzius* lib. 4. Saxon. cap. 28. *Pet. Heigius* Illuſtr. quæſtion. part. 1. quæſt. 3. num 41. & ſeqq. *Nicol Ciſnerus in* Orat. de Ottone III. Imp. & Elector. inſtitut. *Georg.* E *Hahn in* præfat. præfixa hiſtoriæ Dithmari ab ſe in ling. Teuthon. converſa.

(θ) Odium gent. Boh.] *Arumæus* d. diſcurſ. 5. concl. 3.

(ι) Dubravius] *lib. 5. Hiſt. Bohem. fol. 31.*

(κ) A Gregorio] *Cardin. Baronius in* Annal. Eccleſiaſt. anno 1080. *Calviſius in* Chronolog. anno eod. *Carion.* lib. 3. Chron. in Henrico IV. Imp. *ibi:* A Cæſare ſtabant Bohemi &c.

(λ) Ut deſereret] *Paulus Langius Monachus Zeitcenſ. in Chron. an. 1086.* Fuit religioſus princeps, F dignuſque, qui primus inter Bohemos Regio uteretur diademate. Non tamen in eo vehementer ſtupendum, quod adhæſerit Henrico Imperatori magis, quam Apoſtolico, homo ſecularis; cum videret ſummos Germaniæ Archipræſules, Electores & Principes ei obſequi, illumque venerari & defendere.

(μ) Otbertus] *in Epiſt. de vita & obitu Henrici IV. Imp.* G

ſcopus: *Cogitans Imperator, quod inimici ſui hac, qua venerant, via perſequerentur eum, ad Ducem Bohemiæ divertit, qui quanvis nuper eum in arto non bene reliquiſſet, cum magno tamen honore ſuſcepit, & uſque in Saxoniam deduxit.*

7. Fridericus I. Imp. in Privilegio (α) Ratisbonæ an. MCLIX. Vladislao Duci Bohemiæ conceſſo orditur in hunc modum: *Cum tam lege naturæ, quam ſcripta, bonum operari monemur ad omnes, præcipue ad eos, qui in adminiſtratione Imperii & Reipublicæ veraci conſilio, & indefeſſo laboris ſtudio, nobis aſſiſtunt, & pro gloria Imperii propaganda ſtrenuiſſime decertando, in omnibus inimicorum incurſibus, & quibuslibet periculis ſe objiciunt, prærogativa ſpeciali honoris ſublimare dignum duximus, ut de virtutum præmiis & gloriæ corona diffidere non debeant, qui legitime certaverunt. Noverit igitur omnium Chriſti Imperiique noſtri fidelium tam præſens ætas, quam ſucceſſura poſteritas, qualiter nos Vladislao Illuſtri & Strenuiſſimo Duci Bohemiæ, ob inſignia ſervitij & devotionis, tam ejus, quam omnium Bohemorum, merita, honoris inſignia, quo avus & cæteri progenitores ejus Duces Bohemiæ, beneficio Imperialis Excellentiæ, cæteris Ducibus præeminebant, videlicet Circulum concedimus* &c.

8. Fridericus II. Imp. in Conſtit. de jurib. ac Privil. Regni Bohem. (β) ſub dato Baſileæ an. MCCXII. *Attendentes præclara devotionis obſequia, quæ Bohemorum univerſa gens ab antiquo tempore, Romano exhibuit Imperio, tam fideliter quam devote* &c. Idem Imp. in Diplomate [γ] ſuper conceſſione terrarum Ottocaro Regi factarum ſub eodem dato: *Zu erhœhung des Kœnigreichs Bœhmen Herrligkeiten und ſeines Tituls, haben wir uns deſto mehr geneigt, dieweil wir in all unſern notwendigkeiten ihre gantze und jederzeit vollkommene treu warhafftig erkennet. Derentwegen erachten wir fur billich und recht, daſs wir die jenigen, ſo ſich unſerer erhœhung mit allem fleiſs angenommen, mit einem billichen widergeld widerumb bedencken. Und nachdem wir betrachtet, was der Durchlæuchtige Ottogar Kœnig in Bœheim, aus ſeiner auffrichtigen begierligkeit des hertzen, ſampt allem Bœhmiſchen volcke, uns fur herrliche und rühmliche Thaten und dienſten erzeiget, und vermittels Gœttlicher hulff noch erzeigen werde* &c.

9. Richardus Romanorum Rex in Inveſtitura [δ] ſuper Regno Bohemiæ, facta Aquiſgrani anno MCCLXII. *Hinc eſt quod cum Illuſtris Ottocarus Bohemiæ Rex, nullius gratificationis muneribus, ſed propriæ duntaxat virtutis & liberalitatis inſtinctu pellectus, liberaliter ad noſtri cultum Dominii ſit converſus, & promittat Regaliter, deinceps noſtræ devotionis obſequiis & mandatis conſtanter & fideliter adhæſurum* &c.

10. Adolphus Romanorum Rex in Inveſtitura [ε] facta Francofordiæ anno MCCXCII. *Ob ſuorum meritorum inſignia glorioſa, quibus erga nos & Imperium ſacrum Illuſtris Dominus Wenceslaus Rex Bohemiæ, inclytus Princeps noſter & Pincerna, multipliciter relucet*, &c.

11. Albertus I. Romanorum Rex in Confirmatione Privilegiorum & jurium Regis Bohemiæ ſub dato Nurmbergæ anno MCCCV. *Quamquam noſtræ benignitatis Regia Celſitudo quoslibet, quos Romanum ambit Imperium, teneatur dulcoroſis favoribus & benignis promotionibus amplexari, tamen dignum judicat noſtra Serenitas, & congruum arbitratur, ut eorum, quos nobis cardinalis unit affectio, & identitas ſanguinis propagat & ſociat, honoribus ad augendum & commoditatibus procurandis ferventius & vigilantius intendere debeamus. Ad hoc itaque conſideratione habita & reſpectu in Illuſtrem Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem* &c. Et in conceſſione, confirmatione & infeudatione [ζ] Regni Poloniæ facta eidem Wenceslaô Regi in Comitiis Moguntinis ann MCCC. tale ponit exordium idem Cæſar; *Die unzweiffelhafftige auffrichtigkeit deines getreuen gemuths, welche gegen uns und dem Keyſerthumb von dir, vor allen Kœnigen und deſs Rœmi-*

(α In privilegio] *quod refert Cochlæus in* Hiſt. Huſſit. lib. 8 *& Germanice non verſum, ſed perverſum Hagecius* in Chron. Boh. part. 1. an. 1159. fol. 248. & ſeq *Georg. Beatus in* Chron. Bohem. in Wladislao II. fol. 29. *& in Reichſatzungen* part. 2. fol. 13. *Vide in* Append. fol. 156.

256 (β) In conſtitut. de jurib.] *quam produxere Nicol. Henelius in* Sileſiograph. in append. *Joh. Bapt. Eyſen in* Deduct. Bohem. *in Beylagen.* num. 16. & num. 19. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1212. fol. 295. *Georg. Beatus in* Chron. Bohem. in Primislao I. fol. 36. *denique in Reichsſatzungen* part. 2. fol. 30.

(γ) In diplomate] *apud Hagecium in* d. anno 1212. fol. 296.

(δ) Inveſtitura] *relata a Joh. Bapt. Eyſen in* d. Deduct. Bohem. *in Beylagen* num. 2.

(ε) Inveſtitura] *Germanice tranſlata exſtat apud Hagecium in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1292. fol. 353.

(ζ) Infeudatione Regni Poloniæ] *apud Hagecium in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1300. fol. 361. *& in Reichsſatzungen* part. 2. fol. 29.

(η) Jo-

Rœmiſch. Keyſerthumbs Fürſten zu ſpüren, beweget und führet uns dahin, daß wir das A
jenige, was zu erweiterung deiner ehren dienlich, nicht unterlaſſen mœgen.

12. Ludovico, Bavariæ Duci, ab ſe & majore parte ſuorum Coelectorum in Ro-
manorum Regem electo adhæſit Johannes Rex Bohemiæ, & merito: ſed Proceres Re-
gni magis inclinabant in Fridericum Auſtriacum Anti-cæſarem. De quo diſſidio ſic
narrat Johannes, Abbas Aulæ regiæ; (α) *Domine Rex* (inquiunt Proceres ad Regem)
ſcire vos cupimus, quod nullam vobiſcum concordiam inire volumus, nec valemus, ni-
257 *ſi pari modo Fridericum Ducem Auſtriæ, quem legitimum Romanorum Regem aſſerimus,*
huic concordiæ inſeramus. Taliter cum illo conſtringimur, quod ipſum non deſerimus,
nec ab eo ullatenus deſeremus. His ſermonibus auditis Rex graviter provocatur. Nam-
que Johannes Rex cum Ludovico Romanorum Rege adverſus Fridericum de Auſtria a- B
deo compromiſerat, quod illo inconcluſo cum ſuis Baronibus concordiam facere non vale-
bat. Pervicit tamen Rex, & Ludovico tamquam legitime electo fideliter adſtitit, non
attentis Bohemorum oppoſitionibus, quippe qui nullum jus in electione Romanorum
Regis, quod ſoli Regi, ceu Archipincernæ, competit; nec ullam facultatem haberent
ſeſe cum alienis Principibus, inconſulto nec conſentiente Rege, confœderandi.

13. Carolus IV. Imperator in confirmationibus [β] Privilegiorum Regni Bohemiæ
& incorporatarum provinciarum, ita loquitur: *Ad noſtræ Celſitudinis Venerabiles, Ar-*
chiepiſcopus Pragenſis, & Olomucenſis & Luthomiſchlenſis Epiſcopi: nec non Illuſtres,
Joannes Carinthiæ & Gorlitiæ, germanus noſter Chariſſimus, ac Nicolaus Oppaviæ &
Ratiboriæ Duces: Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres & Nobiles Regni no- C
ſtri Bohemiæ, & pertinentiarum ejuſdem, præſentiam accedentes, &c. Et poſtibi: *Nos*
itaque præfatorum Prælatorum, Ducum, Principum, Baronum, Procerum & Nobi-
lium, quos honorum & felicis ſtatus Romani Regni & ſacri Imperij fideles & ſollicitos præ
cæteris novimus zelatores, ipſum Regnum Bohemiæ, Romani Regni membrum fore no-
bilius, ſupplicationibus benignius inclinati, &c.

14. S. Romani Imperii Electores in confirmatione feudorum Imperialium Regi
Bohemiæ in Bavaria conceſſorum, ſub dato Nurnbergæ anno MCCCLV. *Conſiderantes &*
in morte fidelitatis conſtantiam, quam Illuſtres Bohemiæ Reges ſacrum Imperium conti-
nuatis crebro ſtudiis honorarent, &c.

15. Fridericus III. Imperator in confirmatione Privilegiorum [γ] Georgio Regi Bo- D
hemiæ factorum in Nova civitate ſive Neoſtadii Auſtriorum anno MCCCCLXII. hujuſce-
modi habet Bohemorum elogium; *Inſignis Bohemiæ corona, Cæſareæ Celſitudinis hono-*
ri fauſtoque ſtatui totis virib. invigilando, adeo fidelis & obſequens ſemper extiterat, ut
non immerito plurimis privilegiis, libertatibus & gratiis, ultra alios illuſtres ſacro Impe-
rio ſubditos, a Romanis Principibus meruerit honorari: ſed & hactenus inclytam ſedem
Imperialem venerari, ut debet, & tueri haud deſiſtit, &c. Et in Inveſtitura Wladislao
Regi [δ] facta Viennæ anno MCCCCLXXVII. *So ſeynd wir doch inſonderheit mehr fleiſſig,*
denen unſere Keyſerliche gunſt und gutthat zu beweiſen, die unſere und des Reichs vor-
derſte Glieder ſeynd, und uns die bürde des H. Reichs zu verweſen mittragen helffen,
258 *und auch eines Edlen, Fürſtlichen und unſer blutes, und unſer angeborne Freundt, und* E
uns freundſchafft uud lieb zu beweiſen geneigt ſind, &c.

16. Carolus V. Imperator in Inveſtitura Ferdinando I. Regi Bohemiæ facta Rati-
ſponæ in Comitiis anno MDXLI. ſic proloquitur: *So iſt doch unſer Keyſerlich gemüth bil-*
lich mehr geneigt zu denen, die unſer und des H. Reichs vorderſte Glieder ſeyn, und
neben uns die burde und ſorgfeltigkeit des H. Reichs helffen mittragen, und ſtete lieb und
treu beweiſen, dieſelbe mit unſern Keyſerlichen gnaden zu begaben. Et poſtea; *Deß ha-*
ben wir angeſehen deß gedachten unſers Bruders, deß Kœnigs zu Bœheim, redlich und
vernünfftig bitte, auch die mercklichen unnd getreuen dienſte, die S. Lieb vorfahren,
und S. L. ſelbſt, unſern vorfahren, und uns. und dem H. Reich offt williglich und un-
verdroſſen gethan hat, und S. L. uns und dem H. Reich in künfftig zeit wol thun mag F

(α) Johannes Abbas] *in Chronic. part. 2. cap. 2.*
(β) In confirmationibus] *quas referunt Nicol. Henelius in* Sileſiograph. in append. fol. 110. *Jo. Bap. Eyſen in* d. Deduct. Bohem. *in Beylagen*, num. 2. num. 19. & num. 65. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 2. anno 1348. fol. 2. & fol. 4. *Conſtitution. Imperial.* tom. 1. anno 1348. fol. 342. *& in Reichsſatzungen* part. 2. anno eod. fol. 39.
(γ) Confirmat. privileg.] *Doctor Eyſen in* d. Deduct. Bohem. *in Beylagen* num. 21.
(δ) Wladislao Regi] *idem* num. 27.

A *und ſoll.* Et plena ſunt id genus encomiorum & dilaudationum pleraque alia Imperatorum Diplomata, quæ tædioſum foret ſingula producere.

17. Finem modo imponat Lucas Lercher [α] Riedlingenſis Suevus, Miles Cæſareus, qui de fide ac meritis Bohemorum in Rempublicam noſtram ita ſcribit in *Diſcurſu de Conjugio Chriſtiani Magni Indiani cum Chriſtina Europæa, ſive de potentia Caroli V. Imperatoris, & conjunctione Imperij Europæi cum Indiano*, pro plantanda & propaganda Chriſtianitate; *Den achten Rieſen, den ſie gebar, der ward geheiſſen Behæmenſiſch, der ward vergleicht dem frummen Künig David, der viel redlicher thaten hat gethan.*

18. Per hanc itaque fidem ac obſervantiam erga Imperium Germanicum, non ſolum
B lum veniam rebellionum totiens iteratarum impetraverunt, ſed & illam præterea gratiam, quam vicini eorum Saxones ac Venedi, (β)meruerunt, ut in jus civitatis Germanicæ allecti, omnibus ac ſingulis privilegiis, libertatibus & immunitatibus gauderent, quibus cæteri Germanorum Principes ac populi utuntur, fruuntur. Id nunc ratio dictat, ut in libro deincipe diſceptemus. (*)

(α) Lucas Lercher] *in Diſcurſ. von vermæhlung Chriſtians Groſs Indsa mit Jungfrauen Chriſtenheit Europa &c. de anno 1546.*

(β) Venedi] *ut ſunt Pomerani, Sedini, Megalopo-*
C *lenſes, Caſſubii, Rugii, VVagrii, &c. quorum Principes origine ſunt Slavi, civitate Germani.*

(*) Hoc caput cum prioribus conſiſtere non poſſe, ſibique aperte contradicere Goldaſtum vult Balbinus, qua enim ratione in unum eundemque populum cadere poſſent & rebelliones, & fides in Imperium Vid. *lib. III. Miſc. c. 22.* Sed, ad me quod attinet, non putem hæc ſibi repugnare, fuerunt aliquando Bohemi Imperatoribus rebelles, fuerunt aliquando etiam eis fideles. Hinc, quando rebellarunt, culpantur; quando vero fidem datam Imperatori præſtiterunt, laudantur & in cœlum evehuntur. Diſtingue tempura, & conciliabis Hiſtoricorum monumenta.

MEL-

259 # MELCHIORIS GOLDASTI
HEIMINSFELDII

LIBER III.

De Bohemiæ Regni, incorporatarumque provinciarum, juribus ac privilegiis; nec non de hereditaria Regiæ Bohemorum familiæ ſucceſſione.

CAPUT I.

Bohemi, Moravi, Sileſii, natu Germani, licet origine Slavi, veri Germaniæ cives, & ad officia tam Politica, quam Eccleſiaſtica, in Germania admiſſi. Fideles Imperii appellati. Barones Bohemiæ oriundi a Germanis. Poſſeſſionati in Imperio. Immunes Bohemi a vectigalibus in Imperio. Germani in Bohemia ad officia tam Politica quam Eccleſiaſtica viciſſim promoti. Huſſus mutuæ hujus concordiæ diſturbator. Frangere fidem hæretico non licet.

DIximus in libris anterioribus, (α) Bohemos origine & lingua Slavos, Germanis tamen inſitos & unitos, in ejuſdem Reipublicæ & Imperii corpus A
fuiſſe cooptatos, & in jus civitatis Germanicæ adſcriptos. Sic autem in jure comparatum eſt, (β) ut unius ejuſdemque Reipublicæ cives æquali digni-
260 tatum collatione (γ) gaudeant, nec unius Imperii incolæ præ aliis diverſo jure cenſeantur. In omni enim Republica *ſalva eſſe debet omnibus vita, & dignitas vitæ*, ut ait Plinius. Et e quibus habebunt genium, mores, ſi unius ejuſdemque Imperii ſubditos cives minoris fieri, atque ſperni & contemni contigerit? Annon ipſa natura requirit, ut alimentum univerſo corpori æqualiter diſtribuatur? Dictum eſt Platonis, (δ) ſapientiſſimi Philoſophi, *quietem in æqualitate, motum in inæqualitate ſemper conſiſtere*. Neque etiam graviores (ε) civitatum motus, frequentioreſque Rerumpublicarum B
ruinæ & diſſipationes, quam hujus æqualitatis neglectu, contigerunt.

2. Quibus conſideratis & perpenſis, majores noſtri Bohemos ad officia tam politica quam Eccleſiaſtica in Imperio noſtro Teuthonico indifferenter & frequenter adhibebant. Unde liquido apparet, Bohemos non pro extraneis & peregrinis, ſed veris civibus Germanis a majoribus noſtris reputatos fuiſſe. Neque enim exteri ſolent ad officia, (ζ) & beneficia, (η) maxime ſuprema, admitti, ne poſſint arcana Imperii ſollicitare.

Z tare.

(α) Libris anterioribus] *lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 1.*

(β) Jure comparatum eſt] *Gaſp. Schifordegherus JC. Sileſius in* Diſput. forenſ. lib. 3. tract. 30. quæſt. 8 *Ulric. Zaſius ad* l. 2. D. de orig. jur.

(γ) Æquali dignitatum collatione] *Matth. VVeſembec. in* Paratit. D. de juſt. & jur. *Bodinus* lib. 5. de Repub. cap. 4. *Pet. Gregorius Tholoſ.* lib. 10. de Repub. cap. 2. *Kirchnerus* de Republ. Diſput. 19. *Keckermannus* lib. 5. Syſtem. Ethic. cap. 5. *Zernemannus in* Polyteum labor. Julii Cæſaris num. 130.

(δ) Platonis] *in* Timæo, *ubi Chalcidius vetus interpres, & Marſilius Ficinus.*

(ε) Neque etiam graviores] *Bodinus* d. lib. 5. cap. 4. n. 542. *Gregorius* d. lib. 10. cap. 2. *Keckermannus* lib. 1. Syſtem. Politic. cap. 16. *Philip. Scherbius in* Comment. in Politic. Ariſtotel. C

(ζ) Exteri ſolent ad offic.] *Alexander ab Alexandro Neapolitan.* lib. 4. Genial. dier. cap. 10. *& ibi Tiraquell. in* addition. *Anton. Quetta* Conſil. 13. *Althuſius in* Polit. cap. 15. *Joh. Gerhardus* Locor. theologic. tom. 6. de Magiſtr. polit. n 109. in fin. *Beſoldus in* Diſſert. de ſtat. Reipub. mixto cap. 4. num. 3.

(η) Beneficia] *Chaſſaneus in* Catalog. glor. mund. part. 11. conſider. 22. verſ. facit quod dicit Zenzelinus, *Schiforde gher.* d. tract. 30. quæſt. 3. D

A tare, Suſpectus quippe omnis eſſe debet, qui non eſt indigena, ſed tantum ſive adve-
na, ſive accola. Quum ergo Bohemi non modo ad officia politica, verum ad benefi-
cia quoque Eccleſiaſtica, tam ſuprema quam infima, fuerint admiſſi, evidenter inde
conſtare arbitror, eos in Germania non fuiſſe exteros, (α) nec hodie eſſe, modo ipſi-
met velint ad unitatem Imperii, unde aliquandiu diſceſſerant, redire.

3. Et ut de beneficiis priore loco dicamus, certum eſt, in Archiepiſcopatu Magde-
burgenſi, Germaniæ ſeptentrionalis primatu ſeu patriarchatu, præfuiſſe Conradum Ba-
261 ronem a Sternberg Bohemum, electum anno MCCLXVIII. & iterum Albertum Baronem a
Sternberg electum anno MCCCLXVIII. Quorum uterque fuit confirmatus ab Imperatore &
Papa Romano. (β).

B 4. In Archiepiſcopatu Juvavenſi, qui nunc Salisburgenſis, S. Sedis Apoſtolicæ
Legatione perpetua condecoratus, regnavit Adelbertus ſeu Albertus, Vladislai Regis
Bohemiæ filius, legitime a Canonicis electus, ut probati autores (γ) referunt. Quo
de Reichersbergenſis in Chronic. anno MCLXVIII. narrat in hunc modum; *Tunc omni ele-
ctione cleri & miniſterialium, totiusque plebis electus eſt in locum ejus* (Chunradi Ar-
chiepiſcopi defuncti, Marchionis Auſtriæ) *ſororius ejusdem Epiſcopi, filius Regis Bohe-
morum Adelbertus nomine, Diaconus adoleſcens, & in die feſtivitatis omnium Sanctorum
in cathedrali Eccleſia cum gaudio omnium inthronizatus eſt.* Et in anno MCLXIX. *Adal-
bertus Saltzburgenſis electus, conſecratus eſt in Presbyterum & Archiepiſcopum in qua-
drageſima, in Idibus Martÿ, ab Vdalrico Patriarcha Aquilegienſi: non multo poſt etiam
C pallium allatum eſt ei ab Alexandro Papa.* Obiit anno MCC. Salisburgi in Eccleſia ca-
thedrali ſepultus.

5. In Epiſcopum Herbipolenſem & Franconiæ Ducem electus eſt Illuſtris N. de Ste-
renberg, Baro Bohemus, anno MCCLXXVIII. eidemque Principatui media in Germania
ſito ſumma cum laude præfuit. (δ)

6. Epiſcopatus Merſeburgenſis in ſuperiori Saxonia habenas legitime adeptus An-
dreas de Duba, Baro Bohemus, eum rexit cum moderamine inculpati regiminis. (ε)

7. Ad Epiſcopatum Monaſterienſem in Weſtphalia aſſumptus Potho de Pothen-
ſtein, Bohemus, dum convenire cum quibuſdam Canonicis & Nobilibus terræ non poſ-
ſet, inde translatus eſt ad Epiſcopatum Suerinenſem in inferiori Saxonia. (ζ)

D 8. Conradus, Ducis Poloniæ filius, Bohemiæ Regis nepos, factus eſt Epiſcopus 262
Pataviensis, anno MCCL. (η)

9. In Epiſcopum Brixinenſem anno MCCCLXIX. electus & aſſumptus fuit Johan-
nes a Platzhaim de Schlackwerd, Bohemus, & ab Imperatore Carolo IV. Auguſt. in-
veſtitus cum regalibus Principi Imperii congruentibus. (θ)

10. In Epiſcopum Miſnenſem anno MCCCLXXVIII. eligitur Johannes de Genſen-
ſtein, Archiepiſcopus Pragenſis: mortuus Pragæ biennio poſt, ibidem ſepelitur. (ι)

11. Summa hæc eſt, Bohemos ac Sileſios, (κ) quia ad beneficia Eccleſiaſtica in Impe-
rio, puta Canonicatus, Prælaturas & Epiſcopatus, æque ac ipſi Germani, admittebar-
tur, non pro exteris fuiſſe reputatos, ut nonnullis imperitis videtur, ſed pro natis
E Germanis, & veris indigenis atque civibus, iſtiuſmodi honorum ac dignitatum ſolis legi-
timis participibus.

12. Quod

(α) Non fuiſſe exteros] *idem Schiferdeg.* quæſt. 4. non longe a fin. & quæſt. 7. circa princ. *Chriſtoph. Besndorffius in* Differt. de jur. publ. Roman. German. Imperii 3. de Electorib. concluſ. 63.

(β) *Pomarius in* Chron. Saxon. anno 1268. & anno 1368. *Matth. Stephans* lib. 3. de Juriſdict. Imper. part. 1. cap. 7. num. 38. *Chronica Scabinor. Magdeburg. poſt VVichbild appenſa* anno 1268. &
F anno 1369.

(γ) Probati auctores] *Henricus Stero Altahenſ. in* Chronic Auguſtenſ. anno 1168. *Aventinus* lib 6. Annal. Bojor. fol. 645. & ſeqq. *Dubravius* lib. 13. Hiſtor. Bohem. fol. 103. *Munſterus in* Coſmogr. lib. 3. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1168. *VVigul. Hundius in* Metropol. Salisburg. cap. 32. fol. 10. *Beregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 167. *Elias Reuſner. in* Baſilic. geneal. in Stemmat. Reg. Bohem. fol. 140.

(δ) *Caſp. Bruſchius* de Epiſcopat. German. *Matthæus Mareſchalcus de Pappenheim in* Chronic. Elvvangenſ. anno 1278.

(ε) *Brotuffius in* Chronic. & antiquit. Martisburg. *Abraham Saurius in* Calend. Hiſtor. die 29. Aug.

(ζ) *Ertvvinus Ertmannus in* Chronic. Epiſcopor. Oſnaburgenſ. in proœm. *Krantzius in* Metropol.

(η) *VVigul. Hundius in* Metropol. Saliſburgenſ. in Epiſcopis Patavienſ. cap. 48.

(θ) *Idem Hund. in* d. Metropol. in Epiſcopis Brixinenſib. cap. 56.

(ι) *Georg. Fabricius in* Annal. urbis Miſnæ lib. 2. anno 1378.

(κ) Sileſios] *Paul. Eberus in* Calend. Eccleſiaſt. die 5. Decemb. *Abrah. Saurius in* Calend. hiſtor. eodem die.

12. Quod magis etiam ex eo apparet, quia Bohemi, Moravi, Sileſii, quorum A virtus merebatur, non ad beneficia modo Eccleſiaſtica, ſed officia quoque politica ab Imperatoribus noſtris promoti leguntur; Exempli gratia, ſub Friderico II. Imp. fuit Albertus de Ceſskowitz, (α) Archicamerarius Cæſareæ Majeſtatis. Sub Sigiſmundo Imperatore, Cancellarius Imperialis fuit Joannes Archiepiſcopus Strigonienſis, (β) Primas & Archicancellarius Regni Hungariæ anno 1414. Protonotarius Imperialis, Franciſcus Canonicus (γ) & Cuſtos ad S. Crucem Breslaviæ: Secretarius, Michaël Paceſt, (δ) Canonicus Vratiſlavienſis & Præpoſitus Boheslavienſis, & Michaël de Prieſt (ε) Canonicus Pragenſis. (*) Sub Carolo IV. Imperatore Cancellarius Aulicus Imperialis fuit primum Pretzlaus Vratiſlavienſis Epiſcopus, (ζ) dein Johannes Epiſcopus Luthomislenſis: (η) Protonotarius vel ſupremus Scriba Aulæ Cæſareæ, Wladislaus Canonicus B Pragenſis & Wiſcheradenſis: (ϑ) Secretarius Imperialis, Nicolaus de Chremſi (ι) anno 1355. Joannes de Glatz (κ) anno 1357. N. Decanus Clogovienſis, (λ) anno 1366. Petrus Præpoſitus Olomucenſis (μ) anno 1371. & Nicolaus Præpoſitus Camicenſis, (ν) anno 1376. Regiſtrator Imperialis, Joannes Saxo (ξ) anno 1371. & Wilhelmus de Kortelangen (ο) anno 1376. Magiſter Curiæ Imperialis fuit Petrus de Wartenberg

A 2 [α] in Coſt;

(α) Ceſzkovvitz] *in Conſtitution. Imperial.* tom. 1. anoo 1232. fol. 299.

(β) Joan. Archiepiſ. Strigonienſ.] *in Bulla de ſucceſſ. Elector. Saxon. ſub dato Aquiſgrani anno electionis & regiminis v. coronationis primo, in ipſo die anno Chriſti 1414. talis ſubſcriptio legitur,* Per Dominum Joannem Epiſcopum de Strigonio Vicecancellarium. *Sic autem ſe ſcribebat reſpectu Archiepiſcopi Moguntini, cujus vicem in aula gerebat Cæſarea, quum ipſe eſſet Archicancellarius Hungariæ, ut ex aliis ejuſdem Sigiſmundi Cæſ. diplomatibus apparet. Et in Decreto de monetæ & telonio Mulenheimenſi, publicato Conſtantiæ in Concilio ſimul & Comitio Imperii anno 1417. Ertzbiſchoff zu Gran, des H. Stuls von Rom Legaten, unſerm Cantzler: quod refertur in Schrifften von befeſtigung der Statt Mülheim im Hertzogthumb Berg, editis a Senatu Colonienſi anno 1612. Item in VVolgegründeten Bericht vvegen des zu Mulheim angefangenen Baws, uff Burgermeiſter und Rahts zu Cœlln erpracticierto* mandata, *&c. Denique in Caſparis Enſis* Faſcicul. controverſ. Mulheimian.

(γ) Franciſc. Canonic.] *in Diplomat. apud Georg. Spalatinum in* Chron. *von Herkommen des Chur- und Fürſtlichen Hauſs zu Sachſen,* part. 2. *& in Reichsſatzungen*, part. 2. anno 1426. fol. 104.

(δ) Mich. Paceſt] *in Bull. Aquiſgranenſ.* de Succeſſ. Elector. Saxon. de anno 1414. *in Salvo Conductu Huſſi de anno eod. in* Actia Concil Conſtantienſ. *& in d. Diplom. apud Spalatin.* de anno 1326.

(ε) Mich. de Prieſt] *in Bulla Uratiſlavienſi* de Succeſſ. Elector. Saxon. de anno 1420. *& in Reſcripto ad Ordines Bohem. in Reichsſatzungen* part. 2. anno 1421. fol. 100. *& apud Hagecium* part. 2. anno 1421. fol. 104.

(ζ) Uratiſlavienſis Epiſcop.] *in Diplomate Caroli IV. Imp. quo Erneſto Archiepiſcopo Pragenſi ſua privilegia confirmantur, ſubſcriptio hæc habetur:* Pragæ per manus Venerabilis Pretzlai Wratislavienſis Epiſcopi, Aulæ Regiæ noſtræ Cancellarii, vice Venerabilis Gerlaci Moguntini Archiepiſcopi, S. Imperii per Germaniam Archicancellarii anno 1352.

(η) Luthomislenſis] *paſſim in Caroli IV. Bullis & Diplomatibus numeroſis, quorum partem habes in* Conſtitution. Imperial. *& in Reichshandlungen, partem in* Privilegiis Archiecclesiæ Hamburgenſis *ab Erpoldo Lindenbrogio*, Eccleſiæ Mindenſis *a Joanne Piſtorio*, & Reipubl. Francofurtenſis *a Johanne Heſlero JC. editis. In quibus hæc legitur ſubſcriptio:* Ego Johannes Dei gratia Luthomiſchlenſis Epiſcopus, S. Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Reverendi in Chriſto Patris, Domini Gerlaci C Moguntioi Archiepiſcopi, S. Imperii per Germaniam Archicancellarii recognovi. *Fuit autem iſte Johannes a Novoforo, gentili origine cognominatus, ut Miræus in* Lib. de Reb. Bohemic. cap. 8. *auctor eſt.*

(ϑ) Wiſcheradenſis] *in Conſtitut. de Sylvar. Imperial. cultu & cuſtod. in Reichsſatzungen* part. 2. anno 1347. fol. 36. *ubi legitur, Der geben iſt zu Nürnberg, von der hande des Erbaren VVraslaus Thumbherrn der Kirchen zu Prag und zu VViſcherad, unſers Königlichen Hoffs oberſten Schreibers,* D 264 *von vvegen des Hochvvürdigen Gerlachs, Ertzbiſchoffs zu Maintz, unſers und des Reichs in Teutſchlanden Ertzcantzlers, &c. Habetur hac Conſtitutio in* Actia reviſoriis *der Statt Nürnberg* contra *die Herrn Marggraffen von Brandenburg, &c. Cæteroquin Præpoſitus VViſcheradenſis olim erat S. Rom. Imperii Princeps, & ſupremus Cancellarius Regni Bohemiæ, ut ſcribunt Hagecius* part. 1. anno 1088. in fin. *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 22. *Dubravius, Boregk, Pontanus, & alii.* E

(ι) Chremſi] *in Bulla Pragenſi de ſucceſſione Elect. Bohem. de anno 1355.*

(κ) Glatz] *in Bulla Metenſi eadem de re ſub dato 1357.*

(λ) Glogovienſis] *in Diplom. apud Reichard. Streinium Baronem in* Information. de Succeſſ. Bohem.

(μ) Præpoſ. Olomucenſ.] *in Diplomate Pragenſi de conceſſione telonii Salezenſis ad Rhenum Petro de VVartenberg Barone Bohemo, Curiæ Imperialis Magiſtro, facta anno 1371.* F

(ν) Præpoſ. Camicenſ.] *in Diplom. Norimbergenſi ſuper eadem re, de anno 1376.*

(ξ. Saxo] *in d. Diplom. Pragenſi de telonio Salezenſi.*

(ο) Kortelangen] *in d. Diplom. Norimbergenſi ſuper eodem.*

(*) *Michaelem Paceſt* & *Michaelem de Prieſt* „ G
unum eundemque fuiſſe conjicit Balbinus *lib. III.* „
Miſcell. c. 1. §. 4. nomen enim fuiſſe corruptum, „
& ex uno ab ignaro duos factos.

(α) Pe-

A (α) in Coſt; Mareſcalcus Imperialis, (β) Bohuslaus de Wilhartitz; Camerarius Imperialis, 263
Joannes de Duba; Pincerna Imperialis Joannes de Wartenberg. Sub Wenceslao Cæſare, Cancellarius Imperialis fuit Joannes Archiepiſcopus Pragenſis, (γ) anno 1377. & poſt ejus deceſſum, Joannes Epiſcopus Olomucenſis (δ) & Patriarcha Antiochenus: [*] Secretarius Imperialis idem Nicolaus (ε) Præpoſitus Camicenſis anno 1376. & Joannes Jaurenſis: (ζ) Regiſtrator Imperialis, Wenceslaus de Jemkow, (η) Ut cætera ponam ad compendium, quæ paſſim occurrunt in Diplomatib. Cæſarum noſtrorum, & aliis authenticis documentis.

13. Hinc adeo eſt, quod Epiſcopi, Duces, Abbates, Prælati, Comites, Barones, Equites, Civitates Bohemiæ, Moraviæ, Sileſiæ & Luſatiæ, in Decretis, Reſcriptis, &
B aliis Diplomatibus Imperatorum & Regum Romanorum, non modo Sacri Imperii Principes, Nobiles & fideles (ϑ) appellentur, verum etiam cum Germanis indifferenter, ſervata tantum dignitatis prærogativa, collocentur (ι) & connumerentur.

14. Et auctores (κ) habeo, qui affirmant, pleroſque Bohemiæ Proceres ac Barones a Germanis originem trahere, [**] & Germanici ſanguinis nobiliſſimum genium ac ingenium ſpirare, ſive a Bojorum reliquiis, ſive Marcomannorum, Quadorum & Hermundurorum ſuperſtiterint, ſive poſtea virtute ſua & benemeritis in poſſeſſiones recepti a Slavis in Bohemia, Moravia & Sileſia fuerint.

15. Et licet peregrinis atque exteris interdictum (λ) ſit poſſeſſiones in Imperio noſtro

(α) Petrus de Wartenberg] *paſſim in Bullis &*
C *Diplomatib. Caroli IV. Imper. Succeſſit autem Burchardo Burggravio Magdeburgenſi, in hoc officio, in Aula Cæſarea.*

(β) Mareſcalcus Imperialis, &c.] *Vide de his quatuor aulicis Officialibus Diploma de anno 1369. apud Lehmannum in* Chronic. Spirenſ. fol. 368.

(γ) Archiep. Pragenſ.] *in ſacra VVenceslai Cæſ. ad Papam pro coronatione Romana, ſub dato Dieska, anno 1377. hac legitur ſubſcriptio;* De mandato imperatoris, Archiepiſcopus Pragenſis. *Refert*
D *Bzovius in* Annal. Ecclef. tom. 14. anno 1377. fol. 1518.

(δ) Epiſcop. Olomucenſ.] *in Privilegio confirmatorio & renovatorio VVenceslai Cæſaris dato Reip. Bremenſi anno 1396. ſubſcripſit in hunc modum:* Ad mandatum Regis, vidit Patriarcha Antiochenus Cancellarius. *Is fuit Joannes, VVenceslai Regis patruelis, Jodoci & Procopii Marchionum Moraviæ frater, Epiſcopus Olomucenſis, & titulatus Patriarcha pro more jam tunc recepto, ut legitur*
E *apud Dubrav. in* Hiſtor Bohem. *& in* Actis Concil. Baſilienſ. *nec non apud Joan Stumpfium in Beſchreibung des groſſen allgemeinen* Concilii *zu Conſtantz, &c. Factus tandem Patriarcha Aquilegienſis, ut aſſerit Miraus* d. cap 8. *Etiam VVenceslaus Epiſcopus Olomucenſis, qui anno 1416. obiit, Patriarcha Antiocheni titulum ac honorem geſſiſſe ab eodem Miraeo dicitur* d. cap. 8.

(ε) Idem Nicolaus] *in Bulla VVenceslai Aquiſgranenſi* de Succeſſ. Elector. Saxon. de anno 1376.
F (ζ) Joan. Jaurenſ.] *in Diplom. confirmatorio conceſſionis facta Petro de VVartenberg de telonio Saltienſi ad Rhen. ſub dato Norimberga anno 1376.*

(η) Jemkovv] *in d. Diplomate.*

(ϑ) Sacri Imperii fideles] *ut videre eſt paſſim in* Conſtitution. Imperial. *& Reichsſatzungen, in Ca-*
265 *roli IV. VVenceslai Sigiſmundi & Alberti II. Impp. Conſtitutionibus & reſcriptis, maxime* tom. I. anno 1355. 1358. & 1376. & tom. I. anno 1377. fol. 92. *& notabiliter in* Aurea Bulla Sigiſmundi Imp. *in*
G *Reichs Satzungen,* part. I. anno 1431. fol. 109. *& in Decreto Rudolphi I. Cæſar. facto in Comitiis Egranis anno 1289. ſuper ceſſione Marchionatuum Oſtlandiæ & Luſatiæ, &c. quod habet Hagec. in* Chron. Bohem. part. I. anno 1289. *&* producitur in Beylagis Germanicis ſub anno eodem; *nec non in* Privilegiis Archieccleſ. Hammaburg in fin. *Eccleſ. Mindenſ. n. 22. denique apud Lehman. in* Chron. Spirenſ. lib. 6. fol. 368. *Bzovium in* Annal. Eccleſ. tom. 14. anno 1377. fol. 1518. *Nec obſtat, quod objici forte poſſet, hoſce Imperatores fuiſſe Reges Bohemiæ, & Regni intuitu, non Imperii, talibus uſos formulis. Cui objectioni meam vicem reſpondeat ipſe Carolus IV. Imp.* ſuperiori libro cap. 17. §. 10. *relatus. Nec quicquam Reges Bohemiæ alienum a moribus aliorum Imperatorum fecêre, ſi amore ſubditorum Bohemos præcipue ad munia & officia Imperialia promoverunt, eodem nempe jure, eademque conditione utentes, quibus Saxoniæ Duces olim ſuos Saxones, Sueviæ ſuos Suevos, Bavariæ ſuos Bavaros, Auſtriæ ſuos Auſtriacos, præ cæteris Germanis, ad eadem officia & beneficia ſelegiſſe memorantur, & hodieque in Aula Cæſarea citra ullius injuriam fieri videmus.*

(ι) Collocentur] *ita Sileſiæ Duces in Germanis Principibus primo loco ab Æneа Sylvio numerantur in* Hiſtor. Bohem. cap. 65.

(κ) Auctores] *Georg. Agricola in* Orat. de Bello adverſ. Turc. ad Ferdin. Cæſ. & Princip. German. *Spangenberg im Adelſpiegel.* part. I. lib. 6. cap. 4. *& de Sileſia* lib. 7. cap. 20.

(λ) Exteris interdictum] *ut colligitur ex Privilegio Ottonis III. Imp. Epiſcopis Jutiæ in Dania conceſſo, quod exſtat in* Privileg. Archieccleſ. Hammaburg. n. 14. *& in Conſtit. Imperial.* tom. 3. anno 988. §. 2. fol. 311.

(*) Ἁμάρτημα μνημόνικον commiſiſſe Goldaſtum vult Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 1. §. 4.* quod Johannem Epiſcopum Olomucenſem Patriarcham *Antiochenum* vocet, cum cum potius *Aquilegienſem* appellare debuiſſet. Verum hanc accuſationem facile diluunt, quæ ipſe Goldaſtus in *notis ad h. l.* obſervavit.

(**) Miſere hic perſtringit Goldaſtum Balbinus in *Epit. lib. III. c. 5. in not.* quod Nobiles Bohemiæ a *Germanis* oriri tradat, omnes enim *Slavica originis* eſſe, multis contendit.

ſtro comparare, aut prædia inconſulto Imperatore (α) poſſidere, tamen Bohemis, Mo- A
ravis, Sileſiis & Luſatis, ab omni memoria licuit (β) non minus, quam cæteris
Teuthoniæ civibus honoratas poſſeſſiones Principatuum, [γ] (**) Comitatuum, Barona-
tuum (δ) Dominioruw, Caſtrorum, latifundiorum, jurium quoque, vectigalium, (ε)
non Epiſcopis modo ac Principibus Bohemiæ, ſed Baronibus quoque, Nobilibus &
civibus paſſim in Germania ante Huſſiticam rebellionem jure emptionis, permutationis,
donationis, feudi, aut alio juſto titulo acquiſitas habere, quiete colere, & tuto poſ-
ſidere. Ob illam namque fœdam rebellionem proſcripti, & fortunis omnibus per Ger-
maniam privati atque exſuti fuerunt, adeo, ut nec hodie jure retorſionis ad honora-
tas poſſeſſiones temere admittantur, ut ſupra indicavimns.

16. Bohemi denique in Germania de victualibus pro ſe ſuaque familia coëmptis B
nullam pendere vectigal tenentur, ſed libere & immunes commeant, æque ac cæteri
Germani, ut eſt a Ludovico IV. [ζ] Rege, Arnulphi filio, conſtitutum.

17. Viciſſim Teuthones noſtros in Bohemia, Moravia & Sileſia tam ad officia po-

 litica,

266 (α) Inconſulto Imperat.] *itaque dubitabatur, quum non ita pridem Chriſtoph Radzivvilius, Dux Birzarum in Polonia ſeu Lithuania, Baronatum Liechtenbergenſem in Franconia comparare vellet, num ei, ceu extero, id ſine conſenſu Imperatoris liceret, quum tamen & titulum gereret S. Rom. Imperii Principis, & conjugem haberet filiam Electoris Brandenburgii.*

(β) Bohemis ab omni mem. lic.] *in Aurea Bulla Caroli IV. Imp. quæ eſt pragmatica Imperii ſanctio*, tit. 10. *§. 1. & in Confirmat. Elector. Imperii §. 3. qua habetur Conſtitut. Imperial.* tom. 1. fol. 350. *Videatur Dubravius* lib. 15. Hiſtor. Bohem. fol. 121. *Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia lib. 2. fol. 21. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 10. concluſ. 93. *Arumæus* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 10. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ. cap. 29. num. 28. & ſeqq.

(γ) Principatuum] *ex hoc jure Sigiſmundus Rex Hungariæ & Marchio Brandenburgenſis vendidit Joanni Baroni a VVartenberg, Domino in Tetſchin, &c. Principatum Caſtrinenſem cum ſuis pertinentiis, anno 1397. eidemque inſuper oppignoravit univerſam Marchiam Brandenburgenſem ſupra Oderam anno 1398. ut teſtantur Diplomata in* Beylagis Germnicis *relata ſub* annis 1397. & 1398.

(δ) Baronatuum &c.] *Sic Radoldus Baro de Nevvenhus, & Hermannus Baro de Maladitz Bohemi, jam tum ſub Rudolpho I. Cæſare Dominia in Germania poſſidebant, quorum nomine ad comitia cum cæteris Imperii Comitibus & Baronibus vocati Decretis ſubſcribebant, ut videre eſt in Diplomate Rudolphi I. Cæſ. de ceſſione Marchionatuum Oſtlandiæ & Luſatiæ; &c. ſub dato Egra, anno 1289. in* Beylagis Germanicis. *Sic Comites Slickii in Germania poſſidebant Dominia Falckenavv in diſtrictu Egrano, Stein & Schlackenvvert, in diſtrictu Elenbogiano; Barones Riſenbergii Dominium Schlackenvvaldianum in eodem diſtrictu, &c. quorum nomine olim ad Comitia Imperii vocabantur; hodie a Regibus Bohemiæ eximuntur.*

(ε) Vectigalium] *Carolus IV. Imper. conceſſit Petro de VVarteaberg, Domino in Coſt, teloninm Seltzenſe ad Rhenum anno 1371. & VVenceslaus Cæſar confirmavit Norimbergæ in Comitiis anno 1376. quorum documenta referuntur in* d. Beylagis *Sed telonium illud in bello Huſſitico invaſit Elector Palatinus, & etiamnum poſſidet: quanquam nuper Carolus Baro a VVartenberg, &c. a Collegio Juridico Pragenſis Academiæ, & quibuſdam Imperialium rerum Prudentibus informari petierit, num ſibi ſuiſque filiis, & heredibus, omnis ad telonium illud a Palatino repetendi actio eſſet adempta & præcluſa? Ego in affirmativam ſententiam reſpondi, tum ratione privationis facta per bannum Papalem & proſcriptionem Imperialem, tum ratione præſcriptionis omnium hominum memoriam legitime excedentis. Nec prodeſſe VVartenbergiis* C
quidquam poteſt reſtitutio in integrum facta generaliter a Sigiſmundo, & confirmata a Friderico III. Impp. quia Decreta illa privatoria jam effectum ſuum erant ſortita, & novi poſſeſſores ab iisdem Imperatoribus confirmati ac legitime inveſtiti: & reſtitutio illa tantum ſimpliciter facta intelligitur pro abſolutione criminis, in ſecuritatem vitæ, libertatem religionis, uſum bonorum, quæ tum adhuc realiter poſſidebant, denique in jus cognationis, & civitatis Germanicæ, quo utroque Bohemi D
privati erant; non autem pro cauſa & culpa criminis, quam poſteri eorum in bonis per juſtam ſententiam privatis propter exemplum adhuc luere coguntur, ut in ſimili caſu docet Franciſ. Verona, ſive is ſit Cardin. Bellarminus in Apolog. pro Patrib. & Scholaſtic. Societat. Jeſ. part. 2. cap. 8. & 297
Goldaſt. in Senior. ſive de majorat. lib. 2. cap. 34. *ſalvo tamen etiam retorſionis jure, de quo ſupra* l. 1. cap. 2. in fin *diximus.*

(ζ) Ludovico] *in Legib. Portoriis anno 904. ſan-* E
citis, quorum ſummaria edidit Aventinus lib. 4. Annal. Bojor. fol. 372. *integras publicavit Marc. VVelſerus in* Comment. de Reb. Boicis, in fin.

(*) In Archivo Carlſteinenſi leguntur Au- „
thenticæ *Gerlaci Archiepiſcopi Moguntini*, & „
Imperialis Cancellarii ſupremi literæ, datæ *No-* „
rimbergæ A. C. 1356. in craſtino Epiphaniæ, qui- „
bus ille teſtatur: *Quod liceat Regibus Bohemiæ* „
& omnibus Bohemiæ Magnatibus, ac perſonis a- „
liis terras in Imperio poſſidere. Quæ omnia, licet „ F
admittantur a nobis, ex iis tamen vel parum, vel „
omnino nihil Goldaſtus conficiet, cum in o- „
dioſis & oneroſis Imperii rebus non includi Bo- „
hemiam, *Ferdinandi I.* demonſtret oratio. Quod „
ſi tamen Bohemiæ Proceres vel munia, vel ter- „
ras in Imperio ſitas poſſideant, eam dubio pro- „
cul ob cauſam, *non vero propter Bohemiam*, iis- „
dem cum imperio oneribus & legibus ſubjace- „
bunt, ac proinde velut domeſtici & cives onera „
& odia ſuſtinebunt. Balbin. *lib. III. Miſcell. c. 1.* „ G
Magis hæc probant quam refutant Goldaſti ſententiam, nihil enim plane huc facit *Ferdinandi Oratio*, de qua jam *ad cap. XVI. lib. II. §. 2.* diſputavimus.

CAPUT II.

Rex Bohemiæ licet genere Slavus, Civitate tamen erat Germanus. Saxonum A
odium in Bohemos. Juris Saxonici ſuſpectum judicium detegitur. Aliquot Principes & Comites Germaniæ commemorantur, qui ab exteris originem ſuam deducunt. Haſtiludia Germanorum. Poſſeſſiones in univerſa Germania comparare Regi Bohemiæ licet.

IN jure Saxonico [α] Rex Bohemiæ negatur eſſe Teuthonicæ nationis. Sic enim legitur in ſpeculo Saxon. quod vulgo *Landrecht* appellatur: *Bohemiæ Rex Pincerna eſt, qui non eligit, quia noſtræ non eſt nationis.* Quod in ſpecul. Suevor. [β] redditur, *der Künig von Behem, ob er ein Teutſcher mann iſt.* [*] Utriuſque opinionem ſecutus Gregorius X. [γ] Papa in Concilio Lugdunenſi decreviſſe fertur, Ottocarum Bohemiæ Regem pro Germano non eſſe habendum, ſed Slavo, cui in electione Romanorum Regis nullum jus competere poſſit, nec activum, nec paſſivum. Sed B
mihi exploratum eſt, hæc verba juri Saxonico fuiſſe inſerta ab Eckone de Repkaw, Scabino ſeu Aſſeſſore Judicii Imperialis Magdeburgici, ex odio magis & invidia, quam uſu Imperii noſtri, propterea quod Bohemi detrectabant Judicium illud agnoſcere. aut
270 jura inde petere, [**] præſertim paſſive, quum tamen Poloni & Lituani & Sileſii, forum illud Cæſareum, Saxonibus & Slavis pro ſupremo tribunali ordinatum, ſequi non gravarentur. Hinc illa offenſio Scabinorum Magdeburgenſium, juris Saxonici conditorum, qui, ut Bohemis invidiam conflarent, hæc verba, uti dictum eſt, Speculo ſuo inſerenda curarunt, vel ab Eckone inſerta potius tolerarunt, quæ, ſi leges Imperii generales, & ipſum ſtatum Reipublicæ Germanicæ conſiderare maluiſſent, quam affectibus ſuis indulgere, expungere ex codice illo & delere debebant. Sed bene habet, C
quod

Catonis diſtich. lib. 1. num. 26. *Et Menochii rationes convincit Carolus V. Imper. juſtiſſimus & con-*
269 *ſtantiſſimus, qui monitus ab Joh. Eckio, ut eodem jure, quo in Huſſum & Hieronymum uſus fuerat Sigismundus, ipſe etiam in Lutherum & Melanchthonem uteretur, inhumanam Eckii ſententiam exſecratus deſpuit, fidemque ab Imperatore ſervandam eſſe reſpondit, etiamſi totus mundus in perfidia verſaretur, ut teſtatur Zenocbarus* lib. 1. de Vita & reb. geſt. Caroli V. Imp. *Sleidanus* lib. 3. Commentar. *Gerhardus* d. num. 209. q. 4. *Potiores quoque & ſaniores interpretes Menochii opinionem improbant atque oppugnant, velut Andr. Fachineus* lib. 9. controverſ. jur. cap. 59. *Proſp. Farinacius in* Praxi criminal. tit. de carcerib. & carcerat. q. 29. n. 1. & ſeqq. *Joan. a Chokier* lib. 2. Aphoriſmor. cap. 14 *Hottomannus Illuſtr. quaſt 11. Pet. Gregorius lib. 11. de Republ. cap. 10. n. 9. & ſeq. Bodinus lib. 1. de Republ. cap. 6. n. 596. & n. 607. VVarem. ab Erenberg in Meditam. de fœder. lib. 2. cap. 2. n. 40. Hœnonius in Diſput. Politic. 2. th. 13. b. Beſoldus in Diſſert. de Majeſt. ſect. 2. cap. 6. n. 15. in fin. Mynſingerus* Reſponſ. 45. n. 6. & ſeq. *Henr. Velſtenius in* Quæſtion. Ethic. decad. 9. q. 5. *Joan. Avenarius in* Quæſtion. nomicopolitic. q. 36. *Gravius enim peccat Imperator frangendo fidem, quam inferior aliquis, ut ait Cravetta* Conſil. 241. n. 19. *Cephalus* Conſil. 549. n. 100. vol. 4. *Rolandus a Valle* Conſil. 1. n. 32. verſ. nam altius, vol. 2. *ipſemet Menochius* Conſil. 1. n. 217. vol. 1. & Conſil. 721. num. 3. vol. 8. *Rodolfinus in* tract. de Abſolut. Princip. poteſt. cap. 6. n. 183. *Tiber. Decianus* Conſil. 15. n. 26. lib. 1. *idem Jac. Schultes in d.* Quæſtion. n. 166.

(α) Jur. Saxonico] *in Specul. Saxonum* lib. 3. art. 57. *cui concinit Albertus Abbas Stadenſis in* Chronic. anno 1240. *Sed erat & iſte Saxo, & in eandem foveam cum Eckone incidit, ei nempe contemporaneus.*

(β) Specul. Suev.] *vulgo Kayſerlich und Königlich Land und Lehenrecht* part. 2. tit. 8. §. 5. *Cujus hac in parte auctoritas, quum jus Saxonicum ſequatur, non debet eſſe majoris fides vel auctoritatis.* D

(γ) Gregorius X.] *apud Siffridum Presbyterum Miſnenſ. in* Epitom. Chronic. lib. 2. anno 1274. *Sed fides ſit penes auctorem. Nam Acta Concilii Lugdunenſis nihil tale referunt. Et poterat quidem fieri, ut ſummus Pontifex a Rudolpho Habſpurgia Comite, aliiſve Ottocari æmulis, male informatus, tale quid enunciaverit, non autem decreverit.*

(*) Conf. *cap. 5. §. 3.* ut & Schilterus ad Limnæi *J. P. lib. III. c. 8.* Ceterum Speculi Saxonici, nec non Suevici, aliorumque ſequacium JC. & E
Hiſtoricorum nullam hoc in negotio rationem eſſe habendam, omnium fere nunc ſaniorum J. P. Doctorum & Hiſtoricorum eſt ſententia. Vide quæ de hoc argumento erudite diſputarunt Viri in hac arte Celeberrimi Hertius in *Diſſertatione de renovato R. G. Imper. & Regni Bohemia nexu Sect. II. §. 8. & 9.* & Ludevvig *de Jure ſuffragii Reg. Bohem. cap. 3.* ut & *in Comment. ad tit. 7. §. 1. AB. lit. c.*

(**) Hæc pluribus executus Auctor noſter *lib. IV. c. 13.* At legi meretur, quæ his locis oppoſuit Cel. F
Ludevvig in modo laudata diſputatione *cap. 2. lit. v. & ad Aur. Bull. tit. 8. §. 1. lit. d.*

(α) Viri

A quod & leges noſtræ textum illum falſitatis convincant, & viri prudentes [α] ceu injuſtum & invidioſum jampridem exſufflarint.

2. Sic enim legitur in Decreto electionis [β] Philippi Sueviæ Ducis in Romanorum Regem Erfordiæ in Comitiis ordinum Germaniæ legitimis ſuffragiis anno MCXCVIII. electi: *Reverendo in Chriſto Patri, Domino Innocentio Romanæ Eccleſiæ Pontifici, Germaniarum Principes & Magnates in Chriſto filii*, &c. In hoc Decreto Rex Bohemiæ primo loco inter ſæculares Imperii Germanici Principes ſubſcripſit, hoc pacto: *Rex Boemiæ, Dux Saxoniæ, Dux Bavariæ, Dux Auſtriæ, Dux Meraniæ &c. aliique Alemanniæ Nobiles.* Unde liquido conſtare arbitror, Regem Bohemiæ pro juſto ac vero Germaniæ Principe habitum fuiſſe.

B 3. Inter Decreta Concilii Lugdunenſis (γ) anno MCCXLV. habiti refertur & iſthoc; *Magnates Alemanniæ, non tamen Electores Imperatorum, Rex Bohemiæ, Dux Lotharingiæ* &c. Cui conſonat Matthæus Paris, [δ] Monachus Albanenſis, Anglis, de Cæſaris Richardi electione ſcribens: *Hi ſunt maximi in Alemania, ad quorum nutum pendet electio ipſius Regni* &c. *Rex Bohemiæ, Comes Palatinus de Rheno, Dux Auſtriæ, Dux Sueviæ* &c. Quid clarius dici aut exprimi potuit ad Regem Bohemiæ pro Germano declarandum? 271

4. Gloſſator Juris Saxonici in gloſſa poſteriori [ε] Latina in textum illum reprobum hoc modo commentatur: *Ratio autem, cur Rex Bohemiæ eligere non debeat, in textu ponitur, quia videlicet non eſt Teuthonicæ nationis: iſtud tamen improbari poteſt, quia*
C *remota cauſa removetur & effectus. Ex quo itaque fit, quod Rex Bohemiæ ex Teuthonica natione nunc eligitur, quare removetur & illud, quod eligere non poſſit.*

5. Franciſcus Irenicus, [ζ] a Domino Gewoldo laudatus, inter rationes, cur Bohemia in numero Germanicarum nationum habenda ſit, iſtam aſſignat, quod *Rex Bohemorum ſummo inter Electores loco functus eſt; dum tamen nullus in Electorum locum unquam ab Imperii translationis tempore, niſi Germanus, receptus ac conſecratus ſit.* Et Udalricus Welling [η] nominatim de Rege Bohemiæ & ejus Coëlectoribus ſcribit: *Diſſidentibus itaque Romani Imperij Electoribus, quos nobilis Germania germinavit.* Nec non Werner. Rolewinck; [ϑ] *Hi ſeptem Principes in Almania potentiſſimi.* Centuriatores Magdeburgenſes; [ι] *Sanxit, ut penes ſolos Germanos jus eſſet eligendi Regem Ro-*
D *manum.* Alb. Krantzius; [κ] *Tum initio annumeratus erat Rex Bohemiæ Teuthonicis, quia in ſolo Germanico ſedet, circumfuſus Germanis.* Hugwald. Mutius (λ) Helvetius; *Hos Electores ſeptem conſtituit, penes quos eſſet omne jus & poteſtas eligendi Cæſarem.* *San-*

(α) Viri prudentes] *Marq. Freherus in* Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2. cap. 2. *Gevvoldus* in Comment. de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 9. verſ. Bohemiæ Regem non externum eſſe, ſed Germaniæ Principem &c. *Herm. Kirchnerus* de Republ. diſp. 4. th. 3. *Arumæus* ad Aur. Bull. Diſcurſ. 5. concl. 1. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. Germ. publ.
E cap. 6. n. 27. *Chriſtoph. Beindorffius in* Diſſert. de Jur. publ. Rom. Germ. Imperii, diſſert 3. de Elector. concluſ. 63. in fin.

(β) Decreto Elect.] *apud Cardin. Baronium* Annal. Eccleſiaſtic. tom 10. anno 996. numer. 61. & ſeq.

(γ) Decreta Concil. Lugdun.] *Concil. general. a Severino Binio editor.* tom. 3. part. 2. *Matthæus Paris in* Hiſt. major. fol. 655. *Conſtitut. Imperial.* tom. 3. anno 1245. fol. 396.

F (δ) Matth. Paris] *in d. Hiſtor. majore.*

(ε) Gloſſa poſter.] *editionis Samoſciana in Polonia procurata; ubi Nicol. Jaskier, Secretarius Reipubl. Cracovienſis in margine annotat:* Hæc declaratio non ſatisfacit inſtantiæ, non ſemper enim Bohemiæ Rex ex Teuthonica eligitur natione. *Reſpicit nimirum ad Uladislaum Caſimiri Poloniæ Regis filium, qui anno 1471. a Bohemis fuit in Regem aſſumptus, jure (ut infra dicetur) matris, quæ fuit Ladislai Regis defuncti Soror. Et materno iſthoc jure ad ſucceſſionem in Regno admiſſus, confirmatus & inveſtitus fuit a Friderico III. Imp. Quæ admiſſio, confirmatio & inveſtitura quem faciunt legitimum civem alicujus Reipublicæ, Angli vocant* naturalizare, *id eſt, ita privilegiare, ac ſi natus eſſet in Regno ab indigenis parentibus. Eodem jure materno Matthias Medices Princeps Etruriæ ſeu Florentinus ad Canonicatum Archiecclesiæ Electoralis Colonienſis videtur nuper admiſſus, quod matre eſſet natus Archiduciſſa Auſtriæ. Et hoc jure etiam Romani utebantur, ut leges eorum demonſtrant.*

(ζ) Irenicus] *lib. 1. Exegeſ. German. cap. 42.* 272

(η) Welling.] *in Continuat. Annal. Steronis anno 1313.*

(ϑ) Rollevvinck] *in Faſcicul. tempor. at. 6. in Othone III. Imp. anno 994.*

(ι) Centuriatores] *Centur. 10. cap. 10.*

(κ) Krantz.] *lib. 8. Metropol. cap. 5.*

(λ) Mutius] *lib. 14. Chronic. German. fol. 107. Concordant Auctor Chronica von der hylligen Statt von Colln, Joannes Bamler in* Chronic. & *Georg. Alten in* Chronic. univerſ. in Ottone III. Imp. *Munſterus in* deſcript. German. pro Tabula Nic. Cuſæ intellig.

Sanxivit enim, ut ſoli Germani eligant, & non alium eligant, quam Germanis parenti- A
bus natum. Denique Hieronymus Oſius [α] Turingus de Ottone III. Imp.

> *Ergo Duces ſeptem Germani de ſtirpe parentum*
> *Ordinat illuſtres ſuccedere more perenni,*
> *Quos penes una ſit arbitrii vis, &c.*

6. Nec obſtat, quod Rex Bohemiæ oriundus fuerit a Slavis. Nam & Pomerani,
& Megalopolenſes, & Lignicenſes, & Munſterbergenſes origine Slavi ſunt, natione
tamen Germanos, nemo tam impudens eſt, ut negaturus ſit. Numquid officit Ele-
ctoribus & Marchionibus Brandenburgiis, Comitibuſque Zolleranis, quod a Columnis
Romanis [β] ſeu Comitibus Zogarollis in Italia, ut ſibi quidem videntur, originem
trahant? quid Marchionibus Badenſibus Verona oriundis? quid Ducibus Schiltachiis in B
Suevia a Spoletanis Ducibus ortum ſuum deducentibus? quid Principibus Anhaldinis
ab Urſinis Romanis? [γ] quid Hennebergiis a Columnis, avitam gloriam jactitantibus?
quid Ducibus Lotharingiæ patriam Gallicam repetentibus? quid Hohenlohi Comitibus
ab Altaflamma Romandiolæ Comitatu? quid Mareſcalcis Pappenheimiis a Collatinis
Romanis? (δ) quid Baronibus Rappolſteiniis, quid Winsbergenſibus, ab Italis originem
ſuam derivantibus, obeſſe debet, quin pro veris Germanis nunc habeantur? Germani
ſunt, quicunque in Germania, (ε) aut attinente ejus territorio (ζ) nati ſunt, fixam
ibi ſedem habentes. Et hoc jure utimur.

7. Sane pro Germanico principe habitum fuiſſe Bohemiæ Ducem, & inde Regem,
vel hinc etiam apparet, quod in pleriſque celebrioribus Germanicæ nationis Tornea- C
mentis ſive Haſtiludiis, a Germanis armorum Regibus ſolemniter vocatus ſemper inter-
fuerit, ut acta (η) illorum evincunt.

873 8. Denique quod Ducibus & Regibus Bohemiæ licuerit in univerſo Germanico Im-
perio a quibuſcunque (ϑ) Principibus, Magnatibus, Comitibus ac perſonis aliis, quas-
cunque terras, caſtra, poſſeſſiones, prædia, ſive bona, emere, comparare, ſeu in do-
num vel donationem ex quacunque cauſſa, aut in obligationem recipere, &c. quod
nulli extero Regi (ι) vel Magnati, ſolo Papa Romano excepto, permiſſum eſt.

(α) Oſius] *in Poemat. de reb. geſt. Cæſar. Romanor. ex Ducib. Auſtriæ, ubi agit de inſtitutione Electorum ab Ottone III. Imp. facta.*

(β) Columnis Rom.] *Lazius* de Migration. gent. lib. 8. *Spangenberg. in* Chronic. Henneberg. *Etiam Barones de Felſi in Bohemia pranominantur* Colonna, *id eſt, Columna ſeu de Columnis.*

(γ) Vrſinis Roman.] *Brotuff. in* Chronic. Anhalt, *Reineccius* de orig. Saxon. fol. 28. *Ab iiſdem Urſinis etiam Roſenbergii Principes in Bohemia originem ſuam repetebant.*

(δ) Collatin. Rom.] *Matthæus Mareſcalc. de Bappenheim in* Hiſt. Bappenheim.

(ε) In Germania] *Accurſius ad* l. cives 11. C. de appellat. *Deckinger in* Vocabul. jur. verb. Cives.

(ζ) Ejus territorio] *Jacob. de Belviſo ad* Novell. 89. cap. 2. §. 2. verſ. ſi vero nec civis.

(η) Acta] *quæ collegit Georg. Rüxnerus, Heroldus Cæſareus, in libro Turnierbuch inſcripto. & Franciſc. Modius JC. in* Pandect. triumphalibus.

(ϑ) A quibuſcunque] *Carolus IV. Imp. in* Aur. D
Bull. cap. 10. *& in* Confirmat. Elect. §. 5. *quæ habetur Conſtitut. Imperial.* tom. 1. anno 1355. fol. 350. *Videatur Dubravius* lib. 15. Hiſt. Bohem. fol. 121. *Pontanus a Braiten. in* Bohem. pia lib. 2. fol. 21. *Bundorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 10. concl. 93. *Arumæus* ad Aur. Bull. diſcur. 5. concl. 10. *Cunbachius* lib. 2. Juriſprud. Germ. publ. cap. 29. n. 28. & ſeqq. *Ramelinus* ad Aur. Bull.

(ι) Nulli extero Regi] *ne quidem Galliæ, licet originem Germanicam jactitet, & majores ejus* E
provincias Regni Arelatenſis ab Imperio in feudum recognoverunt. Itaque crimini datum fuit Udalrico VVirtembergiæ Duci, quod Franciſco I. Galliæ Regi extero Principatum Mompelgardanum oppigneraſſet. Et Dux Teſchinenſis inhibitus fuit ab Imperatore ullam Ducatus ſui ditionem in Regem Poloniæ alienare.

CAPUT III.

Rex Bohemiæ eſt Princeps, membrum & ſtatus Imperij: eoque nomine ſuperioritati Imperatoris ſubjectus: nec ab ea ſeparari potuit vel præſcriptione vel exemptione. F

REgem Bohemiæ eſſe S. Imperii Principem (α) ſi velim multis probare, id vero
eſſet lucem mero meridie accendere. Ut tamen imperitis conſulamus, juvat
unum

(α) Principem] *in Aurea Bulla Caroli IV. Imp.* tit. 7. §. 7. & tit. 25. §. 1. & ſeq. & tit. 27. in princ.

A unum atque alterum teſtimonium producere. Rudolphus I. (α) Cæſar in Inveſtitura facta Ottocaro in caſtris ante Viennam anno MCCLXXVI. vocat, *Illuſtrem Ottocarum Bohemiæ Regem Principem noſtrum chariſſimum.* Sed luculentius Succeſſor ejus Adolphus [β] Cæſar in literis inveſtituralibus Wenceslao Regi Bohemiæ conceſſis Francofurti anno MCCXCII. *Ut ſe tanquam Principem Imperij præinſignem amplioribus præ cæteris noſtræ beneficentiæ radiis illuſtremus.* Et in confirmatione ejuſdem inveſtituræ ſub dato eodem: *Illuſtris Dominus Wenceslaus Rex Bohemiæ, inclytus Princeps noſter & Pincerna.* Quin ipſemet Wenceslaus (γ) Rex Bohemiæ in confirmat. conceſſionis factæ Ludovico Duci Bavariæ a Rudolpho I. Cæſare, ſic orditur: *Nos Wenceslaus Dei gratia Rex Bohemiæ, Dux Cracoviæ, & Sandomiriæ, Marchioque Mora-*
B *viæ, Sac. Rom. Imperii Princeps & Pincerna,* &c. Fridericus III. (δ) Imp. in confœderatione cum Georgio Bohemiæ Rege, facta Brunnæ an. MCCCCLIX. *Orbis Dominus,*
Imperator videlicet Auguſtus; & Principum ſuorum potiſſimus & Elector, Rex ſcilicet 274
Bohemiæ, &c. Et elegantius in Inveſtitura [ε] Wladislao Regi Bohemiæ facta Viennæ MCCCCLXXVII. in princ. de Rege Bohemiæ aſſerit: *Die unſer und deſs Reichs færderſte ſind, und uns die bürde deſs H. Reichs mittragen helffen.* Denique Carolus V. (ζ) Imp. in Teſtatione de requiſita inveſtitura ſub dato Coloniæ anno MDXXXI. *Ferdinand zu Hungern und Bæheim Kænig, unſer lieber Bruder, unſer und deſs Reichs allergeheimſter Rath, Ertzſchenck und Churfürſt,* &c.

2. In diſtributione illa longe vetuſtiſſima membrorum Imperii quadripertitorum,
C quod vulgo *corpus Imperii* (η) *cum ſuis membris* nuncupatur, *Der Leichnam deſs H. Reichs* (ϑ) *mit ſeinen Gliedern*, ſive *Gliedmaſſen*, Bohemiæ tum Dux, nunc Rex, non temere inter prima ac ſumma relatus legitur, nempe in quatuorviris Electoribus, & iterato in Quatuor Imperii Coronis. (ι) Ex quo eluceſcit, Regem Bohemiæ jam tum pro membro S. Imperii indubitato fuiſſe habitum. Adeo priſci illi Germani longe aliter ſapiebant, quam heri aut hodie nati.

3. Eorum namque fidem ſecutus Carolus IV. (κ) Imperator, idemque Bohemiæ Rex, non dubitavit in ſuis conſtitutionibus & reſcriptis diverſis aſſerere, *ipſum Regnum Bohemiæ Romani Regni fore membrum nobilius* &c. Et in textu Germanico: (λ) *Dem Kænig-*

(α) Rudolphus] *refert Joh. Bapt. Eyſen in* De-
D duct. Bohem. *in Beylagen* num. 18. *& habetur in* Append. ſub anno 1276.

(β) Adolphus] *Germanice refertur in Hagecii* Chron. Boh. part. 1. anno 1292. fol. 353.

(γ) Ipſemet Wenceslaus] *ſub dato Praga anno 1291. apud Gewoldum* de 3. Rom. Imp. Septemv. cap. 9. *& in* d. Append. ſub anno 1291.

(δ) Fridericus III.] *refert idem Doctor Eyſen in* Deduct. Bohem. *in Beylagen* num. 33. *& reproducitur in* d. Append. *ſub* anno 1459.

E (ε) Inveſtitura] *apud eundem Eyſen* n. 27. *& in* Beylag. Germanicis ſub anno 1457.

(ζ) Carolus V. in Teſtatione] *quam vulgo in Cancellariis noſtris Muthzedell appellant, quæ eſt teſtificatio requiſita intra tempus debitum a Vaſallo inveſtituræ feudalis, qua curſus fatalium feudalium ſiſti ſolet. Ipſum reſcriptum vide in* Beylogis Germanic. ſub anno 1531.

(η) Corpus Imperii *Pet. de Andlovv.* lib. 1. de Imp. Rom. cap. 16. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph.
F cap. 23. *Paurmeiſter* lib. 2. de Juriſdict. cap. 11. n. 24. & n. 40. & cap. ult. n. 33. *Onuphr. Panuinius in* Commentar. de Comit. Imp. *Andr. Knichen* de Jur. territ. cap. 1. n. 104. *Elias Reuſnerus in* Enucleat. illuſtr. quæſt. hiſtoric. cap. 7. verſ. eodem modo, fol. 84. & verſ. non multo poſt, fol. 94. *Math. Stephani* lib. 2. de Juriſdict. part. 1. cap. 4. n. 11. & ſeqq. *Hænonius* Diſput. polit. 3. concluſ. 49. *Abrah. Saurius in* penu Notarior. in princ. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. concluſ. 28. *Joh. Rudolph. Satlerus*
G *in* Theſaur. Notarior. part. 6. cap. 14. fol. 11. *Georg. Schœnborn* lib. 5. politic. *Primus Freherus hujus quaternaria diviſionis fidem elevare conatus eſt in* Not. ad Andlovv., *eumque ſecuti Henelius in* Sileſiograph. cap. 7. *& Zach. Vietor in* Quæſt. de cauſ. exempt. Imper. concluſ. 5. *Plerique inſtitutionem horum Quatuorvirum ad Ottonem III. referunt: Sed El. Reuſnerus in* d. cap. 7. *ejus auctorem facit Carolum IV. Imperatorem.*

(ϑ) *Leichnam des H. Reichs*] *Auctor der Chronica von der hylligen Statt Cœllu* in Ottone III. Imp. fol. 135. *Georg. Alten in* Chron. univerſ. in
Ottone III. Imp. *Henr. Pantaleon im 2. theil von* 275
den Teutſchen Helden, fol. 132. Joan. Stumpfius in Chron. Helvet. lib. 2. in princ. *Pet. Albinus in* Chron. Miſniæ fol. 321. *Bern. Hertzog in* Chron. Alſat. fol. 143. *Rawen in* Coſmograph. fol. 696.

(ι) Quatuor Imperii coronis] *die vier Cronen, apud Matthiam Quadum in* Tabula Europæ.

(κ) Carolus IV. Imp.] *in Confirmat. Privilegii à Friderico II. Imper. conceſſi, ſub dato Praga anno 1348. apud Henelium in* Sileſiograph. in append. fol. 110. *Joh. Bapt. Eyſen in* Deduct. Bohem. *in Beylagen* num. 19. *& Conſtitut. Imp.* tom. 1. fol. 342. *item in Confirmat. general. privilegior. Regni Bohem. ſub eod. dato, apud eundem Eyſen* num. 31. *Nec Rex tantum pro ſuo ſtatu, ſed & ipſi Bohemia & Moravia Ordines ſeſe pro membris Imperii jactitant in* Epiſtol. ad Imp. Sigiſmundum *Conſtantiam miſſa ſub dato Brynna anno 1415. hiſce verbis; Ew. Majeſt. und des gantzen H. Reichs, deſſen wir auch ein Glied ſeyn, anſehen &c. apud Zach. Theobaldum* de Bello Huſſit. part. 1. cap. 16.

(λ) Textu German.] *Reichsſatzungen* part. 2. anno 1355. fol. 44.

Kœnigreich Bœhmen, als einem vortrefflichen Gliede deſs Keyſerthum.bs &c. In con- A
firmatione Electorum Imperii ſuper incorporatione terrarum Bavariæ cum Regno Bohe-
miæ in Comitiis Norimbergenſibus facta, anno MCCCLV. ſancitur: *Et tanto ſolertius de*
ipſius [Regni Bohemiæ] *meditari curavit* [Carolus IV. Imp.] *augmento, quanto & di-*
latione ſuarum propaginum, velut a membro nobili, ſacrum Romanum Imperium novit
indubie laudabilius honorari. Et poſtibi: *Tum quia hujuſmodi terrarum ſpatia Regni*
Bohemiæ, velut inſignis membri Serenitatis Cæſareæ inſignis requirit nobilitas. Et Fri-
dericus III. [α] Imp. in Confirmatione privilegiorum Regni Bohemiæ Wladislao Regi
facta Viennæ anno MCCCCLXXVII. *Die unſer neehſtgeſipte Freund und vorderſte Glie-*
der deſs H. Reichs ſeyn, und uns die bürde deſs H. Reichs getreulich helffen tragen, und
ſtete lieb und treu erzeigen. Eadem verbatim repetuntur in inveſtitura Caroli V. [β] B
facta Ferdinando Regi in Comitiis Ratiſponenſibus anno MDXLI. Et quod Rex Bohe-
miæ ſit primarium & nobile Imperii membrum, etiam rerum Imperialium tractato-
res [γ] in ſuis Diſſertationibus explanant.

4. Quod cum ita ſit, & Rex Bohemiæ non modo Princeps Imperii, [δ] ſed etiam
276 principale ſit membrum, conſequi neceſſe eſt, ut etiam ſtatus Imperii (*) exſiſtat, quum
ſine principali ſuo membro corpus nequeat ſtare, aut integram retinere ſubſtantiam.
Hinc enim nomen invenit, ut ſtatus Imperii dicantur, quod in illis ceu membris,
id eſt, baſibus & columnis, ipſum Imperium ſtet & ſubſiſtat. Quod S. Rom. Imperii
Electores ac Principes Pragæ anno MDCX. in conventu ibidem habito, non minus ele-
ganter, quam prudenter declararunt in *Replica ad Matthiam* [ε] *Auſtriacum, Hunga-* C
riæ Regem, ſub dato 28. Junij, hiſce notabilibus verbis: *Es müſten aber Chur-und Für-*
ſten dieſes wolmeyntlich dabey erinnern, daſs in ſolchen wichtigen ſachen, ſo reſpective
das heylige Rœmiſche Reich, ratione deſs Kœnigreichs Bœheim, weil der Kœnig von
Bœheim ein Standt deſs Reichs, der Sieben Churfürſten einer, und deſs Rœmiſchen
Keyſers Ertzſchencke iſt, concernirn thut, man ohne zuthun Chur-und Furſten, weil
man die neehſtgeſeſſene leichtlich darzu erfordern kœnnen, da es ſich doch zimlich ver-
weilet gehabt, billich niehts vornemmen oder ſchlieſſen ſollen. Welches da es geſchehen,
dieſelbige vermæg ihrer pflicht und eyd, damit ſie der Keyſ. Majeſt. und dem Reich ver-
wandt ſeyn, auch dem gemeinen weſen zum beſten, das ein und ander vielleicht mit meh-
rerm fleiſs, verſtand und treuen, als von denen, ſo hierzu gebraucht worden, geſche-
hen &c. In quam eandem ſententiam conſciverunt Electores ac Principes in conventu D
Mülhuſino, anno MDCXX. in *Dehortatorio Decreto* [ζ] *ad Electorem Palatinum directo*
de Regno Bohemiæ commonentes: *Inſonderheit aber das Haupt und die Glieder im*
Reich beyſammen in ihrem behœrigen reſpect, ſtand, hochheit, und freyheit &c. *ruhig*

(α) Fridericus III.] *idem Dect. Eyſen in* Deduct. Bohem. *in Beylag.* numer. 27. *& nos* ſub anno 1477.

(β) Caroli V.] *quam edimus in Beylagis Germanicis ſub anno 1541.*

(γ) Tractatores] *Dan. Otto in* Diſſertat. de Jur. publ. Imp. Rom. cap. 10. fol. 225. *Hanſmannus in* Reſolutionibus de re monetar. reſolut 7. lit. l. *Auctor Reſponſi in* cauſſa *Heſſen* contra *VValdeck die* exemption *betreffend, Gumpelzhaimerns apud Arumæum* tom. 2. Diſcurſ. Academic. de Jur. publ. fol. 753. *Georg. Beſudorffius in* Diſſertat. de Jur. publ. Rom. German. Imp. diſſ. 3. de Electorib. concluſ. 63.

(δ) Princeps Imperii] *qualis eſt, exempli gratia, Princeps Tranſſylvaniæ, Dux Radzivvilius in Lituania, &c. qui titulotenus ſunt Principes Imperii, non vero ejuſdem membra, ſive ſtatus, quamquam Illuſtriſſimus Sigiſmundus Bathorius mihi olim Pragæ ſanctiſſime conteſtatus ſit, ſe non alia conditione in Principem Imperii recipi deſideraſſe, quam ut fieret ſtatus Imperii, & eorundem Privilegiorum ac munerum particeps, quibus cæteri Imperii ſtatus immediati fruuntur & junguntur.*

(ε) Replica ad Matthiam] *in Henrici Julii Ducis Brunſvicenſis Gründlichen und vvarhafftigen Bericht, vvegen der zvviſchen der Rœm. Kayſ. Majeſt.* Rudolphi II. *und der Kœnigl. VVürde zu Ungern* Matthiæ &c. *getroffener vergleichung*, fol. 52.

(ζ) Dehortatorio Decreto] *in der zu Mülhauſen verſamleten Chur- und Fürſten Schreiben an Chur Pfaltz &c. ſub dato 21. [11.] Martii 1620.*

(*) *Regem Bohemiæ* non eſſe *Statum Imperii*, E hactenus permulti magnis animis contenderunt, veluti Reinkingius *de Regim. Sec. & Eccleſ. lib. I. claſſ. 4. c. 3. n. 27. & 31.* Arumæus *de Comitiis cap. 4.* imo nuper, ne plures commemorem, Illuſtr. Coccejus *in J. Publ. c. 19. §. 10.* Verum argumenta Goldaſti in *h. libr.* Limnæi in *Jur. Publ. lib. I. c. 7. §. 93. & lib. III. c. 8. §. 22.* Strauchii in *Exercitat. Exoter. 2. §. 12.* Hertii & Ludevvigii *in diſſertationibus ſupra laudatis*, aliorumque recentiorum, potiora mihi ſemper viſa ſunt, quibus plura addere, F eſſet Iliada poſt Homerum ſcribere, cum præſertim hodie hæc controverſia poſt renovatum nexum Bohemiæ cum Imperio Germanico aliam plane faciem induerit. Id tamen non poſſum non monere, multos ex Eruditis vel in verbis eſſe nimis difficiles, & apices quærere, ubi non ſunt, vel ex odio & præconcepta erga hunc vel illum Scriptorem opinione, vel ex hypotheſi, ſæpe imaginaria, in ejuſmodi diſceptationibus agere, quæ, ut in re ipſa amice inter ſe conſpirent, valde im- G pediant.

Digitized by Google

A *und unbetrangt ſeyn und bleiben mœgen.* Quorum Electorum ac Principum ſola auctoritas ſatis ſuperque pollens ac potens eſſe debet ad convincendam eorum opinionem, [α] qui Regem Bohemiæ ſtatu ſuo abdicant: niſi videremus pleroſque juris publici peritos ab hac inconvenienti opinione diſſentientes [β] in Electorum ac Principum illorum ſententiam concedere.

5. Hac enim ratione Rex Bohemiæ, Magnus Dux Sileſiæ, Marchio Moraviæ & Luſatiæ, Princeps Egræ & Elnbogii, &c. ceu Germanici Imperii Princeps, membrum atque Status, eidem Imperio ſubditus (γ) atque ſubjectus ſuperioritatem ejus, ut par & æquum eſt, recognoſcere tenetur, Imperatorique ad obſequium (δ) non minus, quam cæteri Electores, obligatus, & legibus ejus parere (ε) nexus eſt; ſicuti ab annis pro-
B pemodum mille jure uſuque inolevit, (ζ) & hodierna obſervantia [η] necdum deſuevit.

(α) Eorum opinionem] *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & Eccleſ. claſſ. 4. cap. 3. num. 27. & ſeq. & num. 30. *Henric. Chriſtoph. a Grieſſheim in* Diſſertat. hiſtoricopolit. diſ. 5. de Comit. Imp. concluſ. 42. & ſeq.

(β) Diſſentientes] *Auctor Reſponſ. in* cauſſa *Heſ-*
277 *ſen* contra *VValdeck, die* exemption *betreffende.* *Gevvoldus in* Commentar. de S. Rom. Imp. Se-
C ptemvirat. cap. 9. verſ. Principem vero Imperii & Germaniæ Statum Regem Bohemiæ docent, *&c.* *Freherus* lib. 2. de Re monetar. cap. 4. n. 1. *Paurmeiſter* lib. 2. de Juriſdict. Imp. cap. 1. num. 17. & cap. 2. n. 126. *Paul. Matthias VVehnerus in* practic. obſervat. verb. *Stands des Reichs*, verſ. ex Principib. politic. *Matthæus Stephani* lib. 2. de Juriſdict. part. 1. cap. 4. n. 97.

(γ) Imperio ſubditus] *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 963. & ſeq. & anno 1234. *Ludo-*
D *vic. Fachſius* Conſil. 4. num. 21. poſt lib. 2. Conſilior. Modeſt. Piſtoris. *Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. c. *M. Ant. Peregrinus* Conſil. 5. num. 5. vol. 3. *Thom. Bozius* lib. 6. de Jur. natur. & divin. Eccleſ. poteſtat. & libert. cap. 12. *Jacob. Valdeſius* de Prærogativ. Hiſpan. cap. 9. num. 4. *Auctor Reſponſi in* cauſſa *Heſſen* contra *VValdeck, &c.* *Gevvoldus in* Comment. de S. Rom. Imper. Septemvir. cap. 9. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 8. lit. c. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & Eccleſ.
E claſ. 4. cap. 3. num. 31. & ſeq. *Arumaus in* Diſcurſib. ad Aur. Bull. diſc. 4. concluſ. 18. *Henr. Chriſtoph. a Griesheim* de S. Rom. Germ. Imp. diſſert. 1. concluſ. 56. *Dan. Otto in* Diſſert. de Jur. publ. Imp. Rom. cap. 10. verſ. adhæc Imperatores. *Bened. Carpzovius in* Diſſertat. ad capitulat. Cæſar. ſive Leg. Reg. Germanor. cap. 5. num. 9. *Ang. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Reg. & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. q. 2. in fin. *Conrad. Carpzovius in* tract. de Regal. cap. 2. reg. 16. *Hanſmannus in* Reſolu-
F tion. de Re monet. reg. 7. lit. l. *Freder. Lentius in* Synopſ. de privilegiat. S. Rom. Imp. Proceer. inſtantiis vel auſtræg. concluſ. 29.

(δ) Ad obſequium] *Sichardus in* rubr. n. 8. C. de oper. libert. *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1234. *vel honorem*, *Dubravius* lib. 18. Hiſtor. Bohem. fol. 151. *Beſoldus in* tract. de Appellation. cap. 4. num. 5.

(ε) Legibus ejus parere] *Fraxineus Legatus Gallicus apud Sleidanum in Comment. de oppugnat. urbis Metenſis per Carolum V. Imp. facta, ubi aſſerit*, Germanis tantum exſtitiſſe robur, ut non modo Pannoniis, Bohemis, Polonis atque Danis, verum Italis etiam leges præſcriberent.

(ζ) Jure uſuque inolev.] *Krantzius* lib. 12. Wandal. cap. 1. *& Sebaſt. Francus* part. 2. Chronic. fol. 553. *commemorant, Bohemos aliquamdiu rebelles Sigiſmundo Cæſari fidem dediſſe publicam*, ſe impoſterum fideles & obedientes fore tam Romanæ Eccleſiæ, quam Imperio Romano. *Etenim Regnum Bohemiæ eodem jure eſt Imperio obligatum, quo cætera Imperii Provinciæ; Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. concluſ. 89. lit. c. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. public. cap. 6. n. 27.

(η) Hodiern. obſerv.] *nec enim Bohemia ſive præſcriptione, ſeu exemptione, ab Imperio ſeparari potuit. Non præſcriptione, quod nulla contra Imperii ſuperioritatem currat vel longiſſima; Zoanettus in tract.* de Imper. Roman. n. 121. & n. 127. & ſeq. *Fortunat. Garzias in tract.* de ult. fin juris tam Canon. quam Civil. num. 51. *Daut̃h Senior in* Diſcurſ. de Rerumpublic. inferioris Saxon. Illuſtri- 278
um perfect. regim. *Thom. Michael in* Diſſert. de Juriſdict. concluſ 8. *Modeſt. Piſtoris* Conſil. 4. num. 28. vol. 1. *Engelbrechtus in* Diſquiſit. de Juriſdict. Imperii concluſ. 101. *communiter Doctores ad l.* competit. 6. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. *Canoniſtæ ad* c. inter corporalia, Extr. de translat. Epiſcopor. *Non exemptione, quod ſub quantavis exemptione ſemper tamen ſalvum cenſeatur jus ſuperioritatis Imperii; Roland. a Valle* conſil. 1. num. 56. & ſeqq. lib. 2. *Alexander Randenſis* Reſponſ. 1. num. 263. & num. 435. lib. 2. *Petrus de Petra de* Jur. quæſit. non toll. cap. 21. num. 36.

CAPUT IV.

Rex Bohemiæ, tametſi a Slavis oriundus, jus tamen germanum habuit in electione Romanorum Regis in Imperatorem promovendi, tam activum, quam paſſivum: electusque fuit in Imperatorem Ottocarus, & poſt eum Wenceslaus filius, tanquam Archiprinceps nationis Germanicæ. Rex Bohemiæ an ſeipſum poſſit eligere. Quid de Sigismundi exemplo ſentiendum ſit.

Reges Bohemiæ, tametſi forent gente Slavica prognati, jus tamen in electione Romanorum Regis habebant non ſolum activum, ut eligere alium voto ſuo quirent,

quirent: de quo in ſequenti capite dicemus, verum etiam paſſivum, ut ipſi A
quoque a Collegis ſuis eligi in Imperatorem poſſent, eorumque vota ſuo pro-
prio ſuffragio adaugere, ut eſt in Aurea Bulla (α) conſtitutum, vel potius confirma-
tum, quod jam antea ex antiqua conſuetudine in Imperio Germanico obtinebat. Nec
enim conveniebat, ut Reges Bohemiæ, quia erant Principes Germani, deterioris eſſent
conditionis, quam cæteri ſui Comprincipes, quos inter ipſi, veluti Sol inter ſidera,
præeminebant: eoque nomine non debebant minus habiles, minusque idonei aut capa-
ces cenſeri Imperialis dignitatis capeſſendæ, quam alii in Germania Principes.

2. Scribit quidem Siffridus, (β) Presbyter Miſnenſis, de repulſa, quam Primislaus
Ottocarus Bohemiæ Rex in Concilio Lugdunenſi tulerit, in hunc modum: *Anno* MCC.
LXXIIII. *Lugduni celebratum eſt Concilium magnum, præſente Papa Gregorio X. Hic* B
electionem Regis Rudolphi confirmavit, reprobatis Nunciis Regis Hiſpaniæ Alphonſi, &
Regis Bohemiæ. Ipſe namque Rex Bohemiæ Odoacrus ſolennes nuncios, & multam pecu-
niam, & munera ad curiam Domini Papæ Gregorii tranſmiſerat, eo quod ipſe ad Im-
perium aſpiraret. Papa munera non attendens, circumſedentibus ſic dicebat: Cum in
179 *Alemania plures Principes & Comites habeamus, quare vellemus Sclavum ad Imperium*
ſublimare? Et Anſelmus Ryd (γ) ei concinens; *Richardo morte, Alfonſo vero Pontificis*
Romani perſuaſione defuncto, Othocaro Bohemo ambitore poſthabito, Pontifex & Prin-
cipes in abſentem conſenſerunt Rudolphum, &c.

3. Quibus adſtipulatur etiam Gerardus de Roo, (δ) Conſiliarius & Bibliothecarius
Auſtriacus, ſuper eodem Ottocaro commemorans in hæc verba: *Bohemorum hiſtoriæ* C
dignitatem illam (Imperialem) *ad Regem ſuum Ottocarum delatam eſſe aſſerunt, qui*
dixerit, malle ſe Regem Boemiæ, quam Cæſarem eſſe. Id cum a reliquis ejus moribus
vitæque inſtituto alienum eſſe videatur, potiores mihi auctores ſunt, qui ſumma ope &
minaci ambitione eum affectaſſe confirmant, neque per Germaniam tantum Principum
ſuffragia expugnare pecunia aggreſſum, ſed Lugdunum quoque Legatos ea de re cum lo-
culis miſiſſe, quibus auditis Papam dixiſſe, nihil opus eſſe Sclavo, cum in Germania multi
egregii Principes inveniantur. Et Georg. Calaminus, (ε) ſcriptor itidem Auſtriacus,
in Commentariolis ſuis infit: *Ottocarum Imperij dignitatem affectaſſe,* (ζ) *omnes pene*
conſentiunt: eam vero ſibi oblatam reſpuiſſe Dubravius & Sylvius aſſerunt. Quod con-
ſiderato Rege dominandi cupido, & Regina maxime tumida, veriſimile mihi non vide- D
tur.

4. Albertus (η) vero, Argentinenſis Canonicus, illius ætatis ſcriptor, aperte te-
ſtatur, Gregorium X. Papam mandaſſe Principibus & Electoribus in Germania, ut tan-
dem Imperatorem crearent, niſi velint ſibi aliquem a ſe imponi. Conveniſſe itaque
Francofurti, ubi primum Ottokàro Regi Bohemiæ delatum ſolenniter Imperium, ſed
eum ſtulto conſilio, dum putat ſe longe potentiorem eſſe Imperatore Romano, Im-
perium repudiaſſe. Et Æneas Sylvius, (ϑ) Piccolomineus Senenſis Italus, Secretarius
Cæſareus, refert: *Vocatus per Principes Electores ad Imperium contempſit, palam inter*
ſuos jactitans, pluris Bohemiæ Regem, quam Romanum Imperatorem eſſe.

5. Et Joan. Dubravius, [ι] Sac. Rom. Imperii Princeps & Epiſcopus Olomucen- E
ſis, rem aliquanto clarius enarrat in hunc modum: *Iſtic* [Pragæ] *eum* [Othogarum]
180 *Legatio ex Germania honorificentiſſima excepit. Conradus Coloniæ Aggrippinæ Archiepi-*
ſcopus, atque idem Elector Imperij ejus legationis Princeps fuit, per quam ad Othogarum
ſupremum honoris faſtigium, nempe Romani Imperii, deferebat. Sed Othogarus aſſenta-
tione ſuorum callida inflatus & captus, totam Imperii conditionem ad ſe delatam impro-
vide renunciat, &c. Et Martinus Cuthenus [κ] Poëta non infimæ notæ;

Totius Imperium Primslaus deſpicit orbis.

Cujus

(α) Aur. Bulla] *Caroli IV. Imp. & Bohemiæ Regis*, tit. 2. §. ult. in fin.

(β) Siffridus] *in Epitom. Chronic. lib. 2. anno 1274.*

(γ) Ryd] *in Catalog. annor. & Princip. fol. 51.*

(δ) Roo] *Hiſtor. Auſtriac. lib. 1. anno 1273.*

(ε) Calaminus] *in Rudolphottocar.* Act. 2. ſcen. 2. in Not. num. 19.

(ζ) Imperii dignitatem affectaſſe] *& jam Electorem Brandenburgium pecunia corruptum in partes ſuas pertraxiſſe, ſcribit Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 12.

(η) Albertus] *in Chronic. anno 1273. Calviſius* in Chronolog. anno eod.

(ϑ) Æneas Sylvius] *in Hiſtor. Bohemor. cap. 27.* F

(ι) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem. lib. 17 fol. 140. quem ſequuntur Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1271. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. fol. 233. & ſeqq. *Barthold. Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia lib. 2. fol. 22. *Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem.

(κ) Cuthenus] *in Diſtichis de Ducum Regumque Bohem. geſtis*, diſt. 36.

A Cujus recuſationis fruſtra eum poſtea pœnituit, [α] quum Rudolphus Habſpurgius in ejus locum electus, Auſtriam, Stiriam, Carinthiam, & Forumjulii ei abjudicatas Imperio revindicaſſet, ipſumque ad fidelitatem ſibi præſtandam, & Regnum Bohemiæ jure vaſallitio ab ſe & S. Imperio recipiendum adegiſſet, ut infra dicemus. Sic enim ſcribit Pontanus, [β Canonicus Cathedralis Archiecclesiæ Pragenſis, de Joanne III. Epiſcopo Pragenſi: *Author fuit Ottogaro ad Imperii habenas capeſſendas per Archiepiſcopum & Electorem Colonienſem nomine totius Imperij invitato, ut annueret. Quas tamen petulanter recuſavit malis conſiliatoribus innixus. Tandem provolutus ad Imperatoris Rudolphi genua, ſui erroris reum publice cum ſumma ignominia ſe ſpectandum exhibuit, & malis conſultoribus honores ſuos ademit.*

B 6. De Wenceslao Rege ejus filio, & Rudolpho Cæſaris genero, ſcribit Munſterus: [γ] *Wenceslai Regis Bohemorum tanta fuit virtus, ut Imperatore Rudolpho moriente, illi a Principibus Romanum deferretur Imperium.* Albertus Krantzius: [δ] *Wenceslaus Odoacris filius Regno ſuccedit paterno. Cujus tanta fuit virtus, ut Imperatore Rudolpho moriente, illi a Principibus deferretur Imperium. Sed qua virtute promeruit, eadem modeſtia recuſavit*, &c. Dubravius: [ε] *Prenſabat Albertus Auſtrius Imperium, ſed in ſuffragiis Electorum Principum adhuc tacitis longe prævalebat Venceslaus; ad quem deinde aperte a majore Electorum parte, ut olim ad patrem Othogarum, honor ille ultro deferebatur: cæterum accipere gravabatur: præteritoque Alberto Auſtrio, Adolphum Naſæ* [Naſſoviæ] *Comitem Imperatorem nominavit, cæteris quoque Principibus eam* C *nominationem comprobantibus.* Elias Reuſnerus: [ζ] *Imperium ſibi delatum modeſtiſſime recuſavit, Adolphumque Naſſovium pro ſe Cæſarem nominavit.* Æneas Sylvius: (η) *Wenceslai ſoror nomine Agnes, cum accepiſſet germanum ſuum contentum Regno Bohemiæ, delatum Imperium recuſaſſe*, &c. Denique Hug. Mutius [ϑ] Helvetius; *Wenceslaus contempſit Imperatorem* (Albertum) *& palam jactitabat, ſe recuſaſſe Imperium oblatum: Albertum ſibi debere Imperium.*

7. Quid eſt, cur ambigamus, quin Rex Bohemiæ poſſit in Imperatorem eligi, quum jura [ι] permittant, ut ſeipſum poſſit eligere? [*] quorum jurium auctoritatem Carolus IV. Imperator (κ) in ſpecie confirmavit, tam Bohemiæ Regi, quam cæteris tribus laicis Electoribus, quibus ſui ipſius eligendi facultatem conceſſit. Et hoc ante D auream Bullam obtinuiſſe, præjudicium ipſius Caroli obfirmat, qui patris ſui [λ] Johannis Bohemiæ Regis ſuffragio ad Imperium pervenit. Et de Sigiſmundo [μ] ejus filio, vulgaris habet traditio, quod primo loco ſententiam rogatus, ſeipſum nominaverit.

8. Et hæc quidem de paſſivo electionis jure, Regibus Bohemiæ, non ut Slavis, ſed ut Germanis Principibus, competente, paucis dixiſſe ſufficiat: nunc de activo jure, ut magis quondam controverſo, ita magis eſt, ut videamus.

CAPUT

(α) Pœnituit] *Hagecius in* annn 1277. *Dubravius* ibid. *Boregk* fol. 239. in princ.

(β) Pontanus] *in Bohem. pia lib. 3. in Joanne III. Epiſcopo Pragenſ. fol. 42.*

E (γ) Munſterus] *lib. 3. Coſmograph. in Bohe-*
281 *mia deſcript.*

(δ) Krantz.) *lib. 7. VVandal. cap. 31. Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem.

(ε) Dubravius] *Hiſtor. Bohem. lib. 18. fol. 149.*

(ζ) Reuſnerus] *in Baſilic. genealog. in Stirp. Sclavic. in Stemmat. Ducum ac Regum Bohem. fol. 142.*

(η) Æneas Sylv.] *in Hiſt. Bohem. cap. 28.*

F (ϑ) Mutius] *in Chron. German. lib. 22. fol. 205.*

(ι) Jura] c. cum in jure, 33. Extr. de elect. & elect. poteſt. *ubi Panormitan. in* Commentar. *Joan. Andrea in* c. cum in tot n, de Jur. lib. 6. *Paulus Caſtrenſ.* conſil. 230. lib. 2. *Alexand. Chaſſanæus in* Paratit. Decretal. lib. 1. tit. 6. fol. 25. *Paul. Buſius in* l. 3. in fin. D. quod cujuſque univerſ. nom. ag. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſec. & eccl. Claſſ. 3. cap. 5. num. 18. & ſeqq. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ. cap. 14. num. 54. & ſeqq. *Dan. Otto in* Diſſert. de Jur. publ. cap. 10. fol. 268. & ſeq. *Idem jus*
G *etiam apud Athenienſes obtinuiſſe, teſtatur Harpocration in* Lexic. verb. ἀρχαιρεσιάζων, *& ibi Manſſacus in* Not. fol. 97.

(κ) Carnlus IV. Imp.] *in* Aurea Bull. tit. 2. §. fin. *ubi interpretes Buxdorffius, Arumæus, Rumelinus.*

(λ) Patris ſui ſuffragio] *quod teſtantur plerique hiſtorici, Arumæus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 2. concl. fin. *Et id patrem potuiſſe, teſtatur Ulpianus in* l. illud 5. D quod cujuſque univerſit. nom. *At quia ignorat, patrem & filium pro una reputari perſona*, l. ult. C. de impub. ſubſtit. *& vocem patris eſſe vocem filii.* §. ei vero, Inſtit. de inutil. ſtipulat.

(μ) Sigiſmundo] *Dubravius* lib. 23. Hiſtor. Bohem. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1414. *Boregk in* Chronic. Bohem. in Wenceslao Rege & Imper. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. concluſ 39. lit. c. *Freherus in* Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 2 *Arumæus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 2. concluſ. 22. *Dan. Otto in* Diſſert. de jur. publ. cap. 10. fol. 269. *Rumelinus* ad Aur. Bull. diſſert. 3. concluſ. 14. *Sed huic traditioni aperte refragatur Decretum electionis Sigiſmundi, in quo Electores teſtantur, Sigiſmundum in Hungaria abſentem legatos miſiſſe, apud Lehmannum* lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 81.

(*) Confer. Ludvvig in *diſſertat. de Jur. Suffr. R. B. cap. 2. §. 12. in not. lit. p.*

282

CAPUT V. A

Controverſiæ de jure eligendi Regi Bohemiæ competente quantis ſtudiis ſemper agitata. Juris Saxonici error. Rex cur aliquando ad electionem non fuerit vocatus. Rebellio & ſchiſma inhabilitant ad electionem. Decretum Concilii Lugdunenſis de mutatione Electorum & nova inſtitutione. Modus & proceſſus antiquus in eligendo obſervatus, quum Principes haberent jus nominandi, Septemviri autem aliquem ex nominatis eligendi. Rex an de facto ſe in Collegium Electorale ingeſſerit. A quo Imperatore fuerit primum hac ſumma dignitate cohoneſtatus. Ottonis IV. Imp. Decretum ſuppoſititium. Refutantur diverſæ opiniones. Rex an arbiter Electorum. An ultimum locum ante Auream Bullam occuparit. An Slavorum nomine eligat.

NUlla juris publici controverſia, nulla cauſſa ſtatus Regalis, (ſi duorum ſum- B
morum [α] orbis Chriſtiani Principum motas inter ſe lites, ſummi inquam
Pontificis, & ſummi Imperatoris; ſi illam quoque de poteſtate Papæ tantopere agitatam, illamve de poteſtate Imperatoris totiens renovatam quæſtionem excipiamus) jam a ſæculis aliquot, aut in Comitiis Imperii fuit acrius diſceptata, aut in conventibus Sevirum Electorum magis ardue diſquiſita, aut in ſecretis Principum conſiliis vehementius inſtituta, aut in Scholis Academicis contentioſius diſputata, aut denique in Doctorum libris & ſcriptis virorum frequentius diſſertata, quam hæc ipſa quæſtio de jure Regis Bohemiæ in electione Regis Romanorum in Imperatorem promovendi. Et in arcana quidem Principum non eſt noſtrum inquirere, nec fas aut
jura ſinunt; quin lege inſuper vetamur ea cognita propalare. [β] Doctores autem qua C
politici qua ſcholaſtici, varie inter ſe diſſident, in diverſimodas & ſibiipſis repugnantes opinionum ſectas diviſi, ut tot fere ſententias, quot antagoniſtarum capita, enumerare liceat.

283 2. Harum aliquot ut breviter attingamus, ſunt (I.) nonnulli, qui negant Regi Bohemiæ ullum jus competere in electione Imperatoris. Sunt (II.) qui negant eum ad electionem fuiſſe citatum. (III.) quidam votum ei ordinarium abjudicant. (IV.) alii de facto eum ſeſe intruſiſſe autumant, nec ex inſtitutione aliqua, ſed ſola conſuetudine & præſcriptione Electorem factum. Ideo (V.) eum cum reliquis ſex Electoribus ab Ottone III. Imper. inſtitutum fuiſſe aliqui non admittunt. Sed (VI.) nonnemo ab Heinrico III. Imperatore; (VII.) ab Ottone IV. Saxone: (VIII.) a Rudolpho I. Auſtriaco: (IX.) a Carolo D
demum Quarto Bohemiæ Rege ſex illis Electoribus fuiſſe additum aſſeverant. Sunt (X.) nonnulli, quorum major & potior pars eſt, qui Regi Bohemiæ arbitrium tantummodo honorarium concedunt in paribus Electorum votis, non vero legitimum & ordinarium ſuffragium. Quorum omnium ac ſingulorum rationes ſive fundamenta, ut ſcholaſtico verbo utar, quibus tam variarum opinionum fabricatores nituntur, quam pauciſſimis poterimus, breviter examinabimus.

3. Et primo quidem in aciem procedat jus Saxonicum, quo Regi Bohemiæ jus eligendi præciſe denegatur, ea ratione, quod non ſit Teutonicus. Sic enim legitur in Specul. Saxonic. lib 3. artic. 57. *Primus inter illuſtres Regni Palatinus Rheni, qui eſt Dapifer; ſecundus Dux Saxoniæ, Marſchalcus; tertius Marchio Brandenburgenſis, Ca-* E
merarius; Bohemiæ Rex Pincerna eſt, qui non eligit, quia noſtræ non eſt nationis. Ubi *Landrecht* habet in vernaculo idiomate; *Der Schenck deſs Reichs hat keine Wahl, darumb daſs er nit Teutſch iſt.* Et Albertus, Stadenſis (γ) Abbas, Eckoni de Repkaw Juris Saxonici conditori coætaneus, forte etiam Collega & in jure illo compilando coadjutor, ita ſcribit iisdem ipſis verbis uſus: *Rex Bohemiæ, qui Pincerna eſt, non eligit, quia Theutonicus non eſt.* A jure Saxonico mutuatus eſt Auctor Juris Cæſarei, (δ) Regii, feudalis ac nationalis, *tit. 29.* §. 2. ſtatuens; *Quartus Rex Bohemiæ, Imperij Pincerna,*

(α) Duorum ſummorum] *Doctores communiter tradunt, duos eſſe tantum ſupremos Principes, Papam & Imperatorem;* *Baldus in* l. 1. quod Principi, C. de Conſtit. Princip. *Quam opinionem, licet communiſſimam & veriſſimam, a Theologis, Juriſperitis & Philoſophis receptam, ridere tamen & exigere auſus eſt Alberic. Gentilis in* Diſput. I. de poteſtat. Regis abſolut. fol. 7.

(β) Vetamur propalare] *Tobia* cap. 12. verſ. 7.

(γ) Albert. Stadenſ.] *in Chronic. anno 1240. Vixit autem hic Abbas in Saxonia inferiori, in celeberrima nunc Hanſeatica civitate Stadio ad Albim, temporibus Innocentii IV. Papæ, & Friderici II. Imp.* F

(δ) Auctor Juris Cæſarei] *interprete Simone Schardio JC. in* tract. de Princip. Elector. orig. ſeu inſtit. cap. 11.

A *verna, Regi Romanorum primum ſcyphum ad bibendum porrigito. Veruntamen ſciatur,*
Regi Bohemiæ nullum jus electionis eſſe: nam Germanus non eſt. Verba Teuthonica ſic 283
concepta leguntur *in Keyſerlichen und Königlichen Land-und Lehenrecht* (α) *part.* 1.
tit. 29. §. 2. *Doch iſt zu wiſſen, daß der Künig von Bœheim kein Kur hat, wann er*
nit ein Teutſcher mann iſt. Et *part.* 2. *tit.* 8. §. 5. *in fin. Der Künig von Bœheim, ob*
er ein Teutſcher mann iſt. Inde adeo eſt, quod in Wichbildo Magdeburg. *artic.* 13. *&*
ſeq. & Jure feudal. Saxon. *artic.* 3. ſoli tres laici Duces conſtituti dicantur, qui *primi*
ſint in electione, die erſten an der Chur, ut habet textus Germanicus. Quia de cauſſa
factum nonnemo opinatur, (β) ut Sigiſmundus Rex Poloniæ, Ludovici Hungariæ &
Bohemiæ Regis impuberis patruus & tutor legitimus, qui anno MDXIX. Legatos ſuos
B Francofordiam ad conventum Electoralem, ut Adminiſtratorio nomine vices ſuas in
electione Regis Romanorum gererent, tanquam extraneus & inhabilis, a jure & po- 284
teſtate ſedendi, ſuffragandi & eligendi excluſus fuerit, ſicut in *Actis de electione* (γ) *Ca-*
roli Quinti Imper. refertur. Sed errorem Juris Saxonici jam alibi deteximus; (δ) nec
ejus hac quidem in parte futilitatem viri docti quam plurimi, (ε) iidemque plerique Sa-
xones, non impugnare & refellere aggreſſi ſunt. Ut mirer etiam magnos viros (ζ)
reperiri, qui ſibi os oblini a talibus quiſquiliis patiantur.

4. Quod autem Rex Bohemiæ aliquando ad conventum & actum Electorium non 285
fuerit citatus, (η) nec vocatus, nec invitatus, non hanc habet rationem, quaſi non fue-
rit Elector, ſed quod vel rebellis Imperio (ϑ) & refractarius, vel ſchiſmaticus
(ι) exſti-

C (α) Land-und Lehenrecht] *in Reichs Satzungen*, part. 1. fol. 38. & fol. 118.

(β) Nonnemo opinatur] *Dominic. Arumæus in* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. *ex Actis electionis ſibi a me, ex Aula Cæſarea Vinariam reducta, per Cl. D. Hortlederum, utriusque noſtrum amicum anno* 1612, *benigne communicatis. Ex eo tranſcripſit Reinhard. Kœnig in* Theatr. politic. part. 1. cap. 30. num. 38.

(γ) In Actis de elect.] *in* Politic. Imperial.
D part. 2. tractat. 6. *& in Polniſchen Reichshandeln*, part. 1. tit. 5. in Protocoll. & proceſſ. electionis Caroli V. Imper. tit. 7. fol. 29.

(δ) Alibi deteximus] *ſupra* cap. 2. hujus libri §. 1. *& in Diſcurſ.* de officio Electoris Bohem. in Imper. Roman. German. ſect. I. §. 9.

(ε) Viri docti quamplur] *Herman. Kirchnerus* de Republ. diſp. 4. theſ. 3. *ubi ait*, Speculum Saxonum in ejuſmodi multis aliis poſteritati verba dediſſe. *Marquard. Freherus in* Not. ad Pet. de
E Andlavv lib. 2. de Rom. Imper. cap. 2. *Dan. Otto in* Diſſert. de Jur. publ. Imp. Rom cap. 10. *Carpzovius in* Diſſertat. ad Capitulat. Cæſar. ſive Leg. Reg. German. cap. 5. num. 16. *Reinh. Kœnig in* Theatr. politic. part. 1. cap. 30. num. 32. *ubi aſſeverant, Speculi Saxonici rationem non adeo eſſe veram, aut magni ponderis. Buxdorffius in* Diſſertat. ad Aur. Bull. cap 4. concluſ. 49. lit. d. *Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotidian. cap. 24. lit. e. *Joan. Paul. VVindeckius in* Comment. de Princip. Ele-
F ctor. orig. cap. 1. num 1. *Domin. Arumæus in* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 1. *Aug. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imper. Roman. concluſ. 30. numer. 44. quæſt. 5. *Conradus & Bened. Carpzovii fratres in* tractat. de Regalib. cap. 2. reg. 19 *Heinric. Chriſt. a Griesheim* de S. Roman. German. Imper. diſcurſ. 2. de Electorib. concluſ. 23. & ſequentib. *Cubachius* lib. 2. Juriſpr. Germ. publ. cap. 6. num. 23. & ſeqq. *Beindorffius in* Diſſert. de Jur. publ Rom. Germ. Imper. 3. de Elector. concluſ. 63.

G (ζ) Magnos viros] *quos inter Illuſtriſſ. Cardinal. Baronius in* Annalib. Eccleſiaſt. tom. 9. anno 996. num. 67. *Jac. Spiegelius in* Schol. ad Guntheri Ligur. lib. 6. in principio, *Krantzius in* lib. 4. Saxon. cap. 25. & cap. 28. & lib. 9. cap. 26. *Matth. Flacius Illyricus* de Translat. Imper. cap. 5. fol. 74. *Sim. Schardius* de Elector. orig. cap. 9. *qui exiſtimant, Regem Bohemiæ ante Auream Caroli Quarti Bullam nullum in electione votum habuiſſe. Sed manifeſte refutantur per textum ipſius* Bullæ cap. 7. in pr. *ibi*, longe lateque *&c. & alibi Imperator ad antiquam obſervantiam ſemper provocat.*

(η) Non fuerit citatus] *Regem Bohemiæ in multis electionibus fuiſſe præteritum, ſcribit Kirchnerus* de Republ. diſput. 4. th. 3. *& Chriſtoph. Beſoldus* lib. 2. de Reg. ſucceſſ. diſſert. 3. n. 7. *ipſos Reges, vocentur nec ne, ſusque deque habuiſſe, nec Caroli IV. Imp. inſtitutum ab eis ſervatum vel curatum. affirmat Thuanus* lib. 2. Hiſtoriar. ſui temp. *Quem tamen erroris arguit Hart. Maurus* de Coronat. Caroli V. Imp.

(ϑ) Rebellis Imperio] *Krantzius lib.* 7 *VVandal. cap.* 46. Sed quoniam noſtris diebus obedientiam Imperio Bohemia retraxit, non injuria hac tempeſtate contemnitur in Romani Principis electione. *Et Pet. Heigius, Conſiliarius Electoralis Saxonicus, Illuſtr. quæſtion. part.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 40. *inquit*; Ante Auream Bullam Bohemici ſuffragii ratio non adeo magna nonnunquam fuit habita, quod interdum a rebus Imperii Bohemorum Regnum diſſideret. *Cuſnerus in* Orat. de Ottone III. Imp. & Elector. inſtit. *ubi de electionibus Henrici II. Conradi Salici, Henrici Nigri &c. Kirchnerus* de Republ. diſp. 4. th. 5. *Elias Reuſnerus in* Enucleat. illuſt. quæſt. hiſtoric. cap. 7. verſ. hoc autem. fol. 89. *Et hæc fuit cauſſa, quam ob cauſſam VVenceslaus Rex Bohemiæ & Eximperator, nec ad Friderici Brunſuigii menſe Majo, nec ad Ruperti Palatini menſe Septembri, anno* 1400. *nec ad Sigiſmundi fratris, Hungariæ Regis anno* 1410. *factam electionem vocatus fuerit. At vero Sigiſmundi ſoceri in Hungaria & Bohemia ſucceſſor Albertus Auſtriacus rurſum fuit rite ad electionem vocatus anno* 1438. *in qua etiam Legatos ejus ad debitam ſeſſionem ſuffragiumque legitimum admiſſos fuiſſe nonnemo affirmat. Videantur Decreta electionum apud Lehmannum* lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 74. cap. 81. & cap. 93.

exſtiterit (α), vel cæteroqui non ſatis ei cum Imperatore & Ordinibus conveniret. [β] A
Quas & alias conſimiles ob cauſſas etiam alii Electores, tam ſacri quam profani ordinis, in electione Regis Romanorum præteriti quandoque fuiſſe in monumentis hiſtoriarum memorantur.

5. Quod attinet ad Decretum Concilii Lugdunenſis (γ) ſub Innocentio IV. Papa anno MCCXLV. factum, in quo Regi Bohemiæ jus eligendi abjudicatur, tanti non eſt, (δ) ut ad injuriam ſucceſſorum pertrahi debeat. Verba Decreti hæc ſunt: *Magnates Alemanniæ, non tamen Electores Imperatorum, Rex Bohemiæ, Dux Lotharingiæ, Dux Brunſwikiæ, Dux Suaviæ, Landgravius Duringiæ, Dux Lemburgiæ, Dux Carentenæ, Dux Saxoniæ, Comes de Geleia. Electores Imperatorum laici, Dux Auſtriæ, Dux Bavariæ, Dux Saxonum, Dux Brabantiæ, qui & Lovanii: Prælati, Archiepiſcopus* B
Colonienſis, Archiepiſcopus Moguntinus, Archiepiſcopus Saltzburgenſis, principales. Iſti ducentur in inſulam quandam Rheni, & dimittentur ſoli in ea, & amovebuntur omnes naviculæ, & ibi tractabunt de electione Imperatoris, nec adveniet aliquis ad eos, donec ſint concordes. Huic negotio præerit Archiepiſcopus Colonienſis, ſecundus Moguntinus, tertius Saltzburgenſis. His a Papa directa eſt diligentiſſima admonitio, cum ſupplicatione, ut ſibi alium Imperatorem eligerent, promiſitque eis ſui & totius Eccleſiæ conſilium & auxilium: & in principio, ſub ſpe potioris ſucceſſus, quindecim millia librarum argenti. Prævenit autem & invaluit Frederici diſſuaſio, qui eis, & maxime Duci Auſtriæ, vinculo affinitatis eſt confœderatus, unde monitis aut precibus Papalibus Electores minime paruerunt. Ex quibus verbis evidenter conſtat, Decretum iſtud Lugdunenſe a Ger- C
manis non fuiſſe receptum, (ε) non modo quod Friderico II. Imperatori in hoc Concilio depoſito, plerique Principes Germaniæ adhuc faverent, (ζ) verum etiam quod veterem Electorum inſtitutionem [η] temere mutari ſine motu ingenti & Reipublicæ

(α) Schiſmat. exſtit.] *Pet. de Andlavv Canonicus Columbarienſ. lib. 2. de Rom. Imper. cap. 2. fol. 81.* De conſuetudine tamen Rex Bohemiæ ad electionem non vocatur, niſi cum vota aliorum ſunt æqualia numero: & ſic hodie practicatur. Quod verum eſt, dummodo perſiſtat in unione ſanctæ matris eccleſiæ. *Et idem Krantzius lib. 8. Metropol. cap. 5.* Regem Bohemiæ annumerant, *&c.* Sed nunc quia nationem ſpecialem fovet, & Regnum ejus in ſchiſmate eſt, ad electionem non vocatur. *Freherus in* Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2. cap. 2. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. Germ. publ. cap. 6. n. 9. *Unde Alberto mortem obeunte, relicta vidua prægnante nec Bohemi Regem haberent, Proceres Regni, quod eſſent Schiſmatici & Huſſitæ, non fuerunt ad electionem Friderici III. Imp. citati: nec Georgius Huſſita, Ladislao poſthumo ſurrogatus, ad ullum conventum Electoralem admiſſus: quanquam Zœlnerus affirmet, in electione Friderici III. adfuiſſe Procuratores Ladislai infantuli Bohemiæ & Hungariæ Regis, in* diſſert. de Regis Rom. elect. th. 14.

(β) Cum Imp. conven.] *Sic Uladislaus Polonus,*
286 *Hungariæ ac Bohemiæ Rex, non fuit citatus ad electionem Regis Romanorum Maximiliani I. quod non ſatis conveniret inter Fridericum III. Imp. & dictum Regem propter jura, quæ Imperator cum Archiducibus Auſtriæ in Regna Hungariæ ac Bohemiæ prætendebat. Videatur Hart. Maurus in* tract. de coronat. Caroli V. Imp. Aquiſgrani facta anno 1520. *Freherus in* Not ad Andlavv lib. 2. cap. 2. *Reinh. Kœnig in* Theatr. polit. part. 1. cap. 10. n. 30. *Gumpeltzhaimerus in* Diſput. de Regal. theſ. 114.

(γ) Decretum Concil. Lugd.] *quod refert Matthæus Paris Monach. Albanenſ. Anglus in* Hiſtor. major. fol. 655.

(δ) Tanti non eſt] *ita cenſuerunt Gretſerus in* Defenſion. Bellarm. lib. 3. de Translat. Imp. col. 1273. *& Gevvoldus in* Comment. de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 6. n. 31. *in eo ſaltem uterque fallentes, quod putant Ottokarum tum fuiſſe Bohemiæ Regem, & Auſtriam obtinuiſſe: cum Fridericus Auſtriæ Ducatum tunc regeret, & VVenceslaus, Ottokari* 287
pater, Bohemiam gubernaret. Utrique aliquot demum poſt annis Ottocarus ſucceſſit; & patri quidem in Regno Bohemiæ anno 1254. Friderico autem D
Duci in Auſtria & Stiria anno prius 1253. ut Dubravius, Hagecius, Boregk, alii teſtantur hiſtorici quam plurimi.

(ε) A Germ. non recept.] *Cardin. Baronius* Annal. eccleſiaſt. tom. 10. anno 996. n. 67.

(ζ) Princip. German. faver.] *Calviſius in* Chronol. anno 998. *de hoc Decreto ita aſſignat:* Sed videtur tamen hoc, quod alii aſſumpti ſunt, ideo factum, quod Palatinus, & Brandenburgenſis, & E
Bohemiæ Rex cum Trevirenſi, Friderici Imperatoris partes adhuc ſequerentur, nec alium eligi vellent.

(η) Veter. Elect. inſtitut.] *de qua idem Matthæus Paris, illius temporis ſcriptor, in* Hiſtor. major. *differens de electione Richardi, Cornubiæ Comitis, in Regem Romanorum, ſcribit in hunc modum:* Hi ſunt maximi in Alemania, ad quorum nutum pendet electio ipſius Regni, *&c.* Rex Bohemiæ, Comes Palatinus de Rheno, Dux Auſtriæ, F
Dux Sueviæ, qui & Comes Bavariæ, Dux Poloniæ, Marchiſius de Miche, &c. *In hoc tantum fallit homo externus & arcanorum Imperii noſtri imperitus, quod putat omnes eos, quos viderat ad electionem vocari, & conventus Electorio intereſſe, ſimul etiam ſuffragium definitivum habuiſſe, quod ſolis Septemviris officialibus Imperii competebat. Cæteri, ut Duces Auſtriæ, Sueviæ, Brabantiæ, Poloniæ ſive Sileſiæ, &c. Jus nominandi vel (ut tum loquebantur)* prætaxandi *ſeu præſentandi habe-* G
bant, non autem eligendi. Pro more enim & con-

A periculo (α) non poſſe arbitrarentur. Nemo vero ex Principibus Imperatori aut fidior fuit, aut conſtantior amicus, atque Rex Bohemiæ Wenceslaus, nec ullis aut precibus, aut minis, vel diris ab Innocentio Papa perſuaderi, an moveri potuit, ut a fide Domini ac Imperatoris ſui recederet. Hinc iſthæc in eum invidia; quam tamen ille, animo contra obſirmato, impune contempſit, conſilio uſus Conradi Olomucenſis Epiſcopi, quem propterea Innocentius Papa in hoc Concilio depoſuit, [β] & in ejus locum ſufficit Brunonem Comitem Holſatiæ Schawenburgium.

6. Henricus, Cardinalis Hoſtienſis, maximi nominis & auctoritatis Jureconſultus, vixit ævo Friderici II. Imper. & poſt eum ſub Wilhelmo & Richardo Cæſaribus, atque (ut ipſemet de ſe teſtatur [γ] conventibus Principum Germaniæ, tanquam Legatus
B a Latere, Summi Pontificis nomine non infrequenter interfuit. Is ergo male forſitan ab æmulis ac inimicis Bohemorum edoctus, informatusque de Rege Bohemiæ pronunciare non dubitavit, eum jus eligendi non habere (δ) ab antiquo, ſed de facto hodie tenere. Quem & Gloſſator juris Saxonici ſequitur. Hinc ſunt, qui putant, Regem Bohemiæ non ex aliqua Imperiali vel Pontificali inſtitutione eſſe Electorem factum, ſed ex longa

ſuetudine illius ætatis omnes Imperii Principes, ſacri, profani, Prælati & Comites, ad electionem futuri Regis convocabantur, ut non modo eorum conſilio Septemviri uterentur in perſona idonea eligenda, verum etiam, ut ab omnibus approbaretur,
C *quod omnes concerneret. In hoc ergo conventu Septemviri Electores ſeparatim in ſecretiore conclavi conſultabant: ceteri Principes, Prælati, Comites in alio loco convenientes, ſingulatim quisque, quem Imperio dignum ac idoneum judicaret, rogatus dicebat. Nomina eorum, qui hoc in principum ſenatu prætaxabantur eligendi, diligenter in ſcripto aſſignabantur, & adjecto cujusque nomini votorum numero, Septemviris Electoribus præſentabantur. Qui deinde in ſecretiori ſuo concla-*
D *vi, remotis omnibus reliquis Principibus quantavis potentia præcluentibus, prætaxatos illos ſeu nominatos a Principibus diligenter examinabant, & quem ex illis Imperio digniſſimum cenſuiſſent, eum in Regem Romanorum eligebant, egredientesque e conclavi, adſtantibus & præſtolantibus Principibus ac Ordinibus, hunc vel illum electum eſſe proclamabant. Et hic quidem fuit vetuſtus mos, ritus ac proceſſus eligendi Regem Romanorum ſive Imperatorem. Quem ex antiquitate illorum temporum*
E *demonſtrare in proclivi foret, ſi id nunc ageremus. Clariſſimis tamen verbis exponunt Ecko de Repkavv in* Specul. Saxon. lib. 3. art. 57. §. ult. *Albertus, Abbas Stadenſ. in* Chronic. anno 1240. *VVippo Conradi II. Imp. Cappellanus in* Vita Chunradi Salici Imp. *VVelbertus Conradi III. Imp. Capellanus in* Comment. de Elect. Lotharii Imp. *apud Gevvoldum* cap. 6. num. 70. & cap. 7. n. 20. *Amandus Secretarius in* Comment. de Primis actis a Friderico I. in imperio peractis, *apud eundem* d. cap. 6. n. 69.
F & d. cap. 7. n. 20. *Rogerus de Houeden* Annal. part. 2. *Paulus Berurîedenſis in* Vita Gregorii VII. Papæ, *aliive numeroſi. Et hoc pacto non modo excuſari, verum etiam conciliari debent, quæ Illuſtr. Cardinal. Baronius* Annal. eccleſiaſtic. tom. 10. anno 996. num. 56. & ſeqq. *Clariſſ. Lehmannus* Chronic. Spirenſ. lib. 5. cap. 74. *Michael Lonegus Archivo Vaticano Præfectus in* Conſilio Gregor. XV. PP. exhibit. de Adhort. Bavariæ Duc. ad pet. Dignitatis Electoral. confirm. a Sede Apoſtol. *referunt,*
G *Imperatores quondam non ſolorum duntaxat Electorum, ſed omnium Principum Germanorum, qui ad Comitia conveniſſent, ſuffragiis fuiſſe ad Imperiale culmen electos. Quod uterque conſignavit veriſſime. neuter autem, ſi mentem eorum æquis oculis intuentes candide interpretemur, Septemvirum Electorum juri antiquo derogatum ivit, aut detrahere maligno animo quidquam voluit, non magis (inquio) quam ipſe Gevvoldus gemina Germana tradens* cap. 7. num. 9. verſ. ſed ut rem. *Salva etiam tum fuit Septemviris Electoribus ſua majeſtas, licet ceteri Principes, ac Ordines Imperii, pro more illius ævi, hodie abolito, haberent nominandi, prætaxandi & præſentandi facultatem, quia nominatio illa vel prætaxatio nullum jus acquirebat taliter nominato vel prætaxato, ſed ſola Septemvirum Officiatorum electio;* c. quod ſicut, 28. in princ. Ext. de elect. & elect. pot. & cap cum olim, 24. *ubi Panormitan.* Ext. de verb. ſignific. *ſicut nec præſentatio dat plenum jus præſentato, ſed ſola inſtitutio Epiſcopi,* tot. tit. de jur. patronat. *Verum id alibi a nobis σὺν Θεῷ* fuſe, atque (ut dici ſolet) ad oculum demonſtrabitur.

(α) Reipubl. periculo] *quia, ut habet Brocardica juris,* omnis mutatio periculoſa eſt. *Hinc Electores Imperii Maximiliano I. petenti, ut Archidux Auſtriæ in numerum Electorum cooptaretur, reſtiterunt, ne antiquiſſima inſtituta majorum commutarentur, ut refert Hartman. Maurus in* tract. de Coronat. Caroli V. Imper. *Ejus nuper quoque Illuſtriſſ. Gabriel Tranſſylvaniæ & Zeculorum Princeps, cum Electoribus & Principibus Unitis, ut Regi Hungariæ, exemplo aliorum, honos ille haberetur, ut ipſi quoque ſuffragii jus in electione Imperatoris eſſet. Sed Principes eandem ob cauſſam precibus ejus votoque abnuerunt, ut videre eſt in* Cancellar. Secret. Anhaltin. *& latius deducunt Theoneſtus Cogamandolus in* Secretis ſecretor. Calvino-Turcic. ſecret. eorundemque apocalypſi, conſiderat. 25. *& Juſtinus Juſtinopolitan. in* Myſterio iniquitatis, ejusque vera apocalypſi, &c. ad d. conſiderat. 25.

(β) Quem in hoc Concil. depoſ.] *Dubravius in Hiſt. Bohem. Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1245.

(γ) Ipſemet de ſe teſt.] *in ſumma lib. 3. rub. 2. de feudis, §. 7.*

(δ) Jus elig. non hab.] *in* c. venerabilem, §. vero, verb. illis Ext. de elect. & elect. pot. *Alibi tamen ſui oblitus expreſſe ſcribit, quod tunc temporis, cum Bohemus Elector factus eſt, Dux, non Rex fuerit. Quod & Gevvold.* cap. 6. n. 52. *commodum obſervavit.*

ex longa ac diuturna conſuetudine pedetentim (α) in Collegium Electorum irrepſiſſe. A Quo autem tempore jus illud præſcripſerit, & pro Electore agnoſci primum cœperit, id vero dicunt in dubio ac incerto eſſe, (β) nec ſibi conſtare poſſe. At Carolus IV. Im-
289 per. in Aurea Bulla ad antiquitatem nos remittens, omnem nobis dubitandi occaſionem præſcindit.

7. Quænam autem illa ſit antiquitas, ſimiliter controverti ſolet. Recepta & communiſſima eſt opinio, eam ad auctores Ottonem III. Imperatorem & Gregorium V. Papam eſſe referendam; a queis diſpertita Officia Imperialia in certas Principum Imperii familias jure hereditario fuerint. Sed hanc etiam traditionem, utcunque vetuſtam, reperti ſunt viri (γ) cætera non indocti, qui inficientur & oppugnatum eant.

8. Et in ſpecie quidem Nobiliſſ. & Clariſſ. Gewoldus, (δ) acerrimus Ottonianæ or- B dinationis vindex, Regem tamen Bohemiæ ab eo non inſtitutum, ſed ab Heinrico III. Conradi Salici filio, putat reliquis ſex Electoribus fuiſſe adjectum. Verba ejus hæc ſunt; *Nullum certum tempus definit Dubravius, quando ea dignitas Boemiæ vel Ducibus vel Regibus collata fuerit: non tamen longe a vero abierit quiſpiam, ſi ſpem illam, majora poſthac & meliora exſpectandi, cum qua Boleslaus Dux a Cæſare* [Heinrico III.] *dimiſſus dicitur, ad ſeptemviralem eminentiam referat.*

9. Alii vero non Bohemiæ duntaxat Regis, ſed totius Collegii Electoralis inſtitutionem Ottoni IV. (ε) Brunſuigio Imperatori adſcribunt; cujus auctoritate factum in Comitiis Francofordianis Decretum ea de re laudant & producunt. Sed pace illorum liceat fateri, quod res eſt. Impoſuerat mihi Freherus, qui illud ſua manu exſcriptum C ſub nomine Ottonis IV. ad me tranſmiſit: ego porro aliis publicando & in Conſtitutiones Imperiales (ζ) referendo, ſine dolo tamen ac fraude. Comperi enim poſtea illud Decretum non eſſe Ottonis IV. Brunſuigii, ſed a Joan. Bapt. Egnatio [η] in *vita Ottonis III.* confictum, probabilius quidem juxta veterum traditionem, quam verius. Quod monendum duxi, ne quis mea culpa proporro decipiatur: daboque operam ut expungatur ex loco, quem injuſte occupavit.

10. Sunt rurſum alii, qui nec ab Ottone III. Saxone, nec ab Ottone IV. Bohemiæ Regem concedunt fuiſſe Electorem Imperii inſtitutum; ſed a Gregorio X. [θ] Papa & Rudolpho I. (ι) Auſtriaco demum deſignatum, cæteriſque adjunctum, qui hoc

Bb 2 honore

(α) Conſuetud. pedetent.] *Alvarotus in* Comment. in feud. lib. 1. tit. Quis dic. Dux &c. §. 1. num. 9. *ubi ait*: Hodie conſuetudine, quæ a jure probatur, electio Imperatoris ſpectat ad certos Principes Alemaniæ *&c.*

(β) In dub. ac incerto eſſe] *Theodoric. Nibemus in* Nemor. union. tract. 6. Labyrinth. cap. 13. fol. 486. *Æn. Sylvius in* Epitom. Blondi fol. 33. *Volaterranus* lib. 23. Anthropolog. in Ottone III. Imp. *Dubravius* lib. 6. Hiſt. Bohem. fol. 43. *Hergius* Illuſtr. quæſtion. part. 1. quæſt. 3. n. 43. & num. 80. *Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia lib. 2. fol. 16. in princ. *Elias Reuſnerus in* Enucleat. illuſtr. quæſt. hiſtoric. cap. 7. *Michael Lonigus in* Concil. Gregorio XV. exhib. de Adhortand. Bavariæ Duc. ad petend. Dignit. Electoral. confirmat. a Sede Apoſtolic. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. Germ. publ. cap. 6. num. 6. & ſeq. *Aug. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 5. fol. 19. *Quibus conſentire videntur, qui totum ſeptemviralem Ordinem tacito quodam conſenſu Principum Ordinumque Imperii irrepſiſſe, & paulatim interveniente tempore immemoriali, hoc eſt per longam conſuetudinem introductum eſſe autumant, ut ſunt Arumæus* ad Aur. Bull. Diſcurſ. 3. concluſ. 6. *Pet. Fruzius* de Nobilit. concluſ. 18. lit. d. *Rumelinus* ad Aur. Bull. diſſert. 5. in coroll. fol. 92. *idem Lonigus Archivi Vaticani Præfectus, in* d. Conſil.

(γ) Reperti ſunt viri] *Centuriatores Magdeburgenſes* cent. 10. cap. 16. *Guilhelm. Sturio JC. in* Diſſertat. politic. de Translat. Imper. Roman. *Georg. Hahn in* præfat. præfixa hiſtoriæ Dithmari *ab ſe in linguam Teuthonicam translatæ, Joan. Garſenius JC. in* Orat. de Pontific. electi Rom. Imp. coronat. *Calviſius in* Chronolog. anno 998. *ubi ſex argumenta in medium profert, quibus evincere conatur, Septemvirum Principum Elector. numerum ab Ottone III. Imp. non fuiſſe inſtitutum.*

(δ) Gevvoldus] *in Commentar. de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 9. n. 4. fol. 158.* 290

(ε) Ottoni IV.] *Krantzius apud Reuſnerum in* Enucleat. illuſtr. quæſt. hiſtor. cap. 7. verſ. horum E tamen, fol. 51. *Gerlac. Buxdorffius in* Diſſertat. ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 49. lit. c. *Reinhard. Kœnig in* Theatr. polit. part. 1. cap. 30. n. 30. *Calviſius* in Chronolog. anno 998. verſ. ſeptimo in conſtitutionibus. & ann. 1208. in fin. *Heinr. Chriſtoph. a Griesheim* de S. Rom. German. Imp. Diſſert. 1. concl. 40. *Rumelinus* ad Aur. Bull diſſert. 8. th. 7.

(ζ) In conſtitut. Imperial.] *tom. 3. anno 1209. fol. 371. Inutiliam autem mihi faciti Gretſerus, dum affirmare non veretur, hoc Decretum eſſe a me tornatum, & ex meo procuſum cerebro*, lib. 2. contra Replicator. cap. 12. verſ. conſtitutionem de Electoribus. F

(η) Egnatio] *in Vitis Principum Roman. lib. 3. in Ottone III. Imp. cujus verba Elias Vinetus ſyllabatim tranſcripſit in* Appendice M. Aur. Victoris de Vita Cæſar.

(θ) Gregorio X.] *in Concilio Lugdunenſi anno 1273. ut ſentiunt Blondus* lib. 3. decad. 2. *Trithemius in* Chron. Hirſaug. *Bellarminus* de Translat. Imp.

(ι) Rudolpho I. Auſtr.] *Dubravius* lib. 18. Hiſtor. Bohem. fol. 147. *Mart. Cromerus* Rer. Polo- G

nic.

A honore tam ſibi quam Imperio voluerit generum ſuum Wenceslaum Regem, Ottocari filium, magis magiſque devincire. At his, qui ſic ſentiunt, bona fide repugnat (α) ipſum Rudolphi I. (β) Cæſaris Decretum, in quo exſerrim pronunciat, Regi Bohemiæ officium Archipincernatus, & Electoriam dignitatem competere jure avito, inde uſque ab atavis derivato. Quod & Rupertus Palatinus (γ) cæterique Electores in ſuis Diplomatibus confirmant.

11. Nec pauci reperiuntur, qui contendere auſint, ante Caroli IV. Imperatoris tempora, nihil omnino juris fuiſſe Bohemiæ Regi in electione Imperatoris Romanorum: ſed eum a Carolo demum (δ) in Comitiis Norimbergæ anno MCCCLVI. celebratis in numerum Electorum cooptatum & aſcitum. Videtur illis Carolus, quum ſimul B Bohemiæ Regnum, cujus amplificandi & illuſtrandi mira cupiditate ducebatur, jure hereditario adminiſtraret, voluiſſe novo Bohemorum ſuorum favori & honori dare, ut hoc titulo Rex Bohemiæ prærogativam quandam ſupra cunctos totius Chriſtianitatis Reges conſequeretur. Verum iſti mihi videntur (ε) textum Aurea Bullæ aut non legiſſe, aut neglexiſſe, in qua totiens ad antiquam conſuetudinem ac obſervantiam provocatur, dum Imperator nihil ſe novi conſtituere affirmat, ſed quod jam antea a temporibus antiquis in uſu erat, tantum confirmare, ut quod Electores hactenus ex conſuetudine habebant, nunc æterno legis beneficio irrefragabiliter obtinerent.

12. Quod ſi vero numerus teſtium, (ζ) ſi auctoritas, ſi antiquitas, quidquam ponde-

nic. lib. 3. in Boleslao I. Rege fol. 36. col. 2. in fin. C *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1002. fol. 123. *Onuph. Panvinius* de Comit. Imperat. ſub rub. verior. ſept. Elect. inſtit. *Jodoc. Hondius in* Atlant. min. in tabul. Germaniæ, *Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia lib. 2. fol. 23. *Calviſius in* Chronolog. anno 998. verſ. ſept. in fin. *Jacob Gordonus in* Oper. Chronolog. in ſerie rer. geſtar. anno 1285. *Henr. Chriſtoph. a Griesheim* de S. Rom. Imp. Diſſert. 1. concl. 51. *Joan. Gryphiander in* Comment. de Wichbild. Saxonic. ſive Coloſſ. Ruland. cap. 36.
291 D n. 13. *In quorum ſententiam mihi concedere videntur Freherus in* Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2. cap. 2. *Kirchnerus* de Republ. diſp. 4. th. 4. *Reinh. Kœnig in* Theatr. polit. part. 1. cap. 30. n. 30.

(α) Repugnat] *quos etiam ſolidis rationibus refutant Elias Reuſnerus in* Enucleat. illuſtr. quæſt. hiſtoric. cap. 7. *Gevvoldus in* Comment. de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 9. num. 1. *& in* Antitheſi ad Freher. de Palatin. Electorat. num. 17. *Gretſerus* de Munificent. Impp. Regg. Principp. in ſed. Apoſto- E lic. cap. 8. *Arumæus in* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 3. *Aug. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp Rom. concl. 10. n. 45.

(β) Rudolphi I. Decret.] *Conſtitution. Imperial. tom. 2. anno 1290. fol. 85.*

(γ) Rupert. Palat.] *in Diplomate dato in Comitiis Metenſib. anno 1356. Conſtit. Imperial.* d. tom. 2. fol. 91.

(δ) A Carolo demum] *Jacob. Spiegelius in* Schol. ad Guntheri Ligurin. lib. 5. *Krantzius* lib. 4. Sa- F xon. cap. 25. & lib. 9. cap. 26. *Erneſt. Brotuffius* lib. 2. Chronic. & antiquit. Martisburg. cap. 38. & lib. 2. Genealog. Principp. Anhald. cap. 3. verſ. *darnach haben*, *Michaël Beutherus in* Animadverſion. hiſtor. cap. 13. *& ibidem Johan. Michaël filius in* Addition. *Caſp. Peucerus* lib. 4. Chronic. in Friderico I. Imper. *Abrah. Saurius in* Calend. hiſtor. die 9. Januar. *Kirchnerus* de Republ. diſp. 4. th. 4. *Jacob. Aug. Thuanus* lib. 2. Hiſtor. ſui temp. *Eodem inclinare videtur Elias Reuſnerus in* Enucleat. G illuſtr. quæſt. hiſtoric. cap. 7. verſ. etenim & hic, in fin. fol. 94 *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 4. cap. 3. n. 26. *Hanſmannus in* Reſolution. de Re monet. reg. 10. lit. d.

(ε) Iſti mihi vid.] *quos ideo refellunt Heigius* Illuſtr. quæſtion. part. 1. quæſt. 3. n. 42. *Gevvoldus* de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 9. *VVindeckius* de Princip. Elector. orig. cap. 1. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. Germ. publ. cap. 6. n. 3. & n. 7.

(ζ) Numerus teſtium] *Theologorum, Juriſperitorum, Politicorum & Hiſtoricorum. Ex quibus mihi ſequentes videre & legere contigit, quorum nomina per Claſſes ſubſignabo, vitanda confuſionis cauſſa. Ex Theologis, Theodoricus de Nihem, Epiſcopus Verdenſis, in* Nemor. union. tract. 6. Labyrinth. cap. 33. fol. 486. *Joannes Capiſtranus* de Autorit. Papæ, part. 2. partis 2. principal. n. 127. *Petrus de Andlavv Canonic. Columbar.* lib. 2. de Rom. Imp. cap. 2. *Robert. Bellarminus, Cardin. Rom.* lib. 1. de Translat. Imper. cap. 1. *Nicol. Serarius, Societ. Jeſu Doctor*, lib. 1. Rer. Moguntiac. 293
cap. 24. *Georg. Barthold. Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia lib. 2. fol. 16. in princ. *Jac. Gretſerus, Societ. Jeſu Doctor*, *in* Defenſion. Bellarm. 3. de Translat. Imp.

Ex Jureconſultis, Henricus de Seguſio, Cardinalis Hoſtienſis, in c. venerabilem 34. §. vero, verb. illis, Ext. de elect. & elect. pot. *Joannes Andrea in* gloſſ. in c. ad Apoſtolicæ, 2. verſ. illi autem, penul. de Sent. & re jud. lib. 6. *Archidiaconus in* c. in ſumma, cauſ. 3. q. 1. & in c. grandi, de ſupplend. neglig. Prælat. lib. 6. *Albericus de Roſate, in* l. bene a Zenone, n. 4. & ſeq. C. de Quadrien. præſcript. *& in* Dictionar. verb. Electores Imperii; *Baldus de Ubaldo Peruſ. in* c. venerabilem, in pr. Ext. de Elect. *& in* Margarit. verb. Arnus; *Nicol. de Tudeſchis, Abbas Siculus & Archiepiſcopus Panormitan. in* d. cap. venerabilem, 34. Ext. de Elect. *Gloſſator in* Specul. Saxon. ſive *Landrecht*, lib. 3. art. 57. *Gloſſator Polonus* in d. art. 57. *Franciſcus Zabarella, Cardinal. Florentinus, in* c. venerabil. §. 1. verb. illis Principibus, num. 7. Ext. de elect. & in c. 1. io pr. Ext. de Jurejur. *Bartholom. Salicetus in* c. venerabil. in pr. Ext. de elect. & in l. Imperialis, num. 3. C. de leg. & conſtit. & in l. bene a Zenone, num. 8. C. de Quadrien. præſcript. *Petrus de Monte Epiſcop. Brixienſ. in* Monarch. part. 2. de Imperatore, §. ſecundo, quia an Imperium, & de poteſt. Pontific. rub. de Imper.

ponderis haberet, vincere opinio deberet eorum, qui ſtatuunt, Regem Bohemiæ ad A
electionem non eſſe citandum, niſi cum Sevirum Electorum ſuffragia æqualiter diviſa
292 inter ſe diſſenſerint, hoc eſt, tres ab utraque parte Electores paria vota habuerint, ut
ipſe hoc demum in caſu vocatus, eorum arbiter ac Palæmon exiſteret, eave pars ſuperior
diſcederet, cui ipſe arbitrarium ſuum votum appoſuerit, ſive [ut clarius exprimam] ejus partis electus pro Rege Romanorum aſſumeretur & proclamaretur, quem ipſe laudaverit ac pronuntiaverit. Verum enimvero ſint iſti teſtes multitudine numeroſi, auctoritate conſpicui, antiquitate venerandi, quia tamen & privati homines ſunt, & ſine legibus loquuntur, (α) eadem facilitate a nobis inſuper haberi poſſunt, qua ab aliis comprobantur: quum præſertim leges, conſtitutiones, decreta, (β) ſanctiones prag-

per. Majeſt. orig. q. 2. o. 2. & ſeq. *Joan. le Cirier* de primogenit. lib. 2. q. 12. §. neque obſtat, in fin. *Reſtaurus Caſtaldus* de Imperator. quæſt. 8. num. 6. & num. 12. *Pet. Calefatus in* tract. de Equeſtr. dignit. num. 121. *Fulvius Pacianus* lib. 2. de Probation. cap. 35. n. 26. *Henningus Gœden* Conſil. 1. cap. quomodo & qualiter Imperium, n. 10. *Joan. Althuſius in* Politic. cap. 33. n. 56. *Georg. Schœnborn.* lib. 5. Politic. cap 33. *Joan. Nœrdermannus in* Diſſert. de Jure Principat. concluſ. 84. *Matthæus Stepnani* lib. 2. de Juriſdict. part. 1. cap. 5. num. 23. *at* n. 42. *ſibi ipſi contrarius adſcribit Regi Bohemiæ tertium votum &c. Azarias Sturcius in* Prælud. rer. politic. diſp. 4. th. lit. b. fol. 117. *qui tamen ſeipſum videtur corrigere, dum ſubjicit, Regem Bohemiæ alias habere pleniſſimum ſuffragium æque ut reliquos Electores, Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. verſ. olim. Bohemus, *Michaël Schiferer Pannonius in* Diſput. de Orig. & poteſt. Elect. Imp. Rom. th. 20. *apud Arumæum in* Diſcurſ. Acad. de jur. publ. vol. 1. diſc. 18. *Juſt. Reiffenbergius in* Not. ad Decret. Spirenſ. Comitior. anni 1600. §. 154. n. 7. fol. 204. *Heinr. Chriſtoph. a Griesheim de* S. Rom. Germ. Imp. diſſert. 1. concluſ. 50.

Ex Politicis, Lotinus, Legatus Venetus, in Relat. de Aul. & Regno Imp. Rom. in Practic. ſeu theſaur. politic. ſapient. part. 1. apoteleſm. 6. fol. 55. fol. 142. & fol. 144. *ex interpretatione Philippi Honoris, ſeu verius Julii Belli, Juſtinopolit. Joannes Boterus in* Relation. Univerſal. lib. 1. cap. de Germania fol. 133. *idiomatis Italici; Theodorus Zvvingerus in* Theatr. vitæ hum. vol. 8. lib. 2. fol. 42. vol. 3. lib. 4. fol. 720. vol. 18. lib. 4. fol. 2875. *Philip. Henr. Hœnonius* Diſput. politic. cap. 3. concl. 48. *qui tamen ſibiipſe contradicens paulo poſt affirmat jure Aureæ Bullæ tertiam Regi Bohemiæ vocem in electione competere,* fol. 139. *Arnold. Clapmarius* lib. 6. de Arcan. Rerumpubl. cap. 19. *Hening. Arniſæus* lib. 2. de Republ. cap. 6. ſect. 5. num 45.

Ex Hiſtoricis, Ptolomeus Lucenſis in Chronic. anno 994. *Flavius Blondus* decad. 2. lib. 3. *Raphaël Regius Volaterran.* lib. 23. Anthropolog. in Ottone III. Imp. *Joan. Bapt. Platina* de Vitis Pontific. Roman. in Gregorio V. *VVernerus Rolevvinck in* Faſcicul. tempor. in Othon. III. Imp. anno 994. fol. 71. *Alb. Krantz.* lib. 4. Saxon. cap. 25. & cap. 28. lib. 8. cap. 5. & lib. 9. cap. 26. & lib. 8. Metropol. cap. 5. *Jacobus Philippus Bergomenſis in* Supplement. Chronic. lib. 12. anno 994. *Matthæus Beroaldus* in Chronic. *Bapt. Egnatius* lib. 3. Ro-
294 man. Principp. in Othone III. Imp. *Joan. Huttichius in* Vitis Impp. & Cæſar. in Othon. III. *Franciſc. Irenicus in* Exegeſ. German. lib. 3. cap. 33. *Paulus Jovius* lib. 30. Hiſtoriar. tom. 2. fol. 555. *Natal. Comes* lib. 1. Hiſtoriar. fol. 6. *Joan. Dubravius* lib. 6. Hiſtor. Bohem. fol. 43. & fol. 50. *Gulielm. Rovillius Lugdunenſ. in* Promptuar. iconum. part. 2. in Ottone III. Imp. fol. 146. *Onuphr. Panvinius* de Comit. Imperator. cap. verior ſeptem. *Martin. Cromerus* Rerum Polonicar. lib. 3. in Boleſlao I. Rege fol. 36. col. 2. in fin. *Cyriac. Spangenberg in* Chronic. Saxon. cap. 154. *idem im Adelsſpiegel,* part. 1. lib. 10. cap. 3. verſ. *anfänglichen. Caſp. Peucerus in* Supplement. Chronic. Philippi lib. 4. fol. 593. & lib. 5. fol. 757. *Mart. Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. in Boleſlao III. Duce, fol. 64. & ſeq. *Elias Reuſnerus in* Enucleat. illuſtr. quæſt. hiſtor. cap. 7. verſ. etenim & hic, fol. 94.

(α) Sine legibus loquuntur] *nam quod Ottoni III. Imp. affingunt, eſt ab Egnatio confictum: & Ottonis IV. decretum eſſe ſuppoſititium, paulo ante indicavimus. Reſtat ſola Gloſſa juris Saxonici in* Specul. Saxon. *ſive Landrecht,* lib. 3. art. 57. *quæ duplex eſt, antiqua Burckhardi a Mangelfeld, ut putatur, ſive Theodorici a Bocksdorff, Epiſcopi Naumburgenſis; & poſterior Scabini cujuſdam Poloni. Antiqua ſic habet:* Ex hoc dicunt quidam, quod de neceſſitate non eſt vocandus, niſi cum alii diſcordant. *Poſterior Polonica ſic:* Electio Regi Bohemiæ non cedit, ubi Electores invicem concordaverint; ſed ſi diſcrepent, ita quod tres eligant unum, & alii tres alium. Ex his duobus poteſt conſentire in unum, quem voluerit. *Tantum illi: quæ quidem gloſſæ ſunt, non textus, non leges; & quum ſeſe referant ad gloſſas Hoſtienſis atque Joan. Andreæ, parem cum iis auctoritatem forſitan mereri deberent; majorem, aut legibus æqualem habere non cenſentur: ne repetam, quod de ipſiuſmet juris Saxonici parum authentica fide ſupra deduximus. Nec ratio tam a Gloſſis, quam Doctoribus, allata tanti eſt, ut quemquam movere, aut abducere debeat a vera in falſam ſententiam. Quod ſi enim vota non ſint alterutrim paria, ſed duo hunc, duo illum, & duo alium eligant, num poterit Rex duorum votis accedens, majora conſtituere, & quatuor illos diſſidentes vincere? Quam quæſtionem movet Lupold. de Bebenburg. in* tract. de Jur. Regni Franc. & Imper. Rom. cap. 12. *& Sigiſmund. Seldius in Rahtſchlag pro* Ferdin. I. Imp. contra Paul. IV. Pap. punct. 1. num. 19. verſ. *Ob nun das Reich, & pro negativa concludunt.*

(β) Conſtitutiones, decreta] *Rudolphi I. Imper. Erfordiana conſtitutio* de anno 1290. *Alberti I. Imp. Norimbergica de* anno 1298. *Ruperti Palatini & Coelectorum Motenſis de* anno 1356. *Caroli IV. Imp.* Aurea Bulla, *denique Electorum Decretum Francofurdianum* de anno 1489.

A pragmaticæ, reſcripta, & tot actus poſſeſſorii, ſtent pro Rege Bohemiæ, eidemve non modo votum ordinarium in Senatu Electorio, ſed & primum inter Electores laicos locum adjudicent, addicant & aſſignent. Nec plurimi non (*a*) etiam ſunt Doctores, qui horum opinionem, quæ uſquedum pro communiſſima habita fuit, evidentibus deſtruant argumentis. Quid multis verbis opus eſt? Audiamus Decretum S. Rom. Imperii Electorum, anno MCCCLVI. in Comitiis Metenſibus publicatum, ex quo ſatis ſuperque eluceſcit, quid Imperator, Electores, & communes Imperii Ordines de Jure Saxonico & Doctorum gloſſis, in quibus ſeſe opinio iſta jam tum fundare cœpit, ſenſerint, judicarint & definiverint. Sic enim illi decernunt: *Sane licet de juribus Sereniſſimi Principis, Domini Regis Boemiæ Illuſtris, Coelectoris, Comprincipis & Collegæ*
B *noſtri, nulla ſit juris vel facti dubietas, quia ipſe ab atavis, proavis, avis, & progenitoribus ſuis, ad inſtar noſtri & quorumlibet aliorum Coelectorum Principum, in electione Romani Regis ad Imperium promovendi pleno jure fretus ſit hactenus & fruatur, ſicut hoc luce clarius ſemper apparuit ab eo tempore, cujus apud homines memoria non exiſtit; tamen nonnulli* Filii tenebrarum *oculis cæcutientibus a divina luce remoti, in meridiana claritate palpitant, ſicut in noctibus, & offendicula, laqueoſque præparant iniquitatis & ſceleris, Diabolica invidia ſuggerente, jugum veritatis deſerre pro mole graviſſimi ponderis coagulati mendacii nequeuntes, ſuper ipſis offendiculis corruunt, & ſuorum laqueis iniquorum conceptuum ſe involvunt, ut lucem tenebras judicent, & tenebras ipſam lucem.* En tibi judicium de auctoritate Juris Saxonici, & ſimul elogium Gloſſarum tam
C Canonicarum quam Civilium, in quibus ordinarium ac legitimum votum Regi Bohemiæ abdicatur, & neſcio quod arbitrarium ex male ſanis quorundam hominum iniquorum affectibus ſubſtituitur. Et dubitabimus adhuc, utri parti accedere debeamus?

13. Falluntur [*β*] enim, qui putant, Regem Bohemiæ ante Auream Bullam poſtremum locum inter Electores occupaſſe, non obſtante Regia dignitate: & Carolum IV. demum, quod Regnum Bohemiæ ad ſe hereditario ſpectaret, ut ſibi, familiæ ſuæ, & Regno Bohemico quandam præeminentiam conciliaret, [*γ*] in Aurea Bulla conſtituiſſe, ut Rex Bohemiæ reliquos Electores laicos, ſicut dignitate, ita ordine quoque in ſeſſu atque inceſſu antecederet, primumve ac ſupremum inter eos locum occuparet. Quod repugnat cum ipſi Aureæ Bullæ, tum univerſæ antiquitati, ut ſuis locis exponemus. Et
D fefellit Krantzium, hujus opinionis auctorem, vulgaris illa & trita Electorum ab Ottone III. Imper. inſtitutorum enumeratio, in qua Rex Bohemiæ plerumque ultimo loco aſſignatur. Quod non conſuevit fieri cauſſa ordinis, ut imperite Krantzius exiſtimavit, ſed quia Rex Bohemiæ, licet primus Electorum, poſtremo tamen ſolet officium ſuum Pincernarium in Curia Imperatoria deſervire, quemadmodum videre eſt in *Aur. Bull. cap. 27.* ubi primum Dux Saxoniæ pabulum equis; dein Marchio Brandenburgius aquam manibus; tum Comes Palatinus dapem menſæ; Rex Bohemiæ denique potum Imperatori miniſtrant, obſervata non dignitatis aut ullius præcedentiæ ratione, ſed ſola naturæ ipſius fortuita, & vitæ humanæ communi conſuetudine. Ubi autem qua ordinis aut præcedentiæ ratio eſt habenda, ibi ſemper Rex Bohemiæ primo loco ſolet no-
E minari, ut videre eſt in *corpore Imperii* ſive *Quadripertita ejus diſtributione*, quam ipſe etiam Krantzius ſuis libris inſeruit.

14. Denique, nec eorum error prætereundus eſt, qui putant Regem Bohemiæ in electione repræſentare gentem Slavicam. Scribit quidem Lupoldus a Bebenburg, [*δ*] Epiſcopus

(*a*) Nec plurimi non] *exempli gratia, Clariſſ. Dominus Vicecancellarius Reinking* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 4. cap. 3. num. 14. & ſeq. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 49. *Arumaus in* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 2. diſc. 3. concl. 8. *Gevvoldus* de S. Roman. Imp. Se-
F ptemvir. cap. 9. *VVindeckius* de Princip. Elect. orig. cap. 1. *Beſoldus* lib. 2. de Reg. ſucceſſ. diſſert. 3. num. 7. *Kirchnerus* de Republ. diſp. 4. theſ. 3. *Cluten ſuperiorem ſuam ſententiam, ſive corrigens, ſive deſtruens*, d. cap. 24. lit. e. verſ. purum etiam votum. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. num. 44. 9. 5. *Heinr. Chriſt. a Griesheim* de S. Rom. Germ. imp. diſſert. 1. concluſ. 50. & ſeqq. *Dan. Otto in* Diſſert. de Jur. publ. Imp. Rom. cap. 10. *Caſp. Buſchius in* Annotat. ad Natalis Comitis lib. 16. Hiſtoriar. fol. 341. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ. cap. 6. num. 8. & ſeqq. *Bertramus in* Diſſert. de Comitiis Imp. memb. 5. concluſ. 31. *Reinh. Kœnig in* Theatr. polit. part. 1. cap. 10. num. 19. *Matth. Bortius in* Juriſprud publ. 295
Germ. typo. cap. 2. concluſ. 26. *Henric. Zœlnerus in* Diſſert. de Regis Rom. elect. concluſ. 5. lit. c. in fin.

(*β*) Falluntur] *Krantzius* lib. 4. Saxon. cap. 28. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 4. concl. 41. lit. b. in fin. *Arumaus* Diſcurſ. 3. ad Aur. Bull. concluſ. 13. *Bertramus in* Diſſert. de Comitiis Imper. concluſ. 66.

(*γ*) Præeminent. Concil.] *Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. verſ. olim Bohemus.

(*δ*) Lupoldus] *in tract. de Jure Regni Francor. & Imperii cap. 5.*

Epiſcopus Bambergenſis: *In Regno & Imperio cum non habeat locum hodie ſucceſſio generis, mortuo Rege vel Imperatore populus Germaniæ, Italiæ, & aliarum provinciarum Regni caret Rege. Et Principes Electores ratione inſtitutionis habent eligere Regem aut Imperatorem, repræſentantes in hoc omnes Principes & populum Germaniæ, & Italiæ, & aliarum provinciarum & terrarum Regni vel Imperij, quaſi vice omnium eligendo*, &c. Ex quibus tamen verbis non evincas, Moguntinum Germaniæ, (α) Trevirenſem Galliæ, Colonienſem Italiæ, Bohemum Slavoniæ, Bavarum Pannoniæ, Saxonem Saxoniæ nomine eligere, ut nonnulli voluere: Nam ſi hoc ita eſt, ecquorum nomine
296 ne Brandenburgius eligit? Non ergo nationum, ſed officiorum ſuorum gratia Archiprincipes iſti Electionem peragunt, ut infra dicturi ſumus.

(α) Moguntinum Germaniæ] *ut voluit Platina in* Vitis Pontific. Roman. in Gregorio V. Papa. *Irenicus in* Exegeſ. German. lib. 3. cap. 29. *Bodinus & Tholoſanus* de Republ.

CAPUT VI.

Rex Bohemiæ habet in Electione ſuffragium legitimum & ordinarium, inter eccleſiaſticos Collegas tertium, inter laicos primum. Inſtitutus Elector ab Ottone III. Imp. & Gregorio V. Papa. Conciliantur auctores, qui ab Heinrico II. Imp. & Sylveſtro II. Papa id factum affirmant. Actus poſſeſſorii inde ab ipſo Heinrico II. ad modernum Ferdinandum II. Auguſt. deducti. An Regi abſenti licuerit votum ſuum in ſcriptis ferre? Primi Principes cur dicti Electores? Palatinus æque olim, ac Moguntinus, literis patentibus citabat Coëlectores ad electionem faciendam. Bohemus ut in electione, ita & in depoſitione Imperatoris vices primas gerebat. Poteſt per legatos comparere. Pœna Electorum jus Regis Bohemiæ in voto ordinario impedientium vel violantium. An Rex impubes poſſit ſuo nomine Legatos mittere? An nondum inveſtitus debeat admitti? Quid in caſu vacantis Regni? An agnatus tutor, an vero ordines admittantur?

REjectis erroneis ac falſis opinionibus, ſupereſt ut Regi Bohemiæ jus ſuffragii legitimum aſſeramus. Et ei quidem jam olim antiquitus ordinarium in electione Imperatoris Romani votum competiviſſe, non ſecus ac reliquis ſex Archiprincipibus Electoribus, & hodie etiamnum competere, non ſolum Friderici II. Imperatoris, & Rudolphi I. Cæſaris Conſtitutiones, Ruperti Palatini Diploma, Caroli Quarti Imperat. confirmatio, eamve inſecuta Aurea Bulla, manifeſtiſſime declarant, verum etiam citationes, qua veteres qua recentes, quibus Reges Bohemiæ ad electionem æqualiter cum ſuis Coëlectoribus faciendam vocabantur; necnon & Protocolla atque Edicta factarum electionum, in quibus ſemper primæ partes (α) Regi inter ſeculares Electores; & diſertim in Aurea Bulla tertium in ordine votum, & primum inter eoſdem ſæculares, aſſignantur. Et hanc opinionem ut legibus munitam, & texti-
297 bus fulcitam, interpretes noſtri (β) nunc communiter ſequuntur.

2. Con-

(α) Primæ partes] *in Provincial. Roman. Eccleſ.* Iſti eligunt Romanum Imperatorem: in primis *&c.* Rex Bohemiæ, qui fuit Dux, Marchio Brandenburgenſis, Dux Saxoniæ, Comes Palatinus Rheni.

(β) Interpretes noſtri] *Jac. Alvarottus in* Comment. in Feud. lib. 1. tit. Quis dic. Dux, §. 1. num. 9. *Æneas Sylvius in* Deſcript. German. cap. 59. & cap. 65. *Carol. Molinaus in* Comment. in conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. in rubr. num. 70 & ſeqq. & n. 74. *Hartman. Maurus in* tract. de Coron. Caroli V. Imp. *Marq. Freherus* Orig. Palatin. part. 1. cap. 15. *&* in Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2. cap. 2. *Gerl. Buxdorffius* in Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 1. concluſ. 18. lit. d. & cap. 4. concluſ. 49. *Chriſtoph. Beſoldus* lib. 2. de Reg. ſucceſſ. diſſert. 3. num. 7. *Jac. Gretſerus* de Munificent. Imp. Regg. *&c.* in Sedem Apoſt. cap. 8. *Gevvoldus in* Comment. de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 9. *VVindeckius* de Princip. Elector. orig. inſtit. cap. 1. *Domin. Arumæus* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 2. & diſc. 3 concluſ. 8. & in Diſcurſ. Academ. de jur. publ. diſc. 9. tom. 1. fol. 123. *Dan. Otto in* Diſſert. de Jur. publ. Imp. Rom. cap. 10. fol. 252. *Aug. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Reg. & Imper. Rom. concluſ. 10. num. 44. 45. *Caſp. Buſchius in* Annotat. ad Nat. Comitis Hiſtor. lib. 16. fol. 341. *Quirin. Cubachius* lib. 2. Juriſprud. Germ. publ. cap. 6. *Henr. Chriſt. a Griesheim in* Diſſert. de Electorib. S. Rom. Imp. concluſ. 23. & ſeqq. & de S. Rom. Germ. Imper. diſſert. 1. concl. 51. & ſeq. *Bernh. Bertramus in* Diſſert. de Comitiis Imper. membr. 3. concluſ. 31. *Conrad. & Benedict. Carpzovii in* tract. de Regalib. cap. 2. reg. 16. *Matth. Bortius in* Juriſprud. publ. Germ. typo cap. 2. concluſ. 26. lit. b. *Georg. Gumpelzhaimerus in* Diſput. de Regalib. theſ. 114. *Chriſtoph. Beindorffius in* Diſſert. de Jur. publ. Rom. Germ. Imper. diſc. 3. de Electorib. concluſ. 61. & in Diſcurſ. de Collegiis concl. 21.

A 2. Conſtans autem eſt ſententia, eademque veritati propior, Ducem Bohemiæ ab Ottone III. Imperatore & Gregorio V. Papa fuiſſe creatum Electorem, & officio Archipincernatus [α] [*] cohoneſtatum eodem illo tempore, quo reliqui ſex Electores inſtituti fuerunt. Quam ſententiam viri maximi, [β] rerumque & exemplorum atque vetuſtatis periti nominatim amplexantur: nec eam non affirmare videntur, [γ] quotquot inſtitutio-

(α) Archipincernatus] *quem jure perpetuo & hereditario in Regem Bohemiæ fuiſſe ab Ottone III. collatum, ex Bulla quadam Henrici S. Imper. aſſerit Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotid. concluſ. 24. lit. o. *& Æmil. Chreggrene in* Velitat. de S. Rom.
B Imper. Officialib. num. 12. *At prius Otto I. Imper.*
298 *officium Archidapiferia Boleslao Duci Bohemiæ contulerat, ut infra ſuo loco admonebimus.*

(β) Viri maximi] *B. Thomas Aquinas* lib. 3. de Regim. Princip. cap. 19. *Lupoldus de Bebenburg, Epiſc. Bambergenſ.* de Jur. Regni Francor. & Imp. cap. 2. *Albericus de Roſate in* Lexic. jur. verb. Electores. *Auguſtinus Triumphus Anconenſ.* de Poteſt. Eccleſiaſt. quæſt. 35. art. 2. *Radulphus de Columna Canonic. Carnotenſ.* de Translat. Imper. cap.
C 9. *Joan. Villanus Florentin.* lib. 4. Hiſtor. univerſ. cap. 1. *Joan. Bapt. Platina in* Vitis Pontific. Rom. in Gregorio V. *Henricus de Herfordia in* Chronic. univerſ. anno 99(. *Pet. de Andlavv* lib. 2. de Imp. Rom. cap. 1. fol. 79. *Auctor.* Rudimenti novitior. in Ottone III. Imp. *Hermannus Schedel in* Chronic. Norimbergenſ. *Joan. Nauclerus ſive Fergenhanſius Præpoſitus Tubingenſ. in* Chronograph. vol. 20. gener. 34. anno 994. *Anton. Bonfinius* Rer. Ungaric. decad. 1. lib. 10. anno 1002. fol. 165. *Flav.*
D *Blondus* Decad. 2. lib. 3. *Jodoc. Ludovic. Decius* lib. 1. de Vetuſtat. Polonor. *Georg. Alten in* Chronic. univerſal. in Othone III. Imp. *Joan. Bæmler in* Chronic. Cæſarum in LXXXVI. Cæſare, *Auctor* Chronicæ Colonienſ. in Ottone III. Imp. fol. 103. *Joan. Cuſpinianus in* Cæſarib. in Ottone III. Imper. *Joannes Lucidus* de Tempor. ſucceſſ. anno 1000. *Valentin. Muntzerus in* Chronic. in Ottone III. Imp. fol. 66. *Joan. Carion. in* Chronic. lib. 3. in Ottone III. Imp. *Franciſc. Irenicus* lib. 3. Exegeſ.
E German. cap. 29. *Hugvv. Mutius* lib. 14. Chronic. German. fol. 107. *Joan. Bapt. Egnatius* lib. 3. Princip. Roman. in Ottone III. *Munſterus in* Deſcript. German. pro tabul. Nicol. Cuſæ intelligenda, *Sigiſmund. Seldius Vicecancellarius Cæſar. in Rahtſchlag* pro Ferdinando I. Imper. contra Paul. V. Papam, punct. 1. num. 19. verſ. *Letzlich iſt es dahin kommen. Hieronym. Oſius Thuringus in* Reb. geſtis Cæſarum Romanor. Ducum Auſtriæ in Friderico Pulchro. *Joan. Pomarius in* Chronic. Saxon.
F anno 994. *Cyriac. Spangenberg. in Adelsſpiegel* part. 1. lib. 7. cap. 3. verſ. *Anfanglichen. Joh. Sleidanus* lib. 3. de Quatuor Summ. Imp. ſeu Monarch. *Joh. Stumpffius* lib. 2. Chronic. Helvet. cap. 20. *Carol. Sigonius* de Regno Ital. lib. 17. *Simon. Schardius in* tractat. de Princip. Elector. orig. & inſtit. cap. 1. *Robert. Bellarminus* lib. 3. de Translat. Imper. Rom. cap. 3. *Georg. Richterus in* Axiomat. politic. *Dominic. Arumæus* Diſcurſ. 5. in Aur. Bull. concluſ. 3. *Pet. Bertius in* Deſcript. German. *Stapletonus* de
G Magnitud. Roman. Eccleſ. *Freherus* Orig. Palat. part. 1. cap. 15. *V. V. N. in* Catholico ſeu Notor. Ferdinandi II. Imp. & Frider. V. Palat. part. 2. fol. 78. in princ. *Quirin. Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ. cap. 6. num. 5. *Henr. Zelnerus in* Diſſert. de Regis Rom. elect. concluſ. 10. lit. d.

(γ) Affirmare videntur] *Alvarus Pelagius* lib. 1. de Planct. Eccleſ. cap. 41. *Theodor. de Nyhem in* tract. de Jurib. ac privileg. Imperator. Roman. *Henricus Token Canonicus Magdeburg. in* Rapular. ſeu ſylva locor. commun. *apud Flacium in* Catal. teſtium verit. *Jacob. VVympfelingius in* Epitom. rer. German. cap. 20. *Micyllus in* Epigrammat. de Ottone III. Imp. *Cuſpinianus* de Cæſar. in Ottone III. Imp. *Julius Pflugius Epiſcopus Naumburg. in* Orat. de ordinand. Republ. German. *And. Gail.* lib. 1. Obſervat. cap. 21. num. 2. *Albertus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus in* Orat. ad Georg. Sabinum de Elect. & coronat. Caroli V. Imp. *Polydor. Vergilius* lib. 4. cap. 7. *Joan. Balæus Anglus* de Vitis & geſt. Pontific. Rom. in Gregorio V. *Bonifacius de Vitalis JC. in* Clement. Romani, num. 14. & ſeq. de Jurejur. *Alciatus in* l. bona civitas, D. de verb. ſignificat. & in lib. de ſingul. certam. *Mich. Coccinius* de Translat. Imper. de Græcis ad Rom. *Anton. Verderius* lib. 2. Diverſar. lection. cap. 44. *Thuanus* lib. 2. Hiſtor. in princ. *Mich. VVendlandus in* Diſcurſ. de pac. religion. fol. 149. *Georg. Spalatinus in* Chron. *Von Herkommen der Chur-und Fürſten zu Sachſen. Johan. VVolphius* Rerum memorabil. 299
cent. 2. in princ. *Thom. Michaël* de Juriſdict. concluſ. 130. *Attalarius Egenolphus JC. in Bevvers und declaration, daſz vermœg des Paſſauiſchen Vertrags &c. die Obrigkeit nicht macht habe die underthanen der Religion halb zuvertreiben*, in articul. Edicti, num. 14. *Alfonſ. Ciacconius in* Vit. Pontif. Rom. in Gregorio X. *Franciſc. Junius* lib. 3. Animadverſion. de Translat. Imper. cap. 1. *Jul. Cæſar. Bulengerus* de Imp. Roman. ſive de inſignib. & offic. Imper. lib. 3. *Carol. Paſchalius* lib. 10. Coronar. *Lud. Perſona in* Orat. de Witteberga. *Mich. Schoferer in* Diſſert. de Orig. & poteſt. Elector. th. 4.

(*) Conferatur *cap. 8. h. libr.* ubi hæc data opera demonſtrare aggreditur Goldaſtus. Verum meo quidem judicio opera abutitur, ſi quidem illa argumenta, quæ *h. & 8. cap.* profert, depromta ſunt ex Scriptoribus maximam partem ſub quarta demum luna natis, imo dubiæ plane fidei. Jam ſupra ad *lib. II. c. 3. §. 31.* monuimus, jure merito hodie explodi illorum ſententiam, qui originem *Electorum* κατ' ἐξοχὴν ita dictorum (ne ludamus in verbis) ab Ottone III. Imp. & Gregorio V. P. M. repetunt, ea enim opinio tot premitur difficultatibus, tot refragatur indubitatæ fidei teſtimoniis, ut mecum mirentur omnes Goldaſtum noſtrum, Virum in monumentis medii ævi, præſertim in rebus Germanicis exercitatiſſimum, huic ſententiæ non ſolum calculum ſuum adjeciſſe, verum etiam ſatis audacter illa ad annum circiter 1000. retuliſſe. Idem & de origine Archipincernatus eſt monendum. Habuerunt quidem Imperatores noſtri ejuſmodi officiales, ut res geſtæ Ottonis I. & III. aliorumque nos docent, ſed tum temporis hæc munera adhuc erant ambulatoria, nec certæ familiæ aut territorio adhærebant, ut jam ipſe Auctor noſter *cap. 8.* obſervavit, nec non

inſtitutionem ſeptem Electorum ad Ottonem III. auctorem referunt. Et quid vetat, A quo minus nos quoque in eorum ſententiam concedamus, quibus compertum eſt, quanto amore & honore Heinricus I. & Otto I. Impp. [α] Wenceslaum Bohemiæ Ducem proſecuti fuerint, quem non modo fidiſſimum Imperii Principem experti Regia dignitate (*) condecoraverunt, ſed & ſibi in Comitiis Imperii, in quibus ope, conſilio ejus cumprimis utebantur, proximum aſſidere voluerunt. Quid de Udalrico dicam, Bohemiæ Duce, aſſiduo Aulæ Cæſareæ Comite & miniſtro? quo de Hagecius [β] ſcribit: *Und war an deſs Keyſers* [Ottonis III. & dein Henrici II.] *Hofe, unter den andern Furſten faſt der fürnembſte.*

3. Quid ergo ſentiendum eſt de monumentis Eccleſiæ Aquilegienſis, in quibus memoriæ proditum fuiſſe ſcribitur, ſanctionem de Septemviris Electoribus ab Heinrico B II. Imperatore, & Sylveſtro II. Papa factam eſſe? Quam traditionem non deſunt etiam ex antiquis ſcriptoribus [γ] pietate ac eruditione conſpicuis, qui ſectentur. Num hæc ſuperiori aſſertioni contradicit, quæ inſtitutionem Electorum Ottoni III. & Gregorio V. adſcribit? Nauclero, (δ) PræpoſitoTubingenſi, non videtur, qui hanc contradictionem conciliare interpretatione molitur hunc ad modum: *Quod autem a quibusdam ſcribitur, ſanctionem hanc inſtitutam fuiſſe anno ſalutis noſtræ milleſimo & ſecundo, hoc ita intelligendum puto, quod eo anno virtute iſtius ſanctionis, prima facta fuerit per Principes deſignatos electio in perſona Henrici Bavari: tunc enim cœpta eſt moribus utentium approbari, & ſic ſub Sylveſtro II. qui ſucceſſit Gregorio. Et hoc ſalvari poteſt, quod ex monumentis Aquileienſis Eccleſiæ traditum invenitur, ſanctionem de Imperatore a Germanis C deligendo Sylveſtri temporibus factam fuiſſe. Unde etſi Gregorius ſanctionem inſtituerit, ille tamen Sylveſter electionem primam juxta ſanctionem factam approbavit.* Sed cum nimis clara & manifeſta ſint auctorum verba, aſſerentium. poſt Ottonis III. deceſſum Electores ab Henrico II. Imp. inſtitutos fuiſſe: malim ego dicere, Septemviros Electores primam ordinationem Ottoni III. & Gregorio V. debere; Confirmationem autem Heinrico II. & Sylveſtro II. Quæ diſtinctio commodiſſimam habet conciliationem.

4. Ab hoc autem tempore jus eligendi Bohemo competens eſſe repetendum, obſervantia extemplo ſubſecuta, & actus poſſeſſorii inde uſque ad noſtram ætatem deducti,

non III. Leibnit. *in præf.* quam Gervaſio Tilberienſi præmiſit. Imo in Comitiis has partes modo huic, modo illi demandabant, ut vel ex ſola collatione Withikindi *lib. II.* & Ditmari *lib. IV.* conſtat. Ex. gr. ſub Ottone I. Mareſchalli officio defungebatur Arnoldus Bavarus, ſub Ottone vero III. hanc provinciam adminiſtrabat Bernhardus Saxo, & ſic in ceteris. Poſtea tamen hæc officia facta fuerunt hereditaria, quanquam vera hujus conſuetudinis incunabula ſint incerta, ut ex variis Virorum Eruditorum ſententiis colligi poteſt, quorum nonnulli id Conrado III. alii Friderico I. quidam Friderico II. adſcribunt. Ne memorem Henrici II. tempora, ex cujus diplomate, caſeam illam Archipincernarum antiquitatem cum Clutenio ſe ſe eruiſſe opinatur Goldaſtus; nam diploma illud plane eſt ſuſpectum, ne gravius dicam, falſum, cum ei omnes, ejuſdem & proximæ ætatis Hiſtorici ſint contrarii. Plura de hac lite legi poſſunt apud Mallinkrotium *de Archicancellariis cap. 3.* Tolner. *in Hiſtor. Palat. cap. 4. & 6.* cui quidem multa oppoſuit Celeb. Cocceius in *Jur. Publ. c. 11. & 12.* nec non *in Append. I. c. 33.* ſed recte Viro illi eruditiſſimo reſpondit in *addit. ad. Hiſt. Palat. pag. 129. & ſeqq.* Vide etiam Ludevvig de *Jure ſuffragii R. Bohem. cap. 2. §. 10. lit. u.*

(α) Otto I. Imp.] *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. *Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 15. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. in S. Wenceslao Duce, fol. 48. *factum id ſcribunt in Comitiis VVormatienſibus, anno 936. Sed Hagecius refert ad Heinricum I. Aucupem dicti Ottonis patrem & anteceſſorem, qui hunc honorem VVenceslao in Comitiis Ratiſponenſib. habuerit anno 923.*

(β) Hagecius] *in Chronic. Bohem. part. 1. anno 1004.* D

(γ) Ex antiquis Scriptorib.] *Martinus Polonus, Pœnitentiarius Apoſtolicus in* Chronic. fol. 344. *Archidiaconus in* c. in die, diſtinct. 5. de conſecrat. & in cap. venerabilem, Extr. de elect. & in c. conſuetudinis, Ext. de conſuetud. *Antoninus Archiepiſcop. Florentin.* part. 2. Hiſtoriar. cap. 4. num. 15. *Baldus in* Margarit. verb. Annus. *Marſilius de Menandrino Paduan.* de Translat. Imper. cap. 11. *Bernardus in* Gloſſ. ad c. conſuetudinis, Ext. de conſuetud. & in cap. Adrianus, diſtinct. 63. *Auctor* E Rudimenti novitior. in Ottone III. Imper. *Theoder. de Nybem in* Nemor. union. tractat. 6. Labyrinth. cap. 32. *Johannes Monachus Nuſſienſ. in* Magno Chronic. Belgic. anno 994. fol. 89. *Nicol. Cuſanus* lib. 3. de Concord. Cathol. c. 3. & ſeq. *Matt.* 300 *Palmerius in* Chronic. anno 1004. *VVerner. Rolevvinck in* Faſcicul. temp. ætat. 6. in Ottone III. Imp. anno 994. fol. 71. *Joan. Stella Venetus* de Vit. Pontif. Rom. fol. 24. *Donat. Boſſius in* Chronolog. anno 1004: F

(δ) Nauclero] *in Chronolog. vol. 2. gener. 34. cujus conciliationem probat Bellarminus* lib. 3. de Translat. Imp. cap. 3. *& Gevvoldus* de S. Imp. Septemvir. cap. 6 n. 75.

(*) Utinam probatæ fidei Hiſtoricum in medium produxiſſet Goldaſtus, ex quo conſtaret, Wenceslaum jam ea ætate creatum fuiſſe Regem Bohemiæ, quotquot enim ejus ævi evolvi rerum geſtarum Commentarios, tot omnino de hac creatione regis Bohemiæ tacent. At recentiori- G bus, in rebus antiquiſſimis, non facile credendum eſſe, mecum cenſent omnes.

A abunde nobis fidem faciunt. Et in electione quidem Heinrici II. qui fuit immediatus
Ottonis III. ſucceſſor, primas partes jam tum tenuiſſe Boleslaum [α] Bohemiæ Ducem,
in literarum monumentis legitur.

5. Conradi II. cognomento Salici, electioni interfuiſſe Udalricum Bohemiæ Ducem
refert Wippo, (β) Imperatoris Capellanus, commemorans eum inter Duces & Princi-
pes ſeculares, *qui tunc in Regnis vigebant, quorum conſiliis conſuevit Francia Reges e-
ligere.* Franciæ vero nomine Germaniam notat.

6. De Conradi III. Suevi electione ſcribit Dubravius (γ) in hæc verba: *In duas
inde* (ſcilicet poſt mortem Lotharii II. Imperatoris anno MCXXXIX.) *factiones Germaniæ
Principes diviſi fuere, altera Henricum Lotharii generum, Saxoniæ & Bavariæ Prin-*
B *cipem, altera Conradum Suevum Henrici V. Cæſaris ſororium deſtinabat ſucceſſorem. Hæc
eadem, non exſpectato Comitiorum die, qui indictus de more fuerat, Confluentiam ſe cum
nonnullis Electoribus contulit, ibique Conradum nominavit Cæſarem, & mox in loco ſo-
lito coronam capiti ejus induit. Miſſique continuo in Bojemiam, qui Sobieslaum verbis
Conradi rogarent, ut nominationi coronationique ſubſcriberet,* &c. *Subſcribit prompte
ille, ac invicem magnifice de ſe pollicetur, præcipue adverſus Henricum æmulum,* &c.

7. De Friderico I. Imperatore narrat idem Dubravius; (δ) *Cæſarem Germani Fri-* 301
*der. cum in Comitiis Francofordiæ habitis declararunt, Vladislao inter primos Electores
ei ſuffragante, tanquam affini ſuo.*

8. De Philippo Cæſare commentatur Joan. Becherer. (ε) anno MCXCIX. *ſind zu Mül-*
C *hauſen neben andern Fürſten und Herren, dieſe Churfürſten, Przimislaus Ottaker Kœ-
nig von Bœhmen, Albrecht Hertzog zu Sachſen, Ludwig Pfaltzgraff beym Rhein, item
Hertzog Conrad von Schwaben beyſammen geweſen, und haben Philippum deſs verſtor-
benen Keyſers Bruder mit einhelliger ſtimm zum Keyſer erwehlet.* Cui adſtipulatur Di-
ploma electionis, (ζ) in quo Rex Bohemiæ (η) inter ſeculares Principes primo loco
nominatur. Et Aventinus (ϑ) ita ſcribens: *Philippus frater Imperatoris* (defuncti
Heinrici VI.) *tutor nepotis impuberis* (Friderici II.) *a Ludovico Bojo, ſociis ejus Sue-
vis, Noricis, Vindelicis, Cæſar ſalutatur: at Saxones, Bojemi, inſtigante Innocentio III.
Romano Epiſcopo, qui eos ſacramento, quo Friderico infanti authorati erant, ſolvit, præ-
terea Richardi Regis Angli pollicitis ineſcati, amitinum ejus Ottonem, filium Henrici Sa-*
D *xonia atque Bojaria exacti, rebus imponunt.*

9. In electione Friderici II. Imp. primas partes (ι) eundem Primislaum Ottocarum
Bohemiæ

(α) Boleslaum] *Ditmarus Merſeburg. in* Chronic. lib. 5. *Adelboldus in* Vita S. Henrici Imper. anno 1003. fol. 436. *Krantzius* lib. 4. Saxon. cap. 28. *Gevvoldus in* Antitheſ. ad Freher. de Palatin. Electorat. num. 11. & in Comment. de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 9. num. 4. *Michael Sachſen in* Chronic. Cæſar. in Henrico II. Imp.

(β) Wippo] *in Vita Chunradi Salici*, *Lehmannus* lib. 3. Chron. Spirenſ. cap. 17. fol. 415. colum. 1.
E *Gevvold.* d. cap. 9. num. 4.

(γ) Dubravius] *lib. 11. Hiſtor. Bohem. fol. 88. Anne tum licebat votum ſuum in ſcriptis tranſmittere? Non puto, nec jura permittunt*; *Buxdorff.* ad Aur. Bull. concluſ. 44. *Dan. Otte* de Jur. publ. cap. 10. fol. 260. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 2. diſſert. 6. theſ. 16. *Joan. Paul. Lancellottus* lib. 1 Inſtit. jur. Canon. tit. 6. § ſed cum abſens. *M. Ant. Cucchus* lib. 1. Inſt. jur. Can. tit. 8. *ſed licebat ſuffragium ſuum alteri ex Coelectoribus delegare, ut fa-*
F *ctum eſt a VVenceslao in electione Adolphi Cæſaris: aut factam a majore parte electionem ſuo calculo comprobare & ratificare, ut hic a Sobieslao requiſitum ſimul & impetratum eſt: & poſtea in electione Philippi Cæſaris obſervatum fuiſſe Cardin. Baronius* Annal. Eccleſiaſt. tom. 10. anno 996. num. 62, *aſſignat.*

(δ) Dubravius] *lib. 12. Hiſt. Bohem. fol. 94. Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1152. fol. 152. *Kirchnerus* de Repub. diſput. 4. th. 2. *Gevvoldus*
G de S. Rom. Imp. Septemv. cap. 9. n. 1. verſ. penult. Primi Electores *vocantur, qui in jure Saxonico* Primi in electione, *die erſte an der Chur, a Radevico lib. 3. cap. 13.* Imperii Primi, *Gevveld.* d. cap. 9 n. 4. verſ. Boemiæ Regem: *reſpectu nimirum aliorum Principum jus nominandi & prætaxandi eo tempore habentium, ut alibi docemus. Dicuntur* & Archiprincipes & Archiduces, & Primitivi Principes, & primates Regni, *ut idem Gevvold.* cap. 7. n. 6. in fin. *annotavit.*

(ε) Becherer] *in Chronic. Thuring. fol. 255. in eo tamen errat, quod Ludovicum Bavariæ Ducem faciat Comitem Palatini Rheni, cum Palatinatum tunc teneret Heinricus Brunſvigius, qui Ottoni fratri contra Philippum favebat: Ludovicus autem Bavariæ nomine electioni intereſſet. Demum ejus filius Otto, ducta Agnete Heinrici Brunſvigii filia unica & herede. Palatinatum Rheni in feudum accepit a Friderico II. Imp. anno (ut volunt) 1216.*

(ζ) Diploma electionis] *apud Cardin. Baronium* Annal. eccleſiaſt. tom. 10. anno 996. §. 61.

(η) Rex Bohemiæ] *Krantzius* lib. 7. Saxon. cap. 5. *Conrad. Abbas Urſpergenſ. in* Chron. *Ciſnerus in* Orat. de Ottone III. Imp. & Elect. inſtit. *Arumæus* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concl. 2.

(ϑ) Aventinus] *in Annalib. Bojor. lib.*

(ι) Primas partes] *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 2. anno 1212. *Dubravius* lib. 15. Hiſt. Bohem. fol. 121. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 199. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 246. anno 1211. *Kirchnerus* de Republ. diſput. 4. th. 2.
Aru-

Bohemiæ Regem tenuiſſe, fidem facit conſtitutio (α) ipſius Imperatoris, quæ ſic habet; *Illuſtris Rex Ottocarus a primo inter alios Principes ſpecialiter præ cæteris in Imperatorem nos elegit, & noſtræ electionis perſeverantiæ diligenter & utiliter aſtitit.* A

10. Anno MCCXXII. idem Primiſlaus Ottocarus, Bohemiæ Rex, vocatus a Friderico II. Imp. ad Comitia Argentinæ indicta, eo miſit Legatum, Brzetiſlaum Ducem Skalenſem, agnatum ſuum; cum cujus conſenſu & ſuffragatione ibidem in Regem Romanorum electus eſt Heinricus Imperatoris filius, ut Hagecius (β) refert.

11. Anno MCCXXVII. Principes Imperii a Friderico II. Imperatore, ſummi Pontificis inſtinctu ac magiſterio abalienati, in eum deponendum conſpirarunt. Wenceslaus Rex Bohemiæ, tanquam primus ac ſummus Electorum, cæteros Budewiſſium in Bohemiam evocat, ubi Waldemarum, Regis Danorum filium, [γ] rebus imponere, ab- B dicato Friderico, ſtatuunt. Rem geſtam pluribus exſequitur Aventinus [δ] in *Annal. Bojor.*

12. In electione Wilhelmi Cæſaris Woringiæ prope Coloniam peracta anno MCCXLVII. interfuit Ottocarus II. Rex Bohemiæ cum filio Primiſlao, & ratione Regiæ dignitatis primas partes [ε] in actu tam electionis, quam coronationis [ζ] tulit, ut illorum temporum ſcriptores affirmant.

13. De Alphonſo ſapiente, Hiſpaniarum Rege, ſcribit Henricus Stero: (η) *Anno* MCCLVII. *Dominus Trevirenſis Archiepiſcopus cum aliis quibusdam Principibus, in media Quadrageſima, fretus literis & auctoritate Regis Boëmiæ, Ducis Saxoniæ, Marchionis de Brandenburch, & multorum Principum, elegit Dominum Alphonſum Regem Hiſpaniæ, qui electioni de ſe factæ conſenſit &c.* Et Abraham Hoſmannus [ϑ] ex antiquis monumentis refert: Alphonſus *war ein mæchtiger Kœnig zu Caſtel und Legion*, &c. *darumb ward er vom Kœnige in Bœhmen, Churfürſten zu Sachſen, dem Marggraffen zu Brandenburg, und vom Ertzbiſchoff zu Tryer zum Keyſer erwehlet, den letzten Aprilis anno 1258.* Certe primas Regi Bohemiæ in hac electione etiam Interpretes (ι) noſtri deferunt. C 303

14. Poſt obitum Rudolphi I. Cæſaris Wenceslaus, Rex Bohemiæ, citatus ab Archicancellario Moguntino (κ) & Palatino Comite (λ) Rheni, ad Electionem novi Cæ-

 ſaris

302 *Arumaus* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 2. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. q. 5. *Bened. Carpzovius in* Diſſert. ad capitulat. Cæſar. vel Leg. Reg. Germ. cap. 5. n. 15.

(α) Conſtitutio] *apud Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. in Beylagis n. 15. & n. 19. *Henelium in* Sileſiogr. in Append. *Hagecium in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1212. *Georg. Beatum in* Chron. Bohem. in Primiſlao I. fol. 36. *Reichsſatzungen* part. 1. anno 1212. fol. 30.

(β) Hagecius] *in Chronic. Bohem. part. 1. anno 1222.*

(γ) Danorum filium] *conſilio Papæ, qui poſtea etiam Richardo Anglo ſurrogare Haquinum Norvvegiæ Regem ſatagebat. Matthæus Paris in Chronic.* Poſt hos (*Heinricum Thuringum, VVilhelmum Hollandum, Richardum Anglum, & Alphonſum Hiſpanum*) Dominus Papa Haconem Regem Norvvegiæ voluit in culmen Imperii ſubrogare &c.

(δ) Aventinus] *lib. 7. fol. 537. & ſeq.*

(ε) Primas partes] *Lubbertus Abbas Egmondenſis, Vicecancellarius Aulicus, in* libell. de Geſt. Wilhelmi Cæſar. *Johannes de Beka, Canon. Trajectenſ. in* Chron. Epiſcop. Trajectenſ. in Ottone III. Epiſc. fol. 65. & ſeqq. *Johannes Monachus Nuſſienſ. in* Magno Chronic. Belg. fol. 243 & ſeqq. *Arumaus* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 2.

(ζ) Coronationis] *Trithemius in* Chronic. Hirſaug. anno 1246. fol. 188. *Bzovius* Annal. eccleſiaſt. tom. 13. anno 1248. n. 1. *Gevvoldus in* Comment. de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 9. n. 4. *Henning Gœden* Conſil. 3.

(η) Stero] *in Chronic. Auguſtenſi anno 1257. Spangenberg in* Chron. Sax. cap. 260. ann. 1258. D

(ϑ) Hoſmannus] *in tract. de Elect. & Coron. Cæſarean. in Richardo & Alphonſo Impp. fol. 265.*

(ι) Interpretes] *Ciſnerus in* Orat. de Ottone III. Imp. & Elect. inſtit. *Schardius* de Princip. Elect. orig. & inſtit. *Gevvoldus* de S. Rom. Imp. Septemv. cap. 6. *VVindeckius* de Princip. Elect. orig. cap. 3.

(κ) Archicanc. Moguntino] *cujus epiſtola citatoria apud Hagecium in* Chronic. Boh. part. 1. anno 1291. *exſtat.*

(λ) Palatino Comite] *cui, tamquam Comiti Palatino, non minus incumbebat, quam Archicancellario, reliquos Electores ad Electionem citare, & ille quidem ſub comminatione banni eccleſiaſtici, iſte vero proſcriptionis Imperialis, ut ſtatuitur in Kayſerlichen Land-und Lehenrecht* part. 1. tit. 29. §. 3. *& in Specul. Saxon.* lib. 3. art. 57. *& obſervarunt quoque Cuſpinianus* de Cæſarib. Rom. in Carolo IV. Imp. *necnon in* Ruperto Cæſ. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. concl. 17. lit. d. *Dan. Otto* de Jure publ. cap. 10. fol. 250. *Cubachius* lib. 2. Juriſprudent publ. cap. 8. n. 12. *Porro literas Palatini Comitis citatorias refert Hagecius in* Chron. Bohem. part. 2. an. 1291. fol. 352. *quarum hoc eſt principium; Dem Groſsmæchtigen Fürſten, ſeinem vielgeliebten Bruder* Wenceslao, *dem Bœhmiſchen Kœnige, Hertzogen zu Krakavv und Sandomerien, Marggraffen in Mæhren, entbent* Ludovicus *von Gottes gnaden Pfaltzgraff bey Rheyn, und Hertzog in Beyern alles guts. Summam literarum haſce verbis ſubnectit Hagecius, Darinnen vermeldet gedachter Pfaltzgraff bey Rheyn dem Kœnige, als* G

der

A ſaris faciendam anno MCCXCI. Legatos ſuos Francofordiam expedivit. Et Albertus Elector Saxoniæ [α] mandavit ſuis Legatis ad eundem conventum tranſmiſſis, ut nullum legant, niſi quem idem Rex prælegerit. Unde apparet Regem Bohemiæ etiam tum primam vocem inter ſæculares Electores habuiſſe. Quod & confirmatur Diplomate Gebhardi Archiepiſcopi Moguntini, in quo excuſatio Wenceslai Bohemi per ſuos Legatos facta, & voti Bohemici in ſe Electorem Moguntinum translatio acceptatur, ſub dato Francofurti anno MCCXCII. ubi legitur in hunc modum: *Und uns deſſelbigen ihres Kœniges Stimme, deren er ſich als ein Churfürſt, unnd bey der Keyſerlichen Wahl der erſte Schenck* (leg. *Ertzſchenck*) (*) *macht zu gebrauchen hat, anheim geſtellet haben: wir auch mit willen unſerer MitChurfurſten ſeine ſtelle angenommen*. &c. Hinc & il-
B lud conſtat, illa ætate necdum moris fuiſſe, ut Legati abſentium Electorum admitterentur, ſed vices eorum uni ex præſentibus Electoribus fuiſſe commendatas & commiſſas. Electus autem in hoc conventu fuit Adolphus Naſſovius, (β) & in Regem Romanorum Aquiſgrani coronatus.

15. Alberti I. Auſtriaci, affinis ſui, electioni adſpiraſſe Wenceslaum Bohemiæ Regem, & in conventu Pragæ acto, de eo rebus imponendo cum aliis Electoribus & Principibus conſultaſſe, a plerique rerum geſtarum ſcriptoribus in literas eſt relatum. (γ)

16. De Heinrici VII. Lucenburgii electione ſcribit Hagecius; (δ) *deſſelben jahrs* (MCCCVIII.) *finds die Churfurſten ohne wiſſen deß Bœhmiſchen Kœnigs zuſammen kommen, und haben Henricum Lucemburgium zum Rœmiſchen Kœnig erwehlet*: id eſt,
C *Electores Imperij, præterito Bohemiæ Rege, convenerunt, elegeruntque Henricum Lucemburgium in Regem Romanorum.* Fuit tunc Rex Bohemiæ Heinricus Carinthiæ Dux, qui quod inconſulto Imperatore Regnum uxorio nomine occupaſſet, & necdum eſſet inveſtitus, ad electionem videbatur eſſe inhabilis. Idem tamen poſtea in ſchiſmate Ludovici Bavari & Friderici Auſtriaci, ab hoc (ε) in Regno confirmatus & ſolenniter inveſtitus, ejuſdem electionem a minore parte factam calculo ſuo, tamquam Rex Bohemiæ confirmavit, quum Johannes Rex & poſſeſſor Regni ſuffragio ſuo Ludovicum Bavarum promoviſſet.

17. De Ludovici IV. Bavari electione ſcribit Heinricus Rebdorff. (ζ) *Ludwvicus junior, filius Ludwici Ducis ſuperioris Bavariæ, anno Domini* MCCCXIV. *in die* B. *Lucæ*
D *Evangeliſtæ, per majorem partem Electorum Imperii, videlicet per duos,* (leg. *Dominos*) *Petrum Archiepiſcopum Moguntinum, Balduinum Archiepiſcopum Treverenſem, Johannem Regem Bohemiæ, & Waldmarum Marchionem Brandenburgenſem, in Franckenfurt eſt electus ad Regem &c.* Et Udalricus Welling: [η] *Altera pars Electorum, videlicet Rex Bohemiæ Johannes, Balduinus Trevirenſis Archiepiſcopus, Petrus ſanctæ ſedis Moguntinenſis Archiepiſcopus, & junior Dux Saxoniæ, elegerunt in Regem Romanorum Luduvicum Ducem juniorem ſuperioris Bavariæ.* 305
Quibus auctoritatem addit Decretum

der Churfürſten einem dergleichen die VVahl eines Keyſers, vvie es der Ertzbiſchoff von Meyntz in ſeinem Schreiben thut, bittende, daſz Kœnig Wen-
E ceslaus *zur beſtimpter zeit gen Franckfurt erſcheinen, und ſich neben andern ſeines ampts annehmen vvolte. Deſſen* datum *zu Ingolſtatt* anno 1291. *den tag nach Nicolai.*

304 (α) Albertus Elect. Saxon.] *cujus epiſtolam ad VVenceslaum Bohemiæ Regem ſub date Sittaviæ anno 1291, in vigilia S. Andreæ, refert Hagecius* d. part. 2. fol. 352.

(β) Adolphus Naſſovius] *Dubravius* lib. 18. Hiſt. Bohem. fol. 149. *ubi de VVenceslao Rege me-*
F *morat*; Adolphum Naſſæ Comitem Imperatorem nominavit, cæteris quoque Principibus eam nominationem comprobantibus. *Et Spangenberg.* in Chron. Saxon. cap. 271. anno 1292. *Gruebeim* de S. Rom. Germ. Imp. diſſertat. 1. concluſ. 52.

(γ) *Heinricus Rebdorffenſ.* in Annal. anno 1297. *Siffridus Miſnenſ.* in Epitom. Chronic. lib. 2. anno 1296. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 7. fol. 587. *Spangenberg* in Chronic. Saxon. cap. 274. *Gerard. de Roe* lib. 2. Hiſtor. Auſtriac. anno 1296. *Calviſius*
G *in* Chronolog. anno 1297. *Unde illa VVenceslai jactitatio, Albertum ſibi Imperium debere, apud Mutium* lib. 22. Chron. Germ fol. 205. *Hagecium* in Chron. Bohem. anno 1304.

(δ) Hagecius] *in Chron. Bohem. anno 1308.*

(ε) Ab hoc] *ſcil. Friderico Auſtriaco, ut teſtatur Joan. Villanus* lib. 9. Hiſtoriar. ſui temp cap. 66. *Franciſc. Guillimannus* lib. 2. de Reb. Helvetior. cap. ult. fol. 309. *Hervvart in* Ludovico IV. Imp. defenſo part. 1. anno 1314. cap. 2. n. 39.

(ζ) Heinric. Rebdorff.] *in Annal. anno 1314. apud Freher.* Germanic. rer. ſcriptor. tom. 1. fol. 421. *Alium nobis Rebdorffenſem ex* Chronic. anno 1313. *repræſentat Gevvoldus in* Comment. de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 6. n. 36.

(η) Welling.] *in Continuat. Annal. Sterenis in anno 1313. Concordat Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1314. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 284.

(*) Minus neceſſaria hæc videtur emendatio, ſi ſequimur Cel. Ludevvigium, qui in *obſervat. ſuis ad Aur. Bull. tit. 1. §. 10. lit. l.* monet ante hanc officiales Imperii ſeculares vocabulo *Archi* vel *Ertz* non fuiſſe inſignitos, ſed dictos vel ſupremos Pincernas, ſupremos Mareſchallos &c. *Erſte oder Oberſte Schencken, Marſchall.* &c.

cretum electionis, [α] cujus hoc eſt prologium: *Sanctiſſimo ac Beatiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici futuro: Balduinus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Imperij per Galliam Archicancellarius, Joannes Dei gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex; Woldemarus Marchio Brandenburgenſis, ac Joannes Dux Saxoniæ Senior, humiles & devoti cum omni reverentia devotiſſima pedum oſcula beatorum. Vacante nuper per felicis recordationis obitum Sereniſſimi Domini Henrici quondam Romanorum Imperatoris ipſo Romanorum Regno ſeu Romano Imperio, & nobis una cum Reverendo Domino Petro Moguntino Archiepiſcopo, necnon Reverendi Domini Henrici Archiepiſcopi Colonienſis, Illuſtrium Principum, Joannis Boëmiæ & Poloniæ Regis; Rudolphi Ducis Bavariæ, Comitis Palatini Rheni; Waldemari Marchionis Brandenburgenſis; ac Ducis Saxoniæ, honorabilibus Procuratoribus, ad quos tam de jure, quam de conſuetudine antiqua & approbata jus eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum noſcitur pertinere, ſolemniter concordantibus in diem electionis hujuſmodi &c.* Ex quibus verbis Interpretes [β] noſtri colligunt, Regi Bohemiæ primum votum in electione Imperatoris inter Electores laicos competiviſſe etiam ante Auream Bullam, ex conſuetudine antiqua & approbata, ut textus loquitur. A B

18. Nec ſuffragio tantum ſuo Ludovicum promoviſſe contentus Rex Bohemiæ, etiam conatibus poſtea Pontificis Romani obſtitit, ne illo abdicato alius eligeretur. Qua de re Henr. Rebdorffenſis (γ) ita narrat; *Papa Joannes miſit quendam Legatum in Alemaniam, mandans Principibus Electoribus, & principaliter Dominis Hainrico Colonienſi, & Matthiæ Moguntino Archiepiſcopis, ut alium Regem eligerent. Et cum in termino condicto præſentes conveniſſent, Domini Waldewinus Trevirenſis Archiepiſcopus, & Joannes Rex Boëmiæ, hujus propoſitum impediverunt: & ſic Legatus reverſus eſt ſine fine.* C
306

19. De Caroli IV. Imperatoris electione idem Rebdorffenſis (δ) ita ſcriptum reliquit: *Procurante Domino Clemente Papa VI. Karolus filius Regis Bohemiæ a quinque Electoribus Regni, videlicet a Dominis, Baldwino, Archiepiſcopo Colonienſi, Blatero natione Comitum de Naſſau Archiepiſcopo Moguntino, & Joanne Rege Boëmiæ patre ipſius, & a Rudolpho Duce Saxoniæ, in odium Ludwici in Romanorum Regem eſt electus in villa Rentze Treverenſis diœceſis, menſe Julio circa feſtum B. Margarethæ.* Et Albertus Argentinenſis, [ε] ſive ejus Continuator; *Gerlacus Moguntinus ad villam Rens ſuper Rhenum anno* MCCCXLVI. *Principes convocavit, ubi convenientes Treverenſis, Colonienſis, & ipſe Moguntinenſis, Archiepiſcopi; Rudolphus Dux Saxoniæ, & Joannes Rex Boëmiæ, & Imperium diu vacaſſe decernentes, prædictum Carolum Marchionem Moraviæ, in Regem elegerunt Romanum.* Quod iſte Regem Duci poſtponat contra inveteratam conſuetudinem & ipſum Decretum electionis; id eſt imperitiæ ejus adſcribendum, quam cæteri rerum Scriptores [ζ] quaſi redarguere videntur, primo ſemper loco Regem nominantes. D

20. Hinc Vladislaus Polonus, (η) Bohemiæ & Hungariæ Rex, in electione Maximiliani I. Cæſaris neglectus ac præteritus, non prius acquieſcere voluit, bellum etiam minitans, quam Electores ſibi poſteriſque ſuis & Succeſſoribus, Bohemiæ Regibus, caverent de jure eligendi & Archipincernatus illis competente, ſarto tecto in poſterum con- E

(α) Decretum electionis] *ſub dato Franckfurt 10. Calend. Novemb. anno 1314. quod integrum præſentat Georg. Hervvart in* Ludovico IV. Imp. defenſo part. 1. fol. 10. & fol. 22. *Gevvoldus* de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 6. n. 37. *Bzovius* Annal. Eccleſiaſt. tom. 14. anno 1314. n. 13. *Videatur & Epiſtola Senatus VVetzflarienſis ad Senatum Aquiſgranenſ. ſub dato Franckfurt 8. Calend. Novemb. anno 1314. apud eundem Hervvart* fol. 33.

(β) Interpretes] *Freherus in* Not. ad Andlavv. lib. 2. cap. 2. *Kirchnerus* de Republ. diſput. 4. th. 2. *Gevvoldus* de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 6. n. 37. & cap. 8. n. 2. *Joannes Epiſcopus Roffenſis*, lib. 1. de Poteſt. Papæ in tempor. cap. 47. n. 2. *Arumæus* in Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concl. 2. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10 n. 44. q. 5. rat. 6. *Bertramus in* Diſſertat. de Comitiis Imp. memb. 3. concl. 31. *Griesheim* de S. Rom. Germ. Imp. diſſert. 1. concl. 52. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ. cap. 6. n. 4. & n. 37. *VVindeckius* de Princip. Elect. orig. cap. 2.

(γ) Rebdorff.] *in Annal. anno 1322.*

(δ) Rebdorffenſ.] *in d. Annalib. anno 1346.*

(ε) Albert. Arg.] *in Chron. anno 1346.*

(ζ) Cæteri ſcriptores] *Joannes Vitoduran. in* Chronic. mſs anno 1346. *Krantzius* lib. 9. Saxon. cap. 26. *Trithemius in* Chron Hirſaug. anno 1346. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. ann. 1346. *Dubravius in* Hiſt. Bohem. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 7. *Beregk in* Chron. Bohem. in Johanne Reg. fol. 310. *Bucholtzerus in* Chronolog. anno 1346. *Calviſius in* Chronol. anno eodem. F

(η) *Hartm. Maurus in* tract. de coronat. Caroli V. Imp. Aquiſgrani ann. 1520. facta, *Hagecius in* Chron.

A conſervando, [α] certa etiam pœna ſtatuta, (β) ſi quando jus illud ab Electoribus violaretur.

21. Quid multis verbis opus eſt? Aurea Caroli IV. Imperatoris Bulla litem omnem finire debebat, in qua Regi Bohemiæ in ordine Electorum tertium, Moguntino, Collegii Decano, ſententias rogante, & inter laicos primum decernitur. Et ſic obſervatum fuiſſe in electionibus Caroli V. (γ) & Ferdinandi I. [δ] Imperatorum, Protocolla, Decreta, & Intimationes teſtantur: & hodie ita practicari (ε) ex iis cognovi, qui electionibus (ζ) ſemel atque iterum interfuerunt.

22. Quod ſi vero Rex, aliquo legitimo impedimento detentus, ipſemet compare-
B re non poſſit, num licet ei legatum unum atque alterum cum plena poteſtate mittere, qui vicem ejus in electione, in actu ſedendi, ſuffragandi & definiendi, adminiſtret? Et affirmantium ſententiam confirmat tum antiqua conſuetudo, (η) tum Aureæ Bullæ (θ) vigor, modo Legatus ſuper tali impedimento, ſi ab eo requiratur & exigatur, fidem faciat juramento [ι] in animam ipſius Regis. Non tamen eſt, niſi unus ſolus, (κ) ſi plures Legati mittantur, in conclave ad ſeſſionem & vocem ferendam admittendus. Atque ita obtinuit decretum in judicio contradictorio factum anno MDXIX. ut ex Legatis Regiis ſolus Baro Sterenbergius, ſupremus Regni Cancellarius, cæteris Collegis amotis, ad actum electionis fuerit adhibitus. Et ſic hodie practicari (λ) obſervavimus. (μ)

23. Quid

C Chron. Bohem. anno 1487. *Freherus in* Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 2. *Knichen* de Saxon. non provoc. privileg. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. concluſ. 18 *Dan. Otto* de Jur. publ. cap. 10. fol. 252. & ſeqq. *Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotidian. cap. 24. lit. e. *VVindeckius in* Comment. de Princip. Elector. orig. cap. 15. n. 8. *Arumeus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 1. concluſ. 25. diſcurſ. 3. concl. 8. & diſc. 5. concluſ. 2. *Beſoldus in* Diſcurſ. 5. de ſtat. Reipubl. ſubaltern. cap. 7. n. 10. *Rumelinus* ad Aur. Bull. diſſert. 8. th. 7. *Ber-*
D *tramus* de Comitiis Imp. memb. 3. concl. 31. *Reinh. Kanig in* Theat. polit. part. 1. c. 30. n. 30. *Matth. Borcius in* Juriſprud. publ. Germ. typo cap. 3. concluſ. 27. lit. b. *Griesheim* de S. Rom. Germ. Imperio diſſert. 1. concluſ. 53. *Gumpeltzhaimerus in* Diſput. de Regal. concluſ. 114. *Zach. Theobaldus* de Bello
307 Huſſit. part. 3. cap. 27. anno 1487.

(α) Certa pœna ſtat.] *de qua videatur Decretum Electorale in Reichsſatzungen* part. 2. anno 1489. fol. 178.

E (β) Aur. Bull.] *tit. 4. §. 3. & cap. 7. in princip. & Conſtitut. Imperial.* tom. 1. anno 1354. fol. 345. *ibi*; vocem eligendi, tanquam noſtrum in ipſa electione Coelectorem *&c. Videatur ſupra* lib. 4. cap. 6. §. 10. *& Æn. Sylvius in* Deſcript. German. cap. 65.

(γ) Caroli V.] *vide Protocollum electionis in Politiſchen Reichshandeln* part. 1. cap. 5. tit. 24. & tit. 31. *item die handlung der Chur und VVahl Caroli V.* ibid. cap. 6.

F (δ) Ferdinandi I.] *vide Decretum electionis in Reichsſatzungen* part. 2. anno 1531. fol. 230. *Arumaeum in* Diſcorſ. Acad. de Jur. publ. tom. 1. fol. 26.

(ε) Hodie practicari] *videatur Anonymi cujuſdam Verzeichnus des* Actus *der VVahl* Maximiliani II. Cæſaris, *in allegatis Politiſchen Reichshandeln* cap. 8. verſ. *im erſten glied*, fol. 67. *item alterius incerti Auctoris* tractatus *von der Ervvehlung* Maximiliani II. de anno 1562. *ibidem* cap. 9. verſ. *Meintz hat. Juſtus Anseus in VVahl und*
G *Crœnungshandlung* Matthiæ Cæſaris de anno 1612. *ibid.* cap. 13. verſ. *Nachmals* in fin. fol. 96. *Caſp.* Enſius in Ρωμανβασιλικῷ στεφανῷ, *Georg. Sabinus in* Hiſtor. de elect. & coronat. Caroli V. Imp. *Bernhard. VVurmſerus in* Legat. Principum Elector. ad Carolum electum Rom. Reg. in Hiſpan. *Simon Schardius in* Narrat. de Elect. Maximiliani II. Imp. *Adam. & Nicol. Heydeni in* Hiſt. de elect. & inaugurat. ejuſdem Maximilian. II. *Gothard. Arthus in* Acta elect. & coronat. Matthiæ Cæſar. de anno 1612. *Griesheim* de S. Rom. Germ. Imp. diſſert. 1. concl. 52.

(ζ) Electionibus] *Matthiæ I. anno 1612. & Ferdinandi II. anno 1619. ubi & nos præſentes ad obſervavimus in Electorum ſeſſu & inceſſu, in quibus ſemper Rex Bohemiæ Collegis ſuis laicis prærogatus conſpiciebatur.*

(η) Antiqua conſuetudo] *cujus paradigmata ſupra §. 6. §. 10. §. 13. & §. 14. & infra* §. fin. in Not. verb. Wenceslaus, *exhibemus.* 308

(θ) Aureæ Bullæ] *tit. 1. §. 5. in pr. §. 19. §. 20. §. 22. & ſeq. & tit. 2. §. 2. in fin §. 4. §. 7. & §. 10. & tit. 18. & tit. 19. ubi habetur formula procuratoris.*

(ι) Juramento] *Griesheim* de S. Rom. Imperio diſſert. 1. concluſ. 58. *quod teſtatur diploma Gebhardi, Archiepiſcopi & Archicancellaris Moguntini, de Legatis VVenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis anno 1292. Francofordiam ad electionem miſſis, apud Hagecium in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1292. fol. 353.

(κ) Unus ſolus] *in Protocollo electionis Caroli V. Imper. de anno 1519. tit. 19. in Politiſchen Reichshandeln* part. 1. cap. 5. fol. 29.

(λ) Hodie practicari] *Buxtorffius* ad Aur. Bull. concluſ. 22. *Dan. Otto* de Jure publ. cap. 10. fol. 258. *Arumeus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 1. concluſ 27. *Bertramus* de Comitiis Imper. membr. 3. concluſ. 2. *Griesheim* d. concl. 58. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 1. diſſert. 2. concluſ. 14. in fin. & part. 2. diſſert. 6. concl. 14.

(μ) Obſervavimus] *in electione Matthiæ Imperatoris anno 1612. ubi Brandenburgii Electoris nomine ſolus Baro Putlitzius; & in electione Ferdinandi II. Imperatoris anno 1619. ubi Palatini nomine ſolus Comes Solmenſis, Saxonis, ſolus Comes Mansfeldius, & Brandenburgii, ſolus idem Baro Putlitzius, admiſſi fuerunt.*

23. Quid autem, ſi Rex ſit adhuc impubes, aut minorennis? Sunt qui putent, (α) A
eum poſſe Procuratores, abſque conſenſu Curatorum, ad actum eligendi conſtituere
& legare, ex præjudicio Ladiſlai Bohemiæ Regis, Alberti II. Cæſaris filii poſthumi, qui
Procuratores ſuo nomine ad electionem Romanorum Regis anno MCCCCXL. miſerit, non
requiſito Gubernatorum Bohemiæ conſenſu. Sed mihi eorum probatur ſententia, qui
aſſerunt, Procuratores illos fuiſſe a Friderico, Archiduce Auſtriæ, Ladiſlai Regis impuberis
agnato & tutore, mandatis legitimis inſtructos & ablegatos fuiſſe. At in electione
Caroli V. Imperatoris Procuratores fuiſſe tam a Rege, quam ab Regni Ordinibus
& Regentibus conſtitutos, neglecto Sigiſmundo Rege Poloniæ, Ludovici minorennis
Regis Patruo & tutore, acta (β) ejus in electionis confirmant.

24. Sed hæc præjudicia videntur quodammodo contrariari. Quid ergo ſtatuemus B
juris certi eſſe, ſi Rex impubes & minorennis ſub tutela & cura conſiſtat? num patruus
vel agnatus proximus tutorio nomine admittetur, an Ordines vel Regentes Regni?
Et pro agnato tutore decidit Aurea Bulla, (γ) ſi habeat Regni adminiſtrationem:
ſin minus, pro Ordinibus militat deciſio Electorum (δ) an. MDXIX. facta pro Regni
ordinibus contra Sigiſmundum, Poloniæ Regem, patruum & tutorem legitimum qui-
309 dem, ſed cura & adminiſtratione Regni deſtitutum, ut modo diximus: quamquam &
peregrinitatis ratio plurimum patruo obſtiterit. Et Fridericum, Archiducem (ε) Auſtriæ,
patruelem ac tutorem Ladiſlai Hungariæ & Bohemiæ Regis, legatos ad electionem
anno MCCCCXL. miſiſſe ſuperius indicavimus, licet adminiſtrationem Regni ipſe non
ſuſceperit, ſed Ordinibus commendarit. C

25. Quid ſi Rex nondum fuerit a S. Cæſarea Majeſtate inveſtitus, num ad jus, vocem
ac poteſtatem eligendi debet admitti? Diſtingui debet, ut ſi inveſtituram (ζ) more
ac tempore ſolito petiverit, & hujus ſuæ requiſitionis documentum legitimum poſſit
demonſtrare, quod indultum vocant, non queat nec debeat excludi, licet nondum actualiter
inveſtitus; ſin autem neglexerit inveſtituram petere, vix eſt ut admittendus (η)
cenſeatur, quidquid alii in contrarium (ϑ) dicant aut ſcribant.

26. Sed quid in caſu vacantis Regni, nullo exiſtente herede legitimo? Et Ordinum
Regni Legatos eſſe admittendos, docet præjudicium Capituli Colonienſis, (ι)
quod anno MDLXII. vacante Sede Archiepiſcopali fuit ad electionem Maximiliani II. Cæſaris
citatum, adeo ut Legatos nomine Capituli in conſeſſum ſuum Electores reliqui D
tam diu admiſerint, donec novus Electus procuratorium Legatis ſuo nomine renovarit
& confirmarit.

27. Nec in Electione tantum Imperatoris vices ſuas obtinuit Rex Bohemiæ, ſed in
ejuſdem etiam depoſitione, per vulgatam juris regulam, eorundem eſſe deſtituere,
quorum eſt inſtituere. Hinc Ottocarus Rex cum Archiepiſcopo Moguntino, Trevi-
310 renſi, & Magdeburgenſi, Ducibus Auſtriæ, & Bavariæ, Landgravio Thuringiæ &c. primum
Naumburgi in Thuringia, dein Norimbergæ conveniens, de Ottone IV. Imperatore
abdicando conſultavit. Cauſſa prætendebatur bannus Summi Pontificis ſeu Eccleſiæ
Romanæ cenſura in Ottonem publicata, propter quam dicti Principes eum Imperio
indignum eſſe decreverunt. (κ) E

28. Similiter quum Fridericus II. Imperator a Pontifice Maximo eſſet excommunicatus,
nonnulli Principes cum Wenceslao Rege egerunt, ut conventu Budowitzii in
Bohemia

(α) Sunt qui putent] *Henricus Zalnerus in* Diſputat. de elect. Regis Rom. concl. 14.

(β) Acta] *in d. Protocollo.*

(γ) Aurea Bulla] *tit. 7. §. 6. An autem teſtamento Tutor dari a parente poſſit, quæſtio fuit in cauſſa Palatina vehementiſſime agitata; quam nos infra ſuo loco tractabimus.*

(δ) Deciſio Electorum] *in Protocoll. electionis Caroli V. Imp. de anno 1519. quod refertur in Politiſchen Reichshandeln*, part. I. cap. 5. tit. 19. fol. 29. *Quæ deciſio cum hac diſtinctione moderari debet, non autem indiſtincte accipi, ut facit Rumelinus* ad Aur. Bull. diſſert. 7. th. 3.

(ε) Frideric. Archiduc.] *idem Zalnerus in* d. Diſputat. de Regis Rom. elect. theſ. 14.

(ζ) Inveſtituram petiv.] *ita Ferdinandus I. fuit Coloniæ anno 1531. ad conventum Electorum admisſus, poſt petitam a Cæſare Carolo V. fratre inveſtituram, & impetrato indulto, ut infra dicemus.*

(η) Vix eſt ut admitt.] *præjudicia nobis ſuggerunt* Acta Comitiorum Ratiſponæ anno 1607. habitorum.

(ϑ) Alii in contrar.] *Buxdorffius* ad Aur. Bull. concluſ. 85. lit. h. *Bertramus* de Comit. Imp. concluſ. 40. *Cubachius* lib. 2. Juriſprudent. publ. cap. 5. F num. 18. *Rumelinus* ad Aur. Bull. diſſert. 6. coroll. 2.

(ι) Capituli Colonienſ.] *Simon. Schardius in* Narrat. de Election. & coronat. Maximiliani II. Imper. *Gulielmus Sturio JC. in* Epiſtol. ad Goldaſt. de anno 1608.

(κ) *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 246. anno 1211. *Dubravius* lib. 15. Hiſtor. Bohem. fol. 121.

A Bohemia indicto de Friderico deponendo conſultaretur. Sed prudentia Imperatoris, conciliato Rege, conatum eorum eluſit. [α]

29. Erat Adolphus Naſſovius Cæſar multis Imperii Principibus inviſus, qui abalienato animo circiter triginta octo ſacri profani Pragæ [β] convenientes, quam plurimos articulos contra Cæſarem produxerunt, propter quos eum privandum Imperio, & alium eligendum judicabant. Factum poſtea decretum exauctorationis in conventu Moguntino, cui Wenceslaus (γ) Rex inter primos ſubſcripſiſſe per Legatos ſuos perhibetur.

(α) *Aventinus in* Annalib. Bojor. lib. 7. fol. 536. & ſeq.

B (β) Pragæ] *Heinric. Rebdorffenſ. in* Annalib. anno 1297. *Henric. Stero in* Annal. Altaheuſ. anno 1297. *Siffridus Miſnenſ. in* Epit. Chron. lib. 2. anno 1196. *Matth. Mareſcalcus de Bappenheim in* Chron. Auſtral. part. 2. anno 1297. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 7. fol. 587. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1299. *Calviſius in* Chronolog. anno 1297. *Spangenberg in* Chronic. Saxon. cap. 274. *Gerard. de Roo* lib. 2. Hiſt. Auſtriac. anno 1296.

(γ) Wenceslaus] *Sigiſmund. Seldius in Rahtſchlag* pro Ferdinand. II. Imper. contra Paul. IV. Pap. punct. 1. num. 26. *Gerard. de Roo* lib. 2. Hiſt. Auſtriac. anno 1296. fol. 65. *ubi ait;* Electores Moguntiæ de ſummia Imperii rebus conſultabant, a Boëmo Legati venerant. Saxoniæ Principem (abſente Palatino Cæſaris genero) cæteri tribunali imponunt, Adolphum de multis magniſque eriminibus accuſant, a rerum faſtigio deponunt, & ne Imperium Rectore careret, Albertum Regem creant.

C

CAPUT VII.

Bohemia cur in jus electionis venerit. Bojorum gentis ratio habita. Controverſia inter Bohemiæ Regem & Bojariæ Ducem ſuper quaſi poſſeſſione juris eligendi. Bavariæ olim competebat jus eligendi, quod nunc Palatinatui eſt addictum. Bohemiæ jus eligendi & officium Pincernale adjudicatum. Rex dignitatis gratia cæteris prærogatus. Eligit non quia Rex, ſed quia Pincerna eſt Imperii. Electoratus cum Regno indiviſibiliter conjunctus. Poſſeſſor Regni ſolus eſt pro Electore habendus, ſed ſi ſit legitimus, & 311 *in bona fide. Intruſus a ſeditioſis, & Uſurpator Regni non admittitur ad electionem: ſicut nec per vim pulſus a jure eligendi excludi ſolet. Electoratus non ſuper Luſatia, ſed ſuper ipſo Regno Bohemiæ fundatus eſt. Praga Vetus eſt civitas Electoralis.*

D RAtionem autem, cur Dux olim, nunc Rex Bohemiæ, in jus electionis venerit, alii aliam aſſignant. Quidam propter ſitus convenientiam, (α) & quod eſſet natura munita: alii propter potentiam & dignitatem [β] Regiæ electionis: alii propter vicinitatem, [γ] amicitiam, & fœdus: alii non reſpectu Regni, aut Regiæ dignitatis, ſed ratione officii, (δ) inter Electores aſſumptum: alii denique propter honorem & Romani Imperii (ε) amorem primas partes ei delatas, fuiſſe autumant.

2. Mihi videtur Bohemus nec gentis Slavicæ nomine, nec dignitatis cujuſpiam, ſed regionis ac potentiæ cauſſa, in jus electionis veniſſe: datumque hoc memoriæ veterum Bojorum [*] ab Imperatoribus eſſe, ut Princeps Boicæ regionis in media Germania ſi-

E tæ, & ſummum in Palatio Imperiali officium, & primum in electione honorem conſequeretur.

(α) Situa conven.] *Joan. Carion* lib. 3. Chron. in Ottone III. imp.

(β) Potent. & dignitat.] *Natal. Comes* lib. 1. Hiſtoriar. fol. 6.

(γ) Viciniṭat.] *VVendeckius in* Comment. de Princip. Elector. orig. & inſtit. cap. 17. *ubi modo citatos auctores tacite reprehendens, dicit potentiam Ducis Bohemiæ talem fuiſſe, quæ non metuenda fuerit Germaniæ.*

F (δ) Rat. offic.] *Schardius in* tract. de Princip. Elect. orig. & inſtit. cap. 8.

(ε) Honor. & Rom. Imperii] *Platina in* Vitia Pontific. Rom. in Gregorio V. *Irenicus in* Exegeſ. German. lib. 3. cap. 29.

(*) „Ridicula Goldaſti opinio, aſſerentis *Bohemiæ Regem in jus electionis imperatoriæ* veniſſe „ propter veterem *Bojorum gentem*, quæ in *Bohemia* habitarit. Riſi, ut ait ille, dentibus albis, „ dum hæc legerem, cur *octavus*, cur *nonus*, *decimus* Elector non additur ob *Bavaros*, qui veri germanique *Boji* ſunt? cur non ob *Marcomannos*? cur non ob *Quados*? cur non ob *Longobardos*? *VVandalos*, *Suevos*, *Auſtrios Haſſos*, „ alioſque plurimos? At longe aliud *diplomata Imperatorum* loquuntur, qui hoc decus de *Bohemiæ Regibus* (ex gente Slavica & Przemislæa) addere „ ob *fidem Imperio præſtitam*, ob virtutes togatas „ & ſagatas, atque ob cetera merita, non ob *Bojorum* nomen, qui in *Bavariam* migrarunt, ultro „ fatentur. Ita diſputat Balbinus *lib. III. Miſcellan. cap.*

ſequeretur. Unde aut vehementer animi fallor, aut controverſia illa (α) inter Regem A
Bohemiæ & Ducem Bojariæ ſuper jure eligendi oborta eſt. Utrique enim tam Bojari
quam Boihemi, a Bojis nomina ſortiuntur. Quum igitur jus eligendi diceretur Bojo-
rum Regulo conceſſum, quærebatur, utri genti illud competeret? hinc Bohemis, il-
linc Bojaris, id ſibi aſſerentibus. [*] Quæſtionem ſtatus Bojariæ Ducibus movere pri-
mus occœpit Ottocarus Bohemiæ Rex, quum Dux Otto, Ludovici Ducis filius primo-
genitus, Electoralem dignitatem in Palatinum recens adeptum jure primogenituræ in-
tuliſſet, & poſtea Ludovicus ejus filius Rudolphum Habſpurgium una pariter cum Hein-
rico fratre Bojariæ Duce ad Imperium promoviſſet. Id quidem Ludovico Palatino li-
cuiſſe putabat ratione officii ſui: Bojariæ autem Duci non item, quod non Bojis in No-
rico, ſed Bojis in Bohemia jus illud fuerit conceſſum, quod Rex dicebat Bavarum ſibi B
312 in præjudicium gentis Bohemicæ uſurpare. Contra ea Bojariæ Dux jus illud cum offi-
cio Archidapiferiæ Bojis Teuthonicis datum aſſerebat; nec Bohemis Slavis competere
poſſe, qui illud ſibi nullo jure, ſed per vim ac potentiam de facto arrogarint. Qua
controverſia ad Ordines Imperii delata, Rudolphus Cæſar & Principes Imperii in Comi-
tiis Auguſtanis auditis partibus, & cognitis eorum juribus, decreverunt, Ducibus Bo-
jariæ jus eligendi Romanorum Regem & officium Archidapiferiæ, [**] ratione Ducatus
[β] Bavariæ competere ex antiquo: & poſtmodum in Comitiis Erfordianis iidem Cæſar
atque Principes ſimiliter cognitis Bohemorum juribus declararunt, jus eligendi purum
ac plenarium cum officio Archipincernatus [***] Regi Bohemiæ competere ab avis, pro-
avis, atavis, abavis, & ulterioribus progenitoribus, ſicut ex Decretis utrimque fa- C
ctis γ] manifeſto conſtare poteſt.

3. Nec ſententiam tantum pro ſe Bohemus victricem obtinuit, ſed & Bavaro cæ-
teriſque Electoribus Laicis ex Regiæ dignitatis faſtigio, (δ) jure meritoque fuit prælatus:

Dd pri-

lan. cap. 22. §. 3. nec non in *Epit. Rer. Bohemic. lib. III. c. 16.* Nec mihi videtur veroſimile hunc honoris gradum Bojemo delatum ob veterum Bojorum memoriam, nam hoc jus Bohemiæ Electori datum eſt, quod incolat unam ex Germaniæ Provinciis, quod in jus civitatis Germanicæ fuerit receptus, in qua Princeps & Status eſt. Hinc ab antiquiſſimis jam temporibus omnia illa jura exercuit, quæ ceteris Imperii Principibus conveniebant, Verumtamen, an Balbini argumenta Goldaſti conjecturam infringant, aliis dijudicandum relinquo, mihi ſaltem non fit veriſimile.

(α) Controverſia inter Reg. Bohem & Duc. Bavar.] *de qua conſulantur Gevvoldus in* Antitheſ. ad Freher. de Elector. Palat. num. 17. & in Replicat. ad Freheri Epiſtol. reſponſor. ſol. 14. & in Comment. de S. Roman. Imp. Septemvirat. cap. 10. *Gretſerus* lib. 2. contra Replicator. cap. 22. fol. 298. *VVindeckius in* Epiſtol. ad Marc. Welſer. & in Comment. de Princip. Elector. orig. & inſtit. c. 14. *Cyriac. Spangenberg. in* Chron. Schavvenburg. lib. 1. cap. 26. verſ. *Als hernach.*

(β) Ratione Ducat. Bavar.] *quod ſatis clare cernitur in Kayſerl. und Kœnigl. Land- und Lehenrecht*, part. 1. tit. 29. §. 2. *ibi: Der vierdt iſt der Hertzog von Beyern, des Reichs Schenck, &c. ut diſertim habet vetus editio, & codex manuſcriptus, qui penes nos aſſervatur. Nam Matthſnerus in ſua editione hunc locum depravavit, ne dicam falſavit, ut aperte convincitur* ex part. 2. tit. 8. §. 5. *ibi: Der Hertzog von Beyern, quem locum per incuriam (opinor) reliquit incorruptum. Facit pro hoc decreto, quod refertur in Diſcurſu Gallico* De la maniere de faire Empereur, *ex Decretis Concilii Viennenſis excerpto, in hunc modum*: Le premieur Electeur eſt le Duc de Baviere, le Duc de Saxonne, le Marquis de Brandenbourg, le Duc de Zanoxy, &c. *Poſtremum vocabulum eſt corruptum, & pro eo forſitan reſcribendum*, de Zechoy, *id eſt, Bohemia. Nam ſupra docuimus*, Zechios *vocari Bohemos. Et ante Concilium Viennenſe, pro Ducatu Bavariæ idem fuit in Lugdunenſi Concilio ſtatutum, ut ſupra vidimus, & alibi fuſius a nobis exponitur.*

(γ) Decretis utrimque fact.] *Auguſtano pro Bavaria in* Conſtitution. Imperial. tom. 1. anno 1275. ſol. 311. *Erfordiano pro Bohemia in* Conſtit. D
Imp. tom. 2. anno 1290. fol. 85.

(*) Conferri de hac controverſia merentur Schilterus *de libert. Eccleſ. Germ. lib. III. c. 8. §. 17. & ſeqq.* nec non in *comment. ad Jus Alem. c. 8.* Tolnerus *Hiſt. Palat. c. 4. & 6.* Hertius in *Diſſert. de renov. R. J. & Boh. nexu ſect. 2. § 8. & ſeqq.* Ludevvig *de Jure ſuffragii R. Bohem. cap. 2 §. 10.* & *in comment. ad Aur. Bull. tit. 7. §. 2.* & quotquot fere ex recentioribus de Jure publico commentati E
ſunt. Num vero omnes in hac controverſia difficultates ſuperarint, examinare nunc non licet.

(**) De hoc munere Archidapiferatus nihil in decreto Rudolphi Habſp. Auguſtano.

(***) In Comitiis Erfurtenſibus confirmatum eſt hoc archiofficium Bohemo, quod a quo tempore primum adminiſtraverit, non conſtat. Si vera, & ex eo ævo ſunt, quæ narrat Chron. M. Belgic. jam in coronatione Wilhelmi Batavi hoc munere defunctus eſt Bohemiæ Rex.

(δ) Regiæ dignitatis faſtig.] *Æneas Sylvius in* F
Deſcript. German. cap. 65. *Pet. de Andlavv* lib. 2. Roman. Imper. cap. 4. fol. 81. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull cap. 4. concluſ. 41. & concluſ. 49. lit. c. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſſ. 4. cap. 3. num. 13. & ſeqq. *Arumæus in* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 2. *Nardermannus* de Jure Principat. concluſ. 84. *Conradus & Benedict. Carpzovii in* tractat. de Regalib. cap. 2. reg 19. *Brudlacht in* Epitom. Juriſprudent. publ. lib 3. cap. G
7. num. 10. *Hanſmannus in* Reſolution. de Re monet reg. 7. lit l. *Gumpeltzhaimerus apud Arumæum in* Diſcurſ. Academ. tom. 2. ſol. 752. *Hinc Sigiſmundo*

A primumque honoris locum inter eos, quem ex antiqua tenebat prærogativa, (α) in poſterum quoque ſervare & occupare lege ſancita (β) juſſus eſt.

4. Non tamen Regiæ dignitatis intuitu, quam tum nullam habebat, [γ] ſed ratione officii, (δ) (*) quo in Curia ſeu Palatio Imperiali fungitur, in jus eligendi receptus eſt. Unde veteres illi verſus ab Interpretibus relati:

Moguntinenſis, Treverenſis, Colonienſis,
Quilibet Imperij fit Cancellarius horum.
Eſt Pallatinus Dapifer, Dux Portitor enſis,
Marchio Præpoſitus Cameræ, Pincerna Boemus.
Hi ſtatuunt Dominum cunctis per ſæcula ſummum.

B Qui verſus videntur ſub Richardo Cæſare, aut non ita multo prius compoſiti, cum faciant mentionem Palatini Comitis, qui ſub Friderico II. Imper. primum hoc officio potiri cœpit, ut paulo ante indicavimus.

5. Et licet Rex non eligat ideo, quia Rex eſt, ſicut tamen jus eligendi & officium Archipincernatus, quibus Rex Bohemiæ fungitur, nexu junguntur adamantino, [ε] ut a ſe invicem ſejungi ac ſeparari non queant: ita Electoralis dignitas inſeparabiliter adhæret

mundo Regi Hungariæ, licet Marchionis ſolummodo Brandenburgii vicem in conventu Electorio gereret, primus tamen locus Regiæ dignitatis intuitu fuit a Collegis ultro ceſſus & oblatus, ſi vera ſunt, C *quæ commemorat Dubravius* lib. 23. fol. 195. *in hunc modum*: Germani, Roberto Bavaro amiſſo, ad alium eidem ſurrogandum animos adjiciunt, Moguntino Comitia Electoribus indicente. Ad quæ cum Sigiſmundus Rex Hungariæ, tanquam Marchio Brandeburgenſis, qui unus Electorum habetur, veniſſet, dignitatisque Regiæ gratia primus ſententiam eſſet rogatus de Cæſare nominando, ſeipſe nominavit: Me, inquit, ego novi, alios non itidem, an æque mecum Imperio orbis D digni ſint, preſertim in tanto rerum motu, quo Italia quoque ſchiſmate ibi durante plurimum laborat *&c. Eadem repetit Boregk in* Chronic. Bohem. part. 2. fol. 348. *Arnmæus in* Diſcurſ. 3. ad Aur. Bull. concluſ. 13. *Freherus in* Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 2. *Vide tamen, quæ hac de re ſuperius* cap. 5. num. 7. *admonuimus.*

(α) Ex antiqua prærogat.] *ut Vladislaus II. in Comitiis Ratiſponenſibus anno 1158.* Procerum Dux, *id eſt*, primus primorum Imperii, *hoc eſt, Ele-* E *ctorum* Princeps; *Guntherus* lib. 6. Ligurin. verſ. 446. *Idem Vladislaus jam Rex in Concilio Papienſi, anno 1160. a Friderico I. Imp. congregato, apud Radevicum Friſingenſ.* lib. 2. de Geſt. Friderici I. Imp. cap. 70. *& Conſtitut. Imperial.* tom. 1. fol. 275. *Primislaus Ottocarus in Decreto electionis Philippi Cæſar. apud Baronium* Annal. eccleſ. tom. 10. anno 1196. §. 61. *& in Comitiis Egranis anno 1213. celebratis, apud eundem Baron.* tom. 11. anno 1097. §. 71. *& Bzovium* tom. 13. anno 1213. F num. 3. *& Conſtitut. Imperial.* tom. 1. fol. 290. *ubi perperam ſcribitur* Gladiacus *pro Primislaus Ottocarus II. in electione & coronatione VVilhelmi Cæſaris Coloniæ peracta anno 1247. apud Joan. de Beka in* Chronic. Epiſcopor. Trajectenſ. in Ottone III. fol 65. *Joan. Nuſſienſ. Monach. in* Magno Chron. Belgic. *Trithemium in* Chron. Hirſaug. anno 1249. fol. 188. *Bzovium* Annal. eccleſ. tom. 13. anno 1248. num. 1. *Conſtitut. Imperial.* tom. 1. fol. 307. & tom. 3. fol. 400.

G (β) Lege ſancita] *in Aur. Bulla Caroli Quarti Imp.* tit. 4. §. 1. & § 4. tit 6. & tit. 22. in fin.

(γ) Nullam habebat] *quippe quam anteceſſoribus ejus ademerat Arnulphus Imperator, ut ſupra docuimus; obtulit quidem S. VVenceslao Duci Otto I. Imp. ſed is eam neglexit: reſtitutam denique Uratislao Duci ab Henrico IV. Imp. Succeſſores ejus inſuper habuerunt.*

(δ) Ratione officii] *eligit nempe non quia Rex eſt, ſed quia Miniſterialis vel Officialis, ſeu Officiatus Imperii, hoc eſt, Archipincerna, ut tradunt tam veteres, quam recentes auctores: Henri-* 319 *cus Cardinal. Hoſtienſ in* c. venerabilem, in princ. Ext. de Elect. & elect. poteſt. *Auguſt. Triumphus* de Poteſt. eccleſiaſt. quæſt. 35. artic. 2. *Martinus Polonus in* Chronica, *quam vulgo vocant* Martinianam, *Radulph. de Columna* de Translat Imper. cap. 9. *Anton. Florentin.* Hiſtoriar. part. 2. cap. 4. num. 16. *Marſilius Menandrinus* de Translat. Imperii, cap. 11. *Joan. Bæmlerus in* Chron. Cæſarum in LXXXVI. Cæſar. ſub rubr. *VVie die ſyben Kurfürſten geſetzt vvurden*, in verb *des Reichs Oberiſt Ampelent. Freherus* Origin. Palatin. part. 1. cap. 15. *Gevvoldus in* Comment. de S Roman. Imper. Septemvirat. cap. 9. circa fin. *VVindeckius* de Princip. Electot. orig. & inſtit. cap. 4. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Reg. & Imper. Roman. concl. 10. num. 44. quæſt. 5. in princ. *Bertramus de* Comitiis Imper. membr. 3. concluſ. 31. *Kœnig in* Theatr. politic. part. 1. cap. 30. num. 31. *Æmil Chreggrene in* Velitat. de Septem S Rom. Imp. Official. num. 13. *Boindorffius in* Diſſert. de Jur. publ. Rom. German. Imper. diſcurſ. 3. de Elector. concluſ 64. *Zælnerus* de Regis Roman. elect. concluſ. 10. litera d.

(ε) Nexu jungun. adamant.] *Andr Knichen* de Saxon. non provocand. privileg. verb Electorum, cap. 1. num. 216. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. q. 5. rat. 7. *Freherus* Orig. Palatin. part. 1. cap. 15. *VVindeckius* de Princip. Elect. orig. cap. 14. *Chreggrene in* Velitation. de Septem S. Rom. Imp. Official. num 13.

(*) Videatur Hertius *de Renov. R. J. & Boh. nex. ſect. II. §. 8. &c.* ut & Ludevvig *de Jure ſuffrag. R Boh. cap. 2. §. 10.* In initio ratione provinciarum ſine dubio Electores habebant jus eligendi Regem, poſtea vero cum illorum numerus reſtringeretur, illi præſertim dignitatem ſuam conſervarunt in hoc negotio, qui archiofficio gaudebant; cum enim hi præ cæteris in ejuſmodi actibus adeſſe deberent, ſenſim reliquorum jus, qui ob varias cauſas eis intereſſe nolebant, præſentibus adcrevit. Ceterum verſus hos non putem ſub Richardo vel paulo ante eum compoſitos, nullum enim iis ineſt tantæ antiquitatis veſtigium.

hæret ipſi Coronæ [α] Regni Bohemiæ, ut qui non habet Regnum, [β] Elector eſſe A
non poſſit, [γ] nec pro Rege habendus, [δ] qui jure eligendi & officio illo caret, quæ a Regno dividi nullo modo poſſunt, ut eſt in Aurea Bulla (ε) conſtitutum.

6. Errant ergo, & turpiter quidem errant, qui aſſeverare non ambigunt, [ζ] ut cæteris Electoribus ſpecialiter conceſſæ ſunt arces & civitates, quas Electorio nomine obtineant, ita Luſatiam inferiorem [*] ad Regem Bohemiæ pertinere, ceu Electoris poſſeſſionem. Nam nec alia cæterorum Electorum poſſeſſio eſt Electoralis, quam ipſe
Palatinatus Rheni, olim Ducatus Bavariæ, ipſe Ducatus Saxoniæ ſuperioris, ipſa Mar- 316
chia Brandenburgenſis, nec Regis Bohemiæ, quam ipſum Regnum. Unde in Corpore Imperii quadripertito pro civitatibus Electoralibus, *Churſtætte*, reputantur Praga
vetus [η] in Regno Bohemiæ, Heidelberga in Palatinatu Rheni (olim Amberga in ſu- B

(α) Ipſi Coronæ] *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſiaſtic. claſſ. 4. cap. 7. n. 1. *Freherus in* tract. de Teſtament. tutel. curaque Electoral. Palatin. *Goldaſtus in* Senior. ſive de Majorat. lib. 2. cap. 3. num. 3. & ſequentib. *Thom. Michael* de Juriſdict. concluſ. 132. lit. e. *Gerhardus apud Arumaeum in* Diſcurſ. Academ. de jur. publ. tom. 1. fol. 549. *Suevius apud eundem* tom. 2. fol. 185. *Bertramus apud eundem* d. tom. 1. fol. 127. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ. cap. 6. num. 25. & cap. 29. num. 32. & ſeqq. *Æmil. Chreggrene in* d. Velitat. de ſeptem S. Rom. Imper. Official. num. 13. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 2. diſſert. 6. th. 17.

(β) Qui non hab. Regn.] *puta frater, aut agnatus, aut alius quivis de parentela Regia, qui olim pariter ſibi jus eligendi & officium Pincernale arrogabant: Andreas Ratiſponenſ. in* Chronic. Bavar. fol. 78. *Aventinus* lib. 7. Annal. Bojor. fol. 603. *Gevvoldus in* Antitheſ. de Elect. Palatin fol. 1. & in Comment. de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 10. fol. 178. *Freher. in* tractat. de Elector. Palat. contra Gevvold. fol. 27. *Quod Urbanus VI. Papa, ne in poſterum fieret, interdixit in Decretali ad inſtantiam Ruperti, Electoris Palatini, anno 1381. reſcripta, apud Freher. in* d. tract. de Teſtament. tutel. Elector. Palat.

(γ) Elector eſſe non poſſ.] *modo non ſit violenter & injuſte Regno pulſus, ut fuerunt Borivojus, Otto, VVenceslaus, Conradi ſucceſſor, Sigiſmundus, Albertus, & Ladislaus Alberti filius. Quo in caſu, quia expulſus retinet poſſeſſionem natura-*
315 *lem, a jure eligendi & officio Pincernatus excludi non debet. Et ita de conſuetudine Imperii noſtri practicatur etiam in aliis Principatibus. Exempli gratia, Magnus Magiſter Boruſſiæ, Epiſcopus Genevenſis, Epiſcopus Lauſannenſis, & Epiſcopus Curienſis, licet Principatibus ſuis ſint expulſi, tamen in Comitiis Imperii adhuc ad ſeſſiones ſuas & ſuffragia admittuntur, quod per vim injuſtam a ſeditioſis fuerint depoſſeſſionati, ut ipſi propalam conqueruntur, & Regiam Cæſaris manum pro reſtitutione implorare non ceſſant.*

(δ) Pro Rege habendus] *ut nec viciſſim pro Electore haberi debet occupator Regni, vel intruſus a ſeditioſis, vel injuſtus & illegitimus invaſor, aut malæ fidei poſſeſſor. Cujuſmodi fuiſſe memorantur Henricus Carinthius, VVitoldus Lituanus, Ziſca, Caſimirus Polonus, Matthias Hungarus, Georgius Podiebragius. Ideo nec Henricus ad Henrici VII. Lutzenburgii, nec VVenceslaus ad Ruperti vel Sigiſmundi, nec Caſimirus ad Alberti II. electionem fuit admiſſus. Et quia Uladislaus quoque Poloniæ Caſimiri Regis ex Anna Bohema filius, pro tali intruſo habebatur, non fuit & ipſe ab Imperatore & Electoribus ad Electionem Maximiliani I. Imperat. vocatus; ſed poſtquam demonſtravit ſe juſto titulo, & jure materno, itaque hereditario ac ſucceſſorio, ad Regnum perveniſſe, fuit demum in Collegium Electorale receptus, ut videre eſt in ſanctione Electorum in Reichsſatzungen* part. 2. anno 1489. fol. 178. *Quam ſanctionem pro Rege Bohemiæ, poſſeſſore Regni, producunt interpretes noſtri. Hart. Maurus* de Coronat. Caroli V. Imper. *Freherus in* Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 2. C *Buxdorffius* ad Aur. Bull. concluſ. 18. lit. d. & lit. e. *Cluten in* Syllog. rerum quotidian. concluſ. 24. lit. e. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imper. Roman. concluſ. 10. numer. 44. *Arumæus* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. *Dan. Otto in* Diſſert. de Jur. publ. Imper. Roman. Germ. cap. 10. fol. 233. *Bertramus apud Arumaeum in* Diſcurſ. Academ. tom. 1. fol. 124. *Gumpelzhaimerus apud eundem* tom. 2. fol. 752. *Beindorffius apud eundem* tom. 3. fol. 267. *Cubachius* D lib. 2. Juriſprud. publ. cap. 6. num. 20. & ſequentib. & cap. 8. in fin. *Zalnerus* de Regis Roman. Elect. concluſ. 30. lit. d. in fin. *Quid nuper cum Matthia Auſtriaco Hungariæ Rege, in Conventu Electorum Collegiali anno 1611. Norimbergæ ſit actum, in recenti omnium eſt memoria: & me latere non poteſt, utpote qui tunc Norimbergæ impræſentiarum fuerim, & a Regiis Legatis conſultus reſponſum dederim, quod nunc conjunctim exhibemus.*

(ε) Aurea Bulla] *tit. 20. per tot. ubi ratio, quam ſecutus Accurſium in* l. 7. D. commun. dividundo, E *aſſignat, de bonæ fidei poſſeſſore debet intelligi, non de uſurpatore aut incubatore Regni, qui pro prædone habetur, ut ſpecialibus Bullis explicarunt ipſemet Carolus Quartus Imper. VVenceslaus Cæſar ejus filius, & Sigiſmundus Imper. ut alibi docemus.*

(ζ) Non ambigunt] *Georg. Fabricius* lib. 5. Origin. Saxonic. fol. 542. *Bertramus in* Diſſert. de Comitiis Imper. membr. 3. concluſ. 31. *apud Arumaeum in* Diſcurſ. Academic. de jur. publ. diſc. 9. fol. 125. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & F Imp. Rom. concl. 10. num. 44. q 5 rat 8 *VVindeckius in* Comment. de Princip. Elector. orig. cap. 15 n. 9.

(η) Praga vetus] *quam dicunt ab Epiſcopo Bambergenſi in feudum dependere. Et confirmavit mihi Dom. Doctor Baptiſt. Eyſen, ſe vidiſſe & legiſſe diplomata inveſtiturarum.* (**) **

(*) Ita pariter ſentit Limnæus *lib. III. de I. P. c. 8. §. 17.* nec non Balbinus, aliique, quos confutavit Schurtzfleiſchius *diſſert. 18. p. 13.*

(**) Idem confirmavit Johannes Chriſtophorus G Eyſenius, Baptiſtæ filius, qui cum Johanne Cunrado Dieterico (ut in *Henrico Aucup. II. §. 8.* teſtatur) communicavit nonnullas literas reverſales, ut vocant, Regis Bohemiæ, nec non inſtructio-

A periori Bavaria, & quidem verius,) Witteberga (a) in Ducatu Saxoniæ, & Cuſtrinum
in Marchia.

nem legati Bambergenſis, quæ concernebant Pincernatum, & loca in Bohemia feudo Epiſcopo Bambergenſi obnoxia, in quibus hæc legebantur: *Das ſchencken ampt mit allen ſeinen Ehren, Rechten, VVurden und Gerechtigkeiten, auch die alte Stat Prag mit aller ihrer Zugehærung.*

(a) Witteberga] *cujus inveſtituram, ut & vici Trebicii, petere Electores Saxoniæ a Bambergenſibus Epiſcopis, ex ſanctione S. Heinrici II. Imp. affirmat Ludovic. Perſona, Conſiliarius Electoralis Saxonicus, in* Orat. de Witteberga.

CAPUT VIII.

*Pincernatus Imperij olim erat ambulatorius, a Sueviæ & Franconiæ Ducibus ad-
miniſtratus, ab Ottone III. Imper. in Bohemum jure hereditario collatus. Truſtinus,
B Droſſatus, Truckſeſs, unde dicti. Culinarius, Cociſtro, Bucellarius pro Dapifero. Ahe-
num olim Bohemiæ inſigne Electorale, nunc Calix aureus. Calixtini cur dicti Huſſitæ.
Enſem Cæſari præferre Regibus præſentibus permittebatur honoris ergo. Archipincerna-
tus Imperij ab Imperatore immediate in feudum recipitur, non ab Epiſcopo Bambergen-
ſi. Pincernatus Epiſcopæ Bambergiæ diverſus ab Imperiali & Electorio. Hujus Baro
de Limburg, illius Nobilis de Auffſetz, vicem gerit. Scanzo, Butticularius, Cellerarius,
pro Pincerna. Vinum aqua mixtum olim Imperatoribus, Regibus ac Principibus propi-
nabatur. Vicepincernæ cedit ſcyphus Regius. Archiofficiales Imperij Servorum inſtar a
Cæſare non haberi, contra Bodinum. Regem Bohemiæ de jure teneri ad officii hujus
exhibitionem, contra Caſtaldum. Eſt tamen in Regis voluntario arbitrio ſub corona Re-
C gali miniſtrare, vel pileo Electorali. Nec habet ex ſpeciali Privilegio, ſed jure ſuæ Re-
giæ dignitatis, ut poſſit Coronam in capite geſtare in ſolennibus Imperii pompis ac proces-* 317
*ſionibus. Rege vel abſente, vel in Imperatorem electo, non Legatus Regis, aut Pincer-
na Aulicus, ſed S. Rom. Imperij Pincerna hereditarius, vices ejus adminiſtrat.*

OLim antiquitus ſub priſcis illis Francis & Saxonicis Imperatoribus ac Regibus,
quatuor illa prima & ſumma S. Imperii Romano-Germanici Officia erant
temporanea [a] & ambulatoria, atque pro arbitrio Imperatorum & Regum
inter Principes ſibi dilectos, beneque de ſe ac Imperio meritos diribebantur.
Ne repetam ab ultimis memoriis exempla, de inauguratione & coronatione Ottonis I.
Imperatoris anno DCCCCXXXVI. Aquiſgrani facta ſcribit Witichindus (β) Corbeienſis:
D *Lothariorum Dux Giſelbertus omnia procurabat; Everhardus menſæ præerat; Heriman-
nus Franco Pincernis; Arnulfus Equeſtri ordini, & eligendis locandisque caſtris præerat;
Sifridus Saxonum optimus, & a Rege ſecundus*, &c. Quo in loco Windeckius (γ)
Lotharingiæ Ducem, quem Witichindus facit *Procuratorem*, interpretatur fuiſſe Præfectum
Aulæ, verius dixiſſet Cameræ. Eberhardum autem ſcribit fuiſſe Comitem Franconiæ,
& tum Dapiferi; Hermannum Sueviæ Ducem Pincernæ; & Arnulphum, quem ipſe Ar-
noldum vocat, Bavariæ Ducem, Mareſcalci munus obiviſſe. Sed Eberhardum illum
intelligi debere Bojariæ Ducem, Arnoldi Ducis filium, exiſtimat Gewoldus. (δ) At
Luitprandus (ε) Ticinenſis, illi ſynchronus, & Ottonis I. Imp. Conſiliarius, vocat *Co-
mitem*; Palatinum fuiſſe Heroldus (ζ) & Leodius (η) opinantur: recte, ſi de Bavariæ
E Palatinatu accepiſſent: licet Franconiam quoque & forte Rhenanas quaſdam partes ſub
ſua ditione habuerit. (*) Herimannum quoque *ditiſſimum Suevorum Ducem* idem Luit-
prandus (ϑ) appellat, quem Witichindus non recte *Franconem* (**) facit.

2. Hinc

(a) Temporanea] *Freherus* origin. Palatin. part. 1. cap. 10, *Gevvoldus* de S. Rom. Imper. Septemvirat. cap. 10.

(β) Witichindus] *de Geſtis Saxon. lib. 2. in princ.*

(γ) Windeckius] *de Princip. Elector. orig. & inſtit. cap. 14. & ante eum Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. ætat. 6. cap. 46.

F (δ) Gevvold.] *de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 10. fol. 169.*

(ε) Luitprandus] *lib. 4. Rer. per Europ. geſtar. cap. 9.*

(ζ) Heroldus] *in Exegeſi ſucceſſion. Palatin.*

(η) Leodius] *in Comment. de Palatin. orig.*

(ϑ) Idem Luitprand.] *lib. 5. Rer. per Europ. geſt. cap. 1. in princ.*

(*) Eberhardum, gente Francum, Comitem Palatinum fuiſſe, multis demonſtrat Tolnèr. *in Hiſt. Palat. c. 7.*

(**) Minus recte Withikindum reprehendit Goldaſtus, quod Hermannum Franconem vocet, non enim ratione Ducatus ſui; ſed ratione originis ita nominatur, cum gente eſſet Francus &
ejuſdem

2. Hinc licet Meſico & Boleslaus (α) Bohemiæ Duces Curiæ ab Ottone III. Imper. A
318 Quedlinburgi anno DCCCCLXXXV. celebratæ interfuerint, neuter tamen eorum officio ſive Dapiferi ſeu Pincernæ functus fuiſſe legitur. Rem narrat Ditmarus (β) Merſeburgius, hiſce verbis: *Celebrata prima Paſchalis ſolemnitas in Quindilingeborg a Rege, ubi quatuor miniſtrabant Duces, Henricus ad menſam, Conradus ad Cameram, Hezil ad Cellarium, Bernhardus equis præfuit.* Quæ verba ſic interpretatur Georgius Fabricius; (γ) *Henricus Bavarus* (δ) *Dapiferi, Conradus Francus Camerarij, Hecilo Palatinus* [ε] *Pincernæ, Bernardus Saxo Stabularij munere functus eſt.* Et Dapiferia quidem in Domo Bavarica inde uſque permanſit: ſed Pincernatus a Palatino Bavariæ *Hezilone,* (*) qui & *Enzelius,* & *Henricus* dicitur, in Ducem Bohemiæ fuit poſtea translatus.

3. Primus Otto iſte III. (ζ) Imperator illuſtriſſima hæc officia in certas familias de- B
cennio poſt diſtribuit, & perpetua fecit atque hereditaria; (**, &, ut penes eoſdem ac ſolos illos eſſet jus ac poteſtas eligendi Romanum Imperatorem, conſtituit. Quod atteſtari videntur, quotquot Septemvirum Electorum inſtitutionem ad Ottonem III. auctorem referunt, & illud vulgatum in ore calamoque habent: *Bohemus eligit, quia Pincerna eſt.*

4. Antea quidem Boleslaus I. Dux Bohemiæ, in gratiam Imperii receptus, ſub Ottone I. Imperat. munus Dapiferi, quem & *Menſarium* nuncupant, & *Truſtinum,* (η) & *Magiſtrum Culinæ* (θ) ſive *Coquorum,* in Curia Imperiali ſuſtinuit, & quidem jure
319 hereditario, ſi verum eſt, quod Hagecius [ι] commemorat, ita ſcribens: *Der Keyſer kondte die intercesſion der Furſten nicht wol abſchlagen, erließ ihm* (Duci Boleslao) *die* C
ungnade, unnd gebot, daß er unnd ſeine nachfolgende Hertzoge ihm dienſte leiſten ſolten. Beſtellet auch alſobald, daß Boleslaus einen keſſel in deß Keyſers kuchen uber dem fewer halten, und dieſen dienſt dem Keyſer ſtets leiſten ſolte. Et poſtibi: *Daß er unnd alle künfftige Hertzoge in Bœhmen, ſo offt es ein Rœmiſcher Keyſer erfordert, jemand anders an den Keyſerlichen Hoff an ihrer ſtell ſenden, und dem Keyſer in der küchen*

ejuſdem cum Eberhardo, modo memorato, proſapiæ. Quod ſi teneamus, nec opus eſt cum Cocceio cap. XII. §. 5. J. P. hic transpoſitionem fingere, quaſi τὸ *Francus* ad Eberhardum ſit potius referendum, ut locum ſuum occupet.

(α) Meſico & Boleslaus] *Ditmarus* lib. 4. de Geſt. Saxon. fol. 36. *Fabricius* lib. 2. orig. Saxon. anno 985.

(β) Ditmarus] *d. lib. 4. fol. 36.*

(γ) Georg. Fabric.] *d. lib. 2. in Ottone III. Imp. anno 985. Andreas VVitichindus* part. 1. cap. 15. fol. 245. *VVindeckius* in Comment. de Princip. Elect. orig. & inſtit. cap. 14. *Viſcherus in* Diſc. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 46.

(δ) Henricus Bavarus] *an fuerit Dux Bavariæ, controvertere & in dubium vocare ſatagit Freherus* in Epiſtol. reſponſor. ad Gevvold. in Not. fol. 16. *& VVilhelm. Dilichius in* Chron. Haſſiæ part. 2. fol. 115. *ubi Palatinum Rheni, & Franconiæ, Haſſiæ, &c. Ducem facit. Sed fuiſſe Bavarum, S. Henrici Imper. patrem, evincit Gevvoldus in* Antitheſi de Elector. Palat. num. 8. & in Replicat. ad Freher. fol. 11. & in Comment. de S. Roman. Imp. Septemvirat. cap. 10. fol. 168. *VVindeck.* d. cap. 14. *Greiſerus in* Not. ad Divos Bambergenſ. in Vitam S. Henrici Imp. cap. 9. *ubi docet, eum etiam ſuperioris Franconiæ Ducem, & Comitem Babebergæ fuiſſe.*

(ε) Hezilo Palatinus] *Palatinum Comitem Rheni facit Heroldus in* Exegeſ. ſucceſſ. Palat. Franciæ. *Sed Palatinum fuiſſe Bavariæ, Principatumque obtinuiſſe Bohemiæ conterminum, ſupra indicavimus* lib. 2. cap. 4. §. 4.

(ζ) Otto iſte III.] *Freherus* Orig. Palatin. part. 1. cap. 15. *Gevvoldus in* Comment. de S. Rom. Imper. Septemvir. cap. 10. *Clusen in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. *Chreggrene in* Velitat. de Septem S. Rom. Imp. Official. n. 12. *VVindeckius* de Princip. Elect. orig. cap. 14.

(η) Truſtinum] *a truſte, id eſt, ſolatio, troſt, non autem a truvv, id eſt, fide, ut Pithœus, Lin-* D
denbrogius & Bignonius opinantur. Nam & Latinis ſolatium *de rebus ad victum pertinentibus uſurpatur. Ergo* Truſtinus, *qui Marculpho in Formul. eſt* Antruſtio, *dapes ſeu victualia Principis procurabat. Veſtigia nominis remanſerunt in* Truckſes, *qui propius origini a Saxonibus nominatur* Truſſatus. *Vidi enim aliquot antiqua inſtrumenta Principum, Prælatorum & Comitum VVeſtphaliæ, ac inferioris Saxoniæ, in quibus* Dapifer *Latine redditur, qui vernaculo illorum ſermone Troſt,* Droſſa- E
tus, *vocitatur, hoc eſt, Præfectus. Amptmann, qui & veteribus Romanis* Procurator *dictus. Sed hodie Archidapiferiæ ſignum non eſt ahenum, ſed* Globus aureus, *ut Freher. in* Orig. Palat. *Gevvold.* de Septemvirat. cap. 7. in fin. & cap. 10. fol. 170. *Greiſerus* lib. 2. de ſancta Cruc. cap. 54. *demonſtrant.*

(θ) Magiſtrum Culinæ] *in Aur. Bull.* tit. 27. §. fin. *vocatur* Magiſter Culinæ, *qui vulgo* Dapifer, *Germanice Erbküchenmeiſter & Erbtruckſes:* F
olim Cociſtro, *Meurſius* lib. 1. Animadverſion. miſcell. cap. 3. *&* Buccellarius; *Turnebus* lib. 24. Adverſar. cap. 16. & lib. 26. cap. 15. *Rigaltius in* Gloſſar. tactic. *Lindenbrog. in* Gloſſar. legum antiq. *idem Meurſius in* Gloſſar. mixobarb. *in Decretis Regis Hungariæ,* Magiſter Dapiferorum.

(ι) Hagecius] *in Chron. Bohem. part. 1. anno* 320
964.

[*] Hezilonem hunc fuiſſe Comitem Palatinum Rheni, non Bavariæ, Hermanni primogenitum, G
multis docet Tolner. in *Hiſt. Palat. c. 9.*

(**) Conf. quæ notavimus ad *cap. VI. §. 2.*

A *dieſen dienſt zu leiſten ſchuldig ſeyn ſollen. Und deſſen ſol ein jeder Hertzog in Bœhmen zu einem zeichen einen keſſel, ſeiner gemeinen farbe, im rothen oder fewrigen Felde zum Wappen fuhren.* Ex quibus verbis conſtat, etiam tum temporis licuiſſe primis Imperii Officiariis officium ſuum in Curia Imperiali per vicarium vel ſubofficiatum miniſtrare: & quod iidem illi ſummi Officiales ſignum officii ſui in armis vel inſignibus, more adhuc conſueto, geſſerint. Erat tunc Ducatus Bohemiæ inſigne, *Aquila nigra in campo flammeo*; cujus pectori ab Ottone I. Imper. inſertum *ahenum* vel *caldarium rubrum*, (*) in ſignum officii Archidapiferiæ: quod mutato per Ottonem III. Imp. officio, nunc eſt *Calix Aureus*, (α) in ſignum Archipincernatus. Et hactenus quidem vere Hagecius; cætera quæ ex vulgi Bohemici fabulis intermiſcet, abſurda ſunt & ridicula, ſed quæ ta-
B men homini Presbytero & in rebus Imperii noſtri imperito condonanda cenſeo. Quod enim Boleslao ſeſe humiliter ſubmittenti, fidemque & obſequium juranti Cæſar ex gratia & ſpeciali privilegio indulſit, id ille interpretatur ſervile miniſterium, Boleslao ejuſque poſteris in pœnam impoſitum ob rebellionem & patratum fratricidium.

5. Quod autem Arnoldus (β) Lubecenſis ſcribit de Primislao Ottocaro in Comitiis Moguntinis anno MCC. a Philippo Cæſare ad Regiam dignitatem evecto: *Bojemo etiam major dignitas acceſſit, ut cum antea Ducatum teneret, titulo Regio a Philippo ſublimatus, ibi & ipſe procederet coronatus, & gladij Regij bajulus*: videtur Regiæ magis dignitati pro tempore largitum, ut enſem Cæſari præferret, quam ordinario officio, quod Dux Saxoniæ obtinebat. Idem namque honos Magno Regi Danorum [γ] & Ve-
C nedorum a Lothario II. Imp. in Comitiis Halberſtadianis anno MCXXXIV. fuit delatus, ut gladium Cæſari in publica proceſſione prægeſtaret.

6. Sed officium Archipincernatus Duci Bohemiæ jure hereditario in beneficium ac feudum gratioſum conceſſit Otto III. confirmavit S. Heinricus II. Imperatores Auguſti: quod populi Romani nomine ratum gratumve habuere Gregorius V. & Sylveſter II. Pontifices Maximi; (**) adeo ut Rex Bohemiæ ſit Archipincerna non tantum Regni Germaniæ & Galliæ, verum etiam Imperii Romani & Regni Longobardorum; & officium hoc immediate ab Imperatore & S. Romano Imperio in feudum recipiat, ut & literæ Imperatorum inveſtiturales (δ) teſtantur, & Interpretes (ε) noſtri comprobant.

7. Ex hoc ergo officio Rex Bohemiæ tenetur electo Romanorum Imperatori primum

D (α) Calix Aureus] *quem Leo albus coronatus unguibus ſuis tenet, ut videre eſt in pictis Regni Bohemia inſignibus. Huſſita id pro omine interpretantur futura in Religione apud Bohemos mutationis. Unde* Calixtini *dicti, qui Calicis eucharistici uſum in eccleſiam reduxerunt.*

(β) Arnoldus] *in Supplement. Helmoldi Chron. Slavor. lib. 6, cap. 2.*

(γ) Magno Regi Danor] *Krantzius* lib. 6. Saxon. cap. 4. *& ibi Ciſnerus in* not. margin. *Johan.*
E *Pomarius in* Chron. Saxon. tit. *Sigenborg* fol. 217. *Bodinus* lib. 1. de Republ. cap. 10.

(δ) Inveſtiturales] *quarum nonnullas Joh. Bapt. Eyſen in* Deduct. Bohem. in Beylagis num. 2. n. 17. n. 18. n. 21. & n. 27. *publicavit.*

(ε) Interpretes] *Andr. Knichen* de Saxon. non provoc. privileg. verb. Electorum, cap. 1. n. 101. & num. 156. *Freherus* Orig. Palat. part. 1. cap. 15. & in Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 15. fol. 201. *Clu-*
F *ton in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. *Bertramus* de Comitiis Imp. membr. 3. concl. 32. *Mart. Magerus* de Advocat. armat. cap. 5. n. 426. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 46 *VVindeckius* de Princip. Elect. orig. cap. 14. *Chroggreno in* Velitat. de Septem S. Rom. Imp. Official. n. 11. & ſeqq.

(*) De his Auctor noſter jam egerat *lib. II. c. 3. §. 19. in not.* verum pluribus hoc argumentum pertractat *h. libr. c. 14. §. 33. &c.* Fabulis id adſcribit Stranskius *de Republ. Bojem. cap. 1.* ut &
G Ludevvig *in Germania Principe p. 453. & 454.* Balbinus vero *in Epit. Rer. Bohem. lib. II. c. 3.* non omnino veritati adverſari hanc narrationem credit, multas enim Boleslai, filiique ejus imagines in variis Bohemiæ templis cum *aheno* conſpici. Sic Boleslaus Pius in Eccleſia *S. Laurentii ſuper Pragam*, quam condidit, in parietibus *Caldarium* cum ſuis inſignibus, tribus fluviis, juſſit inſculpi. Hinc plane probat Goldaſti ſententiam, licet antea fabellis rem ipſam adſcripſiſſet, cum ex actis Henrici III. Cæſaris hæc hiſtoria derivata, maleque Ottoni I. & Boleslao Bohemo tribuatur. Hunc enim Imperatorem Slavis devictis in Pomerania, Marchia, aliiſque ad Oceanum provinciis *quatuor Regulos eorum captos apud ſe habuiſſe, qui diebus feſtis, & diebus coronationis ſua lebetes & caldaria in ignominiam ad coquinam Cæſaream ferre cogerentur*, teſte Michovio *in Sarmatia Europ. lib. I. c. 12.* Sed miror Guldaſtum & Balbinum hic argumentari ex Scriptoribus nimis recentibus, quorum fides in rebus tot Seculis ante ſe geſtis non ſolum ſubleſta, ſed & plane nulla eſt, nam inſignia uti hic deſcribuntur, tunc temporis adhuc erant incognita, & quamdiu archiofficia ambulatoria, tam diu etiam nulla inde inſignia certæ familiæ adhæſerunt.

(**) Falſo hæc principio de origine Electorum innituntur, quaſi illi inſtituti & confirmati ab Ottone III. & Gregorio V. quid enim negotii hac in re Romanis & Pontifici? Privilegium id competebat Germanis poſt Ottonem I. ut, quicquid in Imperio ſancirent, nulla confirmatione Italorum vel Papæ egeret. Sed cum ſemel hanc opinionem amplexus fuerit Goldaſtus, eam in omnibus, quæ inde dependent, tueri debat.

mum miniſtrare potum in ſcypho argenteo inaurato. Aurea Bulla *tit.* 4. §. *fin.* *Pri-* A *mum vero potum Rex Bohemiæ miniſtrabit.* Unde etiam nomina ſortitus eſt, ut *Pincerna*, (α) *Pocillator*, *Scanzio*, (β) *Cellarius*, &c. diceretur. Morem autem miniſtrandi præſcribit Carolus IV. Imp. & ipſe Rex Bohemiæ in d. Aur. Bull. *cap.* 27. §. 5. hunc
321 ad modum: *Rex Bohemiæ Archipincerna veniat ſimiliter ſuper equo, portans in manibus cuppam ſeu ſcyphum argenteum, ponderis duodecim marcarum, coopertum, vino & aqua permixtim* (γ) *impletum: & deſcendens de equo, ſcyphum ipſum Imperatori, vel Regi Romanorum, porriget ad bibendum. Quo peracto*, ſequitur §. *ſeq. Vicepincerna* (δ) *de Limburg equum & ſcyphum Regis Bohemiæ pro ſe recipiat.*

8. Docet hoc ipſa obſervantia, optima legum & conſtitutionum interpres ac cuſtos. Namque Wilhelmo, Regi Romanorum, Coloniæ electo atque coronato, Re- B gem Bohemiæ Ottocarum Archipincernæ munus in primo potu miniſtrando ſolemniter obiviſſe, Annales (ε) in anno MCCXLVIII. teſtantur.

9. Deinde Rudolpho [ζ] I. Cæſari Auſtriaco, in coronatione Reginæ conjugis, Wenceslaum Bohemiæ Regem, ipſius generum, pocillandi officio functum eſſe, a nonnullis affirmatur.

10. Quan-

(α) Pincerna] *Germanice Pfintzer. Unde* Archipincerna, *Primus & ſummus Pincerna; in Geneſi* cap. 40. ℣. 9. *& in Decretis Regni Hungariæ*, Magiſter Pincernarum. *De officio ejus differunt. Joan. Tillius Epiſcopus Meldenſis in* Collectan. Franc. *Falcetus* lib. 1. de Orig. Dignit. Franc. cap. 10. *Buxdorffius in* Diſſertat. ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 51. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. c. *Gul. Stuckius* lib. 3. Antiquit. convivial. cap. 10. *Daniel Otto* de Jur. publ. cap. 10. fol. 275. *Chreggrene in* Velitat. de Septem S. Rom. Imp. Official. n. 34. *Johan. Meurſius* lib. 1. Animadverſion. miſcell. cap. 3.

(β) Scantzio] *Germanice Schenck. Unde Ertzſchenck, Oberſte Schenck, Erſte Schenck*, Ἀρχιοινοχόος, *Caſaubono* Exercit. 13. ad Annal Baron. diatr. 19. *Antiquus* Butticularius, *Buttelier*, *a* butta, *quæ cupam, Kopff, ſeu ſcyphum notat; Franc. Pithœus in* Gloſſar. rer. & verb. obſcur. in capitular. *Meurſius in* Gloſſar. mixobarbar. *Bignonius in* Not. in Marculphi Formul. lib. 1. cap. 25. *Buſæus in* Not. ad Hincmari epiſt. 3. cap. 23. *Lindenbrog in* Gloſſar. legum antiq. *Nec non* Cellerarius *vel* Cellarius, *Keller, Oeconomus, Præfectus Cellæ vinariæ & potuum aliorum; Balbus in* Catholic. *Noſtris tamen moribus officium Oeconomi, Haushoffmeiſters, tum in culina, quam cella procuratione occupatur in Aula, ut & Butticularii & Cellarii in Monaſteriis.*

(γ) Vino & aqua permixtim] *olim ergo Imperatores, Reges ac Principes vinum mixtum bibebant, non merum, ad vitandam ebrietatem. Videatur Eraſmus Roterod. in* Adag. perdidiſti vinum infuſa aqua. *Hieron. Mercurialis* lib. 1. variar. lection. cap. 18. *Gul. Stuckius* lib. 3. Antiq. convivial. cap. 10. *Joſeph. Caſtulio* Obſervation. in Critic. decap. 1. cap. 9. *Meurſius* lib. 2. Critic. Arnob. cap. 5. *Hinc in Regiis Galliæ œconomia Lutetiæ cautum eſt lege domeſtica, ne Oeconomus Aurelianum vinum, tamquam caput multum feriens & inebrians, Regiæ Majeſtati auſit propinare; quam cautionem bona fide & certo juramento obſervare cogitur, ut ſcribit Joh. Steph. Strolberger in* Galliæ polit. medic. deſcript. ſect. 1. fol. 49. *Sed hic mos hodie ab Aulis Principum Germanorum receſſit; qui in Aulis Regum ac Principum Galliæ, Italiæ, atque Hiſpaniæ adhuc frequenti in uſu obſervatur. Maximilianus II. Imp. ſobrius & temperantiſſimus Princeps, admodum delectabatur vinis Neccaricis, quod vaporibus & fumis ſuis caput minus feriant, quam vina Rhenana vel Hungarica, & inprimis Lamenſi prope Heidelbergam, quod in potu quotidiano tum in menſa, quam extraordinarie, ſemper ſibi a Pincerna ſubminiſtrari voluit. Quam tem-* C *perantiam Imperatori, Regibus, & Principibus in diluendo vino, & vitanda ebrietate, præſcribit Salomon Rex ſapiens* Proverb. 31. v. 4. *Baſilius Imp. Conſtantinopol. in* Exhortat. ad filium Leonem Cæſar. cap. 25. *Manuel Palæologus Imp Conſtantinopol. in* Præcept. ad Joannem filium, *Hali Abbas* de Regal. diſpoſit. lib. 15. *Rabbi Moſes Maymonides* Hal. Melachim cap. 3. *& deducit Henr. Kunrath in* Amphitheatr. ſapient. ætern. grad. 1. fol. 35. *Wilhelm. Schickhardus in* tract. de Jur. Regio Hebræor. D cap. 2. theorem. 6. fol. 53. *ubi addit, Muhamedem quoque in* Alkurano *vinum Imperatori prohibuiſſe, quod putaret vix poſſe ſtrenuum aut prudentem Imperatorem eſſe, qui ſit ſtrenuus & imprudens potator*, d. fol. 53.

(δ) Vicepincerna] *Vicarius, Officialis, des H.* 322 *Rœm. Reichs Erbſchenck, Procurator Archipincernæ; Meurſius* d. lib. 1. Animadverſ. miſcell. cap. 3. *Ad quem ſpectat ſcyphus iſte, in quo primus potus fuit Imperatori ab Archipincerna porrectus; Rein-* E *kingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſ. 4. c. 7. n. 6. *Dan. Otto* de Jur. publ. cap. 10. fol. 276. *Cubachius* lib. 2. de Juriſprud. publ. cap. 27. n. 11. & ſeqq. & n. 30. & ſeqq. *Neidlingerus in* Diſcurſ. Acad. de juriſdict. imp. concl. 22. lit. g.

(ε) Annales] *Trithemius in* Chron. Hirſaugienſ. fol. 188. *Joan. Beka in* Chron Epiſcopor. Trajectenſ. in Ottone III. Epiſcop. *Bzovius* Annal. eccleſiaſt. tom. 13. anno 1248 n. 1. *Windeckius* de Princip. Elector. orig. cap. 15. n. 3. F

(ζ) Rudolpho] *quod videtur ipſemet Cæſar atteſtari in functione publicata Erfordiæ in Comitiis anno 1290. in qua eidem Wenceslao progenitorum ſuorum jus & officium Pincernatus in Imperio confirmavit.* Conſtit. Imperial. tom. 2. fol. 85. *de qua confirmatione videntur Gerard. de Roo*, lib. 1. Hiſt. Auſtriac. anno 1286. *Gewoldus* de Septemvirat. cap. 9. & in Antitheſi de Elect. Palat. n. 17. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. concl. 49. lit. f. in fin. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. concl. 24. lit. e. *Bereramus* G de Comit. Imp. apud Arumæum in Diſc. de jur. publ. tom. 2. fol. 123. *Beindorffius apud eundem Arum.* tom. 3. fol. 266.

A 10. Quanta pompa, quantave celebritate idem Wenceslaus Rex Alberto I. Imperatori, affini ſuo, dicti Rudolphi filio, in Comitiis Norimbergenſibus, in quibus Anna Imperatrix coronabatur, anno MCCXCVIII. officium ſuum exhibuerit, vix verba inveniunt auctores, quibus exprimant. Colmarienſis [α] Monachus Dominicanus in Annal. part. 2. *Rex Romanorum Albertus in Nurenberg Curiam ſolemnem celebravit, ibique Regina more debito coronatur, & pene omnes Electores præſentes extiterunt. Ibi dignitas cujuslibet Domini coram Rege ſolemniter recitatur, & quilibet Dominorum Regi in officio ſuo, ſicut debuit, miniſtravit. Rex vero Bohemus cum pretioſiſſima veſte, & equo, qui ad mille marcas æſtimabatur, ſedens, in ſcypho aureo ſibi porrexit.*

11. Errant ergo primum univerſi, qui putant (β) Electoratum Bohemiæ, cum
B officio Archipincernatus, dependere in feudum ab Epiſcopo Bambergenſi. Non enim Electorale officium, quod immediate, ut diximus, ab Imperio inveſtitur, cujuſve Vicarius eſt Baro Limburgius in Franconia, ſed Epiſcopale (γ) Principatus Eccleſiæ Bam- 323
bergenſis ab Epiſcopo illo in feudum recipitur, cujus ſubofficiatus eſt Nobilis de Auffſetz in ſuperiori Franconia, qui bona ad Pincernatum illum Bambergenſem pertinentia a Rege Bohemiæ tenet in ſubfeudum.

12. Errat etiam Bodinus, (δ) dum nugatur, Regem Bohemiæ ex hoc officio ſervi inſtar a Cæſare haberi. Cujus vanitatem & in rebus Imperii imperitiam viri docti (ε) jam pridem exploſerunt.

13. Errat denique Reſtaur. Caſtaldus, [ζ] dum ſcribit, Regem Bohemiæ, niſi li-
C bera voluntate voluerit, non teneri ad primum Imperatori potum miniſtrandum.

14. Etenim velit nolit Rex Bohemiæ, tenetur tam de jure, quam ex officio ſuo, ad honorabile iſtud miniſterium Imperatori exhibendum. Illud in quæſtionem [η] aliquando venit, an cogatur ſub Corona Regali, quia Rex eſt, miniſtrare, an cæterorum inſtar Electorum ſub pileo ſaltem Electorali? Quam rem Albertus I. [ϑ] Imp. in Comitiis Norimbergæ anno MCCXCIX. celebratis in hunc modum decidit: *Die Durchlæuchtigen Kœnige in Bœhmen, wann dieſelbigen von den Rœmiſchen Keyſern oder Kœnigen zu Hofe* (textus Latinus ſine dubio habet, *ad Curiam*, id eſt Comitia) *erfordert, unnd ein Rœmiſcher Keyſer oder Kœnig unter der Cron ſitzen werde, dergleichen mœgen, daferrn es ihnen gefællig, bey ihrem Obriſten Schenckenampte, ihre Crone auff dem Haupte*
D *haben. Daferrn es ihnen aber nicht gefællig, ſo ſollen ſie es nicht verpflichtet ſeyn. Und wiewol Wenceslaus der Kœnig auß Bœhmen, als wir am Sontage nach Martini zu Nürn-* 324
berg Hoff gehalten, und unter der Kœniglichen Krone geſeſſen, uns auff unſer begehren ſein Schenckampt unter ſeiner Crone velwaltet, ſolches aber auß keinem recht noch pflicht, ſondern aus rechter lieb, ſo er zu uns gehabt, und noch tragen thut, geſchehen Derentwegen ſollen forthin weder er, noch andere ſeine nachkommende Kœnige zu Bœhmen dazu gezogen, noch von den künfftigen Rœmiſchen Keyſern oder Kœnigen verbunden noch verpflichtet werden: ſondern ihm ſol dieſes gantz unnachtheilig ſeyn. Et Carolus IV. Imp.

(α) Colmarienſis] *in Chron. part. 2. anno 1298. Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1299.
E *Clnten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. *VVindeckius* de Princip. Elector, orig. cap. 15. n. 3. in fin. *Chreggreno in* Velitat. de Septem S. Rom. Imp. Official. n. 34.

(β) Qui putant] *Martinus Hofmannus in* Chron. Bambergenſ. lib. 1. *apud Gevvold.* de S. Rom. Imper. Septemv. cap. 7. n 77. & cap. 10. fol. 171. *Caſp. Bruſchius* in Catalog. Epiſcopor. German. de Bambergenſ. fol. 236. *Peucerus in* Chronic. Philip. lib. 4. *Spangenberg in* Chron. Sax. cap.
F 161. *Matth. Dreſſerus in* Iſagog. hiſtor. millen 6. part. 2. fol. 129. *Joan. VVolffius* Lection. memorabil. tom. 2. fol. 467. *Chriſtoph. Sturcius* de Imp. Roman. cap. 36. n. 12. in Henrico S. Imp. *Reinkingk* de Regim. ſecul. & eccleſ lib. 1. claſſ. 4 cap. 7. n. 5. *Matth. Stephani* de juriſdict. part. 1. cap 5. n. 4. & ſeqq. *Joh. Philippus Reinhardus in VVolgegründten Gegenberichts auff den Biſchofflichen VVurtzburgiſchen vnd. die Herren Graffen zu VVertheim ausgeſprengten Bericht,* cap. 1. fol. 4. *Quorum erro-*
G *rem & nos quondam male informati in* præfat. ad Roderici Zamorenſ. ſpecul. vitæ human. *erravimus.*

(γ) Epiſcopale] *Freberus in* Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 15. *Gevvoldus* de S. Rom. Imper. Septemvir. cap. 10. fol. 172. & ſeqq. *VVindeckius* de Princip. Elector. orig. cap. 14. *Marc. Magerus* de Advocat. armat. cap. 5. n. 422.

(δ) Bodinus *lib. 1. de Republic. cap. 9.*

(ε) Viri docti] *Freberus in* Origin. Palatin. *Viſcherus* de Elect. Regis & Imper. Roman. concluſ. 10. num. 46.

(ζ) Caſtaldus] *in tract. de Imper. quæſt. 1. n. 21. v. 25. Quem eo nomine reprehendit Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 51. *& idem Viſcherus* d. num. 46.

(η) Illud in quæſtion.] *de qua Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 4. concl. 51. *Clnten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. *Viſcherus* de Elect. Regis & Imp. Rom. concl. 10. n. 46. *Grieshem* de S. Rom. German. Imperio diſſert. 4. concluſ. 46. *libero id omnes Regis arbitrio relinquentes.*

(ϑ) Albertus I. Imp.] *apud Hagecium in* Chron. Boh. part. 1, anno 1299.

Imp. in Aur. Bull. *tit. 4. §. fin.* *Primum vero potum Rex Bohemiæ, quem tamen ſub Regali corona, juxta privilegiorum Regni ſui continentiam, niſi libera voluntate voluerit, non tenebitur miniſtrare.* A Denique Rupertus Palatinus, (α) cæterique S. Rom. Imperii Electores, in Declaratione Mediomatricibus in Comitiis anno MCCCLVI. pronunciata, §. 4. *Quodque præfatus Sereniſſimus Princeps, Dominus Rex Bohemiæ, S. Rom. Imperii Archipincerna conſiſtit: at Archipincernatus officium coram Imperatore vel Rege Romano, in ſolemnibus Curiis ſub Corona Regali exercere non debet, neque tenetur adhoc, niſi velit facere ſpontanea voluntate. Poterit tamen juxta beneplacitum, in præſentia Imperatoris vel Regis Romanorum, dum ſolemnis Curia hujuſmodi celebrari contigerit, procedendo, ſedendo, vel ſtando Regalem geſtare Coronam, ſicut hoc Sereniſſimorum Principum, Dominorum Reguṁ Boëmiæ, progenitorum & prædeceſſorum ipſius, conſuetudo* B *laudabilis abolim noſcitur obſervaſſe.* Cujus conſuetudinis exempla nobis exhibent Actus electionis & coronationis (β) Ferdinandi I. Imp. Coloniæ anno 1531. Maximiliani II. Francofordiæ anno 1562. Rudolphi II. Ratiſponæ anno 1575. Matthiæ I anno 1612. & Ferdinandi II. anno 1619. peractæ; quorum duos poſtremos ipſi oculis noſtris vidimus ſub Corona Regali Bohemica tam ad electionem, quam coronationem publice procedere.

15. Non igitur audiendus Cancellarius Colonienſis, (γ) dum putat, Regem Bohemiæ id habere ex ſpeciali privilegio, ut poſſit munus ſuum obire habens Coronam in capite. Nec enim habet ex ullo privilegio, ſed poſitum eſt in mero ejus arbitrio ac liberrima voluntate. C

325 16; Quid autem dicendum, ſi Regem abeſſe contingat, aut præſens quidem ſit, ſed ipſe in Imperatorem eligatur? quinam munus ejus adminiſtrare debet, Subofficiariusne, (δ) an Legatus Regis ad electionem miſſus, vel ipſo Rege præſente electo, ejus Pincerna Aulicus? Et de priore quidem caſu præjudicium exſtat in Actis coronationis Maximiliani I. (ε) Imperatoris, anno MCCCCLXXXVI. celebratæ, in queis pro Subcamerario Barone de Weinsperg contra Legatum Electoris Brandenburgii; Et in coronatione Caroli V. [ζ] Imperatoris anno MDXX. ibidem peracta, pro Subpincerna Barone de Limburg (η) contra Legatum Regis judicatum fuiſſe aſſeritur. In poſteriore caſu variatum eſt præjudiciis. Nam in Comitiis Metenſibus anno MCCCLV. habitis, in quibus D Aurea Bulla, præſentibus Galliæ & Regni Arelatenſis Ordinibns ad Imperium ſpectantibus, primum fuit publicata, hoc officium Carolo IV. Imperatori, qui primus Regum Bohemiæ in Imperatorem fuit electus, Walramus (ϑ) Dux Brabantiæ & Lutzenburgenſis, germanus ejus, præſtitit. At in inaugurationibus Maximiliani II. [ι] anno MDLXII. Matthiæ (κ) MDCXII. & Ferdinandi MDCXIX. Baro Limburgius S. Romani Imperii Vicepincerna vicem Regis Bohemiæ præſentis, ſed in Imperatorem electi, adminiſtravit. Teſtamur, quod nos ipſi vidimus, & quod alii [λ] jam olim monuerunt.

(α) Rupertus Palatinus] *in Conſtitut. Imperial.* tom. 2. anno 1356. fol. 91. *Gevvoldus* de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 9. fol. 153.

(β) Actus elect. & coronat.] *quos relatos habes in Politic. Imperial.* part. 1. *nec non in Politiſchen Reichshandeln* part. 1.

(γ) Cancellarius Colonienſ.] *Hartman. Maurus in* tract. de Coronat. Caroli V. Imp. *& Freherus in* Notis ad Andlavv lib. 2. de Imp. Rom. cap. 16.

(δ) Subofficiariusne] *pro quo concludunt Bertramus in* tract. de Comit. Imper. *apud Arnmaum in* Diſcurſ. Academ tom. 1. fol. 127. *Dan. Otto in* Diſſert. de Jur. publ. Imp. Germ. cap. 14. fol. 124. *Chreggrene in* Velitat. de Septem S. Rom. Imp. Official. num. 37. *Lehmann.* lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 35. in fin.

(ε) Maximiliani I.] *in Protocollo election. & coronat. Regis Maximiliani de anno 1486. in Actu coronat. tit. 6. & tit. 8. §. item ehe der Kayſer, &c. in Politiſchen Reichshandeln* part. 1. cap. 4.

(ζ) Caroli V.] *Protocollum election. & coronat. Caroli V. Regis in Politiſchen Reichshandeln* part. 1. cap. 5.

(η) Subpincerna de Limb.] *in d. Protocollo fol. 54. circa princ. Hartman. Maurus in* tract. de coronat. Caroli V. Imp. Aquiſgrani facta anno 1520. E *Auctor incertus von der Rœmiſchen und Hiſpaniſchen Kœniglichen Majeſt. Einreiten und Crœnung zu Aach beſchehen anno 1520. in dictis Reichshandeln* part. 1. cap. 2. fol. 154. *Griesheim* de S. Rom. Imperio diſſert. 4. concluſ. 45.

(ϑ) Walramus] *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 2. anno 1357.

(ι) Maximiliani II.] *vide Diſcurſ. Von der Erwehlung Maximilians Kœnigs in Bœheim, &c. in* F *dictis Reichshandeln* cap. 9. fol. 74. verſ. *Die mehrgedachten von Limburg.*

(κ) Matthiæ] *Griesheim in* d. Diſſert. 4. num. 45.

(λ) Et quod alii] *Auctor illius Diſcurſ. VVie es auff den Reichstagen pflegt gehalten zu vverden,* cap. 6. *Lehmannus* lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 124. num. 6.

CAPUT IX.

A *Rex Bohemiæ vicariatum Imperij Generalem in Germania adminiſtravit, in abſentia Imperatoris. Johannes Rex & Carolus filius Marchio Moraviæ, Vicarij per Italiam a Papa conſtituti. Vicarius hæreditarius in Miſnia. Sigiſmundus Vicarius Imperii & Adminiſtrator Regni Bohemiæ a Cæſare ordinatus.*

Electoriæ hujus atque Regiæ dignitatis, nec non fidelitatis & potentiæ cauſſa, factum fuiſſe exiſtimo, ut Regi Bohemiæ nonnunquam fuerit S. Romani Imperii per Germaniam Vicariatus, ab Imperatoribus in Italiam trans Alpes profecturis, commendatus, non obſtante jure Comitis Palatini Rheni, quod tali in caſu habere in *Aurea Bulla* conſtituitur. (α)

2. Anno MCLVI. Fridericus I. Imperator in expeditionem Romanam pro Imperiali
B diademate & domandis Imperii rebellibus, recuperandiſque provinciis per Græcos interceptis, profecturus, generalem in Imperio Germanico Vicarium conſtituit Vladislaum II. (β) Bohemiæ Ducem. De cujus fide in adminiſtrando hoc munere teſtatur Dubravius, (γ) ita ſcribens: *Cæſar prima in Italiam, coronæ Imperialis capiendæ gratia profectione Vladislaum Vicarium Imperii in Germania reliquit, rediensque teſtimonium ei bene adminiſtratæ provinciæ prolixe perhibuit.*

3. Anno MCCXXXII. Vladislaus, vel potius Wenceslaus, Rex Bohemiæ, cuidam privilegio (δ) Dominis Plawenſibus conceſſo a Friderico II. Imperatore, ſubſcripſiſſe tamquam Vicarius Imperii legitur in hunc modum: *Ad mandatum Cæſareæ Majeſtatis, Wladislaus Rex Bohemiæ.*

C 4. Anno MCCXC. videtur Wenceslaus Rex Bohemiæ conſtitutus fuiſſe S. Roman. Imperii Vicarius a Rudolpho I. Imperat. Georg. Fabricii (ε) ea de re verba ſunt: *Hoc tempore ejuſmodi inſcriptionem legimus: Wenceslaus Dei gratia Rex Bohemiæ, Dux Cracoviæ & Sandomiriæ, Marchio Moraviæ, Sacri Romani Imperii per terras Miſnenſem, Orientalem, & Pleiſenſem Vicarius generalis.* Sed hic Vicariatus videtur fuiſſe hereditarius, & ad dictas tantum provincias reſtrictus, eidemque Regi a Cæſare ſocero in feudum conceſſus, ut teſtatur Diploma [ζ] Egræ datum 13. Martii, anno 1289.

5. Anno MCCCXII. Heinricus VII. Imperator in Italiam pro coronatione Longobardica & Romana profecturus, filium ſuum Johannem Bohemiæ [η] & Poloniæ Regem Vicarium Imperii in Germania ordinavit. Dubravius: (θ) *Profecturus Cæſar in Ita-*
D *liam Coronæ Imperialis ſumendæ gratia, Vicarium Imperij in Germania filium ſubſtituit.* Anno deinde ſequenti idem Rex & officii ſui ratione Electores, Principes atque Ordines Imperii Norimbergam ad Comitia [ι] evocavit, expeditionemque in Italiam pro ſubſidio Imperatoris decrevit.

6. Sub Ludovico Bavaro Imperatore ſcribitur Carolus Marchio Moraviæ, Regnique Bohemiæ Adminiſtrator, Vicariatum Imperii geſſiſſe. Theodoricus a Nihem: [κ] *Caro-*

(α) *Videatur innominatus Conſiliarius Bavaricus in kurtzem Gegenbedencken und Bericht von der Churfürſtlichen Pfaltz* Vicariats *gerechtigkeit, &c. Conſiliarius Palatinus in Rettung deſs*
E *Churpfaltziſchen* Vicariats, *&c. Idem Bavaricus in VVolgegründter vviderlegung vermeinter Heydelbergiſchen Rettung des Churpfaltziſchen* Vicariats, *&c. Gevvoldus in* Comment. de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 11. *Dan. Otte* de Jur. publ. Imper Rom. cap. 16. fol. 552.

(β) Uladislaum II.] *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1156. *Elias Reuſner. in* Baſilic. genealog. in Stirp. Sclav. in Stemmat. Princip. & Regum Bohem. de Uladislao II. Duce. *Buxdorffius*
F ad Aur. Bull. concluſ. 54. lit. e. *Bechtius* de Securit. & ſalvo conduct. cap. 5. claſſ. 1. th. 116.

(γ) Dubravius] *lib. 12. Hiſtor. Bohem. fol. 94. Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1152. fol. 152.

(δ) Privilegio] *quod refert Brotuffius in* An-
327 tiquit. Merſeburgenſ. *Spangenberg. in Adels-Spiegel* part. 2. *& in Conſtitut. Imperial. tom. 1. anno 1232. fol. 299.*

(ε) Fabricii] *Annal. urbis Miſnæ lib. 2. anno 1290.*

(ζ) Diploma] *relatum ab Hagecio in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1289. *& in Beylagis Germanicis* ſub anno 1289.

(η) Johannem Bohem. Reg.] *Gevvoldus* de S. Roman. Imp. Septemvir. cap. 11. num. 2. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. concluſ. 54. lit. e. *Cochlæus* lib. 1. Hiſtor. Huſſitar. fol. 6.

(θ) Dubravius] *lib. 20. Hiſtor. Bohem. fol. 163. Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 32. in princip. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 281. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1313.

(ι) Norimbergam ad Comitia] *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1213. *Dubravius* d. lib. 20. *Boregk* fol. 283.

(κ) Nihem] *in Nemore unionis, tract. 6. Labyrinth. cap. 31. fol. 843.*

Carolus Boëmorum Rex, hypocrita inſignis, & avaritia alter Marcus Craſſus, ac Vica- A
rius Imperii tempore Clementis Papæ VI. & Caroli Regis Francorum, &c. Verum mihi
videtur non ab ipſo Imperatore Ludovico, ſed Clemente Papa, Vicarius ordinatus in
odium Cæſaris, quem Papa excommunicaverat; ſicut & pater ejus Johannes jam antea
a Papa Imperii Vicariatum in Italia [α] acceptaverat, ut plerique hiſtorici teſtantur.

7. Anno MCCCC. depoſito Wenceslao Cæſare, ne motus inde a fautoribus Wences-
328 lai exoriretur, Rupertus Cæſar generalem Imperii Vicarium (β) in illis partibus conſti-
tuit Sigiſmundum Regem Hungariæ & Marchionem Brandenburgenſem. Exſtant ejus
Diplomata, (γ) in quibus ſe hoc modo præſcribit: *Nos Sigiſmundus Dei gratia Rex
Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ*, &c. *Marchioque Brandenburgenſis*, &c. *Sacri Romani
Imperii Generalis Vicarius, & Regni Bohemiæ Gubernator*, &c. Facit hujus Vicaria- B
tus mentionem etiam Gerardus de Roo, [δ] ſcribens: *Sigiſmundus Hungariæ Rex, Alberto
Auſtriaco ſucceſſionem in Regnum ſuum, eique conjunctas ditiones decernit, ſi abſque he-
rede maſculo ipſe moriatur*, &c. *Hujus rei teſtes ſunt literæ, Vicariatus Imperii ſigillo
munitæ, quibus irritas facit alteras, quas olim Jodoco patrueli ſuper eadem re conces-
ſerat.*

8. Denique Ferdinandus I. Vicariatum Imperii ſibi a fratre Carolo V. Imp. colla-
tum non modo non depoſuit, quum affini pariter & ſororio Ludovico, Bohemiæ &
Hungariæ Regi, in Regnis illis ſucceſſiſſet, ſed majori etiam auctoritate cohoneſtaret.
Quod teſtantur Receſſus Imperii, (ε) in quibus legitur: *Wir Ferdinand von Gottes Gna-
den, Kœnig zu Hungern und Behem*, &c. *Statthalter im H. Rœm. Reich.* C

(α) Vicariatum in Italia] *Dubravius, Æneas Sylvius, Hagecius, Boregkius in* Chronic. Bohem. *Calviſius in* Chronolog. anno 1331.

(β) Gener. Imper. Vicar.] *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. concluſ. 14. lit. c.

(γ) Diplomata] *in Decretis Regni Hungariæ a Sambuco publicatis, & in Conſtit. Imperial.* tom. 3. anno 1403. fol. 417. & anno 1404. fol. 419. *Henr. Chriſtoph. a Griesheim in* Diſcurſ. de S. Rom. Imp. Vicariat. concluſ. 20. in marg. *Si quid ſecius olim dixi aut ſcripſi, nunc melius informatus muto. Namque Sigiſmundus nec a Jodoco patrueli Moravia Marchione potuit Vicarius Imperii conſtitui, qui decennio demum poſt fuit in Regem Romanorum a quibuſdam electus; nec a fratre VVenceslao exauctorato, quocum illi minime conveniebat, quod eſſet ei, tanquam imbecilli & prodigo, Adminiſtrator ab Imperatore Ruperto datus, ut eadem Diplomata præ ſe ferunt.*

(δ) Gerh. de Roo] *in Hiſter. Auſtriac. lib. 4. anno 1402.*

(ε) Receſſus Imp.] *Receſſ. Spirenſ. 1529. in princ. & §. 44. Darauff ſo geredet.* D

CAPUT X.

Regia dignitas Bohemiæ ac Poloniæ ab Imperatoribus noſtris conceſſa. Bohemia ante Caroli M. ætatem non habuit Regem, ſed Ducem. Quoties Regius titulus in Bohemia interruptus, ac iterum reſtitutus fuerit. Cauſſa, cur Succeſſores nonnunquam eo abſtinuerint, indicata. Error eorum, qui Regem Bohemiæ nec coronari nec inungi aſſeruerunt.

ELeganter non minus quam vere ſcribit vir doctrina, judicio, & auctoritate ma-
gnus, Joachim. Vadianus, [α] homo Nobilis, Reipublicæ Sanctigalli Conſul,
Imperatoribusque optimis maximis, Maximiliano I. & Carolo V. maxime di- E
lectus: *Non indignum eſt memoratu*, inquiens, *Poloniam & Bohemiam hoc
Chri-*

(α) Vadianus] *lib. 1. de Collegiis & Monaſter. German. veter. fol. 91. Quibus* Hungariam *quoque addit Chriſtoph. Helvicus in* Synopſi hiſtor. univerſ. in Monarch. 4. fol. 83. *Primus autem Poloniæ Rex ab Ottone III. Imperat. creatus fuit Boleslaus cognomente Acer, (*) Dux Poloniæ & Sileſiæ, anno 1000. Peucerus in* Chronic. Philip. lib. 4. fol. 774. *Chriſt. Matthias* lib. 3. Syſtem. polit. exercit. 2. ſect. 7. theor. 7. *Alexand. Guaguinus* Rer. Polonic. tom. 1. fol. 71. *Joan. Herburtus* lib. 2. Hiſt. Polon. cap. 4. *Salom. Neugebaur* lib. 3. Hiſtor. Polon. fol. 53. *Cromerus* lib. 3. Rer. Polonic. in Boleslao I. Rege, fol. 36. colum. 1. *Krantzius* lib. 2. Wandal. cap. 36. *Hartman. Schedel, Medicus Norimberg. in* Comment. de Sarmat. in princ. *Matth. a Michov in* Chron. Regum Polon. lib. 2. cap. 4. *Jodoc. Ludov. Decius* lib. 1. de Vetuſtat. Polon.

(*) Fallitur Goldaſtus hac in re, & quotquot cum eo ſentiunt, nunquam enim ex Scriptore ejus vel proximi ævi probari poteſt coronam Boleslao ab Ottone fuiſſe impoſitam, quod tanquam præcipuum Dithmarus, aliique non prætermiſiſſent, cum omnia minima maxima in hoc conventu peracta memorant. Polonici quidem Scriptores id jactant, ſed inepte. Vid. quæ hanc in rem obſervavit Conringius *de Finib. Imper. cap. 18.* & Pagius *in Crit. Baron ad an. 1000.* F

A *Chriſtianiſſimo debere, quod cum antea Ducibus paruiſſent, ſtipendiariæ ſcilicet Germaniæ Imperatoribus, poſtea Reges acceperint.*

2. Et quidem utroſque tam Bohemiæ quam Poloniæ Duces ab Imperatoribus Germanis Regiam dignitatem accepiſſe, Interpretibus noſtris (α) exploratum eſſe animadverto. Quo autem tempore (β) vel hic, vel ille, in Regem primo evectus ſit, non una omnium eſt opinio. Nos, miſſis quorundam *ἀνεσοφίαις* rem ipſam ab ovo, quod dici ſolet, repetentes, ordine exponemus.

3. Auctor eſt Erneſtus Brotuſſius, (γ) Carolum Magnum Imperatorem ſubegiſſe Bohemiam, & ex Regno feciſſe Ducatum. Sed ei repugnant Scriptores illorum temporum, [δ] qui Bohemiam Duces, non Regem habuiſſe atteſtantur.

B 4 Gravius hallucinatur Val. Anſelm. Ryd, (ε) dum de Heinrico I. Aucupe ſcribit: *Siptineum Bohemiæ Comitem, Borſinoo patre illius primo ex Bohemiæ Principibus a B. Methodio Moravorum Præſule in Chriſto baptizato, devictum, Chriſto Imperioque ſubjectum, Ducis appellatione donavit.* 330 Namque Bohemiam non modo ante Heinricum Aucupem, ſed etiam ante tempora Caroli Magni, ſuos habuiſſe Duces, omnium monumentis hiſtoriarum proditum eſt.

5. Veriſimilius eſt, quod Georg. Bartholdus Pontanus a Braitenberg, Archiecclesiæ Pragenſis Præpoſitus, de S. Wenceslao Duce refert: *Oblatam* [in Comitiis Wormatienſibus] *ab Henrico I. Romano Imperatore dignitatem, nomenque Regium reſpuit.* Inde forſan eſt, quod Witichindus [ζ] Boleslaum, Wenceslai Succeſſorem, vocet *Regem.* (*)

C 6. Quamquam potior pars Scriptorum, hanc Regiæ dignitatis factam S. Wenceslao in Comitiis Wormatienſibus (η) oblationem non ad Heinricum, ſed filium ejus Ottonem I. Imperatorem referat. Dubravius (θ) Epiſcopus ſub perſona Ottonis I. Cæſar. *Dona Cæſare digna a nobis accipe, Regium inprimis decus, quo te ex dignitate tua merito decoramus; deinde tributo abſolvimus, quod Carolus quondam ſolvendum Cæſaribus inſtituerat. Juſſit poſtremo & inſignia ſua Wenceslaum ferre, fuſcam Aquilam in clypeo candido. Facile hoc, & illud alterum de tributo, amplexus eſt Venceslaus: ſed idem caput ſuum diademate cingi, ſeque Regem inungi, aut Rex a ſuis appellari nullo pacto ſuſtinuit, quamquam a Cæſare, atque ab aliis Regibus & Principibus Rex in epiſtolis ſalutaretur.* Elias Reuſnerus: *Vormatiæ in Imperialibus Comitiis ab Otthone I. Regio or-*
D *natus titulo, eo per totam vitam abſtinuit.* Quo reſpexiſſe videtur Krantzius, (ι) ita ſcribens:

(α) Interpretibus noſtris] *Ludovic. Fuchſius* conſil. 4. num. 21. inter Conſilia Modeſt. Piſtoris, lib. 2. in fin. *M. Ant. Peregrinus* conſil. 2. num. 3. lib. 3. *Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. in not. lit. c. *Bodinus* lib. 1. de Repnbl. cap. 9. *Vinc. Cabotius* lib. 1. Var. juris diſput. cap. 7. & cap. 12. *Freherus in* Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 2. *VVindeckius* de Princip. Elect. orig. c. 15. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. concluſ. 49. *Mich. Schife-*
E *rer in* quæſt. num Status Imper. noſt. Rom. modernus ſit Monarch. *apud Arumæum in* Diſcurſ. Academ. de jur. publ. vol. 3. diſcurſ. 29. fol. 1052. *Thomas Lanſius in* Conſultat. pro German. *Conradus & Benedict. Carpzovii in* tract. de Regalib. cap. 2. reg. 16. *Philip. Neidlingerus in* Diſcurſ. de Juriſdict. SS. Cæſar Maieſt. Camer. Imperial. & Statuum Imp. concluſ. 17. lit.

(β) Quo tempore] *Arumæus in* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 17. lit. 2. *Henr. Meibomius in*
F Notis ad Gobelini Coſmodrom. ætat. 6. cap. 55. *Regnorum Hungariæ & Poloniæ inſtitutionum ad Ottonem III. Imp. refert Chriſtoph. Helvicus in* d. Synopſ. fol 83.

(γ) Brotuſſius] *in Chronic. & antiquitat. Martisburgenſ lib. 1. cap. 12. quo cum facere videtur Gloſſator Juris Saxonici in* Specul. lib. 3. art. 53. & in Weichbild. Magdeburg. art. 13. *ubi aſſeritur, Regna antiqua ab Imperatoribus Germanis fuiſſe in provincias redacta, & Duces illis præpoſitos.*

G (δ) Scriptores illor. tempor.] *quos ſupra* lib. 2. *paſſim produximus.*

(ε) Ryd] *in Catalog. annor. & Principum fol. 45.*

(ζ) Witichind.] *de Geſt. Saxon. lib. 3. Heigius* Illuſtr. quæſtion. part. 1. quæſt. 3 num. 42.

(η) Wormatienſibus] *Ratiſponenſibus, habet Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 923.

(θ) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem. lib. 5. fol. 32. & iterum lib. 9. in princ. quem ſequuntur Cromerus* lib. 3. Rer. Polonic. in Miecislao I. Duce, fol. 32. col. 1. in fin. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. in S. Wenceslao Duce fol. 47. & ſeq. *Hieronym. Zieglerus in* Hiſtor. illuſtr. viror. German. *Henric. Pantaleo in Heldenbuch* part. 2. *Matth. Caſtritius* lib. 1. de Heroic. virtut. Princip German. cap. 1. exempl. 36. *Elias Reuſnerus* Baſilic. genealog in Stemm. Reg. Bohem. fol. 135. *Pontanus a ſeipſo diſſentiens in* Bohem. pia lib. 2. fol. 15. *Arumæus* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 1. *Aubert. Miræus in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 2. fol. 23. & cap. 5.

(ι) Krantzius] *lib. 4. Saxon. cap. 28. ubi tamen corruit ejus ratio, quam ſubſignat:* Quæ res teſtatur, initio Bohemiæ Principem inter Electores non fuiſſe: alioqui primus numeraretur. *Non ſequitur, Krantzi, quia Regiam dignitatem recuſavit. Sicuti præſens Comes Holſato-Schauvenburgius, quia dignitatem Principis, quam ejus anteceſſori, Illuſtriſſimo Erneſto, a S. Cæſar. Majeſtate impetraverant, recuſavit, in locum inferiorem inter Comites rejectus eſt, quem anteceſſor ejus primum obtinuerat.*

(*) Cum ea de dignitate in Wencelaum collata ta-

bens; *In Wandalia noſtra oſtendimus, Ducem Bohemiæ per unum ex Ottonibus Regem ſublimatum.* Et alibi: (α) *Tertius Henricus Coronam reddidit contemporaneo Regi Vratislao, ante quidem a patribus ſæpe promeritam, & acceptam, ſed a ſequentibus non dignatam ſuſcipere*, &c. A

331 7. Narrat Funccius in Chronolog. *Anno 1000. Boleslaus* (β) *patri ſuccedit. Hunc ab Ottone III. Imperatore coronatum tradunt Annales Regni Poloniæ.*

8. Verum in eo plerique omnes rerum geſtarum auctores conſentiunt, Vratislaum II. Ducem Bohemiæ, Bretislai filium, & Spitignei fratris primogeniti Succeſſorem, fuiſſe ab Heinrico IV. Imperatore in Comitiis Moguntinis anno MLXXXIV. (*) primum Regem creatum, (**) antiquo Moravorum Regno in Bohemiam translato, etiam Poloniæ Regno adjecto. Juvat unius atque alterius teſtimonium adſcribere, B cum quibus cæteri unanimiter conſpirant. (γ) Coſmas, Pragenſis Epiſco-

pus,

ta taceant omnes Ejus ætatis Hiſtorici, ſolus Withikindus & Frodoardus, in rebus Germaniæ non raro ceſpitans, vocando Wenceslai fratrem *Regem*, rem non efficiunt. Quis enim adeo in medii ævi monumentis hoſpes eſt, ut ignoret *abuſive* perfrequenter accipi honorum & dignitatum vocabula.

(α) Et alibi] *lib. 6. VVandal. cap. 6.*

(β) Boleslaus] *Dux non Bohemiæ, ſed Poloniæ, Miecziſlai Ducis filius, ut aſſerit Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. in Boleslao III. Duce Bohem. anno 1001. verſ. *Deſſelben jahrs kurtz nach dieſem. Errat ergo Vadianus, dum aſſerit, primum Regem Polonos accepiſſe, Hainrico IV. imperante, circiter annum ſalutis 1077.* de Colleg. & Monaſter. German. veter. lib. 1. fol. 19. *Lituania Regiam dignitate accepit primum ab Sigiſmundo Imperatore, VVitoldo Duci collatam. Ruſſia vel Moſcovia eam ſibi reſtitui a Maximiliano II. Imper. flagitavit.*

(γ) Cæteri conſpirant] *Conradus a Lichtenavv Abbas Urſpergenſis in* Chronic. *Johan. Monachus Nuſſienſis in* Magno Chronic. Belgic. fol. 118. *Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. ætat. 6. cap. 55. anno 1087. fol. 217. *Matthias a Michou in* Chronic. Regum Polon. lib. 3. cap. 4. *Achill. Perminius Gaſſarus in* Epitom. Chronic. anno 1156. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1086. *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. lib. 5. *Sebaſt. Munſterus* lib. 3. Coſmograph. in deſcription. Bohem. & in Scholiis ad Pompon. Melam lib. 3. de Situ orb. cap. 4. *Philip. Melanchth. in* Chron. Carion. lib. 4. num. 10. fol. 833. *Martinus Cromerus* lib. 3. Rer. Polonic. cap. 4. *Joan. Funccius in* Chronolog. anno 1087. *Cyriac. Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 206. *David Chytræus in* Chronic. Saxon. & vicinar. gent. lib. 1. fol. 36. *Lottinus Legatus Venetus in* Relat. de Aula & Regno Imp. Roman. in Practic ſeu theſauro politic. ſapient. part. 1. anno 1088. fol. 55. *Nicol. Ciſnerus in* Orat. de Ottone III. Imper. & Elector. inſtitut. *Martin. Cruſius in* Annal. Suev. part. 2. lib. 8. cap. 17. *Pantaleon Candidus* lib. 1. de Ducib. & Regib. Bohem. *Boregk. in* Chronic. Bohem. part. 1. in Uratislao II. fol. 99 *Georg. Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univ. anno 1085. *ibi:* Uratislaus Bohemiæ & Poloniæ Rex declaratur. *Elias Reuſner. in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Sclav. in ſtemm. Princip. & Reg. Bohem. fol. 138. *Gerl. Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 49. lib. 6. *Joach. Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. verſ. purum etiam. *Jac. Gordonus in* Oper. Chronolog. in ſerie rer. geſtar. anno 1086. *Georg. Schœnborn* lib. 5. Politic. cap. 15. *Dan. Otto* de Jur. publ. Imp. Rom. cap. 10. *Georg. Pontanus a Braitenb. in* Bohem. pia, lib. 2. fol. 19. *Dominic. Arumæus* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 1. *Nicol. & Bened. Carpzovii in* tract. de Regal. cap. 2. reg. 16. *Seth. Calviſius in* Chronolog. anno 1086. *Ant. Hanſmannus in* Reſolution. de re monetar. reg. 7. in not lit. l. *Azarias Sturcius in* Prælud. rer. politic. diſput 3. th. 2. lit. c. *Aug. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. q. 3. *Quorum omnium auctoritatem elevare conatur Martinus Cromerus Epiſcopus Polonus lib. 5. Rer. Polonic. fol. 65. anno 1087. col. 2. ſcribens:* Wratislaum Bohe- C morum Principem Henricus IV. Imperator de conſilii ſententia Moguntiæ Regem appellaverat, anno poſt Chriſtum natum 1087. eique & poſteris ejus Poloniam omnem, in qua uterque ne tantillum quidem habebat, quantum pedis veſtigio calcare poſſet, attribuerat.

(*) Legendum hic videtur MLXXXVI. ſiquidem ad hunc annum plerique id factum referunt.

(**) Hactenus Viri Eruditi in ea fuerunt opi- D nione, Uratislaum II. primum fuiſſe Regem Bohemorum, quam dignitatem debeat Henrico IV. Imp. qui anno 1086. in conventu Moguntino hunc honoris gradum in eum contulerit. Verum Schurtzfleiſchius hæc omnia in dubium vocat in *diſſert. XVI. de March. Miſnenſ §. 3. in not.* nam (1.) Fridericum Barbaroſſam primum intuliſſe Bohemiæ regiam dignitatem teſte Radevico *de geſt. Ejus lib. I. cap. 13.* nec unquam aliter Schaffnaburgenſem appellare Uratislaum, quam *ducem Boemorum*, & ea E quidem Chronici parte, qua tradit Ducem Poloniæ nomen atque dignitatem regiam affectaſſe, traditurum idem de Bohemo, de quo & ibidem agit, ſi quoquo modo etiam Regis honorem adeptus fuiſſet *ad an. 1077.* (2.) Ex ipſomet Monacho Pegavienſi conſtare, eum non accurata loquendi ratione uſum eſſe, quod filios Uratislai *Duces*, non *Reges* vocet. (3.) Nec tantam eſſe Coſmæ Pragenſis auctoritatem, ut aliud perſuadeat, hunc enim non F ſemper eam, quam debuit, in commemorando adhibuiſſe diligentiam, & forſitan ſecutum eſſe Monachum Pegavienſem. (4.) Repugnare id prudentiæ Henrici IV. cui vel auctore ipſo Pegavienſi, potentia Uratislai ſuſpecta erat, præſertim eo tempore, quo Germania ob Hermanni electionem in turbido ſtatu verſaretur. Sed pace Viri Eruditiſſimi liceat mihi ab hac ſententia diſcedere, eamque per partes examinare. Quod ad primum argumentum attinet, ex Radevico non conſtat Fride- G ricum Ænobarbum primum intuliſſe huic familiæ regium titulum. Nec Lambertus Schafnabrugenſis Schurtzfleiſchio favet, nam anno 1077. non poterat Uratislaum *Regem* vocare, ſed recte ſemper

A pus, [α] (*) qui cum Duce ſuo Comitiis ipſis interfuit, ita ſcriptum reliquit: *Anno MLXXXVI.*
jubente & peragente Romanorum Imperatore III. Heinrico Auguſto, celebrata eſt Synodus magna
in urbe Moguntia, &c. *in quo conventu idem Cæſar omnibus ſui Regni Optimatibus, Du-*
cibus, Marchionibus, Satrapis, Epiſcopis aſſentientibus & collaudantibus, Ducem Boemo-
rum Wratislaum tam Boëmiæ quam Poloniæ præfecit, & imponens capiti ejus manu ſua
Regalem circulum, juſſit Archiepiſcopum Treverenſem nomine Egilbertum, ut eum in ſe-
de ſua metropoli Praga in Regem ungat, & diadema capiti ejus imponat. Æneas Syl-
vius: (β) *Anno MLXXXII. apud Moguntiam in Concilio Principum ab Imperatore Hen-*
rico IV. Vratislaus Rex declaratur, Moravorum Regno in Bohemiam translato: Polonia,
Sleſia, Luſatia, Moravia, Bohemorum Imperio adjectæ. Gilbertus Trevirorum Ar-
B *chiepiſcopus cum eo Pragam miſſus, qui coram Provincialibus Regem inungat, Regali-*
busque adornet inſignibus. Suatana quoque Regina cum eo coronata. Paulus Langius (γ)
Monachus Ziticenſis: *Apud Moguntiam in Concilio Principum Henricus Imperator Vra-*
tislaum Ducem Bohemiæ Regem fecit, Moravorum Regno pridem extincto in Bohemiam
translato, Poloniam, Sleſiam, Luſatiam Bohemorum Regno adjiciens; Gilbertum Tre-
verorum Archiepiſcopum cum eo Pragam mittens, qui coram Provincialibus Regem no-
vum inungeret, Regalibuſque adornaret inſignibus, acclamante populo: Vratislao Regi
ſalus, honor atque victoria. Fuit religioſus Princeps, dignusque, qui primus inter Bohe-
mos Regio uteretur diademate. Antonius Bonfinius (δ) Hungarus: *Henricus Imperator,*
habito Moguntiæ frequenti Pontificum Principumque conventu, Bratislaum primum
C *Boëmiæ Poloniæque Regem declaravit, quæ Ducum prius Imperio regebantur: poteſtas-*
que Egilberto Trevirenſi Metropolitæ data, qui Auguſtali auctoritate eum Pragæ, quæ
Regia eſt metropolis, Regalibus inſignibus exornaret. Is mandata peragens eum cum Zua-
tana conjuge coronavit. Albertus Krantzius [ε] Decanus Hammaburgius: *Vratislaus,*
patre natus Bitislao, & matre Jutta, filia Ottonis II. Imperatoris, præfuit poſt fratres 332
multo tempore, pervenitque ad tempora Henrici IV. Imperatoris. Cui tam erat commen-
datus, ut de provectione honoris ejus Imperator cogitaret. Moguntiæ tum cœtum agebat
Imperij. Aderant frequentes Imperatori Regni Principes: inter alios & Vratislaus Dux
Bohemiæ, jam Bohemis, Moravis, Polonis, Sleſitis, Luſatiisque præſidens. Eam ma-
gnitudinem ditionis perpendens Imperator, ſimul & virtutem Principis honorans, ad de-
D *cus etiam Imperii reſpexit, cui magnificum erat etiam Regibus imperare, decrevit illi Re-*
gium nomen cum honore: miſſoque Gilberto Treverorum Archiepiſcopo coronam tradidit,
ut in ſua ſede, in medio populi (leg. *metropoli*) *inunctum & coronatum Regem conſe-*
craret: itaque ex dignitate profectum eſt. Joach. Curæus (ζ) Glogovienſis Sileſius: *Con-*
citati ſunt Bohemi in Polonos ab Henrico IV. Imperatore, qui anno MLXXXVI. Vratislao
Principi Bohemorum Moguntiæ, in conventu Imperii tribuit nomen & dignitatem Re-
giam, & ſimul adjudicavit illi Moraviam, tanquam provinciam Regni, fecitque illi
poteſtatem, ut Sileſiam, Luſatiam, & totam Poloniam ad ſe traduceret, cujus conceſſio-
nis cauſſam nullam aliam reperio, quam quod Cæſar querebatur, Imperio non exolvi pen-
ſiones conſtitutas & promiſſas recens ſuo patri a Caſimiro Rege Poloniæ: deinde quod V-
E *ratislai fideli opera utebatur in bello civili contra Saxones.* Franciſc. de Roſieres (η) Ar-
chidiaconus Tullenſis: *Cum Henricus IV. Imperator Moguntiæ Comitia haberet, Mora-*
vorum

per *Ducem* appellavit, quoniam nondum eo tem-
pore hunc honoris gradum conſecutus fuerat, quem
pariter Chronographus ille memoraſſet, ſi ad eum
annum Chronicon ejus pertineret. (2.) nec fidem
elevat Monachi Pegavienſis, quod ille filios Ura-
tislai *Duces*, non *Reges* dicat, quod ſecundum
Schurtzfleiſchium non feciſſet, ſi Uratislaus re ipſa
Rex fuiſſet. Verum hic notandum, perſonalem fuiſ-
F ſe hanc dignitatem, non poſteris, non Regno, ſed U-
ratislao collatam, quod in Uladislai coronatione
pariter factum fuiſſe novimus, cujus liberi, licet
pater Rex fuiſſet, poſt ejus obitum Ducum nomine
veniunt. (3.) Coſmæ auctoritas hic nobis maxima
eſſe debet, utpote qui huic actui ipſe interfuit,
quanquam enim in ceteris non ſemper eam, quam
debebat, adhibuerit in commentario ſuo diligen-
tiam, in hoc tamen negotio fallere vel falli non
potuit. Nec (4.) id repugnat prudentiæ Henrici,
G ſed potius eam nobis commendat, ſiquidem hac

collatione ſibi in turbulento hoc patriæ ſtatu Bo-
hemum maxime obſtrinxit, ejusque opera maximo
ſuo commodo uſus eſt. Ceterum inſtigante Wig-
berto Luſato quam maxime Regia corona orna-
tum fuiſſe Wratislaum, pluribus memorat Mona-
chus Pegavienſis *p. 243. edit. Mader.*

(α) Coſmas Epiſcopus] *in Hiſt. Boh. lib. 2. an. 1086.*

(β) Æn. Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 22.*

(γ) Langius] *in Chron. univerſal. anno 1086.*

(δ) Bonfinius] *Rer. Ungaric. decad. 2. lib. 3. fol. 212. adde* lib. 5. anno 1114. fol. 247.

(ε) Krantzius] *lib. 3. VVandal. cap. 11. adde lib. 6. cap. 6.*

(ζ) Curæus] *in Annal. Sileſ. fol. 43.*

(η) Roſieres] *in ſtemmat. Lotharing. Ducum tom. 4. in hiſtor. capit. 68. fol. 233.*

(*) Ex mente Balbini legendum Coſmas, Pragenſis *Decanus*, qui auctor hujus Chronici, non Epiſcopus, vide quæ ad *libr. 1. c. 2. §. 1.* notavimus

vorum Regno in Bohemiam tranſlato, Vradislaus Bohemorum Rex primus declaratus A
anno Domini MLXXXVI. Quo conventu Polonia, Sleſia, Luſatia, & Moravia tanto Principatui adjiciuntur. Sed & me pariter & Lectorem moror, in tranſcribendis dictis auctorum. Quiſque cui libido & otium, conſulat reliquos non fide indignos: quos quaſi per Satyram indicabo.

9. Et Vratislaus quidem Regiam dignitatem, dum ad vixit, non ſine gravitate, magnificentia, ſplendore atque honore tam Imperii quam Regni glorioſiſſime conſervavit, At Succeſſores ejus & heredes, fratres atque filii, ſive ob Regiæ pompæ ſumptus, ſive ut Proceribus Regni indulgerent, [*] eam neglexerunt, uſque ad Vladislaum II. Vladislai I. filium ſecundo genitum, & Sobieslai fratris primogeniti Succeſſorem, cui a Friderico I. Imperatore in Comitiis Ratiſponenſibus (a) anno MCLVIII. (**) Re- B
gia digni-

(a) Comitiis Ratiſponenſibus] *Doctor meus Ritterſhuſius* lib. 6. Notar. cap. 3. *ad Guntheri Ligurin. Uladislaum Regem creatum Magdeburgi contendit, reprehenſo Ænea Sylvio, qui aliter memoriæ tradiderit. Sed & Sylvius verum tradidit, & ipſe Guntherus aperte ſcribit, hanc creationem Ratiſponæ factam*, lib. 6. Ligurin. verſ. 401.

(*) Jam ſupra obſervavimus, dignitatem regiam Bohemis ab Henrico IV. & Friderico I. collatam fuiſſe perſonalem, quæ in ſucceſſores propagari non poterat, niſi novo Cæſaris beneficio. Et hanc rationem veroſimiliorem eſſe, quam Goldaſti, Stranskii, Balbini, neminem fore, certiſſime mihi perſuadeo, qui in dubium vocare auſit, quaſi id factum ſumtuum minuendorum, aut Proceribus velificandi, aut jugum Germanorum excutiendi gratia, quod ſibi his honorum titulis imponi crederent. Vid. Stranskius *de Republ. Bojema cap. 3.*

(**) Mire inter ſe diſcrepant & Veteres & recentiores de anno & loco, quo Uladislaus Rex Bohemiæ a Friderico I. ſit Rex Bohemiæ creatus. Radevicus *lib. I. c. 13. de Reb. geſt. Friderici*. Guntherus in *Ligurino lib. VI.* Chron. Mont. Sereni, quos Goldaſtus, Pagius, aliique recentiores ſequuntur, id Ratisbonæ, & quidem anno 1158. factum eſſe, memorant; Otto vero de S. Blaſio *in Append. ad Otton. Friſing. c. 28.* Dolæ prope Biſuntium anno demum 1162. hunc Ducem regia corona exornatum fuiſſe tradit. Hæ ſunt duæ præcipuæ in hoc capite ſententiæ coævorum Scriptorum, nam nec Chronicon Auguſtenſe, utpote recentius, quod ad *an. 1156.* refert, nec diploma Fridericianum, quod in anno Chriſti miſere corruptum, ut mox videbimus, in *Beylagis German. n. 5. & App. docum n. 10.* & manifeſto errore hæc anno 1159. adſcribit, parum moror. Potius diſpiciendum, num Radevicus, Guntherus, & Otto de S. Blaſio revera ſibi ſint contrarii, num vero conciliari poſſint. Ultimum præſertim ſuadet, quod Hiſtorici ſint ejuſdem ætatis, qui in aula Friderici frequentiſſime commorati, multarumque rerum geſtarum teſtes fuerunt oculati, qui proin in negotiis in omnium memoria recentiſſimis falli vel fallere nos non facile poſſunt. Faciamus igitur periculum, an commode id fieri queat. Si dicendum, quod ſentio hac de controverſia, affirmare non erubeſco, utriuſque ſententiæ Auctores ſibi plane non eſſe contrarios, ſed Radevicum, & quotquot eum ex antiquis ſequuntur, loqui de alio negotio, de alio itidem Ottonem de S. Blaſio, quod nunc pluribus explicandum erit. Cum Uladislaus Friderico in bello Polonico egregiam navaſſet operam, ut Radevicus & Guntherus memorant, Cæſar ei gratiam referre volebat, quapropter Ratisbonæ anno 1158. XV. Kal. Febr. ejus capiti imponit *circulum*, qui, ſi coronam regiam excipias, ſummus honor erat, & non niſi maximæ exiſtimationis & auctoritatis Principibus concedebatur, cum proximus ad regiam dignitatem gradus eſſet. Hinc ſæpe numero ipſis Regibus *circuli* ab Impp. noſtris imponebantur. Sic Magnus Daniæ Rex in Comitiis Halberſtadenſibus *circulo aureo* a Cæſare ornatus incedebat, teſte Chronico Mont. Sereni *ad an. 1134.* C
pariter Suenoni Regi Daniæ Fridericus I. circulum regium dabat Merſeburgi anno 1152. teſte *eod. Chron.* At in conventu Ratisbonenſi Uladislaum non Regem creatum, ut permulti volunt, ſed *circulo* tantum donatum, clariſſime evincit privilegium Friderici latinum, in *Append. docum num. 10.* (Latinum dico, ne forte quiſquam verſione illa Germanica corrupta & interpolata in *Beylagis German. n. 5.* decipiatur) in quo traditur Fridericum I. Uladislao conceſſiſſe *circulum portare certis in feſtivitatibus*. In re ipſa convenire Radevicum & Guntherum cum hoc privilegio Cæſario, ſed in verbis & D
loquendi modis eos diſcrepare, penes me eſt extra controverſiam; cum enim circulum geſtare maximus honor eſſet, & forte præludium futuræ regiæ dignitatis, Radevicus καταχρηστικῶς hic Uladislaum *Regem* dicit, quem *Ducem* potius vocare debuiſſet. Nec exempla ejusmodi loquendi conſuetudines deſunt. Salomon Dux Britanniæ Armoricæ *Rex appellabatur, non quod revera eſſet, ſed quia* E
circulo aureo & purpura conceſſione Caroli Auguſti utebatur, idcirco hoc nomine cenſebatur, ut ait *Auctor Vitæ S. Convvoionis Abbatis Rotonenſis n. 11. apud Du Cangium V. Circulus.* Si tamen forte aliquis malit loqui hic Radevicum per πρόληψιν, nec in hac parte me habebit repugnantem. Poſtquam vero, Uladislaus hac dignitate nova arctius Friderico obſtringeretur, & pergeret Cæſarem ſua opera adjuvare in bellis acerrimis Italicis, quibus Patrem & filium interfuiſſe ex Morena novimus, F
eum paulo poſt Regem decernit, quo nomine jam venit anno 1160. in ſubſcriptione Actorum Concilii Papienſis apud Radevic *lib. II. cap. 70.* Tandem Cæſar illis finitis huic Duci ea, qua decet pompa, regiam coronam Dolæ prope Veſontium anno 1162. impoſuit, ut *loc. cit.* narrat Otto de S. Blaſio. Ita conciliantur hi Scriptores & Acta publica, quæ alioquin ſibi primo intuitu repugnare videbantur. Ceterum ne quiſpiam putet diverſa narrare Radevicum & Friderici diploma, quod illud anno G
1159. datum ſit, notandum eſt, corruptam eſſe in eo privilegio Chriſti æram, ut quam clariſſime ex annis Indictionis, Regni & imperii hujus Cæſaris conſtat

A gia dignitas fuit reſtituta. De qua reſtitutione ſic memorat Radevicus, (α) Friſingenſis.
Canonicus, auctor coævus: *In eadem Curia* (Ratiſponenſi) *Dux Boemorum Labezlaus*
viribus præpollens, cujus antehac induſtriæ, obſequii, multa præceſſerant experimenta,
maximeque nuper in expeditione Polonica magna virtus claruerat, adeo ut ob merita ſua
omnibus charus eſſet, ab Imperatore ac Imperij Primis ex Duce Rex creatur, anno ab
incarnatione Domini MCLVIII. Suſcepto itaque privilegio de uſu diadematis, aliisque Re-
gni inſignibus, lætus revertitur, & ad Italicam expeditionem Rex pariter cum Imperato-
re, faſtu Regali profecturus accingitur. Sed Otto de S. Blaſio (β) non Ratiſponæ in
Bavaria, verum Dolæ in Burgundia anno MCLXII. id factum commemorat. Verba
ejus hæc ſunt; *In Curia Tholenſi juxta Biſuntium Regi Danorum, corona impoſita, Re-*
B *gnum ſub hominio conceſſit: & Ducem Bohemiæ in dignitatem Regiam extollens, jus no-*
menque Regium corona impoſita ei contulit. Æn. Sylvius: (γ) *Inveni in hiſtoria Bohe-*
morum Vladislaum a Friderico I. Imperatore ſibi & poſteris Regiam dignitatem obtinuiſſe:
& quum in expugnatione Mediolanenſi egregiam operam navaſſet, Imperatori mirifice
gratum, leonem rubeum bifurcatæ caudæ in clypeo albi coloris inſigne Regium accepiſſe.
Langius, [δ] Ziticenſis Monachus, ſuperioribus verbis iſthæc ſubnectit: *Sane quod ple-*
riſque in hiſtoriis reperitur, Bohemiæ Ducatum in Regnum per Fridericum fuiſſe muta- 334
tum, hoc ideo contigit, quod poſt Vratislaum prædictum primum Regem pluribus annis in-
terregnum fuerit. Nam Conradus frater ejus, & filij, non Regis nomine, ſed Ducis tan-
tum uſi fuerunt, tanquam Regni decus homini, non provinciæ datum fuiſſet. Proinde
C *Vratislaus junior, & quartus Vratislai Regis natus, a Friderico ſibi & poſteris Regiam*
dignitatem dono obtinuit, & quidem magnifice & glorioſe, eo quod dicto Friderico mirifice
gratus fuiſſet propter auxilium, quod ei in expugnatione Mediolanenſi impenderat. Qua-
propter & ei leonem rubeum bifurcatæ caudæ in clypeo albi coloris Regium inſigne dona-
vit. Addit Roſieres: (ε) *Cujus remunerationis gratia Regium accepit diadema, fuit-*
que Socius Imperij Romani dictus. Tanta Majeſtate auctus rediit ad Regnum cum hiſce
inſignibus, leone nempe rubeo in clypei facie candida depicto. Et hæc quidem illi ſum-
matim complexi ſunt: queis cum reliqui Scriptores (ζ) pene univerſi belle pulchreque
con-

conſtat, qui characteres potius anno Chriſti 1158.
conveniunt, non 1157. ut a Balbino ſeductus no-
D taveram ad illud ipſum diploma in *Append. Docum.*
n.10. Non ignoro quidem Balbinum in *Epitome R.*
Boh. lib. III. c. 10. in not. in partes vocare Bohuslaum
Baronem Lobkovicium, qui tanquam teſtis o-
culatus affirmat in αὐτογράφῳ legi annum 1159. ve-
rum aut annus Chriſti eſt corruptus, aut adjecti an-
ni Indictionis, Regni, & Imperii Friderici, qui pla-
ne inter ſe non conveniunt.

(α) Radevicus] *lib. 1. de Geſt. Friderici I. Imp.*
cap. 13. Gevvoldus Veſontione factum ſcribit, quod
E *Ratiſpona actum eſt*; de S. Rom. Imp. Septemv.
cap. 9. num. 4. verſ. Boemiæ Regem. *Illud autem*
de Primis Imperii *non incommode interpretatur de*
Principibus Electoribus. Nam & a Gunthero, qui
totum Radevici locum metrice tranſtulit, Proce-
rum Dux, *appellatur, id eſt, Primus Primorum*
ſeu Primatum Imperii, lib. 6. Ligurin. verſ. 446.

(β) Otto de S. Blaſ.] *in Appendic. ad Ottonis*
Friſing. Chron. cap 28. ex quo libarunt Gul. Paradi-
nus in Chron. Burgund. *& Hieronym. Chifletius in*
F Veſontione, *Vignerius in* Chron. Burgundion. an-
no 1162.

(γ) Æn. Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 24.*

(δ) Langius] *in d. Chron. univerſ. anno 1086.*

(ε) Roſieres] *d. tom. 4. cap. 68. fol. 233.*

(ζ) Reliqui Scriptores] *Henric. Stero in* Chro-
nic. Auguſtenſ. anno 1156. *Joannes Nuſſienſis in* Ma-
gno Chron. Belgic. *Siffridus Miſnenſis in* Epitom.
Chron. lib. 2. anno 1204. *Krantzius* lib. 3. Wanda-
liæ cap. 11. & lib. 6. c. 6. *Matth. Michovius in* Chron.
G Regum Polon. lib. 3. cap. 21. & lib. 7. Saxon. cap. 15.
Nauclerus in Chronolog. *VVern. Rolevvinck in*
Faſcicul. temp. anno 1154. in Friderico I. Imp. *Ant.*
Bonfinius Rer. Ungaric. decad. 2. lib. 5. fol. 247. *Cu-*
ſpinianus de Cæſarib Rom. in Frideric. I. Imp.
Hugvv. Mutius in Chronic. German. lib. 18. fol.
145. *Achill. Pirminus Gaſſarus in* Epitom. Chro-
nic. anno 1156. *Chronica Auguſtana Germanica in-*
certi auctoris anno 1156. *Spiegelius in* ſchol. ad
Guntheri Ligur. lib. 6. *Munſterus* lib. 3. Coſmo-
graph. in deſcript. Bohem. *Melanchthon in* Chron.
Carion. lib. 4. numer. 17. fol. 908. *Vadianus* lib. 1.
de Colleg & monaſter. Germ. veter. fol. 91. *Mart.*
Cuthenus in Diſtich. de Ducum Regumque Bohem.
geſt. diſt. 28. *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1.
anno 1159. fol. 248. & ſeqq. *Dubravius in* Hiſt. Bo-
hem. lib. 12. fol. 94. *Georg. Sabinus* lib. 1. de Cæſa-
rib. German. in Frider. Barbaroſſ. *Onuphr. Panvi-*
nius lib. 3. Romanor. Princip. in genealog. Ducum
& Reg. Bohemiæ fol. 228. *Nicol. Ciſnerus in* Orat. 335
de Ottone III. Imp. & Elector. inſtit. *Beregk in*
Chron. Bohem. part. 1. anno 1158. fol. 152. *Span-*
genberg. in Chronic. Saxon. cap. 225. in fin. *Pan-*
tal. Candidus lib. 2. Bohemaid. de Ducib. & Reg.
Bohem. in Uratislao II. *Conr. Rittershuſius in* Not.
ad Guntheri Ligur. lib. 6. cap. 3. v. 446. *Buxdorf-*
fius ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 49. lit. b. *Joach.*
Clusen in Syllog. rer. quotidian. cap. 24. lit. c. *Dan.*
Otto de Jur. publ. Roman. German. Imp. cap. 10.
Domin. Arumaus Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concl. 1.
Pontanus a Braitenberg in Bohem. pia lib. 2. fol.
21. *Henr. Chriſt. a Griesheim* de S. Rom. German.
Imper. diſſert. 1. concluſ. 54. *Ang. Viſcherus in* Diſ-
curſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n.
44. q. 3. *Ant. Hanſmannus* d. reg. 7. in not. lit. l.
Calviſius in Chronolog. anno 1158.

(η) Ha-

Digitized by Google

conſentiunt, ut mora mera ſit plurium, nedum ſingulorum, ſententias operoſe annotare, vel examinare. A

10. Hodie Decretum Imperatoris de reſtituta, vel conceſſa Vladislao Regia dignitate non exſtat. Nam quod Hagecius [α] profert, ex Latino ſermone in Slavicum, & a Sandelio porro in Teuthonicum, non converſum, ſed perverſum, non caret falſi crimine, (*) cum, quod Imperator de Circulo Ducali conſtituit, ille ad Coronam Regiam ſine Cæſaris auctoritate transtulit. Rem vide: *Kund unnd zu wiſſen* &c. *daſs wir Fridericus dem Wladislao Hertzogen in Bœhmen, unnd ſeinen nachkommenden, von wegen ſeiner unnd ſeiner vorfahren gebührlichen dienſte, die ſie uns unnd unſern vorfahren jederzeit geleiſtet, die zierde der Kœniglichen Würdigkeit, deren ſich weyland Wratislaus ſein groſsvatter gebraucht, wiederumb überantwörten und zueignen, damit er ſein* B *haupt mit der Küniglichen Krone zieren, und dieſelbe tragen, er auch unnd ſeine nachkommende zu ewigen zeiten ſich deſs Küniglichen titels gebrauchen ſollen, Welches wir hiemit, daſs er und ſeine nachkommende dieſelbe alſo, wie wir deren genieſſen, auch tragen ſollen, unverbrüchlichen zu halten, ordnen, und wie folget, an dieſen unterſchiedlichen heiligen feſtagen, Pfingſttage, S. Wenceslai und S. Adalberti tagen, damit dieſen heiligen Patronen auch deſto mehr ehre erzeiget werde.* Tu vero, ſi verum amas, adi originarium textum in *Append.* [β] relatum, & diſce hinc, quantum interſit, ipſos fontes haurire.

11. Verum & Vladislai hujus Succeſſores, licet Regia dignitas non eſſet perſonæ, ſed toti genti & generi Bohemorum Ducali, [**] ab Imperatore benigniter conceſſa, C perpetuo ſucceſſionis ordine ſtabilita, tamen ultro ea abſtinuerunt, donec Philippus Cæſar Primislao Ottocaro in Comitiis Bopardianis an. MCXCVIII. reſtitueret, & anno deincipe in Moguntinis confirmaret. Ex quo tempore Majeſtas Regia in familia & gente Bohemica uſque ad noſtram ætatem ſine ulla interruptione continuo perſeveravit, id quod tam noſtrarum, quam Bohemicarum rerum Scriptores [γ] aſſidue teſtantur.
336 Quos inter vetus cumprimis auctor Godefridus, Monachus [δ] S. Pantaleonis Colonienſis ita infit: *Ducem quoque Bohemiæ ſibi allicit* (Philippus Cæſar) *eique, ut favorem ejus & opem propenſius habeat, nomen Regium indulget, quem & in præſentia ſua conſecratum Bopardiæ coronari conſentit,* (***) Et Henricus Stero (ε) Monachus Altahenſis: *Otaker Dux Boëmiæ conſilio Luduvici Ducis, reliquit Ottonem, & adhæſit Philippo, qui conſenſu Principum impoſuit ei diadema, faciens eum & Succeſſores ſuos Reges, tradiditque filiam ſuam Wentzlao filio ſuo, ex hinc Reges Boëmorum.* Et Anonymus auctor Argentinenſis: [ζ] *Ad eandem Curiam* (Moguntinenſem) *Philippus Rex* D *Otto-*

(α) Hagecius] *in Chron. Bohem. part. 1. anno 1159. fol. 249. & ex eo Georg. Beatus in* Chron. Bohem. in Wladislao II. fol. 29. *& in Reichsſatzungen* part. 2. anno 1159. fol 13.

(β) Append.] *infra in Append. document. num. 10. Diploma ipſum nobis Joh. Cochlæus in* Hiſtor. Huſſit. lib. 12. fol 412. *ſubmonſtravit.*

(γ) Bohem. rer. Scriptores] *Arnoldus Lubecenſ. in* Supplem. Helmold. Chron Sclav. lib. 6. cap. 2. *Albericus in* Magno Chron. Belgic. fol. 210. *Siffredus Miſnenſ. in* Epit. Chron. lib. 2. anno 1204. *Auctor* Chronicæ Colonienſ. in Philippo II. Imp. fol. 179. *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 26. *Joan. Bamlerus in* Chron. Cæſarum in LXXXXV. Cæſ. anno 1200. *Aventinus* Annal. Boior. lib. 7. fol. 527. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1200. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. in deſcript. Bohem. *Franciſc. de Roſieres in* Stemmat. Lothar. Duc. tom 4. cap. 68. fol. 233. *Lotſinus in* d. Relat. de Aula & Regno Imperat. Rom. *Cromerus* lib. 7. Rer. Polon. in Miecеslao ſene, fol. 122. col. 1. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 194. *Joach. Cluten in* in Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 49. lit. b. *Calviſius in* Chronolog. anno 1159.

(δ) Godefridus] *in Annalib. anno 1198.*

(ε) Stero] *in Chronic. Auguſtenſ. anno 1205.*

(ζ) Anonymus] *in Fragment. hiſtoric. quod Alberto Argentinenſi præponitur, in anno 1198.*

(*) Idem, & quidem jure merito, de hoc diplomate ſentit Balbinus in *Epit. R. Boh. lib. III. c. 10.*

(**) De eo ſane nihil memorant antiqui, quapropter certiſſime mihi perſuadeo, ſi filiis & poſteris conceſſa hæc dignitas regia, eam etiam ſibi omnino vindicaſſet Uladislai filius, quod cum factum non fuerit, ſatius eſt, ſi dicamus, hactenus nonniſi perſonalem fuiſſe hunc honoris gradum. E

(***) Quanquam Ottocarus a Philippo legitime Rex creatus eſſet, non deſiſtebat tamen Innocentius Papa, ut ægre faceret Philippo, perſuadere Bohemo, coronationem illam a Philippo factam plane eſſe irritam, cum ipſe Cæſar legitime non ſit coronatus. Tum demum vero eum Regem futurum, ſi relicto Suevo ab Ottone IV. coronam expeteret. In principio quidem hæc ſpernebat Otto- F catus, ſed tandem variis Clericorum artibus inductus, promiſit Pontifici, ſeſe quam proxime coronam ſuſcepturum ab Ottone IV. eique homagium ligium præſtiturum. Vid. hæc pluribus in ipſis literis Primislai & Innocentii, quas *ſupplementi* loco *Appendici documentorum* Goldaſti ſubjunximus. Hæc autem coronatio ſecunda Ottocari Mersburgi peracta fuit anno 1203. in feſto S. Bartholomæi, ubi Otto IV. Bohemum coronavit, Guido vero Legatus Pontificius novum Regem conſecravit, G teſte Godefrido Monacho in *Annal. ſuis ad an. 1203.*

A *Ottocarum Ducem Bohemiæ Regem fecit, datis ſibi & uxori coronis.* Dilucidius autem
Dubravius, (α) Epiſcopus Olomucenſis; *Venerat Premislaus Moguntiam, in qua con-
ventum Principum Philippus Cæſar habuit. Ibi priuſquam de bello deliberari, aut quic-
quam tractari cœptum eſſet, Premislaum de omnium, qui aderant, ſententia Regem Bo-
jemiæ creat, impoſita ei ſua manu corona Regia. Exin tandem interregnum in Boje-
mia finitum, Regibus ſibi deinceps continuâ ſerie ſuccedentibus: poſtquam uſu didicerunt,
ad dignitatem atque exiſtimationem tuendam plus inter ipſos Reges, quam inter Princi-
pes, cenſeri, præſertim apud Bojemos; in tam corrupta Procerum indulgentia ac licentia,
per quam ipſos Principes non ſolum nimis ſibi familiares, verum etiam obnoxios faciebant.*
At quid conſectamur rivulos, quum & hic nobis limpidus fons ſcaturiat? id eſt, Fri-
B derici II. Imp. conſtitutio, (β) unde hæc hauſimus: *Sicut dilectus patruus noſter Rex
Philippus, omnium Principum habito conſilio, per ſuum privilegium inſtituit ipſum Re-
gem, conſtituimus & confirmamus, & tam ſanctam & dignam conſtitutionem approba-
mus.*

12. Cur autem Regii nominis titulus totiens in Bohemia fuerit interruptus, Suc- 337
ceſſoreſque ad antiquam Ducis appellationem priſcis illis temporibus ſemper redierint,
variæ ſunt ſcribentium, eædemque diverſæ opiniones, aliis alias cauſſas aſſignantibus.
Sunt enim qui putent, (γ) Succeſſores per modeſtiam quandam Regiæ dignitatis titulo
abſtinuiſſe. Alii vero (δ) arbitrantur, eos abſtinuiſſe, quod magis vi, quam jure impe-
traverint, ſive quod Imperatoris Romani indultum ſumendæ Coronæ more majorum ob-
C tinere non valuerint. Rurſum alii, (ε) quod Regios ſumptus Camera Bohemica ſuſti-
nere non poſſet. Nonnemo, (ζ) quod oneris plus quam honoris ineſſe judicarent, ſi-
ve quod ſervitutis ſibi jugum ſub honoris ſpecie impoſitum arbitrarentur. Nonnulli, [η]
quod Bohemi perinde ſuperiorem Regem aut Imperatorem agnoſcere dicerentur. Qui-
dam, (ϑ) quod iidem Bohemi Ducem quam Regem præoptaverint, ut ita faſtum do-
minantis temperarent. Alii denique, (ι) quod Regni decus homini, non provinciæ
datum eſſe exiſtimarent. [*]

13. Ex quibus omnibus ac ſingulis, quæ uſque deduximus, evidenter conſtat, quam
imperitiſſime errare illos, qui Regiam dignitatem Ottocaro (κ) fuiſſe a Friderico II. Im-
peratore Baſileæ contendunt anno MCCXII. reſtitutam cum privilegio, ut ipſe & poſteri
D ejus a Bohemis electi Regio titulo uti frui poſſint, etiam non requiſito Imperatoris con-
ſenſu: vel eos, qui ſcribunt, Vladislaum (λ) Polonum fuiſſe a Friderico III. Imperat.
Viennæ anno MCCCCLXXVII. Regem creatum.

14. Multo autem imprudentius errant illi, (μ) qui Regem Bohemiæ inter eos Reges 338
reponunt,

(α) Dubravius] *in hiſtor. Bohem. lib. 15. Pen-
tanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 21.
(β) Friderici II. conſtit.] *apud Doct. Eyſen in*
Deduct. Boh. in Beylagis n. 16. *Hagecium in* Chron.
Bohem. anno 1212. *Georg. Beatum in* Chron. Bo-
hem. in Primislao I. fol. 36. *denique in Reichsſa-
E tzungen* part. 1. anno 1212. fol. 30. *infra in* Append.
ſub anno 1212.
(γ) Sunt qui putent] *Lottinus in* d. Relation.
de Aula & Regno Imp. Rom.
(δ) Alii vero] *Æn. Sylvius in* Hiſt. Boh. cap.
25. *Krantz.* lib. 6. Wandal. cap. 6.
(ε) Rurſum alii] *Dubravius in* Hiſt. Bohem.
Beregk in Chronic. Bohem. part. 1. in Sobieslao III,
in princ. fol. 171.
(ζ) Nonnemo] *idem Krantz.* lib. 3. Wandal.
F cap. 11.
(η) Nonnulli] *idem Krantz.* d. lib. 6. Wandal.
cap. 6. *Hagecius in* Chron. Bohem.
(ϑ) Quidam] *idem Krantz.* lib. 7. Saxon. cap. 19.
& lib. 8. cap. 2. *Franciſc. Roſieres in* Stemmat. Lo-
tharing. Ducum tom. 4. cap. 68. fol. 233. *ibi*; Du-
cis non Regis, nomine uſus, ut ſe clariorem Pro-
ceribus redderet. *Vinc. Caborins* lib. 1. Var. jur.
diſput. cap. 7. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24.
lit. e *Dan. Otto* de jur. publ. Rom. Germ. Imp. cap.
G 10. verſ. adhæc Imperatores, *Viſcherus in* Diſcurſ.
de Elect. Reg. & Imp. Rom. concl. 10. n. 44. q. 3.
in fin.
(ι) Alii denique] *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem.
cap. 24. *Paul. Langius Zeitic. in* Chron. an. 1086.
Ciſnerus in Orat. de Ottone III. Imp. & Elector.
inſtitut. *Arnmæus* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ.
1. *Viſcherus* d. quæſt. 3.
(κ) Ottocaro] *Georg. Beatus in* Chron. Boh. in
Primislao I. fol. 36. *ex prava & corruptiſſima ver-
ſione ſive Hagecii Slavica, ſive Sandelii Teutho-
nica, conſtitutionis Friderici II. quam illi non deco
vitiarunt, ſed prorſus falſaverunt, ut cuivis eam
cum Latino apographo contendenti conſtare poterit.*
(λ) Uladislaum] *Funccius in* Chronolog. anno
1477. *Non enim noviter creatus Rex fuit a Cæſare,
ſed infeudatus atque inveſtitus, ut infra dicemus.*
(*) Vide, quæ ad §. 9. obſervavimus.
(μ) Errant illi] *Provinciale Romana Eccleſia*
in fin. *Franciſc. Albertinus Florent. in* Opuſc. de
Mirabilibus novæ & vet. urbis Romæ in fin. *Calefa-
tus in* tract. de Equeſtr. dignit. num. 102. *Rebuffus*
poſt Taxam Cancellariæ &c. *Nec pute Regem in
univerſo orbe Chriſtiano reperiri, qui non ſolemni-
ter coronetur & inungatur; Innocentius III. Papa
in* c. 1. §. 1. Ext. de ſacra unct. *& ibi Canoniſta, Jac.
Valdeſius* de Prærogat. Hiſpan. c. 14. n. 6 & ſeqq.
*niſi unum aliquem Regem Yvetoti in Normannia
Gallia,*

reponunt, qui neque coronantur, neque inunguntur. Quos refutat textus manifeſtus A
Aureæ Bullæ, *tit. 4.* §. *1.* ibi: *Cum ſit Princeps coronatus & unctus.*

Galliæ, qui vix habet latifundium, in quo regnet; *Joan. Serranus in* Inventar. hiſt. Franc. in Clothario I. Rege, *Franciſc. de Rues in* Deliciis Franciæ &c. *Beſoldus in* Diſſert. philolog. de Præcognit. politic cap. 8. n. 7. *Sed Provinciale Romanum, cujus auctorem Tancredum JC. eſſe perhibeat, ſentire mihi videtur de coronatione & inunctione a Summo Pontifice Romano facienda, a quo tantum quatuor Reges conſecrati ibidem memorantur, nempe Gallus, Anglus, Siculus & Hieroſolymitanus: Alvarotus in* c. 1. Quis dicat, Dux, in Uſib. Feud. *Albericus Roſatus in* ſub. D. de ſtat. hom. *Archidiaconus in* c. quoniam diſt. 10. *Goffredus & Cardin. Hoſtienſis in* Summ. tit. de ſacra unct. *Caſtaldus* de Imper. quæſt. 18. n. 6. *Valaeſius d* cap. 14. num. 5. in princ. *Martinus Laudenſis in* tract. de Princip. quæſt. 23. *non autem de ea, qua ſit a Metropolitano Regni.* B

CAPUT XI.

Coronatio & Conſecratio Regis Bohemiæ ſpectabat ad Archiepiſcopum Moguntinum, tanquam Regni Metropolitanum. Primus tamen Rex a Trevirenſi coronatus. Poſtea jus illud a Moguntino in Pragenſem Metropolitam a Carolo IV. fuit translatum. Tempore Huſſitarum etiam exteri Epiſcopi conſecrationis munus obierunt.

PRimus autem Rex Vratislaus, ab Heinrico IV. Imperatore ad eam dignitatem evectus, fuit ab Engelberto Archiepiſcopo Trevirenſi, ex ſpeciali mandato & commiſſione Cæſarea, Pragæ in templo S. Viti ſolemniter coronatus & inunctus, anno [ut annales referunt] MLXXXVI. Quo tempore ſimul & Regia conjunx Suatawa, Caſimiri Poloniæ Regis filia, in Reginam Bohemiæ conſecrata fuit ab eodem Trevirenſi. (α) C

2. At Vladislao ſecundo Bohemorum Regi a Friderico I. Imper. conceſſum eſt, ut Succeſſores ejus Duces Bohemiæ a propriis Epiſcopis, Pragenſi & Olomucenſi, diademate Ducali [β] coronarentur. Verba Privilegii Cæſarei [γ] ita habent: *Sicut itaque*
539 *que celebratio & impoſitio Coronæ noſtræ non debet fieri, niſi per manus Archiepiſcoporum, ita præfato Duci Bojemiæ a nullo hominum Circulus imponatur, niſi a dilecto noſtro Daniele, Venerabili Pragenſi Epiſcopo, & Joanne, Olomucenſi Epiſcopo. Quod ſi forte Olomucenſis defuerit, nihilominus Pragenſis pro ſede & dignitate excellentiore vices impleat amborum. Similiter autem Olomucenſis, ſi forte Pragenſis defuerit.*

3. Ne tamen Privilegium illud etiam ad Regiam coronationem & inunctionem ab imperitis trahi poſſit, Sigefridus (δ) III. Archiepiſcopus Moguntinus ſibi a Rege Otto- D
caro ejuſque filio Wenceslao caveri publico inſtrumento (ε) voluit, in quo uterque fatentur,

(α) *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 22. *Dubravius* lib. 5. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1086. *Boregk* part. 1. ſol. 99. *vide quot ſupra* cap. 10. §. 8. *allegamus.*

(β) Diademate Ducali] *qui in Privilegio Cæſareo* Circulo, *a Carolo Paſchaiio* de Coron. *& Thom. Milles* de Milit. Britann. *vocatur* Corona Ducalis. *Fallit ergo Dubravius, qui* lib. 12. Hiſt. Boh. ſol. 99.
* *de Corona Regali* (*) *interpretatur; Scilicet eum pro perſona loqui, tanquam Epiſcopum Olomucenſem. Fœdius autem ſive Hagecius in anno 1159 ſive ejus interpres Sandelius nos decipit, dum illa verba,* Circulus imponatur, *reddidit,* geſalbet vverden ſolle. *Apage tales ineptias: quia Duces non ſolent inungi, ſed Reges. Et Ducum quidem Bohemiæ inauguratio ad Epiſcopos illos ſpectabat: ſed Regum Bohemiæ conſecratio ad Archiepiſcopum Moguntinum, ceu Regni Bohemiæ tum Metropolitam, qui noluit ſummam ſuam dignitatem adeo proſtituere, ut Ducis inaugurandi laborem ſuſtineret. Et alioquin hæc eſt antiqua Moguntini Primatis prærogativa, ut Reges ab Imperatore recens creatos coronaret atque ungeret, ut de Rege Lituaniæ, Cypri, Armeniæ, & aliis, hiſtorici prodiderunt.* Quod obſervari poteſt, *inquit præſtantiſſimus Viſcherus,* in ipſorum monumentis Moguntiæ in templo Cathedrali poſitis, ubi Archiepiſcopi quidam Reges a ſe confirmatos juvenili forma expreſſos, quaſi filios quoſdam ſpirituales ſub manibus tenent, ut ipſimet obſervavimus & notavimus; *in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imper. Rom. concl. 7. n. 33. *Idem ante eum notarunt Bruſchius & Cratepolus in* Catalog. Epiſcop. Mogunt. *& Serarius* lic. 1. Rer. Mogunt. E

(γ) Privilegii Cæſarei] *quod refert Cochlæus* lib. 12. Hiſtor. Huſſit. ſol. 412. *Hagecius in* Chron. Boh. part. 1. anno 1159. *not. in* Appendic. *& in* Beylagis Germanic. ſub anno 1159. *Errat autem Cochlæus, dum auctorem hujus Privilegii facit Fridericum II. Imp. ſub dato Ratiſponæ anno 1236. niſi confirmatum fuiſſe eo anno velit.*

(δ) Sigefridus] *Serarius* lib. 5. Moguntiac. rer. ſol. 834.

(ε) Inſtrumento] *quod recitat Trithemius in* Chron. Spanheimenſ. anno 1228. ſol. 269. & ſol. 303. *Serarius* d. loc. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. *Abrah. Bzovius* Annal. eccleſiaſt. tom. 13. anno 1228. n. 14. E1

(*) Confer. quæ *ad* §. *9. cap. 10.* de *circulo* monuimus.

A tentur, Regum Bohemiæ coronationem & conſecrationem a nullo alio, præterquam Moguntino Archiepiſcopo, fieri aut peragi debere. Meminit Trithemius (α) hiſce verbis; *Odacharus & Wenceslaus Reges Bohemiæ tale privilegium dederunt Eccleſiæ Moguntinæ, quod conſecratio Regum Bohemiæ ad Archiepiſcopum Moguntinum perpetuis futuris temporibus debeat pertinere.* (*)

4. Factum autem id fuit Pragæ, anno MCCXXVIII. poſt coronationem Wenceslai, 340 vivo patre inaugurati ab eodem Sigefrido. Dubravius: (β) *Premislaus Rex filium Wenceslaum Regem, cum uxore Kunigunda, auſpice Siffrido Moguntino Pontifice, coronari curavit.*

5. Hujus Wenceslai filius Primislaus Ottocarus II. fuit a Wernero Archiepiſcopo B Moguntino conſecratus anno MCCLXI. præſentibus Pragenſi & Olomucenſi Epiſcopis, Moguntini ſuffraganeis. (γ)

6. De Wenceslao Ottocari filio ita ſcribit Siffridus Miſnenſis: [δ] *Rex Bohemiæ Wenceslaus II. ab Archiepiſcopo Moguntino Gerhardo coronatus eſt & unctus, & hæc ſolemnitas Pragæ peracta eſt Regali ſumptu* &c. Factum id anno MCCXCVI. Alii [ε] habent annum MCCXCVII, ajuntque Juttam ſeu Juditham, Regis conjugem, Rudolphi I. Cæſar. filiam, ſimul fuiſſe ab eodem Moguntino coronatam. Quid ergo eſt, quod ſcribit Matthæus Mareſcalcus de Bappenheim: (ζ) *Anno* MCCLXXXV. *Dominus Rudolphus Romanorum Rex in Egra ſolenniter celebravit nuptias filiæ ſuæ, quam tradidit filio Domini Ottocari piæ recordationis quondam Regis Boemiæ: quem etiam ibidem in Regem* C *Boemiæ coronavit.* Hoc vult dicere, Cæſarem genero ſuo Regnum & jus Regium, quod pater ejus per rebellionem & crimen læſæ Majeſtatis amiſerat, reſtituiſſe & impoſita capiti ejus corona confirmaſſe. *Et coronavit* poſitum eſt pro inveſtivit, infeudavit.

7. Anno MCCCIII. fertur Eliſabetha, Primislai Regis Poloniæ filia & heres, Wenceslai Regis Bohemiæ conjux, ab Heinrico Epiſcopo Vratislavienſi fuiſſe Pragæ coronata; cum conſenſu tamen ſeu potius ex commiſſione Archiepiſcopi Moguntini. [η]

8. Anno MCCCXI. ſcribit Dubravius; (θ) *Petrus Moguntinus Archiepiſcopus diem omnibus Ordinibus edicit, ad quem Pragam ad coronandum tum Regem Joannem, tum Reginam conveniant. Quo die ipſe Archiepiſcopus, ſuffragantibus ſibi Joanne Pragenſi, & Petro Olomucenſi Præſulibus, manibus ſuis caput utriuſque Regio diademate redimi-* 341 D *vit*, &c.

9. Breviter complectar, Archiepiſcopum Moguntinum antiquitus habuiſſe jus ac pontificium conſecrandi & coronandi Reges Bohemiæ, nemo tam hoſpes eſt in rerum geſtarum monumentis, ut ignorare poſſit. [ι]

10. *Quod jus*, ait Trithemius, (κ) *multis annis ita fuit obſervatum, quouſque tandem per quendam Archiepiſcopum Moguntinenſem hoc jus Eccleſiæ Pragenſi venditum eſt.* Serarius (λ) aſſerit, hunc Archiepiſcopum fuiſſe Gerlacum (μ) Naſſovium, qui jus illud in

(α) Trithem.] *in Chron. Hirſaugienſ. anno 1310. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concl. 7. n. 33. *VVindeckius in* Comment. de orig. E Princip. Elect. cap. 15 n 5.

(β) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem. lib. 15. fol. 123.* in fin. *Hageeius in* Chron. Bohem. anno 1228. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 204.

(γ) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. I. anno 1261. *Unde patet, Friderici I. Imper. Privilegium, quo* Ratiſponæ 15. Calend. Februar. indict. 5. anno 1159. *jus coronandi & inaugurandi Ducem Bohemiæ Epiſcopis Pragenſi & Olomucenſi confirmatur, nunquam obtinuiſſe, licet id fuerit a Regni* F *Ordinibus pro infirmanda Georgii Regis coronatione anno 1458. productum, ut ſcribit Cochlæus* d. lib. 12. Hiſtor. Huſſit. fol. 412. *& Zach. Theobaldus in* Bell. Huſſitic. part. 3. cap. 5. fol. 27.

(δ) Siffridus] *in Epitom. Chron. lib. 2. anno 1296.*

(ε) Alii] *Matth. Mareſcalc. de Bappenheim in* Chron. Auſtral. part. 2. an. 1297. *Heinr. Rebdorffenſis in* Annal. an. 1297. *Matth. Michovius in* Chron. Reg. Polon. lib. 4. cap. 4. *ubi perperam* Archiepiſcopum Maydenburgenſem *ponit, pro Mo-* G *guntino, Hagecius* part. 1. fol. 357. *Calviſius in* Chronolog. anno 1297.

(ζ) Bappenheim] *d. part. 2. anno 1285.*

(η) *Hagecius in* Chron. Boh. part. 1. anno 1303.

(θ) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem.* lib. 20. in princ. *Cuſpinianus* de Cæſarib. Roman. in Henrico VII. fol. 263. *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1311. fol. 380. *Boregk in* Chron. Bohem part. 1. fol. 279.

(ι) *Franciſc. Modius* lib. 4. Pandect. triumphal. cap. 6. & ſeq. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 41. lit. c. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. *Viſcherus* de Elect. Regis & Imp. Roman. concluſ. 7. num. 33. *Zælnerus* de Regis Roman. elect. concluſ. 10. lit. d.

(κ) Trithemius] *in d. Chronic. Hirſaugienſ. anno 1310.*

(λ) Serarius] *Rer. Moguntiac. lib. 5. in Sigefrido III. Archiepiſcop. fol. 834. & in Henrico III. Archiepiſcop. fol. 857.*

(μ) Gerlacum] *Æneas Sylvius in* Deſcript. German. *Latomus in* d. Catalog. *Cuſpinianus* de Cæſarib. Roman. in Ludovico Bavar. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 41. lit. c. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e. verſ. olim quoque.

(*) Vid. illud inſtrumentum in *Append. Goldaſt. n. 16.*

lud in Carolum IV. Imperatorem abalienarit, & in Archiepiſcopatum Pragenſem no- A
viter ab Imperatore (α) & Papa (β) erectum tranſtulerit. Alii vero Heinricum (γ)
Virneburgium Archipræſulem nominant, qui hanc prærogativam a Moguntina Archi-
metropoli in Eccleſiam Pragenſem auro accepto [δ] tranſcripſerit. Verum Albertus
Argentinenſ. [ε] narrat, Carolum Moraviæ tum Marchionem, odio Henrici a Firne-
berg Archipræſulis Moguntini Pragenſem Epiſcopatum in Metropolim erexiſſe, & Mo-
guntini ſubjectione exemiſſe, eidemque jus coronandi Regis (ζ) conceſſiſſe. (*)

11. Ex eo tempore jus Archiepiſcopi Moguntini in Bohemia aboleſcere & deſue-
ſcere cœpit, Bohemorum Regibus coronam imponente Pragenſi Archiepiſcopo. (η)

12. Qua de re exſtat tum Clementis VI. Papæ Bulla, [θ] tum ipſius Caroli IV. Imp.
Conſtitutio, quarum illa data Avenione in Regno Arelatenſi, anno MCCCXLIII. hæc au- B
tem Pragæ anno MCCCXLVII. In Conſtitutionibus quoque Regni Bohemiæ (ι) ab eodem
Carolo promulgatis hic articulus [κ] legitur inſertus: *In ipſa Coronatione, antequam
ſcilicet in capite diadema ipſum per ſacras manus Archiepiſcopi Pragenſis, qui pro tempo-
re fuerit, imprimatur, vel Prælati alterius, tunc forte Eccleſiæ Pragenſis ſede vacante,
vel ipſa renitente*, &c. Et rurſum: [λ] *Regale diadema per manus ſacras Pragenſis Ar-
chiepiſcopi, aut Prælati alterius, Pragenſis Eccleſiæ ſede forte vacante, vel ipſo Archie-
piſcopo renitente, aut alias inhabili exiſtente*, &c.

13. Ait Imperator, *aut alias inhabili exiſtente*; verbi gratia, ſi hæreticus ſit vel
ſchiſmaticus: quo in caſu licet alium Epiſcopum, etiam peregrinum, pro ſacro inaugu-
rationis munere peragendo accerſere. Quemadmodum Barbara, Sigiſmundi Imperat. C
conjux, in Reginam Bohemiæ anno MCCCCXXXVII. Pragæ conſecrata & coronata fuit
non a Johanne Rokyczana, Archiepiſcopo Pragenſi, licet tum in loco eſſet, ſed a Phi-
liberto (μ) ſeu Fulberto Epiſcopo Conſtantienſi Gallo, Concilii Baſilienſis Legato, quem
Imperator ex Comitiis Ratiſponenſibus in Bohemiam ſecum adduxerat, ut ejus opera
in reformatione Eccleſiæ (ν) ab Huſſiticis erroribus repurgandæ uteretur.

14. Etiam Albertus [ξ] quoque Sigiſmundi gener & ſucceſſor, ab eodem Phili-
berto Epiſcopo Gallo Pragæ coronatus eſt, ſuffragante ei Epiſcopo Olomucenſi, cujus
alioquin erat vicem abſentis Archiepiſcopi vel ſchiſmatici, qualis tum erat Rokyczana,
adimplere.

 15. At

(α) Imperatore] *cujus ea de re Conſtitutionem refert Hagecius* part. 2. anno 1347. fol. 2.

(β) Papa] *Clemente VI. cujus Bullam refert idem Hagecius* part. 1. anno 1343. fol. 416. *Baronius in* Annal. Eccleſiaſt. Joan. Latomus in Catalog. Epiſcopor. Moguntienſ. in Gerlaco, *ubi teſtatur eam, & alias conſimiles, exſtare Francofordia ad Mœnum in Bibliotheca S. Bartholomæi.*

(γ) Alii vero Heinricum] *Trithemius in* Chronic. Spanheimenſ. *Bruſchius* de Epiſcopatib. German. in Archiepiſcop. Mogunt. *Pet. Merſſæus Cratepolus ordinis S. Franciſci in* Catalog. Epiſcopor. Moguntinenſ. in Henrico III. *Quos injuria refellit Serarius* d. lib. 5. Henrico III. fol. 857. *quum illi auctorem habeant ipſum Carolum IV. Imp. in* d. Conſtitut. de anno 1347. *relata a nobis in* Beylagis Germanic. ſub anno eodem.

(δ) Auro accepto] *Latomus & Serarius auctores ſunt, Gerlacum pro conſenſu in remunerationem a Carolo Imp. accepiſſe oppidum Hœchſt ad Mœnum infra Francofordiam cum adjuncto telonio.*

(ε) Argentinenſ.] *in Annal. Chronic. anno 1346. Boregk in* Chron. Bohem. part. 2. fol. 313. *VVindeck.* d. cap. 15. num 5.

342 (ζ) Jus coronandi Regis] *Qua de re exſtat ejuſdem Clementis VI. Papæ Bulla apud Hagecium* part. 1. anno 1343. fol. 417. *& apud Pontanum in* Bohem. pia.

(η) *Dubravius* lib. 12. Hiſtor. Bohemic. fol. 99. *Cromerus* Rer. Polonic. lib. 12. *Arumæus in* Diſcurſ. Academ. de jur. publ. vol. 1. diſc. 3. fol. 27. in fin. *Viſcherus* de Elect. Regis & Imp. Roman. concluſ. 7. num 33. D

(θ) Bulla] *utraque exſtat apud Pontanum in* Bohem. pia. *& Hagec. in* dictis annis.

(ι) Conſtitution. Regni Bohem.] *quas in lucem protulit Paulus Geſchenius ſub titulo*, Majeſtas Carolina. *Quo pacto etiam Regni Scotiæ conſtitutiones ab Joan. Skenæo editæ ſunt, ſub titulo*, Regiam Majeſtatem Scotiæ, *&c.*

(κ) Hic articulus] *tit. 11.*

(λ) Et rurſum] *tit. 38.* E

(μ) Philiberto] *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 2. anno 1437. fol. 131. *Cochlæus in* Hiſt. Huſſit. lib. 8. anno 1437. fol. 303.

(ν) Reformatione Eccleſiæ] *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 52. *Pontanus in* Bohem. pia. *Dubravius* lib. 20. Hiſt. Bohem. *Boregk* part. 2. fol. 461.

(ξ) Albertus] *Matth. a Michou in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 53. *Pontanus a Braitenb. in* Bohem. pia lib. 2. fol. 29. *Hagecius* d. part. 2. anno F
1438. *Boregk* dict. part. 2. fol. 469. *Zachar. Theobaldus* de Bello Huſſit. part. 2. cap. 4. anno 1438. *At* 343
non a Philiberto, ſed Paulo Epiſcopo Olomucenſi coronatum aſſerit Cochlæus in Hiſt. Huſſit. lib. 9. anno 1438. fol. 319. in fin. *quod intelligi debet de vice, ut diximus, Suffraganeali.*

(*) Et ea ſententia mihi omnium optima videtur, utpote quæ nititur actis publicis ejus ætatis. Conf. *lib. V. cap. 3. & 4.* nec non ea, quæ in append. noſtra, poſt Goldaſti docum. leguntur. G

A 15. At Ladiſlaus Alberti filius Pragæ coronatus eſt a Dionyſio, Archiepiſcopo Strigonienſi, anno MCCCCLIII. Rokyczano adhuc vivente & præſente. (α)

16. Georgius Podiebracius in Regem Bohemiæ ab Huſſitis electus, noluit a Rokyczano conſecrari, invidiam veritus; ſed a duobus Hungariæ Epiſcopis, (β Auguſtino Jaurinenſi & Vincentio Vazovienſi, quum Olomucenſis, ad quem de jure ſpectabat, necdum eſſet a Summo Pontifice confirmatus, coronationem in templo S. Viti Pragenſi accepit, anno MCCCCLVIII. Dubravius (γ) ita ſcriptum reliquit: *Inde cura Georgium de futura ſui coronatione ſatis anxia ſubiit, propterea quod ab Archiepiſcopo ſedes Pragenſis vacabat, & Prothaſius, qui ad Olomucenſem cathedram electus erat, nondum confirmatus Epiſcopus a Romano Pontifice fuerat. Solenne autem Bohemia habet, idque* B *Cæſarum Diplomatibus comprobatum, ut Rex Bojemiæ ab Archiepiſcopo Pragenſi, aut Epiſcopo Olomucenſi, ſi Pragenſis non adeſſet, inungi coronarique debeat. Auctaque cura fuit, quod nullus e Germanis Epiſcopis falcem in alienum agrum, ac præſertim, ut dicebant, zizania Huſſitarum infectum, mittere voluit.*

17. Matthias Corvinus Rex Hungariæ a Catholicis Bohemis contra Georgium Huſſitam electus meruit a Legato (δ) Summi Pontificis Olomucii in Moravia coronari anno MCCCCLXVII. ubi etiam a Moravis, Sileſiis & Bohemis Catholicis homagia recepit.

18. Denique Wladiſlaus Polonus, quum Pragenſis Archiepiſcopatus legitimo deſtitueretur Paſtore, & Olomucenſis metu Summi Pontificis & Matthiæ Regis Hungariæ, qui jus in Regnum Bohemiæ prætendebat, inhiberetur, ab Epiſcopis e Polonia (ε) accerſitis fuit coronatus die XII. (*) Septembr. anno MCCCCLXXI.
C

19. Noſtris tamen moribus res ad antiquum ſtatum rediit, ſuaque Pragenſis Metropolitæ prærogativa, ſuum item Olomucenſi Epiſcopo jus ſuffraganeum ſeu vicarium, ut privilegia Cæſarea decernunt, integra illibataque permanent, nec turbata umquam, niſi a ſchiſmaticis aut rebellibus, fuerunt. Et dignum eſt notatu, quod Dubravius, (ζ) qui Epiſcopus fuit Olomucenſis, in ſua hiſtoria commemorat: *Eumque adeo morem*, inquiens, *ſic perpetuum incorruptumque Bohemi vel hodie retinent, ut dum nuper Ludovicus Pannoniæ Rex, diademate quoque Regni Bojemiæ inaugurandus eſſet, ejusque rei gratia duo fratres germani Turſones, Joannes Vratiſlavienſis, Staniſlaus Olomucenſis Epiſcopi, Pragam veniſſent, cuperetque Staniſlaus natu junior, Joanni tanquam fratri* D *ſeniori de loco functioneque ſua concedere, vehementer Proceres Nobilitatis reſiſtebant, dicentes, ubivis alibi in locis privatis ſe facile ſuſtinere poſſe, ut fratres inter ſe ætatum officiorumque & honorum diſcrimina uſurpent: at in publico munere defungendo publicum decus perſonarum a majoribus acceptum, non eſſe commutandum.*

(α) *Matth. a Michou in* in Chronic. Regum Polon. lib. 4. cap. 65. in fin. *Dubravius* lib. 29. in princ. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 29. *Boregk* d. part. 2. fol. 510. *Quod ergo nonnulli ſcribunt, eum ab Joanne Olomucenſi Epiſcopo fuiſſe coronatum, intelligi debet de conſenſu & adjutorio Suffraganea-*
E *li, non de Archiepiſcopali vice, quam Strigonienſis geſſit; Auguſtinus Præpoſitus Brunnenſ. in* Catalog. Epiſcopor Olomucenſ. *Miraus in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 8.

(β) Hungariæ Epiſcopis] *Matth. a Michou in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 67. *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. lib. 30. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 30, *Boregk* part. 2. fol. 543. in fin. *Zach. Theobald.* de Bell. Huſſit. part. 3. cap. 5 *Vide Georgii Regis juramentum apud Doct. Eyſen in* Deduct.
F Bohem. in Beylag. num. 7.

(γ) Dubravius] *d. lib. 30. fol. 244.*

(δ) Legato] *Hagecius in* Chronic. Bohem. anno 1496. *Lupacius in* Ephemerid. die X. Septemb. anno 1467. *cujus calculum probat Theobaldus in* Bell. Huſſit. part. 3. cap. 17. anno 1467.

(ε) Epiſcopis e Polonia] *idem Procopius Lupacius in* Ephemerid. 12. Februar. *idem Theobaldus* 344
de Bell. Huſſit. part. 3. cap. 21. anno 1471. *Epiſcoporum nomina exprimit Herburtus* lib. 17. Hiſtor. Polon. cap. 3. in fin. *Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 62.

(ζ) Dubravius] *lib. 12. fol. 99. Pontanus* d. lib. 2. fol. 21.

(*) Balbinus in vita hujus Regis præfert XXII. hujus menſis diem.

CAPUT

CAPUT XII. A

Regnum Moraviæ quale quantumve fuerit. quando ortum, & a quo inſtitutum. cur & quo tempore deſtructum, in Bohemiam translatum. hinc Regni Bohemiæ antiquitas, & inde prærogativa. Regnum Hungaricum, Polonicum & Auſtriacum, olim Moraviæ ſubjecta, ab Imperatoribus jura ſeparata acceperunt. Rex Bohemiæ proximus a Cæſare. Cracovia a Bohemis condita. Polonia Regi Bohemiæ in diverſis Imperij Comitiis adjudicata. Pactum hereditarium inter Polonos Reges & Archiduces Auſtriæ de ſucceſſione in Regno Poloniæ.

QUia Moraviæ Regni mentio haud ſemel a nobis facta eſt, & plerique auctores aſſerant, jus ejus Regni in Bohemiam, cui olim imperabat, fuiſſe translatum, ordo nobis aurem vellit, ut de ipſo etiam, quale fuerit, quam paucisſimis B
exponamus. Et Dubravius [α] quidem ita ſcribit: *Prius invenias, qui tibi regnatum eſſe dicat, quam qui oſtendat, unde Regia Majeſtas in Moraviam a Slavinis tunc poſſeſſam, ſe inſinuaverit.* Alibi tamen (β) refert Suatoplucum Regem Arnulpho Imperatori reſpondentem, majores ſuos Regni decus ab Imperatore Græcorum ſeu Conſtantinopolitano accepiſſe.

2. Sed ante Slavos Regnum illud Quadi habuere, quorum Reges ſupra commemoravimus. Et de Marcomaro ſcribit Sext. Aurel. Victor: [γ] *Triumphi acti* (a M. Aur. Antonino & L. Vero Impp. Romanis) *ex nationibus, quæ Regi Marcomaro ab uſque urbe Pannoniæ, cui Carnuto nomen eſt, ad media Gallorum protendebantur. Carnutum* autem hoc loco non eſt Carinthia, ut vulgus hiſtoricorum opinatur, neque oppidum *zum Rotenmann* in Norico, ut arbitratur Vadianus, (δ) ſed Haimberga (ε) in Danubii ripa, Quadorum ſeu Moravorum finibus oppoſitum. C

3. Pulſis Quadis Slavi Regnum illud occupavere, ex Illyrico & Dalmatia, ut vulgatiſſima habet opinio, in illud transgreſſi. De quorum Regibus ita ſubjungit Dubravius: (ζ) *Primum nomen Regis Raslai, quem propter fœdera violata Ludovicus Imperator exoculavit: dein Hormidori, & Suatobogii, ac maxime Suatopluci, inclaruit, qui citra & ultra Danubium latiſſime regnavit. Id temporis Veſperini in Pannonia fere aſſidue morabatur, cum Hunni ad invadendam denuo repetendamque Pannoniam, quam a morte Attilæ annis trecentis deſtituerant, impetum cepiſſent, Legatos Veſperinum ad Suatoplucum præmittentes*, &c. D

4. De Hormidoro idem Dubravius (η) refert: *Craſnitius* (Princeps Gurimenſis ſeu Kaurzimenſis in Bohemia, per Ducem Bohemiæ Neclanum expulſus) *in Moraviam ad Regem Hormidurum perfugiens, illius opem ad recuperandum Principatum amiſſum ſupplex implorat, perſancteque illi jurat, nullum poſthac Dominum, niſi Regem Moraviæ ſe agniturum. Rex, qui jampridem cupiditate regnandi in Bohemos flagrabat*, &c.

5. Pergit dein Dubravius (θ) de Suatopluco Rege narrare: *Ipſe Rex majore nobilioreque parte Regni ab Hunnis ſpoliatus, quanquam reliquam Pannoniam inter Vagum & Danubium poſitam adhuc in officio retineret, non in illa tamen, ſed apud Moravos in oppido Velegrado. Regnum ſibi & poſteris conſtituit.*

346 6. Et de Suatopluci junioris obitu memorat idem, (ι) quod eſt notatu dignum: E
Nitriæ in Pannonia conditus fuiſſe dicitur, & donec appareret conditorium, hoc elogium inſculptum habuiſſe fertur: Regem Moraviæ Suatoplucum in medio Regni ſui ſepultum jacere. Tam late olim, tamque longe proſpectabat Moravia, quam veteres Marcomanniam

345 (α) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem. lib. 4. fol. 23.*

(β) Alibi tamen] *d. lib. 4. fol. 24. eumque ſecutus Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 35.

(γ) Aur. Victor] *in lib. de Cæſarib. cap. 16. in Aur. Antonino & L. Vero; ubi tamen Sylburgius* in Not. *cenſet legendum* Marcomanorum, *pro* Marcomaro, *contra veterum codicum fidem, & Andrea Schotti ingratiis, qui nationes Marcomaro Regi parentes exponis Quados, Vandalos, Sarmatas, Suevos, hoc eſt, niſi ego interpretor, Hungaros, Tranſylvanos, Moravos, Polonos, & Bohemos. Nam* Media Gallorum, *id eſt Germanorum, hoc loco intelligi debent Bohemorum & Hermundurorum ſedes, quæ in media Germania ſita tum erant, ut* lib. 1. cap. 8. num 6. *docuimus. Tam latum illo tempore erat Moravorum Regnum: cujus fines Arrabone & Granna amnibus a Pannonia diſcriminabantur, ut docet Cluverus* lib. 3. cap. 31.

(δ) Vadianus] *in Notis ad Rhenanum de Reb. Germanic.*

(ε) Haimberga] *Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 30. F

(ζ) Dubravius] *d. lib. 4. fol. 23. & ibi Thom. Jordanus in* Annotation.

(η) Dubravius] *lib. 3. fol. 19. Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 29.

(θ) Dubravius] *d. lib. 4. fol. 24.*

(ι) Memorat idem] *d. lib. 4. fol. 24.*

A *niam vocabant, quia fines Germaniæ, qua Danubio in Pannoniam pergitur, terminabat.*

7. Æneas Sylvius: (α) *Moravia trans Danubium jacet, cui ad orientem Hungari Poloniqne Regnum poſſident, Morava disjuncti amne, qui nomen regioni dedit: occidentem Solem Bohemi excipiunt; Auſtrales meridianum; Septentrionale latus Sleſitæ occupant. Hic multos annos regnatum; Hungari, Bohemi, Ruſſani, Polonique Moravorum Principi paruerunt: Princeps ipſe Romano Imperio. Caput Regni civitas Volegradenſis. Suatecopius Regum penultimus, Arnulpho Imperatori tributum pendere recuſans, commiſſo prælio, Arnulphus victoria potitus, Regnum Moraviæ Suatocopii filio poſſidendum reliquit.* Et paucis interjectis: *Mortuo Rege* (Suatocopio juniore) *Imperii*
B *Moravorum partem Theutones ac Bohemi, partem Bohemi atque Hungari diripuerunt.*
Et alibi (β) refert idem Æneas: *Regnum inter Moravos aliquando fuit latiſſimum ac potentiſſimum, quod uſque ad filium Suatocupi duravit. At cum filius Suatocupi eccleſiam Dei ſpernere cœpit, Regnum genti ademptum eſt: quod poſtea Romani Cæſares in Boëmiam tranſtulerunt.*

8. Sebaſt. Munſterus: (γ) *Habuit olim Moravia ſuos Reges, qui imperium tenuerunt in omnem gentem Bohemorum & Polonorum, fuitque Regnum latiſſimum ac potentiſſimum. Circa annum Chriſti DCCCC. Zuantocopius ditione tenebat Moraviam, Bohemiam, Schleſiam, Poloniamque, quarum Duces illi parebant. Ipſe autem animis ſublatus de magnitudine ditionis, Imperatori Romano Arnulpho tributa ſolvere, quæ aliquan-*
C *diu ſoluiſſet, Ludovico Germaniæ Regi, pernegabat.* Et mox: *Tum opera Vngarorum uſus Imperator ſupprimit Moravorum Regem,* &c. *Tunc Bohemia, Polonia & Schleſia ſuum quæque provincia Ducem conſtituit, tributa tamen ſuperioritatis agnitione vel modica pendentes.*

9. Cum Sylvio conſentit Raphaël Regius Volaterranus, (δ) de Moraviæ Regno ſcribens: *In Moravia multos annos regnatum. Nam Boëmi, Roxolani, Poloni, Moraviæ Regi quandoque paruere: Rex autem ipſe Romano Imperio. Ex his Suadoplucus, Regum penultimus, primus Chriſtianus fuit a Cyrillo, fratre Methodii, inſtitutus. Quum Arnulpho Imperatori tributum ſolitum negaret, victus ab eo in prælio,* &c. *Succeſſit hujus filius Arnulphi liberalitate. Quo mortuo Regnum Moraviæ ad Cæſarem*
D *pervenit: e quibus Sigiſmundus eam genero ſuo Alberto regendam dedit: rebellantem Albertus ſubjugavit.*

10. Dubravius (ε) vero de Regni Moravici abolitione & diſſipatione narrat in hunc modum: *Cæſar Arnulphus Regnum illius* (Suatopluci (ζ) rebellis Imperio & perduellis Regis) *per edictum publicavit, deditque illud diripiendum vicinis gentibus, Vngaris, Polonis, Auſtriacis: reliqua pars, quæ nunc extat, ultro ſe fides poteſtatique Bojemorum permiſit.* Unde parere arbitror ex uno Moraviæ Regno, tria exorta fuiſſe, *Hungaricum* Ungaris jure clientelari ab Arnulpho Imper. conceſſum, *Polonicum* ab Ottone III. Imp. erectum; & *Auſtriacum* [η] a Friderico II. Imp. Regia dignitate condonatum; qua tamen hodie non utitur.

E 11. De ejus autem reſtitutione, & in Bohemiam translatione idem Dubravius (θ) refert hunc ad modum: *Reſtituta Bojemis Moravisque Regia dignitas, qua ab exceſſu Suatopluci in Moravia regnantis carebant. Et quanquam Otho Cæſar ſua ſponte rurſus illam D. Venceslao detulerit, delatam ille tamen uſurpare abſtinuit, ſolito Principis Bojemiæ titulo contentus. Cæterum Henricus celebrem Principum conventum Moguntiæ celebrans, ſecumque reputans, qua potentia quas regiones, quos populos Vratislaus regeret, nempe Bojemos, Moravos, Sleſitas, Luſacios, qui Germanis permixti ipſam Germaniam inhabita-*

(α) Sylvius] *in Hiſtor. Bohemor. cap. 13.*
(β) Alibi] *in Commentar. de Europa ſtat. ſub Friderico III. Imp. cap. 17.*
F (γ) Munſterus] *in Coſmograph. lib. 3. de Moravia.*
343 (δ) Volaterranus] *lib. 7. Geograph. in Boemia.*
(ε) Dubravius] *d. lib. 4. fol. 24. Hagecius in* Chron. Bohem. anno 904. *Cromerus* lib. 2. rer. Polonic. in Ziemovito Duce Poloniæ, fol. 28. col. 2.
(ζ) Suatopluci] Suathen *vocat Joh. Sommerus Pirnenſ. Ungarus in* Poëmat. de Regib. Ungar. in princ. *ubi de Ungaris Pannoniam occupantibus ſcribit:*

Exturbantque ſua Suathen de ſede Polonum,
Princeps Pannonias ille regebat opes.

Perperam Polonum vocat, qui erat Moravus.
(η) Auſtriacum] *Privilegium refert Petrus de Vineis* lib. 5. Epiſtol. *Jordanus in* Annotat. ad Dubravii lib. 18. lit. c. *Calviſius in* Chronolog. anno 1245.
(θ) Dubravius] *lib. 9. Hiſtor. Bohem. in princ. & ibi Jordanus in* Annotat. *Pontanus in* Bohemia lib. 2. fol. 19.

inhabitarent, accitum in medium Principum ſua voce Bojemiæ Regem Vratislaum decla- A
rat. Et Volaterranus: (α) *Vratislaus Moraviam, Polouiam, Sleſiam, Luſatiam, Hen-
rico IV. Imperatore juvante Bojemiæ Regno adjecit, anno MLXXXVI.*

12. Quod qua occaſione, quove conſilio & ſuaſu contigerit, non piget ex Hage-
cio (β) annotare. Ita autem ille de Comitiis Moguntinis ab Imperatore indictis com-
mentatur: *Als der Reichstag nun in der erſten* Seſſion *angieng, ſprach der Keyſer: Wir
wolten es gerne wiſſen, wodurch die Keyſerliche einkommen alſo mæchtig abnehmen, dann
ſie zuvorhin viel reicher geweſen, als auff diſsmal, und wir wolten gerne, damit es wi-
der in den alten ſtand gebracht würde. Die Reichsfurſten gaben ein jeglicher ſeine ſtim-
me nach der ordnung. Etzliche meldeten under andern auch dieſes, daſs das Keyſer-
thumb auſs deren urſachen abnehme, dieweil etzliche Kœnigreiche undergiengen, una etz-* B
348 *liche allbereit undergangen weren. Als nemlich das Mæhreriſche, welches ſehr be-
rühmbt, und ein groſsmæchtiger Kœnig darinnen geweſen, welcher vorzeiten die Boje-
mos, Hermunduros, Chatos* (Quados) *Sarmatas, und Wandalos, nachmals auch Bœh-
men, Wenden, Lauſsnitzer, Polen, Reuſſen, und andere under ſich gehabt Dieſes
Kœnigreich were zur zeit Swatobogii, deſs Swatopluci ſohns, wunderlicher weiſe un-
dergangen, welches nunmehr 182. jahr weren. Und were dieſes Kœnigreich ein vor-
trefflich glied deſs Keyſerthumbs, und in der zeit der noth ein mæchtige hülff geweſen,
Alſo were es nun ohne einen Kœnig, und leiſtete weder das Land Mæhrern, noch dem
zur zeit zugethane Lænder, dem Keyſerthumb von derſelben zeit an keine pflichte. Der
Keyſer fragte den Bœhmiſchen Hertzogen, warumb er ihme den dienſt, welchen ſeine* C
*vorfahren den Kœnigen in Mæhrern zu leiſten gepflogen, nicht auch leiſtete? Hertzog
Wratislaus antvvortete, er vvere bereit und vvillig, alles das jenige zuthun, vvas ihm
ihre Keyſerliche Majeſtæt gebieten vvürde. Der Kayſer nam raht mit den Chur-und
Furſten, von vvegen Hertzogen Wratislai, und vvurd beſchloſſen, daſs das Kœnigreich
Mæhrern dieſer geſtalt zu recht gebracht vverden ſolte, als nemlich, das Kœnigreich ſol-
te in das Fürſtenthumb Bœhmen verſetzt vverden, alſo daſs das Fürſtenthumb Bœhmen
nun forthin ein Kœnigreich, und Mæhrern ein Marggraffthumb ſey. Wratislaus aber,
dievveil er ein ſolcher perſœnlicher und anſehenlicher, auch für andern befreyeter mann,
billich und von rechtsvvegen, ein berühmbter Kœnig vverden: unnd der Marggraff in
Mæhrern, dergleichen auch der auſs Schleſien, Lauſsnitz und Reuſſen, ihme underthan* D
*ſeyn ſolte. Dieſe Kayſerliche und Churfürſtliche eintræchtige bevvilligung und befreyung,
vvurde durch deſs Kayſers befehl, auch nach ordnung unnd gevvonheit deſs Kayſerli-
chen Hofs, herrlich proclamirt und publicirt. Der Kayſer ordnete auch, daſs der Vra-
tislaus, als durch den Kayſer und die Churfürſten ordentlicher vveiſe gevvæhlter Kœ-
nig, nahend bey dem Kayſer ſitzen ſolte.* Ex quibus verbis tria colliguntur: primum, Bo-
hemiæ Regnum, ratione Moraviæ, antiquius eſſe Hungarico & Polonico, & eo nomi-
ne etiam dignius atque honorabilius: dein Moraviam & Bohemiam cum Sileſia, Polo-
nia, Ruſſia, Imperio Germanico teneri ad ſervitia tam realia, quam perſonalia, nec
eximi ab oneribus illis potuiſſe vel ſeſquicentum annorum præſcriptione: denique Re-
gem Bohemiæ proximum ab Imperatore locum jam tum obtinuiſſe, quem hodieque E
retinet.

13. Quod autem de Polonia commemorat, eam fuiſſe Regno Bohemiæ addictam,
conſentientes habet pleroſque omnes rerum geſtarum auctores. Cauſſam aſſignat Thom.
Jordanus, (γ) inquiens; *Poloniam quoque illi* [Vratislao Bohemo] *tributam tam
Hungari quam Germani Annales perhibent, quod veriſimile ob exaugurationem Regis Bo-*
349 *leslai.* Mihi inſuper ratio, qua moti Imperator atque Principes Imperii Poloniam Bo-
hemo adjudicarunt, etiam hæc videtur fuiſſe, quod Sileſia cum Ducatu Cracovienſi,
jam inde ab initio ad Bohemos ſpectabat, a Zecho Bohemicæ gentis conditore occu-
pata, quum fratri ſuo Lecho, Polonicæ gentis auctori, ulteriores terras invadendas at-
que incolendas commiſiſſet. Docet id verum eſſe vel *Cracoviæ* etymon, quæ a *Craco* F
vel *Croco* Bohemorum Duce appellationem eſt ſortita. Krantzius: (δ) *Crocus in Bohe-
mis ſucceſſit Zecho, qui de nomine ſuo fundatam reliquit Cracoviam: tum Bohemis, nunc
Polonis paret. Sic enim in ea regione ſæpe mutati ſunt termini & limites ditionum. Nam*

 & Mo-

(α) Volaterranus] *d. lib. 7. Geograph. in Boëmia.*
(β) Hagecio] *in Chronic. Bohem. part. 1. anno 1086. fol. 179.*
(γ) Jordanus] *in Annotation. ad Dubrav. hiſt. Boh. lib. 9. in princ.*
(δ) Krantzius] *lib. 1. VVandal. cap 17.*

[a] Et

A *Ottocarum Ducem Bohemiæ Regem fecit, datis ſibi & uxori coronis.* Dilucidius autem Dubravius, (α) Epiſcopus Olomucenſis; *Venerat Premislaus Moguntiam, in qua conventum Principum Philippus Cæſar habuit. Ibi priuſquam de bello deliberari, aut quicquam tractari cœptum eſſet, Premislaum de omnium, qui aderant, ſententia Regem Bojemiæ creat, impoſita ei ſua manu corona Regia. Exin tandem interregnum in Bojemia finitum, Regibus ſibi deinceps continua ſerie ſuccedentibus: poſtquam uſu didicerunt, ad dignitatem atque exiſtimationem tuendam plus inter ipſos Reges, quam inter Principes, cenſeri, præſertim apud Bojemos; in tam corrupta Procerum indulgentia ac licentia, per quam ipſos Principes non ſolum nimis ſibi familiares, verum etiam obnoxios faciebant.* At quid conſectamur rivulos, quum & hic nobis limpidus fons ſcaturiat? id eſt, Fri-B derici II. Imp. conſtitutio, (β) unde hæc hauſimus: *Sicut dilectus patruus noſter Rex Philippus, omnium Principum habito conſilio, per ſuum privilegium inſtituit ipſum Regem, conſtituimus & confirmamus, & tam ſanctam & dignam conſtitutionem approbamus.*

12. Cur autem Regii nominis titulus totiens in Bohemia fuerit interruptus, Suc- 337
ceſſoreſque ad antiquam Ducis appellationem priſcis illis temporibus ſemper redierint, variæ ſunt ſcribentium, eædemque diverſæ opiniones, aliis alias cauſſas aſſignantibus. Sunt enim qui putent, (γ) Succeſſores per modeſtiam quandam Regiæ dignitatis titulo abſtinuiſſe. Alii vero (δ) arbitrantur, eos abſtinuiſſe, quod magis vi, quam jure imperaverint, ſive quod Imperatoris Romani indultum ſumendæ Coronæ more majorum ob-C tinere non valuerint. Rurſum alii, (ε) quod Regios ſumptus Camera Bohemica ſuſtinere non poſſet. Nonnemo, (ζ) quod oneris plus quam honoris ineſſe judicarent, ſive quod ſervitutis ſibi jugum ſub honoris ſpecie impoſitum arbitrarentur. Nonnulli, [η] quod Bohemi perinde ſuperiorem Regem aut Imperatorem agnoſcere dicerentur. Quidam, (θ) quod iidem Bohemi Ducem quam Regem præoptaverint, ut ita faſtum dominantis temperarent. Alii denique, (ι) quod Regni decus homini, non provinciæ datum eſſe exiſtimarent. [*]

13. Ex quibus omnibus ac ſingulis, quæ uſque deduximus, evidenter conſtat, quam imperitiſſime errare illos, qui Regiam dignitatem Ottocaro (κ) fuiſſe a Friderico II. Imperatore Baſileæ contendunt anno MCCXII. reſtitutam cum privilegio, ut ipſe & poſteri D ejus a Bohemis electi Regio titulo uti frui poſſint, etiam non requiſito Imperatoris conſenſu: vel eos, qui ſcribunt, Vladislaum (λ) Polonum fuiſſe a Friderico III. Imperat. Viennæ anno MCCCCLXXVII. Regem creatum.

14. Multo autem imprudentius errant illi, (μ) qui Regem Bohemiæ inter eos Reges 338
reponunt,

(α) Dubravius] *in hiſtor. Bohem. lib. 15. Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 21.

(β) Friderici II. conſtit.] *apud Doct. Eyſen in* Deduct. Boh. in Beylagis n. 16. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1212. *Georg. Beatum in* Chron. Bohem. in Primislao I. fol. 36. *denique in Reichsſa-* E *tzungen* part. 1. anno 1212. fol. 30. *infra in* Append. ſub anno 1212.

(γ) Sunt qui putent] *Lottinus in* d. Relation. de Aula & Regno Imp. Rom.

(δ) Alii vero] *Æn. Sylvius in* Hiſt. Boh. cap. 25. *Krantz.* lib. 6. Wandal. cap. 6.

(ε) Rurſum alii] *Dubravius in* Hiſt. Bohem. *Boregk in* Chronic. Bohem. part. 1. in Sobieslao III. in princ. fol. 171.

(ζ) Nonnemo] *idem Krantz.* lib. 3. Wandal. F cap. 11.

(η) Nonnulli] *idem Krantz.* d. lib. 6. Wandal. cap. 6. *Hagecius in* Chron. Bohem.

(θ) Quidam] *idem Krantz.* lib. 7. Saxon. cap. 19. & lib. 8. cap. 2. *Franciſc. Roſieres in* Stemmat. Lotharing. Ducum tom. 4. cap. 68. fol. 233. *ibi*: Ducis non Regis, nomine uſus, ut ſe chariorem Proceribus redderet. *Vinc. Cabotius* lib. 1. Var. jur. diſput. cap. 7. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. e *Dan. Otto* de jur. publ. Rom. Germ. Imp. cap. G 10. verſ. adhæc Imperatores, *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Reg. & Imp. Rom. concl. 10. n. 44. q. 3. in fin.

(ι) Alii denique] *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 24 *Paul. Langius Zeitz. in* Chron. an. 1086. *Ciſnerus in* Orat. de Ottone III. Imp. & Elector. inſtitut. *Arumaeus* Diſcurſ. 5. ad Aur. Bull. concluſ. 1. *Viſcherus* d. quæſt 3.

(κ) Ottocaro] *Georg. Beatus in* Chron. Boh. in Primislao I. fol. 36. *ex prava & corruptiſſima verſione ſive Hagecii Slavica, ſive Sandelii Teuthonica, conſtitutionis Friderici II. quam illi non deco vitiarunt. ſed prorſus falſaverunt, ut cuivis eam cum Latino apographo contendenti conſtare poterit.*

(λ) Uladislaum] *Funccius in* Chronolog. anno 1477. *Non enim noviter creatus Rex fuit a Cæſare, ſed infeudatus atque inveſtitus, ut infra dicemus.*

(*) Vide, quæ ad §. 9. obſervavimus.

(μ) Errant illi] *Provinciale Romanæ Eccleſiæ* in fin. *Franciſc. Albertinus Florent. in* Opuſc: de Mirabilibus novæ & vet. urbis Romæ in fin. *Calefatius in* tract. de Equeſtr. dignit. num. 102. *Rebuffus* poſt Taxam Cancellariæ &c. *Nec puto Regem in univerſo orbe Chriſtiano reperiri, qui non ſolemniter coronetur & inungatur; Innocentius III. Papa in* c. 1. §. 1. Ext. de ſacra unct. *& ibi Canoniſta, Jac. Valdeſius* de Prærogat. Hiſpan. c. 14. n. 6 & ſeqq. *niſi unum aliquem Regem Ivetoti in Normannia Gallia,*

reponunt, qui neque coronantur, neque inunguntur. Quos reſutat textus manifeſtus A Aureæ Bullæ, *tit. 4.* §. *1.* ibi: *Cum ſit Princeps coronatus & unctus.*

Gallia, qui vix habet latifundium, in quo regnet; Joan. Serranus in Inventar. hiſt. Franc. in Clothario I. Rege, *Franciſc. de Rues in* Deliciis Franciæ &c. *Beſoldus in* Diſſert. philolog. de Præcognit. politic cap. 8. n. 7. *Sed Provinciale Romanum, cujus auctorem Tancredum JC. eſſe perhibent, ſentire mihi videtur de coronatione & inunctione a Summo Pontifice Romano facienda, a quo tantum quatuor Reges conſecrati ibidem memorantur, nempe Gallus, Anglus, Siculus & Hieroſolymitanus: Alvarotus in* c. 1. Quis dicat, Dux, in Ulib. Feud. *Albericus Roſatus in* rub. D. de ſtat. hom. *Archidiaconus in* c. quoniam diſt. 10. *Goffredus & Cardin. Hoſtienſis in* Summ. tit. de ſacra unct. *Caſtaldus* de imper. quæſt. 18. n. 6. *Valaeſius* d cap. 14. num. 5. in princ. *Martinus Laudenſis in* tract. de Princip. quæſt. 23. *non autem de ea, quæ ſit a Metropolitano Regni.* B

CAPUT XI.

Coronatio & Conſecratio Regis Bohemiæ ſpectabat ad Archiepiſcopum Moguntinum, tamquam Regni Metropolitanum. Primus tamen Rex a Trevirenſi coronatus. Poſtea jus illud a Moguntino in Pragenſem Metropolitam a Carolo IV. fuit translatum. Tempore Huſſitarum etiam exteri Epiſcopi conſecrationis munus obierunt.

PRimus autem Rex Vratislaus, ab Heinrico IV. Imperatore ad eam dignitatem evectus, fuit ab Engelberto Archiepiſcopo Trevirenſi, ex ſpeciali mandato & commiſſione Cæſarea, Pragæ in templo S. Viti ſolemniter coronatus & inunctus, anno [ut annales referunt] MLXXXVI. Quo tempore ſimul & Regia conjunx Suatawa, Caſimiri Poloniæ Regis filia, in Reginam Bohemiæ conſecrata fuit ab eodem Trevirenſi. (α)

2. At Vladislao ſecundo Bohemorum Regi a Friderico I. Imper. conceſſum eſt, C ut Succeſſores ejus Duces Bohemiæ a propriis Epiſcopis, Pragenſi & Olomucenſi, diademate Ducali [β] coronarentur. Verba Privilegii Cæſarei [γ] ita habent: *Sicut ita-*
339 *que celebratio & impoſitio Coronæ noſtræ non debet fieri, niſi per manus Archiepiſcoporum, ita præfato Duci Bojemiæ a nullo hominum Circulus imponatur, niſi a dilecto noſtro Daniele, Venerabili Pragenſi Epiſcopo, & Joanne, Olomucenſi Epiſcopo. Quod ſi forte Olomucenſis defuerit, nihilominus Pragenſis pro ſede & dignitate excellentiore vices impleat amborum. Similiter autem Olomucenſis, ſi forte Pragenſis defuerit.*

3. Ne tamen Privilegium illud etiam ad Regiam coronationem & inunctionem ab imperitis trahi poſſit, Sigefridus (δ) III. Archiepiſcopus Moguntinus ſibi a Rege Otto- D caro ejuſque filio Wenceslao caveri publico inſtrumento (ε) voluit, in quo uterque fatentur,

(α) *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 22. *Dubravius* lib. 1. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1086. *Boregk* part. 1. fol. 99. *vide quos ſupra* cap. 10. *§. 8. allegamus.*

(β) Diademate Ducali] *qui in Privilegio Cæſareo* Circulo, *a Carolo Paſchalio* de Coron. *& Thom. Milles* de Milit. Britann. *vocatur* Corona Ducalis. *Fallit ergo Dubravius, qui* lib. 12. Hiſt. Boh. fol. 99. * *de Corona Regali* (*) *interpretatur; Scilicet eum pro perſona loqui, tamquam Epiſcopum Olomucenſem. Fœdius autem ſive Hagecius in anno 1159 ſive ejus interpres Sandelius nos decipit, dum illa verba,* Circulus imponatur, *reddidit,* geſalbet vverden ſolle. *Apage tales ineptias: quia Duces non ſolent inungi, ſed Reges. Et Ducum quidem Bohemiæ inauguratio ad Epiſcopos illos ſpectabat: ſed Regum Bohemiæ conſecratio ad Archiepiſcopum Moguntinum, ceu Regni Bohemiæ tum Metropolitam, qui noluit ſummam ſuam dignitatem adeo proſtituere, ut Ducis inaugurandi laborem ſuſtineret. Et alioquin hæc eſt antiqua Moguntini Primatis prærogativa, ut Reges ab Imperatore recens creatos coronaret atque ungeret, ut de Rege Lituaniæ, Cypri, Armeniæ, & aliis, hiſtorici prodiderunt.* Quod obſervari poteſt, *inquit præſtantiſſimus Viſcherus*, in ipſorum monumentis Moguntiæ in templo Cathedrali poſitis, ubi Archiepiſcopi quidam Reges a ſe confirmatos juvenili forma expreſſos, quaſi filios quoſdam ſpirituales ſub manibus tenent, ut ſæpius obſervavimus & notavimus; *in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imper. Rom. concl. 7. n. 33. *Idem ante eum notarunt Bruſchius & Cratepolus in* Catalog. Epiſcop. Mogunt. *& Serarius* lib. 1. Rer. Mogunt.

(γ) Privilegii Cæſarei] *quod refert Cochlæus* E lib. 12. Hiſtor. Huſſit. fol. 412. *Hagecius in* Chron. Boh. part. 1. anno 1159. *not in* Appendic. *& in* Beylagis Germanic. ſub anno 1159. *Errat autem Cochlæus, dum auctorem hujus Privilegii facit Fridericum II. Imp. ſub dato Ratiſpona anno 1236. niſi confirmatum fuiſſe eo anno velit.*

(δ) Sigefridus] *Serarius* lib. 5. Moguntiac. rer. fol. 834.

(ε) Inſtrumento] *quod recitat Trithemius in* E Chron. Spanheimenſ. anno 1228. fol. 269. & fol. 303. *Serarius* d. loc. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. *Abrah. Bzovius* Annal. eccleſiaſt. tom. 13. anno 1228. n. 14.

(*) Confer. quæ *ad §. 9. cap. 10.* de *circulo* monuimus.

A tentur, Regum Bohemiæ coronationem & conſecrationem a nullo alio, præterquam Moguntino Archiepiſcopo, fieri aut peragi debere. Meminit Trithemius (α) hiſce verbis; *Odacharus & Wenceslaus Reges Bohemiæ tale privilegium dederunt Eccleſiæ Moguntinæ, quod conſecratio Regum Bohemiæ ad Archiepiſcopum Moguntinum perpetuis futuris temporibus debeat pertinere.* (*)

4. Factum autem id fuit Pragæ, anno MCCXXVIII. poſt coronationem Wenceslai, vivo patre inaugurati ab eodem Sigefrido. Dubravius: (β) *Premiſlaus Rex filium Wenceslaum Regem, cum uxore Kunigunda, auſpice Siffrido Moguntino Pontifice, coronari curavit.* 340

5. Hujus Wenceslai filius Primislaus Ottocarus II. fuit a Wernero Archiepiſcopo B Moguntino conſecratus anno MCCLXI. præſentibus Pragenſi & Olomucenſi Epiſcopis, Moguntini ſuffraganeis. (γ)

6. De Wenceslao Ottocari filio ita ſcribit Siffridus Miſnenſis: [δ] *Rex Bohemiæ Wenceslaus II. ab Archiepiſcopo Moguntino Gerhardo coronatus eſt & unctus, & hæc ſolemnitas Pragæ peracta eſt Regali ſumptu* &c. Factum id anno MCCXCVI. Alii [ε] habent annum MCCXCVII, ajuntque Juttam ſeu Judìtham, Regis conjugem, Rudolphi I. Cæſar. filiam, ſimul fuiſſe ab eodem Moguntino coronatam. Quid ergo eſt, quod ſcribit Matthæus Mareſcalcus de Bappenheim: (ζ) *Anno* MCCLXXXV. *Dominus Rudolphus Romanorum Rex in Egra ſolenniter celebravit nuptias filiæ ſuæ, quam tradidit filio Domini Ottocari piæ recordationis quondam Regis Boëmiæ: quem etiam ibidem in Regem* C *Boëmiæ coronavit.* Hoc vult dicere, Cæſarem genero ſuo Regnum & jus Regium, quod pater ejus per rebellionem & crimen læſæ Majeſtatis amiſerat, reſtituiſſe & impoſita capiti ejus corona confirmaſſe. *Et coronavit* poſitum eſt pro inveſtivit, infeudavit.

7. Anno MCCIII. fertur Eliſabetha, Primislai Regis Poloniæ filia & heres, Wenceslai Regis Bohemiæ conjux, ab Heinrico Epiſcopo Vratislavienſi fuiſſe Pragæ coronata; cum conſenſu tamen ſeu potius ex commiſſione Archiepiſcopi Moguntini. [η]

8. Anno MCCCXI. ſcribit Dubravius; (θ) *Petrus Moguntinus Archiepiſcopus diem omnibus Ordinibus edicit, ad quem Pragam ad coronandum tum Regem Joannem, tum Reginam conveniant. Quo die ipſe Archiepiſcopus, ſuffragantibus ſibi Joanne Pragenſi, & Petro Olomucenſi Præſulibus, manibus ſuis caput utriuſque Regio diademate redimi-* 341 D *vit*, &c.

9. Breviter complectar, Archiepiſcopum Moguntinum antiquitus habuiſſe jus ac pontificium conſecrandi & coronandi Reges Bohemiæ, nemo tam hoſpes eſt in rerum geſtarum monumentis, ut ignorare poſſit. [ι]

10. *Quod jus*, ait Trithemius, (κ) *multis annis ita fuit obſervatum, quouſque tandem per quendam Archiepiſcopum Moguntinenſem hoc jus Eccleſiæ Pragenſi venditum eſt.* Serarius (λ) aſſerit, hunc Archiepiſcopum fuiſſe Gerlacum (μ) Naſſovium, qui jus illud in

(α) Trithem.] *in Chron. Hirſangienſ. anno 1310. Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concl. 7. n. 33. *VVindeckius in* Comment. de orig. E Princip. Elect. cap. 15 n 5.

(β) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem. lib. 15. fol. 123.* in fin. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1228. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 204.

(γ) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1261. *Unde patet, Fridericı I. Imper. Privilegium, quo* Ratiſponæ 15. Calend. Februar. indict. 5. anno 1159. *jus coronandi & inaugurandi Ducem Bohemiæ Epiſcopis Pragenſi & Olomucenſi confirmatur, nunquam obtinuiſſe, licet id fuerit a Regni* F *Ordinibus pro infirmanda Georgii Regis coronatione anno 1458. productum, ut ſcribit Cochlæus* d. lib. 12. Hiſtor. Huſſit. fol. 412. *& Zach. Theobaldus in* Bell. Huſſitic. part. 3. cap. 5. fol. 27.

(δ) Siffridus] *in Epitom. Chron. lib. 2. anno 1296.*

(ε) Alii] *Matth. Mareſcalc. de Bappenheim in* Chron. Auſtral. part. 2. an. 1297. *Heinr. Rebdorffenſis in* Annal. an. 1297. *Matth. Michovius in* Chron. Reg. Polon. lib. 4. cap. 4. *ubi perperam* Archiepiſcopum Maydenburgenſem *ponit, pro Mo-* G *guntino, Hagecius* part. 1. fol. 357. *Calviſius in* Chronolog. anno 1297.

(ζ) Bappenheim] *d. part. 2. anno 1285.*

(η) *Hagecius in* Chron. Boh. part. 1. anno 1303.

(θ) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem.* lib. 20. in princ. *Cuſpinianus* de Cæſarib. Roman. in Heinrico VII. fol. 263. *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1311. fol. 380. *Boregk in* Chron. Bohem part. 1. fol. 179.

(ι) *Franciſc. Modius* lib. 4. Pandect. triumphal. cap. 6. & ſeq. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 41. lit. c. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. c. *Viſcherus* de Elect. Regis & Imp. Roman. concluſ. 7. num. 33. *Zœlnerus* de Regis Roman. elect. concluſ. 10. lit. d.

(κ) Trithemius] *in d. Chronic. Hirſangienſ. anno 1310.*

(λ) Serarius] *Rer. Moguntiac. lib. 5. in Sigefrido III. Archiepiſcop. fol. 834. & in Henrico III. Archiepiſcop. fol. 857.*

(μ) Gerlacum] *Æneas Sylvius in* Deſcript. German. *Latomus in* d. Catalog. *Cuſpinianus* de Cæſarib. Roman. in Ludovico Bavar. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 41. lit. c. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. c. verſ. olim quoque.

(*) Vid. illud inſtrumentum in *Append. Goldaſt. n. 16.*

lud in Carolum IV. Imperatorem abalienarit, & in Archiepiſcopatum Pragenſem noviter ab Imperatore (α) & Papa (β) erectum tranſtulerit. Alii vero Heinricum (γ) Virneburgium Archipræſulem nominant, qui hanc prærogativam a Moguntina Archimetropoli in Eccleſiam Pragenſem auro accepto [δ] tranſcripſerit. Verum Albertus Argentinenſ. [ε] narrat, Carolum Moraviæ tum Marchionem, odio Henrici a Firneberg Archipræſulis Moguntini Pragenſem Epiſcopatum in Metropolim erexiſſe, & Moguntini ſubjectione exemiſſe, eidemque jus coronandi Regis (ζ) conceſſiſſe. (*) A

11. Ex eo tempore jus Archiepiſcopi Moguntini in Bohemia aboleſcere & deſueſcere cœpit, Bohemorum Regibus coronam imponente Pragenſi Archiepiſcopo. (η)

12. Qua de re exſtat tum Clementis VI. Papæ Bulla, [θ] tum ipſius Caroli IV. Imp. Conſtitutio, quarum illa data Avenione in Regno Arelatenſi. anno MCCCXLIII. hæc autem Pragæ anno MCCCXLVII. In Conſtitutionibus quoque Regni Bohemiæ (ι) ab eodem Carolo promulgatis hic articulus [κ] legitur inſertus: *In ipſa Coronatione, antequam ſcilicet in capite diadema ipſum per ſacras manus Archiepiſcopi Pragenſis, qui pro tempore fuerit, imprimatur, vel Prælati alterius, tunc forte Eccleſiæ Pragenſis ſede vacante, vel ipſa renitente*, &c. Et rurſum: [λ] *Regale diadema per manus ſacras Pragenſis Archiepiſcopi, aut Prælati alterius, Pragenſis Eccleſiæ ſede forte vacante, vel ipſo Archiepiſcopo renitente, aut alias inhabili exiſtente*, &c. B

13. Ait Imperator, *aut alias inhabili exiſtente*; verbi gratia, ſi hæreticus ſit vel ſchiſmaticus: quo in caſu licet alium Epiſcopum, etiam peregrinum, pro ſacro inaugurationis munere peragendo accerſere. Quemadmodum Barbara, Sigiſmundi Imperat. conjux, in Reginam Bohemiæ anno MCCCCXXXVII. Pragæ conſecrata & coronata fuit non a Johanne Rokyczana, Archiepiſcopo Pragenſi. licet tum in loco eſſet, ſed a Philiberto (μ) ſeu Fulberto Epiſcopo Conſtantienſi Gallo, Concilii Baſilienſis Legato, quem Imperator ex Comitiis Ratiſponenſibus in Bohemiam ſecum adduxerat, ut ejus opera in reformatione Eccleſiæ (ν) ab Huſſiticis erroribus repurgandæ uteretur. C

14. Etiam Albertus [ξ] quoque Sigiſmundi gener & ſucceſſor, ab eodem Philiberto Epiſcopo Gallo Pragæ coronatus eſt, ſuffragante ei Epiſcopo Olomucenſi, cujus alioquin erat vicem abſentis Archiepiſcopi vel ſchiſmatici, qualis tum erat Rokyczana, adimplere.

 15. At

(α) Imperatore] *cujus ea de re Conſtitutionem refert Hagecius* part. 2. anno 1347. fol. 2.

(β) Papa] *Clemente VI. cujus Bullam refert idem Hagecius* part. 1. anno 1343. fol. 416. *Baronius in* Annal. Eccleſiaſt. Joan. Latomus in Catalog. Epiſcopor. Moguntienſ. in Gerlaco, *ubi teſtatur eam, & alias conſimiles, exſtare Francofordia ad Mœnum in Bibliotheca S. Bartholomai.*

(γ) Alii vero Heinricum] *Trithemius in* Chronic. Spanheimenſ. *Bruſchius* de Epiſcopatib. German. in Archiepiſcop. Mogunt *Pet. Merſſaus Cratepolus ordinis S. Franciſci in* Catalog. Epiſcopor. Moguntinenſ. in Henrico III. *Quos injuria refellit Serarius* d. lib. 5. Henrico III. fol. 857. *quum illi auctorem habeant ipſum Carolum IV. Imp. in* d. Conſtitut. de anno 1347. *relata a nobis in* Beylagis Germanic. ſub anno eodem.

(δ) Auro accepto] *Latomus & Serarius auctores ſunt, Gerlacum pro conſenſu in remunerationem a Carolo Imp. accepiſſe oppidum Hœchſt ad Mœnum infra Francofordiam cum adjuncto telonio.*

(ε) Argentinenſ.] *in Annal. Chronic. anno 1346. Boregk in* Chron. Bohem. part. 2. fol. 313. *VVindeck.* d. cap. 15. num 5.

342 (ζ) Jus coronandi Regis] *Qua de re exſtat ejuſdem Clementis VI. Papa Bulla apud Hagecium* part. 1. anno 1343. fol. 417. *& apud Pontanum in* Bohem. pia.

(η) *Dubravius* lib. 12. Hiſtor. Bohemic. fol. 99. *Cromerus* Rer. Polonic. lib. 12. *Arumaus in* Diſcurſ. Academ. de jur. publ. vol. 1. diſc. 3. fol. 27. in fin. *Viſcherus* de Elect. Regis & Imp. Roman. concluſ. 7. num 33. D

(θ) Bulla] *utraque exſtat apud Pontanum in* Bohem. pia. *& Hagec. in* dictis annis.

(ι) Conſtitution Regni Bohem.] *quas in lucem protulit Paulus Geſchinus ſub titulo*, Majeſtas Carolina. *Quo pacto etiam Regni Scotia conſtitutiones ab Joan. Skenao edita ſunt, ſub titulo*, Regiam Majeſtatem Scotiæ, *&c.*

(κ) Hic articulus] *tit. 11.*

(λ) Et rurſum] *tit. 38.* E

(μ) Philiberto] *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 2. anno 1417. fol. 131. *Cochlaus in* Hiſt. Huſſit. lib. 8. anno 1437. fol. 303.

(ν) Reformatione Eccleſiæ] *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 52. *Pontanus in* Bohem. pia. *Dubravius* lib. 20. Hiſt. Bohem. *Boregk* part. 2. fol. 461.

(ξ) Albertus] *Matth. a Michou in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 53. *Pontanus a Braitenb. in* Bohem. pia lib. 2. fol. 29. *Hagecius* d. part. 2. anno 1438. *Boregk* dict. part. 2. fol. 469. *Zachar. Theobaldus* de Bello Huſſit part. 2. cap. 4. anno 1438. *At non a Philiberto, ſed Paulo Epiſcopo Olomucenſi coronatum aſſerit Cochlaus in* Hiſt. Huſſit. lib. 9. anno 1438. fol. 319. in fin. *quod intelligi debet de vice, ut diximus, Suffraganeali.* F 343

(*) Et ea ſententia mihi omnium optima videtur, utpote quæ nititur actis publicis ejus ætatis. Conf. *lib. V. cap. 3. & 4.* nec non ea, quæ in append. noſtra, poſt Goldaſti docum. leguntur. G

A 15. At Ladislaus Alberti filius Pragæ coronatus eſt a Dionyſio, Archiepiſcopo Strigonienſi, anno MCCCCLIII. Rokyczano adhuc vivente & præſente. (α)

16. Georgius Podiebracius in Regem Bohemiæ ab Huſſitis electus, noluit a Rokyczano conſecrari, invidiam veritus; ſed a duobus Hungariæ Epiſcopis, (β Auguſtino Jaurinenſi & Vincentio Vazovienſi, quum Olomucenſis, ad quem de jure ſpectabat, necdum eſſet a Summo Pontifice confirmatus, coronationem in templo S. Viti Pragenſi accepit, anno MCCCCLVIII. Dubravius (γ) ita ſcriptum reliquit: *Inde cura Georgium de futura ſui coronatione ſatis anxia ſubiit, propterea quod ab Archiepiſcopo ſedes Pragenſis vacabat, & Prothaſius, qui ad Olomucenſem cathedram electus erat, nondum confirmatus Epiſcopus a Romano Pontifice fuerat. Solenne autem Bohemia habet, idque*
B *Cæſarum Diplomatibus comprobatum, ut Rex Bojemiæ ab Archiepiſcopo Pragenſi, aut Epiſcopo Olomucenſi, ſi Pragenſis non adeſſet, inungi coronarique debeat. Auctaque cura fuit, quod nullus e Germanis Epiſcopis falcem in alienum agrum, ac præſertim, ut dicebant, zizania Huſſitarum infectum, mittere voluit.*

17. Matthias Corvinus Rex Hungariæ a Catholicis Bohemis contra Georgium Huſſitam electus meruit a Legato [δ] Summi Pontificis Olomucii in Moravia coronari anno MCCCCLXVII. ubi etiam a Moravis, Sileſiis & Bohemis Catholicis homagia recepit.

18. Denique Wladislaus Polonus, quum Pragenſis Archiepiſcopatus legitimo deſtitueretur Paſtore, & Olomucenſis metu Summi Pontificis & Matthiæ Regis Hungariæ, qui jus in Regnum Bohemiæ prætendebat, inhiberetur, ab Epiſcopis e Polonia [ε] ac-
C ceſſitis fuit coronatus die XII. (*) Septembr. anno MCCCCLXXI.

19. Noſtris tamen moribus res ad antiquum ſtatum rediit, ſuaque Pragenſis Metropolitæ prærogativa, ſuum item Olomucenſi Epiſcopo jus ſuffraganeum ſeu vicarium, ut privilegia Cæſarea decernunt, integra illibataque permanent, nec turbata umquam, niſi a ſchiſmaticis aut rebellibus, fuerunt. Et dignum eſt notatu, quod Dubravius, (ζ) qui Epiſcopus fuit Olomucenſis, in ſua hiſtoria commemorat: *Eumque adeo morem,* inquiens, *ſic perpetuum incorruptumque Bohemi vel hodie retinent, ut dum nuper Ludovicus Pannoniæ Rex, diademate quoque Regni Bojemiæ inaugurandus eſſet, ejusque rei gratia duo fratres germani Turſones, Joannes Vratiſlavienſis, Stanislaus Olomucenſis Epiſcopi, Pragam veniſſent, cuperetque Stanislaus natu junior, Joanni tanquam fratri*
D *ſeniori de loco functioneque ſua concedere, vehementer Proceres Nobilitatis reſiſtebant, dicentes, ubivis alibi in locis privatis ſe facile ſuſtinere poſſe, ut fratres inter ſe ætatum officiorumque & honorum diſcrimina uſurpent: at in publico munere defungendo publicum decus perſonarum a majoribus acceptum, non eſſe commutandum.*

(α) *Matth. a Michon in* in Chronic. Regum Polon. lib. 4. cap. 65. in fin. *Dubravius* lib. 29. in princ. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 29. *Boregk* d. part. 2. fol. 510. *Quod ergo nonnulli ſcribunt, eum ab Joanne Olomucenſi Epiſcopo fuiſſe coronatum, intelligi debet de conſenſu & adjutorio Suffraganeali, non de Archiepiſcopali vice, quam Strigonienſis geſſit; Auguſtinus Præpoſitus Brunnenſ. in* Catalog. Epiſcopor Olomucenſ. *Mirans in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 8.
E

(β) Hungariæ Epiſcopis] *Matth. a Michon in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 67. *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. lib. 30. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 30. *Boregk* part. 2. fol. 543. in fin. *Zach. Theobald.* de Bell. Huſſit. part. 3. cap. 5 *Vide Georgii Regis juramentum apud Doct. Eyſen in* Deduct.
F Bohem. in Beylag. num. 7.

(γ) Dubravius] *d. lib. 30. fol. 244.*

(δ) Legato] *Hagecius in* Chronic. Bohem. anno 1496. *Lupacius in* Ephemerid. die X. Septemb. anno 1467. *cujus calculum probat Theobaldus in* Bell. Huſſit. part. 3. cap. 17. anno 1467.

(ε) Epiſcopis e Polonia] *idem Procopius Lupacius in* Ephemerid. 12. Februar. *idem Theobaldus* 344
de Bell. Huſſit. part. 3. cap. 21. anno 1471. *Epiſcoporum nomina exprimit Herburtus* lib. 17. Hiſtor. Polon. cap. 3. in fin. *Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 62.

(ζ) Dubravius] *lib. 12. fol. 99. Pontanus* d. lib. 2. fol. 21.

(*) Balbinus in vita hujus Regis præfert XXII. hujus menſis diem.

CAPUT

CAPUT XII. A

Regnum Moraviæ quale quantumve fuerit. quando ortum, & a quo inſtitutum. cur & quo tempore deſtructum, in Bohemiam translatum. hinc Regni Bohemiæ antiquitas, & inde prærogativa. Regnum Hungaricum, Polonicum & Auſtriacum, olim Moraviæ ſubjecta, ab Imperatoribus jura ſeparata acceperunt. Rex Bohemiæ proximus a Cæſare. Cracovia a Bohemis condita. Polonia Regi Bohemiæ in diverſis Imperij Comitiis adjudicata. Pactum hereditarium inter Polonos Reges & Archiduces Auſtriæ de ſucceſſione in Regno Poloniæ.

QUia Moraviæ Regni mentio haud ſemel a nobis facta eſt, & plerique auctores aſſerant, jus ejus Regni in Bohemiam, cui olim imperabat, fuiſſe translatum, ordo nobis aurem vellit, ut de ipſo etiam, quale fuerit, quam pauciſſimis B exponamus. Et Dubravius [α] quidem ita ſcribit: *Prius invenias, qui tibi regnatum eſſe dicat, quam qui oſtendat, unde Regia Majeſtas in Moraviam a Slavinis tunc poſſeſſam, ſe inſinuaverit.* Alibi tamen (β) refert Suatoplucum Regem Arnulpho Imperatori reſpondentem, majores ſuos Regni decus ab Imperatore Græcorum ſeu Conſtantinopolitano accepiſſe.

2. Sed ante Slavos Regnum illud Quadi habuere, quorum Reges ſupra commemoravimus. Et de Marcomaro ſcribit Sext. Aurel. Victor: [γ] *Triumphi acti* (a M. Aur. Antonino & L. Vero Impp. Romanis) *ex nationibus, quæ Regi Marcomaro ab uſque urbe Pannoniæ, cui Carnuto nomen eſt, ad media Gallorum protendebantur. Carnutum* autem hoc loco non eſt Carinthia, ut vulgus hiſtoricorum opinatur, neque oppidum *zum Rotenmann* in Norico, ut arbitratur Vadianus, (δ) ſed Haimberga (ε) in Danubii ripa, Quadorum ſeu Moravorum finibus oppoſitum. C

3. Pulſis Quadis Slavi Regnum illud occupavere, ex Illyrico & Dalmatia, ut vulgatiſſima habet opinio, in illud transgreſſi. De quorum Regibus ita ſubjungit Dubravius: (ζ) *Primum nomen Regis Raslai, quem propter fœdera violata Ludovicus Imperator exoculavit: dein Hormidori, & Suatobogii, ac maxime Suatopluci, inclaruit, qui citra & ultra Danubium latiſſime regnavit. Id temporis Veſperini in Pannonia fere aſſidue morabatur, cum Hunni ad invadendam denuo repetendamque Pannoniam, quam a morte Attilæ annis trecentis deſtituerant, impetum cepiſſent, Legatos Veſperinum ad Suatoplucum præmittentes*, &c. D

4. De Hormidoro idem Dubravius (η) refert: *Craſnitius* (Princeps Gurimenſis ſeu Kaurzimenſis in Bohemia, per Ducem Bohemiæ Neclanum expulſus) *in Moraviam ad Regem Hormidurum perfugiens, illius opem ad recuperandum Principatum amiſſum ſupplex implorat, perſancteque illi jurat, nullum poſthac Dominum, niſi Regem Moraviæ ſe agniturum. Rex, qui jampridem cupiditate regnandi in Bohemos flagrabat*, &c.

5. Pergit dein Dubravius (θ) de Suatopluco Rege narrare: *Ipſe Rex majore nobilioreque parte Regni ab Hunnis ſpoliatus, quanquam reliquam Pannoniam inter Vagum & Danubium poſitam adhuc in officio retineret, non in illa tamen, ſed apud Moravos in oppido Velegrado. Regnum ſibi & poſteris conſtituit.*

6. Et de Suatopluci junioris obitu memorat idem, (ι) quod eſt notatu dignum: E

346 *Nitriæ in Pannonia conditus fuiſſe dicitur, & donec appareret conditorium, hoc elogium inſculptum habuiſſe fertur: Regem Moraviæ Suatoplucum in medio Regni ſui ſepultum jacere. Tam late olim, tamque longe proſpectabat Moravia, quam veteres Marcomanniam*

345 (α) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem. lib. 4. fol. 23.*

(β) Alibi tamen] *d. lib. 4. fol. 24 eumque ſecutus Beregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 35.

(γ) Aur. Victor] *in lib. de Caſarib. cap. 16. in Aur. Antonino & L. Vero; ubi tamen Sylburgius* in Not. *cenſet legendum* Marcomanorum, *pro* Marcomaro, *contra veterum codicum fidem, & Andrea Schotti ingratus, qui nationes Marcomaro Regi parentes exponit Quados, Vandalos, Sarmatas, Suevos, hoc eſt, uti ego interpretor, Hungaros, Tranſylvanos, Moravos, Polonos, & Bohemos. Nam* Media Gallorum, *id eſt Germanorum, hoc loco intelligi debent Bohemorum & Hermundurorum ſedes, qua in media Germania ſita tum erant, ut* lib. 1. cap. 8. num 6. *docuimus. Tam latum illo tempore erat Moravorum Regnum: cujus fines Arrabone & Granua amnibus a Pannonia diſcriminabantur, ut docet Cluverus* lib. 3. cap. 31.

(δ) Vadianus] *in Notis ad Rhenanum de Reb. Germanic.*

(ε) Haimberga] *Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 30. F

(ζ) Dubravius] *d. lib. 4. fol. 23. & ibi Thom. Jordanus in* Annotation.

(η) Dubravius] *lib. 3. fol. 19. Beregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 29.

(θ) Dubravius] *d. lib. 4. fol. 24.*

(ι) Memorat idem] *d. lib. 4. fol. 24.*

A *niam vocabant, quia fines Germaniæ, qua Danubio in Pannoniam pergitur, terminabat.*

7. Æneas Sylvius: (α) *Moravia trans Danubium jacet, cui ad orientem Hungari Polonique Regnum poſſident, Morava disjuncti amne, qui nomen regioni dedit: occidentem Solem Bohemi excipiunt; Auſtrales meridianum; Septentrionale latus Sleſitæ occupant. Hic multos annos regnatum; Hungari, Bohemi, Ruſſani, Polonique Moravorum Principi paruerunt: Princeps ipſe Romano Imperio. Caput Regni civitas Volegradenſis. Suatecopius Regum penultimus, Arnulpho Imperatori tributum pendere recuſans, commiſſo prælio, Arnulphus victoria potitus, Regnum Moraviæ Suatocopii filio poſſidendum reliquit.* Et paucis interjectis: *Mortuo Rege* (Suatocopio juniore) *Imperii*
B *Moravorum partem Theutones ac Bohemi, partem Bohemi atque Hungari diripuerunt.* Et alibi (β) refert idem Æneas: *Regnum inter Moravos aliquando fuit latiſſimum ac potentiſſimum, quod uſque ad filium Suatocupi duravit. At cum filius Suatocupi eccleſiam Dei ſpernere cœpit, Regnum genti ademptum eſt: quod poſtea Romani Cæſares in Boëmiam tranſtulerunt.*

8. Sebaſt. Munſterus: (γ) *Habuit olim Moravia ſuos Reges, qui imperium tenuerunt in omnem gentem Bohemorum & Polonorum, fuitque Regnum latiſſimum ac potentiſſimum. Circa annum Chriſti DCCCC. Zuantocopius ditione tenebat Moraviam, Bohemiam, Schleſiam, Poloniamque, quarum Duces illi parebant. Ipſe autem animis ſublatus de magnitudine ditionis, Imperatori Romano Arnulpho tributa ſolvere, quæ aliquan-*
C *diu ſoluiſſet, Ludovico Germaniæ Regi, pernegabat.* Et mox: *Tum opera Vngarorum uſus Imperator ſupprimit Moravorum Regem,* &c. *Tunc Bohemia, Polonia & Schleſia ſuum quæque provincia Ducem conſtituit, tributa tamen ſuperioritatis agnitione vel modica pendentes.*

9. Cum Sylvio conſentit Raphaël Regius Volaterranus, (δ) de Moraviæ Regno ſcribens: *In Moravia multos annos regnatum. Nam Boëmi, Roxolani, Poloni, Moraviæ Regi quandoque paruere: Rex autem ipſe Romano Imperio. Ex his Suadoplucus, Regum penultimus, primus Chriſtianus fuit a Cyrillo, fratre Methodii, inſtitutus. Quum Arnulpho Imperatori tributum ſolitum negaret, victus ab eo in prælio,* &c. *Succeſſit hujus filius Arnulphi liberalitate. Quo mortuo Regnum Moraviæ ad Cæſarem*
D *pervenit: e quibus Sigiſmundus eam genero ſuo Alberto regendam dedit: rebellantem Albertus ſubjugavit.*

10. Dubravius (ε) vero de Regni Moravici abolitione & diſſipatione narrat in hunc modum: *Cæſar Arnulphus Regnum illius* (Suatopluci (ζ) rebellis Imperio & perduellis Regis) *per edictum publicavit, deditque illud diripiendum vicinis gentibus, Vngaris, Polonis, Auſtriacis: reliqua pars, quæ nunc extat, ultro ſe fidei poteſtatique Bojemorum permiſit.* Unde parere arbitror ex uno Moraviæ Regno, tria exorta fuiſſe, *Hungaricum* Ungaris jure clientelari ab Arnulpho Imper. conceſſum, *Polonicum* ab Ottone III. Imp. erectum; & *Auſtriacum* [η] a Friderico II. Imp. Regia dignitate condonatum; qua tamen hodie non utitur.

E 11. De ejus autem reſtitutione, & in Bohemiam translatione idem Dubravius (θ) refert hunc ad modum: *Reſtituta Bojemis Moravisque Regia dignitas, qua ab exceſſu Suatopluci in Moravia regnantis carebant. Et quanquam Otho Cæſar ſua ſponte rurſus illam D. Venceslao detulerit, delatam ille tamen uſurpare abſtinuit, ſolito Principis Bojemiæ titulo contentus. Cæterum Henricus celebrem Principum conventum Moguntiæ celebrans, ſecumque reputans, qua potentia quas regiones, quos populos Vratislaus regeret, nempe Bojemos, Moravos, Sleſitas, Luſacios, qui Germanis permixti ipſam Germaniam inhabita-*

(α) Sylvius] *in Hiſtor. Bohemor. cap. 13.*
(β) Alibi] *in Commentar. de Europa ſtat. ſub Friderico III. Imp. cap. 17.*
F (γ) Munſterus] *in Coſmograph. lib. 3. de Moravia.*
347 (δ) Volaterranus] *lib. 7. Geograph. in Boëmia.*
(ε) Dubravius] *d. lib. 4. fol. 24. Hagecius in* Chron. Bohem. anno 904. *Cromerus* lib. 2. rer. Polonic. in Ziemovito Duce Poloniæ, fol. 28. col. 2.
(ζ) Suatopluci] Suathen *vocat Joh. Sommerus Pirnenſ. Ungarus in Poëmat.* de Regib. Ungar. in princ. *ubi de Ungaris Pannoniam occupantibus ſcribit:*

Exturbantque ſua Suathen de ſede Polonum,
Princeps Pannonias ille regebat opes.

Perperam Polonum vocat, qui erat Moravus.
(η) Auſtr acum] *Privilegium refert Petrus de Vineis* lib. 5. Epiſtol. *Jordanus in* Annotat. ad Dubravii lib. 18. lit. c. *Calviſius in* Chronolog. anno 1245.
(θ) Dubravius] *lib. 9. Hiſtor. Bohem. in princ. & ibi Jordanus in* Annotat. *Pontanus in* Bohemia lib. 2. fol. 19.

inhabitarent, accitum in medium Principum ſua voce Bojemiæ Regem Vratislaum decla- A
rat. Et Volaterranus: (α) *Vratislaus Moraviam, Poloniam, Sleſiam, Luſatiam, Hen-*
rico IV. Imperatore juvante Bojemiæ Regno adjecit, anno MLXXXVI.

12. Quod qua occaſione, quove conſilio & ſuaſu contigerit, non piget ex Hage-
cio (β) annotare. Ita autem ille de Comitiis Moguntinis ab Imperatore indictis com-
mentatur: *Als der Reichstag nun in der erſten* Seſſion *angieng, ſprach der Keyſer: Wir*
wolten es gerne wiſſen, wodurch die Keyſerliche einkommen alſo mæchtig abnehmen, dann
ſie zuvorhin viel reicher geweſen, als auff dißmal, und wir wolten gerne, damit es wi-
der in den alten ſtand gebracht würde. Die Reichsfurſten gaben ein jeglicher ſeine ſtim-
me nach der ordnung. Etzliche meldeten under andern auch dieſes, daß das Keyſer-
thumb auß deren urſachen abnehme, dieweil etzliche Kœnigreiche undergiengen, und etz- B
348 *liche allbereit undergangen weren. Als nemlich das Mæhreriſche, welches ſehr be-*
ruhmbt, und ein großmæchtiger Kœnig darinnen geweſen, welcher vorzeiten die Boje-
mos, Hernunduros, Chatos (Quados) *Sarmatas, und Wandalos, nachmals auch Bœh-*
men, Wenden, Laußnitzer, Polen, Reuſſen, und andere under ſich gehabt Dieſes,
Kœnigreich were zur zeit Swatobogii, deß Swatopluci ſohns, wunderlicher weiſe un-
dergangen, welches nunmehr 182. jahr weren. Und were dieſes Kœnigreich ein vor-
trefflich glied deß Keyſerthumbs, und in der zeit der noth ein mæchtige hülff geweſen,
Alſo were es nun ohne einen Kœnig, und leiſtete weder das Land Mæhrern, noch dem
zur zeit zugethane Lænder, dem Keyſerthumb von derſelben zeit an keine pflichte. Der
Keyſer fragte den Bœhmiſchen Hertzogen, warumb er ihme den dienſt, welchen ſeine C
vorfahren den Kœnigen in Mæhrern zu leiſten gepflogen, nicht auch leiſtete? Hertzog
Wratislaus antvvortete, er vvere bereit und vvillig, alles das jenige zuthun, vvas ihm
ihre Keyſerliche Majeſtæt gebieten vvürde. Der Kayſer nam raht mit den Chur- und
Fürſten, von vvegen Hertzogen Wratislai, und vvurd beſchloſſen, daß das Kœnigreich
Mæhrern dieſer geſtalt zu recht gebracht vverden ſolte, als nemlich, das Kœnigreich ſol-
te in das Fürſtenthumb Bœhmen verſetzt vverden, alſo daß das Fürſtenthumb Bœhmen
nun forthin ein Kœnigreich, und Mæhrern ein Marggraffthumb ſey. Wratislaus aber,
dievveil er ein ſolcher perſœnlicher und anſehenlicher, auch für andern befreyeter mann,
billich und von rechtsvvegen, ein berühmbter Kœnig vverden: unnd der Marggraff in
Mæhrern, dergleichen auch der auß Schleſien, Laußnitz und Reuſſen. ihme underthan D
ſeyn ſolte. Dieſe Kayſerliche und Churfürſtliche eintræchtige bevvilligung und befreyung,
vvurde durch deß Kayſers befehl, auch nach ordnung unnd gevvonheit deß Kayſerli-
chen Hofs, herrlich proclamirt und publicirt. Der Kayſer ordnete auch, daß der Wra-
tislaus, als durch den Kayſer und die Churfürſten ordentlicher vveiſe gevvæhlter Kœ-
nig, nahend bey dem Kayſer ſitzen ſolte. Ex quibus verbis tria colliguntur: primum, Bo-
hemiæ Regnum, ratione Moraviæ, antiquius eſſe Hungarico & Polonico, & eo nomi-
ne etiam dignius atque honorabilius: dein Moraviam & Bohemiam cum Sileſia, Polo-
nia, Ruſſia, Imperio Germanico teneri ad ſervitia tam realia, quam perſonalia, nec
eximi ab oneribus illis potuiſſe vel ſeſquicentum annorum præſcriptione: denique Re-
gem Bohemiæ proximum ab Imperatore locum jam tum obtinuiſſe, quem hodieque E
retinet.

13. Quod autem de Polonia commemorat, eam fuiſſe Regno Bohemiæ addictam,
conſentientes habet pleroſque omnes rerum geſtarum auctores. Cauſſam aſſignat Thom.
Jordanus, (γ) inquiens; *Poloniam quoque illi* [Vratislao Bohemo] *tributam tam*
Hungari quam Germani Annales perhibent, quod veriſimile ob exaugurationem Regis Bo-
349 *leslai.* Mihi inſuper ratio, qua moti Imperator atque Principes Imperii Poloniam Bo-
hemo adjudicarunt, etiam hæc videtur fuiſſe, quod Sileſia cum Ducatu Cracovienſi,
jam inde ab initio ad Bohemos ſpectabat, a Zecho Bohemicæ gentis conditore occu-
pata, quum fratri ſuo Lecho, Polonicæ gentis auctori, ulteriores terras invadendas at-
que incolendas commiſiſſet. Docet id verum eſſe vel *Cracoviæ* etymon, quæ a *Craco* F
vel *Croco* Bohemorum Duce appellationem eſt ſortita. Krantzius: (δ) *Crocus in Bohe-*
mis ſucceſſit Zecho, qui de nomine ſuo fundatam reliquit Cracoviam: tum Bohemis, nunc
Polonis paret. Sic enim in ea regione ſæpe mutati ſunt termini & limites ditionum. Nam

(α) Volaterranus] *d. lib. 7. Geograph. in Boëmia.*
(β) Hagecio] *in Chronic. Bohem. part. 1. anno 1086. fol. 179.*
(γ) Jordanus] *in Annotation. ad Dubrav. hiſt. Boh. lib. 9. in princ.*
(δ) Krantzius] *lib. 1. VVandal. cap 17.*

A *& Moraviæ Reges aliquando tenuerunt imperium in omnem eam gentem.* Et alibi: [α] *Rebus Bohemicis tum ſuberat inſignis civitas Cracovia, ut ſolent limites Regnorum, variante fortuna, vel protendi vel breviari. Quum autem Boleslaus III. præeſſet, Meſco Dux Poloniæ Cracoviam intercepit, ſuoque juri conſociavit.* In eandem ſententiam ſcribit Franciſc. de Roſieres: [β] *Zechum ferunt Bohemicæ gentis ante alias jactaſſe fundamenta, dum e Croacia illuc commigraret. Huic ſucceſſit Crocus ſeu Graccus, a quo Cracovia condita, quæ nunc Polonis, tunc autem Bohemis parebat.* Et poſtibi: *Boleslai II. tempore Mesko Dux Poloniæ Cracoviam cepit, ſuæque adjecit ditioni.* Polonos quidem Regi Moraviæ paruiſſe, teſtis eſt præter alios tam veteres, quam recentes, Sebaſt. Munſterus [γ] ita ſcribens: *Borſinous Princeps Bohemiæ primus memoratur, qui Chri-*
B *ſti ſacra inter Bohemos ſubierit, parens imperio Zuuantocopÿ Regis Moravorum, qui tum Bohemis, Polonis, Sleſitis unus imminebat.*

14. Tandem tamen Ducatus Cracoviæ & Sandomiriæ, quæ minor Polonia cœpit nuncupari, a Polonis per vim intercepta, juſtiſſimo jure & uxorio [δ] & hereditario ad Bohemos rediit. Joannes Crato (ε) a Craftheim Sileſius, Archiater & Conſiliarius Cæſareus, rem ita narrat: *Cum Wenceslaus Ottochari filius, demortua Imperatoris* (Rudolphi I.) *filia, Elizabetham unicam Regis Poloniæ, Primislai natam duxiſſet, Poloni, licet Vladislaum Lokticum, præteritis Sileſiæ principibus, ad quos Regnum* (Poloniæ) *optimo jure pertinebat, jam elegiſſent, repudiato tamen Loktico, Wenceslaum Bohemum ſplendida legatione ad gubernationem Poloniæ vocant. Adit quidem Regnum, verum*
C *conſecratus Henrico a Leippo Bohemo in adminiſtratione abſens uſus eſt* &c. Quamobrem inviſus eſſe Wenceslaus Proceribus Poloniæ cœpit, qui, ejecto peregrino Vicerege, Bohemum Principatu abdicarunt, & Lokticum reſtituerunt. Johannes, Abbas (ζ) Aulæ Regiæ Bohemus: *Anno* MCCCXX. *Lokotto Dux Sandomeriæ a Sede Apoſtolica obtinuit coronam Regalem Poloniæ, & in præjudicium Regis Bohemiæ inſigniri Regio diademate ſuper Regnum Poloniæ ab Gniſnenſi Archiepiſcopo in Cracovia permiſit. Incepitque ſtatim denarium S. Petri de unoquoque capite humano Sedi Apoſtolicæ decimaliter ſolvere,* 350
qui antea longo tempore denegatus fuerat, de facto (ut dicitur) non de jure. Et licet Johannes Rex Bohemiæ (η) pactum cum Caſimiro Poloniæ Rege anno MCCCXXXV. inierit, in quo titulum Poloniæ exſueret, jurique omni in Regnum Poloniæ renuntiaret,
D ut infra ſuo loco deducemus; tamen Maximilianus I. Cæſar novo pacto cum Sigiſmundo Poloniæ, Vladislao ejus fratre Hungariæ, & Ludovico ejuſdem nepote Bohemiæ Regibus, de ſucceſſione in Regno non tantum Hungariæ & Bohemiæ, verum etiam Poloniæ

(α) Et alibi] *lib. 2. VVandal. cap. 28.*

(β) Roſieres] *in ſtemmat. Lotharing. Ducum tom. 4. hiſtor. cap. 68.*

(γ) Munſterus] *lib. 3. Coſmograph. in deſcript. Bohem.*

(δ) Jure uxorio] *Joan. Herburtus* lib. 9. Hiſtor. Polon. cap. 3. *Neugebaur* lib. 3. Hiſt. Polon. in
E Venceslao Rege, fol. 175. *Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 2. *Habebat autem jam jus quæſitum ad Ducatus Cracoviæ & Sendomeriæ ex donatione & ceſſione Gryphinæ Reginæ, ſuæ Materteræ, ut Bohemici ſcriptores affirmant, nec Poloni audent negare, niſi quod Gryphina id non licuiſſe contendant.*

(ε) Crato] *in Epiſtola præfatoria ad Rudolphum & Erneſtum Archiduces &c. præfixa Dubravii Hiſtor. Bohem. Vide quæ deducimus* lib. 6. cap. 18.
F n. 13.

(ζ) Joannes Abbas] *in Chronic. Aulæ Reg. part. 2. cap. 9. Cur autem a Papa, & non, ut ejus anteceſſores, ab Imperatore? Cauſſam Cromerus ait eſſe, quod Imperator Ludovicus IV. Bavarus tum excommunicatus, & propenſior in Bohemum eſſet. Hac ergo occaſione arrepta Poloni, ut jugum Imperii a cervicibus ſuis excuterent, ad Papam confugerunt;* lib. 3. Rer. Polonic. *Cauſabantur nempe ſe vitare Imperatorem bannitum & excommunicatum,*
G *quum revera ſpectarent diſcordias Principum Imperii, & Civilia Germanorum bella, in quibus ſecuri Poloni eſſe poterant a vi Cæſaris impotente propter diviſas Imperii vires, & inter ſeſe digladiantes Ordines.*

(η) Johannes Rex Bohem.] *qui jure uxoris Eliſabethæ, & inveſtitura Cæſarea, ſibi Regnum Poloniæ vindicabat. Quo jure nixus Pomeraniam ulteriorem vel Tranſviſtulanam, quæ Pomerellia dicitur, Magno Magiſtro Boruſſiæ a VVoldemario Brandenburgiæ Marchione venditam tanquam Rex Poloniæ feudi Dominus directus, confirmavit. Diploma refert Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 10. *cujus tale eſt exordium:* Joannes Dei gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex, ac Lutzemburgenſis Comes, & Elizabeth per eandem gratiam eorum Regnorum Regina ac Comitiſſa Lutzemburgenſis, conthoralis ſua, *&c.* Datum & actum Thoruniæ anno Domini 1329. Dominica Invocavit *&c. Quæ reſpexiſſe Chronographus Hungaricus videtur, de quo idem Michovius d. lib. 4. cap. 17. ſcribit:* Legitur in Chronica Hungarorum, quod Rex Poloniæ eo tempore, *anno 1335.* homagiarius & ſubjugalis Regi Bohemiæ fuiſſet: quod quia nuſquam alibi vel apud Bohemos, vel Polonos reperitur, errori hiſtorici aſcribendum eſt. *Non enim puto eam mentem hiſtorici fuiſſe, ut velit Regnum Poloniæ immediate fuiſſe Regi Bohemiæ feudatarium, ſed quod Rex Bohemiæ Poloniam in feudum ab Imperatore receperit.*

Poloniæ conflato, ſibi poſteriſque ſuis caveri Viennæ anno MDXV. voluit, ut modo A laudatus Crato, homo gravis, & fide digniſſimus, in ea ad Rudolphum & Erneſtum Principes, Maximiliani II. filios, commeminit.

351

CAPUT XIII.

Majeſtas Regi Bohemiæ competens. Refelluntur auctores negativam ſententiam propugnantes. Majeſtas proprie ſoli Deo tribuitur: poſt Deum Papæ Romano, & Turcorum Sultano. Papa, ut ſupremus Princeps, honorari debet. Majeſtas duplex, ſuprema & inferior. Utraque eſt perpetua, licet inferior non ſit παμβασιλικὴ, ſed legibus circumſcripta. Majeſtas ex Imperii noſtri conſuetudine ſoli Imperatori; Dignitas Regia, Kœnigliche Würde, Regibus univerſim tribuitur, etiam Hiſpano, etiam Gallo. In ſtylo Cancellariæ Cæſareæ Majeſtas Regnorum Hungariæ & Bohemiæ quo pacto intelligenda. B *Papa & Imperator Majeſtatem habent propriam; Reges omnes impropriam. Electoris Palatini faſtus in denegandis honorum titulis. Refelluntur, qui Regem Bohemiæ improprie Regem dici aſtruunt. Reges Hungariæ & Bohemiæ an poſſint jura Majeſtatis in Imperio exercere. Regis Bohemiæ prærogativa ante omnes orbis Chriſtiani Reges.*

ET quamquam tanta ſit Regis Bohemiæ antiquitas, tanta potentia, tanta amplitudo, tantave dignitas, reperti tamen ſunt homines male feriati, qui ei non modo Majeſtatem, ſed & Dignitatem Regiam controvertere auderent. ***Majeſtas***, inquiunt, (α) ***eſt poteſtas abſoluta, ſuprema, & perpetua***, quam Græci ἄκραν ἐξουσίαν vocant, & dicitur quaſi ***major ſtatus***, (β) i. e. maximus, qui nihil ſupra ſe, niſi Deum agnoſcat; nec cuiquam reddere habeat rationem, niſi Deo. Hinc ſunt, C qui contendant, ſoli Deo Majeſtatem (γ) vere attribui poſſe, quod ſit unus & ſolus ***Rex Regum, ac Dominus Dominantium***, præter quem nullus, & qui non habet parem nec in cœlis nec in terris. Unde etiam ***Altiſſimus*** in Sacris dicitur literis, & ***Excelſiſſimus***: & de quo in Oratione Dominica confitemur, ***quia tuum eſt Regnum, & potentia, & gloria, in ſæcula ſæculorum***. Unde & ***Majus*** [δ] a Tuſculanis dictus erat Deus, a magnitudine ſcilicet & majeſtate Deo propritim competente. Et illi quidem vere loquuntur ac ſentiunt de Majeſtate divina. Sed quid de humana dicemus, quam Regi Bohemiæ detractum eunt?

2. Non habet Majeſtatem, inquiunt, quia non habet ſupremitatem, ſive ſummam poteſtatem: dependet enim a majori, [ε] ſcilicet Imperatoris. (ζ) Sed ſi hæc ratiocina- D tio quid-

(α) Majeſtas, inquiunt] *Bodinus* lib. 1. de Republ. cap. 8. *Thom. Michael* de Juriſdict. concluſ. 7. lit. e *Richard. Dieterus* de Summa ſum Imper. poteſt. concl. 22. *Alberic. Gentilis in* Regal. diſp. 1. fol. 9. *Chriſt. Matthias* lib. 3. Syſtem. polit. exercit. 352 2. ſect. 1. *Paurmeiſterus* lib. 1. de Juriſdict. cap. 3. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſtat. cap. 1. *Joh. Redinus Epiſcopus Tiraſonenſis Hiſpan. in* tract. de Majeſtate Principis. *Poteſtatem ſummæ perſonæ, ſupremique Imperii interpretatur Rittershuſius ad* procem. Inſtit. verb. majeſtas.

(β) Major ſtatus, id eſt, maximus] *hoc eſt, primus, ſummus ac ſupremus, juxta enallagen comparativi pro ſuperlativo, ut docuimus in* Seniore ſive de Majorat. lit. 2. cap. 6. num. 4. & ſeq. *Vere ac proprie Jodocus Eychman Calbenſis, Doctor & Prædicator Heidelbergenſis, apud Joan. Melber de Geroltzhofen, in Vocabular. Prædicantium*; Majeſtas, *inquit*, eſt ſummus ſtatus, *der nicht gemindert oder gehindert mag vverden*: vel *Künigklich VVurdigkeit, Keyſerlicher gevvalt, hoher gevvalt*, vel *Majeſtat*. eſt major ſtatus indeclinabilis, *hoher ſtat, der da nit mag* &c. *groſſer ſtat, macht, die da nicht mag* vinci aut humiliari. *Videantur Beſoldus in* d. Diſſert. de Majeſtat. cap. 1. n. 2. *Gregorius Tholoſan.* lib. 8. de Republ. cap. 3. *Arniſæus*, de Jur. Majeſt. cap. 3. *Bornitius in* tract. de Majeſt. politic. & ſummo imper. cap. 4.

(γ) Deo majeſtatem] *Et ſane, ſi verbi proprietatem ſpectemus*, Majeſtas *ſolius Numinis eſt propria, quod omnibus iis, quæ magna dici poſſunt, eſt majus, ut eleganter diſſerit Caſaubonus in* Notis in Trebel. Pollionis Aurelianum. *& tractat Joan. de Pineda in* Comment. in Job. cap. 37. v. 21. in fin. *Unde Deo in jure quoque civili majeſtas tribuitur, in* l. 32. *§.* 4. D. de recept. arbit. & in auth. Gazaros, C de hæretic. *ut notat Rittershuſius ibid.*

(δ) Majus] *Macrobius* lib. 1. Saturnal. cap. 12. E

(ε) Dependet a majori] *Dieterus* d. concluſ. 22. *Thom. Lanſius in* Diſcurſ. de Leg. Reg. concl. 52. *Reinhard. Kœnig. in* Diſput. de Majeſtat th. 15. in fin. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 3 diſſert. 2. th. 9. *Chriſt. Matthias* lib. 3. Syſtem. politic. exerc. 2. ſect. 6. fol. 342. *Beſoldus in* Diſc. de Monarch. cap. 3. n. 1 in fin.

(ζ) Imperatoris ſcilicet] *Richardus Bartholinus in* Hodœporico Matthæi Cardinalis Gurcenſ. lib. 2. *de conventu Cæſaris, & Regum Hungariæ, Poloniæ ac Bohemiæ, ſic ſcribit*: Ludovicus Bohemiæ Rex, Reginaque Anna ſoror obviam, ut Cæſarem (*Maximilianum I.*) exciperent, proceſſere. Hic ex equo Cæſarem in rheda poſt junctam dextram Latine his verbis ſalutavit: Sacratiſſime Cæſar, ego ſaluto Majeſtatem veſtram, F tanquam patrem & Dominum meum.

A tio quidquam ponderis habere debet, nec ipſe quidem Sacratiſſimus Imperator, [α] nec Chriſtianiſſimus Gallorum, aut Catholicus Hiſpanorum Rex, Majeſtatem habere cenſendi ſunt, quod in multis rebus ſuperiorem Pontificem (β) Romanum agnoſcant, [*] Sedique Apoſtolicæ ſubjecti vivant, quod eſt procul dubio contra jus ſupremitatis ſive Majeſtatis illius, quam definiunt (γ) a nemine pendentem, niſi ſolo Deo. Cujuſmodi duos tantum nobis proponunt, inter Chriſtianos, Papam, (δ) Mahometanos vero

353 (α) Imperator] *Franciſc. Zabarella in* Clement. paſtoralis, de Sentent. & re judic. in verſ. ut illud, & verſ. quarto quæro, *ubi ait:* Imperator habet Imperium a Papa, eſt ergo inferior ipſo Papa, & B eſſe contra naturam, ut ſervus ſe exaltaret contra illum, qui eum creavit. *Nititur autem auctoritate Nicol. I. Papæ in* c. inferior, diſt. 21. *Eandem ſententiam tuentur Abbas Panormitanus, Ludovicus Romanus, & alii Canoniſtæ. de quibus* infra num. 7. *diſſerimus.*

(β) Superiorem Pontificem] *Alberic. Gentilis* lib. 1. de Legat. cap. 4. & in Regal. diſputat. 1. fol. 8. *VVaremund ab Erenberg in* Veriſimil. de Regni ſubſid. cap. 2. n. 16. & num. 21. *Fridericus Balduinus* C *Theologus VVitteberg. in* Diſput. de Hæret. cap. 2. th. 51. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſt. ſect. 2. cap. 1. num. 3.

(γ) Quam definiunt] *Thom. Campanella in* Diſc. de Monarch. *Gaſp. Scioppius in* Conſil. ad Reg. Catholic. *Gentilis* d. diſput. 1.

(*) In Eccleſiaſticis forte, non Politicis, id autem minime Majeſtatem infringit. Quod ſi verum, uti veriſſimum, Goldaſti ratiocinatio fallit. Hæc pluribus Arumæus de *Comitiis cap.* 3. proſequitur.

D (δ) Inter Chriſtianos Papam] *Cui SS. Patres mediæ ætatis non dubitarunt* Majeſtatem *tribuere, ut obſervavit Juretus in* Notis in Yonis Epiſtol. 250. in princ. *& Freherus in* Comment. ad Ottonis III. Imp. Diploma de Donation. Sylveſtro II. Pap. facta fol. 40. *Quam* Majeſtatem *divina quidem Jehova minorem, ſed humana Cæſaris majorem interpretantur. Unde eſt decantatus ille in ore & calamo Canoniſtarum verſiculus:*

Nec Deus es, nec homo; ſed medius inter utrumque.

E *Cujus auctor eſt Goffredus Anglus in* Poëtria nova circa fin. *ut teſtatur vetus auctor* Vocabularii juris in verb. Papa, *Iſidor. Moſconius* lib. 1. de Majeſtat. militant. Eccleſ. part. I. cap. I. *Guerrerius in* Theſaur. Chriſtian. relig. *Joſephus Stevanus Epiſcopus Veſtan. & Orcelitan. in* Diſput. de Adorat. pedum Sum. Pontif. *Et hoc ſenſu Summus Pontifex videtur Deus a Conſtantino Imp. appellari in* c. ſatis, diſt. 63. *Canoniſtas autem ſalſe perſtringit* F *Rodericus Zamorenſis Epiſcopus & Cubicularius Apoſtolicus, lib. 2. Specul. vitæ human. cap. 3. in fin. ſcribens:* Hi pares faciunt Deo Pontifices, Divinos profitentur. Sed niſi fallor, in eo ipſo ſe Pontifices plurimum divinitatis habere comprobarentur, ſi tales adulatores rapi facerent ad tormenta; & in eo ſe Dei cultores agnoſcerent, ſi tales deceptores graviſſime punirent. *Similia quædam habet Guilibertus Tornacenſis Fratrum Minor. in* Sermonib. ad omn. Status mundi, ſerm. 1. *& Catho-* G *licos Theologos nonnullos agnoſcere Canoniſtarum hyperbolicas locutiones aſſerit Edmund. Richerius in* tract. de Poteſt. eccleſiaſt. & polit. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſt. ſect. 1. cap. 3. n. 2. *Porro de ſuprema Papæ poteſtate tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, circumferuntur ſcripta in utramque partem diſputata pene innumerabilia, quorum ſyllabum nihil attinet hoc loco concervare. Illud ſaltem ὡς ἐν παρόδῳ præſtat indicare, eſſe etiam ex interpretibus noſtris, qui Summo Pontifici ſuam ſibi Majeſtatem, quantis poſſunt viribus detractum eunt, veluti Anton. Benbellona in* Suſcitab. Princip. ſeu de pac. relig. part. 1. cap. 16. fol. 264. *Marq. Freherus in* Comment. ad Donation. Conſtantini M. Imp. & in Comment. ad Donat. Ottonis III. Imp. *Frideric. Tilemannus in* Diſput. Pandect. penult. corol. 5. *Joach. Cluten. in* Syllog. rer. quotid. concluſ. 6. *Zieritzius in* tract. de Princip. inter ſe prærogat. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 3. diſſert. 2. th. 12. *Andr. Gerhardus* Diſcurſ. 31. th. 10. *apud Arum.* vol. 1. *Matth. Bertzius in* Typo juriſprud. publ. cap. 3. concluſ. 10. lit. b. *Oſvvaldus Hilligerus & Joh. VVelphius apud eundem Arum.* vol. 2. diſcurſ. 30. th. 4. *Joh. Zabelius in* Diſput. Anti-Bodin. concluſ. 8. lit. h. *Verum, ut ſemel dicam, quod ſentio, hi mihi nec recta ratione uti, nec vera collectione niti videntur, quum Papa Romanus non tantum ſit ſpiritualis Pontifex,* 354 *ſed etiam Princeps potentiſſimus in ſuo S. Petri Patrimonio, ut licet eum in ſpiritualibus non agnoſcant pro Eccleſiæ Monarcha, in temporalibus tamen Majeſtatem ei ſine Majeſtatis crimine haud temere quiſquam derogaturus eſt, niſi eadem temeritate Electoribus Eccleſiaſticis, & cæteris in Imperio Archiepiſcopis, Epiſcopis & Prælatis ſuam poteſtatem imminutum ire velint. Quod qui facit, is profecto cum Auguſtana Confeſſione minime facit, in qua civilis poteſtas ac dominatio Summo Pontifici & Epiſcopis ultro conceditur, modo ea cum Eccleſiaſtica non confundatur,* artic. final. §. penult. & ult. & in Articul. Schmalkaldenſ. in ſubſcript. Philip. *Quæ eſt eadem Sereniſſ. Jacobi Britanniæ Regis & Theologorum Anglicanorum ſententia, ut eorum libri demonſtrant. Eadem ipſiſſima mens fuit Phil. Melanchthonis, Martini Buceri, Gaſp. Hedionis, Martini Frechti, & omnium Sueviæ Theologorum Proteſtantium, in* Conſiliis ſive reſponſ. de concordia Eccleſiæ ineunda, *ad Franciſcum I. Galliæ Regem anno 1534 perſcriptis, ut videre eſt in libro Pariſiis impreſſo ſub titulo;* Sententiæ Phil. Melanchthonis &c. de pace Eccleſiæ ad virum Nobiliſſ. Gulielm. Bellajum Langæum *&c. quas etiam reperies in* Politic. Imperial. lib. part. 10. *Eandem ſententiam defendit Jacob. Arminius in* Coroll. diſput. Theologic. publ. 21. fol. 203. *nec abnuit præſtantiſſimus Beſoldus in* Diſſert. de Majeſtat. cap. 2. num. 2. in fin. *Et memini a viris pietate ac eruditione præſtantibus, Carolo Perroto, Theologo Genevenſi, Joh. Jacobo Grynæo, Theologo Baſilienſi, Joh. Gulielmo Stuckio, Theologo Tigurino, Joſepho Scaligero, Iſaaco Caſaubono, atque adeo nuperrime ab Johanne Giſenio Theologo Rintbelenſi, improbari eos, qui in Papam Romanum & Catholicos Epiſcopos tam proterve, ut dicam contumelioſe, invehantur, quum negari nequeat, Papæ poteſtatem civilem eſſe a Deo ordinatam*

Digitized by Google

vero, Sultanum: (α) quorum ille ſupremus Dei Vicarius (β) in terris & ſummus o- A
mnium hominum judex, a nemine poteſt judicari: iſte vero ut unus Deus in cœlis,

tam, eoque nomine comiter obſervandam Apoſtoli præcipiant, a quibus docemur, nullam eſſe poteſtatem Monarchicam in terris, quæ non ſit a Deo. Et eadem eſt Papæ Romanorum quoad civilem cultum, conditio, quæ Cæſaris Germanorum, Catholicî Hiſpanorum, Chriſtianiſſimi Gallorum, Tzaris Moſcorum, Chani Tartarorum, Sultani Turcorum, Sophi Perſarum, Preſtegiani Æthiopum, & ſimilium terrenorum Monarcharum, quibus honor civilis debetur, licet eorum imperia non uſque quaque juſta legitima eſſe nobis videantur. Addo, non minus juſte puniri eum, qui Papæ, quam qui Imperatori maledixerit; Act. Apoſt. cap. 23. v. 5 præſertim in terris Eccleſiæ, & Regnis atque Provinciis Papæ obedientibus, in quibus crimen majeſtatis in Papam perinde committitur, ac in ipſum Imperatorem aut Regem: adeo, ut ſi nocens damnari non poſſit velut hæreticus, tamen plecti debeat, ut læſæ Majeſtatis reus. Quod non obſcure in Novellis S. Imperii conſtitutionibus ſancitum videtur, tanquam in Receſſ. Trevirenſ. & Colonienſ. 1512. §. zum erſten, Auguſtan. 1530. §. desgleichen dieweil die Obrigkeit, Reformat. Politiæ 1548. tit. 34. ibi, es treffe gleich hohe &c. & aliis compluribus. Scio, multis hoc paradoxon viſum iri, ſed nos ſequimur mores gentium conſenſu approbatos, & S. Rom. Imperii Conſtitutionibus confirmatos: tradimus, quid nos præſtare oporteat, non quid Papæ, ut Servo ſervorum Dei, Cardinalibus & Epiſcopis, ut Miniſtris Eccleſiæ, facere conveniat. In quorum abuſus multa exſtant veterum, eorundemque ſanctorum hominum, admonitiones, invectivæ & querelæ, velut B. Agobardi Lugdunenſ. Archiepiſcop. in tract. de Comparat. utriuſque Regimin. B. Hincmari Remenſ. Archiepiſc. in Admonit. de Adminiſtrat. utriuſque regimin. B. Petri Damiani Car-
355 din. Oſtienſis in tract. de Correct. Papæ & Epiſcopi. S. Bernhardi Abbatis Clarevallenſis in libb. ad Eugenium Papam, Joannis Sarisberienſ. Epiſcopi in Polycratic. B. Brigittæ Suecæ in Revelation. Joachimi Abbatis Calabri in Prophet. Bernhardi Morlanenſis Monachi Cluniacenſ. in lib. de Contempt. mundi per Eilhard. Lubinum recenſito, B. Joannis Rusbroch in Tabernacul. fœder. cap. 134. fol. 287. B. Henricus Suſo cap. 7. Operum a Surio editor. fol. 309. M. Gulhelmi Ockami in Diſput. ſuper poteſtate Prælatis Eccleſiæ atque Principib. terrar. commiſſ. Rudolphi Prallai JC. in tract. de Poteſt. Pontif. & Regal. Philothei Achillini ſive Alani Chartaris in Somnio viridar. Dantis Aligherii Florent. in Monarch. Nicolai de Bibrach in Occulto, Franciſci Petrarchæ Canonici Senenſis in Epiſtol. & Carmin. Joannis Petri de Ferrariis JC. Papienſ. in Practic. & Formul. Joh. Charlerii Gerſonis Cancellarii Pariſienſ. in Opuſculis variis, Thomæ de Corſellis in Orat. de Eccleſ. & Concil. author. Guilh. Durandi Epiſcopi Mimatenſ. & Auditoris Rotæ Roman. in tract. de Concil. celebrat. part. 1. tit. 4. Dominici Brixienſ. Epiſcopi in tract. de Reformat. Eccleſ. ad Pium II. Pap. Pauli Decretor. Doctoris Angli in Aureo ſpecul. Papæ &c. Franciſci Zabarellæ Cardin. Florent. in tract. de Concil. Nicolai de Clemangiis, Archidiaconi Bajocenſ. in lib. 1. de corrupt. Eccleſ. ſtat. perperam ſub Hildeberti Cenomanenſ. Epiſcopi nomine olim edito, Bernardi Weſterrodii in Planctu Eccleſiæ, Brunelli in Specul. ſtultor. & in Aſino pœnitentiar. Laurentii Vallæ Patricii Senatoris Romani in Declamat. de Donat. Conſtantini Imp. Petri de Aliaco Cardin. Cameracenſ. in tract. Reformat. Eccleſ. D. Lorezen ſive Matthæi de Gracovv Epiſcopi VVormatienſ. in tract. de Squalorib. Roman. Curiæ. Sigismundi Archiducis Auſtriæ in Appellat. a Pio II. Papa ad Con- B
cil. Gregorii de Heimburg JC. in tract. de Primatu Papæ &c. Sebaſtiani Brand. JC. Argentinenſ. Navi Stultifer. a Jacobo Lochero Philomuſo & Jodoco Badio Aſcenſio in linguam Latinam translata, Johannis Geylere Keyſerberg. in Specul. fatuor. M. VVeſſeli ſive Baſilii Gansfortii Groningenſ. in tract. de Poteſt. Papæ & Prælator. Eccleſ. M. Johannis de Veſalia VVormatienſis in Propoſition. de poteſt. Papæ, & aliorum plurimorum, qui in tomis de Monarch. S. Rom. imperii, & alibi repræſentun- C
tur; quos conſulere poteſt, cui animus gliſcit, Papam, Cardinales & Prælatos Eccleſiæ a foro avocare ad polum. Novus ſuit eſt indicaſſe, quo pacto Majeſtates in Bohemia debeant diſcerni, quum hinc Papa, illinc Imperator, ſecundum eos Rex, Majeſtatem ſibi quiſque in Bohemia arroget: & quem honorem etiam alieni a Romana Eccleſia, Summo Pontifici in cultu externo præſtare teneantur.

(α) Sultanum] non Tartarorum Chanum, quia 357
nutum ſequitur Sultani: non Moſcovitarum Tza- D
rum, quia Regiam dignitatem ſibi concedi ab Imperatore Romano petiit, Princepsque fieri S. Rom. Imperii deſideravit, Sigiſmundus de Herberſtein Baro in Deſcript. Moſcov. Duretus in Hiſtor. linguar. fol. 856. Beſoldus in Diſſert. de Majeſt. ſect. 3. cap. 3. num. 5. Georg. vom Hoff, Procurator S. Georgii prope Naumburgum, in Hiſtor. von der erſchröcklichen greulichen unnd unerhörten Tyranney Iwen Vaſiliowitz Groſsfürſten in Muſcow, &c. ubi inſerta habetur epiſtola ipſius Baſilidis ad Ca- E
rolum V. Imper. in qua conditiones proponit, quibus petit in ſocietatem, membrum ac Statum Imperii recipi.

(β) Supremus Dei Vicarius] ut ſicut unus eſt Deus in cœlis, ita unus ſit Papa ejus Vicarius in terris; Canonherius in Introduct. in politic. lib. 10. cap. 2. Reinaldus Corſus lib. 3. Indagation. cap. ult. Franciſc. Bozzius in tract. de Temporal. Eccleſ. Monarch. Maria Neapolitan. in tract. de Juriſdict. part. 1. cap. 18 & ſeqq. Alexander Care- F
rius Patavin. lib. 2. de Poteſt. Pontific. cap. 7. Bellarminus lib. 1. de Pontific. Rom. cap. 7. Stapletonus de Magnitud. Eccleſ. Rom. lib. 2. Vicarius, inquam, in ſpiritualibus, non in temporalibus; Barlaamus de Seminaria Epiſcopus Gyracenſis in Epiſtol. ad Græcos de unione cum Rom. Eccleſ. & ex eo Aubert. Miræus in Notit. provinciar. Rom. Eccleſ. in princ. Quem Vicariatum Pontifex Romanus in Illyrico, Hungaria, Moravia, Bohemia, Sileſia, &c. jam inde a ſuſcepto in eis Regnis Chri- G
ſtianiſmo uſque ad noſtram memoriam, conſtanter exercuit, brachio Regum & Imperatorum noſtrorum ſæculari contra ſchiſmaticos & rebelles fortiter adjutus, ut lib. 5. exponemus. Quicquid enim juris Pontifex Romanus in illis Regnis obtinet, id o-

A unus Sol (α) in firmamentis, ita unus Rex (β) eſſe vult in Mundo. Sed illi quidem ſibi in hac nova ἀκριβολογίᾳ per nos licet ut placeant: nos juridice loquendo notionem vulgatam ſequemur.

3. Dicitur enim vulgo *Majeſtas*, *quaſi major poteſtas*, (γ) &c. Et inde *Majeſtativus pro*

356 *mne Regibus atque Imperatoribus noſtris, Romana Eccleſia ritum profeſſis, & civile dominium illic obtinentibus, accepto habet referre, non commento donationis Conſtantinianæ, ut ſiſe nobis perſuadere nonnulli poſtulant. Quod ſi ergo eorundem eſt*
B *deſtituere, quorum fuit inſtituere, juxta vulgatam juris regulam, poterit non ad inferiores & ſubditos, ſed ſolos ipſos Reges atque Imperatorem ſpectare, de abuſibus & uſurpatione Romani Pontificis in illis Regnis cogniſcere, ac de legitima eorum emendatione ſeu reformatione in Synodali judicio providere; ceu factum legimus in controverſia inter Pontificem Romanum & Patriarcham Conſtantinopolitanum de Regno Bulgariæ circa A. C. N. 870. oberta, utri nimirum illud in ſpiritualibus ſubji-*
C *ci, utriuſve Eccleſiæ ritum ſequi debeat; ut nempe Ludovicus II. Imperator Romanus, Baſilius Imp. Conſtantinopolitanus, & Michael Rex Bulgarorum, eam ad Concilium Conſtantinopolitanum, anno 869. communi conſenſu congregatum, rejicerent, in quo Hadrianus II. Papa intentionem ſuam non in Edicto Conſtantini, ſed in antiquis Canonibus, Ludovici I. Imper. ordinatione, & Michaelis Regis poſtulatione, fundavit, quemadmodum illorum temporum ſcriptor Guilhelmus Bibliothecarius in*
D Vita Hadriani II. Papæ, & *Platina in* Vitis Pontif. *memoria prodiderunt. Et Romana Eccleſia tum quidem, concedente Baſilio Imperatore, adjuvanteque Michaele Rege, ſententiam victricem obtinuit; Flacius in* Centur. 8. Magdeburgenſ. *necnon in* Catalog. teſt. verit. rubr. Bulgari, *Card. Baronius in* Annal. eccleſiaſt. anno 870. *ſed poſtea ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam & Græcos ritus, Bulgari, Servii, Boſnenſes, VValachi quoque, Moldavi, & Ruſſi defecerunt, eoſque in jus ſuum Patriarcha Græcorum aſſerere ſemper laboravit,*
E *ut videre eſt apud Theodorum Balſamonem in* Scholiis *ad Photii Patriarchæ* Nomocan. tit. 8. cap. 1. *Matthæum Blaſtarem in* Synopſi juris Canon. cap. de Bulgaria, Cypro & Iberis, *& alios. Verum in Concilio Conſtantinopolitano in cauſſa Ignatii & Photii Patriarcharum habito, Legati Romanæ Eccleſiæ propoſuerunt:* Sedes Apoſtolica, juxta quod Decretalibus ſanctiſſimorum Romanorum Præſulum doceri poteritis, utramque Epirum, novam videlicet & veterem, totamque Theſſaliam atque
F Dardaniam, in qua & Dardania civitas hodie demonſtratur, cujus nunc patria ab his Bulgaris Bulgaria nuncupatur, antiquitus canonice ordinavit, obtinuit; at per ordinationem, quam tunc Paganorum Bulgarum irruptione amiſerat, non a Conſtantinopolitana Eccleſia modo (ut fingitur) abſtulit, ſed ab his, factis ipſis Chriſtianis, recepit. *Contigit hæc Bulgarorum converſio, & ad Romanum tam Pontificium, quam Imperium, conceſſio ſub Ludovico II. Rege, Pii filio, A. C. N. 866. a*
G *que in comitiis Aquiſgranenſibus eodem anno in fidem fuerunt recepti, ut ſcribit VValafridus Strabus in* Contin. Annal. Fuldenſ. anno DCCCLXVI. in fin. & anno DCCCLXVII. in princ. *Quam rem fuſius exponere placuit, eo quod Moravi atque Bohemi fidem Chriſtianam a Cyrillo & Methodio Bulgariæ Epiſcopis, Romanam Eccleſiam agnoſcentibus, acceperint, ut d. lib. c. confirmamus: & Conſtantinopolitana Eccleſia Bohemos quoque in Huſſitico ſchiſmate tentare ac pellicere, anno 1450. cœperit, in partes ſuas indubie cum Bulgaris & Ruſſis pertractura, niſi anno deinceps a Turcis facta Conſtantinopoleos occupatio Eccleſiæ illius conatum fregiſſet. Vide* Epiſtol. *Eccleſiæ Conſtantinopol.* ad Bohem. *apud Freher in* Rer. Bohemicar. ſcriptor. *& Martin. Cruſium in* Turco Græc.

(α) Unus Sol] *quod dictum Alexandro Magno, orbis domitori, tribuunt Q. Curtius* lib. 5. Hiſtor. *Juſtinus in* Breviar. Trogi Pomp. lib. 11. *Stobæus* Sermon. 45. *Cujus æmulatione Murathes Sultanus illud pro ſymbolo uſurpaviſſe legitur.*

(β) Unus Rex] *Bodinus* lib. 1. de Republ. cap. 9. *Henric. Porſius JC. & Conſiliarius Cæſareus* lib. 1. Epigrammat. fol. 55. in Muratem parricidam. *Leunclavius in* Annal. Turcic. in Amurate. *Videtur autem tam Alexander, quam Murathes, ad illud Homeri hemiſtichion* Iliad. 2. v. 204. *reſpexiſſe*, εἷς κοίρανος ἔστω, *quod explanat Oppianus in* Cyneget. lib. 2. v. 46. *inquiens:* εἷς βασιλεύς. *Arabice dicitur* Sultan Olem, *id eſt Dominus mundi, ut refert Claudius Dureius in* Hiſtor. linguar. *& ex eo Beſoldus in* Diſſert. de jur. territor. cap. 3. n. 5. *Et tamen Monarchæ dignitatem ei quoque denegandam cenſent Henr. Veſtenius in* Quæſtion. politic. dec. 7. th. 7. *Jacob. Martinius in* Diſſert. politic. cent. 1. diſp. 8. theſ. 10. *Beſoldus* d. cap. 3. num. 5. *Quaſi vero Tyranni nequeant* μοναρχίζειν, *quum nemo magis dominatum unus, quam Tyrannus, occupet? Nec ejus Monarchiæ obeſſe atque efficere debet, quod Sophus Perſarum eo ſit potentior, ut ſcribit Ludov. Guyon* lib. 4. Var. lection. cap. 6. & cap. 8. *tumque terrarum amplitudine ſuperet Preſtegianus Æthiopum Imperator, ſi vera ſunt, quæ commemorant, Andreas Corſalius Florentinus in* Deſcript. Indiar. *Franciſc. Alvarez Presbyter Hiſpan. in* Itiner. & deſcript. Æthiop. *Joh. Baptiſta Rhamnuſius in* Diſcurſ. de Æthiop. *Damianus a Goës Eques Luſitanus in* Comment. de Imperio Pretioſi Joannis. *Sebaſt. Munſterus in* Coſmograph. *Joan. Boemus Aubanus* lib. 3. de Morib. gent. *Petrus Alvares in* tract. 4 Rer. Indic. *Ludovic. Vartomannus Bononienſis JC. Romanus in* lib. de Navigat. ſua in Æthiopiam, *&c. Namque Monarchia in abſoluta poteſtate, non in terrarum amplitudine, conſiſtit.*

(γ) Major poteſtas] *Balbus in* Catholic. verb. Majeſtas. *Junianus Majus* de Priſcor. propriet. verb. lib. 12. *Niſtor Dionyſius Novarienſ.* de verbor. ſignificat. lib. 1. *Atque hi quidem de verbi etymo: de vi autem & notione tractant, Lipſius in* Comment. in Plinii Panegyric. ad Trajan. *Beroaldus in* Annotat. in Suetonii Veſpaſian. cap. 7. *Caſaubonus in* Notis in Capitolini Verum, *& in* Trebellii Aurelianum, *Claud. Salmaſius in* Notis ad Trebell. Pollion. fol. 288. *Meurſius in* Auctar. Philologic. cap. 30. *Marcelius in* Not. ad Inſtitut. in proœm. fol. 5. *Andr. Schottus* lib. 5. Tullian. quæſtion. cap. 19. *Joh. Gerhardus* Locor. Theolog. tom. 6. de Magiſtrat. politic. num. 122.

pro poteſtativo. Quæ a Jure conſultis quoque tribuitur majorum Magiſtratuum [α] di- A
gnitati, ut in *l. penult. D. de Juſtit. & jur. & l. 1. D. de Juriſdict.* Talem ſummam
poteſtatem obtinere Regem Bohemiæ interpretes noſtri (β) conſentiunt. Quæ ſumma
poteſtas quid aliud eſſe poteſt, quam ipſa Majeſtas?

4. At inſtant, jus Majeſtatis eſt perpetuum. [γ] Sed Regis vaſalli (δ) jus non eſt
perpetuum, quia recipere id ab Imperatore feudi Domino tenetur. Ergo non habet
Majeſtatem. Verum peccare mihi videntur in homonymia vocis, dum Majeſtatem ſtri-
cte ſumunt, quam nos in larga & vulgata notione intelligimus, & Regi Bohemiæ non mi-
nus (ε) competere, quam Arragoniæ, Apuliæ, Siciliæ, Poloniæ, &c. Regibus, qui
partim vaſalli, partim tributarii ſunt Romanæ Eccleſiæ, aſſerimus.

5. Rurſum objiciunt, jus Majeſtatis eſſe *παμβασιλικὸν*, & nihil ſupra ſe [ζ] um- B
quam cernere neque hominem, neque legem. Sed Regis Bohemiæ, [η] ut & Hunga-
riæ, poteſtatem eſſe *κατὰ νόμον*, ac certis limitibus circumſcriptam, nec Imperatorem
modo agnoſcere ſuperiorem, ſed & Regni Proceres [θ] habere cuſtodes; adeo ut ab
illis etiam poſſint deponi, [ι] ſi vel crudelitate, vel libidine, aut ignavia decus Regni
conſpurcarent. Sed homines iſti eo tandem progredientur, ut etiam Imperatorem,
quin ipſum etiam Papam, e ſolio Majeſtatis ſuæ exturbent: quorum ille Capitulationi-
bus obligatur, iſte autem deponibilis [κ] eſſe jure Canonum arguitur, ſi in fide ex-
erret.

6. Denique Conſtitutiones Imperii atque Receſſus Comitiales (λ) in medium pro-
ducunt, in quibus Regi Bohemiæ non Regia Majeſtas, ſed *Dignitas* tribuitur, *Kæni-* C
gliche Würde. Quid tum præterea? num ideo Rex Hiſpaniarum Catholicus, qui alte-
ra manu Orientem, (μ) altera Occidentem tenet, Regiam Majeſtatem non habet. quia
eidem

358 (α) Majorum Magiſtrat.] *Giphanius* ad l. pe-
nult. D. de Juſt. & jur. *Paul. Buſius* lib. 2. de Re-
publ. cap. 1. num. 8. *Ignatius Hanſel in* Recitation.
ad l. 1. D. de juriſdict. *Rotterhuſius in* procœm. Inſti-
tut. verb. majeſtas. *Salmaſius* dicto loco, *Bodinus* lib.
1. de Republ. cap. 8. num. 151. & lib. 3. cap. 3. n. 280.

(β) Interpretes noſtri] *Lanſius in* d. Diſput.
de Leg. Reg. concluſ. 55. *Hanfmannus in* Reſo-
lution. de Re monet. reg. 7. *Joh. VVolffg. Aur. in*
Differt. de jur. monetar. cap. 4. num. 17. *Buſius* ad
l. c. in pr. D. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.

(γ) Majeſtatis perpet.] *Bodinus* lib. 1. de Re-
publ. cap. 8. *Dieterus in* d. Differt. concluſ. 22.
Alb. Gentilis in Regal. diſput. 3. fol. 9. *Beſoldus in*
Differt. de Majeſtat. ſect. 1. cap. 6. *Bornitius in*
tract. de Majeſt. politic. cap. 8. in pr. & cap. 11. *Nec*
mirum, ab iſtis Regi Bohemiæ Majeſtatem abdica-
ri, quum eandem etiam Regi Romanorum eadem
de cauſſa deneget idem Beſoldus d. cap. 6. n. 3. in fin.

(δ) Regis vaſalli] *Lanſius in* d. Diſp. concluſ.
52. *& de Rege Siciliæ Cardin. Baronius in* Diſ-
ſert. de Monarch. Sicil. *Joan. Cammannus in* Di-
ſput. 1. de jurib. majeſt. th. 26. *Dan. Otto in* Diſ-
ſert. de jur. publ. cap. 9. *& in* Diſput. de Maje-
ſtat. th. 8.

(ε) Regi Bohemiæ non minus] *Arniſæus* de
Jur. majeſtat. cap. 24. *Brudelacht in* Epitom. Ju-
riſprudent. public. lib. 3. cap. 2. num. 14. *idem Gen-*
tilis ibid. fol. 14. *Remig. Feiſchius in* Differt. de
Fœderib. concluſ. 23. lit. c. *& de Rege Siciliæ, A-*
ſcanius Columna in Judic. de Scripto Baronii ſu-
per Monarch. Sicil.

(ζ) Nihil ſupra ſe] *Gentilis in* d. Diſp. 3. fol. 9.
Gevvoldus in Comment. de S. Rom. Imp. Elector.
cap. 1. *Joh. Gerhardi* Locor. Theolog. tom. 6. de
Magiſtrat. polit. n. 33. *Beſoldus in* Differt. de Maje-
ſtat. cap. 2. num. 5.

(η) Regis Bohemiæ] *Bodinus* lib. 5. de Remb.
cap. 1. fol. 805. *Jeſſenius in* Orat. de Vindic. contra
Tyran. Patavii anno 1591. habita fol. 5. *Paurmei-*
ſter lib. 2. de Juriſdict. cap. 2. n. 100. verſ idem de
Daniæ & Bohemiæ. *Nicol Betſius* de Pact. famil.
illuſtr. cap. 7. fol. 226.

(θ) Regni Proceres] *Joach. Cluten. in* Faſci-
cul. paradox. Bodin. numer. 24. *Joan. Avenarius*
in Quæſtion. nomicopolit. q. 8. in fin. *Beſoldus in*
Differt. de Stat. Reipubl. ſubaltern. cap. 5. num. 4. D
circa fin.

(ι) Ab illis &c. deponi] *Jeſſenius in* d. Orat. 359
fol. 10. *Betſius* d. fol. 226. *At errant: quia Rex*
Bohemiæ ab ordinibus Regni deponi non poteſt, ſed
accuſari apud Cæſarem, ſi quid adverſus eum
habeant gravaminum aut querelarum, ut infra
deducemus.

(κ) Deponibilis] c. ſi Papa, 6. diſtinct. 40.
ubi Joannes Semeca in gloſſ. *Specul. Saxon.* lib. 1.
artic. 1. in gloſſ. *VVichbild. Magdeburg.* artic. 8. in
gloſſ. *Theodor. a Nihem. in* Nem. union. tract. 6. E
cap. 16. *Franciſc. Zabarella Cardinal. Florent. in*
tract. de Schiſmat. mod. 6. in fin. *Joan. Marius* de
Schiſmat. & concil. part. 3. cap. 2. *Joan. Gerſon in*
tract. de Auferibilit. Papæ ab Eccleſ. *Patres Concil.*
Conſtantienſ. & Baſilienſ. in Decret. *Conrad. Lan-*
celottus in Templo omn. judic. lib. 2. fol. 589. *ne*
alios numeroſos Scriptores ponam ad compendium.

(λ) Receſſus Comitiales] *Ratiſponenſ. 1471. §.*
46. §. 54. §. 55. Spirenſ. 1526. §. 12. Ratiſponenſ.
1527. §. 11. Reinkingk lib. 1. de Regim. ſecul. & F
eccleſ. claſſ. 3. cap. 11. num. 13. *Beſoldus in* Differt.
de Majeſtat. ſect. 1. cap. 4. num. 8. *Neidlingerus*
in Diſcurſ. de Juriſdict. Imperii cap. 17. lit. b. *Gum-*
pelzhaimerus in Diſput. de regal. th. 113.

(μ) Altera manu orientem] *Genebrardus in*
Chronolog. lib. 4. anno 1497. *Chriſtoph. VVar-*
ſevvitzius in Orat. de Auſtriac. Dom. ad Rudol-
phum II. Imper. *Valdeſius in* tract. de Prærogativ.
Hiſpan. cap. 19. n. 55. *Horatius Malaguzzius in*
Diſcurſ. de Regno Hiſpan. *qui exſtat. in* Theſaur. G
politic. part. 2. *Thomas Campanella* de Hiſpan. Mo-
narch. cap. 4. *Joh. Betterus in* tract. de ſtat. &c.
Hinc

A eidem in hiſdem Imperii Receſſibus tantum *Regia Dignitas* (α) adſcribitur? Sed homines imperiti non vident, id fieri reſpectu Imperatoriæ Majeſtatis, [β] quæ conſortem ſuæ ſupremitatis in Imperio Chriſtiano non patitur. Unde quum aliquando in Comitiis Ratiſponenſibus Legatus Regis Danorum ſuffragium ſe loco & nomine Regiæ Danorum Majeſtatis ferre diceret, ab Imperatorio Locumtenente redargutus fuit, aſſerente nullam in tali loco Majeſtatem, niſi Cæſaream, agnoſci. Interim tamen ex illo Europæo Ger-

Hinc ille Regis Catholici titulus: Imperator Indiarum Orientalium & Occidentalium, Dominus Maria Oceani & Terræ firmæ, Dominator Aſiæ &
B Africæ, *&c. Tametſi de maris dominio quæſtionem et moveant Veneti & Batavi, quam diſſertant Julius Pacius a Beriga JC. & Anteceſſor Valentinus in* tract. de Jure Reip. Venetæ in mare Hadriat. *&c.*
360 *Juſtus Barbaricus Patricius Senator Venetus in* tract. de Jure maria Hadriatici, *&c. Franciſc. de Ingenuis Alemanum in* Diſcurſ. de juriſdict. Venetor. in Mar. Hadriatic. *Itenen Ichanom Itneglaf* (*per anagrammatiſſimum ſic dictus*) *in* Epiſtol. Monit. de Mare Venetor. ad Laurent. Monitum Roman. *Hugo Grotius in* tract. de Mare libero, *&c.*
C *Et universalem potentiam Hiſpanicam elevare ſatagebat Auctor Diſcurſus Hiſpano Germanici, cui titulus*; Platicas politicas, *&c. A cujus ſententia non abludunt Trajanus Boccalinus in* Parnaſſo, *&c. quem allegat Beſoldus in* Diſſert. de Jure territorior. cap. 2. n. 2.

(α) Regia Dignitas] *Kirchnerus* de Republic. diſput. 3. auct. 7. *idem Reinkingk* d. lib. 1. claſſ. 5. cap. 6. num. 128.

(β) Imperatoriæ Majeſtatis] *qua ad differentiam*
D *ejus, qua Regibus tribui cœpit, propria* Sacra *dicitur &* Sacroſancta; *Meurſius in* Gloſſar. Græco-Barb. verb Βασιλεία, *Briſſonius* de Verbor. quæ ad jus pertin. ſignif. lib. 7. verb. Sacra. *Sixtinus* de Regal. lib. 1. cap. 1 num. 31. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſtat. ſect. 1. c. 1. n. 2. *Theodorus Marcilius in* Notis in Inſtit. jur. in prooem. ful. 5. *Unde illa loquendi formula*: Numen majeſtasque Auguſti, Majeſtas divinæ domus, *id eſt Imperatoria, & conſimiles, de quibus erudite, ut omnibus aliis,*
E *differunt Caſaubonus & Salmaſius in* Notis in Trebell. Poll. Aurelianum. *Meurſius in* Auctar. Philolog. cap. 30. *Beſoldus in* d. ſect. 1. cap 2. num. 3. & ſeqq. *Briſſonius in* Formul. *Hinc Martialis de Domitiano Imp. ſcribit:*

Diviſum imperium cum jove Cæſar habet.

Et Corippus Africanus lib. 2. de Laudib. Juſtini II. Imp. num. 2. in fin.

Terrarum Dominis Chriſtus dedit omnia poſſe;

Ille eſt omnipotens, hic Omnipotentis imago.

F *Quæ in hunc modum explicat Theodericus a Nihem Epiſcopus Verdenſ. in Nemor. union. tract. 6. Labyrinth. cap. 32. Rupertum Cæſarem compellans*: Scio, ut leges tuæ dicunt, quod Romanus Princeps dicitur communis omnibus poſt DEUM, & quod per ejus Majeſtatem juratur. quæ ſecundum DEUM generi humano eſt diligenda & colenda. Nam Imperatori, cum Auguſti nomen accepit, tanquam præſenti & temporali DEO, fidelis eſt præſtanda devotio, impendendusque pervigil fa-
G mulatus, qui Deo regnat auctore. *Quam in rem plura congeſſerunt, Deſider. Heraldus in* Comment. in Tertulliani Apologet. cap. 32. *Dempſterus in* Paralipom. ad Roſini Antiquit. Roman. lib. 1. cap. 13. reg. 8. *Martialis interpretes, Domitius Calderinus, Matth. Raderus, Laurentius Ramirez de Prado, in* Commentariis. *Clem. Timpler.* lib. 2. Politic. cap. 1. q. 6. *Jul. Cæſ. Bulengerus in* Imperat. Rom. lib. 1. cap. 10. & ſeqq. *Quas divinas ſummorum Principum appellationes licet conſuetudine loquendi & phraſi S. Scriptura probent atque admittant Theologi, Zuinglius in* Apolog. complanat. in Eſaiam. *Jan. Druſius* ad Loca Geneſ. & Exod. *Caſp. VVaſerus, & alii: ſunt tamen plures, qui eaſdem ut adulatorias, profanas atque impias, improbent & exſecrentur, ut S. Proſper Aquitan. Epiſcopus in* lib. de Dimid. tempor. cap. 7. *Carolus Magnus Imp.* lib. 1. de Imaginib. contra Græcos cap. 2. & ſeq. & lib. 4. cap. 5. *Joannes Sariſberienſ. Epiſcop.* lib. 3. Polycrat. de nugis Curial. cap. 10. *Mart. Bucerus in* Comment. in Matth. *Antonius Perez in* Aphoriſmis. *Stapletonus in* Orat. an Politici in num. Chriſtian. hab. *Fileſacus Theologus Sorbonicus in* tract. de Idololatr. politic. *Beſoldus* d. ſect. 2. cap. 2. n. 4. in fin. *Marquar. Freherus in* Comment. ad Donat. Conſtantini ſol. 86. *Ideo placet nobis Friderici III. Imperatoris Auſtriaci vere Imperatoria moderatio, qui* interrogatus, quinam ſibi chariſſimi eſſent? qui, inquit, me non magis, quam Deum ipſum timent, *ut refert Æn.*
Sylvius in Parallel. Alphonſin. lib. 4. ubi ſubjicit: 361
Deprompta ſane ex Chriſtiano pectore ſententia; inprimis enim timendus Deus, Rex Regum & Dominus Dominantium. *Non enim Deus ideo dicitur Imperator, ut quod Dei viventis proprium eſt, impie ſibi velit arrogare, ut ſiniſtre colligunt Bodinus* lib. 1. de Repub. cap. ult. num. 113. & lib. 2. cap. 6. n. 223. *Cujacius* ad l. 9. C. de murileg. lib. 11. *ſed ut Imperator potius officii ſui admoneatur, ſe nimirum Dei miniſtrum eſſe, & quod teneatur Dei clementiam, juſtitiam & beneficentiam ſequi, ut ſanius ſentiunt, Joh. Cammannus, amicus & hoſpes noſter non ſine grato animo commemorandus, in* Diſput. de Jur. Majeſtat. 1. th. 13 *Bornitius* de Majeſtat. politic. cap. 4. *Anton. Piſtillus* de Inſtruend. Princip. color. 2. fol. 34. *Beſoldus in* d. ſect. 2. cap. 3. num. 3. *VVarem. ab Erenberg in* Veriſimil. de Regni ſubſid. cap. 8. num. 2. *Carl. Paſchalius* lib. 10. Coronar. cap. 12. *Placet etiam eorum Imperatorum humiliatio ac demiſſio, qui exemplo B. Gregorii Magni Papæ ſeſe* Servos & Miniſtros Dei, *ut Juſtinianus Imp. in* l. 1. in fine princ. C. de Offic. Præfect. prætor. Afric. *& Fridericus I. Imp. in* auth. habita, C. ne fil. pro patr. *notante Beſoldo in* d cap. 2. n. 3. *nec non* Servos Apoſtolorum, *ut Otto III. Imp. in* Edict. de donat. Sylveſtro II. Pap. fact. *uti notat Freherus in* Comment. fol. 16. *appellari voluerunt. Qua limitatione & declaratione conſiderata ſi quis vetuſtatem ſecutus divinas illas appellationes Cæſareæ Majeſtati adſcripſerit, non modo non errare, ſed quod Dei eſt Deo, & quod Cæſaris eſt Cæſari dare, & ſuum cuique tribuere cenſendus eſt, ut in* præfat. ad Imp. D. Matthiam Cæſar. Aug. tom. 1. Conſtit. Imperial. *diſſeruimus.*

(α) Europæo

Germaniæ, Hungariæ, & Bohemiæ trinubio, (α) formula Cancellariæ Cæſareæ nata eſt, A ut Hungariæ quoque & Bohemiæ *Majeſtas Regia* tribueretur, quæ talis eſt: *die Rœmiſche Kayſerliche, auch zu Hungern und Bœheim Kunigliche Majeſtæt.* Idem in conceſſione gratiarum ac privilegiorum; *Auſs Rœmiſcher Kayſerlicher, auch Hungeriſcher und Bœheimiſcher Kuniglichen machtvollkommenheit.*

7. Si namque ſtricte, accurate & proprie loqui velimus, Majeſtatem in terris (β) ſoli Papæ, ſolive Imperatori, ſupremis orbis Chriſtiani Monarchis, convenire fatendum eſt; quorum ille Soli, (γ) iſte Lunæ, ſolet a Doctoribus Theologis, Juriſperitis & Scho-

(α) Europeo trinubio] *Elias Bergerus in* Trinub. Europ. h. c. de ſociet. Imperii Chriſtian. inter German. Hungar. & Bohem.

(β) Majeſtatem in terris] *quam etiam interpretes & politici noſtri duplicem conſtituunt, ſacram & profanam, ſeu eccleſiaſticam & politicam; VVarem. ab Erenberg in* Veriſim. de Regni ſubſid. cap. 2. num. 9. *Althuſius in* Politic. cap. 6. *Chriſt. Matthias* lib. 3. Syſtem. polit. exercit. 2. ſect. 7. theor. 1. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſtat. ſect. 1.

(γ) Ille Soli] *in* c. ſollicitæ, 6. Ext. de majorit. & obed. *Ludov. Rudolffinus in* tract. de Orig. dignit. & poteſt. Ducum Italiæ num. 347. *Hanc tamen* 362 *comparationem incongruitatis arguit Dantes Aligherius* lib. 3. de Monarch. *& Anton. de Roſellis in* Monarch. tract. 1. verſ. ſecundum vero quod dicunt. *Et vulgo a Philoſophis dici ſolet:* Omnis ſimilitudo claudicat, *de quo Joh. Bapt. Bernardus Patricius Venet. in* Seminar. totius philoſoph. tom. 2. verb. Similitudo, *& Cardin. Tuſchus in* Pract. concluſion. verb. Similitudo. *Mihi tamen videtur poſſe commoda interpretatione conciliari, ſi Sol Religioni luce propria Spiritus ſancti ſplendenti; & Luna Imperio lumine ab ejuſdem gratia mutuato collucenti comparetur: ut nimirum Papa majeſtatem in eccleſiaſticis & ſpiritualibus, velut Sol in die; Imperator in politicis & ſecularibus, tanquam Luna in nocte, obtineat. In rebus ſpiritualibus ſupremus eſt Papa, & Imperatore major, in ſecularibus ſupremus eſt Imperator, & Papa major. Quo diverſo reſpectu diverſæ quidem ſunt Majeſtates, ita tamen, ut altera alterius auxilio, ſicut Sol Luna, & Luna Solis, vegeat. Imperator in ſpiritualibus & religionem concernentibus obædientiam Eccleſiæ; Papa in temporalibus & ſeculum attinentibus, eandem debet imperio, ut in* Conſtitution. *SS. Imperatorum, Ludovici Pii, Lotharii I. Ottonis Magni, & Heinrici II. ſancitur, & in ipſis Summorum Pontificum* Decretis *aſſeritur. Et hoc pacto intelligendum eſt, quod Doctores tradunt, Imperatorem Pontifice Maximo inferiorem eſſe; Felinus Sandeus in* cap. canonum ſtatuta, 1. num. 9. Ext. de conſtitut. *& in* c. cum non liceat, 12. n. 12. Ext. de præſcript. *Baldus in* l. reſcripta, 7. num. 8. C. de prec. Imp. offer. *Jacob. Schultes in* Quæſt. an Rex vel Princeps datam hæret. fid. ſerv. ten. num. 291. *nempe κατά τι, & reſpectu Eccleſiaſticæ Majeſtatis, quam in Summo Pontifice Imperator, exemplo Alexandri Magni Jaddum Summum Pontificem adorantis, apud Joſephum* lib. 11. Antiquit. Judaic. cap. 8. *Attila Hunni coram Leone I. Papa ſe humiliantis, apud Jornandem in* Chronic. *Conſtantini Magni, Valentiniani I. Pipini, & Caroli Magni, Pontifices Romanos ob Cæleſte Numen & nomen, quod profitebantur, honorantium, non dedignatur ſubmiſſius venerari: in temporalibus autem Papa Majeſtatem Cæſaream, ut Dominum & protectorem ſuum, merito ſuſpicere & debita ſubjectione colere tenetur.* B *Quod adeo verum eſt, ſi juris Divini, Canonici & Civilis tramitem ſequamur, ut Imperator, ſi forte adverſus Papam pro jure Imperiali reparando vel conſervando inſurgat, crimen Majeſtatis committere nullo modo inſimulari poſſit, quippe quæ penes ſeipſum, non autem penes Papam reſideat, ut tenet Bocerus in* tract. de Crim. Majeſt. cap. 1. num. 30. & ſeqq. *& comprobat Magnificus Dom. Hervvarthus in* Ludovico IV. Imper. defenſo, *necnon Philippus II. Rex Catholicus in* Edict. de Monarch. Sicil. contra Cardin. Baron. C *Talis enim eſſe debet Eccleſiaſtica poteſtas, ut per eam populus in obſequium, Imperator vel Rex ad juſtitiam informetur, non ut per illam Majeſtas Imperatoria & Dignitas Regia enervetur, Papa Gregorius Tholoſan.* lib. 4. de Republ. cap. 1. num. 36. *quum poteſtas Imperatoris Romani non minus ſit juris Divini, quam Papæ Romani; Johannes Dauth ſenior in* Diſcurſ. de Rerumpublic. infer. Saxon. illuſtr. perfecto regim. fol. 23. *& Monarchia quoque Romani Imperii, Danielis vaticinio & Chri-* D *ſti obſequio, auctoritatem nacta ſit ad mundi fines duraturam; quidquid contra dicant, ſcribant & oggranniant, Bodinus, Herpinus, Tremellius, Hugo Bruchthon, Franc. Junius, Amandus Polanus, Joannes Boreel Mittelburgenſis. & eorum ſequaces, Judæorum deliria magis, quam Chriſtianorum ſanam doctrinam, propugnantes. Alio autem ſenſu Imperator Soli, Reges & Principes Imperii Stellis comparantur. Sicut enim a Sole ſupra horizontem, exiſtente omnes ſtellæ illuminantur, ita etiam* E *Majeſtas Cæſarea omnium reliquarum in Imperio Romano poteſtatum fons eſt & ſcaturigo auguſtiſſima & copioſiſſima; VVeſembecius in* Parat. D. de ju- 363 riſdict. num. 2. *Maſcardus* de Probation. concluſ. 1054 *Langlæus* lib. 7. Semeſtrium cap. 15. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſtat. ſect. 1. cap. 5. n. 3. *Chriſt. Matthias* lib. 3. Syſtem. Politic. ſect. 6. fol. 331. *Fallantur ergo & fallunt, qui ex* c. tibi Domine, *& juramento Imperatoris ante conſecrationem & coronationem Romanam præſtando adſtruunt,* F *Imperatorem Papæ etiam in temporalibus eſſe ſubjectum; Abbas Panormitanus, Franc. Aretinus, & alii Canoniſtæ, eoſque ſecuti Conrad. Lancelottus in* Templ. omn. jud. lib. 1. cap. 1. §. 2. q. 2. *Bellarminus in* tract. de Poteſt. Pontiſ. Rom. *Franciſc. Bozzius* lib. 1. de Temporal. Eccleſ. Monarch. cap. 1. *Reſtaur. Caſtaldus in* tract. de Imperat. q. 36. *Alex. Carrerius JC. Patav. in* tract. de Poteſt. Summi Pontific. *Azorius* tom. 2. Inſtit. moral. lib. 4. cap. 19. *Stapletonus* lib. 2. de Magnitud. Rom. G Eccleſ. *Gretſerus* contra Replicator. *&c. adeo ut aſſeverare non erubeſcant, Imperium dependere a Papa, & Imperatorem eſſe Papæ vaſallum atque clientem, juxta illud tritum:*

Poſt

A Poſt homo fit Papa, ſumit quo dante coronam.
Quod etiam ſibi nonnemo Imperatorum perſuaderi
paſſus eſt, ut Sigiſmundus in Reformat. Baſilienſ.
part. 2. tit. 10. & notavit Freherus in Comment.
ad Donat. Conſtantini M. Imp. fol. 97. & ſeq. Quin
eo nonnulli progreſſi ſunt, ut ſcribere auderent, ab
Imperatore crimen Majeſtatis committi, ſi quid
contra Papam & ſtatum Eccleſiæ Romanæ molitur,
in qua opinione eſt Gygas in tract. de Crim. læſ. Ma-
jeſt. tit. Qualiter & a quib. crim. læſ Majeſt. com-
B mitt. q. 2. & Tib. Decianus in Prax. rer. crimin.
lib. 7. cap. 8. n. 1. Sed ſaniores Theologi, Jurecon-
ſulti, Politici & Philoſophi hæc dogmata impro-
bantes, inconveniens eſſe, jurique Divino & hu-
mano contrarium ſtatuunt, ut Imperator Papæ ſit
homagii & ſubjectionis vinculo obligatus; VValra-
mus Epiſcopus Naumburgenſ. in Apolog. pro Hen-
rico IV. Imper. Venericus Vercellenſis Epiſcopus,
Otto Friſingenſis Epiſcop. in Chronic. Marſilius de
Menandrio Patavinus, Guilhelm. Ockam, Henri-
C cus de Thalbem Ordinis Minorum, Johannes de
Janduno Gandavenſis, F. Bonagratia Bergomenſis,
& alii relati in Tomis de Monarch. S. Rom. Im-
per. Lupoldus de Bebenburg Epiſcopus Bambergenſ.
in tract. de Jure Regni Franc. & Imper. Rom.
Theodoricus de Nihem Epiſcop Verdenſ. & Came-
racenſ. Protonotariusque Apoſtolic. in Nemor. union.
Æneas Sylvius in Comment. de Europæ ſtat. ſub
Friderico III. Imp. Nicol. Cuſanus Cardin. Brixi-
nenſ. lib. 3. de Concord. Cathol. cap. 29. & ſeq. Quin
D hanc doctrinam illi, qui ab Eccleſia Romana ſeceſ-
ſionem fecerunt, dicunt eſſe argumentum Antichri-
ſtianiſmi; Rudolph. Gualtherus de Antichriſt. ſerm.
2. fol. 29. b. & ſerm. 4. fol. 69. Henric. Bullinge-
rus in Homil. in Apocalypſ. Sebaſt. Meyerus Ber-
nenſ. in Comment. in Apocalypſ. Joan. Baleus in
Vit. Roman. Pontific. Franc. Hotomannus in Bru-
to fulm. tit. crimen Majeſtat. Flacius Illyric. in Ca-
tal. teſt. verit. Simon. Schardius in Anamnyſ. ju-
ris, quod in approb. Pontif. Imperatores hab. &c.
E Philipp. Marnixius part. 2. des Tableaux des dif-
ferents de la Relig. cap. 9. Lucas Oſiander in Papa
non Papa, loc. 20. Petrus Aſylus JC. in Tyrannid.
Antichriſti, &c. Gabr. de Barleti ſeu verius Bar-
tholom. Gerickius JC. Magdeburgenſ. in Suſpicion.
de quatuor Monarch. & de Antichriſt. Gulielm.
Stureo JC. in tract. de Tranſlat. Imperii cap. 6.
Philip. Mornæus Pleſſiacus in Myſter. iniquitatis ſeu
hiſtor. Papatus, &c. Nicol. Vignerius in Theatro
Antichriſti &c. Conrad. Graſerus Francus in Hi-
F ſtor. Antichriſti, &c. Matthias Sutlivius Anglus
in libb. de Pontif. Roman. ejuſque injuſt. dominat.
Daniel. Chamierus Delphinas in Oecumenic. Ponti-
fic. Joach. Urſinus, ſive Chriſtianus Becmannus in
Specul. Jeſuitic. Beſold. in Diſſert. de Majeſt. ſect.
1. c. 2. n. 8. Pet. Molinæus in tract. de Monarch. tem-
poral. Pontif. Rom. c. 23. & ſeq. Marq. Freher. JC.
in d. Comment. ad Donat. Conſtant. M. Imp. fol. 97.
Siquidem ex vetuſtis monumentis conſtat, hoc ju-
364 ramentum ab Imperatore præſtari non Papæ, ut ſu-
G periori Domino feudali, ſed univerſitati Populi
Romani ſive potius Chriſtiani, cujus nomine Papa
ſacramentum illud ab Imperatore conſecrando
exigit: quo pacto etiam Archiepiſcopus Moganti-
nus ab eodem Imperatore in Coronatione Aquiſgra-
nenſi jusjurandum, vice Ordinum & Populorum
Germaniæ, Galliæ & Slavoniæ recipit. Sic Archi-
epiſcopus Strigonienſis Hungarorum, Pragenſis Bo-
hemorum nomine eundem Imperatorem, ut Regem,
ſibi auctorat. Et regulare hoc eſſe, ut Imperato-
res, Reges, Principes, ſubjectis populis in inaugu-
ratione vel receptione fidem ſuam juratis verbis
vadare teneantur, tradit Joannes Sariſberienſ. E-
piſcop. lib. 5. Polycratic. cap. 11. Jacobus Rex Bri-
tanniæ de Jure Monarch. liberæ fol. 12. Rit-
torus in Diſſertat. de Homag. numer. 117. &
numer. 121. Arumæus in Diſcurſ. Academic.
de jur. publ. Beſoldus in Diſſertat. de Stat.
Reipub. mixt. cap. 5. numer. 1. neque inde tamen
conſequitur, Archiepiſcopos illos, aut Conſules Ci-
vitatum, quibus juramenta præſtantur, pro ſupe-
rioribus & directis Dominis ſuorum Regum ac Prin-
cipum eſſe habendos. Et hoc jus habent Ordines
Imperii tam in Germania & Gallia, quam ipſa
Italia, ut non teneatur homagium electo Cæſari præ-
ſtare, niſi prius ipſe fidem protectionis & conſerva-
tionis ſigillatim obſignaſſet, ut teſtantur Acta publi-
ca, & refert Althuſius in Politic. cap. 19. n. 7.
Manlius in tract. de Homagio n. 120. Reinkingk
lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 5. cap. 3. num.
8. Beſoldus d. cap. 5. n. 3. & de Sileſia aſſerit Schi-
ferdegherus in Diſputat. forenſ. Henelius in Sile-
ſiograph. de Luſatia, Hofmannus in Pompa Regii
ingreſſus &c. Eſt ergo illud, quod Papa ab Impe-
ratore præſtatur, protectionis pactum magis, quam
juramentum ſubjectionis, ut jampridem olim de-
clararunt Imperatores Chriſtianiſſimi, Otto III.
Henricus II. Henricus III. Henricus IV. Henri-
cus V. Lotharius II. Fridericus I. Henricus VI.
Fridericus II. Henricus VII. Ludovicus IV. Gun-
therus, Maximilianus I. & Carolus V. Auguſti,
& præſtantiſſimi qua Theologi, qua Juriſperiti,
in variis tractatibus evidenter demonſtrarunt. Et
licet protectio per ſe nullam juriſdictionem tribuat
protectori in protegendum, niſi jus territorii con-
currat, ita viciſſim nulla juris ratio patitur, ut
protectarius ſuperior ſit ſuo protectore, in cujus ter-
ritorio ſitus eſt, ut Papa in Romani Imperii terri-
torio, de quo pro noſtris verbis Claud. Falcetus
tom. 2. Antiquit Gallic. lib. 1. c. 4. & cap. 9. Paul.
Buſius lib. 1. de Repnbl. cap. 5. Bocerus in tract.
de Crim. majeſt. cap. 1. num. 18. Nec enim terri-
torium Papæ conceſſum eſt, ſed utile duntaxat do-
minium, reſervata Cæſari & S. Imperio ſua ſupe-
rioritate; Lehman. lib. 3. Chron. Spirenſ. cap. 23.
Beſoldus in Diſſert. de Majeſtat. ſect. 1. cap. 3. n. 6.
Unde & Imperii vaſallum Pontificem eſſe dicit Vul-
tejus lib. 1. de Feud. cap. 4. num. 9. & crimen ma-
jeſtatis adverſus Imperatorem ab eo committi, ſi
quid contra ejus perſonam aut ſtatum Romani Im-
perii tentet ac machinetur, ſenſit noſter Camma-
nus in Diſput. 3. de Jur. majeſt. th. 11. Aliter ſi
eſſet, & Papa haberet etiam temporale dominium
in univerſitate Imperii, ut habet ſpirituale in uni-
verſitate Eccleſiæ, non poſſet negari, quin haberet
quoque concurrentem cum Imperatore juriſdictio-
nem civilem in Regnis & Provinciis Imperii. Sed
Pius II. Papa negat temporale Regni Bohemiæ do-
minium ad ſe ſpectare, Regemque Georgium ad
Imperatorem Fridericum III. ſupremum Bohemiæ
Dominum remittit, ut docemus infra cap. ſeq.
num. fin. Nec Clemens V. Papa cognitionem de pa-
tricidio Johannis Auſtriæ Ducis & partium Mo-
raviæ Domini, in Albertum I. Cæſarem, patruum
ſuum, commiſſo recipere voluit, ſed eam ad Hen-
ricum VII. Imperatorem remiſit, ut teſtatur Ber-
nard. Girardus in Hiſt. Franc. tom. 2. lib. 13. fol. 14.
& Beſoldus in d. Diſſert. de Majeſt. ſect. 1. cap. 5. 365
n. 6.

Scholaſticis comparari. Cæteris autem Regibus, (α) Potentatibus & Rebuſpublicis Ma- A
jeſtas tribuitur vel communicative, vel *καὶ ὁμωνυμίαν*, id eſt, improprie & abuſive.
Eandem ergo Majeſtatem habet Rex Bohemiæ, quam vel Catholicus Hiſpaniæ, [β] vel Chri-

n.6. *Et memorabile eſt Martini Cromeri Epiſcopi Varmienſis dictum, quod de Papa Regem Hungariæ conſtituente, refert lib. 11. Rer. Polon. fol. 185. col. 2. hiſce verbis*: Multis diſplicebat exemplum, Regem a Pontifice accipiendi. *Quibus verbis indubie innuit, Papam miſiſſe falcem in meſſem alienam, ſcilicet Imperatoris, cujus ſolius eſt Reges inſtituere atque inveſtire. Jodocus Ludovicus Decius* lib. 3. de Sigiſmundi Regis Polon. temporib. *bellam narrat de Legatis Julii II. Papæ & Maximiliani I. Cæſaris ad Sigiſmundum Regem Cracoviam miſſis hiſtoriolam, inquiens*: Dum Pontificis atque Maximiliani Oratores in D. Virginis æde conveniſſent, Pontificis Legatus per Vitum (*Cæſaris Legatum*) primo loco pulſus eſt. Dum poſtea de hac re argueretur, Romano Cæſari primum honorem deberi (*quia nempe de rebus temporalibus tractabatur*) ſed & Piſonem (*is eſt Nuntius Apoſtolicus, cujus Epiſtola exſtat de victoria Polonor. contra Moſcovitas*) non Pontificis Legatum plena poteſtate agere, ſed ſimplicem Nuncium, reſpondit. *Et profecto, ſi Imperator eſt Advocatus & Protector Eccleſiæ Romanæ; hæc autem ſit univerſalis & per totum terrarum orbem diffuſa; Imperatoris quoque protectionem & juriſdictionem eſſe univerſalem & per totum terrarum orbem diffuſam neceſſe eſt, ſi qua argumentationi conſtat ratio, quam proponunt Vaſquius Menchaca in* præfat. Illuſtr. quæſtion. n. 25. *Theophraſt. Paracelſus in* Daniel. fol. 58. *Thom. Campanella in* tract. de Monarch. Hiſpan. cap. 4. & ſeq. *& confirmare videtur Joan. Bamlerus in* Chronic. Cæſarum in LXXIV. Cæſ. Carolo Magno rubr. *wie das Reich kam an die Teutſchen, Protector, inquam, & Defenſor totius terrarum orbis, quouſque Eccleſia Romana in Oriente & Occidente, in Meridie & Septentrione, in Aſia & Europa, in Africa & America dilatatur, extenditur atque agnoſcitur, non quidem jure dominii directi & proprietarii, quod Imperator in univerſitate rerum non habet, ut recte ſentiunt & ſcribunt Barlaamus de Seminaria Epiſcop. Gyracenſ. in* Epiſt. ad Græc. de union. cum Rom. Eccleſ. *Cardin. Cuſanus* lib. 3 de concord. Cathol. cap. 1, cap. 5. & ſeq. *Mart. Bucerus in* Comment. in Matth. *Covarruvias in* c. peccatum, *§.* 9. *Vaſquius* lib. 1. Illuſtr. controverſ. cap. 20. & ſeq. *Hieronym. de Cevallos in* Specul. commun. opinion. contra commun. q 2. n 102. *Anton. Gabriel* lib. 5. concluſ. fin. *Jac. Bornitius in* tract. de Majeſt. polit. cap. 7. *Theod. Marcilius in* Comment. in Inſtit. jur. in procem. fol. 8. *Bachovius ad* Treutleri Diſput. 3. th. 7. lit. c. & diſp. 7. fol. 19. *Eibertus Mohr, ſive Adamus Freiſpachius Profeſſor Mogunt. in* Diſput. de Juriſdict. th. 11. *Beſoldus in* tract de Appellat. cap. 2. ſect. 6. & ſeqq. *& in* Diſſert. de Majeſtat. ſect. 1. cap. 4. num. 1. *Sed jure Advocatiæ & defenſionis, propter quam univerſi Reges, Principes, & Populi Chriſtiani comiter obſervare Imperatorem, & mutua ſubſidia præſtare ad ejus ſupremam Majeſtatem conſervandam jure divino tenentur; Caſſiodorus* lib. 1. Variar. cap. 1. *Johan. Danth ſenior in* d Diſcurſ. de Rerumpublicar. infer. Saxon. illuſtr. regim. fol. 25. *Conradus Graſerus in* Hiſtor. Antichriſti exercit. 1.

(α) Cæteris Regibus] *Petr. de Petra* de Poteſt. 367
Princip. cap. 3. quæſt. 4. *Alberic. Gentilis in* Regal. diſput. 1. de Poteſt. Princip. abſol fol. 8. *Rich. Dieterus* de Summa ſum. Imp. poteſt. concluſ. 22. & ſeq. *Paul Buſius* lib. 1. de Republ cap. 1. numer. 8. *Henning. Arniſæus* de Jur. Majeſt. cap. 48.

(β) Catholicus Hiſpaniæ] *ut fruſtra ſint illi, qui ſine cauſſa indignantur & queritantur, Impe-* B
rii Germanici Majeſtatem a Sacratiſſimo D. N. Imperatore proſtitui, & pedibus Hiſpanorum Regis ſubjici. Id quod probare contendunt ex literis, quas Comes Mansfeldius intercepit, & D. Ludovicus Camerarius in Cancellaria Hiſpanica, *nec non in* Prodromo *&c. publicavit, in quibus Majeſtatem ſoli Imperatori competentem in eundem Regem ſubmiſſius quam Cæſarem deceat, tranſtuliſſe arguitur. Sive enim humilitatis cauſſa priſtinum ſtylum Imperator retinuit, quo uti conſueverat,* C
dum adhuc in minoribus, id eſt, Archidux eſſet,
modeſtia ejus Imperio præjudicare non debet: ſive 366
curialitatis, inter ſummos Principes uſitata, inſervire voluit, nullum jus inde poteſt Regi Catholico acquiri. Quum & humilitatem cum gravitate conjunctam faſtui ſuperbaque Regum dominationi, omnium ætatum prudentes præponant, ut Iſocrates in Orat. ad Nicoclem Regem, *Libanius Sophiſta in* Baſilico ad Conſtantem & Conſtantium Impp. *Syneſius Cyrenæus Ptolemaidos Epiſcopus in* Orat. D
de Regno ad Arcadium Imp. *Martinus Dumienſis Abbas & Braccarenſis Epiſcopus in* Formul. vitæ honeſt. ad Myronem Regem, *Ferrandus Diaconus Carthaginenſis in* Parænetic. ad Reginum Comitem, *Sedulius Scotus Presbyter in* tract. de Regimin. Principum, *Matthæus Raderus Societ. Jeſu in* Aula ſancta Theodoſii junioris, *Gualterus Quinnus Britannus in* Corona virtut. Principe dignar. *& Imperatori diligenter commendent ipſi Imperatores, Conſtantinus Porphyrogenneta Imp. Con-* E
ſtantinop. in Præcept. de Adminiſtrand. Imper. ad Romanum filium, *Manuel Palæologus Imp. Conſtant. in* Præceptis ad Joannem filium *S. Ludovicus Rex Galliæ in* Præcept. ad filium, *quæ Joannes Jonvillanus* in Vita ejus *refert. Nec verba honoris, quæ curialia vocantur, Majeſtatem Imperii mutent, alterent, aut obligent; Zoannetus in* tract. de Roman. imperat. n. 77. *Cardin Mantica* lib 2. de Vacit. & ambig. convention. tit. 4. n. 48. *Parladorus* lib. 2. Rer. quotidian cap. 3. n. 45. *Boerius* F
Deciſion. 153. num. 37. *ubi ex Cardin. Zabarella inſit*: Verba ad complacentiam prolata ſerviunt de vento, nec ullam obligationem inducunt. *Quod Aula Cæſarea, & Camera Imperialis, mature perpenderunt, dum inſcriptiones ſubſcriptionesque epiſtolarum, quia vel ad amicitiam, vel ad favorem promerendum accommodantur, parum ad rem conferre judicarunt, ut refert Gylmannus in* Symphoremat. tom. 4. part. 1. vol. 3. num. 183. *Eſt enim actus tantum honorationis, curteſiæ & reverentiæ,* G
inter Summos & pares Reges ac Principes, præſertim Italiæ & Hiſpaniæ, non inſolens, ex quo nihil juris quæritur ei, cui familiter & privatim defertur, ut recte cenſet Bartolus in l. 1. *§.* hoc intendit, D. de itin. actuque priv. *Valent. Forſterus* Conſil. 23.

A Chriſtianiſſimus Galliæ, vel alius quivis in orbe Chriſtiano, (*) licet inferiorem Papali & Imperiali. Quo reſpectu Electores ac Principes Imperii ne quidem ipſi Hiſpaniarum, ipſi Galliarum Regi Majeſtatem in ſuis literis, ſed tantum Dignitatem tribuere ſolent, licet ſint eorum vaſalli & clientes. Et memini, quantam invidiam ſibi Elector Palatinus (α) Eridericus IV. in Aula Gallica conciliarit, quum Heinrico IV. Regi Majeſtatem adſcribere detrectaret, Legatoque ſuo ad Regem miſſo, ut operto capite coram Rege peroraret, ad menſam Regiam ſtaret, &c. in mandatis ſuis injunxerit.

8. Quanto ſanius ſapiebat Romanus ille Senator, Vellejus Paterculus, [β] qui Maroboduo Bohemiæ Regi Majeſtatem tribuere minime dubitavit, nec inde vel Tiberio Imperatori, vel Romano Imperio, vel Druſo Cæſari ullam inferri injuriam arbitratus B eſt. Verba ejus hæc ſunt: *Qua vi* (Tiberius) *conſiliorum ſuorum miniſtro adjutoreque uſus Druſo filio ſuo, Maroboduum inhærentem occupati Regni* (Bohemiæ) *finibus, pace Majeſtatis ejus dixerim, velut ſerpentem abſtruſum terræ, ſalubribus conſiliorum ſuorum medicamentis coëgit egredi?*

9. Et ſunt Reges Bohemiæ in poſſeſſione Majeſtatis continua, quam non dicam centum annorum, ſed aliquot ſæculorum præſcriptione juſtiſſime ſibi vindicant. Ottocaro Regiam dignitatem contulit Philippus Cæſar, confirmavit Fridericus II. Imperator. Ejus filius Wenceslaus hac formula utitur in Diplomate (γ) de anno MCCLXXVI. *Majeſtatis noſtræ laudes attollimus.* Et in alio (δ) de anno MCCLXXXVIII. *Licet ob reverentiam Majeſtatis univerſis eccleſiis Regni noſtri conſulere.* Et Wensceslaus II. (ε) Rex C Diploma quoddam ita orditur: *Wenceslaus Secundus Boëmorum & Poloniæ Rex* &c. *ſolium Majeſtatis noſtræ extollamus* &c. *Petrus Dei gratia Baſilienſis Epiſcopus, Præpoſitus Wiſſegradenſis, & Regni noſtri Bohemiæ Cancellarius, Princeps & Secretarius noſter chariſſimus, in noſtræ Majeſtatis præſentia conſtitutus humiliter ſupplicavit* &c. Joannes (ζ) Rex Bohemiæ & Poloniæ ſub dato MCCCXXV. *Ut Eccleſiæ, quas noſtræ ambit Majeſtatis dominium* &c. *cumque ad noſtræ Majeſtatis aures* &c. Carolus IV. Imperator & Rex Bohemiæ, Regi & Regno Bohemiæ attribuit *Majeſtatem* in Conſtitutionibus ſuis Bohemicis paſſim. Vladislaus (η) Alberti II. Imperatoris filius ſub dato Viennæ MCCCCLV.

ſil. 23. num. 3. lib. 2. Conſilior. Marpurgenſ. *Zach. Victor. in* tract. de cauſ. exempt. in Imper. concl. D 37. *Joh. Gœddæus in Bericht der Stadt Friedberg, &c.* punct. 5. num. 191. *Euphormio Luſininus ſive Joannes Barclajus, magnus Aulicus, in* Icone animor. cap. 5. verſ. Germanorum Principum, in fin. *Et ex verbis ac titulis honorum nihil poſſe inferri, ſcribit Eraſmus Roterodam. in* lib. de Ration conſcrib. epiſtol. *quia honor magis ſit honorantis, quam honorati; Ariſtoteles* lib. 1. Ethicor. cap. 5. *Jul. Pacius* Orat. 2. de Honor. fol. 18. *Nec Curialia verba quemquam privatum obligent, nedum* E *Imperatorem; Melior Marchio de S. cruce in* Foreſta Spagnola lib. 7. c. 7. num. 13. *Deſinant ergo homines imperiti optimum Imperatorem inceſſere & traducere, quaſi ſummam Imperii Majeſtatem Hiſpano Regi ſubjecerit: ignorantes, ſubjectionem ab honorificentia in tantum differre, quantum terra cælum diſtat. Panormitanus in* c. non licet, Ext. de Præbend *Stephan. D. Alvin. in* tract. de Poteſt. Epiſcop. Abbat. & alior. Prælat. cap. 13. n. 2. in fin *Privata inquam, literæ ſunt, eademque familiares ad* F *agnatum proximum ex fraterno affectu perſcriptæ, non publico Cæſarea Cancellaria ſtylo exaratæ: & Sacra Cæſarea Majeſtate Rex Catholicus, licet potentia omnimodo ſuperior, præterea familia Auſtriacæ primogenitus, eoque nomine caput exiſtat, præſtare tamen debitam fidem, honorem & obœdientiam ut ſummo Chriſtianitatis capiti, necdum deſivit. Qua in fide quam plurimos Imperii Principes eum longiſſime ſuperare, res ipſa clamat.*

(α) Elector Palatinus] *qui in tribuendis ho-* G *norum ac dignitatum titulis ad invidiam uſque ſemper fuit tenax: qua de re quam plurimos potentes in Imperio Principes, Comites atque Barones audivi graviſſime querulari. Et novi Principem, qui volebat tabellarium ejus ad ſe miſſum cogere, ut literas ori immiſſas manducaret & devoraret, ni Conſiliarii obſtitiſſent. Sed quid hac imprudentia impetravit, quam ut plurimorum animos a ſe alienaret? Contra ea laudari ſolet a cunctis Auſtriacorum Archiducum prudentia in ſuo cuique titulo benigniter & clementer tribuendo: adeo ut Ferdinandi I. Imperat. Commiſſarii ne quidem Regi Poloniæ* Sacram Regiam Majeſtatem *adſcribere, benevolentiæ conciliandæ gratia, recuſarint, ut patet ex Laudo in cauſſa Livonica, quod refert Dav. Chytræus in* Chronic. Saxon. anno 1557.

(β) Paterculus] *lib. 2. Hiſtor. Roman. circa fin.*

(γ) In Diplomate] *apud Pontanum* in Bohemia pia lib. 5. fol. 54.

(δ) Et in alio] *d. lib. 5. fol. 59.*

(ε) Wenceslaus] *d. lib. 5 fol. 84.*

(ζ) Joannes] *d. lib. 5. fol. 61. & lib. 6. fol. 90.*

(η) Uladislaus] *d. lib. 5. fol. 66.*

(*) Quanquam nullus dubitem, multos, dum de Majeſtate diſputant, in verbis ludere, minime tamen hic Goldaſto adſtipulari poſſum, cum Bohemiæ Regi Majeſtatem æqualem Majeſtati Regis Galliæ vel Hiſpaniæ eſſe arbitratur; certiſſime enim eam κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dictam, imminuit, quicquid Auctor §. 11. opponat, nexus ille feudalis, quo Imperatori & Imperio eſt obnoxius, quod de Galliæ aliisque Regibus dici nequit. Habet quidem Bohemus Majeſtatem, ſed certis legibus reſtrictam, & hinc explicandæ ſunt illæ locutiones, quas Goldaſtus profert §. 9. Confer Arumæum *de Comit. c. 3.* multis contra Goldaſti ſententiam diſputantem Carpzovium *de Lege Regia cap. 13.* qui utrumque componere laborat, nec non Limnæum in *Addit. poſter. ad Jus Publ. lib. III. c. 8.*

368 MCCCCLV, *Ladislaus Rex Ungariæ & Bohemiæ* &c. *notum facimus univerſis*, *Majeſta-* A
tem noſtram deſiderare &c. Denique Georgius (α) Rex ſub dato Pragæ anno MCCCCLIX. *Noſtræ Majeſtati ex parte venerabilis VVenceſlai* &c. Et poſtea: *Divi Ladiſlai prædeceſſoris noſtri*, &c. Ecce Regibus Bohemiæ non *Majeſtatis* tantum adſcribi culmen, ſed etiam *Divi* honorem, Imperatoribus ſuum ſibi ac proprium.

10. Recte ergo ab interpretibus noſtris (β) Joannes Baptiſta Caſtellionæus, [γ] Vincent. Cabotius [δ] & Thomas Lanſius (ε) redarguuntur, negare auſi Regem Bohemiæ proprie dici Regem, (ζ) quod competente careat provincia; quum non in ditionum, provinciarum & Regnorum multitudine, non terrarum ambitu vera Majeſtas [η] contineatur, neque inde πρωεδρίας & præcedentiæ prærogativa neceſſario deducatur; nec ſpaciis etiam externæ magnitudinis Regnum ſit metiendum; (ϑ) nec ſemper B
denique a potentiæ conſideratione dignitatis prærogativa dependeat. (ι) Et ipſemet Caſtellionæus (κ) fatetur: *Regem Bohemiæ abundare ſtrenuis militibus, reditibuſque præſtare pleriſque Regibus, qui pluribus civitatibus dominentur.*

11. Multo autem minus inde Regis Bohemiæ dignitas deprimi, ut nonnulli volunt, [λ] cenſenda eſt, [μ] quod Imperio Romano fidem atque obſequium præſtat; quum ſervire Romano Imperio (ν) ſit libertate potiri. Aut Regio nomine indignus æſtimandus, quod Imperatoris ſit vaſallus, & a Majeſtate Imperii dependeat. quum jus vaſallitium dignitatem Regiam (ξ) nec tollat, nec minuat: alioqui nec Arragoniæ, Siciliæ, (ο) Apuliæ, aliive Reges dicendi eſſent, qui & ipſi a Majeſtate Eccleſiæ & Imperii Romanorum jure clientelari dependent. C

12. Haut etiam ſcio an & illi recte ſentire videantur, qui negant Regi (π) Hungariæ & Bohemiæ jus eſſe exercere Regni Majeſtatem ſub Imperio Romano: adeoque præter fas feciſſe Ladiſlaum, Regem Hungariæ & Bohemiæ, Archiducem Auſtriæ &c. quod Viennæ Joannem Hunniadem ad Principatum evexerit, eique Comitatum Biſtricenſem, ſuggeſto in magno foro erecto, ſede ſedens aurea, Regali paludamento ac diademate ornatus commiſerit: quum ſupremitati Cæſareæ Majeſtatis nihil in eo derogetur, ſi inferior Rex vel Princeps, quem participem fecit ſuæ Majeſtatis, eam in Imperio ſuo exerceat, modo non fiat in fraudem aut præjudicium Imperii. Neque Hunniades ille factus eſt Princeps Imperii, ſed Regni Hungariæ, niſi fuerit a Friderico III. Imperatore, ibidem præſente & permittente, confirmatus. Quod mihi ſit veriſimile, D
quia idem Imperator etiam Duces Munſterbergenſes a Georgio Rege Bohemiæ itidem Viennæ creatos confirmaſſe & inſtituiſſe legitur.

(α) Georgius] *ibid. fol. 66.*

(β) Interpretibus noſtris] *Spiegelio in* Lexic. juris, verb Rex, *Richard. Dieterus in* Diſſert. de ſumma ſum. Imp. pot. concl. 23. *Paul. Buſio* lib. 2. de Republ. cap. 1. n. 8.

(γ) Caſtellionæus] *in c. ſcitote, 6. q. 3. Beſoldus in* Diſcurſ. 5. de ſtat. Reipubl. ſubalt. cap. 7. numer. 10.

(δ) Cabotius] *lib. 1. Var. juris diſput. cap. 12.*

(ε) Lanſius] *in Diſſert. de Leg. Reg. concluſ. 52.*

(ζ) Proprie dici Regem] *quod de Regno Slavoniæ juſtius dicerent, in cujus territorio non modo nullum Epiſcopum, ſed nec ullam Civitatem contineri, teſtatur Janus Pannonius Epiſcop. Quinque eccleſ. in* Poematib.

(η) Vera Majeſtas contin.] *Bernhard. Zieritzius in* tract. de Princip. inter ſe prærogat. in fin.

(ϑ) Regnum ſit metiendum] *Bodinus* lib. 1. de Republ. cap. 10. *Theodor. Gothofredus in* Annotat. ſur l'Hiſtoire du Roy Charle VI. fol. 590. *Kirchnerus* de Republ. diſput. 3. th. 5. *Arumaus in* Diſcurſ. Academ. de Jur. publ. diſc. 1. *Goldaſtus in* Senior. ſive de Majorat. lib. 1. cap. 17. num. 5.

(ι) Dignitatis prærogativa depend.] *Menochius* Conſil. 35. n. 51. vol. 1.

(κ) Caſtellionæus] *in d. c. ſcitote, ubi citat Hoſtienſem, in c.* conſtitutus, 2. de Teſtib. & atteſt. *ut mirer a quibuſdam reprehendi eundem Cardinalem, quod Regem Bohemiæ improprie dici Regem ſcripſerit quum plane contrarium in* d. loco *aſſerat. Sed Abbas Panormitanus in* d. c. conſtitutus, *ideo Bohemiam non Regem, ſed Ducem, habuiſſe dicit, quia non niſi unum Epiſcopum Pragenſem haberet, & ex eo Conrad. Lancellottus in* Templ. omn. jud. lib. 1. cap. 2. n. 27. 369

(λ) Nonnulli volunt] *Cabotius* d. lib. 1. cap. 12. E
Lanſius d. concluſ. 52. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 3. diſſert. 1. th. 8.

(μ) Cenſenda eſt] *Sigiſmund. Loffredus in* Paraphraſ. feudal. cap. 1. de duob. fratr. de novo beneſ. inveſt. verſ. quæritur an in d. l. un. circa fin. fol. 41. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 4. cap. 3. n. 36.

(ν) Servire Rom. Imp.] *Garſ. Maſtrillus* lib. 1. de Magiſtrat. cap. 8. n. 2.

(ξ) Jus vaſallit. dignitat. Reg.] *Dieterus in* F
Diſſert. de Summa ſum. imp. pot. concluſ. 23. *Buſius* lib. 2. de Republ. cap. 1. n. 8.

(ο) Arragon. Sicil.] *Dieterus & Buſius* allegatis locis.

(π) Negant Regi] *Æn. Sylvius Piccolomineus* de Europæ ſtat. ſub Friderico III. Imp. cap. 16. *Henr. Zælnerus in* Diſſert. de Regis Roman. elect. concl. 8. lit. b.

A 13. Habet denique Rex Bohemiæ & illud Regiæ ſuæ Majeſtatis decus, [α] ex pragmatica Aureæ Bullæ [β] ſanctione, quod in celebratione Curiarum [Imperialium] in omnibus & ſingulis actibus, quemcunque Regem alium, quacunque etiam ſingulari dignitatis prærogativa fulgentem, quem quovis caſu ſeu cauſſa venire vel adeſſe forte contingeret, immutabiliter antecedat. Et *tit. 22.* in fin. *Rex Bohemiæ Imperatorem vel Regem* [Romanorum] *ipſum immediate, nullo interveniente, ſequatur.* Adeo ut ipſam etiam Auguſtam Imperatricem præcedat, quemadmodum *tit. 26.* §. *fin.* conſtituitur, in hunc modum: *Imperatrix etiam vel Regina Romanorum ſuis Auguſtalibus amicta inſigniis, poſt Regem vel Imperatorem Romanorum, & etiam poſt Regem Bohemiæ, qui Imperatorem immediate ſubſequitur, competentis ſpatij intervallo* &c. *ad locum ſeſſionis procedit.* 370

B 14. Quia vero hæc jura omnia ac ſingula dependent a ſuperioritate Romano-Germanici Imperii, proximum eſt, ut qua fide, quove beneficio obligentur, ediſſeremus.

(α) Illud Reg. Majeſt decus] *de præcedentia Regis Bohemiæ in ſolemnibus Imperii conventibus & pompis, diſſerunt Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſſ. 4. cap. 3. n. 13. & n. 23. *Sixtinus* de Regalib. lib. 1. cap. 4. n. 20. *Benedict. Carpzovius in* Diſſert. ad Capitulat. Cæſar. ſive C Leg. Reg. German. cap. 3. n. 12. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 8. concluſ. 84. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 3. diſſert 1. th. 8. *Dan. Otto* de Jur. publ. cap. 10. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ. cap. 6. num. 1. & cap. 29. num. 7. num 10. & num. 12. *Gumpelzhaimerus in* diſput. de Regal. th. 114. *Brudlachs in* Epitom. Juriſprud. publ. lib. 3. cap. 7. num. 10. *Quod animadvertentes, Nuncius Apoſtolicus & Regis Angliæ Legatus, in Coronatione Caroli V. Imp. pompæ adeſſe non ſuſtinuerunt, ne ordinarentur poſt Regem Bohemiæ, rati per hoc Principum ſuorum dignitati derogari. Hartman. Maurus in* Comment. de coronat. Caroli V. Imp.

(β) Aureæ Bullæ] *Caroli IV. Imp. tit. 6.*

CAPUT XIV.

Bohemia eſt Imperij feudum. Rex Bohemiæ eſt Imperatoris vaſallus, Par Curiæ, homagio obnoxius. Reges Marcomannorum & Quadorum in Bohemia & Moravia a Romanis inſtituti. Bohemiæ Dux Moravorum Regno ſubjectus ab Arnulpho Imperatore. An jure id facere potuerit Imperator, ut Statum Imperij immediatum alteri ſubjiceret renitentem? Bohemia Bavariæ Duci ſubjecta. An vaſalli inviti alienari ab Imperatore poſſint? Utrum Principi liceat Regnum, Principatum, Subditoſque invitos alienare cum conſenſu Imperatoris? Bohemia feudum eſt hereditarium, ſed ex pacto & providentia. Verbum Heredis quo pacto in inveſtituris Bohemicis & aliis diplomatibus ſit intelligendum. Regnum ipſum, nec Electoralis tantum dignitas, in feudum dependet. An mutatus ſit per Auſtriacos inveſtituræ antiquæ tenor? Exemplis Ducum ac Regum ab Imperatoribus inveſtitorum verus tenor aperitur. Ottocari Regis infeudatio. Rex non habendus, antequam confirmetur & inveſtiatur. Indultum inveſtituræ, Muthzedel, *quid operetur. Rex tenetur feudum perſonaliter petere & recipere. Ubi & quibus in locis. Georgij Podiebracij Regis Bohemiæ origo illuſtris. Vexilla Regi ſarta tecta reſtituenda. Inſignia Regni olim Aquila nigra, hodie Leo fulvus. Quid ſignet cauda Leonis duplicata. Regnum non eſt feudum Eccleſiæ Romanæ. Papa eccleſiaſticum, Imperator politicum, habet imperium in Bohemia.*

D (beside "Imperatore poſſint?"), 371 (beside "Imperatoribus inveſtitorum"), E (beside "duplicata.")

BOhemiam atque Moraviam & olim fuiſſe, & eſſe hodie, Imperii Germanici feuda [α] beneficiaria & clientelaria, Regeſque Imperatorum vaſallos, & Pares Curiæ

(α) Feuda] *Aurea Bulla* cap. 7. in fin. & cap. 9. *Alvarottus in* Comment. in Feud. lib. 1. tit. Quis dic. Dux *&c.* *Sigiſmund. Loffredus in* Paraphraſ. feud. cap. 1. de duob. fratr. de nov. benef. inveſt. verſ. quæritur an in d. l. un. circa fin. fol. 41. & cap. 5. de nov. form. fidel. verſ. hic titulus fol. 35. F *Ludovicus Fachſius* Conſil. 4. n. 21. poſt lib. 2. conſilior. Mod. Piſtoris, *Jacob. Cujacius in* Comment. in Feud. lib. 1. tit. 1. *ubi ait*: Regnum Siciliæ feudi jure pendet a Pontifice Romano: cætera pendent ex Imperio, Polonia, Bohemia: Anglia etiam alias Imperatorem ſalutavit quaſi feudataria: *Pet. Heigius* Illuſtr. quæſt. part. 1. q. 3. n. 44. *Vincent. Cabotius* lib. 1. Var. jur. diſp. cap. 12. *Camillus Borellus* de præſtant. Reg. Cathol. cap. 47. n. 12. *Reiner. Reineccius in* præfat. ad Dithmari Chron. *Marq. Freherus in* Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 2. fol. 167. *M. Ant. Peregrinus* conſil. 2. n. 3. lib 3. *Hubert. Giphanius in* tract. de jure feudal. cap. 4. n. 22. *ubi ait:* Regna Daniæ, Poloniæ, Bohemiæ *&c.* ſolent eſſe feuda Imperii: *Richard. Dieterus in* Diſſert. de Summa ſum. Imp. pot. concl. 22. & ſeq.

Curiæ (α) Imperialis, ac juramento fidelitatis [β] & homagii (γ) obſtrictos, docent A non modo leges Imperii (δ) & inveſtiturarum (ε) diplomata, ſed & concors omnium Interpretum ſententia evincit. (*)

2. Et olim quidem priſcis illis temporibus, quum Marcomani & Quadi adhuc Bohemiam & Moraviam haberent, a Romanorum Imperatorum & Cæſarum nutu pependit (ζ) Regum Bohemiæ & Moraviæ confirmatio, adeo ut licet ex Regia ſtirpe eſſet Rex deſignatus & aſſumptus, non tamen inſtitueretur, ſeu, ut nunc loquimur, inveſtiretur, niſi id Imperatori Romano placuiſſet. Hoc enim eſt, quod Tacit. ait: [η] *Sed vis & potentia Regibus ex auctoritate Romana.* Sic Jubillius regnavit in Bohemia; ſic Vannius in Moravia a Druſo impoſitus; ſic Vangio & Sido. Unde Tacitus de iis: *egregia adverſus Romanos fuere fide.* Et Jul. Capitolinus in M. Antonio Philoſopho B Imp. *Quadi*, ait, *amiſſo Rege ſuo, non prius ſe confirmaturos eum, qui erat creatus, dicebant, quam id noſtris placuiſſet Imperatoribus.*

3. Sub Francis Imperatoribus Slavorum in Bohemia Duces immediate regnabant, nemini, præterquam ipſis Imperatoribus, obnoxii. Sed Arnulpus Imperator, Caroli Magni abnepos, Bohemiæ Ducem Regno Moraviæ ſubjecit, Regique Moravorum Bohemiam

& ſeq. *Marta Neapolit.* de juriſdict. part. 1. cap. 26. num. 66. *Sixtinus in* tract. de Regalib. lib. 1. cap. 2. num. 24. *Gerlac. Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. concluſ. 88. lit. c. *Paul. Buſius* lib. 2. de Republ. cap. 1. n. 8. & in Diſquiſition. politic. cap. 1. q. 20. lit. b. *Theod. Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſſ. 2. cap. 7. n. 48. & claſſ. 4. cap. 3. n. 35. & ſequentib. *Dominic. Arumaus in* Diſc. 5. ad Aur. Bull. c. 8. *Beſoldus in* Diſcurſ. polit. 5. de ſtat. Rerumpubl. ſubalt. cap. 7. n. 10. *Veſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Reg. & Imp. Rom. concl 10. n. 44. q. 1. rat. 6. & ſeqq. & rat. 12. *Joachim. Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. c. *Ant. Hauſmannus in* Reſolution. de Re monet. reg. 7. *Chriſtoph. Lehmannus* lib. 5. Chron. Spirenſ. cap. 74. fol. 575. & cap. 105. & cap. 109. fol. 633. col. 1. in fin. & lib. 7. cap. 1. fol. 710. col. 1. *Jac. Gordonus in* Oper. Chronolog. in ſerie rer. geſtar. anno 1306. *Conrad. Carpzovius in* tract. de Regal. cap. 2. reg. 16. *Heinr. Chriſtoph. a Griesheim* de S. Rom. Germ. Imp. diſſert. 5. de Comitiis Imp. th. 43. & in Decur. 1. Quæſtion. ex jur. publ. q. 10. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 3. diſſert. 6. th. 16.

(α) Pares Curiæ] *Reinkingk* d. lib. 1. de Regim. ſec. & eccleſ. claſſ 4. cap. 3. num. 35. *Gewol-* 372 *dus in* Comment. de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 9. n. 4. v. Boemiæ Regem Electorem. *Vide Decreta Principum Imperii Pragenſia de anno 1610. & Mulhuſina de anno 1620.*

(β) Juramento fidelitatis] *Reinkingk* d. cap. 3. n. 35. *Conrad. Carpzovius* d. cap. 2. reg. 16. *Matthias Rex Hungariæ & Bohemiæ, in requiſitione pro inveſtitura Regni Bohemiæ, Rudolpho II. Imp. anno 1611. oblata; Dagegen bin ich erbietig, gewæhnliche gelübd und eyd zu preſtiren. E. Kayſ. Majeſt. und dem H. Ræm. Reich umb ſolche verleyhung getreu, gehorſam und gewertig zu ſeyn, E. Kayſ. Majeſt. für meinen rechten Lehenherrn zu halten, und alles zu thun, was einem Ertzſchencken und Churfürſten des H. Ræm. Reichs zu thun von rechts und alter gewonheit wegen gebührt. Et ſolet hac clauſula etiam literis inveſtiturarum inſeri, ut in Friderici III. Imp. inveſtitura Uladislao Regi Hungariæ & Bohemiæ facta de Regno Bohemiæ anno 1477. apud Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. & in Beylagis n. 65.

(γ) Homagii] *Fridericus II. Imp. in Wenceslao I. ſuper Regno Bohemiæ facta Melfiæ in Apulia anno 1231.* Recepto a dilecto Principe & affine noſtro Waczlao juniori Rege homagio juxta morem.

(δ) Leges imperii] *Decretum Alberti I. Cæſar. de abſolutione Wenceslai III. Bohemiæ & Poloniæ Regis a banno Imperiali &c.* Conſtitution. Impe- C rial. tom. 1. anno 1305. fol. 317. *Aurea Bulla Caroli IV. Imp.* tit. 7. §. fin. tit. 8. tit. 25. & tit. 27. in pr. *& in ejuſdem* Conſtitut de Electione Regis Bohem. *apud Henelium in* Sileſiograph. in append. fol 210. *Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. in Beylag. num. 19. *& Conſtitution. Imperial.* d. tom. 1. anno 1348. fol. 342. *Receſſ. Ratiſponenſ. Friderici III. Imp.* de anno 1471. §. 57. *Receſſ. Auguſtanus Maximilian. I. Imp.* ſub rubr. *Wie man mit den Kænigen &c.* fol. 60. *Nonnulli Interpretes huc de-* D *torquere conantur Ordination. Camer. Imperial. Caroli V. & Ferdinandi I. Impp. in* part. 1. tit. 49. §. *Die geſchworne, ut facit Buxdorffius* ad Aur. Bull. concluſ. 88. lit. c. *Bechtius* de Securit. & ſalv. conduct. concluſ. 203. in fin. *Viſcherus* de Elect. Reg. & Imp. Rom. concluſ. 10. num 44. rat. 7. *Auctor Reſponſi in* cauſſa *Heſſen* contra *Waldeck* &c.

(ε) Inveſtiturar.] *Friderici II. Imp. de anno 1216. & anno 1231. apud eundem Eyſen* n. 1. & n. 17. *Richardi Cæſar. de anno 1262.* ibi n. 2. *Adolphi Cæſar.* E *de an. 1292. infra in* Append. *& in* Beylagis Germanicis ſub anno 1292. *Friderici III. Imp. de anno 1462. & alia de anno 1477. apud eundem* n. 21. & n. 27. *Caroli V. Imp. de anno 1531. in* dictis Beylag. German. ſub anno 1541.

(ζ) Nutu pependit] *cujus rei & alia exempla* 373 *profert Tacitus. Sic enim Italus quoque, Harminiæ Regis ex fratre Flavio nepos, a Cheruſcis expetitus eſt in Regem a Claudio Cæſare,* Hiſtoriar. lib. 3. *Calviſius in* Chronolog. anno 46. *Sic Ci-* F *vilis Regio genere apud Batavos ortus,* Hiſtoriar. lib. 4. cap. 14. *Videatur Cabotius* lib. 1. Var. jur. diſput. cap. 12. *Cluverius* lib. 3. German. antiq. cap. 31.

(η) Tacit.] *in libell. de Morib. German.*

(*) Videatur Conringius *de Finib. Imp. c. 29. Schurtzfleiſchii diſſert. 19. p. 6. & 7.* Hertius *de renovat. R. G. Imp. & Bohem. nexu ſect. 2. §. 4. & ſeq.* Ludewig *de Jure ſuffrag. Reg. Boh. cap. 2. §. 14. in not. lit. g.* qui pluribus hoc argumentum exequuntur, & Stranſkio atque Balbino, qui illud vinculum in dubium vocare, vel ſaltem imminue- G re conati fuerunt, abunde ſatisfaciunt.

A hemiam in feudum conceſſit, a quo Dux eam in ſubſeudum, vel (ut Gallorum pru-
dentes loquuntur) retroſeudum recipere coactus fuit. Quam rem hiſce verbis Rhegi-
no (α) Abbas Prumienſis conſignavit: *Arnolphus Rex conceſſit Zundebolch Marahen-
ſium Sclavorum Regi Ducatum Bohemenſium, qui hactenus Principem ſuæ cognationis
ac gentis ſuper ſe habuerant, Francorumque Regibus fidelitatem promiſſam inviolato fœ-
dere conſervaverant, eo quod illi, antequam in Regni faſtigio ſublimaretur, familiarita-
tis gratia fuerit connexus: denique filium ejus, quem ex pellice ſuſceperat, a ſacro fonte
levavit, eumque ex nomine ſuo Zundebolch appellari fecit. Quæ res non modicum diſ-
cordiarum & defectionis præbuit incitamentum. Nam & Bohemi a fidelitate diutius cu-
ſtodita receſſerunt, & Zundebolch ex adjectione alterius Regni vires non parvas ſibi ac-*
B *ceſſiſſe ſentiens, faſtu ſuperbiæ inflatus contra Arnolphum rebellavit. Quod cum cogno-
viſſet Arnolphus, cum exercitu Regnum Marahenſium ingreſſus cuncta demolitus eſt; ad
ultimum Zundebolch pacem popoſcit, & dato filio obſide hanc pacem ſero promeruit.* Et
Sigebertus Gemblacenſis: [β] *Arnulphus Rex Zuendebaldo Duci Maharenſium Ducatum
Boëmanorum addens, & Boëmanos per hoc ſibi infeſtos fecit, & Zuendebaldo per adje-
ctionem potentiæ, materiam contra ſe rebellandi dedit. Ad quem debellandum cum non
ſufficeret, gentem Hungarorum Regno immiſit, eorumque auxilio Zuendebaldum devicit,
& tributarium fecit.* Quo jure quave injuria Arnulphus Cæſar id fecerit, aut facere
quiverit; & an inde juſtam defectionis cauſſam Bohemi habere potuerint, longum fo-
ret diſceptare. Improbari (γ) quidem factum Cæſaris a duobus iſtis Abbatibus vide-
C mus, ſed qui & ipſi in eadem cymba navigabant, veriti ne ſuæ quoque Abbatiæ, quæ
immediate ſub Imperio erant, in aliorum jura invitis Monachis transſcriberentur. Quod
& contigiſſe tandem præſens earum ſtatus loquitur.

4. Quum Heinricus I. Cæſar annis poſt XXVIII. præter-propter idem tentaret, &
Bohemiam Arnulpho (δ) ſeu Arnoldo Bavariæ Duci, quo æmulo & adverſario uteba-
tur, ut eum hac ſibi gratia pacaret, & conciliaret, ſubjicere vellet, Bohemi injuriam 374
queſti, (ε) ab Imperatore rurſum defecerunt, armis libertatem ſuam defendere pa-
rati.

5. Quid autem dicendum, ſi Rex ipſe velit Regnum, conſentiente Imperatore
feudi domino, alienare, Bohemosque inconſultos in jus alterius ac poteſtatem transfer-
re? Quod Johannem Regem anno MCCCXVIII. tentaſſe Annales produnt. [ζ] Rem ita
D narrat Dubravius: *Longe omnium maximum odium ſibi ab omnibus Ordinibus* (Regni
Bohemiæ) *conflavit, inchoata cum Ludovico Bavaro Cæſare permutatione, qua Regnum
pro Bavariæ Principatu* (Palatinatu Rheni, quem Cæſar expulſo Rudolpho Palatino E-
lectore occupaverat) *quem Palatini Rheni poſſidere ſolent, commutare voluit, ut eo
vicinior Lucemburgæ habitaret. At Bojemi in deteriorem partem interpretati ſunt, qua-
ſi illos Rex vendere Germanis ac prodere cuperet. Ergo omnes in unum conſpirant, ut
pereant potius, quam non perdant illos, qui ad exitium patriæ eorum immineant. At-
que hæc turba major viſa eſt, quam ut pacari vel ipſo Rege præſente potuerit: & niſi pa-
cata eſſet, ſpes de retinendo ei Regno decollabat. Rex ergo veſtigandum ſibi Cæſarem de-
ſumpſit, evenitque ex ſententia, ut ille in Bavaria prope fines Bojemiæ inveniretur,*
E *tamque facilem ſe ad preces Regis præberet, ut montes tranſcendere, & in oppidum pro-
ximum, quod Luticium Bojemi vocant, ſe conferre non gravaretur. Illic in maxima
Bojemorum frequentia Regem illorum de tam gravi ſuſpicione, qualem de illo haberent,
teſtimonio ſuo expurgat, pactionemque illis, quam cum Rege inire cœperat, ſcriptam
oſtendit,*

(α) Prumienſis] *Chronic. lib. 2. anno 890.*
(β) Gemblacenſis] *in Chronograph. anno 893.*
(γ) Improbari] *vide quæ ſupra* lib. 2. cap. 2.
hac de re diſſerimus.
(δ) Bohemiam Arnulpho] *Aventinus* Annal.
Bojor. lib. 4. fol. 378. *Spangenberg in* Chronic. Sa-
F xon. cap. 119.
(ε) Bohemi injur. queſti] *quia Dominus vaſal-
los, ipſis non conſentientibus, alienare non poteſt;*
cap. un. §. ſi quis, *ubi Baldus & Feudiſtæ*, Quo
temp. mil. lib. 1. Feud. tit. 22. & cap. un. §. ex ea-
dem, de Lege Conrad. lib. 2. tit. 34. *Cravetta* con-
ſil. 54. num. 3. lib. 1. *Nevizanus* conſil. 12. n. 109.
Franciſc. Curtius in tract. Feud. part. 6. num. 3.
Hartman. Piſtoris Practic. quæſtion. parte 1. q. 15.
num. 14. *Pet. Heigius* Illuſtr. quæſt. part. 1. q. 19.
num. 14. *Vaſquius* Illuſtr. controverſ. lib. 1. cap. 4.
Hotomanus Illuſtr. quæſt cap. 1. *Pet. Gregorius* lib.
3. de Republ. cap. 8. *Althuſius in* Politic. cap. 24.
num. 35. *Bronchorſt.* Centur. 4. *ἐναντιοφαν.* aſſ. 87.
Arnold. Clapmarius lib. 5. de Arcan. Rerumpubl.
Schœnborn lib. 5. Politic. cap. 7. *etiamſi alienatio
fiat in dominum meliorem & potentiorem; Joan.
Faber* ad tit. Inſtit. de aſſignat. libert. num. 5.
Vaſquius d. lib. 1. Illuſtr. controverſ. cap. 5. num. 6.
Trentlerus Diſput. 2. th. 3. lit. f. *Avenarius in*
Quæſtion. nomicopolitic. q. 28.
(ζ) Annales produnt] *Hageccius in* Chronic.
Bohem. part. 1. anno 1318. *Boregk in* Chron. Bo-
hem part. 1. fol. 290. verſ. *die Konigin*, & fol. 291.

oſtendit, in qua diſerte aperteque appoſitum erat, ita illam ratam & firmam fore, ſi communi Bojemorum aſſenſu confirmata fuerit. Id poſtquam non eſt factum, &, ut videt, A *Bojemi contradicere videantur, ſe quoque quod pactum erat, irritum habere* [α] *dicebat. Et ante omnium oculos paginam oſtenſam diſcerpit, atque hoc modo Bojemos cum Rege in priſtinam benevolentiam reducit.*

6. Etenim, licet Regnum Bohemiæ feudum ſit hereditarium, non tamen eſt proprie hereditarium, ut ſunt res privatorum in jure civili, ſed magis ex pacto & providentia agnatis a primo acquirente deſcendentibus, & in eventum non exiſtentium agnatorum, cognatis quæſitum ordine proximitatis & majoritatis ſervato. Unde licet verbum *Heres* legatur in quibuſdam inveſtituris, & aliis documentis, id tamen eſt cum qualitate de herede feudali intelligendum: cujus naturam nobis Aurea Bulla (β) & Declarationes Cæſareæ explanant, quam ne ipſis quidem agnatis heredibus fas eſt evertere, aut immutare, ſine Cæſareæ Majeſtatis diſpenſatione, & Sevirum Electorum, (γ) B tanquam Curiæ parium, conſenſu.

7. Illud etiam quæri & controverti vidimus, quid ab Imperatore in feudum conferatur? Et reſpondi olim, nec reſponſum muto, ipſum Regnum Bohemiæ & Coronam Regni, cum omnibus terris ac juribus ad Regnum pertinentibus, nempe Epiſcopatibus, Principatibus, Prælaturis, Comitatibus, Baronatibus, Civitatibus, Eccleſiis aliiſve cunctis regalibus, quocunque nomine appellitentur, ſub feudo illo comprehendi, & non tantum Electoralem dignitatem cum officio Archipincernatus, ut nonnulli Bohemorum prætendunt. Sic enim expreſſe habent Cæſarea inveſtiturarum Diplomata, [δ] ex quibus unum atque alterum, fidei faciendæ gratia, proferemus. C Fridericus II. Imp. in reſcripto Ulmenſi de anno MCCXVI. *Concedimus eidem Venceslao totum*
376 *Regnum Bohemiæ, cum terminis & omni jure, & honore ac rationibus eidem Regno pertinentibus, ſicut ipſum Regnum pater ſuus, & alii prædeceſſores ſui, tam Duces quam Reges, antea tenuerunt.* Et in Melfitano de anno MCCXXXI. *Regnum Bohemiæ cum omni honore ac dignitate, civitatibus, caſtris, villis & terris eidem Regno pertinentibus, & cum omni jure, quo pater ejus idem Regnum rationabiliter noſcitur poſſediſſe.* Richardus Cæſar in inveſtitura facta Ottocaro II. Aquiſgrani anno MCCLXII. *Eundem Regem de Principatibus Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ, ac omnibus feudis dictis duobus Principatibus attinentibus, quos & quæ pater & progenitores ejuſdem ab Imperio tenuerunt, authoritate præſentium inveſtimus.* D Rudolphus I. Cæſar in inveſtitura ejus Ottocaro facta Viennæ anno MCCLXXVI. *De Regno Bohemiæ ſuiſque attinentiis, nec non de Marchionatu Moraviæ, ex Regali benignitate conſueta inveſtimus, ac eidem Principatus prædictos cum omnibus ipſorum attinentiis duximus concedendos a nobis & Imperio in feudum perpetuo obtinendum.* Adolphus [ε] Cæſar in Diplomate inveſtitio, ſub

Ii dato

(α) Quod pactum erat, irritum habere] *Hinc*
375 *emergit ardua illius quæſtionis deciſio, utrum Principi liceat ditiones, Regna, ſubditoſque invitos ac nolentes alienare, alteriuſque Domini jugo mancipare? Cujus negativam ſuſtinent Cravetta* Conſil. 141. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſt. cap. 1. num. 7. *Hotomanus, Heigius, Scip. Gentilis, Vaſquius, Pruckmannus, Bronchorſt alii. Namque pactiones de Regnis, aut permutatione Regnorum, ita demum vim habebunt, ſi eas populi aut Procerum, quorum intereſt, conſenſus approbavit. Franciſcus. Curtius* de Feud. part. 6. cap. 8. n. 4. *Cravetta* d. conſil. 141. n. 9. *Clarus in* Recept. Sentent. §. feudum, q. 28. num. 3. *Pruckmannus in* tract. de Poteſt. ſolut. cap. 4. memb. 2. effect. 6. num. 11. fol. 470. *Choppinus* lib. 2. de Doman. Franc. cap. 1. n. 2. & n. 6. *Cacheranus* Deciſ. Pedemont. 139. n. 1. *Schenck Baro a Tautenberg* lib. 3. de Feud. tit. 31. §. præterea Ducatus, num. 11. *Hopingk in* tract. de Jur. protect. concluſ. 23. lit. c. *Vaſquius* lib. 1. Controverſ. illuſtr. cap. 1. n. 5. & cap. 4. num. 3. & ſeqq. & cap. 43. n. 19. *Mart. Magerus in* tract. de Advocat. armat. cap. 9. n. 1124. & ſeq. in fin. *Card. Tuſchus* Pract. concluſion. verb. Feudum, concluſ. 125. *Alias Subditis invitum facere Principis contractum jura permittunt, ut ex hoc Ludovici Cæſaris decreto colligimus. Videatur Pet. Gregorius Tholoſan.* lib. 7. de Republ. cap. 7. num. 8. & ſeq. *ubi exempla profert Regnorum Hungariæ, Franciæ, &c. Vaſquius* lib. 2 Illuſtr. controverſ. cap. 82. E num. 3. 7. 9. & 10. *Nevizanus* Conſil. 12 num. 113. *inter Bruni* Conſil. Feudal.

(β) Aurea Bulla] *Caroli IV. Imp.* tit. 7. tit. 20. & tit. 25.

(γ) Sevirûm Electorum] *Gevvoldus in* Comment. de S. Roman Imper. Septemvirat. cap. 9. num. 4. verſ. Boëmiæ Regem Electorem; *ibi*, utpote qui in ejuſmodi uſu, & conferendo Electorali feudo, tamquam Pares Curiæ, intereſſe & adhiberi ſolebant. F

(δ) Inveſtiturar. diplomata] *quorum partem publicavit. Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. n. 1. n. 2. n. 17. & num. 18. *partem nos in* Append. hujus tractatus, *& in* Beylagis Germanic. *produximus.*

(ε) Adolphus] *in cujus Diplomate pro* Contup. *alia exemplaria habent* Conrul, *alia* Coronee, *alia* Touerna. *In vetuſta collectione Cantilenarum in Aulis Cæſarum Heinrici VI. Philippi, Friderici II. &c. in certamine muſico (Meiſterſingea) de-* G

cantata-

A dato Francofurti anno MCCXCII. *Omnia feuda, quæ a nobis & Imperio debes ſuſcipere
& tenere per virum Spectabilem Rubinum de Courup, affinem & fidelem noſtrum dile-
ctum, tibi tranſmittenda duximus, & tranſmittimus præſentium ſerie literarum.* Sed
quid me moror? Propius ad noſtra tempora accedamus. Sic enim Carolus V. Imp.
teſtatur in literis, quas Germani *Muthzedel* dicimus, ſignatis Coloniæ anno MDXXXI.
ſuper requiſitione inveſtituræ a Ferdinando Rege facta: *Als der Durchlæuchtig Furſt.
Herr Ferdinand zu Hungern und Bæheim Kænig*, &c. *fur uns jetzo erſchienen iſt, und
uns zuerkennen hat geben, daß ſein Liebe begierig und willig were, das Kænigreich und
die Cron Bæheim, ſo viel der von uns, als Ræmiſchen Keyſer, und dem H. Reich zu
Lehen ruhret*, &c. Et ipſemet Ferdinandus Rex *Bohemos* vocat *Cæſaris beneficiarios*, (α)
B id eſt, Clientes & ſeudatarios, ut interpretes noſtri (β) exponunt.

8. Fallunt ergo & falluntur ipſi, qui putant, tenorem antiquarum inveſtiturarum 377
hodie eſſe immutatum, & loco ipſius Regni, Electoralem duntaxat dignitatem, cum
officio Archipincernatus, (γ) in feudum recipi. Idque demonſtrare contendunt ex in-
veſtituris Friderici III. Caroli V. Ferdinandi I. Rudolphi II. & Matthiæ, in quibus le-
gitur: *Daß wir S. L. das Churfurſtenthumb mit der Chur, und dem Ertzſchenckenampt
deß H. Ræmiſchen Reichs, zu der Cron zu Bæheim gehærig*, &c. *zu Lehen zu verleihen
genædiglich geruheten.* Sed eos ipſamet Diplomata ſatis redarguunt, quæ diſertim fa-
tentur (δ) Regem inveſtiendum ad S. Cæſar. Majeſtatem acceſſiſſe, *mit ſeinen Panieren
und Landen zugehærenden zu der Cron und dem Kænigreich Bæheim*, &c. Et ſupra (ε)
C docuimus, Electoratum ita eſſe Regno unitum, ut alterum ſine altero dari non
poſſit, id eſt, neque Regnum ſine Electoratu, neque Electoratum ſine Regno, in feu-
dum concedi. Sunt enim hæc duo tanto & tam arcto colligata vinculo, ut qui Electo-
ratum ab Imperatore petit in feudum ſibi concedi, idem etiam Regnum ipſum petere
intelligatur: quia ſeparari a ſe invicem nullo modo poſſunt, aut debent pacto quo-
vis, niſi fundamentales Imperii noſtri leges ſimul evertere & peſſumdare velimus. Qua-
rum primaria Aurea Bulla (ζ) in hunc modum decernit: *Sane generaliter longe late-
que eſt publicum, & quaſi per totum orbem notorie manifeſtum, Illuſtres, Regem Bohe-
miæ, necnon Comitem Palatini Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenbur-
genſem, virtute Regni & Principatuum ſuorum, in electione Regis Romanorum in Cæ-
D ſarem promovendi, cum cæteris Principibus eccleſiaſticis, ſuis Coelectoribus, jus, vocem
& locum habere, & una cum ipſis cenſeri & eſſe veros & legitimos Sacri Imperii Prin-
cipes Electores.* Et *tit. 25. §. 2. Decernimus, & hoc perpetuis temporibus valituro Impe-
riali ſancimus edicto, quod exnunc inantea perpetuis futuris temporibus, inſignes & ma-
gnifici Principatus, videlicet Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus
Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgenſis, terræ, diſtrictus, homagia, vaſallagia,
& alia quævis ad ipſa ſpectantia, ſcindi, dividi, ſeu quavis conditione dimembrari non
debeant, ſed ut potius in ſua perfecta integritate perpetua maneant, primogenitus filius
ſuccedat, in eis, ſibique ſoli jus ac dominium competat.* Sed omnium diſertiſſime *tit. 20.*
conſtituitur & ſancitur: *Cum univerſi & ſinguli Principatus, quorum virtute ſeculares
E Principes Electores, jus & vocem in electione Regis Romanorum in Cæſarem promoven-
di, obtinere noſcuntur, cum jure hujuſmodi, necnon officiis, dignitatibus, & juribus
aliis, eis & cuilibet eorum annexis & dependentibus ab eiſdem, adeo conjuncti & inſepa-
rabiliter ſint uniti, quod jus, vox, officium & dignitas, alia quoque jura ad quemlibet
Principatuum eorundem ſpectantia, cadere non poſſunt in alium, præter illum, qui Prin-
cipatum ipſum cum terra, vaſallagiis, feudis, & dominio, ac ejus pertinentiis univer-
ſis di-*

cantatarum habentur tam Regis VVenceslai, cui Adolphus Cæſar hanc inveſtituram fecit, quam hujus Rubini carmina ſub nomine Herr Rubin. Qui ſine dubio fuit unus ex Liberis Imperii Baronibus.
F *& Regis VVenceslao a Conſiliis.*

(α) Cæſaris beneficiar.] *apud Sleidanum* Hiſtoriar. lib. 8. circa fin. *cujus verba* lib. 2. cap. 7. *annotavimus.*

(β) Interpretes noſtri] *Beſoldus in* Diſſertat. de Stat. Reipubl. ſubalt. cap. 7. n. 10. *Buxdorffius, Cluten, Arumaus, Vſcherus, Graſheimius, Cubachius, Kænig, & alii a nobis ſupra §. 1. allegati, Joh. Cochlaus Canonicus Uratislavienſ. in Hiſt. Huſſit. lib. 9. anno 1438. in marg. notatis* Regnum Bohemiæ ab Imperio in feudum datur.

(γ) Electoralem duntaxat dignitatem cum officio Archipinc.] *quorum opinionem ſequitur Æmil. Chreggrene ſive Mich. Geringer in* Velitat. de S. Rom. Imp. Official. num. 13. in fin. *ubi ait, non tantum Uladislao a Friderico III. verum etiam moderno Imper. Ferdinando II. Aug. tum Bohemia Regi, officium duntaxat pocillandi fuiſſe a Matthia Imp. in feudum conceſſum.*

(δ) Quæ diſertim fatentur] *apud Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. num. 27. *& in noſtris* Beylagis Germanic. ſub annis 1477. 1541. 1611.

(ε) Supra docuimus] *cap. 7. §. 5.*

(ζ) Aurea Bulla] *tit. 7. §. 1.*

ſis dignoſcitur poſſidere; præſenti edicto Imperiali perpetuo valituro ſancimus, unumquem-
que Principatuum prædictorum, cum jure & voce electionis, ac officio, cæteriſque omni- A
bus dignitatibus, juribus & pertinentiis ad ipſum ſpectantibus, ita perſeverare & eſſe
debere unitum perpetuis temporibus indiviſibiliter & conjunctim, quod poſſeſſor Princi-
378 *patus cujuslibet, etiam juris, vocis, officii & dignitatis, & pertinentiarum omnium ad*
illum ſpectantium, quieta debeat & libera poſſeſſione gaudere, ac Princeps Elector ab o-
mnibus reputari, ipſeque & nemo alius, per cæteros Electores ad electionem, & omnes
actus alios pro Sacri Imperii honore, vel opportunitate gerendos, omni tempore aſſumi, ſi-
ne contradictione qualibet, & admitti: nec aliquid præmiſſorum ab altero, cum ſint &
eſſe debeant inſeparabilia, dividi vel ullo tempore debeat ſeparari, aut in judicio vel ex-
tra diviſim repeti valeat aut evinci, vel etiam per ſententiam ſeparari: nec aliquis unum
ſine alio impetens audiatur. Quod ſi per errorem, vel alias, auditus quis fuerit; aut B
proceſſus, judicium, ſententia, vel aliquid hujuſmodi contra præſentem diſpoſitionem no-
ſtram emanaverit, ſeu quomodolibet attentari contigerit; hoc totum, & omnia ex his, &
quolibet eorum ſequentia, eo ipſo viribus non ſubſiſtant. Quibus verbis quid clarius, quid
manifeſtius, quid magis perſpicuum dici aut ſanciri potuit? Demus ergo, potuiſſe fieri,
ut Rex Bohemiæ aliquando Imperatori ſubrepens ſolum Electoratum cum officio Archi-
pincernatus in feudum receperit, num error iſte debet in præjudicium Imperii trahi, &
tam ſancta hæc Aureæ Bullæ conſtitutio, quam ipſimet Reges Bohemiæ baſim ac fun-
damentum non Imperii modo, ſed & ſui Regni eſſe voluere, tam leviter convelli &
conculcari? Atque hæc Bulla ſancit, ut, ſi tale quid forte per errorem contingat, nul-
las vires umquam ſortiatur. C

9. Sed quia obſervantia, optima ſolet eſſe legum interpres, (α) exemplis in me-
dium productis demonſtrabimus, Ducatum, ſive Regnum Bohemiæ fuiſſe jam inde
a principio uſque ad noſtra tempora Imperii noſtri beneficiarium, feudale, & vaſalli-
ticum. Et Ducatum quidem Bohemiæ a Carolo M. Imperatore factum fuiſſe tributa-
rium, ſupra docuimus. (β) Wenceslaum autem Primum ejus nominis, quem in San-
ctorum numerum retulerunt, remiſſo tributo, Ducatum ab Ottone I. Imperatore in
feudum accepiſſe, Dubravius (γ) auctor eſt. Et fratrem ejus Boleslaum fide in caſtris
ante Pragam publice ac ſolemniter præſtita, ejuſdem Ottonis Cæſaris vaſallum pro Du-
catu Bohemiæ factum, in rerum geſtarum monumentis (δ) legitur.

10. Dithmarus (ε) Epiſcopus Merſeburgenſis, qui Duces Bohemiæ cognatione at- D
tingebat, (ζ) non diſſimulat clientelam, qua Boleslaus & Meſico, Bohemiæ Duces,
Ottoni III. Imperatori & Imperio Germanico erant devincti.

11. Anno MII. ab Heinrico II. Imperatore Boleslaus II. Dux Bohemiæ ob rebellio-
nem proſcriptus Ducatu privatur, & Vlademarius Marchio Miltzaviæ ab eodem in Co-
mitiis Ratiſponenſibus inveſtitur. Adelboldus (η) Epiſcopus Trajectenſis: *Regensborg*
S. Martini ſolennia celebrans, Bladeuario cuidam Sclavo Ducatum Boëmicenſem largi-
tur, & ut cæteris acceptabilior exiſtat, illum plus juſto verbis & rebus honorat.

12. Anno MXLI. ſcribit Hermannus Contractus (θ) ex Comitibus Veringenſibus
S. Galli Monachus: *Heinricus III. Imp. Bohemiæ Ducem Bretislaum* (Vratislaum) *poſt* E
ſe Ratiſponam humiliter venire, ſibique jureiurando fidelitatem ſervitiumque (vaſalli-
tium) *confirmare coartat.* Et Dubravius, (ι) Epiſcopus Olomucenſis; *Solenni obſequio,*
quod Principes Cæſari exhibere ſolent, pax redempta fuit. Et Aventinus. (κ) Hiſto-
riographus

(α) Optima legum interpres] *Gilken in* l. 4. C. commun. divid. *Anton. Faber in* Conſultat. de Montisferrat. Ducat. part. 1. fol. 41. *Joan. Regulus in* Exam. quæſt. an Princeps Imperii Rom. hæres vel ſucceſſor inſtitutus ſub condit. vel onere re-
379 lig. &c. fol. 11.

(β) Supra docuimus] *lib. 2. cap. 2. & ſeq.*

(γ) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem. lib. 5. fol. 48. Boregk in* Chronic. Bohem. fol. 48. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 14. *Sed Hagecius id ab Heinrico I. Cæſare factum eſſe memorat in* Chron. Bohem. anno 923.

(δ) Rer. geſtar. monument.] *Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. anno 949. *Funccius in* Chronolog. anno eod. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 135. *Calviſius in* Chronolog. anno 949.

(ε) Dithmarus] *de Reb. geſt. Saxon. lib. 6. Reineccius in* præfat. ibid. *Heigius* Illuſtr. quæſt. part. 1 q. 3. num. 45.

(ζ) Cognatione attingebat] *quippe natus Comes VValbeccius & Marggravius Bernburgenſis.*

(η) Adelboldus] *in Vita S. Henrici Imp.* anno 1002. fol. 438. *adde annum 1003.* & ſeqq. *Vide ſu-* F
pra lib. 2. cap. 4. §. 2. §. 4 & ſeq.

(θ) Contractus] *in Chronic. anno 1041.*

(ι) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem. lib. 7. fol. 57.*

(κ) Aventiuus] *in Annal. Bojor. lib. 5. fol. 427. Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 175 anno 1055. *iſt Hertzog Bretzel zu Behem geſtorben, und hat Keyſer Henrich deſſelben elteſten Sohn* Spitigneum *mit dem Hertzogthumb Behem belehnet.*

A riographus Bavaricus: *Spitigneo Bojeniæ Ducatum in fidem tutelamque commendat: nam hiſce diebus pater illius Vratulaus obierat.* Factum id anno MLV. quo Bretiſlaus vitam cum morte commutavit.

13. Anno MXCIX. ſcribit Coſmas (α) Epiſcopus Pragenſis. Heinricum IV. Imp. Comitia Ratiſponæ celebraſſe, in quibus Bretiſlaus Dux *hoc obtinuerit precibus apud Cæſarem, ut ejus fratri Borivoyo vexillum daret, & eum Boëmis omnibus, qui cum eo venerant, aſſignaret, quo poſt obitum ſuum, fratrem ejus Borivoyum ſublevarent in ſolium.* Et Dubravius (β) de hiſdem Comitiis: *Actum inter alia negocia publica, ut Bretislaus* 380 *ſolemni Principum Electorum more, Cæſareæ Majeſtati ſolitum honorem haberet. Allata mox vexilla Regni & Provinciarum, quarum Dominus ac Princeps erat Bretislaus,* B *ipſeque Cæſar corona & ſceptro ornatus in throno Cæſareo ſublimis reſidens, regalia per vexilla Bretislao tribuebat.*

14. Anno MCXXVII. dicitur Sobieslaus Ducatum Bohemiæ a Lothario II. Imp. in feudum recepiſſe. (γ)

15. Anno MCXXXVIII. Conradus III. Imp. Comitia Bambergæ celebravit, in quibus, intercedente apud Cæſarem Sobieslao Duce, nepos ejus ex fratre Vladislaus cum Ducatu Bohemiæ, tamquam futurus ſucceſſor, per vexillum deſignatur & inveſtitur. Et anno MCXL. quum idem Vladislaus defuncto patruo Sobieslao ſucceſſiſſet, ad eundem Cæſarem profectus ſolemniter ab eo inveſtitur, *mit dem panier deß Bœhmiſchen Fürſtenthumbs*, inquit Hagecius. (δ)

C 16. Anno MCLIV. miſit idem Vladislaus Dux Danielem Epiſcopum Pragenſem, ad electum Imperatorem Fridericum I. Auguſtum, pro confirmatione regalium, & feudi conceſſione. (ε)

17. Anno MCLXXVIII. ſcribit Boregkius (ζ) Fridericum Bohemiæ Ducem, proſcripto & abdicato Sobieslao, a Friderico I. Imp. fuiſſe cum vexillis inveſtitum. Verba ejus hæc ſunt: *Wurden Friderico die regalia und Lehen über Bœhaim durch die fahne, wie gebræuchlich iſt, überreichet.* Sed Dubravius, (η) quem ſequitur, ita ſcribit: *Ideo præſentis Friderici ratio ibi habita, ad eumque Principatus Bohemia per vexilla, more ſolenni, delatus eſt. Sed quia deerant armati milites, qui eum Pragam deducerent, profectio in aliud tempus dilata fuit,* &c.

D 18. Anno MCXCI. narrat Dubravius (ϑ) de Heinrico Epiſcopo Pragenſi in Ducem a Bohemis aſſumpto: *Ea conditione dare ſe illis manus, reſpondit, ſi Cæſar voto illorum ſubſcripſerit. Atque inde ad Cæſarem profectus, ut more ſolemni Principis perſonam in-* 381 *dueret, non aliter ei ſunt vexilla de manu Cæſaris porrecta, niſi ut ſummam pecuniæ, quam ſe repræſentaturum Venceslaus Cæſari ſpoponderat, ipſe ære ſuo expungeret.* Erat Cæſar iſte, Heinricus VI. Friderici I. filius.

19. Anno MCCLXXVII. refert Matthæus Mareſchalcus de Bappenheim: (ι) *Cum Rex Bohemiæ* (Ottocarus) *terram prædictam* (Auſtriam) *defendere non poſſet, exercitus aut Regis Romanorum* (Rudolphi I. Imp.) *cum ingenti exercitu Comanorum & Ungarorum veniſſet, demum per arbitros, videlicet Dominum Berchtoldum* (ex Principibus E Hennenbergenſibus) *Herbipolenſem Epiſcopum, & Illuſtrem Ludovicum Palatinum Rheni, ex parte Regis Romanorum; & Dominum Brunonem* (ex Comitibus Holſato-Schaumburgiis) *Epiſcopum Olmucenſem, & Virum Strenuum Ottonem Marchionem de Brandenburg* [*Juncker Otten Marggraffen von Brandenburg*] *ex parte Regis Boëmiæ, arbitrando hac forma eſt definitum, quod Rex Romanorum Regem Ottakarum terris ſuis, videlicet Boëmia & Moravia tantummodo, reſignatis reſiduis aliis ſeptem terris* [ſcilicet Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniola, Portu Naonis, Marchia Venedorum & Tarviſiña] *infeudaret,*

(α) Coſmas] *in Chronic. Bohem.* lib.3. anno 1099. *ex quo Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1098.

F (β) Dubravius] *in Hiſtor. Bohem. lib. 9. fol. 70. & ex eo Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 110. *Porro Borivoyum iſtum Moraviæ in Brunna & Znoyma Marchionem, alii* Borivorium, *alii* Borzivvogium *appellant. Et* Bretislaus *id eſt, qui alias* Bratislaus, Braslavus, Uratislaus *&* Wratislaus. *Sed ad Bretislai ſeu Brelai nomen propius accedunt* Breslavv. *in Soleſia, quæ* Uratislavia; *&* Presburg *in Hungaria, quæ* Uratislaoburgum, *olim* Piſonium *dicitur.*

(γ) *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 6. *Lehmannus* lib. 5. Chronic. Spirenſ. cap. 74. fol. 575.

(δ) Hagecius] *in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1138. *& iterum* anno 1140. *Dubravius in* Hiſt. Bohem. lib. 9. *Boregk. in* Chron. part. 1. fol. 144.

(ε) *Hagecius in* Chronic. Bohem. anno 1154.

(ζ) Boregk] *in Chron. Bohem. part. 1. fol. 172. in fin.*

(η) Dubravius] *lib. 13. Hiſtor. Bohem. fol. 105.*

(ϑ) Dubravius] *in Hiſt. Bohem. lib. 14. fol. 114. Boregk in* Chron. fol. 187.

(ι) Bappenheim] *in Hiſtor. Auſtral. part. 2. anno 1276.*

infeudaret, quod ita factum eſt. Nam Rex Boëmiæ in caſtris Regis Romanorum, cum A
xxxvi. vexillis ante Viennam circa Danubium, flexis coram eo genibus in præſentia mul-
torum Principum ſpiritualium ac ſecularium, terras ſuſcipiens ſupradictas [ſc. Boemiam
& Moraviam) Regique Romanorum deinceps obedire & aſtare fideliter juratus promiſit.
Tunc primo Vienna & aliæ civitates ad reſignationem Regis Ottakari, Regi Romanorum
ſunt apertæ. Sane inter cætera ad confirmationem inter eos veræ ac perpetuæ amicitiæ,
a ſupradictis Principibus extitit arbitratum, ſub hac conditionis forma, quod ſupra dicti
duo Reges quatuor pueros (id eſt liberos) ſuos legitimali thoro ad invicem copularent.
quibus Rex Romanorum xx. millia marcarum in dotem promiſit, pro quibus titulo obli-
gationis Auſtriam fere mediam a parte Moraviæ uſque ad Danubium, exceptis Crems &
Steirn oppidis, * qua legatione eſt Regi Boëmiæ commiſſa. Æn. Sylvius (α) Conſiliarius B
Cæſareus rem ita narrat: Rodolphus Habsburgi Comes, qui Magiſter Curiæ Othocari fuiſ-
ſet, Chriſtianæ Reipublicæ præfectus eſt. Is miſſis ad Othocarum Legatis, Auſtriam &
Carinthiam, cæteraſque vicinas Italiæ provincias, tanquam juris Imperii, repetit, quan-
do nec Auſtria muliebre feudum eſſet, nec Carinthiam injuſſu Cæſaris Ulricus venundare
potuiſſet. Renuit Othocarus, & Imperatori, qui aliquando ſibi serviviſſet, impacato re-
ſpondit animo. Sed intervenientibus amicis, ea lege reconciliati ſunt, ut Auſtria Impe-
ratori cederet: exin datis acceptiſque filiabus, affinitas utrinque jungeretur: provinciæ,
de quibus lis eſſet, dotales fierent. Adeptus Auſtriam Rudolphus, Othocarum in verba
ſua jurare, more majorum, expoſcit. Id ſuperbo Regi gravius viſum, tanquam ex do-
mino ſervus fieret. Exoriuntur novæ lites, exin bellum indicitur. Quumque jam duo C
exercitus ad mille paſſus alter alteri proximus conveniſſent, veritus Othocarus Rodolphi
potentiam, injuſtamque belli cauſſam animo voluens, Legatos mittit, qui ſe juraturum
dicant, ſi modo intra tentorium Imperiale honoris ſui cauſſa fieri Rodolphus velit. Acci-
382 pit conditionem Imperator potius, quam belli fortunam experiatur. Suggeſtum in tento-
rio ſublime paratur, ibique aureum ſolium eminentiori loco erigitur. Rodolphus diade-
mate & Imperialibus inſignibus conſpicuus, conſidentibus Electoribus Imperii, cæteris
Baronibus circumſtantibus, advenientem Regem ſedens expectat. Ille cum paucis Regni
ſui Optimatibus ingreſſus, conſcenſo ſuggeſto, ad pedes Imperatoris genua flectit: proinde
ex veteri conſuetudine, admotis ſacroſanctis, jurejurando ſe adegit. Interea tentorium ar-
te compoſitum, a ſummo uſque deorſum in quatuor proſciſſum partes, decidit. Regemque, D
ut erat in alto loco ad Imperatoris genua ſupplex, videndum exercitibus præbuit. Al-
bertus Krantzius: [β] Odoacer Rex vocatus ad Imperii cœtum venire contempſit, palam
dictitans, Regem Bohemiæ nihilo eſſe minorem Romanorum Imperatore. Magnitudo enim
ditionis, quam tenebat a Carinthia, Carniolaque per Bavariam, Bohemiam, Sleſiam &
Pruſſiam, animos faciebat. Rodulphus Comes de Habſpurg præerat Imperio, qui quum
pridem Regis Odoacri Curiæ Magiſter fuiſſet, minoris a Rege pendebatur. Miſit ergo Im-
perator legationem Regi, Auſtriam, Carinthiam, cum cæteris Romani Imperii provinciis
repoſcens, quando nec Auſtria muliebre feudum eſſet, nec Vlricus provincias illas injuſſu
Imperatoris vendere poterat. Recuſat Rex, & armis tueri parat, quod legitimo accepiſ-
ſet titulo. Et poſtea ſubjungit: Rex in verba Imperatoris, ut Imperio ſubditus, jurare E
urgetur. Serio negat, quod tanti Regni Majeſtatem non pateretur inclinare ulli morta-
lium. Imperator ab Imperii juribus diſcedere non patitur. Novum bellum &c. Rex
tamen, miſſis Oratoribus offert ſe juraturum, ſi modo honoris ſui ratio habeatur, liceat-
que intra tentorium coram paucis præſtare jusjurandum. Accipitur conditio, inſtruitur
tribunal apparatu magnifico: ſed Imperator in Majeſtate, ex latere, qui aderant, Ele-
ctores, aliique Magnates. Procedit Rex Bohemus cum paucis, ſuggeſtum petit, pedibus
provolvitur Imperatori: juramentum, quod exigebatur, hominii & fidelitatis de more
præſtat. Interea ex compoſito, dum ille jaceret, ad pedes Imperatoris, quatuor parti-
bus diſciſſum corruit tentorium. Sic enim paratum fuit, ut innoxie caderet, & pateface-
ret cunctis, quod geri putabatur in occulto. Ioannes Dubravius: [γ] Indictus ab eo (Ru- F
dolpho I. Cæſar.) conventus, ut omnes Imperio ſubjecti Noribergam ad exhibendum novo
Cæſari officium debitum & obſequium conveniant, rurſus Othogarus venire contempſit.
At Rudolphus de Principum ſententia primum Auſtriam ab eo, tanquam Imperii provin-
ciam, quam mulier abalienare, aut dotis aut alio quovis titulo non potuerit, repetit,
dein Carinthiam etiam atque Stiriam, quas æque Udalrico Duci ſine Cæſaris aſſenſu ven-

 dere

(α) Sylvius] in Hiſtor. Bohem cap. 27.
(β) Krantzius] lib. 7. VVandal. cap. 30.
(γ) Dubravius] Hiſt. Bohem. lib. 17. fol. 141. & ſeq.

A *dere minime licuit, quum utraque ad Imperii feudum pertineat. Hoc inſuper appoſuit,*
ut in verba ſua (pro Regno Bohemiæ & Moraviæ) *more majorum juraret. Cum nollet*
parere, proceſſum eſt in contumaciam, & bellum decretum contra Othokarum. Subji-
cit deinde longam narrationem de rebus in actu inveſtituræ geſtis, quam, quia cum ſu-
perioribus conſentit, adſcribere ſuperſedimus. At Joannes Aventinus (α) minime
prætereundus, cujus hæc ſunt verba non in eleganter ſcripta: *Ottocarus, ut quiete Boje-*
miam atque Moraviam poſſideret, neve fortunam laceſſeret, ultro offerenda, quæ alio- 383
qui amiſerat, ratus, Ludovico Duci Bojorum cognato ſuo, generoque Rudolphi Cæſaris,
communi utriuſque amico, copiam tranſigendi facit. ejus ſuaſu ut clientem decet, ita li-
teras ad Cæſarem dat: Sereniſſimo Domino ſuo Rudolpho Romanorum Regi ſemper Augu-
B *ſto, Ottocarus Dei & illius gratia Rex Bojemiæ, aperit, ſe poteſtatem paciſcundi Ludo-*
vico Palatino Rheni, Duci Bojariæ, conſanguineo ſuo, dediſſe. Hæ igitur pacis condi-
tiones dictæ fuerunt: captivi poſtliminii jure utrinque reſtituti: obſides, quos initio bel-
li Ottocarus in Bojemiam abduxerat, Auſtriacis redditi: Auſtria, Stiria, Carni, Clario-
nes, Liburni, Hiſtri, Venedi, Imperio atque Rudolpho redditi: Vgris a Bojemis inter-
cepta, promiſſa: filia Cæſaris Wenceslao filio Ottocari deſponſa. Sequitur dein: *Ottocarus*
trajecto Hiſtro cum pluribus Regio luxu Comitibus in caſtra extra Viennam proceſſit:
ibique auro, argento, gemmis prænitescens in corona purpuratorum & populi, qui fre-
quentes ſpectatum eo convolarant, Rudolpho cærulea tunica, quam Teutones camelon
(ſchamlot) *vocant, & in ſuggeſtu conſidens, genu ponit, in verba ejus jurat, ab eodem*
C *Bojemiam atque Moravos cum* XXXVI. *ſignis in fidem accipit.* Sebaſt. Munſterus: (β)
Anno Domini MCCLXXIV. *Rege Rudolpho curiam Nurnbergæ indicente, factus eſt maxi-*
mus Principum conventus, qui ſe Regis Imperio ſubjecerunt. Aberat Rex Bohemiæ, qui
poſtea ad Auguſtam ſolenniter eſt citatus. Cumque perſeveraret in ſua rebellione, Rex
Rudolphus deſtinavit ad eum Illuſtrem Henricum Burggravium Nurnbergenſem, monuit-
que, ut ablatos Ducatus Auſtriæ & Stiriæ Regno reſtitueret, a quo in feudum non reco-
gnoviſſet, repetit & Carniolam, aliaque ad Imperium pertinentia. Veniens autem Burg-
gravius ad Regem Ottocarum cum mandatis, nil præter contemptum impetravit. Affir-
mabat enim Rex, nullam ſe Rudolpho obedientiam facturum, nec aliquid ab eo recogni-
turum. Rudolphus ergo Rex cum ingenti exercitu ad Auſtriam properavit. Et licet Au-
D *ſtrales Ottocaro juraſſent, tamen Rudolphus veniens honorifice eſt ſuſceptus, dimiſſo Otto-*
caro &c. *Tandem per arbitros inter eos ſine Marte concordatum fuit, quod Rex Roma-*
norum Regem Ottocarum Bohemia & Moravia tantummodo infeudaret, & quod Rex
Bohemiæ reſiduas ſeptem terras reſignaret. quod & factum eſt. Nam Rex Ottocarus pu-
blice, flexis genibus, terras ſuas ſuſcipiens juravit more ſolito. Colmarienſis Monachus
Dominicanus: (γ) *Venit Rex Bohemiæ cum veſtibus deauratis, & gloria Regia fulgente,*
procidit ad pedes Regis Romanorum, humiliter ab eo ſua regalia mendicavit &c. *Tunc*
Rex Romanorum Regi Bohemiæ, Regnum, necnon & regalia conceſſit, & ſe amicum
ſuum intimum omnibus aſtantibus intimavit. Apud Georg. Calaminum (δ) ſic Baro
Roſenbergius Bohemus aſſatur Baronem Haſelbachium Auſtriacum:

E *Et tria reſervat, bina ſaltem ſupplici*
Vexilla reddit; ſigna regionum ſacra.

Reſpondet Haſelbachius:

Notat hoc: Quiritum jure quod ſint ſingula.
Solum Bohemos ac Moravos gratia.
Confert præcanti Cæſar: Auſonidis genu
Et Styrus, & nos cum Carinthis flectimus. 384

Ait, *Quiritum*, id eſt, Romanorum, ſcilicet Imperatorum. Nam & *Auſonidis* dixit
pro Romanis, ſcilicet Regibus & Imperatoribus. Alludit enim ad controverſiam A-
zonis & Lotharii, præſtantiſſimorum juris interpretum, coram Heinrico VI. Impera-
F tore Bononiæ diſceptatam, qui ſecundum Lotharium, ſingula Imperatoris eſſe aſſeren-
tem, pronuntiavit, equove donatum Equeſtri dignitate cohoneſtavit. Cujus contro-
verſiæ meminit ipſe Azo in *Summ. Cod. tit. de juriſdict.* Jacob. Magnus in *Sophologi. lib.*
6. cap. 18. Alciatus *lib. 1. Paradox. cap. 1.* Scip. Gentilis *lib. 1. de Juriſdict. cap. 12.* Bron-
chorſt

(α) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 7. fol. 570.*
(β) Munſterus] *lib. 3. Coſmograph. in Auſtria.*
(γ) Colmarienſis] *in Annal. part. 2. anno 1275.*
(δ) Calaminus] *in Rudolphottocar. tragœd. act. 1. ſcen. 1.*

chorſt. *lib. 1. Εὐαγγισφαν. cap. 15*, Bellonius *lib. 1. Supputat. cap. 1.* Marc. Lyclama *lib. 5. Membranar. cap. 8.* Sed ad Inſtitutum. Wolfgangus Lazius, (α) Hiſtoriographus Cæſareus: *Præſules Henricus Baſilienſis & Bruno Olomucenſis, ſuorum quiſque dominorum ab arcanis, alternis agendo, Regis animum tandem permulſerunt, ut dimiſſis Auſtriacis Imperio provinciis, quas nullo jure contingebat, de Bohemicis novo Cæſari homagium faceret, ac juramentum ſolenne præſtaret.* Sed quia infinitum foret ſingula ſingulorum teſtimonia adſcribere, agmen hoc claudat Theodoricus Pieſpordius, (β) Secretarius Burgundicus: *Ottocarum*, inquiens, *Bohemiæ Regem, nolentem volentem, Auſtriam, Stiriam, Carinthiam, Carniolam, Vindorum & Tarviſianam Marchias, aliasque provincias vicinas, quas in Interregno quacunque arrepta occaſione ab Imperio diſtraxerat, reddere, & in verba ſua jurare: Boemiam etiam cum Moravia Imperij beneficio recipere compulit.* Et poſtea ſub ſchemate Imperatoris Ottocarum inveſtientis: *Ottocarus Rex Boëmiæ, Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & aliarum ditionum violentus poſſeſſor, Rudolpho in inſula Danubij Camberga ſub tentorio, genu flexo, fidem præſtat, præfatis ditionibus omnibus cedit, & Boëmiam cum Moravia ab eodem Imperij beneficio recipit.* Unde etiam in literis ſuis fateri ſolebat, ſe Dei & Imperatoris gratia in Bohemia regnare. Sic enim Bappenheimius: (γ) *Frequenter prædicto Romanorum Regi ſcribebat verba pacifica in hunc modum, ſed in dolo: Sereniſſimo Domino ſuo Rudolpho Dei gratia Romanorum Regi ſemper Auguſto, Ottocarus Dei & ſui gratia Boëmiæ Rex.* Et hæc teſtimonia ideo placuit tam fuſe & prolixe apponere, ut nobis fidem faciant, non Regium duntaxat titulum, non Electoralem modo dignitatem, ſed ipſam Boemiam, ipſam Moraviam, eſſe Imperio noſtro feudi jure obnoxiam, id quod & noſtri interpretes (δ) Hiſtoricis (ε) conſentientes communi calculo approbant: dein nullam injuriam aut vim injuſtam Ottocaro Regi factam fuiſſe, quum Imperator, Electores atque Ordines Imperii ab eo Principatus injuſte occupatos repeterent; jura feudalia Regni nomine præſtanda repoſcerent, contumacem damnarent; rebellem proſcriberent, bella parantem bello compeſcerent.

A (line 1), B (line 15), C (line 27)

20. Anno MCCLXXVIII. ſcribit Sebaſt. Francus, (ζ) cæſo Ottocaro Rege, fuiſſe Bohemiæ Regnum genero Wenceslao Ottocari filio, Ducatum vero Auſtriæ Alberto filio, a Rudolpho I. Cæſare, feudi jure conceſſum & collatum.

21. Anno MCCCIX. refert Balduinus (η) Protonotarius Imperialis de Heinrico VII. Imp. *Edicta curia Regia, ac Parlamento ſolemni in civitate Spirenſi* &c. *Ad quam Curiam Regiam menſe Auguſti celebrandam convenerunt Principes Regni devoti. Et in ipſa Curia Regali, & famoſa collecta Nobilium numeroſa, Princeps prædictus Johanni Comiti de Lutzenlburg, filio ſuo unigenito, filiam Illuſtris Principis quondam Regis Bohemorum, matrimonialiter affœdavit, ac ipſum in Regem Bohemiæ creavit in præſentia Principum: & eundem Johannem, recepto ab eo fidelitatis homagio, ſub elatione LX. vexillorum, feudo ſuo ipſum inveſtivit.* Dubravius: (θ) *Nuptiæ Spiræ, ſimulque ſolemnia Principatus, quæ fieri per vexillorum traditionem ſolent, a Cæſare celebrata.* Calviſius: (ι) *Henricus Imp. ſollicitatus a Statibus Bohemiæ, ut Regnum Bohemiæ in feudum concederet Eliſabethæ relictæ filiæ Regis Bohemiæ, conſilio habito Eliſabetham filio ſuo connubio jungit, & filium Regem Bohemiæ creat, id eſt,* inveſtit.

D (line 37), E (line 47)

22. Ca-

(α) Lazius] *lib. 1. comment. in genealog. Auſtriac. cap. 11. fol. 178.*

(β) Pieſpordius] *in ſtemmat. Principum Habſpurgi-Auſtriac. in ſchem. 4. in Rudolpho I. Imp.*

(γ) Bappenheim] *in d. Hiſt. Auſtral. anno 1278.*

(δ) Interpretes] *Juſt. Lipſius in* Monit. politic. lib. 2. cap. 15. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſſ. 4. cap. 3. n. 35. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 8. concluſ. 88. lit. c. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. concluſ. 24. lit. e. *Thom Lanſius in* Diſput. de Leg. Reg. concluſ. 52. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. q. 1. rat. 6. *Æmil. Chreggrene in* Velit. de Sept. S. Rom. Imp. Official. n. 13.

(ε) Hiſtoricis] *Albertus Argentin. in* Chron. anno 1275. *Author Chronica Coloniens. in* Rudolpho I. Imp. ſol. 238. *Raph. Regius Volaterranus* lib. 7. Geograph. in Boemia, *Wolfgang. Lazius* lib. 1. Commentar. Genealog. Auſtriac. cap. 11. *Joan. Carion* lib. 3. Chronic. *Cuſpinianus in* Commentar. de Cæſarib. Roman. in Rudolpho Habſpurgio, *Hugwald. Mutius in* Chronic. Germ. lib. 21. *Ant. Bonfinius* Rer. Ungaric. decad. 2. lib. 8. *Joan. Sleidanus* de Quatuor ſum. Imp. lib. 3. *David Chytræus in* Chron. Saxon. & vicinar. region. lib. 12. fol. 304. *Martin. Cruſius in* Annal. Suev.

(ζ) Francus] *in Chronic. part. 2. fol. 597. & ante eum Raphael Volaterranus* lib. 7. Geograph. in Boëmia. F

(η) Balduinus] *in Hiſtor. de vita, reb. geſt. & morte Henrici VII. Imperator. quæ penes nos exſtat manuſcripta. Quibuſdam videtur auctor eſſe Albertus Muzatus Patavinus, cujus mentionem faciunt Geſnerus, Simlerus, Jac. Friſius in* Bibliothec. *& Anton. Poſſevinus in* Apparat. ſacro. 386

(θ) Dubravius] *in Hiſt. Boh. lib. 18. fol. 160.*

(ι) Calviſius] *in Chronolog. anno 1310. ex Trithemio.* G

A 22. Carolus IV. [α] Imperator & Bohemiæ Rex teſtatur: *Pater meus* (Johannes
Bohemiæ Rex) *recepit ab ipſo* (Ludovico IV. Imperat.) *feuda ſua tanquam ab Impera-
tore.* Et Albertus Argentinenſis: (β) *Rex Johannes Bohemiæ videns ſe non proficere,
ſe cum Principe* (Ludovico IV. Imperatore) *reformavit, homagium præſtando eidem.*
Nec non Cuſpinianus (γ) Conſiliarius Cæſareus: *Boemiæ Rex, cum inveſtituram a Cæ-
ſare peteret, numquam ſe a Principe diſceſſurum jurejurando promiſit; quod minime præ-
ſtitit.*

23. Anno MCCCCX. quum defuncto Ruperto Palatino Cæſare, Jodocus Marchio
Brandenburgenſis & Moraviæ a quibuſdam eſſet electus in Regem Romanorum, Wen-
ceslaus Rex Bohemiæ Eximperator ad eum converſus, inquit: *Bono ſis animo, Impe-*
B *riumque tibi mandatum alacris ſuſcipe, mihi mea ſatis eſt Bohemia: viris, armis, opi-
bus Regni mei, tanquam tui ut lubet, perinde utere.* [δ]

24. Sigiſmundo Imperatori Bohemos fidem dediſſe publicam, *ſe in poſterum fideles
& obedientes fore tam Romanæ Eccleſiæ, quam Imperio Romano,* auctores quidam atte-
ſtantur. [ε]

25. De Friderico III. Imp. Georgium electum Bohemiæ Regem confirmante & in-
veſtiente, ſic commentatur Abraham Hoſmannus (ζ) Luſatus, Hiſtoriographus Cæſa-
reus: *Es wird auch Keyſer Friderichen das Kœnigreich Bœhmen angebotten. Aber auff-
daſs er ſich trew und danckbar erzeigte dem ſonſt auch erwehlten Kœnige Georgen Bode-
bra, der ihm offtmals in Oeſterreich hülffe bewieſen, und auſs der belagerung errettet hat-*
C *te, ſo ſchlug er ſolches abe, beſtettigte ſeine wahl, und verliehe ihm die Lehen deſs Kœ-
nigreichs Bœhmen, der Marggraffſchafft Mæhren und Lauſitz, deſs Fürſtenthumbs Lu-
tzelburg und der Schleſien, ſeinen ſohn Georgium machte er zum Graffen zu Glogaw* (for-
te *Glatz,*) *die andern zu Hertzogen zu Munſterberg.* Et Boregkius: [η] *Darauff er vom
Keyſer brieff und ſigel erlanget, in welchen der Keyſer bekant, daſs er Kœnig Georgen
das Kœnigreich Bœheim auſs Keyſerlicher macht verliehen, und darauff den untertha-* 387
nen geſchaffet, daſs ſie ihn fur ihren Kœnig und Herrn ſolten erkennen und halten.

26. Anno MCCCCLXXVII. ſcribit Dubravius: (ϑ) *Vladislaus ne interim omitteret red-
dere Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, ſed ab omni parte ut firmum ſtabileque Regnum haberet,
Viennam ad Fridericum Cæſarem profectus eſt, ut de manu ejus vexilla Regni, Provin-*
D *ciarumque ad regnum pertinentium, tanquam Elector Imperij, ſumeret. Quæ res ſum-
ma cum dignitate, parique celeritate, confecta fuit, ita ut facile omnibus appareret, ha-
bitam fuiſſe rationem cognationis, quæ Cæſari cum Vladislao intercedebat, cujus mater e
Domo Auſtriaca, Ladislai Regis ſoror fuerat.* Et Henelius (ι) JC. Sileſius: *Vladislaus
Caſimiri Polonorum Regis filius, de manu Cæſaris vexilla Regni Bohemiæ, Provincia-
rumque ad Regnum pertinentium, ſolenni ceremonia recepit.* Wolſgangus Aytinger (κ)
Clericus Auguſtanus de Vladislao: *Secundo dicitur Rex Bohemorum: quare Pincerna
dicitur, cujus regalia Regni abantea ſuſcepit poſt Georgii hæretici Regis obitum.* Joan.
Herburtus [λ] Regni Polonici Senator: *Wladislaus Rex Boëmiæ Viennam adveniens,
ab Imperatore ſolenni ceremonia vexillo accepto, quo ſe clientem Imperatoris Romanorum*
E *profitebatur* &c. Mart. Cromerus (μ) Epiſcopus Varmienſis: *Ad Fridericum Impera-
torem allegatus Adam Decanus Poſnanienſis, ut ab eo Regni Boëmorum, quod jure feu-
dis, ut vocant, Imperatori Romano eſt obnoxium, confirmationem Wladislao filio Regis
peteret.* Matthias Michovius ν) Canonicus Cracovienſis: *Anno 1477. Wladislaus Rex
Bohemiæ in Auſtriam venit, certificatus de regalibus, quam primum veniret, illi conſi-
gnandis.*

(α) Carolus IV.] *in Commentar. de vita ſua
fol. 102.*
(β) Albertus *in Chron. fol. 127.*
(γ) Cuſpinianus] *in Comment. de Cæſarib. Rom.
in Ludovico Bavaro fol. 466.*
F (δ) *Æn. Sylvius Piccolomineus in* Apoph-
thegmatib. Imperator. *Krantzius* lib. 9. Wandal.
cap. 3. *Cochlæus* lib. 1. Hiſt. Huſſitar. fol. 16.
(ε) *Krantzius* lib. 12. Wandal. cap. 2. *Sebaſt.
Francus in* Chron. part. 2. fol. 553.
(ζ) Hoſmannus] *in Comment. de Elect. & coro-
nat. Cæſarian. in Friderico III. Imp. fol. 317.*
(η) Boregk] *in Chron. Boh. part. 2. fol. 555.
verſ. Es wird auch. Adde Bohuslaum ab Haſſen-
ſtein Baronem* lib. 5. Epiſtolar. *Georg. Lauterbe-
ckium in Regentenbuch, Theobaldum in* Bello
Huſſitic. part. 3. cap. 9. anno 1460. fol. 47. & ſeq.
& anno 1462.
(ϑ) Dubravius] *in Hiſt. Bohem. lib. 31. in princ.* 388
Videantur præterea Boregk in Chron. Bohem. in
Uladislao Rege fol. 574. *Theobaldus in* Bello Huſ-
ſitic. part. 3. cap. 24. anno 1477.
(ι) Henelius] *in Breslograph. cap. 5. fol. 50.*
(κ) Aytinger] *in tract. ſuper Methodii Revela-
tiones cap. 5. part. 3. §. fin.*
(λ) Herburtus] *lib. 16. Hiſt. Polon. cap. 9. in princ.*
(μ) Cromerus] *lib. 28. Rer. Polonic. non longe a
princip.*
(ν) Michovius] *in Chron. Regum Polon. lib. 4.
cap. 72.*

Digitized by Google

gnandis. Altera die adventus, feria ſc. tertia poſt Viti, ſub magna frequentia, in eccleſia S. Stephani, Fridericus Imperialibus indutus, regalia Regi Bohemiæ contulit, & tradendo ſibi vexilla Bohemica, ipſum de Pincernatu Imperiali inveſtivit. Verba ipſius inveſtituræ (α) hæc ſunt: *Wann nun, alſs wir in unſerer Keyſerlichen Majeſt. gezieret geſeſſen ſeyn, für uns kommen iſt der Durchlæuchtig Wladislaus Kœnig zu Bœheim, deſs H. Rœmiſchen Reichs Ertzſchenck und Churfürſt* &c. *mit ſeinen panieren und Landen, zugehœrenden zu der Cron und dem Kœnigreich Bœheim, gezieret mit ſeinem Churfürſtlichen kleid, als ſich gebühret: und hat uns angeruffen und gebeten, daſs wir ihme das Churfürſtenthumb mit der Chur und dem Ertzſchenckenampt deſs H. Rœm. Reichs, zu der Cron zu Bœheim gehœrig, mit ſampt ſeinen Marggraffſchafften, und allen Fürſtenthumen, Landen, Mannſchafften, Herrſchafften, Lehenſchafften, geiſtlichen und weltlichen, ertzen, bergwercken, geleiten, wildbanen, waydnereyen, zollen, ehren, rechten, würden, zierden, hohen und niedergerichten, gerichtszwængen, und allen andern herrligkeiten, rechten und gerechtigkeiten, zu der gemelten Cron Bœheim gehœrende, zu Lehen zu verleyen genædiglich geruheten* &c. A B

27. Ferdinandus I. in Inſtructione (β) data Legatis ad Ordines Regni Bohemiæ anno MDXXVI. poſt mortem Ludovici Regis a Turcis cæſi amandatis pro ſe in Regem aſſumendo: *Uber das empfienge dieſes Kœnigreich die Lehen von dem Rœmiſchen Reich* &c.

28. Carolus V. Imperator in Diplomate (γ) ſuper inveſtitura Ferdinando Regi Bohemiæ facta Ratiſponæ in Comitiis Imperii anno MDXLI. *Wann nun, als wir mit etlichen unſern und deſs H. Reichs Churfürſten, Fürſten und Stænden, ſo dazumal in treſflicher anzahl perſœnlich bey uns geweſen, geſeſſen, in eigener perſon für uns kommen iſt der Durchlæuchtigſt, Groſsmæchtigſt Fürſt, Herr Ferdinand, Rœmiſcher, zu Hungern und Bœheim Kœnig* &c. *unſer und deſs H. Reichs allergeheimſter Raht, Ertzſchenck und Churfürſt, und hat uns mit fleiſs angeruffen und gebeten, daſs wir S. L. das Churfürſtenthumb mit der Chur, und dem Ertzſchenckenampt deſs H. Rœm. Reichs, zu der Cron zu Bœheim gehœrig, ſampt ſeinen Marggraffſchafften, und allen Fürſtenthumben, Landen, Mannſchafften, Herrſchafften, Lehenſchafften geiſtlichen und weltlichen, ertzen, bergwercken, geleiten, wildbanen* &c. *zu der gemelten Cron Bœheim gehœrend, zu Lehen verleyen* &c. C

29. In Actis Conventus Electorum & Principum Imperii Pragæ an. MDCX. congregatorum, de Matthia Rege Hungariæ & Archiduce Auſtriæ &c. ſtatuitur: (δ) *Daſs dieſelbe (Kœnigl. Würd. zu Hungern) das cedirte Kœnigreich und Lænder pro mero beneficio von Ihr. Keyſ. Majeſt. recognoſciren, Ihr. Keyſ. Majeſt. vor das Haupt der gantzen Chriſtenheit, vor das Haupt und eltiſten deſs Hauſes Oeſterreichs, auch inner und auſſerhalb Landes, wegen der cedirten Lænder, nicht anders als für dero Lehenherrn und Vatern, mit aller ſubjection honoriren, deroſelben geleiſte Lehenspflichte, und was dieſelbe als ein Lehenmann ſchuldig, trewlich und wie ſichs gebürt, vollziehen, auch die Lande dahin halten wolle, daſs ſie der Keyſ. Maj. under dero gehorſam getrew und hold verbleiben ſollen.* (*) Et ipſe Rex Matthias in Requiſitione inveſtituræ (ε) Regni Bohemiæ Rudolpho II. Imp. oblata Pragæ anno MDCXI. *Weil es an dem, daſs uns nunmehr, als* D E

389

(α) Verba inveſtituræ] *apud Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. in Beylag. n. 27. *& in noſtris Beylag.* Germanicis ſub anno 1477.

(β) Inſtructione] *in Actis aller handlungen zwiſchen Kœnig Ferdinanden und etlichen Perſonen, Herren-Ritter-und Bürgerſtands der Cron Bœheim, de an. 1548. & apud Hortlederum in* Actis *von dem Teutſchen Krieg* part. 2. lib. 3. cap. 83. *necnon apud Doct. Eyſen in* Deduct. Boh. n. 9.

(γ) Diplomate] *quod editur in* Beylagis Germanicis ſub anno 1541.

(δ) De Matthia ſtatuitur] *in Punctis, ſo der Vertrags Notel zwiſchen Ihr. Keyſerl. Maeſt. und deroſelben Brudern Kœnigl. Würd. zu Ungern auffgerichtet,* inſerirt *werden ſollen,* num. 4. *in Henrici Julii Ducis Brunſuicenſis Grundlichen und warhafftigen Bericht, wegen der zwiſchen der Rœm. Kayſerl. Majeſt.* Rudolphi II. *und der Kœnigl. Würd. zu Ungern,* Matthiæ *&c. getroffener vergleichung, &c.* fol. 63. lit. F.

(ε) Requiſitione inveſtituræ] *quæ editur in* Beylagis Germanicis ſub anno 1611.

(*) Hoc caput plurimis ſcatet erroribus. „ Unum in exemplum adferam; allegat Goldaſtus „ Acta Electorum in Conventu Pragæ An. 1610. „ habito inter Rudolfum Cæſarem & ejus fratrem „ Matthiam. Ex iis actis probare contendit, cer- „ tum eſſe *Bohemiæ ab Imperio* dependentiam. „ Ridiculum hoc conſectarium eſt, & prorſus a „ terra ad cœlum petitum, non ſecus, ac ſi quis „ medium ſe paci vel bello offerat, ex eo domina- „ tionem obventuram ſtultiſſime putet. Adde „ quod Rudolfi & Matthiæ diſcordiæ non velut in- „ ter Reges, ſed ut inter fratres componi debue- „ rint, quos Electores conciliare ſtudebant. Hæc „ Balbinus Auctori noſtro objicit *lib. III. Miſcell.* „ *c. 22. §. 3.* Verum minus recte, ſi quid video; lege & relege ipſa Actorum verba, & mecum procul omni dubio ſenties. F

A *regierendem und gecrœntem Kœnig, altem herkommen gemæſs, das Churfürſtenthumb mit der Chur und Ertzſchenckenampt deſs H. Rœm. Reichs, zu der Cron Bœheim gehœrig, ſampt ſeinen Marggraffſchafften, und allen Fürſtenthumben, Landen* &c. *zu der bemelten meiner Cron gehœrig, zu Lehen verleihen unnd gereicht werden ſolten;* &c.

30. Quæ exempla uſquedum a nobis prolata clare & manifeſte docent, nullum pro Rege Bohemiæ habendum, niſi prius ab Imperatore ſive indultum acceperit, ſive inveſtituram. Id quod non jure duntaxat communi, ſed & præcipuis quibuſdam Cæſarum noſtrorum conſtitutionibus cautum eſt. Exſtat conſtitutio Friderici II. [α] Imp. de Privilegiis Regis & Regni Bohemiæ, data Baſileæ anno MCCXII. in qua ſancitur: *Volentes, ut quicunque ab ipſis in Regem electus fuerit, ad nos vel ſucceſſores noſtros acce-*
B *dat, regalia debito modo accepturus.* Confirmata (β) hæc conſtitutio a Carolo IV. Imp. Pragæ anno MCCCXLVIII. Pro quorum verbis Rex tenetur, ſi expoſcat Imperator, ſe præſentem S. Cæſar. Majeſtati ſiſtere, & feuda Regni more modoque debito publice ac ſolemniter recipere. Adolphus (γ) Cæſar in Reſcripto Francofurti dato anno MCCXCII. *Volumus tamen & annectimus hanc formam, ut Rex illuſtris jam prædictus, cum commode noſtri præſentiam habere poterit perſonalem, perſonaliter nos accedat, jura ſuorum feudorum, prout mos poſtulat, accepturus.* Et in Indulto ibidem conceſſo: *Volentes tamen, ut cum commodius noſtris poſſit præſentari conſpectibus, a nobis perſonaliter ſuſcipere debeas feuda memorata.* Sed hæc cum jure communi & ſtylo Cancellariæ conveniunt.

31. Illud Regis Bohemiæ proprium eſt privilegium, ut feuda ſua non teneatur ſuſ- 390
C cipere, niſi in locis determinatis. Qua de re exſtat conſtitutio Friderici III. (δ) Imp. data Neapoli Auſtriæ anno MCCCCLXII. in qua decernitur hunc ad modum: *Quod Rex Bohemiæ inveſtituram & regalia ſua ſuſcipere non teneatur, niſi in metis vel finibus Regni ſui, aut finitimis locis, decem vel quindecim miliaribus Almanicis, a Regno ſuo & Dominiis ſuis, diſtantibus.* In Actis rerum a Friderico III. Imp. geſtarum (ε) legitur: *Deſſelben ſarts Freytag nach* Jacobi *iſt der Rœmiſche Keyſer zu Wien auſsgezogen gen Beyern, und hat daſelbſt geliehen dem Kœnig van Bœheim ſeine regalia an S. Peters tag ad Vincula: deſs die leute vaſt vervvundert, daſs ein Rœmiſcher Keyſer einem ſo ſchlechten Herrn, als derſelb van Behem vvar von geburt, nachziehen ſolt, auff ein frembdes erdreich. Wann der von Behem vvar nicht geboren van Fürſtlichen ſtamm, ſondern er vvar ein Herr von Mahren*
D *genannt von der Künſtatt.* &c. Caroli V. Imp. in Atteſtatione (ζ) de requiſita & petita a Ferdinando I. Rege inveſtitura, ſub dato Coloniæ anno MDXXXI. *Als der Durchleuchtig*

(α) Conſtitutio Friderici II.] *apud Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. in Beylagis num. 16. & num. 29. *Sed contrariam plane habet verſio Bohemica apud Hagecium, & Germanica Sandelii apud Georg. Beuium, ubi hunc §. ita reddiderunt: VVir verleihen dem Kœnig zu Bœheim, und allen ſeinen nachkommenden, damit vvann ihrer einer von den einvvohnern gevvehlet vvorden, nicht mehr zu uns*
E *oder künfftigen Rœmiſchen Kayſern erſcheinen, und die Kœnigliche Cron nach dem brauch und der gebür zu empfahen ſchuldig ſeye. Ecce quantum interſit ipſos fontes adire, ipſa authentica originalia ſeu apographa inſpicere, ſine quibus hæc ſive pudenda imperitia, ſive impudens fraus, a nobis deprehendi non potuiſſet.*

(β Confirmata] *apud eundem Doct. Eyſen in* d. num. 19. *& Henelium in* Sileſiograph. in append.

(γ) Adolphus] *eduntur hæc duo reſcripta in*
F Appendice *hujus noſtri tractatus*, ſub anno 1292.

(δ) Conſtitutio Friderici III. Imp.] *apud eundem Eyſen* num. 21.

(ε) Actis rerum a Friderico] *vulgo, im Buch, darinn Keyſer Friederichs des dritten Handlung beſchrieben. Ex quo hunc locum producit Richard. Streinius Baro Auſtriacus in* Informatione *uber deſs Hauſes Oeſterreich erblichen* Succeſſion *in der Cron Bœheim, &c. Quod autem Relator iſte tam deſpecte loquitur de Illuſtri Georgii Regis familia,*
G *repugnat ejuſdem origini, quam a vetuſtiſſimis Comitibus de Berneck & Nigda deducunt Spangenberg im Adelsſpiegel, Boregk in* Chron. Bohem. fol. 542 in fin. *Theobaldus in* Bell. Huſſit. part. 3. cap. 5. fol. 27. *ubi Nidda legitur, pro quo alii habent Nidgavv.* (*) *Non minori contemptu etiam Matthiæ Corvini Hungariæ Regis genus diffamatur, quem tamen volunt Illuſtri VValachorum gente fuiſſe oriundum. Hinc illa Æneæ Sylvii exclamatio in Hiſt. Bohem. cap. ult.* Mira rerum mutatio, & novus ſyderum influxus. Duo potentiſſima Regna (*Bohemia & Hungaria*) eodem tempore Rege (*Ladislao Auſtriaco*) orbata, ex nobiliſſimo atque altiſſimo ſanguine ad mediocris generis homines (*Georgium Podiebracium & Matthiam Corvinum*) pervenere. Sic Deo placuit: ludere Fortunam dixiſſet antiquitas. Nos divinæ providentiæ cuncta tribuimus. *Recte, ô Sylvi: nam eadem providentia etiam ipſe non diu poſt in ſummam Sedem Apoſtolicam exaltatus es, ipſis Impe-* 391 *ratoribus ac Regibus, quibus antea famulabaris, tremendus factus.*

(*) Adſtipulatur hoc in negotio Goldaſto Balbinus *lib. VII. Miſcell. Sect. IV. in vita Georgii Podiebradii*, ubi Genealogiam ejus multis examinat & illuſtrat.

(ζ) In Atteſtatione] *quam edimus in* Beylagis Germanicis in anno 1531. *Nondum erat Ferdinandus de Regno Bohemiæ inveſtitus, quum Electoribus pro creando Romanorum Rege Comitia Co-* *lentiam*

leuchtig Fürſt, Herr Ferdinand zu Hungern und Bœheim Kœnig, für uns jetzo erſchienen A *iſt, und uns zu erkennen hat geben, daß S. L. begierig und vvillig vvere, das Kœnigreich und die Cron Bœheim, vvo vvir an den enden vveren, als deß berührts Kœnigreichs und der Cron Bœheim, ſondere privilegia und freyheiten vermæchten, zu empfahen, und davon zu thun, als ſich deßhalben zu thun gebühret, mit demütiger und fleiſſiger bitte, dievveil vvir an den enden, nach außvveiſung deſſelben Kœnigreichs Bœheim privilegien, nit vveren, daß vvir S. L. ſolches ihres anzeigens, unnd daß dadurch S. L. nit ſchade, diß ſie, ſo viel ſolches Kœnigreichs und Cron Bœheim von uns und dem H. Reich zu Lehen gienge, nach vermœgen derſelben freyheiten, dißmals zu Lehen nit empfahen, oder verliehen vverden mœchten: Und daß auch daſſelb S. L. und dero erben und nachkommen ohn einigen nachtheil und ſchaden ſeyn ſolt, unſern Keyſerlichen ſchrifftlichen ſchein und bekandtnuß zu ge-* B *ben genadiglich geruheten.*

32. Habet præterea Rex Bohemiæ & illud ſingulare privilegium, ut cum cæterorum Electorum & Principum Imperii vexilla, Cæſari in actu inveſtitionis porrecta, ex antiqua conſuetudine ſoleant in populum adſtantem projici & dilacerari, Regi tamen integra atque illæſa ſint reſtituenda. Sic enim ſancit modo dicta Friderici III. Conſtitutio: [α] *Dum Rex Bohemiæ a Rege Romanorum, ſeu Imperatore, regalia ſeu inveſtituram cum ſolennitate & banderiis ſibi conferri petierit, ut ſolennitatibus expletis banderia ipſi Regi minime læſa, fracta aut lacerata reſtituantur.*

33. *Vexilla* autem dicuntur, in quibus Regni & Principatuum inſignia ſunt depicta. Et Ducatus quidem Bohemiæ olim pro ſigno habebat Aquilam nigram in campo ru- C bro. (β) Cui poſtea Otto I. Imp. adjecit *Ahenum flammeum* in ſignum Archidapiferiæ,

 quam

loniam verſus indicerentur. Eis ut Ferdinandus tamquam Elector Imperii poſſet intereſſe, indultum hoc ab Imperatore ibidem præſente impetravit: Inveſtitura autem decennio demum poſt Ratiſpona peracta eſt. Unde minime vana conjectura colligitur, Principem Imperii poſt requiſitam & legitime petitam inveſtituram, licet necdum inveſtitum, non poſſe nec debere a juribus ſibi in Imperio competentibus excludi.

(α) Dicta Conſtitutio] *Doct. Eyſen* num. 21. *Chroggrene in* d. Velitat. num. 15.

(β) Aquilam nigram in rubro] *Hagecius in* Chronic. Bohem. in Boleslao I. Duce, & in Uladislao II. anno 1159. fol. 254. in fin. *Sed Dubravius facit fuſcam in clypeo albo*, lib. 5. Hiſt. Bohem. fol. 48. *Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 3. cap. 21. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 14. *einen braunſchvvartzen Adler in einem vveiſen ſchilde, ait Beregk in* Chronic. Bohem. in S. Wenceslao I. Duce, fol. 48. *Quando autem Imperialem hanc Aquilam in ſignum acceperit Dux Bohemiæ, non conſtat inter Scriptores, Dubravius, Boregkius & Pontanus referunt ad Ottonem I. Imp. qui ea S. VVenceslaum Ducem in Comitiis Imperii, in memoriam ſublimis ejus pietatis, condecorarit. At Æneas Sylv. in* Hiſtor. Bohem. cap. 18. *Albert. Krantzius* lib. 4 Saxon. cap. 19. & lib. 2. Wandal. cap. 25. *& Munſterus* lib. 3. Coſmograph. *dicunt ab Ottone II. Imp. condonatum Boleslao ſeu Brotislao, genero ſuo, in memoriam initæ cum Imperiali Domo cognationis. Quo autem inſigni Duces Bohemiæ antea fuerint uſi, nondum potui apud auctores inveſtigare.* (*)

(*) „ Hageck. A. 964. *Boleslaum* cum *Otto-*
„ *ne M.* loquentem inducit & glorіantem *aquilæ*
„ *nigrantis in albo campo* effigiem ab ipſo *Zecho*,
„ gentis authore, in *Bohemiam* illatam in *clypeis*
„ & militaribus *Bohemorum* ſignis ſemper agnoſci,
„ Hagecio accedunt patrii Scriptores quam pluri-
„ mi. Paprocius diſerte aſſerit: *Czechum & Le-*
„ *chum* fratres *nigram aquilam* in clypeo geſtaſſe,
Lechum tamen poſtea *alba aquila* ſignum aſ- „
ſumſiſſe, viſis in Polonia *albis aquilis*, unde „
novæ Urbi Gneſnæ ab *albarum aquilarum* nido „
nomen impoſuit. Vetuſtus ſine nomine Au- „
ctor in vita Caroli IV. Bohemice ſcripta ſuffra- „
gatur his verbis: *Anno* inquit, *1370. VVences-* „
laus Rex Bohemiæ (adhuc novennis) ſecutus eſt „
patrem ad Comitia Norimbergam, & ſuum ad- „
ventum ſignificavit per ingentem flammam; id „ D
enim ſolenne habebant Reges Bohemiæ, cum ad „
aulam Cæſaris venirent. Id etiam fiebat ob in- „
ſignia Aquilæ nigræ in flamma ſtantis in albo „
campo, quod in clypeo Duces Bohemiæ ferebant „
olim. Favet & Weleslavinus, qui diſerte af- „
firmat Czechum in Bohemiam *Romanam aqui-* „
lam cum vexillo intuliſſe, quam nimirum caſo „
Aureolo Romano Duce, Illyrici Præfecto rapu- „
erat. Ego rurſus ab Hagecio diſceſſionem fa- „ E
cio, ajoque, veroſimile videri, vetuſtos *Bohemiæ* „
Principes ante *D. VVenceslaum* non *Aquilam*, „
ſed *tria flumina*, aut potius *lineas*, aut *tabellam* „
ad ejus ſimilitudinem, qua in Schachidis ludo „
utuntur, in clypeo tuliſſe. Hoc argumento „
Stvvihoviorum antiquiſſima in *Bohemia* ſtirps „
ex *Regibus antiquis Bohemiæ*, virilis ſanguinis „
linea deſcendens (ut *Clatovienſe* vetuſtiſſimum „
Chronicon, *Paprocius*, aliique omnes agno- „
ſcunt,) ibidem *Czernini* ab eadem Principum „ F
Bohemiæ origine *tria illa flumina* gentilitia „
hodieque oſtentant. Inter antiquiſſimas (ut „
multorum fert opinio) totius Bohemiæ ſtatuas „
numeratur ſtatua *D. VVenceslai* in celebri quon- „
dam ſacratum Virginum, cui Suietſe nomen e- „
rat, cœnobio, proxime ad Civitatem *Bilinam*, „
ubi in clypeo, quem armatus *D. VVenceslaus* „
ſuſtinet non *Aquila*, ſed *tria illa flumina* ſpe- „
ctantur. Demonſtrari iſtud apertius poteſt li- „
teris publicis *Boleslai II.* Bohemiæ Ducis, qui- „
bus cœnobium Breunovienſe cum *S. Epiſcopo* „ G
Adalberto fundavit, quæ literæ hodieque Breu- „
noviæ aſſervantur. Sigillum eſt grandiuſculum, „
in eo „

A quam Boliſlaus I. Dux in Curia Imperiali ſolenniter obibat. Sed Fridericus I. Imperator Vladiſlao Regi ab ſe creato conceſſit *Leonem fulvum* (α) *cauda bifurcata* (β) in altum erecta in campo candido, in memoriam virtutis & fortitudinis, quam in bellis Italicis heros ille magnanimiter præſtitit: cujus denique ungui dextero *Calix aureus* impoſitus in ſignum Archipincernatus. Et hiſce inſignibus Regnum Bohemiæ hodieque utitur.

34. In Bello Huſſitico fertur Regni Bohemiæ ſignifer fuiſſe Epiſcopus Herbipolenſis, ceu Regni vaſallus primarius. Ita enim ſcribit Andreas, (γ) Presbyter Ratiſponenſis, de memorabili illa Imperii expeditione contra Bohemos Huſſitas anno MCCCCXXXI. inſtituta: *Fridericus Dux Saxoniæ, Signifer Papæ, Johannes Dux Bavariæ, Signifer*
B *Regis Romanorum, Joannes Epiſcopus Herbipolenſis Signifer Regni Bohemiæ*, &c.

35. Ex hiſce autem omnibus ac ſingulis, quæ hucuſque a nobis deducta ſunt, redargui poteſt error eorum, (δ) qui Regnum Bohemiæ eſſe feudum Romanæ Eccleſiæ contendunt. Nam, quod de Paulo II. Papa [ε] dicunt, eum excommunicato & abdicato

„ in eo Princeps ſolio inſidens, juvenis forma inſignis, promiſſis capillis, toga longa, altera manu vexillum, altera rotundum quendam clypeum manu retinens ſpectatur; in eo clypeo clariſſime nulla *aquila*, ſed *tres lineæ*, ſeu *tres fluvii* viſuntur &c. Fortaſſe ea cauſa eſſe poteſt, cur Eccleſiæ Pragenſis Antiſtites (ab eodem Boleslao II.
C fundatore) *tres lineas*, aut potius *campum coloris nigri*, per quem *linea aurea* ducitur, geſtent in clypeo. Ego ob tantam utriusque partis auctoritatem exiſtimo conciliari omnia poſſe, ſi dicamus *tres illas lineas*, ſeu *fluvios*, gentilem *Czechi* & Principum (qui eum ſecuti ſunt per *Libuſſam* familiæ Czechiacæ inſerti) clypeum fuiſſe; at *aquilam*, bello partum decus univerſæ Bohemiæ & populo, qui cum *Czecho*
D advenerat, commune, ob virtutem a Romanis probatam & raptam Aquilam Romanorum &c. Nec refelli facile poſſet, qui diceret *Aquilam* a Czecho geſtatam velut clypeum natalem at *lineas* ſeu tria *flumina* fuiſſe ſigna gentilitia *familiæ Przemyslææ*. Hinc Principes *Zateccenſes* ſeu *Luccenſes*, qui a Przemyslo deſcendebant, *tres lineas* in clypeo habuerunt, ut ex literarum antiquiſſimarum ſigillis horum Principum in curia Zareccenſi aſſer-
E „ varis apparet, teſte Nicolao Artemiſio. Hæc ex Balbini *Epitom. R. Boh. lib. I. c. 7.* pluribus deſcripſi, non quod mihi ſatisfaciant, ſed ut aliis morem geram. Sunt enim in hac narratione quædam certa, at longe plura incerta, ſi non plane ſalſa: Quis enim ex ſanioribus Artis Heraldicæ peritis ignorat inſignium uſum, uti hic deſcribuntur, tantæ non eſſe antiquitatis, quantæ Balbinus facit. Pluribus hæc demonſtrari poſſent, ni temporis & loci ratio ſit habenda; attamen ſtrictura hæc fuit addenda ne il-
F lis parum cauti decipiantur.

(α) Leonem fulvum in campo candido] *Tritbemius in* Chronic. Hirſaugienſ. *Æneas Sylvius in* Hiſt. Boh. c. 24. *Funccius in* Chronol. an. 1157. *Calviſius in* Chronol. an. 1158. *Hagecius in* Chron. Boh.
392 anno 1159. fol. 254. *At Cruſius in* Annal. Suev. part. 2. lib. 11. cap. 14. *habet Leonem album in rubro campo. Eſt autem Bohemia ſita ſub ſigno Leonis cæleſtis; Boregk in* Chron. Bohem. fol. 2. *Unde Bohemi vocantur* Leoniſtæ *in Propheticis ſeu Pro-*
G *gnoſticis Aſtrologorum: & ipſi* Leo *Regnum Bohemiæ denotat; Janus Pannonius Epiſcopus Quinqueeccleſienſ. in* Epigrammat. ad Matthiam I. Hungariæ Regem.

(β) Cauda bifurcata] *qui dicto delectatur ridiculo, is legat cauſſam hujus duplicatæ caudæ, quam opinor joci gratia aſſignant Dubravius* lib. 12. Hiſt. Bohem. fol. 21. *Boregk in* Chronic. Bohem. in Uladiſlao II. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 21. *Michaël Piccartus in* Epiſodio narration. ridicular. cap. 1. *Nos didicimus, geminam iſtam caudam denotare Uladiſlai Regis virtutem præcellentiorem, quaſi fortius cæteris Principibus ſeſe geſſerit. Nam robur leonis conſiſtit in cauda, cujus oſſa Athenæus in* Dipnoſophiſt. *ſcribit tam eſſe ſolida, ut ſi percutiantur, velut ex ſilicibus ignis ex illis exſiliat. Alii tamen virtutem leonis in pectore, firmitatem in capite conſtituunt; Iſidorus* lib. 12. Etymolog. *Balbus in* Catholic. *Allegorice autem in Sacris literis de robore & magnitudine Imperii vel Regni interpretantur Epiphanius in* Phyſiolog. *Gregorius Magnus* lib. 5. Moral. *Ambroſius in* Hexamer. lib. 6. *Theophylactus Bulgariæ Archiepiſcop. in* 2. ad Timoth. 4. *De virtute & fortitudine ipſius Regis, Theobaldus Epiſcopus in* Phyſiolog. *Manuel Philes* de Animal. propriet. *Joan. de Sancto Geminiano Ordin. Prædicatorum in* Summa de exempl. ac ſimilitudinib. rer. *Garnerius in* Enucleament. Bibl. *Berchorius in* Repertor. moral. *Quæ interpretationes omnes ac ſingulæ in Regis Uladiſlai virtutem belliſſime quadrare & convenire videntur.*

(γ) Andreas] *in Chronic. Bavar. anno 1431.*

(δ) Error eorum] *VVaremundi ab Erenberg in* Meditament. pro fœderib. lib. 1. cap. 1. num. 36. *Jacobi Gordonii in* Chronolog. anno 1459. & anno 1466. *Genebrardi in* Chronograph. anno 1466. *Sic Regnum Hungariæ eſſe feudum Romanæ Eccleſiæ, ſcribit Joan. Bœmlerus in* Chronic. Cæſarum in C II. Cæſar. Alberto I. *hiſce verbis; Bey diſs zeiten vvas das Künigreich von Ungern ledig. Do ſchuff Künig Albrecht, daſſ es Künig* Karolo *ſeiner ſchvveſter Sun gelyhen vvard von dem Pabſt. VVann das ſelb Künigreich vvas lehen von einem Pabſt. Quum tamen ex aliis conſtet, Albertum Cæſ. illud Regnum VVenceslao alteri nepoti, Bohemiæ & Poloniæ Regi, confirmaſſe.*

(ε) Paulo II. Papa dicunt] *Nauclerus in* Genealog. *Matth. Palmerius in* Chronic. anno 1466. *Lubecenſis Canonic. in* Chronica Sclavic. anno 1477. *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. lib. 30. *Boregk in* Chron. Bohem. in Georgio Rege fol. 552. verſ. *Mitler vveil gieng Pabſt.* Pius. *Anton. Bonfinius* Rer. Ungaric. decad. 4. lib. 2. *de Legatis a Matthia Corvino Hungariæ Rege ad Bohemos miſſis pro Regno petendo*; Regni titulum a Paulo Summo Pontifice Corvinum habuiſſe dicitur, ſine cujus autoritate approbationeque nullum Regnum, nulla poteſtas haberi poteſt.

cato Georgio Rege, quod ſectam foveret Huſſiticam, Regnum Bohemiæ contuliſſe Matthiæ Regi Hungariæ, nullo certo documento poterunt demonſtrare. Nempe non intelligunt, aliud eſſe Regem excommunicare, inhabilem Regno pronuntiare, ſubditos ejus a juramento fidelitatis abſolvere, & Catholici Regis electionem ab Ordinibus Catholicis factam confirmare: aliud autem Regem de ipſo Regno inveſtire & infeudare. Illud Summus Pontifex ſibi jure paſtorali vindicabat, ut conſtat ex reſcripto Pii II. Papæ ad Fridericum III. (α) Imperat. ſub dato Romæ anno MCCCCLXII. hoc adeo ſibi non arrogabat, ut etiam ultro ad Imperatorem, ceu feudi dominum, & Regni ſupremum moderatorem, remitteret. Signanter idem Pius II. in reſcripto ad Georgium Regem, (β) A
393 ſub dato Mantuæ anno MCCCCLIX. *Tuum etiam in Sleſitas, quodcumque habes, jus tollere nullo modo intendimus. Mandare autem eiſdem, ut in iis, quæ dominium temporale concernunt, Tuæ Celſitudini pareant, officii noſtri eſſe non duximus. Ad Imperatorem, cujus nomen ſedemque recognoſcis, totum hoc pertinet: & ab illo implorare ſuper his remedium potes.* Et conſtat Matthiam (γ) non a Papa, ſed ab Imperatore Friderico III. de Regno Bohemiæ fuiſſe inveſtitum. B

(α) Pii II. ad Frideric. Imp.] *apud Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. num. 22.

(β) Reſcripto ad Georg.] *ibidem num. 24. & apud Theobaldum de* Bell. Huſſit. part. 3. cap. 7. in fin. anno 1459.

(γ) Conſtat Matthiam] *Michovius* lib. 4. cap. 72. *Dubravius* d. lib. 30. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 2. anno 1469. *Boregk in* Chron. Bohem. in Uladislao Rege fol. 574. *Theobaldus in* Bello Huſſitic. part. 3. cap. 17. annn 1467. fol. 99. *ubi dicit Papam Paulum II. Matthia Corvino electionem confirmaſſe, reſervato Cæſari jure feudatario & vaſallitio; promiſiſſe tamen operam ſuam ad impetrandam a Cæſare inveſtituram.* C

CAPUT XV.

Regnum Bohemiæ cadere poteſt in commiſſum, fieri caducum, & Imperio aperiri per crimen læſæ Majeſtatis, aut aliam feloniam, vel neglectam inveſtituram: non obſtante privilegio Bohemis conceſſo ſuper electione novi Regis.

QUo autem jure Bohemiam docuimus eſſe feudum Imperii Romano-Germanici, *deß H. Römiſchen Reichs Teutſcher Nation*, eodem nunc demonſtremus eſſe eidem Imperio caducum, & apertum fieri ob feloniam, (α) aut neglectam inveſtituram, aut alias cauſſas, quas Feudiſtæ commemorant. Diximus ſupra,
394 (β) Suatoplucum, potentiſſimum illum Moraviæ & Pannoniæ Regem, fuiſſe læſæ Majeſtatis ab Arnulpho Imperatore condemnatum, ejuſque Regna ab eodem Cæſare inter Hungaros, Polonos, Bohemos & Bavaros diſtributum. D

2. Quum Vladislaus Rex Bohemiæ ſenio confectus, Fridericum filium natu majorem, inconſulto Friderico I. Imperatore, (γ) (*) Regnum vice ſua adminiſtrare juſſiſſet, ſucceſſorem ab Imperatore accepit Sobieslaum, Sobieslai filium, patruelem ſuum, quem

 aliquan-

(α) Feloniam] *cujuſmodi eſt rebellio cum crimine læſæ Majeſtatis Cæſareæ conjuncta. Et quamquam ſoli Imperatori non credatur aſſerenti, hunc vel illum ſibi eſſe rebellem, & reum læſæ Majeſtatis Imperatoriæ; Plotus in* l. ſi quando, num. 762. verſ. & decretum, C. unde vi, *quod videatur teſtificari in cauſſa propria, ubi agitur de ſuo intereſſe propter bonorum confiſcationem; Boſſius in* tit. de Princip. num. 81. *Curtius ſenior* Conſil. 49. n. 93. verſ. & ego dicebam. *Rodolfinus in* tract. de Abſolut. Principis poteſt. cap. 6. num. 36. & ſeqq. *tamen in facto notorio & permanente ſtandum eſt ab aſſertione Cæſaris, & ejus fidei credendum, adeo ut Principes Imperii teneantur non modo conſentire in declarationem banni, ſed etiam executionem ejus contra rebelles adjuvare: ita ſentire videntur Ruinus* Conſil. 3. in princ. & num. 5, 8. 9. & 11. vol 5. *Jaſon* Conſil. 34. n. 8. verſ. non quoque obſtat. vol. 1. *Decianus* lib. 7. Rer. criminal. cap. 45. n. 25. verſ. fallit tamen.

(β) Supra] *lib. 2. cap. 9. & lib. 3. cap. 12. Richard. Strenius Baro in* Informat. § 57.

(γ) Inconſulto Imperat.] *Cromerus* Rer. Polonic. lib. 6. in Boleslao Criſpo circa fin. *Hagecius* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1174. *Cabotius* lib. 1. Var. jur. diſputat. cap. 12. fol. 71. *Thom. Jordanus in* Annotat. ad Dubrav. lib. 13. lit. 3. *Beſoldus in* Diſcurſ. polit. 5. de ſtat. Reipubl. ſubalt. cap. 7. num. 10. in fin. E

(*) Non ſuffeciſſe hanc cauſam ad depoſitionem Uladislai & Friderici opinatur Balbinus *in Epit. Rer. Bohem. lib. III. c. 12.* ac proin potius a Friderico hunc Regem corona privatum fuiſſe, quod ob excommunicationem Imperatoris ab Alexandro P. M. factam a Cæſare animum averterit, & ad inimicus ejus deſecerit. Haud diu attamen Bohemiæ regno gaviſus eſt Sobieslaus, cum enim inquieti animi Princeps eſſet, ingratumque in Imperatorem animum ſæpiſſime teſtaretur, Cæſar Fridericum, Uladislai depoſiti filium, in locum Sobieslai ſuffecit. F

A aliquandiu in vinculis Vladislaus detinuerat. Unde Heinricus Stero (α) Altahenſis ſcri-
bit: *Imperator Boëmiæ Regem depoſuit, & patruelem ejus illi ſuperimpoſuit nomine Zo-
bezlaum.* Et Reicherſpergenſis (β) Monachus: *Archiepiſcopus*, inquit, *Salzburgenſis*
(Albertus) *jam nuſquam certam manſionem habebat: quia pater ejus Rex Boemiæ* (Vla-
dislaus) *cum quo antea morabatur, jam mortuus erat: & Imperator Regnum ipſum
Boëmicum vi obtinens pro velle ſuo illud diſpoſuerat: & ideo tutum non erat Epiſcopo illic
manere.*

3. Ottocarus Rex Bohemiæ a Rudolpho I. Cæſare & Imperii Ordinibus criminis læ-
ſæ Majeſtatis [γ] Imperialis reus peractus, convictus & condemnatus, vitam pariter
cum Regno amiſit. Erat namque Regnum propter commiſſam illam feloniam in jus
B Imperii, ac Cæſaris poteſtatem devolutum: (δ) nec illud Wenceslaus Ottocari filius, niſi
ex mera Cæſaris gratia [ε] & liberalitate, intercedentibus pro eo multis Chriſtianis Re-
gibus ac Imperii Principibus, recepit. Quod Benevenutus (ζ) de Rambaldis, JC. Ita-
lus, teſtatur hiſce verbis: *Regem Bohemiæ Ottocarum, dedignantem obedire ſibi, duriſ-
ſimo prælio vicit: quo occiſo, dedit filio pacem, & filiam ſuam in uxorem.* Joan. Bœm-
ler. [η] Auguſtanus: *Do zoch Künig Rudolff an ſich das Hertzogthum von Oſterreich,
und das Kunigreich von Peham. Nun het der Künig von Peham einen Sun, dem gab* 395
Künig Rudolff ſein dochter, und gab jm das Künigreich wider zu Peham. Anſelmus
Ryd: (θ) *Ex rebellibus potentiorem Othocarum Boëmiæ Regem, pacti negligentem,
MCCCC. ſtrage peremit: Boëmiam S. Vincelao illius filio, genero ſuo, tradidit.* Jacob.
C Gordonus (ι) Societ. Jeſu: *Ottocarus redintegrato contra Imperatorem bello, occiſus a-
cie eſt: tamen filio Venceslao Imperator permiſit Regnum Bohemiæ paternum.* Goltzius [κ]
Herbipolenſis Francus: *Rudolphus ſumma clementia & humanitate uſus eſt erga Wen-
ceslaum Othocari filium, reliquit enim illi Boëmiæ Regnum, & filiam ei ſuam in matri-
monium dedit.*

4. Anno MCCCVI. cum per cædem Wenceslai IV. Regis ſine herede defuncti,
Regnum Bohemiæ vacaret, illudque Heinricus Dux Carinthiæ jure uxorio, ſine tamen
Cæſaris auctoritate, (λ) hoc eſt, non petita in tempore inveſtitura, uſurpaſſet, ducto
in Bohemiam exercitu, & profligato uſurpatore Heinrico, Regem impoſuit Rudolphum
filium, & debito more inveſtivit. Siffridus, Presbyter (μ) Miſnenſis: *Rex Bohemiæ
D Wenceslaus III. nondum coronatus, occiſus eſt fraudulenter, procurantibus quibuſdam Ba-
ronibus dicti Regni ſui*, &c. *non relinquens heredem Regni. Tunc Barones dicti Regni
elegerunt ſibi Regem, Ducem Carinthiæ, ſororium ſcilicet præfati Regis occiſi, inconſulto
tamen*

(α) Stero] *in Annalib. anno 1173.*
(β) Reicherſperg.] *in Chronic. anno 1177.*
(γ) Criminis læſæ Majeſtatis] *vide quæ ſupra
diximus* lib. 2. cap. 7. *& Baron. Streinium in* In-
format. §. 57.
(δ) Devolutum] *Author Chronica Colonienſ.
in* Rudolpho I. Imp. fol. 238. *ibi, ind die Kron
E van Behem darzo. Gerard. de Roo in Hiſt. Au-
ſtriac. lib. 1. Hagecius in* Chronic. Bohem. anno
1278. *Keyſer Rudolff, welcher nunmehr Bœhmen
in ſeiner gewalt hatte, theilete es nach ſeinem
wolgefallen auſs. Der Marggraff Otto von Bran-
denburg erhielt das Prager Schloſs, ſampt dem
grœſten theil des Bœhmerlandes. Der Hertzog aus
Polen erhielt die Statt Glatz, ſampt demſelben
Krayſſe. Die Kœnigin* Primislai *gemahel, mit
ſeinem und ihrem ſohn* Wenceslao, *welcher ein
F Knab von acht jahren gewveſen, behielt auch ein
ſtuck vom Bœhmerlande. Alſo iſt dieſes zerriſſe-
ne Kœnigreich trefflich zu grund gangen. Das
Land zu Mahren ward dergleichen ſehr zerriſſen.
Der Herr* Milota *erlangete deſſen, von wegen ſei-
nes dienſtes, auch ein theil.*
(ε) Ex mera Cæſaris gratia] *Baro Streinius in*
d. Information. §. 57. *idem Roo* d. lib. 1.
(ζ) Benevenutus] *in Libro Auguſtali, in Ru-
dolpho Havenſpurgeo.*
G (η) Bœmlerus] *in Chronica Cæſarum in XCIX.
Cæſar. anno 1279.*
(θ) Anſelm. Ryd] *in Catalog. annor. & Princip.
in Rudolpho I. fol. 51.*
(ι) Gordonus] *in Oper. Chronolog. in ſerie rer.
geſtar. anno 1278. ex Nauclero.*
(κ) Goltzius] *in Imperator. imaginib. cap 141.
de Rudolpho I. Cui congruenter Urſinus Velius in* E-
pigrammat. *inquit:*

*Vicit Othocarum Regem, oppreſſitque Rudolphus:
Qui Socer in natum mitior.* &c.

(λ) Sine Cæſaris auct.] *Dubravius* Hiſt. Bo-
hem. lib. 19. *Aventinus in* Annal. Bojor. *Crome-
rus* de Reb. Polonic. *Raph. Volaterranus* lib. 7.
Geograph. in Bohemia de Henrico Carinth. *Mu-
tius in* Chron. German. lib 22. fol. 210. *Sabinus* de
Cæſarib. Rom. lib. 2. in Alberto II. *Fabricius* lib. 2.
Rer. memorabil. Saxon. anno 1306. *Martin. Cru-
ſius* Annal. Suev. part. 3. lib. 3. cap. 18. in princ. *Leh-
mannus* lib. 5. Chronic. Spirenſ. cap. 1. fol. 710.
col. 2. *Aubert. Miræus in* libell. de Reb. Bohemic.
cap. 3. fol. 31. *Reuſnerus in* Baſilic. genealog. *Hage-
cius in* Chronic. Bohem anno 1306.
(μ) Siffridus] *in* Epitom. Chronicor. lib. 2. an-
no 1306. *Et hinc diſcamus licet, quis fuerit auctor
cædis Wenceslai Regis, an Albertus Auſtriacus
Cæſar, ut a Bohemis nunc arguitur, an vero ipſo-
rummet Bohemorum majores Bohemiæ Barones, ut
heic aſſeritur.*

tamen Rege Romanorum, cujus intereſt conferre jam dictum Regnum. Igitur Rex Ro- A
manorum Albertus forti manu intravit in Bohemiam, & conſtituit ibi Regem filium ſuum
396 *Rudolphum Ducem Auſtriæ, dans ei uxorem Reginam Bohemiæ, videlicet Regis Wen-*
ceslai II. viduam. Sic ergo Regnum Bohemiæ ad Teutonicos translatum eſt. Salisbur-
genſis (α) Chronographus verus: *Albertus Rex Romanorum intravit Bohemiam, du-*
cens ſecum Dominum Chunradum Archiepiſcopum Salisburgenſem, & Rudolphum filium
ſuum Ducem Auſtriæ, & aſſerens ad Imperium collationem ipſius Regni devolutam, præ-
fatum Dominum Rudolphum Ducem Auſtriæ in Regem ſubſtituit, ipſum Regnum ſibi &
ſuis cæteris fratribus jure hereditario conferendo. Albertus Krantzius: [β] *Albertus Im-*
perator filium ſuum Rudolphum in Regnum Bohemiæ, pulſo per arma Henrico Carin-
thio, provexit, arbitratus, quod leges habent Romanorum, & Regum conſuetudines, B
ut vacuatum morte Wenzeslai abſque herede mare Regnum ad Imperatorem jure benefi-
cii reverteretur. Et rurſum alibi: *Wenzeslaus Rex Bohemiæ moriens, filium ſui nomi-*
nis hæredem reliquit. Sed ille cæſus filium non reliquit, pervenitque Regnum jure feu-
di ad Romanum Imperium. Albertus tum Imperator filium, velut Romani Regni feuda-
tarium provexit in Regnum. Denique Abrah. Bzovius (γ) Polonus: *Occiſo Wenceslao*
Rege, & Primislai I. Boëmiæ Principis ſtirpe extincta, non tam conſenſu Procerum,
quam potentia Regum Romanorum, inprimis Rudolphum Alberti Cæſaris filium; & hoc
in caſtris ex nimio eſu fructuum æſtivorum fluoribus ventris contractis mortuo, in Johan-
nem Comitem Lutzelburgenſem Henrici VII. recens renunciati Regis Romani natum, in
Germanos Regnum translatum eſt, Elizabetha cæſi Wenceslai ſorore Johanni in matrimo- C
nium deſponſata.

5. De Heinrici VII. Imperatoris Comitiis Francofordiæ celebratis narrat Dubra-
vius: (δ) *Interfuerant tunc conſilio Cæſaris Moguntinus & Colonienſis Archiepiſcopi, cum*
nonnullis aliis Epiſcopis, & præterea Rudolphus Rheni Palatinus, & Bertholdus Bava-
riæ Princeps, multi etiam Proceres Nobilitatis, una omnes eademque ſententia Henricum
Carinthium damnantes, tanquam juris Cæſarei tranſgreſſorem, quod abſque authoritate
Cæſaris Regnum Bojemiæ Imperio obnoxium occupaverit, jamque non unum annum, ſed
plus triennium labi paſſus fuerit, ex quo poſſeſſionem Regni a Cæſare, more aliorum Ger-
maniæ Principum, non popoſcerit. Ob quam noxam Cæſari vacare Regnum Bojemiæ,
397 *eique futurum ſucceſſorem, qui puellam Regni hæredem duxerit uxorem.* Et Pontanus (ε) D
a Braitenberg: *Conſiderans Cæſar, cum Primislai primi ceſſerat genus, ad ipſum de jure*
devolutum Regnum, & ita conſenſit, ut filius ſuus Joannes cum Eliſabetha, filia quon-
dam Wenceslai Regis, matrimonium contraheret, & regeret. Hagecius (ζ) refert Hein-
ricum VII. Imp. Legatis Ordinum Bohemiæ in Comitiis Francofordianis reſpondiſſe in
hunc modum: *Das Kænigreich Bœhmen, welches (wie ihr ſelbſt vorbringet) erbloſs*
worden, achten wirs dafür, daß es an den Rœmiſchen Keyſer, welcher ein haupt aller
Kænigen und Fürſten iſt, wie es dann auch die Keyſerliche Recht bezeugen, gefallen ſey.
Und wir haben es macht zu geben, weme es uns gefællig.

6. Quum, mortuo Ladislao Rege, Alberti II. Cæſaris filio, Bohemi ſibi Regem
elegiſſent Georgium Podiebracium, Fridericus III. Imperator ejus Regni ordinationem E
ſuam eſſe affirmabat, in quo feudi ſolennia neglecta, & renovatio inveſtituræ non re-
quiſita, fuiſſent. (η)

7. Quin Friderici II. Imperatoris decretum ſatis declarat, quo pacto privilegium [ϑ]
Bohemo-

(α) Salisburgenſ.] *in Chron. Saliſburgenſ. in anno 1306. apud Caniſium* tom. 6. Antiq. lection. fol. 1276.

(β) Krantzius] *lib. 7. VVandal. cap. 32. & rurſum cap. 46.*

(γ) Bzovius] *Annal. eccleſiaſt. tom. 14. anno 1307. num. 15.*

(δ) Dubravius] *lib. 18. Hiſt. Bohem. fol. 159. Miræus in* d. libel. de Reb. Boh. cap. 3.

(ε) Pontanus] *in Bohem. pia lib. 2. fol. 24.*

(ζ) Hagecius] *in Chronic. Bohem. anno 1310. fol. 377. b.*

(η) *Æn. Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 71. in pr. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1458. *Bonfinius* Rer. Ungaric. decad. 3. lib. 8. in fin. *Jacob. Piccolomineus Cardinal. Papienſ.* lib. 6. Commentarior. *Dubravius* lib. 30. in princ. *Hug. Mutius in* Chronic. German. lib. 29. fol. 298. *Cochlæus in* Hiſt. Huſſit. lib. 12. *Theobaldus in* tract. de Bell. Huſſitic. part. 3. cap. 4. anno 1458. *Nicol. Henelius in* Breslograph. cap. 5. fol. 46. *Boregk in* Chron. Bohem. in Georgio Rege in pr. fol. 541. *Cabotius* lib. 1. Var. jur. diſput. cap. 12. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 8. concluſ. 88. lit. c. *Clasen in* Syllog. rer quotid. concl. 24. lit. e. *Viſcherus in* Diſc. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. q. 1. rat. 6.

(ϑ) Privilegium] *Fridericus II. Imperator. in* conſtit. de elect. & immunit. Regis & incolar. Bohem. de anno 1212. *Carolus IV. Imperat. in* Confirmat. de anno 1348. & in Aur. Bull. tit. 7. §. fin.

A Bohemorum ſuper jure electionis novi Regis ſit intelligendum, nempe in caſu duntaxat vacationis poſt exſtinctam familiam Regiam, non autem devolutionis per crimen feloniæ aut neglectæ inveſtituræ, cujus ipſimet Bohemi cum nón ſint expertes, (α) non poſſunt uti privilegio propter crimen amiſſo, ut habent jura vulgata.

(α) Non ſint expertes] *neque enim Rex tantum, ſed ipſa Regni Bohemiæ univerſi ac crimen læſæ Majeſtatis committit, ſi contra Imperatorem, vel Imperii Romani proſperitatem, aliquid machinetur, ut docet Harprechtus in* Comment. ad §. 3. nom. 36. Inſt. de public. judic. *& in ſpecie de Bohemis Johan. VVeſtermannus in* Diſput. de public. judic. th. 3. q. 5.

CAPUT XVI. 398

Moravia, Sileſia, Luſatia, Egranus & Elenbogianus Comitatus, ſunt Imperij feuda, & obnoxia caduciati per feloniam, &c. Moravia pro Merania nonnunquam
B *ſcribitur. Marchionatus Moraviæ quando inſtitutus. Recenſentur antiquiſſimi Marchiones ab hiſtoricis relati. Marchio Moraviæ eſt Quatuorvir S. Imperij tractandis cauſſis limitaneis præfectus. Sileſia qua ratione ad Bohemiam pervenerit. Sileſiæ Principes olim immediate ſub Imperio. Appellationes ex Sileſia ad Palatium Imperiale Magdeburgenſe. Magnus Dux Sileſiæ eſt unus ex quatuor S. Imperij Vicariis. Luſatia duplex. Quo pacto ad Bohemiam acceſſerit. Egra & Elenbogium feuda Imperij. Egra civitas Imperij. Slickij Comites a Rege Bohemiæ eximuntur.*

ET quia pari eodemque jure, quo ipſum Regnum, etiam ejus incorporatæ provinciæ, Moravia, Sileſia, Luſatia, & Egranus Comitatus, Cæſari & Imperio nexæ atque vadatæ ſunt, conſequens eſt, ut de ipſis quoque diſpiciamus.

C 2. Diximus Moraviam initio fuiſſe Regnum uſque ad Ludovici Regis tempora, qui Arnulpho patri in Imperio ſucceſſit. Sub quo putanr nonnulli Moraviam habere Duces cœpiſſe, & mentionem faciunt cujuſdam Gothofridi Ducis. (α) Verum is non fuit Dux Moraviæ ad Mahram, ſed Meraniæ (β) ad Atheſin, ubi nunc Tyrolenſis Principatus conſiſtit. Et perpetuo in hoc nomine ab imperitis librariis erratum, *Moraviam* pro *Merania* ſcribentium.

3. Anno DCCLXI. ſub Pipino Rege dicitur vixiſſe Theobaldus (γ) Marchio Moraviæ & Aquitaniæ. Sed nos hunc Marchionem in fabuloſis & commentitiis reponimus. Ratio enim temporis & veræ antiquitatis repugnat.

4. Refert Hoſmannus, (δ) Hiſtoriographus Cæſareus: *Doctor Mauritius Brand*
D *gedencket in der Chronica deß Fürſtlichen Kloſters zu S. Gallen, zu Zurch getruckt, fol. 215. daß Graff Rabodus von Kœnig Ludwigen, der Beyern, Teutſchen, und Mæhrern Kœnige, ſey zu einem Marggraffen zu Lauſitz, Mæhren und Oeſterreich verordnet worden.*

5. Anno DCCCCXVII. ſcribit idem Hoſmannus: *Hat Keyſer Conradus der Erſt den ſtreitbaren Kriegshelden Graff Burgharden* [ε] *von Buchhorn, auff dem Reichstage zu Regenſpurg, zu einem Marggraffen in Mæhren uund Lauſitz gemacht, wie in der alten Mæhriſchen Chronica cap. 181. fol. 265.*

6. Sunt qui primum Moraviæ Marchionem ab Imperatore nuncupatum fuiſſe ſcribant

(α) Gothofridi Docis] *Dubravius in* Hiſt. Bo-
E hem. lib. 5. *& ibi Jordanus in* Annot. lit. d. *Boregk in* Chron. Boh. in Boleslao I. fol. 54. *Hertzog in Mehren.*

(β Meraniæ] *ut recte Hageeius in* Chron. Bohem. anno 949. *Quo errore Bertholdus Dux Meraniæ & Carinthiæ, ſocer Henrici Barbati Uratislaviæ Ducis, qui anno 1206. vixit, factus eſt Dux Moraviæ a Neugebauro* lib. 3. Hiſt. Polon. fol. 128. *quem Cromerus* lib. 7. Rer. Polon. fol. 129. col. 1. in fin *vocat Marchionem Moraviæ.*

F (γ) Theobaldus] *cujus meminit Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Aſcan. in Stemmat. 2.
399 Comitum Aſcaniæ & Ballenſted. fol. 427. *& Brotuffius in* Geneálog. & Chron Princip. Anhalt.

(δ) Hoſmannus] *in Tempa Regis ingreſſ. in ſuperior. Luſat. in præfat. Sed hic Rapotus nec Moraviæ, nec Luſatia Marchio fuit, ſed Palatinus Bavariæ, & Præfectus limitis Auſtriaci, ut* lib. 2. *ex probatis auctoribus retulimus. Nec ejus rei ullam mentionem faciunt Chronographi S. Galli, Hepidannus, Ratpertus, Ekkehardus, Burckhardus, Conradus Fabarienſis, quos ſimul in Alamanicis edidimus; nec Thomas Lyrer Ranckvvilenſis in* Hiſtor. Suevor.

(ε) *Fuit Burckhardus iſte Dux Alemanniæ ſive Sueviæ a Cæſ. Conrado conſtitutus, ut teſtantur dicti Chronographi, necnon Stumpfius in* Chron. Helvet. *& Cruſius in* Annal. Suev. *Militavit quidem in Hungaria, ſed an Marchio fuerit Moraviæ, fides ſit penes auctorem.*

bant Bretislaum, qui & *Biſetislaus*, & *Briſetislaus*, Vdalrici Ducis filium, Imperatoris A Ottonis II. generum. Dubravii [α] hæc ſunt verba: *Adoleſcebat tum Bretislaus, cui Moraviam pater Marchionis titulo adminiſtrandam commendavit. nam antehac a Præfectis Moravia regebatur. Sed ex re magis eſſe viſum eſt, quando hinc Polonus, hinc Hungarus hoſtis inſtaret, ut Marchio illam, tanquam dignitate & authoritate privatum quemvis magiſtratum antecellens, regeret.*

7. Inſtitutus autem fuit contra Hungaros tum Imperio rebelles & infeſtos. Unde in Diplomate [β] quodam Friderici Ducis Bohemiæ legitur: *Wir Friederich Hertzog in Bœhmen, unnd Regent in Mæhren biß an die Hungeriſche grentzen* &c.

8. Fuit ſubvaſallus Imperii ſub poteſtate Ducis, poſtea Regis Bohemiæ, Coſmas (γ) Pragenſis de Wladislao Duce, qui fratrem Ottonem Marchionem Moraviæ per inſidias B ceperat: *Volo caſtigare eum, ut caſtigatus reſipiſcat, & cognoſcat, atque ſui poſteri diſcant, quod terra Moraviæ, & ejus Dominatores ſemper Boëmorum ſint ſub poteſtate, ſicut avus noſter piæ memoriæ Brecislaus, qui eam primus Domino ſuo ſubjugavit: nempe Polonis ereptam, qui eam occupatam aliquandiu tenuerant.*

9. Joan. Dubravius (δ) de Carolo Marchione Moraviæ a patre Joanne Rege inſtituto: *Non prius Marchionis ibi perſonam gerere permiſit, quam fidei ſacramentum præſtaret, quale præſtare conſuevit, qui nunc vaſallus appellatur.*

10. In quadrivaria Imperii Romani partitione *Marchio Moraviæ* factus eſt unus ex quatuor [ε] S. Romani Imperii Marchionibus, qui rebus limitaneis deliberandis in conſilio Imperii generali præfecti erant. Unde patet, eum ab initio immediatum (*) Im- C perii Statum obtinuiſſe.

11. Eſt namque feudum Imperii Romano-Germanici, pro quo Reges Bohemiæ tenentur fidem Imperatori præſtare clientelarem, ut ſuperiori *capite 14.* a nobis demonſtratum eſt, & rerum geſtarum auctores (ζ) paſſim atteſtantur.

12. Hinc Imper. Sigiſmundus, quum Marchionatum Moraviæ filiæ ſuæ Eliſabethæ, & marito ejus Alberto Duci Auſtriæ, tamquam Rex Bohemiæ, cum omnibus ejus pertinentiis, juribus, juriſdictionibus, terris &c. exceptis epiſcopo Olomucenſi, & Przenkſio Duce Tropaviæ, quos cum ſuis ſucceſſoribus & heredibus Regi Bohemiæ immediatim reſervavit; exceptis itidem Civitatibus Brunaw & Swietlaw, quæ ab antiquo ad Marchionatum Moraviæ ſpectabant, in feudum contuliſſet [η] ſub dato Budæ anno D MCCCCXXIII. die Lunæ poſt Michaelis: petiit idem Albertus Dux ſibi ſuæque conjugi
401 & heredibus eam ſubinfeudationem ab eodem Sigiſmundo, tamquam Romanorum Imperatore & ſupremo feudi Domino per Bullam Imperialem confirmari. Quod & factum eſt ſub dato Budæ eodem anno & die. In qua confirmatione Cæſarea legitur: *Deß haben wir angeſehen ſolche lieb und trew, die uns der obgenannt Albrecht, Hertzog zu Oeſterreich, Eliſabeth ſeine gemahelin, und ihre vorfahren, uns und dem heyligen Reich offt und dick williglich gethan haben, tæglich thun, und fürbaß erzeigen und thun mügen und ſollen in kunfftigen zeiten. Und haben ihm darumb mit wolbedachtem muth,*

(α) Dubravii] *lib. 7. Hiſt Bohem. fol. 48. Hagecius, Boregkius in* Chronic. Bohemor. *Coſmas Pragenſis* lib. 3. Hiſt. Bohem. anno 1110.

(β) In Diplomate] *apud Hagecium in Chron. Boh. anno 1184.*

400 (γ) Coſmas] *lib. 3. Hiſt. Bohem. anno 1110.*

(δ) Dubrav.] *in Hiſt. Bohem. lib. 21. fol. 174.*

(ε) Unus ex quatuor] *Georg. Alten in* Chronic. in Ottone III. Imper. *Harman. Schedel in* Chronic. univerſal. *Archigrammateus Colonienſ. in* Chronic. *Von der hylligen Statt Cœlln* in Ottone III. Imp. *Petr. de Andlavv* de imper. Roman. lib. 2. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23. *Henric. Pantaleon in* part. 2. *von den Teutſchen Helden* fol. 132. *Stumpfius* libr 2. Chronic. Helvet. cap. 20. *Hertzog in* Chron. Alſat. fol. 143. *Albinus in* Chron. Miſniæ fol 321. *Ravven in* Coſmograph. fol. 696. *Abraham Saurius in* Penu Notar. in pr. *Satlerus in* Theſaur. Notar. part. 6. cap. 14. *Elias Reuſnerus in* Quæſtion. hiſtor. cap. 7. *Panvinius* de Comit. Imperat. cap. 13. *Henning. Gœden* Conſil. 1. num 11. *Matth. Stephani* lib. 2. de juriſdict. part. 1. cap. 6. num. 91. *Paurmeiſt.* de Juriſdict. lib. 2. cap. 11. *Hænonius* Diſput. politic. 3. th. 49. *Zach. Victor* de cauſ. exempt. Imp. concl. 5. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. concluſ. 28 lit. a. *Schœnborn* lib. 5 Politic. cap. 39. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 4. cap. 13. num. 8. *Dan. Otto* de Jur. publ. cap. 18. *Kœnig in* Theatr. politic. part. 1. cap. 36. num. 41. E

(ζ) Auctores] *quos in* d. cap. *allegavimus, maxime Reuſnerus in* Baſilic. genealog. fol. 136. & ſeqq. *Lehmannus* libr. 5. Chronic. Spirenſ. cap. 105. & cap. 109. *Thom Lanſius in* Diſput. de Leg. Reg. conCluſ. 52. *Pieſſordius in* Stemmat. Princip. Habſpurgi-Auſtr. in ſchem. 4. in Rudolpho I. Imperat. *Abrah. Hofmannus* de Elect. & coronat. Cæſarian. in Friderico III. Imper. fol. 317. F

(η) In feudum contuliſſ.] *cujus tenorem vide in* Beylagis Germanicis anno 1423. *Adde Bonfinium* decad. 3. lib. 3. fol. 392.

(*) Negat id Ludevvig in *Germania Princepe lib. I. c. 3. p. 269.* Cujus rationes & argumenta cum obvius ſit hic liber, deſcribere non lubet. G

A *muth, gutem rhat unſer und deß H. Reichs Fürſten, Herren und getrewen, und rechtem vviſſen, die ehegenannte gabung, als vvir dem ehegenannten Albrechten, Hertzogen zu Oeſterreich, Eliſabethen ſeiner gemahlin, und ihren Leibserben, an dem Furſtenthumb und Marggraffſchafft zu Mæhrern, und allen andern vorgenannten zugehœrungen, als ein Kœnig zu Bœheim, gethan haben, nach laut unſerer Majeſtatbrieff darüber gegeben, als ein Rœmiſcher Kœnig das gnædiglich beſtettiget, beveſtet, und confirmirt: beſtetten, confirmirn ihnen die in krafft dieſes brieffes von Rœmiſcher Kœniglicher macht, als daß ſolche gabung alle nach laut unſers Majeſtatbrieffs drüber gegeben in ſeinen puncten, clauſuln unnd articuln volle krafft unnd macht haben ſollen* &c.

13. Hinc non minus atque ipſa Bohemia, jure caducitatis ab Imperatoribus noſtris
B aliquando fuit vindicata, ut de Rudolpho I. Cæſare Hagecius (α) refert. Et bona ac prædia omnia, quæ Johannes Dux Auſtriæ (β) in Moravia habebat, in jus Imperii ceſſerunt, quum Dux eſſet proſcriptus propter parricidium in Alberto I. Cæſare patruo ſuo perpetratum: quæ poſtea Heinricus VII. Imperator donavit Friderico Pulchro Auſtriæ Duci, dicti Alberti Cæſaris filio.

14. Sileſia ſupremos Dominos ſuos ſæpenumero mutavit, nunc Teutones, nunc Bohemos, nunc Polonos, recognoſcens. Qua ratione tandem ad Bohemiam, ex Imperatorum noſtrorum conceſſione, redierit, a Schiffordeghero (γ) JC. Sileſio, & aliis, exponitur.

15. Eam videtur Heinricus III. Imperator in jus Imperii redegiſſe. Sic enim ſcribit
C Aventinus: (δ) *Rumor erat Cathomarum Polonorum Regulum Sileſiam, ab Auguſto datam Bojemio Præſidi, armis affectare. Cathomarus, ubi iſthæc accepit, ad Imperatorem venit Goslariam, rumorem de ſe temere natum coarguit. Cæſar excuſatum eum habuit, domumque redire juſſit.*

16. At vero Heinricus IV. Imperator in Comitiis Moguntinis anno MLXXXVI. Bohemiæ adjudicavit, & una pariter cum ipſa Bohemia, Moravia & Luſatia in feudum contulit Vladislao primo Regi ibidem creato, ut ſupra [ε] dictum eſt.

18. Fertur dein Conradus III. Imp. anno MCLVIII. per ſententiam Boleslao Regis Poloniæ fratri, ejusve heredibus addixiſſe; quam ſententiam Fridericus I. Imp. ejus ſucceſſor anno MCLXI. ſolemniter confirmarit. (ζ)

D 18. Qua de re ita commentatur Henelius [η] JC. Sileſius: *Ex quo Vladislai II, Poloniæ Principis filii Boleslaus, Miciſlaus, & Conradus, opera Friderici Barbaroſſæ Imperatoris Sileſiam omnem continentibus ſylvis a reliqua Polonia diremptam ad Bojemorum uſque, Saxonumque fines in ditionem ſuam, veluti in trientes inter ſe diviſam, acceperunt: propriorum Ducum ſive Principum dominatum diutim Vratislavia pertulit.*

19. Tandem Heinricus Dux Sileſiæ, Princeps Vratislaviæ, ſe ſuaque omnia ſub Imperium Rudolphi I. Cæſaris ſubjeciſſe in literarum monumentis traditur. (θ) De quo idem Henelius: (ι) *Henricum*, inquit, *male in Wenceslaum animatum, ut Vratislavia eum defraudaret, ſe ſuaque ſub Imperium Rudolphi Cæſaris ſubjeciſſe, apud quem tamen plus cauſſa Wenceslai, quam fraus Henrici valuerit, Dubravius ſcribit. Quæ non vana*
E *omnino eſſe vetuſtorum diplomatum, quæ in archivo Carlſteinenſi exſtant, fide liquet.* Diplomata, quorum meminit, aliqua ex parte ad manus noſtras pervenerunt. Et illius quidem, (κ) quo Rudolphus I. Cæſar confirmat pactum ſucceſſorium inter dictum Henricum

(α) Hagecius] *in Chron. Bohem. anno 1278. fol. 339. cujus verba ſuperiori cap. 15. §. 3. produximus.*

(β) Johannes Dux Auſtr.] *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtemmat. Auſtriac. fol. 30.

(γ) Schiffordeghero] *Diſput. forenſ. lib. 3. tract. 30. quæſt. 3. Schœnborn.* lib. 5. Polit. cap. 36. *Hene-*
F *lio in* Sileſiograph. cap. 7.

402 (δ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 5. fol. 423.* Cathomarum *vocat, quem Spangenberg.* Caſimirum, *conventumque hunc Imperialem reponit ſub anno 1050.*

(ε) Supra] *cap. 10. num. 8. Quo ſpectare videntur, quæ refert Michovius in Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 17. ſcribens:* Legitur in Chronica Hungarorum, quod Rex Poloniæ homagiarius & ſubjugalis Regi Bohemiæ fuiſſet, *&c.*

G (ζ) *Elias Reuſnerus in* Stemmat. Ducum Sileſiæ fol. 49. *Salomon Neugebaur* lib. 3. Hiſt. Polon. anno 1146. fol. 102. & anno 1148. fol. 103. *Matth. a Michou in* Chron. Reg. Polon. lib. 3. cap. 19 *Jod. Ludov. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polonor. fol. 279. *Cromerus* lib. 6. Rer. Polonic. in Boleslao Criſpo. *Alexand. Guagninus in* Compend. Chronicor. Polon. in eod.

(η) Henelius] *in Breslograph. cap. 5. Cromerus in* d. lib. 6. Rer. Polon. *Calviſius in* Chronolog. anno 1163. *Herburtus* lib. 5. Hiſt. Polon. cap. 6. *Neugebaur* d. lib. 3. fol. 106. *Michovius* d. lib. 3. cap. 19.

(θ) Traditur] *Dubravius* lib. 18. Hiſtor. Bohem. fol. 148. *Boregk in* Chron. Bohem. in Wenceslao II. Rege.

(ι) Henelius] *in d. cap. 5.*

(κ) Et illius quidem] *refert Hagecius in* Chron. 403
Bohem. anno 1290.

Henricum Sileſiæ Ducem & Ottocarum Regem Bohemiæ initum, en tibi particulam: A
*VVie es mit dem Preſslischen oder Schleſiſchen Fürſtenthumb, ſo uns und dem Keyſer-
thumb unders Leben gehærig, künfftig gehalten vverden ſoll* &c. ſub dato Erfordiæ in
Comitiis anno MCCXC. [*] Clara hæc verba clare ſonant, Sileſiam eſſe Imperii Romani
feudum rectum, Regni autem Bohemiæ obliquum ſive ſubfeudum. Oppaviam [α] quo-
que ſive Troppaviam & Glogoviam eodem feudi jure collatas Ottocaro a Cæſare fuiſſe,
Lanſius (β) auctor eſt.

20. Alterum Diploma eſt Alberti I. [γ] Imperatoris, quo Wenceslaum III. Regem
Bohemiæ a banno Imperiali, quo pater ejus Wenceslaus II. erat innodatus, in Comi-
tiis Norimbergenſibus anno MCCCV. abſolvit, in cujus §. 4. legitur: *Promittimus inſu-
per ſuper terris, hominibus, bonis & juribus terræ Vratislavienſis ſtare dictis & ordina-* B
*tioni ſpectabilium virorum, Bertholdi Comitis de Hennenberg, & Burckhardi Burggravii
de Magdeburg, per nos & prædictum VVenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avun-
culum noſtrum, ad hoc concorditer electorum.* Ecce hunc quoque Imperatorem Sileſiam
ſibi feudi jure vindicaſſe.

21. Tertium Diploma eſt Caroli IV. (δ) Imp. de incorporatione Poloniæ ac Sile-
ſiæ cum Regno Bohemiæ, ſub dato Pragæ anno MCCCLV. in cujus §. 2. ſancitur: *Et licet
inſignis Ducatus Vratislavienſis & Sileſiæ, cum ſuis omnibus pertinentiis, ad* UTILEM
*& immediatum Dominum Illuſtrem quondam Bohemiæ Regem, progenitorem noſtrum.
& Coronam Regni Bohemiæ ſpectaverit ab antiquo, ſicut hoc literæ recolendæ memoriæ
Domini Rudolphi Romanorum Regis, prædeceſſoris noſtri, oſtendunt. In quarum prima* C
*quandam ordinationem inter Illuſtrem Ottocarum quondam Bohemiæ Regem, proavum
noſtrum cariſſimum ex una, & Henricum Ducem Vratislavienſem parte ex altera, vi-
delicet quod dictus Ottocarus Rex eidem Henrico Vratislavienſi & Sileſiæ Duci, in ca-
ſu, ſi Ducem præmori contigerit, in præmiſſo Ducatu Vratislavienſi & Sileſiæ, terris &
omnibus Dominiis ſuis deberet ſuccedere, per ſe factum adſerit, & in ſede ipſarum dicto
Henrico Duci jam ſublato de medio, prædictum Regem Ottocarum, hæredes & ſucceſſo-
res ſuos, Reges Bohemiæ, de Ducatu Vratislavienſi & Sileſiæ, terris & dominiis præ-
fatis, tanquam actu vacantibus, propter multa grata ſervitia, quæ Illuſtres Bohemiæ
Reges ſacro Romano Imperio fecerant, ſolenniter* INVESTIVIT *lucidius atteſtantur.* Eadem
iiſdem verbis repetuntur in confirmatione Gerlaci (ε) Archiepiſcopi Moguntini, & cæ- D
terorum Imperii Electorum, ſub dato Norimbergæ in Comitiis anno MCCCLV. Habe-
mus ergo textum expreſſum, quod Rex Bohemiæ in Sileſia habeat ſaltem utile, Impe-
rator autem directum & ſupremum feudale dominium.

22. Idem Carolus IV. in Commentariis [ζ] ſuis ſcriptum reliquit: *Illo tempore mi-*
404 *ſit nos pater noſter ſuper Ducem Sleſiæ, nomine Bulconem, Dominum Munſterberienſem.
Nam ille Dux non erat Princeps neque vaſallus patris noſtri & Regni Bohemiæ. Pater
tamen noſter acquiſierat civitatem Vratislavienſem per Dominum Henricum VII. Ducem
Wratislavienſem, qui heredes non habebat. Et idem Dux acceperat in donum Glacenſe
territorium temporibus vitæ ſuæ, voluitque potius prædictam civitatem ac Ducatum pa-
tri noſtro & Coronæ Regni Bohemiæ perpetuo applicare, quam fratri ſuo Boleslao dimit-* E
*tere: quia ipſe & frater ſuus mutuo ſibi inimicabantur. Poſtquam autem pater noſter ac-
cepiſſet poſſeſſionem civitatis Wratislavienſis, omnes Duces Sileſiæ, & Opolienſis ſubjece-
runt ſe ditioni ſuæ ac Coronæ Regni Bohemiæ perpetuo, ut defenderentur a Regibus Bo-
hemorum: exceptis, Duce Sleſiæ Bernardo Domino Suiduicenſi, & Bulcone Domino Mun-
ſterberienſi: cujus territorium devaſtavimus in tantum, quod ipſe coactus eſt mediantibus
placitis, eſſe vaſallus patris noſtri ac Coronæ Regni Bohemiæ, ſicut & alÿ Duces.* Ad-
dit Petrus Abbas Aulæ Regiæ: [η] *Eodem tempore multi Duces Poloniæ* (id eſt Sileſiæ)
ad Joannem Regem Boëmiæ, viſitantem eorum terminos, venerunt, eique fidem & dex-

(α) Oppaviam] *in finibus Moraviæ & Sileſiæ ſi-
tam, quam deinde Rex Ottocarus filio ſuo notho
Nicolao ſub Ducis titulo in feudum conceſſit; Neu-
gebaur* lib. 3. Hiſt. Polon, fol. 149. *Germanis Trop-
pavv dicitur.*

(β) Lanſius] *in Diſput. de Leg. Reg. concluſ. 52.*

(γ) Albert. I.] *Conſtitution. Imperial. tom. 1. an-
no 1305. fol. 317.*

(δ) Caroli IV.] *Conſtitution. Imperial. tom. I.
anno 1355. fol. 346.*

(ε) Gerlaci] *ibidem fol. 348.*

(ζ) Commentariis] *de vita ſua fol. 96. in Bohe-* F
mic. Freherianis.

(η) Petrus Abb.] *in Chronic. part. 2. cap 19.
anno 1327. Munſterus* lib. 3. Coſmograph. in Schle-
ſia.

(*) Dedimus has literas publicas, quas hic Gol-
daſtus memorat, ex Balbino in *ſupplemento* Docu-
mentorum.

A teram ſub forma homagij ultronei præbuerunt. Erat enim tunc Rex ſub tali intentione, quod Cracoviam cum Regno Poloniæ ſibi ablatam cuperet in manu valida recuperare.

23. Pergit Imperator Carolus: (α) *Rex Vngariæ Carolus (qui ante habuerat ſororem patris noſtri, ipſa vero defuncta, acceperat ſororem Regis Cracoviæ Cazimiri) fecit pacem inter patrem noſtrum & Cracoviæ Regem, ita quod renunciaret pater noſter juri ſibi debito in inferiore Polonia, ſcilicet Gneſnenſi & Caliſſienſi, & aliis inferioribus provinciis Poloniæ. Rex vero Cracoviæ renunciavit patri noſtro & Regno Bohemiæ, in perpetuum de omni actione omnium Ducatuum Sileſiæ & Opoliæ, & civitatis VVratislaviæ. Nam antea erat diſſenſio inter eos: quoniam avus noſter Wenceslaus II. Rex Bohemiæ poſſederat inferiorem Poloniam prædictam cum Ducatibus Cracoviæ & Sandomiriæ,*
B *ratione Rixæ unicæ filiæ Przieмisl Regis inferioris Poloniæ, Ducis Cracoviæ & Sandomiriæ, quam acceperat in uxorem. Qui Przieмisl poſt mortem ſuam dederat avo noſtro & Coronæ Regni Bohemiæ in perpetuum tam Regnum quam Ducatus poſſidendos. Cazimirus vero prædictus erat patruus ipſius Dominæ, & dicebat ſe jus habere in Regno Poloniæ inferioris, aſſerendo quod fœmina non poſſet hæreditare in Regno. Et ſic guerra a longis temporibus duraverat inter Reges Bohemiæ & Cazimirum, ac patrem ſuum quondam Wladislaum Regem Cracoviæ ſeu inferioris Poloniæ.*

24. *Neminem fugit*, verba ſunt Schiffordegheri, [β] *quo titulo Sileſia a Regno Po-* 405
loniæ avulſa, & viciſſim Regno Bohemiæ unita fuerit. Fateor Joannem Regem Bohemiæ non ſine ſingulari artificio ſibi Principes Sileſiæ demeruiſſe, ac per hoc ſupremum Do-
C *minium in Sileſia quæſiſſe, quod ipſi Sileſiæ Principes ideo addicere potuerunt, quod nimirum penes ipſos fuerit ſumma poteſtas, quippe cum certam terram ſuis limitibus aſſignatam haberent, nec quidquam Regno Poloniæ deberent, prout etiam omnimodam juriſdictionem in Ducatibus ſuis exercebant. Quare igitur nemini ſubditus non poterit alterius jugo molli & liberali ſe ſubjicere, cum & ſe ſubducere poſſit? Fatendum certe eſt, quod juris ratio confirmat, ex his quæ eleganter tradit poſt multos Vaſquius Illuſtr. controverſ. part. 1. lib. 2. cap. 82.*

25. *Inter laicos Magiſtratus in Sileſia*, inquit Henelius, (γ) *poſt Imperatorem Romanum Principe loco merito numeramus Regem Bojemiæ.* Et poſtibi: *Bojemiæ Reges an ab Romanis Sileſiam Imperatoribus in feudum recognoſcant, quod jam olim adfirmavit*
D *Auctor Magni Chronici Norimbergenſis, editi anno 1493. eoque reſpectu Imperij provinciam cum nonnullis, qui politici haberi volunt, non vulgaribus appellare liceat, intelligentiores æſtimarint.*

26. Omne dubium, ſi quod cuiquam ſubeſſe poterit, adimat ingenua Vladislai (δ) Hungariæ & Bohemiæ Regis confeſſio, in privilegio Ducibus Sileſiæ Lignicenſibus, Brigenſibus, & Goldbergenſibus confirmato Budæ anno MDV. ubi: *Inmaſſen*, inquit, *ihr verfahren, ehe dann ſie an unſer Cron zu Bæheim kommen, gehabt, und als freye Fürſten deß Reichs geübt und gehalten haben*, &c. Numquid amplius requiremus?

27. Et immediatum [ε] quidem Principum Sileſiæ, Prælatorum, & Civitatum quarundam ſtatum arguit etiam illud, quod appellationes olim immediate ad Cameram
E Magdeburgenſem (ζ) devolverentur. Cujus rei indicia quædam adhuc ſuperabant, antequam

(α) Imp. Carolus] *in dictis Commentar. de vita ſua. Videndi de hac tranſactione Æn. Sylvius in* Hiſt. Boh. cap. 31. *Dubravius* lib. 21. Hiſt. Bohem. fol. 175. *& ibi Jordanus in* Annotat. *Joach. Curaus in* Annal. Sileſ. anno 1335. fol. 100. *Bonfinius in* Hiſtor. Ungar. *Hageeius in* Chron. Bohem. anno 1335. *Cromerus* lib 12. Rer. Polonic. in princ. *Boregk in* Chron. Bohem. in Johanne Rege, *Schifforde gherus* Diſputat. forenſ. lib. 3 tract. 30. q. 3. *ubi addit:* habeo penes me exemplum non ſine
F maximo ſtudio erutum hujus pacti, ex quo hiſtoricorum errata facillime poſſem convincere, ſi integrum eſſet quærere diverticula.

(β) Schiffordegh.] *d. tract 30. quæſt 3. Quibus verbis Polonorum criminationes refellit, velut Matth Michovius* lib. 4. Chronic. Regum Polon. cap. 16. *Cromers* lib. 2. Rer. Polon. *Guagnini in* Compend Chronic. Polon. *Neugebaurs in* Hiſtor. Polon.

G (γ) Henelius] *in Sileſiograph. cap 7. Eſſe tamen immediatum Imperii feudum ex ipſis Cæſarum, earundemque Bohemiæ Regum publicis decretis, teſtationibus & confeſſionibus conſtat, quibus innituntur Georg. Alten in* Chronic. Norimberg. *Hartman. Schedelius in* Chronic. univerſal. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 508. *Thom. Lanſius in* Diſputat. de Leg. Reg. concluſ. 52. *Hofmannus* de Elect. & coronat. Cæſarian. in Friderico III. Imper. fol. 317.

(δ) Uladislai] *cujus Diploma edimus in* Beylagis Germanicis ſub anno 1505.

(ε) Immediatum ſtat.] *quod non uſquequaque largiri videtur Henelius in* Sileſiograph. cap. 8. fol. 101. & ſeq. *Sed textus ille juris Saxonici, necnon & juris Cæſarei, nimis eſt manifeſtus.*

(ζ) Cameram Magdeburgenſ.] *VVeichbild Magdeburgenſ.* artic. 10. *Keyſerlich Land- und Lehenrecht*, part. 1. tit. *Martinus Cromerus* lib. 1. Rer. Polonic. *Hieronym. Treutlerus* lib. 1. Diſputat. ſelectar. cap. 1. th. 10. *Matth. Stephani* lib. 3. de juriſdict. part. 1. cap. 3. num. 28. *Gryphiander* de Weichbild. Saxon. cap. 80. num. 4.

antequam ſummum illud appellationum judicium Pragæ ab Imperatore Ferdinando I. A Aug. inſtitueretur.

28. Accedit & quadripertitum illud S. Romani Imperii Corpus, in quo Dux Sileſiæ conſtitutus erat unus ex quatuor Vicariis [α] Imperii perpetuis ac hereditariis: nec non & caſtrum *Munſterberga* (β) unum ex quatuor Montibus, ſive Caſtris Imperii montanis. Quod Corpus ut antiquum & vetuſtum eſſe non inficiatur Freherus, ita cauſſa nulla erat, cur fidem ejus elevaret. (γ)

29. De Luſatiæ ſtatu jam antea oſtendimus, (δ) eam fuiſſe immediatum S. Imperii Marchionatum. Eſt autem duplex, ſuperior & inferior. Superior Germanice vocatur *die Sechs Stætte*, complectiturque duos circulos, Budiſſinenſem & Gorlicenſem. Budiſſinenſi Camentia & Liba; Gorlicio Sittavia & Lauba, ſubjectæ ſunt. Mauritius B Brandius JC. [ε] & ex eo Hoſmannus ſcribit Rapotum Comitem Palatinum Bavariæ fuiſſe a Ludovico II. Rege, Pii filio, & Caroli M. nepote, creatum Luſatiæ Marchionem.

30. Anno DCCCCXVII. affirmat idem Hoſmannus, (ζ) fuiſſe Burckhardum Comitem Bucchornenſem a Conrado I. Rege eodem Marchionatu inveſtitum. Sed ſupra diximus, hunc fuiſſe Ducem Sueviæ, & Cæſari militaſſe in Hungaria.

31. Anno MLXV. refert idem Hoſmannus, [η] Heinricum IV. Imperatorem inſtituta in Luſatos expeditione eos in fidem redegiſſe, Marchionatumque Luſatiæ Berziſlao ſeu Vratiſlao Bohemiæ Duci *biß auff weitern beſcheidt ubergeben und eingeræumet*. Qui ſe inde primus Ducem Bohemiæ & Marchionem Luſatiæ ſcripſerit.

32. Anno MLXXIV. ſcribit Lambertus (ϑ) Schafnaburgenſis: *Cum Dedi Marchio* C *longa ægritudine abſumptus deceſſiſſet, Marchiam ejus Boëmico Duci in præmium exactæ militiæ dedit* (Heinricus IV. Imp.) *tametſi uxor Marchionis Adala filium ſuum, cui hæreditaria ſucceſſione Marchia debebatur, ei paulo ante pro ſe obſidem miſiſſet, & ipſe Mar-*
407 *chio poſt recuperatam pacem in Gerſtingun, intemeratam ſemper erga Regem Rempublicam fidem ſervaſſet.* Ergo Marchionatus, ut Imperii feudum, obnoxius erat feloniæ in S. Cæſ. Majeſtatem commiſſæ, & jure caducitatis ad ſe devolutum Imperator Vratiſlao Bohemo contulit; duodecennio poſt in Comitiis Moguntinis [ι] anno MLXXXVI. celebratis eidem ſolemniter confirmavit. Dubravius: (κ) *Vratiſlaus patris Henrici, a quo bonam Luſatiæ partem mercedis loco adeptus eſt, factionem fovit.* Et rurſum: [λ] D *Vratiſlaus Luſatiam beneficio Cæſaris poſſidebat.*

33. Alibi ſcribit idem Dubravius: (μ) *Lotharius Cæſar donationem de Luſatia, quam Sobieslao* (Duci Bohemiæ) *Vladislaus Marchio, Vigberti filius, a liberis orbus faciebat, authoritate Cæſarea confirmavit.*

34. Atqui ſub Friderico I. Imperatore floruiſſe memoratur Theodericus Marchio Luſatiæ, qui fuit immediatus Imperii Princeps, maximæque apud Cæſarem auctoritatis, quod teſtatur Decretum (ν) ejuſque Imperatoris ſub dato Cremonæ anno MCLXII: in quo legitur: *Hoc vobis conteſtando ſcribimus, quod prædictam ſententiam Endericus* (leg. *Teudericus*) *Marchio de Luſitz, in palatio noſtro apud Cremonam, approbantibus Imperii noſtri Principibus, edidit.* Idem etiam interfuit poſtea Imperatoris nomine E tractatibus pacis publicæ inter Alexandrum Papam & Imperatorem reformatæ Venetiis

(α) Vicariis] *Matth. Quadus in* Tabul. Europæ. *Henning. Gæden* Conſil. 1. num 11. *Otto* de jur. publ. cap. 17. fol. 656. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. cap. 28. lit. a.

(β) Munſterberga] *Quadus* ibid. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23. *Nunc in Principatum erecta honorem retinet S. Rom. Imperii Principis.*

(γ) Fidem elevaret] *quem ſecutus Henelius non dubitavit patria ſua, cui omnem honorem debet, hanc ſummam dignitatem & libertatem abnegare, in* Sileſiograph. cap. 7. (*)

(δ) Oſtendimus] *lib. 1. cap. 16.*

(ε) Brand.] *in der Chronica des Furſtlichen Kloſters zu S. Gallen* fol. 215. *Hoſmannus in* Pomp. Regii ingreſſ. in ſuperior. Luſat. in præfat.

(ζ) Hoſmannus] *ibidem ex antiqua Chronic. Moravia cap. 181. fol. 265.*

(η) Hoſman.] *in d. præfat. ex VVolffgangi Emerichs* Chronico Bambergenſ. anno 1065. fol. 63.

(ϑ) Lambertus] *in Chronic. de reb. geſt. German. anno 1074. fol. 225.*

(ι) Comitiis Moguntinis] *Hagecius in Chronic. Bohem. anno 1086. & ſeqq.*

(κ) Dubravius] *lib. 8. Hiſt. Bohem. fol. 62. Reuſnerus in* Baſilic. genealog. fol. 129.

(λ) Et rurſum] *lib. 9. fol. 66.*

(μ) Dubravius] *lib. 11. fol. 86. Brotuffius in* Chronic. Martisburgenſi. *& ex eo Andr. Hondorphius in* F Promptuar. exemplor. in 1. Præcept. Decal. *ſcribunt, Lotharium, ſubactis Luſatis, & deſtructo eorum idolo Flynſo, Luſatiam S. Imperii Marchionatum conſtituiſſe. Quod cum iis, quæ diximus, minime convenit.*

[ν] Decretum] *in Privileg. Mindenſ. Eccleſ.* num. 12. *Conſtitution. Imperial.* tom. 3. anno 1157. fol. 352.

(*) Ægre hæc tulit Henelius in ſecunda libri ſui editione *cap. 9. §. 42.* quem vide.

A anno MCLXXVII. & Decreto pacis (α) ſubſcripſit in hunc modum: *Ego Theodericus Marchio de Luſitz ſubſcr.* Fratrem habuit Diedonem Comitem de Groitz, ut idem Decretum nobis fidem facit.

35. Anno MCCLXXXVI. Luſatiam Rudolphus I. Cæſar Ottocaro Bohemiæ Regi cum cæteris feudis Imperialibus contuliſſe legitur Viennæ. (β) Et anno dein MCCXC. ejuſdem Ottocari filio Wenceslao, genero ſuo, Erfordiæ [γ] [*] confirmaſſe. Dubravius: [δ] *Arces complures in Miſnia & Luſatia quarum Cæſar per mortem Principis Miſniæ* (Henrici) *liberis orbi Dominus factus erat, dedit Wenceslao.*

36. *Heinricus VII. Imperator*, inquit Reuſnerus: (ε) *Regnum Bohemiæ utriuſque Luſatiæ acceſſione locupletavit: Joannes ejus filius Rex acquiſivit.*

B 37. Anno MCCCXIX. narrat Joannes Abbas [ζ] Aulæ Regiæ: *Woldemarus Marchio Brandenburgenſis ſine hæredibus & liberis eſt defunctus.* Et paucis interjectis: *Henricus Dux Sleſiæ, Bolconis Ducis filius Gorlitz obtinuit & Lubanum, licet antiquis temporibus ad Regnum ſpectaverint Bohemorum. Joanni vero Regi Bohemiæ Barones & cives de diſtrictu Budiſſinenſi homagium præſtitere*, &c. At Ludovicus IV. Imperator filium ſuum Ludovicum Romanum, (η) cui Electoratum Brandenburgium contulerat; etiam hunc Marchionatum Luſatienſem, ceu caducum & Imperio apertum, in feudum eodem anno conceſſit in Comitiis Naumburgenſibus.

38. Exſtat tamen diploma (θ) ejuſdem Ludovici IV. Imper. quo Johannem Regem Bohemiæ de Marchionatu Luſatiæ Budiſſinenſis inveſtit in menſe Septembri ejuſdem C anni, in quo expreſſe ſtatuitur: *Das Marggraffthumb und den Krayſs Bautzen, ſampt der Statt Kamitz, und aller deren Herrſchafft, welche auff diſsmahl, auſs urſachen dieweil Marggraff Waldemar ohne erben geſtorben, zum Kayſerthumb gehœrig geweſen, geben wir hiemit unſerm guten wiſſen und willen, in geſtalt eines Lehenrechten, zur ewigen nutzung und brauche, ſampt den Stætten, &c. Damit er und ſeine nachkommende Kœnige in Bœheim, uns und dem Kayſerthumb, der ſchuldigen treuen dienſte, aus obbemeltem Krayſs und Stætten, in geſtalt eines Lehenrechten zu leiſten verpflichtet ſeyn ſoll.* Et Carolus IV. [ι] Imp. in Commentariis ſuis de tractatu concordiæ inter Ludovicum Imp. & Joannem Regem Bohemiæ in urbe Treverica factæ, ita ſcriptum reliquit: *Tandem ad hoc deventum fuit, quod Ludovicus de Bavaria ſe ad hoc detulit, quod Regi Jo-* D *hanni & filio ſuo* [Joanni] *qui de Dominiis ſuis* [Comitatus Tyrolenſis] *relegatus fuerat, vellet dare terram Luſatiæ, utpote Gorlitz & Budiſſin civitates, quæ cum totis Dominiis & univerſis ſuis pertinentiis Regno Bohemiæ incorporari debeant, totis futuris temporibus permanſuræ*, Quam concordiam denique Ludovicus Romanus Elector, & Otto frater ejus Marchio Brandenburgius, Duces Bavariæ, filii Ludovici Imperatoris, ratam habuerunt, ceſſo omni in utrumque Marchionatum jure, quod ex inveſtitura paterna acquiſierant, ut Diplomata (κ) teſtantur.

39. Theodoricus a Nyhem, [λ] Protonotarius Apoſtolicus, & Epiſcopus Verdenſis, animo parum in Carolum IV. æquo ſcribit: *Ac etiam Luſatiam, quæ inter fines Saxoniæ, Miſniæ & Poloniæ conſiſtit, & per Archiepiſcopum Magdeburgenſem ab Imperio* E *tenebatur in capite ſeu in feudum; a quodam Archiepiſcopo tunc Magdeburgenſi, quem propterea ipſi metropoli præfici curavit, pecunia comparando illam extunc dicto Regno Bohemiæ adjecit, illa etiam Imperium turpiter ſpoliando.* Equidem laudo zelum pro Imperio, cujus ipſe

[α] Decreto pacis] *apud Baronium* Annal. eccleſ. tom. 12. anno 1176. *Conſtitut. Imperial.* d. tom. 3. anno 1177. fol. 358. & ſeq.

[β] Viennæ] *Thom. Lanſius in Diſput. de Leg. Reg. concluſ. 52.*

[γ] Egræ] *Reuſnerus in Baſilic. genealog. in ſtirp. Sclav. fol. 142.*

F [δ] Dubravius] *lib. 18. Hiſtor. Bohem. fol. 147.* 408 *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 23. *Diploma vide apud Hagecium in* Chron. Bohem. anno 1289.

[ε] Reuſner] *in Baſil. genealog. in Stemmat. Regum Bohem. ex ſtirpe Lucemburg.*

[ζ] Joan. Abb.] *in Chronic. part. 2. cap. 8. anno 1319.*

[η] Ludovicum Roman.] *Reuſnerus in Baſilic. genealog. fol. 224.*

[θ] Diploma] *apud Hagecium in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1319. *Videatur Angelus ſive Engelus in* Chronic. March Brandenburg. anno 1309. fol 57. & *Abrah. Saurius in* Calend. hiſtoric. die 7. Septembr.

[ι] Carolus IV. Imp.] *de vita ſua fol. 106. in Bohem. Freher.*

(κ) Diplomata] *in Beylagis Germanic. anno 1350. & 1354.* 409

(λ) Nyhem.] *in Nemor. unionis, tract. 6. Labyrinth. cap. 33. fol. 485.*

(*) Sine dubio hic legendum *Egra*, uti in notis, nam illa conceſſio Miſniæ & Luſatiæ Wenceslao poſt mortem Henrici a Rudolpho Habſpurgio facta eſt, *Egræ* & quidem *anno 1289.* non 1290, ut h. l. Goldaſtus habet. vid. Inſtrumentum in *ſupplemento.*

jus ipſe Princeps erat in partibus Saxonicis & Belgicis non infimus; laudo affectum boni patriotæ, pro Imperii Germanici majeſtate concertantis: ſed Imperatorem ab hac invidia defendit ipſiuſmet Conſtitutio, [α] & ejus ab Archiprincipibus Electoribus facta confirmatio, (β) cujus hic eſt tenor: *Et quamvis Marchia Budiſſinenſis & Gorlicenſis, quæ cum cæteris civitatibus, oppidis & pertinentiis ſuis ad Regem & Coronam Bohemiæ ab antiquo pertinuerunt, per Illuſtrem Ottocarum quondam Regem Bohemiæ, proavum noſtrum, in perſonas quondam Illuſtrium Brandenburgenſium Marchionum, ex certis cauſſis & rationibus alienata fuerit: aliquando tamen Marchionibus prædictis, abſque ſexus maſculini hæredibus, decedentibus ex hac vita, Nobiles, Milites, Clientes, cives, univerſique incolæ Marchiæ Budiſſinenſis & Gorlicenſis præfatæ, animadverſione debita cognoſcentes, qualiter ad Coronam & Regnum Bohemiæ, tanquam ad immediatum &* B *naturalem Dominum, dudum pertinuerant, ad ſubjectionem & obedientiam Illuſtris Joannis quondam Bohemiæ Regis, genitoris noſtri, tanquam ad ordinarium, legitimum & naturalem Dominum ſuum, & ad Coronam Regni Bohemiæ, de cujus gremio jamdudum conſtiterant, ut præfertur, deliberatione non improvida redierunt.* A

40. Fridericus Marchio Brandenburgius & Elector Luſatiam inferiorem dicitur ſub Friderico III. Imperatore occupaſſe, Regi tamen Bohemiæ, ad quem jure ſpectabat, hac conditione permiſiſſe, ut ſibi Cotbuſium retinere liceret. (γ)

41. Hodie Regno Bohemiæ incorporata, (δ) a Regibus ſolet in feudum ab Imperio (ε) recipi. Et eſt unum ex ſeptem (ζ) feudis vexilliferis Saxoniæ, olimque appellationum cauſſæ ad Cameram Magdeburgenſem [η] devolvebantur. C

42. Comitatus autem Egranus & Elenbogius fuit Wenceslao II. Regi Bohemiæ in dotem a Rudolpho I. Cæſare feudi jure conceſſus anno Domini MCCLXXXVI. De quo Comitatu ita ſtatuit Albertus I. Imperator: [θ] *De munitionibus autem, ſi quas ipſius Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis, progenitores in terra Egrenſi, quam cum ſuis pertinentiis ipſe Wenceslaus Bohemiæ & Poloniæ Rex, ea integritate, qua ipſa terra genitori ſuo per felicis memoriæ Adolphum Romanorum Regem, prædeceſſorem noſtrum, olim fuit ... compromiſit nobis reſtituere ... ſua pecunia comparaverant, inter nos & ipſum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, taliter eſt ordinatum, ut eædem munitiones diſcuſſioni juris ſubjaceant, utrum videlicet ad nos, vel ad ipſum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, debeant pertinere, niſi ipſas idem Wenceslaus Bohemiæ & Poloniæ Rex* D *a nobis in feudum voluerit obtinere.* Ecce Comitatum Egranum feudi vinculo alligatum a Rudolpho I. & Adolpho I. Cæſaribus: exceptis caſtris allodialibus, quæ Rex Bohemiæ ab aliis comparavit. Quæ tamen non dubito, quin dictorum compromiſſariorum laude & arbitrio in jus feudale conceſſerint, quum acceſſoria ſoleant ſequi ſuum principale, per jura vulgata.

43. Ipſa tamen civitas Egra in jure Imperii permanſit, libertatemque ſuam immediatam retinuit uſque ad ævum Ludovici IV. Imp. qui eam pro certa pecuniæ ſumma Johanni Bohemiæ Regi in hypothecam obligavit. Unde putatur adhuc in quaſi libertate conſiſtere, quum ab omnibus inter liberas Imperii Civitates [ι] etiamnum recenſeatur. E

44. Johannes, Abbas Aulæ Regiæ: (κ) *Joannes Rex Bojemiæ de civitate & provincia*

(α) Ipſiuſmet conſtitutio] *ſub dato Pragæ anno 1355. Conſtitution. Imperial.* tom. 1. fol. 346.

(β) Electoribus facta confirm.] *d. tom. 1. fol. 349.*

(γ) *David Chytræus in* Chronic. Saxon. & vicin. gent. *Calviſius in* Chronolog. anno 1470.

(δ) Incorporata] *Carolus IV. Imp. in* d. Conſtitut. de incorporat. terrar. Poloniæ, Sileſiæ & Luſat. *§.4. & Electores in* d. Confirmat. *§.5. Vide quæ ex Receſſibus & Matriculis Imperii ſupra* lib. 1. cap. 16. & lib. 2. c. 16. & cap. 17. *deduximus.*

410 (ε) In feudum ab Imperio] *Lanſius in* Diſput. de Leg. Reg. concluſ. 52. *Hoſmannus in* tract. de Elect. & coronat. Cæſarian. in Friderico III. Imp. fol. 317.

(ζ) Unum ex ſeptem] *Specul. Saxon.* lib. 3. artic. 62. *Gloſſ in* d. lib. 3. artic. 53. n. 6. *Keyſerlich Land- und Lehen-recht* part. 2. tit. 37. *§.2. Repkavv ſive quis alius in* prolog. Specul. Saxon. & *ibi Zobelius in* addition. *Matth. VVackerus à VVackenfels Conſil. Cæſar. in* Voto Aulic. ſuper controverſ. Saxon. de jure præced. in dignit. & ſucceſſ. fol. 39.

(η) Ad Cameram Magdeburgenſ.] *vide quæ* lib. 1. cap. 16. *§.3. diximus.*

(θ) Albertus I. Imp.] *Conſtitution. Imperial.* tom. 1. anno 1305. *§.5.* fol. 317.

(ι) Liberas imperii civitates] *Auctor Chronicæ Colonienſ. in* Ottone III. Imper. *Stumpfius* lib. 2. E Chron. Helvet. cap. 20. *Cuſpinianus in* Comment. de Cæſarib. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. *Henr. Pantaleon von den Teutſchen Helden* part. 2. fol. 134. *Vide, quæ ſupra* lib. 1. cap. ult. *deduximus.*

(κ) Johan. Abbas] *in Chron. part. 2. cap. 11. anno 1321.* Aldenburgum *intelligitur Miſnia: & pro* Witzvvovv *reſcribendum eſt* Zvvickavv, *pro* Cirtz, Citz, *id eſt* Citicum, *Zeitz: quæ tres civitates nunc ſunt in pignore Electoris Saxoniæ.*

A *vincia Egrenſi pro viginti millibus marcarum per Ludovicum Regem Romanorum ſibi obligatis, & de aliis tribus civitatibus Imperialibus eidem ſimiliter obligatis pro debitis aliis, videlicet Aldenburg, & VVitzwow, & Cirtz, ſe nomine Imperii intromittit.*

45. Carolus IV. (α) Imperator aperte teſtatur: *Infra ſcripta* (inquiens) *pignora,* 411
ſcilicet Egra, Flot & Parckſtein quæ amplius alienari non debent, niſi ab Imperio redimantur. Et Adrian. Romanus, (β) Profeſſor Herbipolenſis: *Dicitur hæc civitas non alia de cauſſa eſſe juris Bohemici, quam ob impignerationem.*

46. Johannes de Polemar, Archidiaconus Barcinonenſis Hiſpanus in Orat. ad Bohemos (γ) refert, ad conventum Pragenſem pro concordandis Huſſitis, inter Principes ac Status Imperii acceſſiſſe Civitates Nurembergenſem & Egrenſem, & tamquam libe-
B ras Imperii Reſpublicas una cum cæteris Statibus conſediſſe & conſultaſſe.

47. Habent denique & Slickii, Comites Paſſauni (δ) in hoc tractu ſiti, regalia ſua ab Imperio. Unde in Protocollo (ε) confirmationum Cæſarearum Wormatiæ in Comitiis anno MDXXI. a Carolo V. Imp. factarum, legitur: *Heinrichs Schlicks von ſein ſelbſt, und ſeiner gebrüder und vettern wegen confirmation uber ihr freyheit von Keyſer Sigmund.* Æn. Sylvius: [ζ] *Sigiſmundus illi* (Caſpari Slickio) *Egram & Cubitum* (ſic Latine reddit Teutonicum nomen *Elenbogen*) *& alia in Franconibus oppida dono dedit. Albertus in Hungaria Caleſium & Albam eccleſiam*, id eſt, *Weiſskirchen* Baronatum. In quadam Matricula Imperiali legitur, *Nota Graff Schlicken*, ſine appoſita taxa; quia eximitur a Rege Bohemiæ, id eſt in *Regni Ordinationibus* conſtitutum.

C 48. Et hactenus quidem de juribus ac privilegiis Regis ac Coronæ Bohemorum, adjunctarumque Provinciarum: necnon de dignitate Regali & Electorali; denique de feudi qualitate & conditione, diſſeruimus: reſtat nunc ut de Imperatoris juriſdictione, & Imperii ſuperioritate, in Regem & Regnum Bohemiæ, & incorporatas ejus provincias viciſſim deducamus.

(α) Carolus IV.] *in Conſtitutionib. Regni Bohem. tit.6. §. ult. in fin.*

(β) Romanus] *in Theatro urbium, in* Egra, *Brunus in* Deſcript. civitat.

(γ) Orat. ad Bohem.] *quam recitat Cochlæus in*
D Hiſtor. Huſſitar. lib. 7. anno 1433. fol. 257. in princ.

(δ) Comites Paſſauni] *qui Comitatus ſitus eſt, ut dicunt, in Marchia Tarviſina; haud procul Tridento, Germaniæ finibus accenſitus, ut & ipſa Marchia Tarviſina, quam non Italiæ, ſed Germaniæ adſcribit Mich. Maierus in* Symbolis aureæ menſæ XII. Nation. lib. 6. fol. 253. *Unde Bernhardus Comes Treviſanus, corrupte dictus ἀντὶ τῦ Tarviſinus, ſe immediatum S. Rom. Imperii Principem Germanicæ nationis, in* Chymicis *ſuis ſcriptis*
E *qualificat ab Imperatore inveſtitum, ut idem Maierus teſtatur. Nunc hæc Marchia Imperio erepta Venetis paret,* Baſſanum *autem oppidum cum arce inter Tridentum & Venetias poſitum eſt ad fluvium Meduacum: ex quo oriundi Carrarii Principes Patavii &c. & Lazarus Bonamicus Profeſſor Bononienſis, ut ſcribit Franciſc. Schottus JC. in* Itinerar. Italiæ part. 1. *An inde etiam nomen obtinuit Dominicus de Baſana, cujus meminerunt Ludovic. Rabus in* Martyrolog. part. 4. *& Hondorphius in* Promptuar. exemplor. in 1. præcept. Decalog. *Hujus Comitatus territorio vel juriſdictioni ſubſunt villæ duodecim, quæ cum Baſſano perſonas circiter 12000. nutriunt, ut idem Schottus* ibidem *conſignat. In eadem Marchia ſitus eſt Baronatus* Laſon, *Slickiorum peculium. Gaſpar Slickius Baro de Laſon, S. Rom. Imperii Vicecancellarius Aulicus, avum maternum habuit Henricum Marchionem Tarviſiæ, Comitem Alticollis & S. Salvatoris, aſſerente Theobaldo in* Bell. Huſſitic. part. 2. cap. 3. anno 1438. *Is, exſtincto ſine filiis avo, quum Marchia Tarviſina in jus Imperii recideret. Comitatum Paſſauni a Sigiſmundo Imperatore in feudum recepit, Conſtantiæ in Concilio ſolenniter, una pariter cum Baronatu VVeiſſkirchenſi inveſtitus.* 412
Qui Baronatus VVeiſſkirchen ſitus eſt in Hungaria, Alba Eccleſia *Æn. Sylvio Latine dictus.*

(ε) Protocollo confirmat.] *quod congeſſit Nicol. Zieglerus, Vicecancellarius Cæſareus, Dominus Barri in Alſatia.* ſub rubr. *Graven und Herren* confirmation *und freyheiten.*

(ζ) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 53. Boregk in* Chron. Bohem. fol. 465. *Vide ſupra* lib. 1. cap. 17. §. 9. & lib. 2. cap. 17. §. 3.

MEL-

413 MELCHIORIS GOLDASTI *HEIMINSFELDII*

LIBER IV.

De Bohemiæ Regni, incorporatarumque provinciarum, juribus ac privilegiis; nec non de hereditaria Regiæ Bohemorum familiæ ſucceſſione.

CAPUT I.

Rex Bohemiæ cum Incolis Regni & Provinciarum eſt Imperio ſubditus. Privilegiorum conceſſio & confirmatio; Annorum Imperii annotatio; venia ætatis conceſſa; Principatuum, Comitatuum & Baronatuum erectio; Nunciorum & Notariorum Imperialium exſecutio, &c. arguunt ſuperioritatem. Quibus conſtitutionibus Rex Bohemiæ non ſit exemptus. Comparatur exemptio Bohemica cum aliorum Potentatum exemptionibus.

ESt quidem ita, ut habet illa juris communis Brocardica; nec dignitas, (α) nec feudum, (β) tribuit Juriſdictionem; eſſe tamen Regem A
Bohemiæ cum incolis Regni & Provinciarum Imperio ſubditum & Juriſdictioni Cæſaris ſubjectum, plurimis aliis rerum argumentis poteſt demonſtrari.

2. Certum enim eſt, conſtatque inter omnes, Imperatores noſtros (γ) Ducibus & Regibus Bohemiæ, incoliſque Regni & Provinciarum, univerſa Privilegia, quibus tam honorifice tamque ampliter fruuntur, ex Imperiali clementia & liberalitate conceſſiſſe. Jam & alia Juris Brocardica (δ) ſtatuit, quod Privilegiorum conceſſio in eo, qui concedit, ſuperioritatem; in eo autem, cui conceduntur, ſub-

Mm

414 (α) Dignitas] *qua poteſt conferri etiam exteris ac peregrinis: quemadmodum Maximilianus I. Imp. Ducalem dignitatem conceſſit Razvilsis in Lituania: & Rudolphus II. Imp. Principis titulum Sigiſmundo Bathorio Tranſylvanorum VVaivvoda, Freherus in* Not. ad Andlovv fol. 156. *Beſoldus in* Diſſertat. de Majeſtat. ſect. 3. cap. 3. n. 5.

(β) Feudum] *Guido Papa in* Deciſion. Gratianopolit. cap. 518. n. 2. verſ. non obſtat, *Antonius Sola in* Comment. ad Conſtitut. antiq. Sabaud. in procem. gloſſ. 2. n. 14. *Hartman. Piſtoris* lib. 1. Quæſtion. forenſ. c. 15. n. 33. *Roſenthal* de Feud. cap. 11. concluſ. 14. *Gail* de Pignorat. cap. 15. num. 3. *Rudingerus* centur. 5. obſervat. 30. *Bidembachius in* Quæſtion. nobil. cap. 1. n. 3. *Beſoldus in* Diſcurſ. de ſtat. Reipubl. ſubaltern. cap. 2. n. 2. *D. Marta Neapol.* de Juriſdict. part. 4. cap. 135. n. 13. *Choppinus in* Comment. de Morib. Pariſienſ. tit. 2. n. 2. *Paurmeiſter* lib. 1. de Juriſdict. cap. 8. n. 62. *Tib. Decianus* Reſponſ. 18. n. 540. vol. 3. *VVeſembecius* Conſil. 1. n. 57. *Knichen in* Epopſ. Danth. n. 141. *Joh. Vincent. Hondedeus* Conſil 6. n. 3. vol. 2. *Quod dictum quotidianum eſt in ore & ſcriptis Prælatorum, Comitum ac Baronum in Circulo Burgundico ac VVeſtphalico ſitorum, quorum feuda VVaremundus ab Erenberg putat fœdera potius quadam* B
eſſe cum Principibus inita. Qua mala perſuaſio Comitem Culenburgi, Comites Styrumbi, alioſve, in partes pertraxiſſe Statuum Hollandiæ contra Imperium putatur.

(γ) Imperatores noſtros] *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 8. concl. 8. lit. c. *Freherus in* Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 2. *Cluten in* Syllog. rer. quotidian. concl. 24. lit. e. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & Eccleſ. claſſ. 2. cap. 7. n. 49. *Conrad. Carpzovius* de Regal. cap. 2. reg. 16. *Dan. Otto in* C
Diſſert. de jure publ. cap. 10. *Cubachius* lib. 2. de juriſprud. publ. Imp Rom. Germ. cap. 26. *Benedict. Carpzovius* de Capitulat. Cæſar. ſive Leg. Reg. cap. 5. num. 9. *Arumæus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 4. concluſ. 18. *Rumelinus* ad Aur Bull. diſſert. 8. th. 6.

(δ) Brocardica] *de qua præter jam allegatos autores, conſulendi Carolus Tapiæ in* rubr. de Conſtitut. Princip. cap. 4. n. 8. & ſeq. *Rimualdus* Conſil. 268. n. 41. lib. 2. *Marta Neapolit.* de juriſdict. p. 1. cap. 33. n. 8. & ſeq. *Rutg. Rulandus* de Commiſſar. D
p. 2. cap. 3. num. 21. lib. 2. *Sixtinus* de Regal. lib. 1. cap. 2. num. 8. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. concl. 10. num. 44 q. 1.

A tur, ſubjectionem arguat. Nec conceſſa tantum Regibus & incolis Regni ac Provinciarum Privilegia ab Imperatoribus fuerunt, ſed confirmata [α] quoque ſubinde ab eorum Succeſſoribus, ut manifeſte docent Confirmationes Friderici I. (β) Philippi, [γ] Friderici II. (δ) Rudolphi I. (ε) Adolphi, (ζ) Alberti I. (η) Caroli IV. (ϑ) Friderici III. (ι) & Caroli V. (κ) Imperatorum & Regum Romanorum, quorum diplomata inter manus verſantur.

3. Præterea ſubjectionem notat annorum Imperii annotatio, quam Reges Bohemiæ in ſuis Decretis, Reſcriptis, & Diplomatibus adſcribere ſolebant. Quod facere non ſolent, niſi qui ſuperioritatem Imperii agnoſcunt. (λ) Exemplum profert Pontanus [μ] in Ottocari II. Regis Diplomate, in quo ſignatum legitur: *Anno Dominicæ Incarnatio-* B *nis* MCCXXI. *Præſidente in Romanorum eccleſia Domino Honorio III. regnante vero in Imperio Domino Friderico II.* &c. In Procuratorio (ν) Univerſitatis Academiæ Pragenſis ad Concil. Baſilienſe: *Datum & actum Pragæ, in domo M. Chriſtiani Rectoris Univerſitatis, ubi propterea ſpecialiter fuimus congregati: ſub anno a Nativitate Domini* MCCCCXXXVII. *indict.* XV. *die Sabbati, ſexta menſis Julij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Eugenij divina providentia Papæ IV. anno VII. ac Sereniſſimo & Invictiſſimo Principe ac Domino noſtro Sigiſmundo divina favente Clementia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto ac Vngariæ Bohemiæque Rege Illuſtriſſimo, imperante, &c.*

4. Sed notabilius eſt illud diploma, quod idem Pontanus (ξ) refert, hiſce verbis C conceptum: *Quod ego Sobeslaus Dei gratia Boëmorum Monarcha* &c. Et in calce ſubſignatur; *Anno ab Incarnatione Domini* MCXXX. *Sunt hæc acta ſub Lothario Rege Theutonicorum, & ejuſdem nominis Tertio, ſub Chriſtianiſſimo Duce Sobeslao, filio Regis Wratislai.*

5. Veniam ætatis nemo poteſt concedere, [ο] niſi ſit ſuperior, habeatque juriſdictionem & poteſtatem in eum, cui conceditur. At Imperatores noſtri Regibus Bohemiæ minorennibus aliquando ſuppliciter petentibus veniam ætatis conceſſerunt. 416 Gerardus de Roo (π) refert, de Wenceslao Ottocari Regis filio: *Sunt qui eo in conventu* [Auguſtæ anno MCCLXXXVI. ab Rudolpho I. Cæſare habito] *& Boëmorum Legatos adfuiſſe memorant, qui miſerabili Regni ſtatu, & Reginæ, & Zaviſi molitionibus expoſitis, a* D *Cæſare precibus impetraverint, ut Venceslao decimum ſextum annum jam agenti, cum Gutha ipſius filia nuptias celebrare, & Regni gubernacula aſſumere liceret.*

6. Sic avorum memoria Ludovicus Rex Hungariæ & Bohemiæ, defuncto patre Vladislao, Regna adiit annos natus tredecim, venia ætatis ab Imperatore Maximiliano I. (ρ) impetrata. Unde tam Hungari, quam Bohemi miſſis factis Regnorum Gubernatoribus, adminiſtrationem Regni liberam ei ſine tergiverſatione permiſerunt,

7. Illud

(α) Confirmata] *quæ & ipſa confirmatio, eſt actus Domini ſuperioris, non paris, cui in parem nulla eſt poteſtas, multo minus inferioris*, Novell. 15. cap I. § 2. *Nasta* Conſil. 636. n. 81. *Arumæus*
E d. concl. 8.

415 (β) Friderici I.] *cujus mentionem & excerptum habent Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1159. *& Dubravius in* Hiſt. Bohem. lib. 12. fol. 99.

(γ) Philippi] *de quo atteſtatur Fridericus II. Imp. in ſua* Privilegiorum Confirmatione.

(δ) Friderici II] *apud. Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. in Beylagis n. 16. & n. 19. *Videatur Dubravius* lib. 15. fol. 121. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 21. *Boregk in* Chron. Bohem.

F (ε) Rudolphi I.] *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1290.

(ζ) Adolphi] *editur in Append. hujus tractatus* ſub anno 1292.

(η) Alberti] *in eod. Append.* ſub anno 1305.

(ϑ) Caroli IV.] *apud Doct. Eyſen in* d. Deduct. Bohem. num. 19. *Henelium in* Sileſiograph. fol. 110. *Conſtitution. Imperial.* tom. 1. anno 1348. fol. 342. *Hagecium in* Chron. anno 1348. *infra in* Append. anno 1348.

(ι) Friderici III.] *apud eundem Doct. Eyſen* num 20.. & ſeq. *& reproducitur in* Beylagis Germanic. ſub anno 1459. & anno 1462.

(κ) Caroli V.] *in Protocollo Confirmation. Cæſarear. VVormatiæ anno 1521. factarum.*

(λ) Superiorit. Imperii agn.] *Juſtinianus I. Imp. in* Novell. 47. *Maximilianus I. Imp in* Novell. de Notariis §. 3. *in Reichsabſchieden* anno 1512. fol. 95. *Julianus antecesſor in* Conſtit. 72. *Cujacius in* Expoſit. d. Novell. 47. *Rittershuſius in* Method. novell. part. 6. cap. 2. n. 4. & part. 9. cap. 24. n. 37. & ſeqq. *Ranchinus in* Reviſion. Concil. Trident. lib. 7. cap. 4. fol. 346. *Gothofredus in* Not. ad d. Nov. 47.

(μ) Pontanus] *in Bohem. pia lib. 5. fol. 63. & lib. 6. fol. 68. & ſeq.*

(ν) Procuratorio] *quod refert Joh. Cochlæus in* Hiſtor. Huſſitar. in anno 1437.

(ξ) Pontao.] *d. lib. 5. fol. 71.*

(ο) Nemo poteſt concedere] L. 1. & tot. tit. C. qui ven. ætat. impetrav. *Gothofred. Antonius in* Diſput. de poteſt. Cæſar. abſolut. *Matth Stephani* lib. 2. de juriſdict. part. 1. cap. 1. membr. 2. n. 137.

(π) Roo] *Hiſtor. Auſtriac. lib. 1. anno 1286.*

(ρ) Imperatore Maximiliano] *Dubravius* lib. 33. Hiſt. Bohem.

Digitized by Google

7. Illud etiam ſuperioritatem Imperatorum in Regnum Bohemiæ, & incorporatas A ejus Provincias confirmat, quod Duces atque Reges, aliquotiens ab Imperatoribus petierint, hunc vel illum bene præclareque de ſe meritum, Principis, Comitis aut Baronis dignitate cohoneſtari. Quo jure Heinricus II. Imp. Howoram, (α) propter fidelia Duci Vladomico vel Jaromiro præſtita ſervitia, ad ejuſdem Ducis petitionem & commendationem, primum Baronem in Bohemia creavit, in Comitiis Ratiſponenſibus anno MIII. Ita enim Pontanus (β) ſcribit de Jaromiro Duce: *Primum inter Bohemos authoritate Cæſaris Henrici ad eum Procerum gradum proveheret, qui nunc Barones a Quercu in Bohemia appellantur.* Ait, *a Quercu*, id eſt Duba.

8. Poſtea idem Imperator ad interceſſionem Vdalrici Ducis, Berkowczium (γ) ob eadem promerita alterum Baronem in Bohemia renuntiavit, & ſolemniter inveſtivit B Ratiſponæ in Comitiis anno MIV. Et ab iſtis duobus dicuntur Barones a Bercka in Daub & Leippa originem ſuam derivare.

9. Sigiſmundus Imperator, Caſparum Slickium, Cancellarium ſuum, donavit, tamquam Rex Bohemiæ, Dominio Steinenſi & Schlackenwerdenſi, quod ſitum eſt in diſtrictu Egrano & Elenbogiano: quem in Synodo Conſtantienſi Comitem in Paſſaun & Baronem in Weiſskirchen, tamquam Imperator Romanus, renuntiaverat & publice inveſtiverat. (δ)

10. Dubravius (ε) de Friderico III. Imp. a fratre Alberto & propriis ſubditis Viennæ obſeſſo, & per Georgium Regem Bohemiæ liberato: *Hujus*, inſit, *operæ precium Georgius quadraginta millia auri a Cæſare abſtulit, & pro auctario, Victorino, Henrico* C *& Hinconi, filiis Georgii, honos præterea principalis habitus, delata ad eos Principum dignitate.*

11. Et quamquam Rex Bohemiæ ſit exemptus, nec Conſtitutionibus Imperii noſtri uſquequaque obnoxius, (ζ) tenetur tamen non minus, ac cæteri exempti, (η) ad earum conſtitutionum obſervationem & exſecutionem, quæ ad univerſalem & communem Reipublicæ Chriſtianæ ſalutem ſpectant, ut ſunt, quæ de pace publica (ϑ) religioſa (ι)

(α) Hovvoram] *Hagecius in* Chron. Boh. anno 1003. *Sandelius in* Præfat. in eund.

(β) Pontanus] *in Bohem. pia lib. 2. fol. 15.*

(γ) Berkovvczium] *Hagecius in* Chron. anno 1004. fol. 127. in princ.

417 (δ) *Stumpfius in* Actis Concil. Conſtantienſ. *Theobaldus in* Bello Huſſitic. part. 2. cap. 3. *& in* Bruſchio redivivo.

(ε) *Dubravius*] lib. 30. Hiſt. Boh. fol. 248. *Boregk in* Chron. Boh. in Georgio Rege, *Hagecius in* Chron. Boh. part. 2. *Facti autem Duces Munſterbergæ, & Comites Glaciæ &c. Curæus in* Annal. Sileſ. *Lazius* de Migrat. gent. *Theobaldus in* Bello Huſſit. part. 1. cap. 61. & part. 2. cap. 12. anno 1463. fol. 67.

(ζ) Nec conſtitutionib. Imp. obnoxius] *Hartman. Maurus in* tract. de Coronat. Caroli V. Imp. *Freher. in* Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 2. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ 4. cap. 3 num. 33. *Dan. Otto* de jure publ. c. 10. *Viſcherus* in Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concl. 10. n. 44. q. 1. *Bertramus* de. Comit. Imp. membr. 3. concl. 31. *apud Arum.* tom. 1. diſ. 9. fol. 125. *Cubachius* lib 2. Juriſprud. publ. cap. 6. n. 28. *Henelius in* Sileſiograph. cap. 7.

(η) Cæteri exempti] *ut ſunt exempli gratia, Archidux Burgundiæ, potentia & Privilegiorum amplitudine Regi non impar, de cujus exemptione exſtat ſingularis Conſtitutio in Reichsſatzungen* part. 1. anno 1548. fol. 278. *confirmata in Receſſ. Auguſt. 1548. §. nach dem dann von unſern Burgundiſchen. De libertate & exemptione Comitatus Burgundiæ differit Ludovicus Gollutius JC.* aux Memoires de la Republ. Sequan. & des Princes de la Franche Comtè de Bourgougne. *Beſoldus in* Diſcurſ. de Statu Reipubl. ſubalter. cap. 7. num. 1. & ſeq. *Nec Lotharingiæ Dux minus exemptus eſt, quam Rex Bohemiæ, de quo & ipſo habemus conſtitutionem Ferdinandi I. Imp. anno 1542. editam, quam referunt Wehnerus* tom. 6. ſymphorem. cap. 2. fol. 45. *Rumelinus* ad Aur. Bull. diſſert. 9. th. 3. in fin. *Waremund. ab Erenberg in* Meditam. pro fœder. lib. 2. in appendic. *De Ducis Sabaudiæ exemptione conſuli poſſunt Sabaudice Juriſconſulti. De Principis Oraniæ & Chaloniæ exemptione diſputat Wilhelmus Princeps Oraniæ & Comes Naſſoviæ in* Apolog. contra Reg. Hiſpan. *De Helvetiorum exemptione diſſeritur in handlungen der Statt Conſtantz am Bodenſee wider ihren Biſchoff am Keyſerlichen Regiment und Cammergericht gepflogen, necnon in* Apolog. *der Statt Bern contra Herrn Biſchoffen zu Baſel* de anno 1615. *& obiter perſequitur Simlerus in* Repub. Helvet. *& idem Beſoldus* d. cap. 7. n. 8. *de S. Imperii Liberis Nobilibus & eorum exemptione a conſtitutionum Imperialium nexu & obligatione eſt reſcriptum Ferdinandi I. Imp. in Reichshandlungen* part. 1. anno 1555. *§. 7 ex Autonomia Franciſci Burckhardi ſive Andr. Erſtenbergeri, ut vult Poſſevinus, tranſcriptum. Et tamen iſtos omnes ac ſingulos Imperio eſſe ſubjectos, & ad earum conſtitutionum obſervationem, quæ de ſalute totius Imperii ſciſcuntur ſanciunturque obligatos manere, extra controverſiam eſt.* 418

(ϑ) De pace publica] *de qua dicam infra ſuo loco.*

(ι) Religioſa] *Rudolphus II. Imp. in* Conſtitut. de pace & libertate religion. in Bohem. ſub dato Pragæ anno 1609. *& in* confirmat. de pace relig. in Sileſia ſub eodem dato: *& Matthias Imper. in* confirmat. de pace relig. in Luſatia ſub dato 1612.

A & prophana, de non alienandis rebus ſacris (α) & Eccleſiaſticis, de re monetaria & conſimilibus feruntur.

12. Nuntiorum & Notariorum Imperialium exſecutio arguit ſuperioritatem (β) Cæſaris & Imperii. At Carolus V. Imp. in *Ordinat. Camer. anno* MDXLVIII. *part. 1. tit. 49. §. 2.* ſancivit interprete Juſtino Goblero: *Item jurati Nuncij & Notarij, executionem facientes per totum Imperium, adeoque in noſtris, noſtrique dilecti fratris Romanorum Regis*, &c. *Ditionibus ac Poteſtatibus* &c. *fidem publicam ſalvumque conductum, ſecuritatem ac tuitionem habeant.* Et ipſe Ferdinandus Rex in ſua Ordinatione anno MDLV. eadem verba repetens, *d. tit. 49. §. 3.* conſtituit: *Die geſchworne Botten, auch die Notarien, ſo execution thun, ſollen in der Keyſ. Majeſt. unſers lieben Bruders und Herrn,* B *unſern* &c. *geleid, ſicherheit uund ſchirm haben.* Quo loco verba illa; *der Keyſ Majeſt.* de Burgundia (γ) & Belgicis Provinciis, Bechtius, (δ) illud autem, *unſern*, de Bohemia, Auſtria, Sileſia, &c. Buxdorffius [ε] & alii interpretantur.

13. Denique vel ex Matriculis Imperii (ζ) conſtare arbitror, Regnum Bohemiæ cum incorporatis Provinciis non eſſe exemptum a juribus Imperii abſolute, privative & pambaſilice ſed [ut Doctorum noſtrorum verbis utar] privilegiative & per gratiam, in caſibus tantum expreſſis & privilegiatis, ut in non expreſſis (η) adhuc Imperio perſtet obnoxium. Id quod ex *Aurea Bulla Caroli IV. Imp. tit. 8 de Regis Bohemiæ & regnicolarum ejus immunitate, & tit. 9. de auri, argenti & aliarum ſpecierum mineris, & tit. 10. de monetis* affatim eluceſcit: & ex iis, quæ ſequuntur, abundius apparebit.

C (α) Alienand. reb. ſacr.] *Receſſ. Auguſt an. 1551. §. 51. Ferner haben wir, & §. ſeq. quanquam ſecus ſentiant Bohemi in* Ordinationibus Regni Bohem. W. 15. anno 1545.

(β) Arguit ſuperiorit.] *Cardin. Tuſchus in* Practic. concluſ. & *Ariſm. Tepatus in* Recept. ſentent. verb. Notarius, *& communiter Doctores noſtri.*

(γ) Burgundia] *in Libero tamen Burgundiæ Comitatu nullam haberi Notariorum Imperialium, uti nec decretorum Cameralium, rationem, affir-*
D *mat Beſoldus in* Diſcurſ. de ſtat. Reipubl, ſubalt. cap. 7. n. 1. in fin.

(δ) Bechtius] *in tract. de ſecurit. & ſalvo conduct. concluſ. 203. in fin.*

(ε) Buxdorffius] *in Diſſert. ad Aur. Bull. concluſ. 81. lit. c. Auctor Reſponſi in* cauſſa *Heſſen* contra *VValdeck die* exemption *betreffend.*

(ζ) Matriculis imp] *de quibus* lib. 2. cap. 17. *egimus.*

(η) In non expreſſis] *Philip. Decius in* l. 1. D. de regul. jur. *Arumæus* ad Aur. Bull. Diſc. 4. concluſ. 18. *Viſcherus* de Elect. Regis & Imp. Rom. concl. 10. n. 44. q. 1. rat. 2.

CAPUT II. 419

Jura Regalia in Regno Bohemiæ & Incorporatis ejus Provinciis erant in poteſtate Imperatorum & Regum Germanorum, a quibus Duces & Reges Bohemiæ in beneficium acceſſerunt, pari eodemque jure cum cæteris Archiprincipibus Electoribus, quibus Rex Bohemiæ in exemptione & indulgentiis Præſtationum realium nunquam fuit prærogatus. Immunitas Regni Bohemiæ a decimis metallorum & Salinarum. Monopolium Salinarium an licitum? Regale habendi Judæos Regibus Bohemiæ confirmatum. Telonia quatenus Rex poſſit nova conſtituere. Jus cudendi monetam auream & argenteam in qualibet forma. Jus monetandi nequit alteri concedere. Groſſi Bohemici ſeu Pragen-
E *ſes. Thaleri Joachimici.*

OLim ad Canonem de metallis [α] præſtandum cuncti, (β) qui ſub Imperatore vel Imperio Romano metallifodinas habebant, indifferenter tenebantur; iis duntaxat exceptis, qui ſingularibus Imperatorum vel Regum Romanorum Privilegiis exemptionem & immunitatem impetraverunt.

2. Hinc Rex Bohemiæ peræque ac cæteri in Imperio Principes ad decimas metallicas Imperatori præſtandas & perſolvendas, obnoxius erat. Quas cum Wenceslaus Rex Alberto Cæſari, leviro ſuo, anno MCCCI. detrectaſſet, Imperator jus ſuum Imperiale bello

(α) Canonem de metallis] *Vide Heinrici IV.*
F *Imp. Decreta de argentifodinis in Epiſcopatu Mindenſi repertis*, Conſtit. Imperial. tom. 3. anno 1189. fol. 362. & ſeq. *quæ quia in dubium vocat Conrad. ab Einſiedel. in tract.* de Regal. cap. 3. num. 327. *remitto eum ad* Privilegia Eccleſ. Mindenſ. n. 15. & n. 21. *edita a Joh. Piſtorio* tom. 3. Hiſtoric. Germanic.

(β) Cuncti] *Sixtinus* de Regalib. cap. 16. *Einſiedel* d. cap. 3. n. 314. *Bulengerus de Vectigal. pop. Roman. cap. 35.*

bello perſequi cum Ordinibus Imperii decrevit. Qua de re Dubravius: [α] *Albertus I. Cæſar*, inſit, *petens decumas argenti, quod in Bojemia ex montibus puteisque argenteis ac præcipue Cuthnenſibus, erueretur, ſcripſit ad Regem, eodem jure atque eadem conditione obligatam eſſe Imperio Bojemiam, quo cæteræ Principum in Germania Provinciæ*, (β) *quæ a Cæſare Jurisdictionem ſuam acceipiunt; ut merito Cæſar viciſſim ab illis decumas metalli exigat. Reſpondit Rex, non ſolum Reges, ſed ante illos etiam Principes* A
420 *Bojemiæ, ſic a Germanis Cæſaribus in amicitiam & fidem receptos eſſe, ut præter honorem, quem Majeſtati Cæſareæ deberent, cætera immunes & liberi eſſent, hanc adeo libertatem majores ſuos, ſeque in hodiernum diem uſurpaſſe: eandem velle inviolatam poſteris quoque ſuis tradere. Obdurat in propoſito animi Albertus, & in contumacem Regem bellum proſcribit.* B

3. Et Gerardus de Roo [γ] Hiſtoriographus Auſtriacus: *Albertus Cæſar Legatos ad Venceslaum Regem mittens Decumas argenti, quod ea tempeſtate apud Cuthnenſes eruebatur, exigit, quod Boëmiæ Regem pari jure cum cæteris Imperij Principibus teneri diceret. Rex vero legatis reſpondet, præter honorem nihil Cæſari deberi a Boëmiæ Rege, quo ſi contentus eſſe nollet, paria a majoribus Regni jura & immunitates pro virili tueri in animo ſe habere. Cæſar igitur exercitum conſcribit, cum quo in Boemiam ingreſſus* &c. Et Pieſpordius (δ) Secretarius Auſtriaco-Burgundicus: *Anno* MCCCI. *Wenceslao ſeniori Boëmiæ Regi ob decumas argentifodinarum Cuthnenſium, bellum movit.*

4. Tandem Rex Bohemiæ a ſubſecutis Imperatoribus Privilegium ſpeciale, [ε] id eſt, immunitatem a canonum metallicorum & mineralium præſtatione, impetravit, C
lege demum publica [ζ] confirmatum. Et ne Rex Bohemiæ in hac immunitate realium præſtationum cæteris Archiprincipibus Electoribus prærogare velle videatur, idem Privilegium etiam ad cæteros ſex Electores [η] extenſum eſt.

5. Unde conſequitur, Regem Bohemiæ non magis eſſe exemptum ab oneribus realibus Imperio præſtandis quam ſint reliqui Archiprincipes Electores: & quidquid Juris (θ) regalis habet Rex in metallifodinis ac mineris (ι) Regni & Provinciarum ſuarum, id eum univerſim meræ Cæſaris liberalitati, gratiæ & conceſſioni debere.

6. Quemadmodum metallifodinarum, ita Salinarum (κ) quoque regale Regi Bohemiæ ab Imperatore conceſſum eſt, ita, ut quod jus antea Imperator in iis habebat, ipſe

(α) Dubravius] *lib. 18. hiſt. Bohem. fol. 151. Hagecius in* Chron. Boh. anno 1304. *Boregk in* Wenceslao II. Reg. *Buxdorff.* ad Aur. Bull. cap. 9. concl. 91. *Arumæus* ad Aur. Bull. diſc. 4 concl. 18. *Carpzovius* de Capitul. Cæſar. vel Leg. Reg. Germ. cap. 5. num 9. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Reg. & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44.

(β) Quo cæteræ Principum Provinciæ] *In quibus dicunt, venas metalli noviter inventas, non eſſe Vaſalli, ſed Domini inveſtientis, & hanc eſſe generalem Germaniæ conſuetudinem teſtatur VVeſenbecius* conſil. 60. n. 1. *Mynſingerus* conſil. 39. n. 4. *Bocerus* de monet. cap. 2. n. 37. *Heigius* Illuſtr. quæſt. part. 1. quæſt. 13. num. 3. *ex Specul. Saxon.* lib. 1. artic. 35. *ubi Gloſſ.*

[γ] Roo] *lib. 2. Hiſt. Auſtriac. anno 1301.*

(δ) Pieſpord.] *in ſtemmat. Princip. Habſpurgic. Auſtr.*

(ε) Privilegium ſpeciale] *Gerlacus Archiepiſcopus Mogunt. in ſua & Coelector. ſuorum confirmat. ſub dato Nurenberga in Comitiis anno 1356. §. 2.* Conſtitut. Imperial. tom. 1. fol. 350.

(ζ) Lege publica] *in Aur. Bull. Caroli IV. Imp. tit. 9. §. 1.*

(η) Cæteros ſex Elector.] d. tit. 9. §. 1. *Johan. Schœnerus* lib. 1. Diſput. feudal. 4. th. 80. *Matth. Colerus* Deciſ. 98. n. 5. *Sixtinus* de Regal. cap. 16. n. 80. *Matth. Stephani* lib. 2. de juriſdictione part. 1. cap. 5. n. 52. *Buxdorffius in* diſſert. ad Aur. Bull. concl. 90.

421 (θ) Quidquid juris] *Bocerus in* tract. de Regal. num. 166. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 9. concluſ. 89. lit. c. *Einſiedel* de Regal. cap. 3. num. 314. D

(ι) In metallifodinis & mineris] *Henning. Gøden* conſil. 2. & conſil. 3 tit. de argentifod. *Choppinus* de Domanio lib. 2. tit. 7. num. 18. *Zobel in* Different. jur. civil. & Saxon. c. 144. *VVeſembecius* conſil. 45. n. 24. lib. 1. & conſil. 198. n. 20. lib. 4. *Simon. Piſtoris* conſil. 4 n. 7. & ſeq. lib. 2. *Heigius* Illuſtr. quæſt. p. 1. q. 13. n. 29. & ſeq. *Rauchbar.* Practic. quæſtion. lib. cap. 22. n. 9 *Sixtinus* lib. 1. cap. 5 n. 8. *Knichen* de Saxon non provoc. jur. verb. Ducum, cap. 5. n. 108. & ſeq. *Matth. Colerus* d. E
deciſ. 98. n 13. *Bocerus* de Regal. cap. 3. n 66 & de Inveſtit. cap. 3. n. 104. in fin. *Matth. Stephani* lib. 1. de Juriſdict cap. 2. num. 18. & lib. 2. tit. 2. n. 6. *Conr. ab Einſidel* de Regal. cap. 3 num. 314 *Hanfmannus in* Reſolut. de re monet. reg. 15. lit. f. *Hænonius in* Diſputat. politic. diſp. 3. theſ. 48 fol. 140. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ. cap. 29. n. 20. *Nevius* ad l. 6. num. 11. D. ad L. Corn. pecul. & ad rub. C. d. metallari & metall. *Budelius* lib. 1. de re Monet. cap. 4. num. 2. *Dan. Otto* de Jur. publ. cap. 11. F
fol. 448. *Carpzovius apud Arumæum in* Diſcurſ. Academ. de jur. publ. tom. 3. fol. 600. th. 62. & fol. 669. *Kochius apud eundem* d. tom. 3. fol. 411. & fol. 516. *Brudlacht in* Epitom. Juriſprud. publ. lib. 6. cap. 4. num. 10.

[κ] Salinarum] *Aurea Bulla* d. tit. 9. verb. ſalis. *Gerlacus Archiepiſc. Moguntin. in* d. Confirmat. de anno 1356. §. 2. verb. ſalis. *Einſidel* d. cap. 3. num. 329. *Otto* de jur. publ. cap. 11. fol. 49. *Cubachius* lib. 2. cap. 29. num. 24. *Hardvvicus a Daſſel* conſil. 2. G

A ipſe nunc omnimodum percipere (α) poſſit. Salinas autem intelligo tam aquatiles, quas *ſulcias* & *ſodas* appellant, quam foſſiles, quas audio in Moravia (β) reperiri..

7. Addo etiam, lapicidinarum [γ] & carbonum [δ] foſſilium. Nam & hæc metallorum nomine comprehendi non nemo ex Doctoribus cenſet: & innuere videtur textus ipſe Aureæ Bullæ *d. tit. 9.* illis verbis: *& alterius cujuſcunque generis metalli.*

8. Nec non & Judæorum (ε) habendorum regale, qui antiquitus ubicunque conſiſterent, In ſolius Imperatoris erant poteſtate, Rex Bohemiæ debet Cæſaris beneficio, ut quod antea erat precarium, nunc ex privilegio publico fieret perpetuum; eodem nempe pacto, quo cæteris Electoribus idem regale eſt ab Imperatore indultum. Namque in hiſce realibus & regalibus Indulgentiis Rex Bohemiæ nec plus eſt nactus, quam ipſius B collegæ, reliqui ſex Archiprincipes Electores, nec minus, ut paritas inter pares hac quidem in parte, obſervaretur.

9. Ait textus Aureæ Bullæ: (ζ) *thelonia in præterito ſtatuta & indicta percipere.* Ergo & vectigalia jura Regi Bohemiæ confirmantur (η) eodem jure, eademque conditione, quibus Coelectores ejus gaudere decernuntur: nempe ut antiqua tantum & jam ante inſtituta vectigalia exigere poſſit. Quid ergo ſibi volunt illa verba, quæ in confirmatione Gerlaci Archiepiſcopi [ϑ] Moguntini & cæterorum Archiprincipum Electorum leguntur: *Et telonia a præterito inſtituta ſeu indicta percipere, & nova rationabiliter inſtituere poſſe & potuiſſe?* Quæ confirmatio triduo ante publicationem Aureæ Bullæ fuit in gratiam Caroli IV. Imperatoris, tamquam Bohemiæ Regis, Norimbergæ facta anno C MCCCLVI. Num dicemus, Archiepiſcopum Moguntinum auro corruptum interſeruiſſe hæc verba, *nova rationabiliter inſtituere*, in fraudem legis publicæ ab univerſis Imperii Ordinibus, præſertim tertio civitatum ſtatu, unanimi conſenſu ſancitæ? Abſit, ut tale quid de ſanctiſſimo & incorruptiſſimo ſummi Archicancellarii officio ſuſpicemur. Magis eſt, ut ſentiamus, hæc verba eſſe declaratoria & prærogatoria, quatenus Archiprincipes Electores cum cæteris Principibus Imperii comparantur. Namque non Electores tantum, ſed & Principes inferiores, Prælati, Comites, Barones, atque adeo civitates regalia hæc vectigalium jam tum juſto titulo ab Imperatoribus acquiſita poſſidebant, quibus ea quidem ſine cauſa adimere nec fas nec jura permittebant; augere autem vel nova

[α] Omnimodum percipere] *Schneidevvin. in §.* D conſtituitur, num. 7. Inſt. de uſufruct. *An etiam monopolium exercere, ut nullum peregrinum ſal in Regnum importari, nec ſubditos alibi, quam a ſuis publicanis, emere permittat? Equidem opinor, exemplo Archiducis Auſtriæ in Principatu Tyrolenſi, Ducis Burgundiæ in Comitatu Palatino Burgundiæ, Archiepiſcopi Salisburgenſis, Ducum Bavariæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ, Principis Schaumburgiæ, qui talia inſtituta licite hactenus in ſuis Principatib. & ſine Imperatoris aut Fiſcalis Cæſarei contradictio-* E *ne, exercuerant. Itaque ſentire videntur Bornitius* de Ærar. lib. 2. cap. 3. *Bulengerus* de vectigal. Pop. Rom. cap. 16. *VVarem. ab Erenberg in* Veriſim. de Regni ſubſid. cap. 4. num. 33. *Bodinus* lib. 1. de Republ. cap. ult. *Sed an liceat Principi* bojam, *id eſt, ſal marinum, ſulciæ ſuæ miſcere, quo monopolium fiat lucroſius, controverti aliquando inter Principis cujuſdam Conſiliarios commemini. Si uſus domeſticus exigat, haud abnuo; ſin lucrum monopolii, videtur ſordibus mercatorum potius, quam* F *Principis dignitati convenire: quum ne proprii quidem & nativi ſalis monopolium in Regno aut Principatu uſquequaque ab omnibus probari animadvertam, qui ſibi habent auſtipulatores, Nicolaum Oreſmium Epiſcopum Lexovienſ. in* tract. de Monet. cap. 10. *& Forteſcue Cancell. Regis Angliæ in* libell. de Commendat. legum Regni Anglic. cap. 35.

[β] Moravia] *& vicina ei Polonia, ubi admiranda quantitatis copia eruitur, ut teſtatur Jodo-* G *cus Ludovicus Decius, Regis Poloniæ Secretarius in* Epiſtola ad Vadianum ſcripta anno 1520. *Herbortus* lib. 7. Hiſt. Polon. cap. 8. in princ. *Salom. Neugebaur* lib. 1. Hiſt. Polon. fol. 7. in fin. *Joach.* 422 *Vadianus in* Comment. in Pomp. Melam lib. 3. cap. 3. de Sarmat. *Adamus Schreterus Sileſius in* Itin. Salinar. Sarmatic. *Conrad Celtes in* Epigram. ad Jan. Terin. de hodœpor. ſalin. *Matth. Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 3. cap. 53. *Jod. Ludov Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polon. in Leskone Albo. *Hujuſmodi autem ſaliſodinas Poloni vocant* Zuppas, *de quibus exſtant ſtatuta Caſimiri III. Regis Poloniæ* de anno 1386. *& interpretantur Vadianus & Schroterus* dictis locis.

(γ) Lapicidinarum] *Mauſacus Advocatus Pariſienſis in* Notis ad Harpocrat. fol. 149. *Rauchbar* Practic. quæſt. 2.

(δ) Carbonum] *Steinkolen. VVehnerus* Conſil. Francon. 88.

(ε) Judæorum] *Aur. Bull.* d. tit. 9. *Michaël* de Juriſdict. concluſ 48. lit. b. *Nevius* ad feud. lib 2. tit. 56. num. 337. *Reinkingk* lib. 2. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 2. cap. 3. num. 14. *Kutzelius in* tract. de privileg. habend. Judæ. *Pfochius in* Procyopæd. de Regal. num. 50. *Einſiedelius* de Regal. cap. 2. num. 283. *Bechtius* de ſecurit. & ſalvo conduct. concluſ. 93. *Cubachius* d. cap. 29. num. 31. *Muterus apud Arumæum* tom. 2. fol. 443.

(ζ) Aureæ Bullæ] *d. tit. 10.*

(η) Vectigalia Regi confirm.] *Buxdorffius, Arumæus & Rumelinus* ad d. tit. 10. *Sixtinus* de Regal. lib. 1. *Pfochius in* Procyopæd. de regal. num. 14. *Einſidel* de Regal. cap. 2. *Cubachius* lib. 2. Jurisprud. publ cap. 29. num. 25.

(ϑ) Confirmatione Gerlaci Archiepiſcop.] *Conſtitution. Imperial.* tom. 1. anno 1356. *§.* 2. fol. 350. in fin.

nova inſtituere leges interdicebant. (α) Ne ergo nihil ſpeciale Electoribus in hac lege A
indultum præ cæteris Principibus videretur, declararunt poſtea, Archiprincipibus Ele-
ctoribus in eorum præeminentiam & ampliorem dignitatem conceſſum eſſe ab Impera-
tore, ut non modo antiqua telonia, ſicut cæteri in Imperio ſtatus, habere & exigere
poſſint, ſed ex participatione ſummæ poteſtatis & reſervatorum (β) Cæſareorum etiam
nova inſtituere, (γ) & vetera augere. (δ) Erat enim tunc temporis tanta adhuc Impera-
toris poteſtas, (ε) ut pro arbitrio poſſet vectigalia vel nova inſtituere, ut & neceſſi-
tate exigente; vel antiqua deſtruere, (ζ) ſi res poſtularet. Quæ poteſtas hodie per eoſ-
dem Archiprincipes Electores nonnihil eſt reſtricta (η) & coarctata, ut ſine conſenſu
Sevirum Electorum nulla nova telonia vel ipſe pro ſe inſtituere, vel aliis poſſit facul-
tem inſtituendi concedere. B

10. Erant quidem Duces & Reges Bohemiæ ac Poloniæ jam antiquitus (θ) in quie-
ta poſſeſſione cudendi aureos & argenteos numos in quovis Regni loco & forma quali-
bet: ſed Carolus IV. Imperator, & idem Bohemiæ Rex, quod antea habuere ex con-
ſuetudine ſeu præſcriptione, (ι) id Regibus Bohemiæ (κ) competere voluit lege publi-
ca, (λ) ne forte numi eorum in Imperio poſſent aliquando reprobari; & inde uſus com-
merciorum Bohemis reddi difficilior.

11. Eodem autem tenore, eodemque jure, Regibus Bohemiæ, quo & cæteris
Archiprincipibus Electoribus, (μ) tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, eorundemque le-
gitimis ſucceſſoribus & heredibus, regale hoc monetarum in Aurea Bulla confirmatur.

12. Unde Rex Bohemiæ non magis, quam quivis Archiprincipum Electorum, jus C
monetandi poteſt alteri concedere. (ν)

13. Diximus Regibus Bohemiæ licere numos in qualibet forma procudere. Intel-
lige formas Conſtitutionibus Imperii permiſſas. An & novas invenire? Diſtingui ſolet
425 inter monetam Provincialem, *Landmüntz*; & publicam ſeu generalem, *Reichsmüntz*.
Illius pro uſu & neceſſitate Regni ac Provinciarum non prohibetur Rex quaslibet novas
formas uſuales invenire: hujus non item, niſi velit periclitari, ne ab Imperatore & Or-
dinibus Imperii interdicantur. Fieri tamen nonnunquam obſervavimus, ut moneta,
quæ initio erat Provincialis Regni Bohemiæ, ſucceſſu temporis facta fuerit generalis in
univerſo.

(α) Leges interdicebant] *qualis eſt Caroli M. Imperat.* lib. 3. Capitular. tit. 12. *& Ludovici Pii Imper.* lib. 4. tit. 47. *Videndus Lehmannus* lib. 2. Chronic. Spirenſ. cap. 10. num. 8. & cap. 44. fol. 190. & ſeqq.

(β) Ex particip. poteſt. & reſerv.] *de qua ipſe Carolus Quartus Imp. in* Procem. Aur. Bullæ *& Maximilianus II. Imperator. in* Receſſ. Ratiſponenſ. 1576. §. *Dardurch dann nicht allein*, 119.

(γ) Nova inſtituere] *ſicuti non multo poſt tempore idem Gerlacus Moguntinus Archiepiſcopus novum telonium in caſtro Hœchſt ad Mœnum erexit: quod licet juſſu VVenceslai Cæſaris a Francofordianis fuerit deſtructum; tamen privilegii hujus beneficio mox eſt reſtauratum, ut docent Diplomata in* Privilegiis Reipubl. Francofurtenſ. *relata.*

(δ) Vetera augere] *Quod & ipſum leges antiqua vetabant, ut Caroli Magni* lib. 5. Capitular. tit. 131. *& in* Leg. Longobard. tit. 1. §. 5. lib. 3. *ubi talia vectigalia, de quibus exigere amplius non licet, quam indictum erat in rotula ab Imperatore*
424 *aſſignata & publicano tradita, vocantur* forbannita, *id eſt interdicta, Verbannte, Bannzoll.*

(ε) Imperatoris poteſtas] *Quam ei in regalibus confirmavit Fridericus I. Imp. in* tit. Quæ ſint regalia, lib. 2. Feud.

(ζ) Antiqua deſtruere] *ſi forent injuſta & non neceſſaria, Carolus M. Imper.* lib. 2. Capitular. tit. 19. *& Ludovicus Pius Imp.* lib. 4. Capitul. tit. 47. *Videndus idem Lehmannus* d. lib. 2. cap. 44. fol. 190.

(η) Nonnihil eſt reſtricta] *in Capitulation. Cæſar.* §. 18. *Reichsſatzungen* part. 2. fol. 183. *ubi conſulendus Benedict. Carpzovius, vir eleganter doctus, & Conſiliarius Electoralis Saxonicus digniſſimus.* D

(θ) Jam antiquitus] *Aurea Bulla* tit. 10. *Confirmatio Gerlaci Archiepiſcopi Mogunt.* d. §. 2. in fin.

(ι) Conſuetud. ſeu præſcriptione] *hinc patet, jus cudendi monetas poſſe præſcriptione immemoriali acquiri. Facit tum textus Aurea Bullæ* c. ſuper quibuſdam 26. §. præterea Ext. de verb. ſignificat. *Boſſius* tit. de monet. num. 1. *Eman. Soaresz in* Recept. ſentent. verb. monetam. *Mynſing.* lib. 4. obſerv. cap. 24. E

(κ) Regibus Bohemiæ] *ceu Principibus Imperii, quibus ſumma hæc regalia uſurpare non licet, niſi nominatim ab Imperatoribus confirmentur; Freherus* lib. 2. de Re Monetaria, cap. 4. num. 1. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 10. concluſ. 92. lit. d.

(λ) Lege publica] *Budelius* de Monet. lib. 1. *Hanſmannus in* Reſolution. de Re monet. reg. 7. lit. c. *Joh. VVolfgang. Aur.* de jure Monet. cap. 4. num. 17. *Cubachius* lib. 2. Juriſprudent. publ. cap. F
29. n. 26. *VVolffius apud Arumæum* tom. 2. de jur. publ. fol. 929.

(μ) Quo cæteris Electoribus] *Aurea Bull.* tit. 10. §. 2. *Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. concluſ. 92. *Heigius* Illuſtr. quæſt. part. 1. q. 4. num. 3. *Arniſæus* lib. 2. de Republ. cap. 7. num. 4. *Knichen* de jur. Saxon. cap. 5. num. 212. & ſeq. *Alemannus in* Palæſtra conſultation. tit. 8. q. 1. part. 18.

(ν) *Clapmarius* lib. 1. de Arcan. Rerumpubl. cap. 16. *Arniſæus* lib. 1. de Republ. cap. 7. num. 4. G
Hanſmannus d. reg. 7. lit. c. *Aur.* d. cap. 4. num. 17. in fin. *ex Ottone Friſingenſ.*

A univerſo Imperio, propter commoditatem ejus in uſu promercali. Certe forma *Tricrucigera* [α] primum a Bohemis eſt inventa; quam Duces Saxoniæ in Miſnia; (β) tum ipſe Imperator, Electores, Principes, [γ] ac univerſi ordines monetales in Imperio, commerciorum inter communes populos juvandorum gratia, ſunt imitati. Unde & nomen retinent, ut *Groſſi Pragenſes*, [δ] necnon *Bohemici*, (ε) dicantur. Sed hi quidem ſunt in forma minuta. Majorem formam præferunt *Thalenſes* ſive *Thaleri*, [ζ] dicti a valle Joachimica in Bohemia, ubi primum cuſi [η] per Comites Schlickios cum auctoritate & ſub nomine Regis Bohemiæ circa annum Domini MDXX. Quos deinde iidem Saxonum Duces in Miſnia & alii Principes Imperii, atque etiam Reges vicini Daniæ, Sueciæ, Poloniæ, Hungariæ, Transſylvaniæ, &c. nec non Principes Italiæ, &c.
B commerciorum promovendorum gratia, ſunt ſecuti. Ex qua generalitate nomen invenerunt, ut qui ab initio *Joachimici*, nunc κατ᾽ ἐξοχὴν *Imperiales*, *Reichsthaler*, appellentur. [*]

(α) Tricrucigera] *vulgo Dreycreutzer, quia valor eorum eſt trium crucigerorum.* Cruciger *autem eſt minutula moneta, a cruce impreſſa ſic dicta. Saxones inferiores vocant Matthier, ab impreſſo S. Matthia icone, Unde & Tricruciger illis Drymatthier.*

(β) In Miſnia] *unde &* Groſſi Miſnici *dicun-*
C *tur Meichſneriſch Groſchen.*

(γ) Electores, Principes,] *unde Fürſten groſchen, Herrn groſchen a Saxonibus inferioribus & VVeſtphalis nominantur, forte quia Principes ſalaria ſua & debita iſtis groſſis diſſolverent, quod poſtea lege Imperii interdictum eſt.*

(δ) Pragenſes] *Martinus V Papa in* Extravag. de empt. & vendit cap. 1. Vendidit annuos cenſus unius vel plurium marcarum aut groſſorum Pragenſium. numi Polonæi & Pagamenti conſueti.
D *Quo loco Freherus putat legendum* empolæi, *id eſt forenſis & conſueti*, lib. 2. de Re monetar. cap. 3. fol. 47. in princ. *Sed veriſimilior eſt Nicol. Henelii conjectura reſtituentis*, numeri Polonici: *quo modo ſæpiuſcule in vetuſtis Sileſiorum inſtrumentis Marck Bœhmiſcher groſchen Polniſcher zahl ad differentiam nimirum Marcarum Sileſiacarum, quæ triginta quinque, & Polonicarum, quæ quadraginta octo groſſis æſtimabatur. Decernit namque Pontificis reſcriptum controverſiam inter cives*
E *Uratislavienſes & Ordinem Eccleſiaſticum obortam. Atqui Uratislavia, licet juris nunc ſit Bohemici, tamen olim in Polonia reponebatur, ut ſupra diximus. Edita hæc Bulla anno 1425. in cujus inſcriptione pro* Lubicenen. & Almicenſ. Epiſc. *emendari debet*, Lubuſſenſi & Olomucenſi Epiſcopis. *Fit quoque Pragenſium groſſorum mentio in Jagellonis Regis Poloniæ ſtatutis Petricorienſibus de anno 1451. in ſtatutis Regni Poloniæ fol. 290. ubi legitur:* Niſi forte aliquis de jure pro cenſibus & decimis fertonalibus debeat exigere latos groſſos monetæ Pragenſis. *Primus autem VVenceslaus Rex Bohemiæ & Poloniæ, Ottocari filius, groſſos Bohemicos Craco-* 426
viæ in Polonia cudendos curavit, ut teſtatur Matth. Michovius in Chronic. Regum Polon. lib. 4. cap. 4. *Clemens Janitius in* Poëm. de Vitis ac ſucceſſ. Regum Polon. in Venceslao. *Alex. Guagninus in* Compend. Chronic. Polon. in Wenceslao Rege fol. 98. *Videndus de groſſis Pragenſibus, qui etiam lati dicuntur, & Polonicos quarta parte excedunt, Cromerus* lib. 11. Rer. Polon. fol. 189. col. 1. & lib. 2. de Republic. Polon. circa princ. *ubi aſſerit eos dimidio excedere Polonicos.*

(ε) Bohemici] *qui a vulgo Suevorum, Helvetiorum & Alſatiorum, adhuc Bœhmiſch dicuntur.*

(ζ) Thaleri] *Videatur Freherus* d. cap. 3. fol. 48. & fol. ſeq.

[η] Ubi primum cuſi] *Georg. Agricola* de Ponderib. & menſur. lib. 11.

(*) Quæ de Regalibus Regis Bohemiæ ab Imperatore acceptis hic ennarat Goldaſtus, illa acriter tanquam falſiſſima perſtringunt Juriſconſulti Bohemici, quorum argumenta in compendio videri poſſunt in Giovanni *Germania princips lib. I. p. 398.* verum ea, meo quidem judicio, tanta non ſunt, ut ſententiam Goldaſti, variis Actis publicis munitam, infringant.

CAPUT III.

Duces & Reges Bohemiæ, Poloniæ & Sileſiæ, nec non Marchiones Moraviæ & Luſatiæ, jus habuerunt ſeſſuræ & ſententiæ dicendæ in Comitiis Imperii a Cæſare calatis & indictis. Quanta ſemper Imperio interceſſerit neceſſitudo & conjunctio cum Regno Bohemiæ. Dux vel Rex Bohemiæ fuit ſummus Imperii Conſiliarius, nec potuit a Co-
F *mitiis Reipublicæ cauſa indictis excludi. Id omnium ætatum exemplis demonſtratur. Proximum ab Imperatore locum in conſilio Principum habebat. Regis Poloniæ ſeſſio e regione throni Cæſarei.*

Quod ſi igitur beneficia ampliſſima, ſi Dominia propemodum incircumſcripta, ſi jura ſumma regalia, ſi honorum dignationes excelſiſſimæ, vincula eſſe ſolent arctiſſima ſummæ conjunctionis, nemo profecto in iis neceſſariis, qui Imperio noſtro ab Impetatoribus & Regibus acquiſiti & relicti ſunt, Rege Bohemiæ vel Regni Ordinibus debet S. Cæſareæ Majeſtati Sacrove Imperio eſſe antiquior,

quior, conjunctiorque: quippe qui neceſſitudinem inſtitutam habuerint cum Imperio A
noſtro, ante aliquanto, quam multi Principes, quorum operis nunc præcipue utitur,
inſtituti eſſent. Et hanc ego rationem eſſe autumo, cur Dux vel Rex Bohemiæ ad Co-
mitia Imperii (α) pleraque omnia, in quibus de graviſſimis Reipublicæ negotiis tractan-
dum & conſultandum erat, ſemper vocatus comparuerit, primasque in rebus Imperii
expediundis partes ferme ſuſtinuerit. Hinc namque Ducem vel Regem ſtudium ac be-
nevolentia Ordinum Imperii; illinc Ordines ipſos vetuſta conſuetudo & pâria Ducis vel
Regis ſtudia, quibus nihil eſt quod effici [β] non poſſit, ſi mutuo ſibi reſpondeant,
invicem conciliabant. Nec rerum majorum quidquam in Imperio gerebatur, in quo
427 Ducis vel Regis Bohemiæ excellens virtus, præcipuaque induſtria, tamquam ſummi
Conſiliarii & Principis conjunctiſſimi, non enituerit. Loquor de Ducibus & Regibus B
Imperio fidis, & quorum neceſſitudo multis officiis iiſdemque mutuis erat conſtituta.
Quæ licet multa varietate temporum & rebellionum nonnunquam interrupta fuerit a
male conſiliatis Ducibus vel Regibus, haud longis tamen intervallis, ſemper ad priſti-
nam fidem & conſuetudinem redierunt, ut jam ſupra (γ) indicavimus.

2. Et eleganter explanat Wippo (δ) Capellanus Cunradi II. Imperatoris cognomen-
to Salici, cum ita commentatur: *Res petit, ut dicam ſummorum nomina quædam ſeu
Pontificum ſeu ſecularium Principum, qui tunc in Regnis vigebant, quorum conſiliis con-
ſuevit Francia* (id eſt Germania,) *Reges eligere.* Commemoratis dein Archiepiſcopo-
rum & Epiſcoporum nominibus, ſubdit: *Duces autem, Benno Dux Saxoniæ, Adelbero
Dux Hiſtriæ* (id eſt Carinthiæ & Forojuli) *Hetzilo Dux Bojariæ, Erneſtus Dux Ale-* C
maniæ, (id eſt Sueviæ & Helvetiæ) *Lutaringiorum Dux Fridericus, Ribuariorum* (id
eſt Moſellanorum, ſeu inferioris Lotharingiæ) *Dux Gozelo, Cuno Wormatienſis Dux Fran-
corum, Udalricus Dux Boemiæ*, &c. Addit: *eos ſummis rebus adeſſe, conſulere, ſuc-
currere*, &c. Sed clarius ingerit Imperator Heinricus IV. [ε] Aug. in reſcripto ad Prin-
cipes Imperii, inquiens: *Oportet nos habere, ſi vobis placeret, ſaltem tales inducias, in-
tra quas poſſemus convocare, & precibus invitare ad hanc eandem cauſſam, ut ſint nobiſ-
cum, Moguntinum & Trevirenſem*, &c. *Ducem Magnum* (Saxoniæ) *cum Duce Theo-
dorico, & Ducem Bohemicum, & Comitem Flandrenſem cum Comite Burgundiæ, qui
ad præfatum negocium, ut bene ſcitis, ſunt valde neceſſarii.* Verum exemplis in medium
prolatis res erit illuſtrior, quæ operæpretium eſt inde a primis temporibus ad noſtram D
uſque memoriam repetere, ut vel ex iis conſtare poſſit, quam vetus uſus inter Imperium
Germanicum & Regnum Bohemiæ intercedat, quamve maximum Imperatori vincu-
lum cum Duce vel Rege fuerit ſummæ neceſſitudinis & ſanctioris conſilii.

3. Moraviæ Reges ac Bohemiæ Duces Comitiis Imperii ſub Francis Regibus & Cæ-
ſaribus interfuiſſe, obiter indicavimus *lib. 2. cap. 2.* Quanta autem familiaritas Ar-
nulpho Imperatori cum Zuentiboido & Suatopluco Moraviæ Regibus, dum in fide per-
ſiſtebant, necnon Vratislao Moravo Pannoniæ Principe fuerit in rebus ad Statum Im-
perii attinentibus, otioſum foret ex ejuſdem *lib. cap. 9.* referre. Sic enim ſemper Im-
248 peratores noſtri Moravos ac Bohemos dilexerunt, ut non ullo cum Rege vel Duce con-
junctius viverent, aut illius ordinis ullo familiarius uterentur in commodis Imperii pro- E
curandis. Sed ſimplex ille Germanorum candor non raro fuit ab aſtu Sclavorum [**]
circumventus & fruſtratus. Vetus eſt axioma, ab ipſa experientia hauſtum; Principes

(α) Ad Comitia Imperii pleraque] *Buxdorffius in* Diſſertat. ad Aur. Bull. concl. 41. lit. d *Daniel Otto in* Diſſert. de jur. publ. Imp. cap 13. fol. 481. *Hanſmannus in* Reſolution. de Re monetar. reg. 7. lit. t.

(β) Nihil eſt quod effici] *M. Tullius Cicero* lib. 3. Epiſtol. famil. ep. 9.

(γ) Jam ſupra] lib 2. cap. 18. §. 2.

(δ) Wippo] *in Vita Chunradi Salici Imp. apud Piſtorium* tom. 3. German. Scriptor.

(ε) Heinricus IV. Aug.] *extat inter Epiſtolas Henrici IV. Imp. anno 1106. & apud Joan. Wolphium* Lection. Memorabil. Centur. II. *Et ex hoc reſcripto docet Arumæus, Regem Bohemiæ a Comitiis Imperii excludi non poſſe.* (*)

(*) Non dextre ſuam mentem a Goldaſto perceptam eſſe, conqueritur Arumæus *de Comitiis cap. 4. §. 44.* illud enim reſcriptum Henrici intelligendum eſſe de tali conventu Comitiali, in quo de depoſitione Imperatoris agendum erat, cui olim, ita & hodie, ſi caſus contingeret, Bohemus ut Elector Imperii intereſſe debet.

(**) Ægre hæc fert Balbinus *lib. III. Miſc. Boh. c. 22. §. 4.* & injuriam maximam *Bohemicæ, Polonicæ, Croaticæ Illyricæ gentis*, hac voce illatam „ F eſſe credit. Potius Slavos aſtu Germanorum eſſe „ circumventos, & innumeris provinciis ad Mare „ Balthicum & Sinum Venedicum ſpoliatos, dein „ ad ſervitutem addictos, illorumque Duces 30. aſtu „ a Germanis ad convivium invitatos fuiſſe interfe- „ ctos &c. Poſſem, ſi vellem, ſimilia de Bohemis referre, ſi Germanis hoc vocabulo injuriam fieri cenſerem. Sed tranſeant hæc cum ceteris.

A peregrinos alienis moribus, inſtitutis, ſermonibus viventes, noviter ad Imperii ſocieta-
tem accitos, non eſſe temere ad intima Imperii arcana admittendos, donec fides eo-
rum & conſtantia probe cognita, perſpecta & explorata fuerit. *Si quem es nactus*, in-
quit Suada illa (α) eloquentiæ, *qui in tuam familiaritatem penitus intravit, qui antea
fuerit ignotus, huic quantum credendum ſit, vide.*

4. Anno Chriſti nati DCCCCXXIII. dicitur Heinricus I. cognomento Auceps Comitia
Ratiſponæ celebraſſe, in quibus cum de aliis Imperii negotiis, tum de ſucceſſione filii
ſui Ottonis, deliberaretur. Interfuit S. Wenceslaus Dux Bohemiæ, ſeſſionemque in
concilio Principum & ſententiæ dictionem habuit, adeo ut nonnunquam propoſitiones
capitum tractandorum uſque ad ipſius adventum in Senatum differrentur. *Dieſe hand-*
B *lung*, inquit Hagecius, (β) *zwiſchen dem Keyſer und Reichsfürſten werete 24. tag lang.
Der Keyſer pflegte tæglichen in ſeiner Majeſtat, und die Reichsfürſten umb ihn her in der
ordnung, ein itzlicher in ſeiner ſtell, wie ſichs gebürt, zu ſitzen. Nun begab ſichs eines
tags, daß der Hertzog* Wenceslaus &c. *ſich auffm morgen alſo verſaumpt, daß er lang-
ſam in den Rhatſchlag kommen. Mitler weil hat ſich der Kayſer auff ſeinen Kayſerlichen
Stul geſetz: deßgleichen ſaſſen auch alle Reichsfürſten umbher nach der ordnung, ein itzli-
cher an ſeiner ſtelle, und wurde die handlung allein von wegen deß Hertzogen auß Bæ-
heim abweſenheit auffgeſchoben*, &c.

5. Geminum plane factum, ſi non idem, narrat ejuſdem Wenceslai Ducis, Du-
bravius, [γ] quod Wormatiæ in Comitiis ab Ottone I. Imperatore indictis contigerit:
C *Otto I. Imperator*, infit, *deliberandi cauſa diem ad conveniendum Principibus, Worma-
tiam edixerat. Quo ubi Venceslaus quoque evocatus, ſine ulla dilatione veniſſet, poſtri-
die dum ſolenne ſacrificium cunctantius Sacerdos facit, ipſe ſimiliter cunctantius Curiam
introiiſſet, eamque moram, quaſi ex ambitione nata fuiſſet, Principes adeo ægre tuliſſe,
ut conſpirarent, ne quis ipſorum venienti aſſurgeret, neu ſupra ſe locum conſi-
dendi dare vellet. Perſuaſum denique Cæſari fuiſſe, ut ſine ullo honore Bojemum, ve-
lut arrogantem, transmitteret. At Cæſar ex conſpectu duorum Angelorum, qui Vences-
laum in Curiam deducebant, ſubitoque ibidem diſparuerant, obſtupefactus throno exilit,
adverſum vadit, ipſumque Venceslaum tantum non adorat, ac manu mox ſua ad ſubſellia
perductum, aſſidere ſibi proximum jubet.*

D 6. Anno DCCCCLXIII. Quum Boleslaus Dux Bohemiæ ab Ottone I. Imperatore ad
Comitia vocatus, comparere detrectaſſet, pro rebelli declaratus & proſcriptus fuit. [δ]

7. Anno DCCCCLXXIII. Otto II. Imperator Comitia indixit Quedlinburgi, in quibus
Bohemiæ & Poloniæ Reges etiam comparuerunt, & Imperatori præſentes erant. [ε]

8. Anno DCCCCLXXV. idem Otto II. Imperator conventum indicit Wiſmariæ (alii
habent *Vinariæ*) ubi transactum eſt cum Daniæ Rege de finibus & de jure obligationis
ad Imperium. Bohemiæ Dux comparere noluit. Ideo is bello petitur, quo ſubactus
fidem Imperii ſequi in poſterum promiſit. (ζ)

9. Anno DCCCCLXXVII. idem Otto II. Imperator Ducem Bohemiæ ad Comitia evo-
cavit. Quo comparente & pax Bohemiæ reddita, & ipſe Dux locum ſuum in Senatu
E Principum recepit. (η)

10. Anno DCCCCLXXVIII. idem Otto II. Imp. Comitia Alſtedium in Saxonia indixit
Imperii Principibus. Ubi Boleslaus Dux Bohemiæ præſens digna præſtitit tanto Princi-
pe officia. (θ)

11. Anno DCCCCLXXXV. Otto III. Imperator Comitia celebravit Quedlinburgi, qui-
bus Meſico & Boleslaus Bohemiæ Duces ab Imperatore vocati interfuerunt, & quæ ſui
erant muneris, ut Imperii Principum, peregerunt. [ι]

12. Anno

(α) Suada illa] *M. Tullius Cic. lib. 1. ad Quint. Frat. epiſt. 1.*

(β) Hagecius] *in Chron. Bohem. part. 1. anno*
F *923. Pontanus in* Bohem. pia lib. 3. de S. Wenceslao Duce & Martyre.

429 (γ) Dubravius] *lib. 5. Hiſt. Bohem. fol. 12. Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 14. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. in S. Wenceslao Duce fol. 47. *Cardin. Baronius in* Not. ad Martyrolog. Roman. *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Sclav. Princip. & Reg. Bohem. fol. 135.

(δ) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 963.

(ε) *Calviſius in* Chronolog. anno 973. *ex Dithmaro, Spangenbergio & Georgio Fabricio.*

(ζ) *Georg. Fabricius* Rer. memorabil. univerſæ Saxon. lib. 2. anno 975. *Calviſius in* Chronolog. anno eodem.

[η] *Fabricius* ibid. anno 977. *Calviſius* anno eodem.

(θ) *Spangenberg in* Chronic. Saxon. cap. 146. anno 978. in fin. *Johan. Becherer in* Chron. Thuring. anno 976. fol. 185.

(ι) *Fabricius* d. lib. 2. anno 985. *ex Dithmaro Merſeburgenſ.*

12. Anno MIII. S. Heinricus (α) II. Imperator initio ſuæ electionis in Saxoniam A
contendens, comitia Saxonibus & Slavis Principibus atque ordinibus Merſeburgium indixit, in quibus Boleslaus Bohemiæ Dux comparens parem cum cæteris Imperii Principibus locum in conſilio Cæſaris invenit, fidemque debitam obſtrinxit.

430 13. Anno MXXIV. Comitiis Moguntiæ ſub Cunrado II. Imp. celebratis interfuit Vdalricus Dux Bohemiæ, cujus conſilio omnia Imperii negotia peracta fuiſſe, paullo ante [β] commemoravimus. [*]

14. Anno MXLVIII. ſcribit Hermannus Contractus: (γ) *Imperator* [Heinricus III.] *Ratiſponæ Paſcha cum Othone* (Suevīæ) *& Brecizlao* (Boëmiæ) *Ducibus, & multis aliis Principibus egit.*

15. Anno ML. Heinricus III. Imperator Comitia celebrat Goslariæ in Saxonia, in B
quibus Bretislaus Bohemiæ & Caſimirus Poloniæ Duces, cum cæteris Imperii Principibus comparuerunt. (δ)

16. Anno MLI. Idem Imperator & Leo IX. Papa comitia frequentarunt Moguntiæ, quibus idem Bretislaus Dux interfuit. (ε)

17. Anno MLV. Idem Imperator *Quinquagenalia* (verba ſunt Aventini (ζ) *Quintlenburgi celebrat, ubi Bojemum ac Polonicum Ducem* [Bretislaum & Caſimirum] *veteres invicem inimicos, in gratiam redigit, reconciliatoſque domum dimittit.*

18. Anno MLXXXV. Vratislaus Dux Bohemiæ, Conradus Marchio Moraviæ & Gebhardus Epiſcopus Pragenſis, interfuerunt Comitiis Moguntinis ab Heinrico IV. Imperatore vocati, & quiſque ſuam ſeſſuram in conſilio Principum habuit. (η) C

19. Anno MLXXXVI. Iidem Principes iterum Moguntiæ comparuerunt in Comitiis ab eodem Imperatore indictis. Ubi Vratislaus Dux Regia dignitate ab Imperatore, Gebhardus Pragenſis Epiſcopus Pontificiali ordinatione ab Archiepiſcopo Moguntino inaugurantur. [θ]

20. Anno MLXXXVII. Comitiis Merſeburgi (ι) ab eodem Imperatore habitis interfuit idem Rex Vratislaus, qui & Bretislaus, & proximum ab Imperatore locum (κ) in concilio Principum obtinuit.

431 21. Anno MXCIV. Idem Imperator conventum celebrem Moguntiæ inſtituit, ad quem vocatus Dux Bohemiæ Bretzislaus miſit legatos, qui ſuas vices in eo conventu obirent. Cum quibus etiam Coſmas Pragenſis, & Andreas Olomucenſis Epiſcopi, ab D
eodem Cæſare citati, comparuerunt. [λ]

22. Anno MXCVIII. idem Bretzislaus [μ] ab eodem Imperatore ad Comitia Ratiſponenſia invitatus, negotia Imperii cum cæteris Principibus tractaviſſe memoratur. Etiam Hermannus Epiſcopus Pragenſis, tamquam Princeps Imperii, locum in Senatu Principum habuit. Coſmæ (ν) Pragenſis Epiſcopi continuator: *Imperator Heinricus III. celebravit Paſcha Ratisbonæ, juſſus eſt Dux Brecislaus cum electo Pragenſi Epiſcopo illuc venire. Qui tertia die poſt octavam Paſchæ venit Ratisbonam.*

23. Anno MXCIX. idem Bretzislaus Dux interfuit (ξ) Comitiis Ratiſponenſibus, (**)

(α) *Adelboldus Trajectenſis Epiſcopus in* vita S. Henrici Imp. circa princ.

(β) Paulo ante] *ſuperius §. 2. ex VVippone.*

(γ) Contractus] *In Chronic. ætat. 6. anno 1048. Paſchalis iſte conventus, ut docet Freherus contra Bodinum, nihil aliud fuit, quam Curia Comitialis de rebus Imperii deliberandis, ab Imperatore convocata.*

(δ) *Aventinus* lib. 5. Annal. Bojor. fol. 426. *Spangenb. in* Chron Saxon. anno 1050.

(ε) *Krantzius* lib. 4. Saxon. cap. 25.

(ζ) Aventini] *lib. 5. Annal. Boior. fol. 426. Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 175. anno 1055.

(η) *Heinricus IV. Imperator in* Diplomate apud Coſmam Pragenſ. in Chronic. Bohem. lib. 2. anno 1085. fol. 13.

(θ) *Coſmas Pragenſ. in* Hiſt. Bohem. lib. 2. anno 1086. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. in Wratislao Rege fol. 19. *Hagecius in* Chron Bohem. anno 1085. & ſeq. *Spangenberg in* Chron. Sax. cap. 206. *Georg. Beatus in* Chron. Boh. anno 1086. fol. 25. *Calviſius in* Chronolog. anno 1086.

(ι) Merſeburg.] *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 206. anno 1087. fol. 318.

(κ) Proximum ab Imp. loc.] *Hagecius in* Chron. Bohem. in d. anno 1086. E

(λ) *Hagecius in* d. Chron. anno 1094 fol. 192. in fin.

(μ) Bretzislaus] *Hagecius in* d. Chron. anno 1098.

(ν) Coſmæ] *in Chronic. Bohem. lib. 3. anno 1099.*

(ξ) Interfuit] *Continuator Coſmæ Pragenſ. in* Hiſtor Bohem. lib. 2. anno 1099. F

(*) Vocabat etiam Conradus Salicus Udalricum anno 1032. Mersburgum ad Comitia, ſed detrectabat venire, quapropter denuo Wirbenam citatus, ubi cum appuliſſet, de inſidiis convincitur & in exilium ejicitur, ex quo demum poſt biennium liberatur. *Annal. Hildesheim. ad h. a.*

(**) Videtur hic Goldaſtus ex uno conventu Germaniæ Principum in urbe Ratisbona duplicem facere; In Coſmæ enim Chron. ſaltem de uno ad annum 1099. fit mentio.

A eodem Imperatore eum invitante. Dubravius: (α) *Cæſar appetente feſto die Paſchæ, conventum Principum Ratisbonæ celebraturus, inter cæteros Bretiſlaum etiam ad eam celebritatem invitavit. Is Borivorium præterea fratrem* (Moraviæ Marchionem) *& Hermannum deſignatum Pontificem* (Pragenſem) *ſibi adjunxit, ibatque mille amplius dilectis equitibus unoque colore veſtitis comitatus.*

24. Anno MC. idem Imperator Comitia tenuit Moguntiæ, ad quæ vocatus idem Dux Bretzislaus, miſit legatos, Hermannum Epiſcopum Pragenſem & Wigbertum Comitem Groitzenſem & Luſatiæ Marchionem, quibus vices ſuas delegavit, quamvis eſſent & ipſi Principes Imperii, ac ab Imperatore pariter citati, ut proprio nomine comparerent. [β]

B 25. Anno MCVIII. Indixit Heinricus V. Imperator Comitia Ratisbonam pro expeditione in Hungariam ſuſcipienda, & vindicanda injuria a Colomanno Rege illata, Militibus ſacris in Palæſtinam proficiſcentibus. Qua de re Dubravius: (γ) *Cæſar, extimulantibus illum Germaniæ Principibus adverſus Hungaros, a quibus in expeditione nupera Orientem verſus facta hoſtiliter eſſent hoſpitati, Suatoplucum* (Bohemiæ Ducem) *in Comitium vocat, ibique inſtituta in Hungariam expeditio* &c.

26. Anno MCIX. ſcribit Coſmæ Continuator: (δ) *Dux Wladislaus Regis Henrici vocatione debuit in octavis Domini intereſſe Regali Synodo Ratisbonæ* &c. Dubravius: [ε] *Inter hæc a Cæſare Vladislaus ad Concilium Principum, ineunte novo anno, Ratisbonæ celebrandum evocatur. Cum jam in itinere eſſet, tum Borivorius Pragam a ſuis intromiſſus* 432
C *eſt* &c. *Vladislaus, cognita proditione, ad Cæſarem reſcribit, illi ſignificans, quid ſibi acciderit, illumque rogans, ut boni conſulat abſentiam ſui, fraude inimicorum comparatam, ut dum in via eſt, abſentem Principatu intervertant. Literæ ad Cæſarem Pelſinæ ſcriptæ. Quadringentos equites ſecum illo adduxerat itineris comites*, &c.

27. Anno MCXXIV. refert idem Continuator: [ζ] *Idem VIII. Idus Aprilis in die Paſchæ Cæſar Heinricus IV.* (vulgo V.) *mittens Epiſtolas ad omnes Regni ſui Principes & Epiſcopos, præcepit, quatenus omni occaſione poſtpoſita IV. Non. Maij in urbe Bamberck ad ſuam coadunarentur Curiam.* Et poſtea ſubjicit: *Principem Boëmiæ Regali intereſſe Curiæ* &c.

28. Anno MCXXVII. Lotharius Saxo Imperator conventum Merſeburgi celebrat, cui
D Vdalricus Dux Bohemiæ vocatus interfuit. (η)

29. Anno MCXXX. Comitiis ab eodem Lothario Cæſare Ratisbonæ celebratis adfuit idem Vdalricus Dux, & Decretis ſubſcripſit. (θ)

30. Anno MCXXXIV. Idem Lotharius Imperator cœtum frequentiſſimum (ι) Imperii Principum Magdeburgi coëgit, de quo Hagecius (κ) ita commentatur: *Als auffm andern tag andere Reichsſachen gehandelt werden ſollen, ſatzte ſich der Keyſer in ſeiner Majeſtat nieder. Dem* Sobieslao *Hertzogen auß Bœhmen wurde nit ferrn vom Keyſer zur rechten hand ein ſtuel bereit, darauff er ſaß. Nachmals ſaſſen die Teutſchen Fürſten auff beyden zur rechten und lincken ſeiten neben dem Keyſer über.* Boleslao *dem Hertzogen auß Polen aber wurde ein ſtul gegen dem Keyſer über, etwas unden an, an einem nidrigen ort ge-*
E *ſetzet, unnd darauff zu ſitzen geordnet.* (*)

31. At Dubravius [λ] hæc poſt Magdeburgenſem conventum Bambergæ in Franconia

(α) Dubravius] *lib. 9. Hiſtor. Bohem. fol. 70.*

(β) *Hagecius in* d. Chron. Bohem. anno 1100.

(γ) Dubravius] *lib. 10. Hiſtor. Bohem. fol. 75. Boregk in* Chron. Bohem. in Suatopluco Duce fol. 118. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1108.

(δ) Coſmæ Contin.] *lib. 3. Chron. Bohem. anno 1109. fol. 61. Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1110. *Boregk in* Chron. Bohem. in Uladislao II. Duce.

F (ε) Dubrav.] *lib. 10. Hiſt. Bohem. fol. 193.*

(ζ) Continuator] *d. lib. 3. anno 1124. & ex eo Dubravius. Hagecius. Boregk. &c.*

(η) *Georg. Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. Univerſ. anno 1127.

(θ) *VVigul. Hund. a Sultzmos JC. Bavarus in* Metropol. Salisburg. in tract. de Fundat. Monaſt. & Colleg. per Bojoar. in verb. Undenſtorff. fol. 315.

(ι) Cœtum frequentiſſimum] *Spangenberg in* Chron. Saxon. cap. 113 ſ.

(κ) Hagecius] *in Chron. Bohem. part. 1. anno 1135.*

(*) Chronicon montis Sereni hæc videtur referre ad an. 1135 quo Lotharium Pentecoſten Magdeburgi celebraſſe memorat, præſente Udalrico Bohemorum Duce, qui etiam Imperatori adfuit Merſeburgi, cum hoc eodem anno feſtivitati aſſumtionis S. Mariæ intereſſet.

(λ) Dubravius] *lib. 2. Hiſtor. Bohem. fol. 88. Joach. Cureus in* Annal. Sileſ. *Boregk in* Chron. Bohem. fol. 142. in pr. *Quod autem Bohemici ſcriptores, Polonos ſecuti, putant, iſtam Duci Poloniæ aſſignatam ſeſſionem tetendiſſe in ejus deſpectum & contumeliam, neſcire profecto mihi videntur, quis debeat locus concedi Principi, qui aliis locum ſuperiorem cedere detrectat. Legant Aurea Bulla Caroli IV. Imperat. & Bohemiæ Regis* tit. 3. & tit. 21. & tit. 28. *de ſeſſione & proceſſione Archiepiſcopi Tre-* 433

virenſis

conia anno MCXXV. contigiſſe commemorat hiſce verbis: *Illud multum præterea* (Boles- A
lao Polono) *doluit, quod Cæſar juſſo ſibi aſſidere Sobieslao* (Bohemo) *in ordine aliorum Principum, ei ſeorſim e regione ſubſellium appoſuerit. Id namque ille in deteriorem vertit partem.*

32. Anno MCXXXVIII. Cunradus III. Imperator Comitia Principibus Imperii indixit in eandem Imperialem civitatem Bambergam. Quibus idem Sobieslaus Bohemiæ Dux, a Cæſare vocatus, interfuit, filioque ſuo Wenceslao inveſtituram Ducatus Bohemiæ impetravit. (*a*) [*]

virenſis S. Rom. Imperii Archicancellarii per Galliam & Regnum Arelatenſe, quam in tali Curia ſeu Comitio Imperiali tenere debent: nec non & Concilii Tridentini Ordinatio de ſeſſione Regis Catholici Hiſpanorum, quæſtionem præcedentiæ moventis Regi Chriſtianiſſimo Francorum; quam memoriæ prodiderunt Natal. Comes in Hiſtor. ſui tempor. lib. 14. anno 1564. in fin. *Valdeſius* de Prærogat. Hiſpan. cap. 3. num. 18. *Auguſtin. Cranatus in* lib. de la Preſeance entre la France & l'Eſpagne, *Caviteliius in* Annal. Cremonenſib. anno 1564. *Theodor. Gothofredus in* tract. de la Preſeance des Roys de France ſur les Roys d'Eſpagne, *Petr. Matthæus* lib. 1. d'Hiſtoire de France, fol. 39. & ſeqq. *Honoris, inquam, cauſſa Duci Poloniæ hæc ſeſſio e regione ſolii Cæſarei fuit aſſignata, non ignominiæ, ut confingunt Poloni, qui, ne unquam agnoviſſe Imperii ſuperioritatem & Maſeſtatem convincantur, omnia antiquitatis monumenta ſtudent commentis ejuſcemodi & confictis fabulis eludere.* B

(*a*) *Dubravius* lib. 11. Hiſtor. Bohem. fol. 89. 433
Hagecius in Chronic. Bohem. anno 1138. *Boregk in* Chron. Bohem. in Sobeslao Duce.

(*) Hæc ſi certa ſunt, uti certiſſima, quo jure Stranskius *de Republ. Bojema cap. 3. §. 14.* dicere potuit Reges Bohemiæ in comitiis Imperii inter Status Germaniæ non habuiſſe vel locum vel vocem. Injurius Regibus ſuis eſt hic Auctor, dum illorum jura defendere aggreditur. Confer Ce- C
leb. Ludevvigii *diſſertat. de Jure ſuffragii Reg. Bohem. cap. 2. §. 8. in not.*

CAPUT IV.

Rex Bohemiæ S. Rom. Imperii conſiliarius. Vladiſlai Primi Regis encomium. Præſes Conſilii Imperatorij ſub Friderico I. Imp. Primus locus ab Imperatore Regi Bohemiæ tributus. Nullus conventus Imperialis ſine Rege Bohemiæ celebratus. Quo abſente negotia Imperij in ipſius adventum dilata. Conſtitutiones Imperij pleræque cum conſilio & conſenſu Regis Bohemiæ ſancitæ. Abſentis locum in Senatu Legatus olim non occupabat: hodie ſecus. Rex Bohemiæ ad trinam vocationem in Comitiis comparere contumax pro rebelli declaratur. Tandem a Friderico II. Imper. certæ civitates determinatæ, in qui- D
bus ſi comitia celebrentur, Rex comparere teneatur; in cæteris non item, niſi ſua ſponte voluerit Imperatori obſecundare. Quæ fuerit poſt illud Privilegium obſervantia, exem-
plis demonſtratur inde uſque ad Aureæ Bullæ promulgationem & Imperium Caroli IV. Auguſti. 434

NUnc propius ad ea tempora accedamus, quibus Bohemi, depoſita illa feritate Slavonica, mores paulo civiliores, moderatioreſque ex conſuetudine Germanorum, Gallorum & Italorum ſub uno eodemque Imperio ipſis conjunctorum, induere, ingeniaque ſua pedetentim ad humanitatem flectere & componere cœperunt. Namque Vladislaus, qui ſub Friderico I. Imperatore in Bohemia quam fortunatiſſime regnavit, ingenio fuit adeo ſuavi, modeſto & amabili, ut non E
immerito, ſicuti olim Titus Veſpaſianus, (*a*) ita ipſe amore ac delitium humani generis appellaretur: vultu gravis, acceſſu facilis, cunctis affabilis, in amicos comis, Principibus jucundus, Imperatori obſequioſus, benevolentia denique & fide erga Rempubl. ſingulari, accerrimuſque propugnator communis libertatis. Qui in maximis graviſſimiſque Imperii Germanici cauſſis cognitus & inprimis probatus, non dignitatem modo Regalem a Cæſare, ſed & generalem in Imperio Vicariatum conſecutus eſt, ut quaſi alter Cæſar haberetur: potentiam quoque & gloriam ſuam plurimis in Rempublicam meritis, præſtantiſſimiſque rebus geſtis mirifice adauxit. Et quum eſſet ad omnia, quæ providenda ſunt in Republica & animo & conſilio promptus; atque ad ea, quæ timentur, propulſanda paratiſſimus, conſilio ejus Imperator in maxime arduis Imperii nego- F
tiis ſemper uti ſolebat, nec ullum Conventum Principum habere, in quo non adeſſe Vladislaum & ſibi a latere aſſidere voluerit.

 Unde

(*a*) Veſpaſianus] *Sext. Aur. Victor* de Cæſarib. de vita & moribus Imperatorum cap. 20. cap. 10. in fin. *Mar. Victorinus in* Breviario

A 2. Unde Guntherus (α) de Comitiis anno MCLVI. Ratisbonæ celebratis, ita canit:

Ergo viris aliquid ſuper iiſdem rebus agendum
Colloquium ſtatuit, qua rura Boëmica primos
Baugariæ fines, communi limite tangunt.
Ecce Ladeslaus, Ductore Boëmiæ ſub quo
Tunc erat, Hermannuſque ſacræ comes inclytus Aulæ,
Cujus erat, tumido tellus circumflua Rheno,
Saxonicæque potens Albertus Marchio terræ,
Occurrunt.

In quibus Comitiis Vladislaus non modo ſeſſionem & ſuffragium (β) habuiſſe in ſenatu
B Principum, ſed & Cæſaris vice præſediſſe, memoratur. Quod confirmari videtur Decreto Friderici I. (γ) Imp. ſuper controverſia Ducatus Auſtriæ in iiſdem Comitiis publicato, in quo hæc verba inſerta legimus: *De conſilio & judicio Principum, Illuſtri Vladislao Duce Bohemiæ ſententiam promulgante, quam cæteri Principes approbant, Mar-* 435
chionatum Auſtriæ & dictam Marchiam ſupra Anaſum, commutavimus in Ducatum &c. Ajo, *præſediſſe*, qui mos hodieque in Comitiis obtinet, ut licet Imperator ipſe præſens ſit, ſanctiori tamen conſilio Cæſareo Præſidem & Vicarium (δ) præficiat, quorum ille *Obriſter Præſident*, iſte *Vicepræſident* vocari ſolet. Porro in hiſce Comitiis latæ ſunt leges de pace tenenda (ε) & ejus violatoribus, quæ inſertæ ſunt juri Feudali *lib. 2. tit. 27.*

C 3. Anno MCLVII. Arboſii in Burgundia eidem Friderico Imp. præſto fuit Theopoldus Marchio Moraviæ, Vladislai Ducis germanus, in Curia ibidem inſtituta, cujus Decretis ſubſcripſiſſe Diplomata (ζ) teſtantur.

4. Anno eodem Comitiis ab Imperatore Bambergæ indictis interfuerunt Vladislaus Dux Bohemiæ, Diopoldus Marchio Moraviæ & Daniel Epiſcopus Pragenſis, decretiſque ſubſcripſerunt. (η)

5. Anno eodem edixit Fridericus Imp. Comitia Herbipolim; ad quæ vocatus Vla- 436
dislaus una pariter cum Daniele Pragenſi Epiſcopo comparuit, conſenſitque in expeditionem tam contra Polonos, (θ) quam Mediolanenſes, (ι) utroſque Imperio rebellantes ſuſcipiendam.

D 6. Anno MCLVIII. Celebravit idem Imperator Comitia Ratisbonæ, quibus Vladislaus

(α) Guntherus] *lib. 5. Ligurini in princ. ubi Spiegel. in* Schol. *& Ritterſhuſius in* Notis.

(β) Seſſion. & Suffrag.] *Abrah. Bucholtzerus in* Chronolog. anno 1156.

(γ) Decreto Friderici I.] *quod referunt Andreas Presbyter Ratiſponenſis in* Chron. Bav. fol. 61. *Conradus a Liechtenavv Abbas Urſpergenſ.* an. 1166. *Cuſpinianus in* Deſcript. Auſtriæ, *Lehmannus* lib. 5. Chron. Spirenſ. cap. 63. *Freherus in tract. von Fur-*
E *ſtenrecht* fol. 4. & fol. 34. *Conſtitution. Imperial.* tom. 1. fol. 282. & fol. 301.

(δ) Præſidem & Vicarium] *ſic Maximilianus II. Imp. in Comitiis Auguſtæ an. 1566. celebratis, conſilio ſuo, Hoff Reichs Rhat, præfecit Archiepiſc. & Electorem Moguntinum, ſupremum præſidem, Obriſten Præſidenten, & VVilhelmum Ducem Bavariæ Vicarium, Vicepræſidenten, ut teſtatur Nicol. Mameranus in kürtzer und eigentlicher verzeichnus der Ræm. Keyſ. Maj. auch Churfurſten, Fur-*
F *ſten und Stendten Hoffſtatt, auff dem Reichstag zu Augſpurg* an. 1566. *gevveſen. Et ejus filius ac Succeſſor Rudolph. II. Imp. in Comitiis itidem Auguſtæ an. 1582. habitis, conſilio ſuo Cæſareo præfecit VVolfgangum Archiepiſc. & Elect. Moguntinum, ſupremum præſidentem; & Ferdinand. Ducem Bavariæ Vicepræſidentem, ut ſcribit Pet. Fleiſchmannus Heroldus Cæſareus in* Deſcript. *des gehaltenen Reichstags zu Augſpurg* de anno 1582. fol. 39. *Et conſtat ex Decretis, quæ ſuperſunt, olim Conſilium*
G *hoc Cæſareum conſtitiſſe ex ſpiritualibus & ſecularibus Imperii Ordinibus quorum illi ad dextram, Geiſtlich banck; iſti ad lævam, vveltlich banck, conſidebant. Sed moribus noſtris, quibus ſpirituales in conſilium Cæſareum legi deſierunt, ſeſſiones illæ inter equeſtrem & literatum Ordinem, Ritterbanck und Gelerte banck, diſtribuuntur, quorum ille dexterum, quia Principes, Comites, Barones complectitur, iſte ex Doctoribus & Licentiatis juris conſtans, ſiniſtrum occupat, ut videre eſt apud eundem Mameranum in princ. Quæ mihi cauſa eſſe videtur, quod apud Gallos, Doctores, Licentiati, & Secretarii adhuc Clericorum ordine cenſeantur & nominentur, quia in eorum locum in conſilio Regio ſucceſſerunt.*

(ε) Leges de pace tenenda] *Otto Friſingenſ.* lib. 2. de Geſt. Friderici I. Imp. cap. ult. *Conrad. Urſpergenſ. in* Chron. *Froſſardus in* Chron. fol. 97. *Cujacius* ad d. tit. de pace tenend. *Ergo hæ leges cum Conſilio & conſenſu Uladulai Regis Bohemorum ſancitæ & promulgatæ ſunt.*

(ζ) Diplomata] *Quæ refert Andreas Quercetanus in* Notis ad Bibliot. Cluniacenſ. fol. 61. & f. 140. *ubi* Leopoldus *vocatur, qui alias* Theoboldus, Diopolus, Thiebadus, Theobatus, Theodebaldus &c.

(η) Decretiſque ſubſcripſ.] *fide Diplomatum, quæ profert VViguL. Hund. in* Metropol. Salisburg. in Epiſcopis Patavienſ. cap. 29. fol. 121.

(θ) Polonos] *Spangenberg in* Chron. Saxon. cap. 225. anno 1157.

(ι) Mediolanenſes] *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1157. fol. 247.

laus Dux & Daniel Epiſcopus Pragenſis interfuerunt. Ubi rurſum decreta fuit expeditio contra Mediolanenſes, & ipſe Vladislaus cum conſenſu Principum Imperii Rex a Cæſare creatur [α] & publice declaratur. Hagecii (β) verba ſunt: *Und der Keyſer nam Kœnig* Vladislaum, *und ſetzet jn under der Cron neben ſich, allda wurden widerumb gemeine Reichsſachen gehandelt.* Adeo Rex non dicis cauſa ad conventus Imperiales, ſed conſilii, i. e. dicendæ ſententiæ, vocabatur, ne videretur agere κωφὸν πρόσωπον in hiſtrionia Imperii. A

7. Anno MCLIX. Comitiis Auguſtæ congregatis præfuit idem Vladislaus Rex Bohemiæ, expeditionemque Imperialem in Italiam promovit, pro juribus Imperii contra Pontificem Romanum & ei adhærentes vindicandis. [γ]

8. Anno eodem Vladislaus Rex, Theobaldus Marchio Moraviæ, Daniel Epiſcopus Pragenſis, cum Imperatore trans Alpes in Italiam profecti, Comitiis Roncaliæ frequentiſſimis interfuerunt, legibuſque de regalibus Imperii, de jure feudorum, de Privilegiis ſtudioſorum, de pace publica, ſancitis conſenſerunt. (δ) B

9. Anno MCLX. Comitiis Erfordiæ ab eodem Imperatore præſente celebratis præſto fuit idem Vladislaus Rex, qui, ut diximus, in Imperatoris conſilio tapanta erat, & omnia factus, omnia moderabatur. (ε)

10. Anno MCLXI. idem Rex Vladislaus Imperatorem in Italiam ſecutus, interfuit Concilio Laudæ in Italia ab Imperatore indicto, in quo abdicatio Alexandri Papæ repetita, & Electio Victoris Papæ confirmata eſt, ut habent acta Concilii, (ζ) in queis legitur: *Dominus Imperator cum ſuis Principibus & Dux Bohemiæ, & Dominus Peregrinus Aquileienſis Patriarcha, & Dominus Guido electus Ravennæ Archiepiſcopus* &c. *unanimiter confirmavere electionem* &c. C

11. Anno MCLXII. Imperator Fridericus indixit Comitia Biſantium in Burgundia minore, ut ibi de ſalute Reipublicæ Eccleſiaſticæ pariter & politicæ conſultaretur; quibus deinde Divionem translatis Vladislaus Rex [η] & Daniel Epiſcopus Pragenſis præſentes ſeſe exhibuerunt, & deliberationibus adſtiterunt. Sigonius (ϑ) inquit: *Reges Daniæ, Vngariæ, Boëmiæ, & omnes Regnorum ſuorum Epiſcopos atque Abbates, ut ad eum diem ſibi præſto eſſent, admonuit.*

12. Anno MCLXIX. ſcribit Reicherſpergenſis: (ι) *Imperator celebravit Curiam generalem & valde celebrem apud Bamberg in diebus Pentecoſtes, quod evenerat tunc in VI. Idus Junii* &c. *Archiepiſcopus Saltzburgenſis antea ab Imperatore vocatus, cum veniſſet illuc cum patre ſuo* (Uladislao) *Rege Boëmorum, & præſentiam Imperatoris & audientiam curiæ expoſtulaſſet, admiſſus non eſt,* &c. *Rex tamen ſuum in conſeſſu locum obtinuit, licet filio* (κ) *confirmationem Archiepiſcopatus & inveſtituram a Cæſare impetrare nequiverit.* D

13. Anno

(α) Rex creatur] *Radevicus Friſingenſ.* lib. 3. de Geſt. Frid. I. Imp. cap. 13. *Trithemius in* Chron. Hirſaug. anno 1158. *Calviſius in* Chronolog. anno eod. *Veſontione factum ſcribit Gevvoldus in* Comment. de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 9.

(β) Hagecii] *in Chron. Boh. an. 1157. Cui adſtipulantur Dubravius, Boregkius & Pontanus.*

(γ) *Carolus Sigonius* lib. 12. de Regno Ital. anno 1159 fol. 296. & ſeq. *Cardin. Baronius* Annal. Eccleſ. tom. 11. anno 1157.

(δ) *Radevicus* d. lib. 3. cap. 14. *Lehmannus* lib. 3. Chron. Spirenſ. cap. 2. & lib. 5. cap. 58. & cap. 60.

(ε) *Georg. Fabricius* lib. 1. Annal. urbis Miſnæ anno 1160.

437 (ζ) Acta Concilii] *apud Cardin. Baronium* Annal. Eccleſ. tom. 11. anno 1161. *ubi negat Regem Bohemiæ in Alexandri abdicationem conſenſiſſe. Quem ſequitur Joan. Picardus Gallus in* Not. ad Guil. Neuburgenſ. Hiſt. Norman. fol. 717. *Sed potior apud nos fides eſt Radevici Friſingenſis, qui id affirmat,* lib. 2. de Geſt. Frider. Imper. cap. 72.

(η) Uladislaus Rex] *Radevicus* d. lib. 2. de Geſt. Frider. Imp. *Joan. Marius Belga in* tract. de Schiſmat. & Concil. part. 2. cap. 12.

(ϑ) Sigonius] *lib. 13. de Regno Ital. anno 1162. Cui adſtipulantur Gulielm. Paradinus* de Stat. Burgund. *Nicol. Vignerius in* Chron. Burgundion. anno 1162. *Ludov. Gollutus JC. & Advocatus Dolans Parlam. in* Comment. de Republic. Sequan. & Principib. Burgund. *Chifletius JC. in* Venſontion. E

(ι) Reichsſpergenſ.] *in Chron. anno 1169.*

(κ) Licet filio] *itaque contigit Uladislao, quod multis aliis potentiſſimis magnatibus, ut vita feliciter, proſpere, tranquille & pacifice tranſacta, in ſenectute fortunam adverſam habuerint, ut de Crœſo, Dario, Auguſto, Conſtantino Magno, Carolo Magno, Ludovico Pio, Lothario I. Carolo III. Henrico IV. & ne vetera tantum in exempla citem, Carolo V. & Rudolpho II. Imperatoribus, memoriæ proditum eſt, & duorum poſtremorum caſus adhuc verſatur in hominum memoria. Certe Uladislaum nobis in exemplum fortuna Aulica proponunt Elias Reuſner. in* Iſagog. hiſtor. in indic. Chronolog. Ducum & Regum Bohem. *& eleganter Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Judicum, Ducum & Reg. Bohem. *Nec melior caſus etiam viros in literatura principatum obtinentes excepit, & etiamnum ſolet excipere, ut de Socrate, Ariſtotele, Cicerone, Seneca, aliis compluribus hiſtoria teſtantur; & quorundam maximorum virorum adverſitates* F G

quas

A 13. Anno MCLXXIV. mandavit Fridericus Imperator Principibus Imperii, ut Norim- 438
bergam pro graviſſimis Reipublicæ & Eccleſiæ negotiis tractandis convenirent. Vocatus & Vladislaus fuit pro more, ut aut ipſe veniret, aut ſi ſenio gravatus non poſſet legatos cum auctoritate transmitteret. [α]

14. Anno MCLXXIX. ſcribit Dubravius: (β) *Redierat Cæſar ex Italia, nimiſque intempeſtive, nondum videlicet ſatis ordinatis confirmatisque rebus Friderici in Bojemia, eundem Fridericum Ratisbonam ad Concilium Principum vocandum curavit. Sed adeo recens beneficium Cæſaris ante oculos obverſabatur, ut niſi ingratiſſimus haberi Fridericus vellet, domi ſibi manere non licuerit. Ibatque ita comitatus, ut ire ſolent Principes, qui dignitatem ſuam externis oſtentant, non ad invidiam, ſed gratiam potius concilian-*
B *dam. Nam gratus ejus adventus tam ſplendidus Cæſari fuit; ſed per illam gratiam longius tractus eſt, quam putavit, nempe ex Bavaria in Sueviam* (id eſt Helvetiam) *ad componendas quaſdam ibi Civitates, quæ Cæſare abſente hoſtilia inter ſe cœptavere.*

15. Anno MCLXXXII. refert idem Dubravius: (γ) *Nunquam Cæſar ex Italia reverſus eſt, quin Principum conventum indiceret, quia nunquam pax fida diuturnaque ibi durabat, quin ſimul etiam Principem Bojemiæ ad publicam deliberationem evocaret, quoties in urbe aliqua Imperij propius Bojemiam ſita, Principum Senatum habuit, ut tunc Ratisbonæ contigit. Quo proficiſcente cum ſuis Friderico, nihilque de conjuratione ſuſpicante, emerſit adeo ſubito illa, ut prius Conradus* (Marchio Moraviæ) *arcem Vicegradum Pragæ occupaverit*, &c. Narrat dein, quomodo dictus Marchio fractæ pacis pu-
C blicæ, & læſæ Majeſtatis reus coram Cæſare & Principibus peractus fuerit, quod Electoris Reipublicæ cauſſa abſentis Principatum invadere auſus fuiſſet. Qua de re infra exſequemur. Ex verbis tamen Dubravii liquet, quam neceſſaria ſemper fuerit Regis Bojemiæ opera in publicis Imperii Conſultationibus.

16. Anno MCLXXXVI. narrat Hagecius: (δ) *Schreib Keyſer Friederich allen Biſchoffen, Prælaten und Geiſtlichen, deſsgleichen auch Kænigen, Fürſten und Herren, ſo unter ſein Keyſerthumb gehærig geweſen, einen gemeinen Reichstag auſs gegen Nuruberg, mit vermeldung, daſs man allda geiſtliche ſachen, und der gantzen Chriſtenheit ordnungen betreffende, handeln werde. Zu welchem Reichstage ſich Friederich der Hertzog in Bæhem, deſsgleichen* Henricus *Biſchoff zu Prag, und andere Prælaten mehr auſs* 439
D *Bæhmen zuerſcheinen nicht ſaumeten. Und alſs man in der Verſamblung war, vermeldete der Keyſer, alſs ein liebhaber deſs friedens, ſeinen willen und meinung*, &c. Subjicit Edictum pacis publicæ, (ε) & addit: *Und wurde darneben vermeldet, daſs Ihr Majeſt. belangende die* Religion, *ſonderliche vornehme ding zu* proponirn *hetten, wie dann nachmals geſchehen, gehandelt und beſchloſſen*; nempe de bello ſacro in Palæſtinam ſeu Terram promiſſionis ſuſcipiendo pro recuperando Dominico ſepulchro, & Regno ſacro Hieroſolymitano. Fridericus Dux Bohemiæ, Conradus Marchio Moraviæ, Heinricus Epiſcopus Pragenſis, qui deliberationibus intererant, (ζ) conſenſerunt in ſacram expeditionem, & ſubſidiarios milites promiſerunt; quibus Conradus Marchio præfectus cum Cæſare transfretavit.

17. Anno

E *quas in ætate confecta perpeſſi ſunt, ipſi audivimus, & partim vidimus. Adeo ludere ſolet Fortuna in rebus humanis, ubi ingenia mortalium a Deo labefactata vivacitatem ſuam & cautionem in rebus agundis remiſerunt, avaritia magis, aut iracundia, quam providentia obſecundantium. Redeo ad Uladislaum Regem, qui corporis ſui pariter & animi ſentiens imbecillitatem, Fridericum filium in Regni ſocietatem aſciſcit, eique adminiſtrationem, ſubditis in fidem adactis, committit. Quod fa-*
F *ctum Hagecius refert* anno 1173.

(α) *Hagecius in* Chronic. Bohem. anno 1174. fol. 266. *Sed cum Rex animadverteret, ſibi Sobieslaum fratrem excluſo Friderico filio, herede legitimo, a Cæſare ſubſtitui, cedere maluit Regno, quam ſubditorum conſpirationi, fratris inſidiis & Cæſaris indignationi fruſtra obniti. Itaque ſponte conceſſit in Germaniam, ubi in prædio dotali Meeren paulo poſt exul vitam cum morte commutavit.*

(β) Dubravius] *lib. 13. Hiſt. Bohem. fol. 105. Hagecius in* Friderico Duce, fol. 177.

(γ) Dubravius] *lib. 14. Hiſt. Bohem. Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1183.

(δ) Hagecius] *in Chron. Bohem. anno 1187.*

(ε) Edictum pacis publicæ] *quod exſtat* lib. 2. Feudor. tit. 53. de pace tenend. inter ſubdit. *Et aliud apud Cujacium* lib. 5. Feudor. tit. 10. de incendiariis & pacis violatoribus. *Videatur Radevicus* lib. 3. cap. 41. *Guntherus in* Liguriu. *ubi Ritterſhuſ. in* Not. *Conradus Urſpergenſ. in* Chron. *Johan. Adelphus in Keyſer Friederichs Geſchichten*, lit. *R. vij.*

(ζ) Deliberationibus interer.] *Dubravius* d. lib. 14. *Boregk in* Friderico Duce, fol. 183. *Ergo etiam ſanctioni pacis publicæ, cui Rex Bohemiæ perinde, ac cæteri Principes, ſubjectus eſt, ut infra dicemus. Certe ſubſcriptio illius edicti ſatis indicat, eſſe illud factum non ſolum præſentibus Bohemiæ & Moraviæ Principibus, ſed etiam conſilientibus & conſentientibus. Sic enim habet:* Actum Nurenberg in præſentia Principum, conſilio & conſenſu eorum.

17. Anno MCXCIII. Heinricus Dux Bohemiæ, qui & Epiſcopus ſimul erat Pragenſis, A
vocatus ab Heinrico VI. Imperatore ad Conventum Principum Imperii, mandato Cæſaris paruit, & ſe præſentem, ut decebat Imperii Principem, Cæſari ſtetit, & conſilio adſuit. (α)

18. Anno MCXCIX. ſcribit Trithemius [β] Abbas Spanheimenſis: *Hoc anno in Aſſumptione B. Mariæ ſemper Virginis Rex Philippus magnam Curiam Principum ſuorum habuit apud Moguntiam*, &c. *In eodem conventu Philippus Rex, ut Bohemos ſibi faceret obnoxios, Odacharum Ducem eorum tunc præſentem creavit in Regem, datis ei & uxori coronis.* At Hagecius (γ) ait Primiſlaum Ottocarum I. in hoc conventu non fuiſſe præſentem, ſed miſiſſe legatos, qui ad conſilium admiſſi tractarint de confirmanda Philippi electione, & perſequendo Ottone Brunſvigio ejus æmulo. B

440 19. Anno MCC. Moguntiæ & iterum Bopardiæ, edixerat Cæſar Philippus Comitia Principibus Imperii ſibi adhærentibus. Archigrammateus Colonienſis: (δ) *Dackerd* (id eſt Ottaker) *Hertzog von Bœhmen iſt up den groyſen Hoffe zo Mentz geweſen, und weiderumb zo Boparden, ind aldar van Kayſer Philippen zu einem Konynck verhoœht worden.* Hagecius (ε) refert, Primiſlaum Ottocarum eo cum ducentis equitibus fuiſſe profectum.

20. Anno MCCIII. tenuit Otto IV. Imperator frequentiſſima Merſeburgi Comitia, quibus Primiſlaus Ottocarus Rex Bohemiæ perſonaliter interfuit, & proximam a Legato Pontificis Romani ſeſſionem in conſilio obtinuit. (ζ)

21. Anno MCCIX. Comitiis Moguntiæ ab Ottone IV. Imperatore celebratis, interfuit Wenceslaus Princeps Bohemiæ nomine fratris (*) ſui Ottocari I. Regis, & decretis ſubſcripſit. (η) C

22. Anno eodem ſcribit Dubravius: (ϑ) *Bellorum cauſas auferri poſſe hac una ratione*, (verba ſunt Archiepiſcopi Magdeburgii ad Ottonem IV. Cæſarem) *ſi omnes Imperii Principes, data publica fide, ad deliberandum ſtatuendumque de quibuſcunque controverſiis conveniant. Si quis Principum abfuerit, ſuo quemque damno abfuturum. Quum placeret conſilium, dies Principibus publica fide Bambergam ad conveniendum edicitur. Ad quam Premiſlaus quoque præter Othonis expectationem venit, non pluribus quam ducentis equitibus comitatus. Ibi occurrentibus Principibus ſua prudentia authoritateque ſe medios inter Cæſarem ac Regem interponentibus, diſſenſio citra ullam controverſiam ſedata fuit. Actumque deinceps de expeditione in Italiam facienda, Coronæ Cæſareæ ſumendæ gratia, pleriſque Principibus nomina in illam ſua dantibus. At Rex Bohemiæ trecentos viros equosque cataphractos ſe miſſurum Cæſari ſpopondit, & ad tempus præſtitit.* D

23. Anno eodem Comitiis Herbipolenſibus ab eodem Ottone IV. Imp. indictis præſentiam ſuam exhibuit Ottocarus Rex, ab Imperatore invitatus, & in concilio Principum (ι) Imperii primas partes tenuit. Georg. Fabricius: (κ) *Otto Imperator Comitia Wurciburgum indicit, ad quæ Principes frequentes accedunt, utpote duo Legati Pontificis Romani, Electores tres Eccleſiaſtici, Moguntinus, Colonienſis, Treverenſis: Electores itidem politici, Odoacer Rex Bohemiæ, Henricus Rheni Palatinus Imperatoris frater, Bernardus Saxoniæ Dux, Marchio Brandenburgius*, &c. E

441 24. Anno eodem Comitiis Auguſtanis ab eodem Imperatore convocatis interfuerunt Pragenſis & Olomucenſis Epiſcopi, & N. Marchio Moraviæ, qui ibidem in expeditionem Romanam non modo ſuis calculis conſenſerunt, ſed & Cæſarem recta in Italiam comitati ſunt. (λ)

Oo 25. Anno

(α) *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1193.

(β) Trithemius] *in Chron. Hirſaugienſ. anno 1199. fol. 162.*

(γ) Hagecius] *in Chron. Bohem. anno 1199. Sed cum Trithemio facit Dubravius in* Hiſtor. Bohem. *& Boregk in* Chronic.

(δ) Archigramm. Colonienſ.] *in Chron. von der hylligen Statt von Cœllen, in* Philippo II. Imper. anno 1200. fol. 179.

(ε) Hagecius] *in Chron. Bohem. anno 1200. Cui conſentiunt Dubravius & Boregkius.*

(ζ) *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 240. fol. 414.

(η) *Heinric. Meibomius in* Chronic. Walbecenſ. fol. 44.

(ϑ) Dubravius] *lib. 15. Hiſt. Bohem. fol. 120.*

(ι) In Concilio Principum] *Krantzius* lib. 7. Saxon. cap. 30. *Spangenberg in* Chron. Saxon. c. 244 fol. 421. *Hagecius in* Chron. Bohem anno 1209. F

(κ) Fabricius] *lib. 1. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 1209.*

(λ) *Krantzius* d. lib. 7. cap. 31. *Fabricius* d. lib. 1. *Spangenberg. in* d. Chronic. cap. 245.

(*) Legendum ſine dubio *Patris*, Wenceslaus enim erat Ottocari filius.

A 25. Anno MCCXI. miſit Pontifex Romanus Bullam banni & excommunicationis, qua Ottonem IV. Cæſarem Imperio Romano indignum & privatum declarabat, in Germaniam. Principes ergo, quorum præcipui Rex Bohemiæ, Moguntinus & Magdeburgenſis Archiepiſcopi, Dux Auſtriæ, Dux Bavariæ, Hermannus Landgravius Thuringiæ, &c. de ſalute Reipublicæ conſultaturi, primum Naumburgi in Thuringia, tum Norimbergæ conveniunt, &c. Ottonem Imperii poteſtate abdicant, & Fridericum Siciliæ Regem ei ſufficiunt. &c. (α)

26. Anno MCCXII. Fridericus II. electus Romanorum Imperator ex Italia adveniens Baſileæ ſubſtitit, eoque Principes Imperii conſcripſit, (β) inter quos Ottocarus Rex Bohemiæ primas partes in Conſilio tenuit, ut ipſemet Imperator (γ) teſtatur. Et in B hiſce quidem Comitiis Rex Bohemiæ ab Imperatore hujuſmodi privilegium impetravit: *De noſtræ autem liberalitatis munificentia ſtatuimus, quod Illuſtris Rex prædictus, vel hæredes ſui, ad nullam Curiam noſtram venire teneantur, niſi quam nos apud Bamberg vel Nurenberg celebrandam indixerimus, ipſe ſic venire teneantur. Quod ſi Dux Poloniæ vocatus acceſſerit, ipſi Ducatum præſtare debeant, ſicut anteceſſores ſui quondam Bohemiæ Reges facere conſueverunt; ſic tamen, ut ſpatium ſex hebdomadarum veniendi ad prædictas Curias eis ante præfigatur.* Ex quo apparet, Regem Bohemiæ, & Ducem Poloniæ ac Sileſiæ, non potuiſſe præſentiam ſuam detrectare, ſi ab Imperatore vocarentur ad Comitia in locis Bohemiæ ac Sileſiæ vicinis inſtituta.

27. Anno MCCXIII. Ottocarus Rex vocatus a Friderico II. Imp. Merſeburgum in C Saxoniam, legatos ſuos miſit, qui vices ejus in communibus deliberationibus geſſerunt. (δ)

28. Anno eodem in Comitiis Egræ ab eodem Imperatore habitis comparuit Primislaus, qui & Ottocarus Bohemiæ Rex, & decretis (ε) primo inter Principes ſeculares loco ſubſignavit, in quibus tamen perperam a librariis Romanis ſcriptum legitur *Giadicus* pro Primislaus, ex vitioſa opinor literarum ductura.

29. Anno MCCXII, ſcribit Dubravius: (ζ) *Redierat in Germaniam Fridericus Cæſar, indicto totius Germaniæ Concilio Argentorati; cui, ut Premislaus quoque Rex intereſſet, vehementer rogabat. Sed ille tum ætate, tum diuturno ocio ſegnior factus, tam longum iter ire gravabatur. Ne tamen Cæſari non gratificaretur, Bretislaum agnatum ſuum il-* D *lo miſit, data ei ſententiæ dicendæ poteſtate, ſi quid in rem communem conſuli cenſuerit. Conſilium ibi erat de legendo Imperatore, de quo Fridericus ad omnes Ordines retulit, nominansque filium ſuum Henricum, annos natum decem, ingentia pollicebatur adverſus hoſtes in Syria Chriſtianis infeſtos, ſi de hoc ſucceſſore certus ſecurusque fieret.* Ecce idem ipſe Imperator, qui privilegium paulo prius de non extrahendo Rege ad loca longius diſſita conceſſerat, idem (inquam) nunc eundem evocat Argentinam Galliæ civitatem longinquam: nec Rex privilegium ſuum excipit, ſed morbum ſonticum, id eſt ſenium & corporis valetudinem. Notandum & illud, Regem Bohemiæ in Comitiis habuiſſe jus dicendæ ſententiæ, ut diſertis verbis hoc loco teſtatur Dubravius, Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus S. Roman. Imperii & Regni Bohemiæ Princeps, cujus atteſtationi ne- E mo tam effrons erit, ut auſit contradicere.

30. Anno MCCXVII. Comitiis Egranis ab eodem Imperatore Friderico II. habitis Rex Bohemiæ Wenceslaus I. interfuit, & Cæſari reconciliatus, Decreto cum cæteris fidis Principibus ſubſcripſit. (η)

31. Anno MCCXXIII. narrat Dubravius: (θ) *Ad motus in Germania ſedandos, ac præcipue ad impium Henrici filii, quem Romanorum Regem declaraverat, conatum comprimendum, Fridericus Cæſar ex Italia in Germaniam celerans, conventum Bambergæ edicit, ſolusque ipſe cauſam ſuam in illo adverſus filium rebellem agit, convictumque teſtimonio & judicio manifeſtæ defectionis, in Apuliam relegat. Ibi quoque Wilibrandus Magdeburgenſis*

(α) *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 246.
F *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1212.

(β) Conſcripſit] *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1212.

(γ) Ipſemet Imp.] *in Conſtitut.* de Immunitat. exempt. & libera electi Regis & Regnicolar. Bohem. ſub anno 1212.

(δ) *Spangenberg. in* d. Chron. Saxon. cap. 247.

442 (ε) Decretis] *apud Cardin. Baronium* Annal. Eccleſiaſt. tom. 11. anno 1097. num. 71. *& Abraham. Bzovium* tom. 13. anno 1213. num. 3. *Conſtitution. Imperial.* tom. 1. anno 1160. fol. 275. & tom. 3. anno 1161. fol. 340.

(ζ) Dubravius] *lib. 15. Hiſtor. Bohem. fol. 123. Boregk. in* Chron. Bohem. in Primislao Ottocaro fol. 203. *ubi hunc Imperii conventum refert ad annum 1229.*

(η) *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 7. fol. 542.

(θ) Dubravius] *lib. 16. Hiſtor. Bohem. in princ.*

deburgenſis Præſul, oblata ſibi facultate conquerendi de Wenceslao Rege Bojemiæ [*aderat* A
namque Bambergæ] *ipſum fidem publicæ pacis rupiſſe incuſat* &c.

32. Anno MCCXXXV. ſcribit Godefridus Colonienſis: [α] *In Feſto omnium Sanctorum, Imperator* [Fridericus II.] *conventum Principum habuit apud Auguſtam: ubi Rex Boëmiæ affuit, recipiens ab Imperatore decem millia marcarum pro parte Sueviæ, quæ jure hereditario ſuam uxorem contigit.*

443 33. Anno MCCXLVII. Aquiſgrani poſt peractam Wilhelmi Cæſaris coronationem, Electores & Principes Imperii tractatum de adminiſtratione & aliis Imperii negotiis habuerunt, in quo primas tenuiſſe Ottocarus II. Rex Bohemiæ memoratur. (β)

34. Anno MCCLXXIII. indixit Gregorius X. Papa Concilium generale Lugduni Sequanorum celebrandum. Eodem, (γ) tamquam Imperii tum civitatem, (δ) Rudol- B
phus I. Cæſar Comitia generalia omnibus S. Imperii Regibus, Electoribus & Principibus indixit. Ottocarus Rex Bohemiæ, domeſticis bellis præpeditus comparere non potuit, ſed Legatos cum plena poteſtate tranſmiſit. Sed quid vetat rem ipſam, quia notabilis eſt, ex Hagecio (ε) cognoſcere. Sic enim ſcribit: *Rudolphus der neu erwæhlte Ræmiſche Keyſer, erſchien auch auff dieſes Concilium, und ließ alle Potentaten dahin erfordern. Der Kænig aus Bæhem, welcher dazumal in ſeinem Kænigreiche, wegen der Hungern einfalls nicht ſicher war, kondte perſœnlich nicht erſcheinen: nichts deſto weniger fertigte er etzliche vornehme Herren des Landes, ſeine Ræhte, ab, welche ihren Herrn für der Keyſerlichen Majeſtat, mit vorwendung der ehehafften, underthænigſt entſchuldigten. Der Keyſer nam die entſchuldigung gnædig an. Auffn morgen aber, als* C
næmlich am tage S. Viti, hielte der Keyſer ein Seſſion, und ſaſſen alle Reichsfurſten, wie gebræuchlichen, umbher, ein jeglicher an ſeiner ſtellen: und des Bæhmiſchen Kænigs ſtuel, welcher zur rechten handt geſtellet geweſen, blieb ledig. Allda wurde von fortpflantzung des Chriſtlichen Glaubens, und errettung der Statt Jeruſalem, und wie derſelbe zug ubers Meer vorgenommen werden ſolte, viel gehandelt. Einer riebt dis, und der ander ein anders. Als die frage an des Kænigs aus Bæhmen Ræhte kam, gaben ſie ihre ſtimme auch darzu, welche von Furſten und Graffen angenommen. Des andern tags wurden dieſe hochwichtige ding abermahls am ſelben Ort erwogen und berahtſchlaget, welcher geſtalt die Kriegsvælcker angenommen, und von vvannen ihnen die beſoldung gegeben vverden ſolte. Der Bæhmiſchen Geſandten meinung vvard abermals be- D
liebet. Deſs dritten tags, hatte ſich der Keyſer vviderumb auff den Keyſerlichen ſtuel, unnd alle Reichsfurſten, ein jeglicher an ſeinen orth, geſetzt. Der Keyſer hatte der Bœhmiſchen Abgeſandten vveiſen raht, und ſolche vvolredenheit in acht genommen, ließ einen mit Namen Hron von Maehod, beruffen. Als derſelbe gebührlichſt vortratt, ſchuff man ihme, auſs befehl deſs Keyſers, daſs er ſeines Herrn, deſs Bæhmiſchen Kænigs ſtuel, einnemmen ſolte. Allda vvurde abermals gerahtſchlaget, vvo man ſolchen zug zuneh-
444 *men, ob es allein zu vvaſſer, oder aber auch daneben zu lande, geſchehen ſolte. Nach langer umbfrage vvurde deſs Hronſs vvolmeinung, vom Keyſer und allen andern, abermals beliebet und angenommen.*

35. Anno MCCLXXIV. idem Ottocarus Rex Bohemiæ a Rudolpho I. Cæſare Norim- E
bergam ad conventum Imperii vocatus, contempta Cæſaris perſona, quod olim ſuus fuiſſet miniſter Aulicus, venire contempſit. Dubravius: (ζ) *Indictus ab eo conventus, ut omnes Imperio ſubjecti Norimbergam ad exhibendum novo Cæſari officium debitum &*

 obſe-

(α) Godefridus] *Monachus S. Pantaleonis in* Annalibus anno 1235.

(β) *Lubbertus Abbas Egmondenſis & Vicecancellarius Imperialis in* Actis Wilhelmi Cæſar. *Johannes Nuſſienſis in* Magno Chronic. Belgic. fol. 244. *Johannes de Beka Canonic. Trajectenſ. in* Chronic. Epiſcopor. Traject. in Ottone III. Epiſcop. fol 66.

(γ) Eodem] *alii ſcribunt, Lauſannæ fuiſſe Comitia illa celebrata: quo ſummus Pontifex Lugduno profectus fuerit; Stumpffius in* Chronic. Helvet. *Paradinus in* Annal. Burgund.

(δ) Imperii civitatem] *vide Friderici I. Imp. reſcriptum* Conſtitut. Imperial. tom. 1. anno 1163. epiſt. 14. fol. 279.

(ε) Hagecio] *in Chronic. Bohem. part. 1. anno 1273. ex Pauli Æmylii* lib. 6. *& Flavii Blondi* lib. 8. *Notetur autem conſuetudo illius ſæculi, qua non permittebatur Legato abſentis Principis locum occupare. Quod noſtris moribus fieri ſolet: & jure quidem, quoniam vice ejus fungitur, a quo deſtinatus eſt, ideoque honorandus ſit inſtar illius, cujus vicem gerit*, cap. ult. diſtinct. 89. *& loco illius, tenendus*, c. 1. diſtinct. 94. F

(ζ) Dubravius] *lib. 17. Hiſtor. Bohem. fol. 141. Cui concordant Krantzius* lib. 7. Wandal. c. 30. *Gerard de Roo* lib. 1. Hiſtor. Auſtr. anno 1274. *Nauclerus in* Chronograph anno eod. *Cuſpinianus* de Cæſaribus Roman. in Rudolpho I. *Melanchthon* lib. 3. Chronic. *Stumpfius* lib. 2 Chronic. Helvet. anno 1294. & ſeq. *Franc. Guillimannus in* Habſpurgic. *Calaminus in* Rudolphottocar, act. 2, ſcen. 1. num. 1.

A *obſequium conveniant, rurſus Othocarus venire contempſit.* Felix Faber [α] Patricius
Nobilis Tigurinus & Dominicanus Vlmenſis: *Statim accepto Regno convocationem Prin-
cipum in Nuremberga habuit, ad quam omnes venerunt, demptis Ottakero Rege Bohemo-
rum, & Heinrico Duce Bavarorum, qui citati nec ad iſtam dietam, nec ad duas alias
ſequentes venire volebant. Et propter eorum abſentiam omiſſa eſt expeditio contra Sarra-
cenos.* Ex quorum verbis conſtare arbitror, quamobrem Bohemus fuerit ad Comitia
vocatus, nempe ut novo Cæſari fidem præſtaret; tum, ut communi Principum conſul-
tationi intereſſet de rebus Imperii & Eccleſiæ, quum maxime bello Sarracenico ſive Tur-
cico, ſimul deliberaturus. Aventinus [β] ait: *Rudolphus Cæſar Norinbergam ad con-
ventus agendos ſe confert. Ottocarus Bojenus & Heinricus Bojus, non comminationibus,*
B *non precibus, non blanditiis, non promiſſis impulſi ſunt, ut vel legatos mitterent: tantum
abfuit, ut ipſi præſto eſſent. Fridericus Archimyſta Bojorum, Philippus Patriarcha A-
quileiæ, apparuere, in verba Rudolphi jurarunt. Quam ob rem Ottocarus Juvaven-
ſium atque Aquileienſium agrum vaſtat,* &c.

36. Anno MCCLXXV. ſcribit Godefridus Colonienſis: [γ] *Rudolphus Rex in feſto
Pentecoſtes in Wirciburck curiam celebravit, Regem Bohemiæ ſecundario citavit.* Et A-
ventinus: (δ) *Dies igitur a Cæſare Heinrico Bojo, & ejus conjurato Ottocaro Wirtzbur-
gum dicitur. Quibus venire detrectantibus, Auguſtam Rhætiæ tertio ſub pœna læſæ Ma-* 445
*jeſtatis, niſi obtemperaſſent, evocantur, Ottocarus Bernhardum Secovenſem Epiſcopum,
Henricus Henricum Vtinenſem Præpoſitum, eo proficiſci jubent. Qui in conventu Prin-*
C *cipum Rudolphum Cæſarem ſacrilegii atque impietatis accuſant: proinde indignum eſſe,
qui tantam dignitatem polleret, arguunt. Sed hæc legatio a nemine benigne audita eſt.
Ludovicus Præfectus Prætorio Rheni, Regulus Bojorum, primo, deinde cæteri rogati
ſententiam, Ottocarum atque Heinricum contra Rempublicam facere decernunt, hoſteſque
publicos declarant, eiſdem bellum indicunt.* Habemus ergo cauſſam, propter quam
Bohemus & Bavarus ad Comitia venire detrectarent, nempe quod Rudolphum vitio
creatum dicerent, nec eum pro legitimo Cæſare agnoſcerent, qui poſſet Comitia gene-
ralia imperare. Diſcimus hinc quoque Regem Bohemiæ perinde obligatum fuiſſe, ac
cæteros Imperii Principes, calatis Imperii Comitiis intereſſe, & ſimul in commune cum
illis conſulere. Denique & illud obſervandum eſt, Principem Imperii poſt trinam vo-
D cationem in Comitiis non comparentem, pro rebelli & hoſte Reipublicæ haberi ac de-
clarari.

37. Anno MCCLXXXIX. Comitiis Erfordiæ ab eodem Rudolpho Cæſ. frequentatis in-
terfuit Wenceslaus II. Rex Bohemiæ, Ottocari filius, Cæſaris gener. (ε)

38. Anno MCCXCIV. Adolphus Cæſar convocat Principes Imperii in Miſniam, &
ſimul etiam Bohemiæ Regem; qui Grubenhaimum profectus Cæſarem & Principes illic
convenit, ubi de multis Imperii Arcanis fuit tractatum. (ζ)

39. Anno MCCXCIX. ſcribit Emicho Wormatienſis Presbyter: (η) *Qui Rex* (Albertus I.
Cæſar) *in octava B. Martini in Nuorenberg ſollempnem celebravit curiam cum Regina
conjuge ſua, filia comitis de Tyrol; præſentibus multis Principibus, & præcipue illis ſeptem*
E *Principibus, ſcilicet Electoribus, cum magnis ſumptibus & opulentia ibi exiſtentibus, inter
quos Rex Bohemiæ, ſororius ipſius Regis, venit cum apparatu maximo.* Heinricus Reb-
dorffenſis: (θ) *Albertus Primus, filius Regis Rudolphi, primo anno Regni ſui ſolennem
curiam habuit in Nurenberg poſt feſtum B. Martini, ad quam omnes Principes Officiales
Imperii venerunt, & alii quamplures Principes interfuerunt. inter quos cum magno appa-
ratu interfuit Wenceslaus Rex Boemiæ.* Heinricus Stero Altahenſis: (ι) *Albertus Rex* 446
*Romanorum celebravit curiam ſolennem cum Principibus Alemaniæ apud Nurnberch, cui
interfuerunt Colonienſis, Trevirenſis, Moguntinenſis, Saltzpurgenſis, Archiepiſcopi &
Ratiſponenſis, Patavienſis, Friſingenſis, & alii Epiſcopi multi; item Rex Boëmiæ, Dux
Bavariæ. Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Duces Karinthiæ, & alii Nobiles multi.*
Gerard.

F (α) Felix Faber] *lib. 1. Hiſtor. Snevor. & Ulmenſ. fol. 133.*

(β) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 7. fol. 569.*

(γ) Godefridus] *in d. Annalibus anno 1275.*

(δ) Aventinus] *d. lib. 7. fol. 569. Cui adſtipulantur Nauclerus, Cuſpinianus, Mutius* locis citatis, *Gerard de Roo* lib. I. Hiſt. Auſtr. anno 1275. *ubi de conventu Auguſtano, Calaminus* d. ſcen. 1. n. 4.

(ε) *Johan. Becherer in* Chronic. Thuring. anno 1289. *Spangenberg in* Chron. Saxon. cap. 269. anno 1289.

(ζ) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1294.

(η) Emicho *in hiſtor. de ſchiſmate Regum Adolphi & Alberti, Romanor. Reg. quam habeo manuſcriptam.*

(θ) Rebdorffenſis *in Annalib. anno 1299.*

(ι) Stero] *in Annalib. anno 1299. Cui addatur Colmarienſis Dominican. in* Annalib. part. 2. anno 1298. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1299.

Gerard. de Roo (α) Hiſtoriographus Cæſareus: *Albertus Imperator Norimbergam proficiſcitur, quo Principibus & reliquis Imperii Ordinibus Conventum edixerat. Adfuerunt in eo Conventu Cimbrorum* [id eſt Daniæ] *Boëmiæ & Appuliæ Reges, multique Germaniæ Principes, qui omnes conceptis verbis Cæſari ſe, ad redimendas Imperii civitates, auxilio adfuturos jurant.* Quibus verbis Decretum illorum Comitiorum quam breviſſime complectitur. Editæ in hiſce Comitiis ſunt Conſtitutiones illæ, quæ ſub nomine Alberti toties in jure Saxonico allegantur; & in Germanicum ſermonem tranſlatæ appendi ſolent poſt *Landrecht* in quibuſdam editionibus, præſertim Budiſſinenſi anno 1557. a Paulo Kretſmaro Secretario procurata. Quæ ideo videntur tantam auctoritatem in Saxonia inveniſſe, quod cum conſilio & conſenſu non modo Electoris, Landgravii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ &c. verum Regis Daniæ quoque & Regis Bohemiæ, ſancitæ fuerunt. A B

40. Anno MCCCIII. de eodem Alberto Cæſare ſcribit Siffridus Miſnenſis: (β) *Rex facto edicto, omnibus Principibus præcepit, ut ad Curiam ſuam in feſto Sebaſtiani Martyris Merſeburgi celebrandum convolarent. Sed quia Archiepiſcopus Moguntinus quibusdam literis Regis Bohemiæ Wenceslai incitatus contra Majeſtatem Auguſti ſe temerarie erigens* &c. *fuit dictæ Curiæ celebritas impedita.* Ecce tibi Comitia Imperii fuiſſe incaſſum edicta & diſſoluta, propter Regis Bohemiæ, cui peſſime cum Cæſare leviro ſuo conveniebat, abſentiam & rebellionem.

41. Anno MCCCXIII. Heinricus III. Imperator in Italia abſens Comitia Principibus Norimbergam edixit, Commiſſariumque Cæſareæ ſuæ Majeſtatis nomine & loco delegavit Johannem filium Bohemiæ Regem, in quibus Comitiis ſubſidia Imperatori in Italiam decreta, exercituique ab Ordinibus præfectus idem Rex Bohemiæ. [γ] C

447 42. Anno MCCCXVIII. refert Joannes Abbas (δ) Aulæ Regiæ: *Johannes Rex per Ludovicum Romanorum Regem in Egram vocatur, & ad Conſilium invitatur. Exiit itaque Rex, & una cum Elizabetha Regina, conjuge ſua, ad Romanorum Regem in Egram venit, & ibidem præſentibus quibuſdam utriuſque Regni Nobilibus ſua negotia pertractavit.*

43. Anno MCCCXXIV. ait Aventinus: (ε) *Reginoburgii, præſentibus Baldnino Trevirenſi, Heinrico Agrippinenſi, Matthia Moguntino Archimyſtis, Joanne Rege Bojemiæ, cæteriſque Germaniæ & Galliæ Epiſcopis & Proceribus, in conventu per Imperatorem acto,* &c. D

44. Anno MCCCXXXVIII. de Comitiis Francofurdiæ a Ludovico IV. Imp. conſcriptis narrat Krantzius: (ζ) *Venerat Rex Angliæ, Imperio nihil debens: aderat Rex Bohemiæ Johannes, Henrici VII. filius, cæterique Regni tam ſpirituales quam ſeculares Principes. Ibi conſtituta ſunt multa, quæ ex dignitate Imperij tum ſunt viſa,* &c. Et Aventinus: (η) *Carolus Moraviæ limitis Præfectus juſſus fide publica cum ducentis equitibus apparere, cum quingentis venit, ibi in verba Ludovici jurat, ſe in ejus poteſtate fore dat fidem.* Ergo non Rex tantum, ſed & Marchio Moraviæ, locum in generalibus Imperii Comitiis habebat. Uterque enim, ut & Angliæ Rex [θ] Eduardus, tanquam Principes Imperii in hoc Conventu ſeſſionem ac ſuffragium de rebus Imperii permaximis graviſſimiſque conſultandis tulerunt, & decretis ſubſcripſerunt. E

45. Anno MCCCXLIV. ſcribit Calviſius: (ι) *Imperator Ludovicus, cum ſubinde inſtaret, ut tandem ſolveretur excommunicatione, quod & pro eo faciebat Philippus Francorum*

Rex

(α) Gerard de Roo] *lib. 2. Hiſtor. Auſtriac. anno 1298.*

(β) Siffridus] *lib. 2. Epitom. Chronicor. anno 1302.*

(γ) *Dubravius* lib 20. Hiſtor. Bohem. *Boregk in* Chronic. Bohem. fol. 283. *Hagecius in* anno 1213.

(δ) Johan. Abbas] *in Chronic. part. 2. cap. 2. anno 1318.*

(ε) Aventinus] *in Annalib. Bojor. lib. 7.*

(ζ) Krantzius] *lib. 9. Saxon. cap. 15. Abrah. Bzovius* Annal. Eccleſiaſt. tom. 14. anno 1338. n. 9.

(η) Aventinus] *lib. 7. Annal. Bojor. fol. 623.*

(θ) Angliæ Rex] *errat enim Krantzius, qui putat Regem Angliæ nihil Imperio debuiſſe. Quem erroris arguit Henricus II. Rex Angliæ in* Epiſt. ad Frideric. I. Imp: *in Conſtitut. Imperial.* tom. 3. anno 1157. fol. 352. *& Jac. Cujacius in* Comment. Feud. in pr. *ubi dicit: Regnum Angliæ eſſe feudum Imperii. Et licet forte Angliam ab Imperio Eduardus non agnoverit, ejuſque nomine Imperatori nihil deberet, agnovit tamen provincias in Gallia & Regno Arelatenſi ſitas, quæ juris Imperii ſunt, ab eoque in feudum dependent, ut Normannia, Aquitania, Vaſconia, Provincia, &c. quarum ratione & reſpectu ad Comitia fuit vocatus, & Vicarius Imperii in Gallia Regnoque Arelatenſi conſtitutus, & tandem denique Rex Romanorum contra Carolum IV. Imp. electus anno 1348.* F

(ι) Calviſius] *in Chronolog. anno 1343. ubi nos remittit ad Conſtitut. Imperial. in quibus tamen nihil tale comparet, ſed in Aventini* Annal. Bojor. lib. 7. 448

A *Rex, tandem ei a Pontifice Clemente ſex hæ præſcribuntur conditiones* &c. *De his conditionibus Principes Imperii conſulti, ſtatuunt poſtulata Pontificis eſſe prava, inepta, antiquata, argutiora denique, quam ut Simplicitati Chriſtianæ conveniant. Itaque irrita & vana declarata ſunt, cum Papa putet ſibi licitum, quod libeat. Huic Decreto & Carolus Bohemiæ Rex ſubſcripſit, & Legati miſſi, qui hæc Pontifici exprobrent.*

CAPUT V.

Quid juris Rex Bohemia in Comitiis Imperii univerſalibus habuerit poſt Aurea Bulla publicationem. Jure eodem hodie uti poteſt, ſi vult, non tamen tenetur perſonaliter comparere, niſi in locis Bohemia vicinis. Poſt exortum ſchiſma Huſſiticum & intruſos Reges peregrinos, deſierunt in Comitiis comparere, aut ad conſultationes publicas adhiberi. nihilomi-
B *nus tamen ab Imperatore ſolet Rex Bohemia ad Conventus Imperii ordinarios hodie vocari, ſi non ſit ipſemet Imperator. Fallentia ea in re interpretum & politicorum.*

HUcuſque diximus de jure, quod Rex Bohemiæ in Comitiis Imperii generalibus habuit ante publicationem Aureæ Bullæ: nunc porro diſſeramus, quid vel in ipſa Aurea Bulla a Carolo IV. Imp. conſtitutum ſit, vel poſtea temporis a ſucceſſoribus ejus immutatum. Et Imperator quidem in Aurea Bulla ſancit (α) in hunc modum: *Statuimus ut quotienſcunque Imperialem curiam exnunc inantea celebrari contigerit, in qualibet ſeſſione, videlicet tam in* CONSILIO, *quam in menſa, & locis aliis quibuſcunque, ubi imperatorem vel Regem Romanorum cum Principibus Electoribus ſedere contigerit, a dextro latere Imperatoris vel Regis Romanorum*
C *immediate poſt Archiepiſcopum Moguntinenſem, vel Colonienſem, illum videlicet, quem tunc temporis pro qualitate locorum, & varietate provinciarum, juxta privilegii ſui tenorem, dicto lateri dextro Imperatoris aſſidere contigerit: Rex Bohemiæ cum ſit Princeps coronatus & unctus, primum, & poſt eum continuo Comes Palatinus Rheni ſecundum, ſedendi loca debeant obtinere.* Ex quibus verbis colligunt noſtri interpretes & politici, (β) Regi Bohemiæ etiamnum hodie in comitialibus Imperii conventibus generalibus ſeſſionem ac ſuffragium competere in ſenatu Electorum. Quum enim hic textus Aureæ Bullæ mutatus non ſit, quæritur cur ſtare prohibeatur?

2. Et per Auream Bullam antiquæ conſuetudini nihil eſſe derogatum, evincit quoque Gerlaci Archiepiſcopi Moguntini, S. Rom. Imperii per Germaniam Archican-
D cellarii, Confirmatio (γ) incorporationis terrarum Bavariæ cum Regno Bohemiæ, ſub dato Norimbergæ in Comitiis anno 1355. quo & quibus in Comitiis ipſa etiam Aurea Bulla condita fuit, ita teſtantis: *Pro Illuſtrium Principum Dominorum Regum Bohemiæ, & ejuſdem Regni Coronæ commodis & profectibus, ad honorem S. Imperii Romani non ſolum expediant, imo neceſſaria videantur, tumquia Regibus Bohemiæ ex terris hiſce ad electionem Romani Principis cum cæteris Coelectoribus ſuo tempore faciendam, præſtetur accedendi ſecuritas: tum quia adminiculo ipſarum Reges Bohemiæ Curiam Imperialem, quæ de more in Nurnberg celebrari conſuevit, pro tractandis Imperii commodis, profectibus & neceſſitatibus opportunis, ampliore conatu & promptiore voluntate, non tam valebunt, quam etiam delectabuntur accedere.* Mos ille, quem innuit, eſt, ut electus Roma-

E (α) In Aur. Bull, ſancit] *tit. 4. in princip.*
(β) Interpretes & politici] *Pet. de Andlovv* lib. 2. de Imper. Roman. cap. 16. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. *Onuphr. Panvinius* de Comit. Imperat. cap. 6. & cap. 13. *Paurmeiſter* lib. 2. de Juriſdict. Imp. cap. 2. n. 13. verſ. poſtquam conventum eſt, *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 4. cap 7. n. 1. *Johan. Althuſius in* Politic. cap. 33. num 55. & ſeq. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. cap. 4. concluſ. 41. lit. d. *Schœnborn* lib. 4. Politic. cap. 33.
F fol. 459. & lib. 5. cap. 6. *Lehmannus* lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 11. fol. 733. col. 1. *Dan. Otto* de jur. publ.
449 Imp. Rom. German. cap. 13. fol. 488. *Beſoldus* de Juriſdict. Imper. cap. 14. *Bened. Carpzovius in* Diſſert. de Capitulat. Cæſar. ſeu Leg. Reg. German. cap. 5. n. 16. *Jacob. Steinberg Conſiliarius Brunſvicenſ. in* Diſquiſit. de Eminent. & Jurib. Princip. German. cum in tot. Imper. tum in ſuas ipſor. Provinc. concluſ. 41. *Caſp. Buſchius in* Annotat. ad Natal. Comitis Hiſtor. fol 341. *Conrad ab Einſiedel in* tract. de Regal. cap. 2. num. 302. *ibi*: Septemvirum conſenſu, *Bertramus* de Comit. Imper. concluſ. 66. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 2. diſſert. 3. th. 4. *Reiffenberg in* Not. ad Decret. Spirenſ. Comitior. 1600. §. 154. n. 4. fol. 204. *Reinh Kœnig in* Acie Diſputat. politic. diſp. 8. theſ. 9. *item in* Synopſi Jur. publ. diſc. 3. n. 10.

(γ) Confirmatio] *in Appendic. hujus tract.* ſub anno 1355. *in ſimili forma etiam cæteri quinque Electores eandem incorporationem confirmaſſe dicuntur.*

Romanorum Imperator primam ſuam Imperialem Curiam ſive Conventum Norimber- A
gæ inſtituat, quem morem ex antiqua conſuetudine & vetuſta obſervantia confirmat ipſe etiam Imperator in *Aurea Bulla tit. 28. §. 4.* illis verbis: *in oppido Nuremberg prima ſua Regalis Curia habeetur.*

3. Anno MCCCLXXXVII. Mergetheimi (α) in Franconia habuit Wenceslaus Cæſar ſolemnem Principum atque Ordinum Imperii conventum, in quibus etiam Legatos Regni Bohemiæ conſtituit, qui propoſita cum cæteris conſultarent. Quo in conventu Imperium Germanicum omnium primum fuit in partes ſeu Circulos, quos vocant, diviſum, quorum quartus complectebatur Regnum Bohemiæ cum ſuis adjunctis provinciis.

4. Anno MCCCCXVI. Rex Bohemiæ Wenceslaus, vocatus a Sigiſmundo Cæſare, Legatos B
miſit Conſtantiam, ut intereſſent non tantum Concilio, ſed etiam Conſilio Cæſaris ibidem præſentis. (β)

450 5. Anno MCCCCLXI. fertur Georgius Bohemiæ Rex Comitiis Egræ à Friderico III. Imperatore conſcriptis interfuiſſe, & cum Cæſare atque Ordinibus Imperii de communi Reipublicæ ſalute conſultaſſe. (γ)

6. Anno MCCCCLXII. Fridericus Tertius Imperator eidem Georgio Regi renovavit privilegium, quo Rex Bohemiæ exoneratur a viſitatione Comitiorum Imperialium perſonali, niſi in civitatibus determinatis convocentur. Verba conſtitutionis Cæſareæ [δ] hæc ſunt: *Item, quod Rex Bohemiæ ad Curiam vocatus aut requiſitus, ſalvoque conductu, prout moris eſt, proviſus, venire alias non debeat, niſi Romanorum Regem aut* C
Imperatorem apud Nurembergam aut Bambergam Curiam Imperialem habere contigerit & celebrari. Hinc colligunt nonnulli Interpretes, [ε] Regem Bohemiæ viſitare quidem hodie Comitia Imperii generalia, ſed non indiſtincte, ut olim. Ego vero arbitror privilegium hoc perſonale eſſe, & ad Regis tantummodo perſonam reſtringendum, cujus ſumptuoſis expenſis, quas longinqua & diſſita loca in Regia pompa requirunt, hoc privilegium indultum videtur, non autem ad ipſius Legatos, quos tenetur mittere ad quæque Comitia ubicunque celebranda, ſi Imperatori & Electoribus ita viſum fuerit.

7. Anno MCCCCLXX. de Comitiis Viennæ a Friderico III. Imp. convocatis ita commentatur Hagecius: (ζ) *Keyſer Friederich ließ einen Reichstag gen Wien außſchreiben, allda kamen die Churfürſten deß Reichs zuſammen. Aber der Kœnig auß Bœhmen kundt* D
nicht erſcheinen: nichts deſto weniger ſchickte er etzliche entſchuldigungsſchreiben dahin. Allda iſt auch Matthias der Kœnig auß Hungern auff etzlicher Furſten anhalten erſchienen. Allda ward von gemeiner wolfarth der Chriſtenheit acht wochen lang naeheinander gehandelt, und beſonders, wie man dem Erbfeind der Chriſtenheit widerſtand thun mœchte. Etzliche wolten, daß man Kœnig Georgen auß Bœheim dahin ohn alle entſchuldigung anzukommen, auch erfordern ſolte: aber die andern woltens nicht nachgeben, ſagende, er were deſſen nit würdig, urſach, er hette ſeinen zu Eger gethanen verſprechungen nicht genüge gethan. So wolten etzliche, daß man ihn hierinn unterrichten ſolte. Promiſſio illa, quam in conventu Egrano fecit Rex Georgius, erat de reducendo Regno ad obedientiam Eccleſiæ Romanæ, & exſtirpando ſchiſmate Huſſitico, quam E
quia non adimplevit, indignum eſſe judicatum a majore parte Ordinum ſcribit Hagecius, qui ad Imperialem illum Catholicorum conventum admitteretur.

8. MCCCCLXXI. ſcribit Leonhardus Pauholtz (η) Presbyter Operchovienſis: *Imperator Fridericus Curiam magnam habuit Ratiſponæ, affuerunt Electores Imperii omnes,*
451 *præter Regem Bohemiæ & Palatinum.* Cauſſam, cur Rex Bohemiæ afuerit, jam modo indicavimus, quia nempe fovebat ſchiſma Huſſiticum in Regno.

9. Anno MCCCCLXXIV. Vladislaus Rex Bohemiæ & Hungariæ, vocatus a Friderico III. Imp. ad Comitia Auguſtæ indicta, miſit legatos (θ) ſuos. An vero locum in Senatu Ele-

(α) Mergeth.] *Receſſus Mergetheimenſ. de anno 1387. apud Lehmannum* lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 68.

(β) *Stumpfius in Beſchreibung des groſſen gemeinen* Concilii *zu Conſtentz gehalten, &c.*

(γ) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 2. anno 1461. *Zach. Theobaldus in* tract. de Bello Huſſit. part. 3. anno 1461.

(δ) Conſtitutionis Cæſareæ] *apud Doct. Eyſen in* Deduct. Boh. n. 21. *& infra in* Append. ſub an. 1462.

(ε) Nonnulli interpretes] *Arumæus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 5. concl. 21. *Bened. Carpzovius in* Diſſert. ad Capitulation. Cæſar. ſive Leg. Reg. German. cap. 5. n. 17.

(ζ) Hagecius] *in Chron. Boh. part. 2. ann 1470. Theobaldus* de Bello Huſſit part. 3. anno 1470.

(η) Pauholtz] *in Additionibus ad Andreæ Ratiſſ. Chron. Bavar. anno 1471.*

(θ) Miſit Legatos] *Lehmannus* lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 113.

A tu Electorum habuerint, non exprimitur. Et ſubſecuta dein excluſio ab Electorali Collegio anno MCCCCLXXXVI. facta, in negantium partes concedere nos jubet. Namque Vladislaus, quia Polonus erat, & alienigena, atque adeo noviter ad Regnum Bohemiæ ſine Cæſaris auctoritate aſſumptus, non videbatur eſſe e republica, ut homo peregrinus, cujus animi erga Imperium conſtantia necdum eſſet explorata & probata, ad intima Imperii arcana admitteretur. (*) Et Polonos, quod jam pridem a ſocietate & obſequio Imperii non modo defeciſſent ipſi, ſed latiſſimas quoque ejuſdem provincias, Samogitiam, Maſoviam, Cujaviam, Pomerelliam, Boruſſiam, denique Livoniam, per vim abſtraxiſſent pro exteris in Imperio noſtro haberi, jam ſupra docuimus.

10. Conſtat igitur ratio, cur Reges Bohemiæ ad conſilia publica, in quibus de S.
B Imperii rebus graviſſimis deliberandum erat, licet ab Imperatoribus pro more vocati, ab Electoribus tamen & Ordinibus admitti deſierint, nempe ſchiſma Huſſiticum, quo Regnum Bohemiæ erat infectum; tum peregrinitas Regum Polonica, qua diſceſſionem quandam ab Imperio fecisse Bohemi putabantur. Et huc referri debet illa Hartmanni Mauri (α) regula, dicentis: *Hodie ad comitia & conventus Imperii ordinarios Rex Bohemiæ non vocatur.* Loquitur enim Maurus de ſua ætate, qua Huſſitici primum, dein peregrini e Polonia Reges Bohemiam invaſerant. At Ludovico, Vladislai filio, a Turcis cæſo, Regnum Bohemiæ ad Germanos rediit, quum Ferdinandus Auſtriacus, Caroli V. Imp. germanus, tum ex antiquo confraternitatis ſucceſſoriæ pacto, tum fœderis jure connubialis, in eo ſucceſſiſſet. Ex quo tempore iidem eſſe Reges Bohemiæ
C & Imperatores Romanorum cœperunt: nec opus erat ut Imperator Rex Romanorum ſeipſum, tamquam Regem Bohemiæ, ad Comitia vocaret. Cauſſas illi norunt, quibus arcana Imperii noſtri non ſunt ignota.

11. Non ergo uſquequaque conſtans eſt illa interpretum & politicorum (β) noſtrorum brocardica, quam ex Mauri dicto, non perpenſis circumſtantiis, exædificaverunt, communiter concludunt, *Regem Bohemiæ ad Comitia hodie non vocari.* Immo Regem Bohemiæ, ſi ſupra ſe habeat Imperatorem, ad Comitia hodie vocari, & conſultationibus intereſſe, tum citationes Imperatorum, quæ inter manus hominum verſantur, tum 452
Electorum decreta, abunde fidem faciunt.

12. Et anno quidem MDXXX. Carolus V. Imp. edicto publico Ferdinandum fratrem,
D Bohemiæ Regem monuit, ut conventui Electorum Coloniæ inſtituto adeſſe vellet, cum ſuis Coelectoribus de maximis graviſſimiſque S. Romani Imperii negotiis, quæ ſua complecteretur propoſitio, ſimul, tanquam Rex Bohemiæ & Elector Imperii, in commune deliberaturus, ut patet ex Decreto inibi in profeſto Epiphaniæ anni ſequentis MDXXXI. facto. (γ) Et eum, licet necdum inveſtitum, (δ) ab Electoribus non ad actum duntaxat electorium, ſed etiam ad Conſilium ipſum & communes deliberationes fuiſſe admiſſum, teſtatur idem Decretum §. 7. in quo Rex Bohemiæ cum cæteris Electoribus ad Imperatorem reſcribit: *Und nachdem wir die folgende tage von etlichen notwendigen wichtigen ſachen die Chriſtenheit, das H. Reich und Teutſche Nation belangt, ſo in der Wahl unnd mitlerzeit eingefallen, beratſchlagt unnd gehandelt.*

E 13. Anno MDXLIV. Idem Carolus V. Imp. eundem Regem Bohemiæ, jam etiam Romano-

(α) Mauri] *in tract. de Coronat. Caroli V. Imp. Aquiſgrani fact. anno 1520.*

(β) Interpretum & politicorum] *Lottinus in* Relat. de Aula & Regno Imp. Rom. in Practic. ſapient. polit. part. 1. fol. 55. *Petrus Bizarrus in* Hiſt. belli Pannon. *Natal. Comes* lib. 16. Hiſt. *Kuschen* de jur. Sax. cap. 2. *Lehmannus* lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 124. n. 6. *ex innominato auctore tractatus, wie es auff den Reichstagen pflegt gehalten zu
F werden &c. Freherus in* Not. ad Andlavv lib. 2. cap. 2. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. concluſ. 41. lit. d. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. eccleſ. & claſſ. 4. c. 3. n. 30. *Beſoldus* de Juriſdict. Imp. Rom. cap. 7. in fin. *Aug. Viſcherus in* Diſcurſ. de elect. Regis & Imp. Rom. concl. 10. n. 44. q. 1. *Arumaus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 5. concluſ. 22. in fin. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. concl. 24. lit. e. *Dan. Otto in* Diſſert. de jur. publ. cap. 10. *Bertramus* de Comit. Imp. memb. 3. concl. 31. *Henelius in* Sileſiograph. cap. 7. *Griesheim* de S. Rom. Germ. imperio diſſert. 1. concl. 56. & diſſert. 5. de Comit. Imp. concl. 41. *Matth. Boreius in* Juriſprud. publ. Germ. typo, cap. 2. conſil. 26. *Fridericus Lentius in* Synopſi de Privilegiat. S. Rom. Imp. Procer. inſtant. vel Auſtræg. th. 22. *Henr. Zalnerus in* Diſſert. de Regis Roman. elect. concluſ. 8. lit. d.

(γ) Decreto inibi facto] *in Reichsſatzungen part. 2. anno 1531 fol. 230. §. 8.*

(δ) Necdum inveſtitum] *intellige actualiter & ſolemniter. Petiverat tamen inveſtituram a Cæſare ejuſque requiſitionis documentum Collegis ſuis obtulerat: alioquin ab iis non fuiſſet admiſſus, ut ſupra diximus.*

(*) Idem ſentit Schurtzfleiſchius *diſſert. 27. h. p. 19.* ubi tamen errore typothetæ legitur annus 1468. pro 1486.

Romanorum Regem, citavit ad Comitia Wormatiæ (α) indicta, ut cum ſacra ſua Cæſa- A
rea Majeſtate, Electoribus & Ordinibus Imperii de incumbentibus Imperii negotiis, inprimis de uniformi monetarum per cunctas Imperii Germanici provincias ordinatione conſtituenda, conſultaret. Rex citationem miſit ad Ordines Regni Bohemiæ: qui quidem, ne viderentur Imperatori eſſe immorigeri, Legatos ſub nomine Regis miſerunt, ſed ſine plenario mandato, (β) nec concludendi, ſed referendi tantum poteſtate inſtructioni inſerta.

14. Anno MDL. idem Imperator eundem Regem ad Comitia Auguſtam indicta evocavit (γ) hiſce verbis: *Dem Durchlæuchtigſten Groſsmæchtigſten Fürſten, Hern Ferdinanden Ræmiſchen, zu Hungern und Bœheim Kunig, deſs H. Ræmiſchen Reichs Ertzſchencken, Ertzhertzogen in Oeſterreich* &c. *unſerm Churfürſten und deſs Reichs* B
geheimſten Raht, &c. Et paulo poſt: *Und verkünden damit E. L. ſolchen tag und mahlſtatt, erſuchen und vermahnen, demnach E. L. auſs notdurfft und obliegen deſs H Reichs und Teutſcher Nation, mit ſondern fleiſs, daſs E. L. nicht allein als Kœnig zu Bœheim, deſs H. Reichs Ertzſchenck und Churfurſt, ſondern auch als regierender Herr unſers lœblichen Hauſes Oeſterreich, und deſſelben zugehœrigen Landen, unangeſehen daſs E. L. nach vermœge deſſelben unſers Hauſes Oeſterreich privilegien für ſolche erſcheinung auff deſs Reichs verſamblungen gefreyet, nichts deſto weniger als unſer und deſs Reichs allergeheimſter Raht, ohn welches wiſſen keine ſach, ſo in ewigkeit reicht, beſchloſſen werden, oder geſchehen ſolle*, &c. *auff benanten tag bey uns und gemeiner Reichsverſamblung perſœnlich ſelbſt erſchienen*, &c. Viden' Ferdinandum citari non ſaltem ut Archi- C
ducem Auſtriæ, S. Rom. Imperii ſummum & ſecretiſſimum Conſiliarium, ſed etiam ut Regem Bohemiæ, S. Rom Imperii primum Electorem laicum. Deinde & illud obſervetur, Archiducem Auſtriæ pari eodemque privilegio eſſe ab onere comparendi in Comitiis perſonali exemptum, quo Regem Bohemiæ; & tamen ab Imperatore ſemper vocari Archiducem, præſentemque aut Legatos ejus in Conſilium adhiberi, obſervantia teſtatur, non quidem coactiva, ſed voluntaria. Si Bohemi eodem animo fuiſſent erga Imperium affecti, quo Auſtriaci, jam Dei hominumque fidem teſtor, quam non laborarent? Si quæras, cur Rex Bohemiæ, ſi ad Comitia citatur, ab annis propemodum ducentis non legitur ullis ſubſcripſiſſe comitialibus Decretis aut Receſſibus Curiatis? Reſpondeo, tum, quia Bohemi ſupremitatem affectantes, venire obluctantur; D
tum quia Conſtitutionibus Imperii ſeſe conformari nolunt, ab Electoribus & Ordinibus merito excluduntur, ne leges Germanis ſe potius dare, quam accipere, poſſint gloriari; tum denique quia iidem fuerunt Reges Bohemiæ, qui & Imperatores Romanorum.

453 (α) Citavit ad Comit. Wormat.] *Bœheimiſche Landordnung ex collectione VVolfgangi a VVizeſowitz ſupremi Scribæ Regni Bohemiæ, & interpretatione Petri Sturbæ Cadanenſis, VV. 15.*

(β) Sine plenario mand.] *ibidem, & in receſſ. VVormatienſ. 1545. §. 4 und ſeynd auff ſolchen.*

(γ) Evocavit] *in citatione* ſub dato Bruxellis 13. Martii anno 1550. *Comitia ipſa cœpta quidem ſunt anno eodem, ſed finita demum anno ſequenti 1551. in menſe Februario, ut teſtatur ipſe Receſſ. Auguſtan.* de anno 1551. in fin. *Et licet Rex Bohemiæ fuerit citatus, ac in loco præſens, tamen in Senatu Electorum nec ſeſſionem ejus nomine quiſquam, aut ſuffragii pontificium habuit, nec Receſſus ſubſcripſit: quin potius ex* §. 51. & ſeq. *interpretes noſtri colligunt, Regem Bohemiæ Conſtitutionibus Imperii*
454 *non eſſe obnoxium, ut ſupra diximus. Sed aliud eſt ad Comitia citari, aliud legibus Imperii eſſe obnoxium. Patrum noſtrorum memoria, Magnus Magiſter Boruſſiæ, Magiſter Livoniæ, Archiepiſcopus Rigenſis, Epiſcopi Sleſvicenſis, Oſalienſis, Tarpatenſis, Curlandiæ & Revalienſis, Dux Sleſvicenſis ſive Iutiæ Auſtralis, Civitates Dantiſcum & Elbinga, ad Comitia citabantur & admittebantur, nec tamen Conſtitutionibus Imperii ſeſe ſubjici patiebantur. Quid longius imus? hodie Archidux Burgundiæ, Archiepiſcopi Biſantinus & Cameracenſis, Epiſcopi Valleſianus, Curienſis, Dux Sabaudiæ, Abbates Eremitanus, Crucelingius, Diſentinus, &c. civitates Biſuntium, Cameracum, &c. ad Comitia vocantur, & comparent, nec tamen videas Conſtitutiones Imperii in eorum judiciis aut territo-* E
riis ullam vim obtinere. Dux Lotharingiæ citari quidem ſolet, ſed non comparet, nec juriſdictionem Imperii, quoad Lotharingiæ Ducatum, agnoſcit, ut & Abbas S. Galli quoad ſuum Principatum. Quod ipſum tempore Caroli V. Imperatoris feciſſe memorantur Princeps Cabilloaenſis in Burgundia, quia nunc Uranius dicitur, Dux Moſanus, Hertzog an der Maas, qui nunc ſe Ducem Bullonii, ſupremum Principem Sedani, proſcribit; & Dux Nivernius quoad Principatum Ar- F
chenſem. Adeo Principum Imperii jura ſoleat variare; de quibus non Scholaſtici noſtri in umbra, ſed Politici in rerum luce verſati ac periti, recte poſſunt diſſerere, vel, ut illi loquuntur, diſcurrere.

A
CAPUT VI.

De Jure Regis Bohemiæ in Conventibus Electorum Collegialibus. Cur olim admiſſus, hodie excludatur. Rex Bohemiæ, tamquam Archiprinceps Elector, ſolebat gratias, conceſſiones & decreta Imperatorum confirmare, licet eſſet ipſemet Imperator aut Rex Romanorum. An mos ille etiamnum duret. Quando & quam ob cauſam Rex Bohemiæ ad conſilia Electorum vocari deſierit. Quid hodie per Capitulationem Cæſaream in Aurea Bulla ſuper hoc Collegiali Electorum conventu ſit immutatum. Quid in nuperis conventibus cum Rege Bohemiæ actum; & quo in ſtatu res nunc verſetur. Cur in Capitulatione Cæſarea, nulla Regis fiat mentio.

UTrum Rex Bohemiæ jus ſeſſuræ ac ſuffragii habeat in Conventu Electorum Col-
B legiali, acerrime diſceptatum fuit Norimbergæ anno MDCXI. ubi Illuſtriſſimus
Cardinalis Cleſelius, Viennenſis & Neoſtadianus Epiſcopus, a Sereniſſimo
Matthia Bohemiæ & Hungariæ Rege cum mandato plenario & ſolemni inſtru-
ctione ablegatus, locum ſibi in Senatu dari Regis ſui nomine vehementer etiam atque
etiam contendebat. Ego tum inpræſentiarum ab Illuſtriſſimo Cardinali conſultus, pro 455
jure Regis Bohemiæ, quod ei textus Aureæ Bullæ expreſſe, clare, ac diſerte largitur, in-
trepide reſpondi: nec factum muto. Non eſt enim melior deciſio in mundo, ut pra-
ctici noſtri loquuntur, quam quæ expreſſo aliquo textu fulcitur. Et inanis de
hac quæſtione videbatur eſſe contentio, cui claram Conſtitutio dabat determinationem;
arg. *l. ancillæ*, *C. de furt.* neque cognitis rebus diu immorandum monet Symmachus
C elegans cumprimis Jureconſultus, *lib. 1. Epiſt. 69.* Sed Archiprincipes Electores exci-
piebant contrariam obſervantiam, per quam conſtitutioni illi jam pridem olim fuerit
derogatum; & alias inſuper cauſſas graviſſimas allegabant, quibus moti nec Regiæ Di-
gnitati poſſent hac quidem vice gratificari, nec Regio Legato ſeſſionem in conſilio con-
cedere. Et quamvis Bohemi replicarent, jus Aureæ Bullæ eſſe perpetuum ac impræſcri-
ptibile, nec per non uſum poſſe immutari, quum is juxta Cæſareas Privilegiorum de-
clarationes, in mera facultate, & libero verſetur Regis arbitrio, injuria temporum ali-
quandiu ſuſpenſus, non ſublatus: nihil tamen impetrare quiverunt, Electoribus in ſua
rationabili ſententia perſiſtentibus; & res fuit per interpoſitam proteſtationem ad aliud
tempus dilata. Nec magis Rex ipſe [α] fuit, licet præſens, in Conventu Francofor-
D diæ anno ſequenti peracto, impetrabilis, præterquam in ultima Seſſione; ad quam vo-
catus & in Conſilium admiſſus debitum locum obtinuit, ſed ſine ſuffragio, niſi ut Ca-
pitulationem ab Seviris Electoribus concordatam, & eligendo Romanorum Regi præ-
ſcriptam, ab Archicancellario Moguntino acceperit perlegendam, rogatus in medium
proferre, ſi quid in ea deſideraret, aut monere vellet. Qua Rex accepto ex loco con-
ſilii in proximum conclave conceſſit cum ſuis deliberaturus: eave perlecta, mox in conſi-
lium ad ſeſſionem in Aurea Bulla ſibi ordinatam, rediit, ſententiaque ſua Capitulatio-
nem comprobavit. Et hoc actu contenti Bohemi ab intentione iſthac quievere, ve-
rentes ne præjudicium irrogarent ſuæ immunitati & exemptioni, ſi ſeſe rebus Imperii
rurſum vellent immiſcere. Itaque ne Sereniſſimus quidem Ferdinandus II. Rex, qui
E nunc orbis Chriſtiani habenas victorioſiſſime moderatur, anno MDCXIX. admodum labo-
ravit, ut ad communes conſultationes admitteretur, tametſi multo plus ejus intereſſet,
quam Regis Matthiæ, propter contradictionem Bohemorum, & quæſtionem ſtatus ab
illis motam. Atque hiſce in terminis res hodieque permanet, haud unquam mutatu-
ra, niſi Bohemi ſententiam [β] prius ſuam ab Imperii rebus disjunctam & adverſam
mutaverint, atque ad majorum ſuorum conjunctionem redierint, ne leges (ut ſupe-
rius diximus) imponere potius aliis, quam ipſi gloriarentur recipere. Quod cum Bo-
ruſſi quoque & Livones (γ) parentum memoria præfracte obſtinaſſent, nec ſeſe Conſti- 456
tutionibus Imperii, aut ſubſidiis operisque mutuis conformari, aut Circulo alicui adſcri-
bi aſſentirent, ſed neſcio quam exemptionem, ad inſtar Bohemorum, prætenderent,
tandem

F (α) Nec magis Rex ipſe] *teſtor, quæ vidi, & quibus ipſe interfui.*

(β) Niſi Bohemi ſententiam] *juxta regulam Juris:* Qui incommodis aliorum non premitur, nec commodis eorum ſublevari debet: *Arumæus de hoc ipſiſſimo caſu*, *in* Diſcurſ. ad Aur. Bull. diſcurſ. 5. concluſ. 22. in princ.

(γ) Boruſſi quoque & Livones] *de quibus David Chytræus in* Chronic. Saxoniæ & vicinar. gent. *& Geitzkoflerus in* Relation. de Statibus Imperii avulſis.

tandem ab Imperatore & Ordinibus deſerti nunc duram illam Polonorum ſervitutem A
ſervire coguntur, quum ſub S. Imperii libertate potuiſſent eſſe Domini liberrimi. (α) Er hæc quidem de facti quæſtione breviter perſtrinxiſſe ſufficiat: nunc quid juris Regi Bohemiæ in tali conventu tam ante, quam poſt conditionem Aureæ Bullæ competierit, pro more noſtro diligentius ediſſeramus.

2. Superiori libro demonſtravimus, Ducem Bohemiæ jam tum, in prima Septemviralis Collegii inſtitutione non ſeptimum, ut vulgo opinanrur, ſed quartum in ordine ſpiritualium, & primum inter Electores ſæculares locum obtinuiſſe; nec ſine ejus præſentia, conſilio & conſenſu rerum majorum quidquam in Imperio unquam fuiſſe tractatum aut peractum. Eandem fidem nec ad Regiam Dignitatem evectus deſtitit Reipublicæ cum ſtudioſe, tum diligenter præſtare, ope, conſilio, auxilio ſemper & ubique B
præſto. Ne longum exorbitemus, de Vladislao Rege aſſerit Gewoldus, (β) eum in ejuſmodi Electorum conventibus, tanquam Coelectorem, intereſſe ac adhiberi ſolitum fuiſſe ſub Friderici I. Imperio.

3. Quanta deinde fuerit Primiſlai Ottocari I. Regis in univerſis Imperii rebus gerendis ſub Philippo, Ottone IV. & Friderico II. Imperatoribus, & quam integra, officioſa & religioſa auctoritas, præſertim in primorum Imperii Principum congregationibus, non negleximus ſuis locis (γ) indicare.

4. De Wenceslao ejus filio refert Aventinus, eum non modo interfuiſſe conventibus Budiſſini ſeu Budewicii, Libuſæ, Egræ, & alibi inſtitutis, verum etiam auctoritate ſua Regia præfuiſſe. (δ) C

5. Anno MCCXLVII. Electores Imperii habuerunt tractatum de adminiſtratione Im-
457 perii, & aliis rebus graviſſimis, in quo primas tenuiſſe Rex Ottocarus, a teſtibus (ε) fide dignis affirmatur.

6. Famoſiſſimum illum Ottocarum Regem, cujus auctoritate in diuturno illo abſentium Cæſarum, Richardi & Alphonſi ſchiſmate, quod Interregnum Hiſtorici appellant, omnia (ζ) in Imperio gerebantur, fuiſſe (ut Satyrici verbo utar) Principum Imperii tapanta, conſtans omnium hiſtoricorum tradit conſenſio.

7. In hoc enim ſive ſchiſmate, ſive Interregno, quum Imperium idoneo deſtitueretur capite atque rectore, videtur Septemvirum Electorum Collegium eam accepiſſe autoritatem, quam nunc obtinet, dum velut ſupremum Imperii quoddam Parlamen- D
tum Reipublicæ curam gereret & provideret. Et quod tum erat delegatum, poſtea cœpit eſſe ordinarium ac perpetuum, ut nimirum Septemviri Electores ſingulis annis (η) minimum ſemel convenirent, de S. Imperii Romani, roriusque orbis Chriſtiani ſalute diſpecturi & conſultaturi; eo etiam progreſſi, ut in ipſum ſummum Principem inquirere auderent. Unde Electores ab interpretibus vocantur Imperatoris cuſtodes (θ) & Ephori.

8. Et hinc originem habuit illa conſuetudo, ut nulla gratia, nulla conceſſio ab Imperatore facta, robur aut firmitudinem ſortiretur, niſi a ſeptem Electoribus ſive collegialiter, ſive ſingulatim fuiſſet ratificata & confirmata. Inde eſt, quod Regum Bohemiæ tot hodie exſtent confirmationes & ratificationes gratiarum & donationum a Cæſaribus factarum. Quarum unam atque alteram ut adſcribam, & Regi Bohemiæ jus ſuum E
antiquum evindicem, inſtitutum meum requirere videtur. Et Wenceslaus quidem, Ottocari illius filius, confirmans conceſſionem (ι) Rudolphi I. Imperatoris ſoceri ſui, factam Ludovico Comiti Palatino Rheni Duci Bavariæ, Coelectori ſuo, ſic orditur: *Nos Wenceslaus Dei gratia Rex Boëmiæ, Dux Cracoviæ & Sandomiriæ, Marchioque Moraviæ, Sacrique Romani Imperii Princeps & Pincerna, notum facimus univerſis, &c. quod nos confirmationem, ratihabitionem, & approbationem Sereniſſimi Domini noſtri*

 & pa-

(α) Domini liberrimi] *quod nunc etiam Ordines Galliæ & Regni Arelatenſis experiuntur, de quibus vulgare apud Gallos ipſos eſt proverbium:* Depuis qu'ils ne ſont plus ſoubs l'Empire, ils ſont empires, *id eſt poſtquam defecerunt ab Imperio, cœperunt eſſe ſub deteriori Imperio, id eſt ſervitute Regum Galliæ.*

(β) Gevvoldus] *in Commentar. de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 9. num. 4.*

(γ) Suis locis] *lib. 3. cap. 6. & lib. 4. cap. 4.*

(δ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 7. anno 1227. & 1228. fol. 542. & ſeq.*

(ε) Teſtibus] *Joh. de Beka in* Chron. Epiſcop. Trajectenſ. fol. 65. *Lubbertus Abbas Egmontenſ. in* Actis Wilhelmi Cæſ. *&c. Johannes Nuſſienſ. in* Magno Chron. Belg. fol. 243.

(ζ) Omnia] *videndi Æn. Sylvius, Dubravius, Hagecius, Boregkius, Aventinus, alii.* F

(η) Singulis annis] *Aurea Bulla tit. 12.*

(θ) Imperatoris cuſtodes] *Albericus Gentilis in* Regal. diſput. 3. de vi civium in Reg. ſemp. injuſt. fol. 129. *Beſoldus in* Diſſert. de Stat. Reipubl. mixt. cap. 2. num. 3.

(ι) Confirmans conceſſionem] *Gevvoldus in* Comment. de S. Roman. Imper. Septemvir. cap. 9. num. 3. *infra in Append.* ſub anno 1291.

A *& patris kariſſimi, Domini Rudolphi, incliti Romanorum Regis Semper Auguſti, quas*
Illuſtri Principi Ludwico, Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, conſanguineo & affi-
ni tanquam fratri nobis kariſſimo, fecit de bonis quondam Conradi, nati piæ memoriæ
Friderici quondam Imperatoris Romanorum, videlicet oppido Schongow, &c. Dein ſub- 458
jungit in calce: *Sicut hæc omnia in ipſius Domini noſtri Regis Rudolphi patentibus in-*
ſtrumentis expreſſa, & per eundem Regem Rudolphum facta ſunt, approbamus, & no-
ſtrum eis præbemus aſſenſum, &c. ſub dato Pragæ, anno MCCXCI.

9. Ludovico IV. imperante, Johannes Rex Bohemiæ, Imper. Heinrici VII. filius
e Domo Lutzelburgia, omnibus ac ſingulis Archiprincipum Electorum conventibus &
conſultationibus, Rempublicam & Imperium concernentibus, tamquam Archiprinceps
B Elector, ſemper interfuiſſe a prudentibus [α] noſtris traditur.

10. Hinc idem Johannes Rex in Diplomate, [β] quo confirmat Ludovici IV. Imp.
decretum ſuper electoratu Comitum Palatinorum Rheni pronuntiatum, de hoc jure
ſibi, velut Bohemiæ Regi & Archiprincipi Electori, conpetente hiſce verbis teſtatum
reliquit: *Eo igitur per dictum Dominum Rudolphum* (Comitem Palatinum Rheni,
ſuum Coelectorem) *ſupplicatum nobis extitit, ut ordinationi præfatæ in prædictis literis*
(Ludovici Imperatoris) *contentæ noſtrum præbere vellemus conſenſum benivolum & aſ-*
ſenſum. Nos itaque tanquam is, ad quem hoc de jure, ſicut ad Principem & Electorem
Imperij, ſpectare dignoſcitur, ſupplicationibus prædicti Domini Ducis annuere cupientes,
præfatam ordinationem factam per literas prædictas, ratificamus, & noſtrum ei præbemus
C *conſenſum, aſſertionem & aſſenſum expreſſum*, &c. ſub dato Francofurti anno MCCCXXXIX.
Et hoc jus patri ſuo Johanni Regi, ceu Archiprincipi Electori, competiviſſe, etiam Ca-
rolus IV. [γ] Imperator confirmat in hunc modum: *Cum piæ memoriæ Illuſtris olim*
Bohemiæ Rex Johannes, parens noſter dilectus, ex illæſis quibuſdam literis, & notoriis
documentis, aliorum Principum S. Imperii Electorum cognoverit, & publicis ſuis literis
conteſtatus ſit, quod Illuſtris Rudolphus &c. *Elector fuerit, & cum prædicto noſtro paren-*
te, necnon aliis Coelectoribus æquale jus habuerit, quoad vocem & electionem Romano-
rum Regis in Imperatorem promovendi &c. ſub dato Colmariæ anno MCCCLIV.

11. Anno MCCCXLIV. habuit Ludovicus IV. Imp. Conventum Imperii Principum
Francoſordiæ, in cujus Decretis (δ) legitur: *Poſt octo dies ego & Principes* (ſcilicet E-
D lectores) *conveniemus in Rens ſuper Rhenum, & avunculus noſter Carolus Marchio*
Moraviæ, & deliberationem noſtram cum vobis ſcripſerimus &c. Ecce Regem Bohemiæ, 459
& ejus loco Marchionem Moraviæ, deliberationibus de Republica & Imperii neceſſitate
inſtitutis interfuiſſe.

12. Et de Conventu illo Renſenſi refert Auctor; (ε) *Poſthæc convenientibus Prin-*
cipibus in Rens, & de ſcribendo Papæ conferentibus, Princeps [id eſt Imperator] *&*
Bohemus cum filio ſuo (Carolo) *cum ſuper læſionibus illis factis concordare non poſſent, in*
invidia diſceſſerunt.

13. Eodem anno, menſe Septembri, ſcribit Heinricus Rebdorffenſis: (ζ) *Ludwi-*
cus Imperator ſolenne colloquium habuit cum Principibus Electoribus Regni juxta Rhe-
E *num in oppido Baccharaco; in quo Johannes Rex Bohemiæ conqueſtus eſt graviter præ-*
dictis Principibus contra prædictum Ludwicum, & Ludwicum filium ſuum Marchionem
Brandenburgenſem ſuper eo, quod filio ſuo uxorem ſuam & Comitatum Tyrolis in Alpibus
abſtulerat violenter. Ex quibus verbis apparet, quænam cauſæ ad Collegiales Electo-
rum Conventus referri conſueverint, & quod Cæſar conveniri debuerit non coram ſolo
Palatino, ſed univerſo Collegio Archiprincipum Electorum.

14. Et hæc quidem fuit obſervantia ante Aureæ Bullæ publicationem. In ipſa Au-
rea Bulla Carolus IV. Imp. in hunc modum præfatur: *Sane cum ex officio, quo Cæſarea*
dignitate potimur, futuris diviſionum & diſſenſionum periculis inter Electores ipſos, de
quorum numero, ut Rex Bohemiæ eſſe dignoſcimur, ratione duplici, tam ex Imperio,
F *quam ex electionis jure, quo fungimur, occurrere teneamur*, &c. Et *tit. 12.* qui inſcribi-
tur: *De*

(α) Prudentibus] *Gevvoldo in* Antitheſi ad Freher. de Electorat Palat. n. 22. *& ipſo Frebero in* Epiſt. reſponſor. ad Gevvold. fol. 39.

(β) In Diplomate] *apud Freherum in* tract. de Legit. tutel. curaque Electoral. Palatin. lit. B. circa princ. anno 1354 *& in* append. *& Johan. Zeſchlinum in* lib. de tutel. Electoral. legit. cap. 2. num. 35. *Conſtitution. Imperial.* tom. 1. fol. 345.

(γ) Carolus IV.] *Freher.* ibid. lit. C. *Zeſchlin.* d. cap. 2. num. 37. *Conſtitution. Imperial.* tom. anno 1354.

(δ) Decretis] *refert Albertus Argentinenſ. in* Chronic. anno 1344.

(ε) Auctor] *idem Albertus in* d. anno 1344.

(ζ) Rebdorffenſis] *in Annalibus anno 1344.*

tur: *De Congregatione Principum Electorum*, in princ. conſtituit: *Ut S. Imperii Princi-* A
pes Electores, ad tractandum de ipſius Imperii orbisque ſalute, frequentius ſolito congre-
gentur, qui ſolidæ baſes Imperii & columnæ immobiles, quemadmodum per longinquas
ad invicem terrarum conſiſtunt diſtantias, ita de incumbentibus regionum ſibi cognitarum
defectibus referre ſimul & conferre noverunt, ſanisque providentiæ ſuæ conſiliis non igno-
rant accommodatis talium reformationibus ſalubriter operam dare. Et §. 2. ſubjungit:
Quod iidem Principes Electores per ſingulos annos ſemel in aliqua Civitatum S. Imperii
perſonaliter congregentur, & anno præſenti congregatio hujuſmodi in civitate noſtra Impe-
riali Metenſi, per Nos & eoſdem Principes celebretur; at tunc, & deinceps locus per nos,
ipſorum conſilio ſtatuatur. Ait, PER NOS, quæ verba quo pacto ſint intelligenda, do-
cent illa ex proœmio adducta, *tam ex Imperio, quam electionis jure.* Ex quibus con- B
ſtat, Imperatorem, ſi ſit ſimul Rex Bohemiæ, duplici jure in Collegiali Electorum Con-
ventu gaudere, Imperiali ſcilicet & Electorali; & quod Conventus Electorum Collegia-
lis non ab Archicancellario Moguntino, ſed ipſomet Imperatore debeat indici, cum E-
460 lectorum tamen conſilio & conſenſu. Hæc eſt mens Cæſaris, hic ſenſus Conſtitutionis
hujus Aureæ: quam qui ſecius interpretantur, [α] ad poſteriora potius tempora, quam
Caroli IV. Imperatoris, reſpexiſſe videntur.

15. Et hanc ſuam mentem ipſe Imperator eodem ipſo tempore, quo fuit Aurea Bul-
la publicata, declaravit in Decreto (β) ſuper controverſia Palatina facto, in hunc mo-
dum: *Invenimus, declaramus & pronuntiamus pro jure, tanquam Rex Bohemiæ, S.*
Rom. Imperii Archipincerna, & Coelector præfatorum Principum, &c. *quod merito di-* C
ctus Robertus (Comes Palatinus) *admittendus eſt, & nos ipſum de jure admiſimus, &*
admittere volumus & debemus, ad quaslibet cauſas, & ad omnia facta, quæ nos, &
antefati noſtri Coelectores, tractabimus vel faciemus pro honore & utilitate, S Rom. Im-
perii, & ejus fidelium ſubditorum, omnimodo, ſicut de jure & honeſta conſuetudine Co-
mes Palatinus Rheni, Archidapifer S. Imperii, & Princeps Elector merito admitti debet,
ſub dato Norimbergæ anno MCCCLVI. feria v. poſt Epiphanias. Quibus verbis clare &
diſerte explanatur, Regem Bohemiæ omnimodo admittendum eſſe ad quaslibet cauſas,
& omnia facta, quæ ceteri ſex Electores tractant vel faciunt pro honore & utilitate S.
Imperii, & ejus fidelium ſubditorum, ſicut de jure & honeſta conſuetudine Rex Bohe-
miæ, Archipincerna S. Imperii, & Archiprinceps Elector, merito admitti debet. D

16. Et in Bulla (γ) de jure & ſucceſſione Electorum & Ducum Saxoniæ, in Comitiis
Metenſibus anno MCCCLVII. conceſſa, iterato jus ſuum repetit hiſce verbis: *Cumque*
omnia & ſingula præmiſſa, velut Romanorum Imperator, ſtatuenda & ordinanda duxe-
rimus, ac ſolenniter decernenda, ea etiam & eorum quodlibet, ut Rex Bohemiæ, S. Im-
perii Archipincerna & Princeps Elector, ratificamus & approbamus, ac eiſdem & eo-
rum cuilibet noſtrum benevolum conſenſum adhibemus.

17. Wenceslaus Romanorum & Bohemiæ Rex in Confirmatione, (δ) quam ſuper
telonio Seltzenſi ad Rhenum a Carolo IV. Imp. patre conceſſo, fecit Petro de Warten-
berg Baroni Bohemo, Domino in Coſt, Norimbergæ in Conventu Electorum Collegia-
li, anno MCCCLXXVI. ita decernit: *Mit raht, wiſſen und willen aller Churfürſten des* E
Reichs, der ehegenanten von Wartenberg und ſeinen erben, denſelben Brieff, &c. *beſtel-*
461 *len, beſeſſen*, &c. *von Ræmiſcher Kæniglicher Machte, und auch als ein Kænig zu Bæ-*
heim und Churfürſte des Reichs.

18. Sed cum Wenceslaus iſte propter ignaviam & ſocordiam, dicam an væcordiam,
Imperio abdicatus, ſibi in angulo Bohemiæ viveret, gulæ & ventri deditus, nec res Im-
perii amplius curaret, neve etiam ab Electoribus ad ordinarios illos conventus Colle-
giales vocaretur, omnis auctoritas ad ſex reliquos Electores, inſuper habito Bohemo,

(α) Interpretantur] *Pet. de Andlovv.* lib. 2. de Imper. Roman. cap. 16. *Paurmeiſter* lib. 2. de Juriſdict. cap. 9. num. 2. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 4. c. 6. num. 9. & ſeq. *Matth. Stephani* lib. 2. de Juriſdict. Imp. cap. 1. memb 2. num. 11. verſ. certæ claſſis. *Althuſius in* Politic. cap. 27. num. 42. & cap. 33. num. 109. *Hænonius* Diſput. politic. 3. th. 48. fol. 190. *Bertramus apud Arumæum* ibid. fol. 502. th. 62. *Ritterus* ibid. fol. 579. *Borrius* ibid. fol. 876. *Gerardus* ibid fol. 922. *Dan. Otto* de Jur. public. cap. 13. fol. 511. *Cubachius* lib. 2. Juriſprudent. publ. cap. 26. num. 4. & ſeqq.

(β) Decreto] *quod producit Freherus in* Aſſertion. propriæ gubernat. Orat. 2. fol. 44. & ſeq. & in d. tract. de Legit. tut. curaque Elect. Palatin. & F
Zeſchlinus d. cap. 2. num. 38.

(γ) Bulla] *quam habemus ex autographo Vinarienſis archivi deſcriptam.*

(δ) Confirmatione] *quam producimus in* Beylagis Germanicis ſub anno 1376. *Conſimiles Wenceslai confirmationes exſtant in* Actis reviſoriis Reipublicæ Norimbergenſ. contra Marchion. Onoltzbaceoſ.

A recidere cœpit, adeo ut poſt illam Wenceslai depoſitionem ſoli iſti ſeviri, (α) Archi-principes reſcripta & conceſſiones Cæſarum Ruperti, Sigiſmundi (β) & Alberti II. approbaſſe atque ratificaſſe legantur.

19. Acceſſit dein, Alberto II. mortem obeunte, Reginæ prægnantis viduitas, & Vladiſlai ſeu Ladiſlai poſthumi impubertas juſto & legitimo Adminiſtratore deſtituta, propterea quod agnatus Fridericus III. (γ) Imperator Regni Adminiſtrationem recuſaret, Bohemorum diffidens inconſtantiæ & mobilitati: & qui a Bohemis erant ordinati Gubernatores, ſchiſmati Huſſitico faverent, quod Electores Imperii abominabantur. Has omnes cauſas denique prægravarunt factioſæ Bohemorum electiones, quibus nunc homines a Regio ſanguine alienos, ut Georgium Podiebracium Moravum, & Matthiam
B Hunniadem Walachum ex Hungaria, nunc Witoldum ex Lituania, denique Vladislaum Jagellonem e Polonia ad Regnum accirent, atque ita exteros & incapaces Collegio Electorali obtruderent. Hinc Regis Bohemiæ auctoritas in Imperio noſtro vileſcere & negligi, contra ea ſex Electorum magis atque magis creſcere & ſublimari occœpit.

20. Merita tamen Georgii Regis in Rempublicam, & fida opera Friderico III. Imperatori præſtita, concinnarunt, ut ejus nonnulla ratio in Imperio haberetur, licet in Collegium Electorale, propter diverſitatem religionis Huſſiticæ, non eſſet receptus. Sapit enim quandam Electoralis præeminentiæ & poteſtatis conſuetudinem, quod ſcribit Matthæus Baro de Bappenheim: (δ) *Anno* MCCCCLXIII. *circa feſtum Jacobi in Civitate Praga, coram Rege Boëmo facta eſt concordia inter Sereniſſimum Imp. Fridericum cum com-*
C *plicibus ſuis cum Civitatibus Imperialibus parte una, & Ducem Ludwicum de Landshuta cum complicibus parte ex altera.*

21. Johannes Lichtenberger, (ε) vates Germanus, qui vixit ſub Friderico III. Imp. & Georgio atque Vladiſlao Bohemiæ Regibus, de Septemviris Electoribus ita prognoſticatur: *Caveant hi Septem Principes Electores, & eorum miniſtri, ne peccatis & culpis eorum exigentibus, juſto Dei judicio, Imperium ab eis auferatur. Nam neceſſe eſt, ut ſcandala veniant: væ autem illis, per quos ſunt ventura. Et vere neceſſe eſt, ut tantus ardor dominandi, & habendi cor eorum excitet, qui nec facere volunt, quod audiunt, neque veritatem audire, quam noverunt. Ideo oculos habent, & non vident, ignorantes quod Principatus eorum ſunt intoxicati veneno inſanabili. Quod non ſolum* BOHEMI,
D *Poloni, verum etiam Dani, Anglici gaudent cum Barbaricis nationibus, quod Altiſſimus avertat.* Sed quid hic auctor ſibi vult, dum initio exprimit ſeptem Principes Electores, quibus vaticinando minatur, ni a peccatis ſuis controverſi reſipiſcant, & ſubjectos ſibi populos reforment, jus eligendi Imperatorem ablatum iri: dein autem ſubjungit, Bohemos cum Polonis, ſi id fiat, gaviſuros eſſe, quum ſuper Regno Bohemiæ fundatus ſit ſeptimus, iiſque potentiſſimus, Electoratus? Et Bohemis tunc imperabat Vladislaus Polonus, qui quod in electione Maximiliani I. Cæſaris præteritus eſſet, cœlum terræ movere inſtitit, ut contemptum illum in Germanos vindicaret, quare jus & pontificium eligendi Imperatorem Regi Bohemiæ de integro ab Electoribus confirmatum eſt, ut ſuo loco indicavimus. Sed mihi auctor iſte videtur tangere Bohemos rebelles, & ſchiſ-
E maticos, in quos paſſim invehitur, nempe Huſſitas & Picardos, quibus nihil magis in voto erat, quam ut hierarchia Eccleſiæ Romanæ peſſumdata, Monarchia quoque Imperii Romani corrueret penitus & aboleretur, quum Principes legitimos (ζ) æque averſarentur, quam Epiſcopos juſtos, quos damnabant; ſi vera ſunt, quæ ex illorum ſcriptis excerpta legimus.

22. Joachimus Abbas (η) Calaber apud eundem ſcribit: *Principes Electores Imperii eſſe ſeptem Angelos ſuas phialas effundentes* &c. Et ipſe Lichtenberger apponit rubricam (θ) figuræ inſcriptam hiſce verbis: *Septem Principes Electores circa Aquilam ſtantem ſupra navim quaſi ſubmerſam.* Repræſentat autem figura tres Electores Eccleſiaſticos in ſuis Pontificalibus, & quatuor politicos armatos cum ſuis inſignibus, quorum primus

F (α) Soli iſti Seviri] *ut videre licet apud Freherum in* Notis ad Bullam Sigiſmundi Imp. fol. 140.

(β) Sigiſmundi & Alberti] *qui ſimul erant Reges Bohemiæ.*

(γ) Agnatus Fridericus] *cui tutela legitima & adminiſtratio ex jure Aurea Bulla competebat,* cap. 7. §. 6. *ut infra ſuo loco deducemus.*

(δ) Bappenheim] *in Chronic. Elvvangenſ. anno* 1463.

(ε) Lichtenberger] *in Prognoſtico anno* 1486. *impreſſo* part. 1. cap. 7.

(ζ) Principes legitimos] *Reinerus in tract.* de Erroribus Waldenſ. circa fin. *Concilium Conſtantienſ. in* Articulis Johannis Wiclefi Angli, *Confeſſio Auguſtana* in Apolog. artic. 16.

(η) Joach. Abbas] *in Prophetia ſua, qua impreſſa circumfertur.*

(θ) Rubricam figuræ] *d. cap. 7. in fin.*

primus eſt Rex Bohemiæ coronatus. Et ſub rubrica, (α) *Exhortatio Judicis ad Prin-* A
cipes Electores Imperii, haud obſcure indicare videtur, in Septem Electoribus univerſis
& conjunctis conſiſtere ſalutem Imperii, & quod omnes ſeptem, nullo excluſo, te-
neantur providere & ſimul conſultare de conſervanda ſalute Imperii. Verba ejus hæc
463 ſunt: *Utinam Germaniæ Principes, ad quos Regnum Theutoniæ ad eligendum eſt trans-
latum & commiſſum, ſaperent & intelligerent, & noviſſima providerent. Utinam ſaperent ju-
ſtitiam, & eam intelligerent, & Regi, quem Dominus loco ſuo eis in ſignum juſtitiæ poſuit, quem
concorditer in Francofordia elegerunt, reverenter tractarent, & ei de miniſterio honoris debi-
tum exhiberent. Utinam exaltati & dilatati per Romanum Imperium magnitudinem honoris
in eos collati intelligerent, & non eſſent ingrati. Utinam iſti Septem, ad quos pertinet
jus & poteſtas eligendi Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum, pericula, quæ* B
*venient, Romano Imperio ſublato, providerent, & hujus Regni, quod Dominus poſuit
tanquam prodigium ſupra terram, noviſſima providerent, & ſublationem pertimeſcerent.
Dum enim ſublatum fuerit Imperium, tribulatio tanta veniet in mundum, quod niſi dies
ille tribulationis fuiſſent abbreviati, non fieret ſalva omnis caro.* Concludit denique in
hunc modum: *Confidenter loquor, o viri prudentiſſimi Germaniæ Principes, ſi vos cum
veſtris fidelibus Romano Regi, tanquam Advocato Eccleſiæ, gerens alam ſiniſtram colum-
bæ naviculæ Petri, fideliter aſtaretis, ut anteceſſores veſtri conſueverunt, tunc abſque
dubio omnis poteſtas contraria eſſet parva; tunc non ſolum Italia, Longobardia,* Bohe-
mia, *Græcia, ſed & Hiſpania contremiſceret cum Barbaria.* Unde manifeſto liquet,
auctorem loqui de Bohemis tantum ſchiſmaticis & rebellibus, non de Catholicis, qui- C
bus Rex & Elector Vladislaus erat addictus. Namque eos cum Italis & Longobardis
componit, qui congregato Piſis Concilio, Julio II. Papa adverſabantur. Græciam au-
tem Turcæ habebant, jurati Chriſtianorum hoſtes, & in quos tunc temporis Maximi-
lianus I. Cæſar omnes Chriſtianorum animos atque vires concitare, & convertere me-
ditabatur, niſi Papam, Gallum, Venetos, Hungaros, Bohemos, ipſos denique Ele-
ctores ac Principes Imperii adverſos habuiſſet.

23. Et hæc quidem ita ſeſe habuerunt priori ſæculo, ſub quo potentia & auctori-
tas Septemvirorum Imperii tantas vires anquiſivit, ut non Regem modo Bohemiæ, ſed
ipſum etiam Imperatorem, ſine cujus edicto & præſentia nullum antea audebat con- D
ventum habere, a congregatione ſua Collegiali excluderent. Idque non contenti con-
ſuetudine quadam diuturna præſcripſiſſe, etiam ſibi ab Imperatore Carolo V. Auguſto
noviter electo confirmari, & juramento ejus caveri voluerunt, ut quod antea erat con-
ſuetudinis, nunc fieret juris atque legis. Exſtat Capitulatio [β] eidem Carolo V. Cæ-
ſari a Seviris Electorib. præſcripta, Ludovico Bohemiæ Rege minorenni præterito, in
cujus artic. 5. ſancitur in hunc modum: *Wir laſſen auch zu, daſs die gedachten Sechs
Churfürſten je zu ewigen zeiten, nach vermæg der Gulden Bullen, und ihrer gelegenheit
464 deſs H. Reichs zu ihrer notturfft, auch ſo ſie beſchwerlich obligen haben, zuſammen
kommen mægen, daſſelb zu bedencken und zu berahtſchlagen. Daſs wir auch nicht ver-
hindern noch irren, und deſshalb kein ungnad noch widerwillen gegen ihnen ſamptlich* E
*noch ſonderlich ſchæpffen noch empfahen, ſondern uns in deme unnd andern der Gulden
Bull gemeſs, gnædiglich unnd unverweiſslich halten ſollen und wællen.* Quem articu-
lum Joan. Sleidanus (γ) ita ſummavit: *Electoribus liceat, cum erit opus, inter ſe conve-
nire, deque Republica deliberare: nullum autem ipſe quo minus id faciant, impedimen-
tum eis inferat, nec in malam partem accipiat.* Refert quidem ſe iſte articulus ad conſti-
tutionem & tenorem Aureæ Bullæ, (δ) qui tamen hodie maximam partem exolevit &
in deſuetudinem abiit. Namque Aurea Bulla conſtituit, ut Archiprincipes Electores [1.]
annuatim conveniant, [2.] in aliqua civitate imperiali, [3.] ab Imperatore deſignanda, [4.]
poſt feſtum Paſchatis intra ſpatium unius menſis proximi, [5.] utque convocatio & indictio
fiat ab

(α) Sub rubrica] *cap. 8. in princ.*
(β) Capitulatio] *in Reichsſatzungen* part. 2. anno 1519. fol. 182.
(γ) Sleidanus] *lib. 1. Rer. in eccleſ. & republ. geſtar.*
(δ) Aureæ Bullæ] *d. tit. 12. ubi Buxdorffius* concluſ 95. *Arumæus & Rumelinus. Quibus addi poſſunt Bened. Carpzovius in* Diſſert. ad Capitulat. Cæſar. cap. 5. *Ventura de Valentia ſeu Georg. VVolfgang. VVintherus* lib. 2. Parthen. litig. cap. 3. n. 18. & n. 22. *Matth. Stephani* lib. 2. de Juriſdict. cap. 1. memb. 2. n. 11. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ cap. 26. n. 7. & ſeqq. *Bertramus apud Arumæum in* Diſc. de jur. publ. tom. 1. fol. 99. *Gerbardus* ibid. fol. 502. theſ 62. *Ritterus* ibid fol. 579. *Bortius* ibid. fol 1057. *Beindorffius apud eundem* tom. 3. fol. 271. *Brualachi in* Epitom. juriſprud. publ. lib. 7, cap. 1. n. 28. F

A fiat ab ipſo Imperatore cum conſilio Electorum, [6.] atque ipſemet Imperator interſit nomine tam Cæſareo, [7.] quam Regio Bohemiæ Electorali, [8.] & quod hæc ordinatio poſſit ab Imperatore, cum Electorum tamen conſilio, mutari aut revocari. Sed hæc puncta noſtris moribus non uſquequaque obſervantur, (α) & pleriſque per dictam Capitulationem & contrariam obſervantiam derogatum videtur.

24. Et hæc quidem de jure Regis & Electoris Bohemiæ, quod habebat in conventibus Electorum Collegialibus ſive annuatim ſive extra ordinem, pro ingruente Reipublicæ neceſſitate, celebrandis: & quo facto illud amiſerit, diſſeruiſſe ſufficiat. Illud ſaltem addo, interpretes noſtros, (β) qui Regem Bohemiæ contendunt etiamnum hodie Collegialibus Electorum conventibus intereſſe debere, tanquam Coelectorem & Archi-
B pincernam, ad jus illud antiquum reſpicere: eos vero, (γ) qui Regem ab iiſdem excludunt, & in caſu electionis tantum ad actum electorium admittunt, facti quæſtionem tractare. Illi explanant quid fieri debeat; iſti vero quid hodie fiat.

25. Mediam ſententiam amplexus Hartmannus Maurus, (δ) Cancellarius quondam Electoralis Colonienſis, ſcribit: *Regem Bohemiæ perraro adeſſe conventibus tractatibusque Electorum.* quaſi dicat, aliquando intereſſe, aliquando non, prout vel ipſi placuerit, vel Electoribus viſum fuerit. Quo pacto ſupra diximus (ε) Ferdinandum I. Regem anno MDXXXI. interfuiſſe Coloniæ non actui duntaxat Electorio, ſed & ipſi Conſilio Collegiali actum præcedenti, & deliberationibus de Republica propoſitis.

26. Sed quid de confirmationibus dicemus, quæ noſtris moribus necdum plane ab
C uſu receſſerunt? num & illæ a Rege Bohemiæ, tamquam Archiprincipe Electore, requirendæ ſunt? Ratio dubitandi videtur, quod, cum Rex Bohemiæ nihil commune cum Imperio velit habere, conſilio ejus hodie non ſit opus, nec conſenſus admodum neceſſarius. Ratio autem decidendi a prudentibus affertur, quod, licet Slavi forte in Bohemia & Moravia minus bene erga Imperium & ejus commoda ſint affecti, Rex tamen ipſe, qui nunc rerum potitur, ſit Germanus, & cum potioribus Regni Teutonibus, necnon Sileſiis, Luſatis, Egranis, &c. in ſalutem, proſperitatem & profectum Imperii optime animatus, non poſſit nec debeat præteriri in iis, quæ ad rem Imperii publicam ſpectabant. Pactis hæreditariis (ζ) Comitum Palatinorum Rheni anno MDXLV. factis hanc inſertam clauſulam obſervavi: *Quod Sereniſſimum atque Potentiſſimum Prin-*
D *cipem, Dominum Carolum V. Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Dominum noſtrum Clementiſſimum, rogare & requirere velimus, ut antiqua illa Aureæ Bullæ & Cæſaris Sigiſmundi decreta, edicta & ordinationes de Electura, officio Archidapiferæ, & Palatinatu Rheni, denuo confirmet, ſpe certa freti, nos eam Cæſareæ Majeſtatis confirmationem pro laudabili more & jure noſtro, una cum accedente S. Imperii Electorum conſenſu, ſine difficultate impetraturos.* In quibus verbis, quia nulla expreſſa Ferdinandi Romanorum Regis fit mentio, putatur ſub Electorum nomine comprehendi & ſubintelligi.

27. Et noviſſime anno MDCXII. quum ante Electoralem conventum Francofordiæ indictum Illuſtriſſima Princeps Dorothea Maria, Saxoniæ Duciſſa &c. Archiprincipes Electores de filiorum ſuorum jure per Legatos informare conſtituiſſet, memini ipſius Cel-
E ſitudinem ab Illuſtriſſimis agnatis, (η) & prudentiſſimis quibuſdam Conſultis (θ) commonitam

(α) Non uſquequaque obſervantur] *exſtant ſummorum hominum querela de collapſa Aureæ Bullæ juſtitia, & partim exoleta prorſus, partim abrogata ejus legis obſervantia, adeo ut integra reformatione indigere dicatur: moneanturque Papa, Imperator, Electores & Ordines Imperii, ut de ejus reformatione in commune velint conſulere.*

465 (β) Interpretes noſtros] *Gevvoldus in* Commentar. de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 9. num. 4.
F *Frider. Hortlederus in VVarhafften und gegründten bericht, von dem zvviſchen den Fürſtlichen Sechſiſchen Heuſern VVeimar und Aldenburg, erregte precedentz und primogenitur ſtreit*, part. 2. fol. 40. & ſeq. *Reſkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſſ. 4. cap. 5. num. 30.

(γ) Eos vero] *Knichen* de Jur. Saxon. cap. 2. *Freherus in* Not. ad Pet. de Andlavv. lib. 2. cap. 2. *Arumæus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 3. concluſ. 8. & diſc. 5. concluſ. 22. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 2. diſſert. 3. th. 30. *Bened. Carpzovius in d.* Diſſert. de Capitul. Cæſar. & leg Reg. cap. 5. n. 7. *Henr. Zœlnerus in* diſſertat. de Regis Romani elect. th. 8. lit. d.

(δ) Maurus] *in tract. de Coronat. Caroli V. Imp. Aquiſgrani facta anno 1520.*

(ε) Supra diximus] *cap. 5. §. 12. hujus lib. 4.*

(ζ) Pactis hereditariis] *apud Zeſchlinum in* tract. de Tutel. Electoral. legit. in append. *& Germanico in* tractatu, *qui inſcribitur, Kurtzer anzeig, daſſ Pfaltzgraff Phil. Ludvvigen zu Neuburg &c.* 466 *die* adminiſtration *der Chur Pfaltz einig und allein zuſtandig ſey*, in Beylagis num. 3.

(η) Illuſtriſſimis agnatis] *Chriſtiano Principe Anhaltino fratre, & Joh. Caſimiro Duce Saxoniæ Coburgenſi, qui & literis commendatitiis negotium promoverunt.*

(θ) Quibuſdam Conſultis] *Henrico a Roſenthal, Advocato Camerali Cæſareo, & Paulo Prücknero Schvvinfordiano, multorum Principum ac Dominorum Conſiliario &c.*

nitam fuiſſe, ne Sereniſſimum Matthiam Bohemiæ & Hungariæ Regem, ceu primarium A S. Rom. Imperii Electorem, præteriret. Ego igitur ad Regiam ejus Majeſtatem ablegatus, pleroſque Illuſtres, Generoſos ac Nobiliſſimos ejus conſiliarios deprehendi in eandem inclinare ac propendere ſententiam, quam etiam decreto confirmandam ſtatuerunt in hæc verba concepto: *So befinden ſie doch* (ſcilicet Regia Majeſtas) *daſs diſs ein ſolches negotium, ſo für das Churfürſtliche geſampte Collegium gehœrig und dabey den andern MitChurfürſten Ihro fürzugreiffen nit gebühren will. Wann aber dieſe ſach daſelbſt collegialiter furkommen wird, wollen alſsdann Ihre Kœn. Maj. dieſes ihrer F. Gn. anbringens eingedenck ſeyn, und was begehrter maſſen zu entſchied oder vermittelung dieſer ſachen dienſtlich ſeyn wird, als ein vornemſtes Mitglied deſſelben, darbey das jenige trewlich zu thun nicht unterlaſſen.* Enimvero quid cum Rege, ſuper prætenſo hoc ju- B re, (a) in Collegiali conventu Francoſurdiæ ſit actum, in principio hujus capitis retulimus Et ipſa cauſa Saxonicæ præcedentiæ fuit a Seviris Electoribus ad S. Cæſar. Majeſtatem cum memorabili commendatione remiſſa.

28. Poſtremo quæri ſolet, quum Rex Bohemiæ nunc ſoleat Capitulationem electo Cæſari jurandam ſua ſententia confirmare, qui fiat, quod in ejus fronte nulla Regis inter cæteros Electores fiat mentio? Reſpondeo, id propterea factum, quod ipſemet Rex in Cæſarem fuerit electus, qui ut a ſeipſo jusjurandum exigeret, abſonum & omni ratione abhorrens videbatur.

(a) Cum Rege ſuper prætenſo hoc jur.] *de quo in mandatis acceperam ut illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Electorem Moguntinum melius & ſubmiſſius informarem. Sed diſſuaſit dicti Principis Anhaltini, quod ille tum rerum ſtatus, inclinatio temporum, & ratio concordiæ, confeſſum Regis non viderentur admittere, profectio ad ejus Serenitatem fuit intermiſſa. Nempe circumſpiciebatur, ne per acceſſionem Regis & plurium votorum Catholicis accreſceret, & aucta potentia animos immutaret, juxta illud Romani Conſulis monitum*: Magna eſt Comitiis Conſularibus repentina C voluntatum inclinatio, præſertim cum inclinavit ad bonum virium; *in Orat. pro Murena.*

467 # CAPUT VII.

An Rex Bohemiæ ſit in unione Archiprincipium Electorum. Olim directorium habebat in univerſis Principum confœderationibus. Quæ conſuetudo ceſſavit poſt depoſitionem Wenceslai Cæſaris, qui Bohemorum Rex permanſit, & ſubortum ſchiſma Huſſiticum. Unio Electorum duplex, generalis ſex Electorum; & particularis quatuor Rhenen- D *ſium. Cur in neutra Rex Bohemiæ nunc comprehendatur. Maximilianus Rex Bohemiæ caput fœderis Landſbergenſis. Rex Bohemiæ eſt Coëlector ſeu Collega cæterorum Electorum. Unde Rudolphus II. & Matthias deſiderabant in Collegialem Unionem recipi.*

ETiam ex eo arguunt Regem Bohemiæ ad ſanctius Archiprincipum Electorum Conſilium non eſſe admittendum, quod nulla ipſi intercedat φρατρία (α) cum Electoribus, nec Unione (β) eorum comprehendatur, [γ] nec ſocietatem, quæ jus quoddam continet fraternitatis, (δ) cum ipſis colat. Exinde colligi contendunt, (ε) Regem Bohemiæ non gaudere privilegiis in formula Unionis expreſſis; quorum hoc non ſit minimum, de quo jam egimus.

2. Olim quidem Regem Bohemiæ univerſis ac ſingulis Principum Imperii fœderi- E bus, (ζ) ligis, confœderationibus & unionibus pro ſalute Imperii, pro libertate patriæ, pro aris denique & focis in Germania initis, nomen ſuum fere ſemper dediſſe, in hiſtoriarum & actorum publicorum monumentis proditur. Ex quibus unum atque alterum exemplum, fidei faciendæ ergo, non gravabor delibare.

468 3. Et anno quidem MCCXII. fertur Ottocarus Rex Bohemiæ ſeſe cum Electoribus ac Principibus Naumburgæ, pro defenſione ac protectione Eccleſiæ Romanæ & libertatis patriæ confœderaſſe. [η]

(α) φρατρία] *Knichen* de jur. Saxonic. cap. 2. *Zalnerus in* Diſſert. de Regis Rom. elect. concluſ. 8. lit. d.

(β) Unione] *Churfürſtliche einigung, vereinigung, cujus formulæ aliquot repræſentantur in Politiſchen Reichshandeln* part. 8. fol. 214. & ſeqq.

(γ) Ecr. comprehendatur] *Arumæus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 5. concluſ. 22.

(δ) Fraternitatis] *Brüderliche einigung*, d. part. 8. tit. 3. fol. 217. *Heigius* Illuſtr. quæſtion. part. 1. q. 4. n. 49. *Muſculus in* Diſputat de Confraternit. E

(ε) Contendunt] *idem Arumæus* d. concluſ. 22.

(ζ) Imperii fœderibus] *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 7.

(η) *Spangenberg in* Chron. Saxon. anno 1212. *Becherer in* Chron. Turing. fol. 258.

A 4. Anno MCCXXVII. fœdus inter ſe, Pontificis Romani cohortatu, percuſſerunt Libuſæ, Wenceslaus Bohemiæ, Bela Hungariæ, & Waldemarus Daniæ Reges: Moguntinus & Salisburgenſis Archiepiſcopi: Friſingenſis, Patavienſis, &c. Epiſcopi; Auſtriæ, Bavariæ, Poloniæ ſeu Sileſiæ Duces &c. *Hi omnes*, inquit Aventinus: [α] *invicem ſibi jurejurando ſacramentique religione fidem adſtringunt. Ipſis potentia Friderici II. Imperatoris atque opes formidoloſæ erant*, &c.

5. Anno MCCXCVII. convenerunt Pragæ triginta octo [β] Principes tam ſpirituales, quos vocant, quam ſæculares. ut cum Rege Bohemiæ fœdus inirent pro ſalute Reipublicæ Chriſtianæ, & propugnatione communis libertatis. Hi deinde aliquotiens congregati, ut Egræ, Cadani, in finibus Bohemiæ, & Viennæ, de rebus ſuis conſultaverunt.
B Et de conventu Viennæ an. MCCXCVIII. peracto ita ſcribit Bappenheimius: (γ) *Poſt octavam Purificationis B. Virginis convenerant in Vienna, Illuſtris Rex Ungariæ Andreas, Magnificus Wenceslaus Rex Boëmiæ, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgenſis, Dux Auſtriæ, Dux Apuliæ, Dux Oppaviæ, Marchio Dephile, N. filius Albranmi Regis Comanorum, & alij quamplures Nobiles, Barones, Miniſteriales & Milites. Epiſcopus Baſilienſis, Epiſcopus Conſtantienſis, Epiſcopus Olomicenſis, Epiſcopus Patavienſis, Electus Archiepiſcopus Strigonienſis, Epiſcopus Geormenſis, Epiſcopus Pragenſis, Epiſcopus Friſingenſis, Epiſcopus Veſprunnenſis, Epiſcopus de Quinqueeccleſiis, Epiſcopus Seccovienſis, Epiſcopus Chymenſis, Epiſcopus Colocenſis, Epiſcopus Wazenſis, Frater Amonius Epiſcopus Erloenſis, & aliæ quam plures perſonæ ſolempnes, Abbates, Præpoſiti, Canoni-*
C *ci, & Comites Ungari multi* &c. *Et tota terra gaviſa eſt de pace & concordia tantorum Principum, Deo referentes gratiam & gloriam.*

6. Anno MCCCXLIV. ſcribit Heinricus Rebdorffenſis: (δ) *Ludowicus Imperator ſolenne Colloquium habuit cum Principibus Electoribus Regni juxta Rhenum in oppido Bacharaco.* Et mox: *In eodem etiam Colloquio multi ex Principibus præſcriptis, & aliis non Electoribus Regni, confœderaverunt ſe & juraverunt inſimul aſſiſtere invicem contra omnem hominem, etiam contra Ludowicum prædictum. Cujus confœderationis auctor fuit prædictus Bohemiæ Rex, & filius ſuus Karolus Marchio Moraviæ; poſtea Romanorum Rex, propter injuriam, quam ſibi intulerat idem Ludowicus* &c. Ecce tibi Regem Bohemiæ in conventu Electorum Collegiali; ecce eundem in unione Electorum ac
D Principum Imperii. Et hæc eſt illa conſuetudo, ad quam reſpexit Aureæ Bullæ conditor & promulgator, hic ipſe Carolus Marchio Moraviæ in Romanorum Imperatorem biennio poſt electus.

7. Quum anno MCCCLXXXVIII. civitates Imperii (ε) amplius ſeptuaginta ſeſe adverſus Principum injurias colligaſſent, Cæſar Wenceslaus, & idem Bohemiæ Rex, Comitia indixit Egræ (ζ) ad ſylvam Bohemicam anno ſequenti MCCCLXXXIX. in quibus dictæ Civitates confœderationibus ſuis renuntiantes, generale fœdus cum Cæſare Wenceslao, tanquam Rege Bohemiæ, Electoribus ac Principibus Imperii pro pace publica tuenda, & perſequendis ejus violatoribus, ſanciverunt, & juramento confirmarunt, Directore fœderis ipſo Rege Bohemiæ conſtituto.

E 8. Sed hoc Regis Bohemiæ directorium (η) in Principum confœderatorum conventu non diu perduravit. Namque Wenceslao poteſtate Imperii abdicato, ſimul & fœdus illud dilapſum eſt, & Rex Bohemiæ a rebus Imperii alienior eſſe cœpit. Inde omnem in ſe auctoritatem poteſtatemque reliqui ſex Electores, non refragantibus Imperii Principibus, ſolos tranſtulerunt. Et primam quidem Unionem, [ϑ] cujus continens ſit memoria, ſex Electores, nempe Moguntinus, Trevirenſis, Colonienſis, Palatinus, Saxo & Brandenburgius, pepigerunt & jurarunt Francofurti, anno MCCCCXXXVIII. poſt exceſſum Sigiſmundi Imperatoris, octiduo ante electionem (ι) Alberti II. hereditarii quidem

(α) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 7. fol. 536.*

(β) Triginta octo] *Matthæus Mareſcalcus de*
F *Bappenheim in* Hiſt. Auſtral. part. 2. an. 1297.

(γ) Bappenheim] *d. part. 2. anno 1298.*

469 (δ) Rebdorffenſis] *in Annalib. anno 1344.*

(ε) Civitates Imperii] *Erphœfurdenſis Monachus in* Hiſtor. de Landgraviis Thuringiæ anno 1388. *Lehmannus* lib. 7. Chronic. Spirenſ. cap. 69.

(ζ) Comitia Egræ] *von viel und und mancherley Hiſtorien in viel Landen und Gegenden geſchehen von dem jahr 903. biß auff 1521. jahr*, in anno 1489. *Lehmannus* d. cap. 69. fol. 845. col. 2.

(η) Regis Bohemiæ directorium] *quod in fœdere Schmalkaldico Electori Saxoniæ, in nupera Unione Electori Palatino, delatum a Confœderatis fuerat.*

(ϑ) Primam Unionem] *quam habes in Politiſchen Reichshandeln* part. 8. tit. 1.

(ι) Octiduo ante election.] *qui electus in Cæſarem anno 1438. die 20. Martii, receptus demum in Regem Bohemiæ die 6. Maji, ut poſt Dubravium. Ha-*

quidem Bohemorum Regis, ſed qui a pluribus adhuc ſchiſmaticis & rebellibus nondum A
eſſet receptus, ut propterea non modo nomen Unioni illi dare, ſed ne quidem actui e-
lectionis adeſſe quiverit, licet ex aliorum relatu procuratores ejus interfuiſſe ſupra (α)
autumaverim. Namque Electores, qui univerſos & ſingulos S. Rom. Imperii Principes,
Prælatos, Comites, Barones, & Civitates tam benigne ad eam confœderationem invi-
tabant, ut Fœderis formula (β) indicat, non præſumuntur voluiſſe Coelectorem ſuum
excludere. Confirmanta dein hæc Unio (γ) itidem Francofurti anno MCCCCXLVI. ſub
Friderico III. quum Ladislaus infantulus legitimo Regni ſchiſmatici & ſeditioſi Admini-
ſtratore deſtitutus eſſet, Bohemis cuncta ex libidine agentibus: repetita eadem Geilen-
huſæ (δ) anno MDII. ſub Maximiliano I. quum Vladislaus Polonus Rex Bohemiæ alieni-
gena rebus Imperii non admodum ſtuderet, Polonorum ſuorum, Hungarorum, Bohe- B
morum, quam Germanorum, confidentior: renovata denique & ſanctius jurata Wor-
matiæ in Comitiis (ε) anno MDXXI. ſub Carolo V. Imperatore, ſub quo Ludovicum
470 puerum, Bohemiæ & Hungariæ Regem, non major Imperii cura ſollicitabat, quam pa-
trem Vladislaum. Ex quibus, cur in unionem (ζ) Electoralem Rex Bohemiæ non
acceſſerit, ſatis ſuperque conſtare arbitror.

9. Eſt & particularior quædam Unio quatuor Electorum Rhenenſium, inſtituta
primum Veſaliæ ad Rhenum (η) anno MDXIX. tempore Interregni, & confirmata de-
mum per Regiam Matthiæ Imperatoris legem anno MDCXII. in cujus capitulation. *artic.
5. in fin.* ſancitur: *Geſtalt wir dann auch der Churfürſten gemeine, und ſonderbahre Rhei-
niſche Verein, alſs welche ohne das mit genembaltung und approbation der vorigen Key-* C
*ſer rühmlich auffgericht, ſo wol in dieſem als allen darinn begriffenen Puncten, auch
unſers theils approbirn und confirmirn thun.* Et ab hac quidem Unione Rhenana Saxo
& Brandenburgius adæque excluduntur, ac Bohemus. Rationem aſſignat formula Ve-
ſalienſis §. 3. hiſce verbis: *So haben wir vier Churfürſten bey Rhein, nach dem uns die
andern MitChurfürſten etwas entſeſſen*, &c. id eſt, *Nos quatuor Electores ad Rhenum,
dum cæteri Coelectores nimio terrarum intervallo a nobis ſunt disjuncti* &c. ubi notanda
ſunt emphatica hæc nomina *die andern MitChurfürſten*. Namque articulus, *die*, ὁ, eſt
(ut Græci interpretes (θ) exponunt) deſignativus eorum, qui eadem collectione ſimul
comprehenduntur; quod & Grammatici Græci paſſim inculcant. *Andern, cæteri*, id
eſt reliqui ex eodem numero, interpretatur Papias: (ι) grammaticus vetus, nec indi- D
gnus viſus Doctoribus noſtris, cujus auctoritatem ſequerentur. *MitChurfürſten, Coële-
ctores*, id eſt Collegæ Electorum. *Collegæ* (κ) autem dicuntur qui ſimilem habent po-
teſtatem, *l. collegarum, 173. D. de verb. ſignific.* quorum ſi unus utitur aliqua juriſdi-
ctione, omnes uti eadem poſſunt, *l. ſervitus, 5. D. quemadmod. ſervit. amitt.* Quod
ſi ergo Rex Bohemiæ eſt Elector Imperii, & reliquorum Coelector ſeu Collega, conſe-
471 quitur eadem illum poteſtate (λ) fungi poſſe, qua cæteros conſtat eſſe præditos: nec
eum minus ab Rhenanis Electoribus fuiſſe deſignatum, quam aut Saxonem, aut Bran-
denburgium. Et erat tunc Ludovicus Rex Bohemiæ omnium remotiſſime disjunctus,

 Budæ

um. Hagecium, Boregkium in Chronic. Bohem. *Cuſpinianum in* Cæſaribus; *& Bonfinium* lib. 4. p. 3. *refert Lehmannus* lib. 7. Chronic. Spirenſ. cap. 92. *Theobaldus* de Bell. Huſſit. part. 2. anno 1438.

(α) Supra] *lib. 3. cap. 5. § 3.*

(β) Fœderis formula] *ibi, Daſs alle andere Fürſten geiſtlich und weltlich gantz Teutſchen Landes &c. die wir auch gern in dieſe unſere Einung nehmen wollen.*

(γ) Confirmata Unio] *ut teſtatur formula Wormatienſis, §. 1. Als wir betracht.*

(δ) Geilenhuſæ] *ibidem d. § 1.*

(ε) Wormatiæ in Comitiis] *exſtat integra in* d. *Politiſchen Reichshendeln* part. 8. tit. 3.

(ζ) Cur in Unionem] *quas cauſas Arumæus non habuiſſe cognitas, quum Regi Bohemiæ omnia Electoralis Collegii beneficia, quod in ejus matricula ſive Unione non eſſet conſcriptus, in Senatu ſuo Academico abjudicavit, in* Diſcurſ. ad Aur. Bull. concluſ. 22. *Sed aliter ſub umbra longe videmus; aliter ſub dio.* (*)

(η) Veſaliæ ad Rhenum] *in Politiſchen Reichshendeln* part. 1. tit. 5. cap. 31. fol. 23. & part. 8. tit. 2. fol. 216. E

(θ) Græci interpretes] *qui dicunt articulum hunc in talibus locutionibus non diſtinguere, ſed deſignare ac demonſtrare; Euſtathius Theſſalonicenſ. in* Homer. *Beza in* Annotat. in Joan. cap. 8. v. 44.

(ι) Papias] *in Gloſſis, quem ſequuntur Huguitio in* Vocabular. *Balbus in* Catholic. *& ante eos Iſidorus in* Etymolog.

(κ) Collegæ] *quos nonnulli Doctorum veterum a* collegando *derivant, ut proprie* collegæ *dicantur, in officio collegati, id eſt qui inſimul legantur ad aliquod officium agendum.* F *Iſidorus in* Etymolog. *Huguitio in* vocabul. *Anonymus in* vocabul. jur. *Unde Alexander de Villa nova in* Doctrinal.

Miſſis Collegas ad eundem copulat actum.

(λ) Eadem illum poteſt.] *quia eſt in officio alterorum paris poteſtatis, Iſidorus* ibid. *Anonymus in* d. Vocabul. jur. verb. Collega.

(*) Vide, quæ denuo oppoſuerit Arumæus in libro ſuo *de Comitiis cap. 2. §. 31.*

A Budæ in Hungaria (α) reſidens: ad quem citatione publica (β) eodem anno miſſa, ſic loquitur Archiepiſcopus Moguntinus: *ſampt den andern ewern und unſern MitChurfürſten*, &c. Quibus verbis ſuperiora illa non obſcure explanari videntur.

10. Et anno quidem MDLV. Maximilianus Bohemiæ & Hungariæ Rex, Ferdinandi I. Imperatoris filius primogenitus, nomen ſuum fœderi Landſpergenſi, (γ) pro exſecutione pacis publicæ inſtituto, inter primos dediſſe in confeſſo eſt, & ipſa fœderis formula (δ) manifeſte prodit.

11. Annon Rudolphus II. Imperator, cujus prudentiam ipſi etiam hoſtes prædicabant, in animo habuit ſeſe, Regni Bohemiæ nomine, cum Electoribus conjungere, & eorum fraternæ Confœderationi Regem Bohemiæ addicere. Quid de Matthia Rege B dicemus, qui non modo Unionem illam Electorum ambivit, ſed & cum univerſis Unitis Imperii Ordinibus ſociari moliebatur? Adeo res Bohemorum, vel ipſorum Cæſarum teſtimonio ac judicio, ab iſtis Electorum ac Principum Imperii Unionibus & Confœderationibus non putantur eſſe prorſus alienæ & externatæ, ut ipſimet Cæſares in eas Regni nomine cooptari deſiderarint.

(α) Budæ in Hungar.] *vide Protocollum electionis Caroli V. Imp. in d. Reichshandeln* part. 1. fol. 26. & ſeq.

(β) Citatione public.] *in d. Protocoll. fol. 14.*

(γ) Landſpergenſi] *de quo Sleidanus, Surius, Thuanus, alii commentantur.*

(δ) Fœderis formula] *apud VVaremundum de Erenberg in* Meditament. de Fœder. lib. 2. *& Hortleder. in* Collectan. *Vom Teutſchen Schmalkaldiſchen Krieg &c.*

C CAPUT VIII. 472

Quondam Regnum Bohemiæ cum Brandenburgia & Saxonia circulum Imperii conſtituebat. Nullus ſtatus invitus & reluctans in Circulos Imperii fuit collectus. Bohemia eundem ſtatum in Imperio obtinet, quem Boruſſia, Livonia, Helvetia, quæ nulli Circulo ſunt addictæ. E contra Principes quidam Circulis ſunt inſerti, qui tamen nullum jus in Comitiis aut Principum habent fœderibus, &c. Princeps per vim depoſſeſſionatus, a Cæſare tamen inveſtitus, jus ſuum in actibus Imperii illibatum retinet. Regnum Bohemiæ quatenus hodie Circulum in Imperio facere cenſeatur. Quid cum Hungaria nuper actum. Correſpondentium & Unitorum Ordinum diſſociatio. Germaniæ præſens calamitas.

D Dicunt præterea, Regem Bohemiæ cum Collegiali Archiprincipum Electorum conventu nihil commune habere, quod Circulo alicui (α) [*] adſcriptus non ſit, nec pacis publicæ in Imperio cuſtodiendæ cum reliquis Electoribus & Ordinibus cuſtodiam gerat. Sed de pace publica jam diximus, Maximilianum II. Bohemiæ Regem fuiſſe caput fœderis Landſpergenſis, quod Ordines Imperii pro exſecutione pacis publicæ anno MDLV. utiliter inſtituerant. De Circulo jam diſpiciamus.

2. Anno MCCCLXXXVII. in Comitiis Mergetheimi (β) in Franconia celebratis, Imperium Germanicum omnium primo cœptum eſt in Circulos partiri. [**] Interfuit Cæſar ipſe Wenceslaus, & partitionem illam non modo tanquam Rex Bohemiæ & Elector Imperii voto ſuo promovit, verum etiam ut Electus Romanorum Imperator publico edicto

E (α) Circulo alicui] *Hartman. Maurus in* tract. de Coronat. Caroli V. Imp. *Freherus in* Not. ad Pet. de Andlavv lib. 2. *Dan. Otto in* Diſſert. de Jur. public. cap. 10. *Viſcherus in* Diſcurſ. de elect. Regis & Imp. Roman. concluſ. 10. num. 44. q. 1. in pr. *Grieshem* de S. Rom. German. Imper. diſſert. 1. concluſ. 56. *Bertramus in* Diſſert. de Comit. Imper. memb. 3. concluſ. 31.

(β) Mergetheimi] *Lehmannus* lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 68.

F (*) Vide de hoc argumento diſputantem Celeb. Ludvvigium *in diſſertatione de Jure ſuffragii Reg. Bohemiæ in comitiis recuperati cap. 3. §. 2. in not.*

(**) Hæc ſententia tantum Goldaſto noſtro placuit, ut ejus mentionem jam *lib. I. cap. 2. §. 5. & lib. II cap. 16. §. 2. & lib. IV. cap. 1. §. 3.* faciat; verum, quin in eo erraverit, neminem in dubium vocare poſſe mihi certiſſime perſuadeo, ſi ipſa verba Actorum hujus conventus Mergetheimenſis probe excutere, ſcopumque horum comitiorum recte perpendere velit: Non enim in his agebatur de diviſione Germanici Imperii in quatuor circulos, ſed tantum in quatuor claſſes, ut eo melius quælibet pars pacem publicam in ſuo territorio heic loci ſancitam tueri poſſet. vid. Dat. *de Pace Publica lib. I. c. 27. §. 16. & ſeqq.* Arumæum *de Comitiis cap. 2. §. 42.* Limnæum *lib. I. Juris Publ c. 6. §. 22.* & Celeb. Weberum *in Diſſertat. de turbat. Imperii circulis cap. I. §. 6.*

edicto ſancivit. Exſtant adhuc integra eorundem Comitiorum Decreta, (α) in quibus A
Principes primum & Comites in quatuor claſſes: dein ſeorſim civitates itidem in quatuor
claſſes, diſtribuuntur. Quæ quadripertita Imperii diviſio videtur ad imitationem vete-
ris illius quadripertiti Imperii Corporis fuiſſe facta. Et primus quidem Circulus com-
plectitur Regnum Bohemiæ cum ſuis incorporatis provinciis, cum Principibus, Comi-
473 tibus, Baronibus, &c. necnon Marchiam Brandenburgicam, & Duces Saxoniæ &
Se.... [β] Verba originalia [γ] hæc ſunt: Item, *ſo ſeynd daſs die theil und ordnung der Für-
ſten und Herrn parthey, als ſie ſich in vier parthey getheilt haben. Das erſt theil, das
Kœnigreich zu Bœheim mit allen Furſten, Graven, Herren, Landt und Leuthen zur
Cron gehœrig: Die Marck zu Brandenburg, die Hertzogen zu Sachſen und Se.... Item
die ander parthey, der Ertzbiſchoff zu Mayntz und zu Cœlln, Hertzog Ruprecht der* B
*ælter, Hertzog Ruprecht der jünger, der Landgraff zu Heſſen, Marggraff Rudolff von
Baden. Die dritte parthey, Hertzog Albrecht von Oeſterreich, Hertzog Stephan, Her-
tzog Friederich und Johannes, gebrüdere, Hertzogen in Bayern, der Ertzbiſchoff van
Saltzburg, der Biſchoff von Straſsburg, von Augſpurg, Ludwig und Friederich Graven
zu Oettingen. Die vierte parthey, der Biſchoff von Bamberg und von Würtzburg, Walt-
hauſſen, Wilhelm ihr Vetter Marggraffen zu Meyſſen, Landgraffen zu Düringen, Hertzog
Ruprecht der jüngſte, und Friederich Burggraff zu Nürnberg.* Viden' publicum Impe-
rii teſtimonium, quo probamus, Regnum Bohemiæ fuiſſe alicui Circulo Imperii addi-
ctum?

3. Anno MCCCLXXXIX. idem Wenceslaus Cæſar & Rex Bohemiæ confœderatos Or- C
dines Egram convocavit, ubi Civitates Imperiales, quæ interim privatas inter ſe ligas,
ut vocant, inierant, unanimi omnium Principum conſenſu coegit, ligis illis privatis re-
nuntiare, & huic publicæ Imperii ordinationi acquieſcere. Rem ita narrat Auctor Chro-
nicæ [δ] parvæ Auguſtanæ: *Da machte Künig Wentzel von Behaimb, und Rœmiſcher
Kœnig, ein Bundt mit Herren und Stætten zu Eger, oder ein Landfried: und die Stætt
muſten alle Bundt laſſen. Das wolten viel Stætte nicht thun, ſie wolten es vor heim brin-
gen: dann die von Regenſpurg, und die von Nürnberg die ſchwuren da, unnd der Künig*
(nempe tanquam Rex Bohemiæ) *und alle Herrn ſchwuren da zu Eger. Alſo ward je-
de Statt verricht mit den andern ihren Nachbawern, und ſchvvuren da den Landfried,* &c.

4. Verum enim vero quum Wenceslaus ab eo tempore hominibus perditis addi- D
ctus, nihil aliud ſtuderet, [ε] niſi ut lutulentus ſus (ut Didii verbo utar) cum quovis
aſoto, lurcone, heluone, bibone dies noctesque volutaretur, ventremque gulæ proxi-
maret, tam curam & ſollicitudinem Imperii, quam directionem hujus ſaluberrimæ uni-
494 onis ſeu ordinationis paciferæ paulatim depoſuit, adeo ut Ordines Imperii ab eo neglecti
& deſerti, ipſum etiam deſerere, rebus ſuis conſulere, & alium eligere coacti fuerint.
Subſecutum dein ſchiſma Huſſiticum, Bohemorum poſt obitum Wenceslai rebellio, Re-
gum hereditariorum rejectiones, alienigenarum factioſæ electiones, irruptiones hoſtiles
in terras Imperii, & id genus alia turbulenta facinora, quibus animi invicem irritati in
alia omnia, quam in communem Reipublicæ ſalutem, diſtrahebantur. Quod toties,
oblata occaſione, inculco, ut tandem aliquando cauſſa cognoſcatur, propter quam Bo- E
hemi ab Imperio facti fuerint alieniores. Qua remota, & legitima ſucceſſione juſtis he-
redibus reſtituta, quid moratur, quo minus ad ſanctiſſimam illam majorum noſtrorum
conſuetudinem conjunctionemque redeamus?

 5. Nam-

(α) Integra Decreta] *in Archivo Civitatum Imperialium Spirenſi.*

(β) Duces Saxoniæ & Se....] *die Hertzogen zu Sachſen und Se.... Locus eſt, ut patet, imperfectus & truncatus. Forte legendum, Schleſsvvick: vel certe, See, id eſt an der See, hoc eſt Duces Maritimi & Venedici, ut ſunt Pomerani, Megalopolenſes, Sleſvvigii, &c.* (*)

(γ) Verba origin.] *qua profert idem Lehman.* d. cap. 68.

(δ) Auctor Chronicæ] *cujus titulum* cap. præced. *§. 7. adſcripſimus. Nonnulli ejus auctorem faciunt Conradum Peutingerum JC. Adde Lehmannum* lib. 7. Chronic. Spirenſ. cap. 69. fol. 845. colum. 2. ex Actis publicis.

(ε) Nihil aliud ſtuderet] *qua de re omnes omnium nationum ſcriptores graviſſime conqueruntur, nec minus Acta Imperii publica atteſtantur.*

(*) Corrupta eſſe verba illa *Sachſen und Se....* certiſſimum eſt, ſed qua ratione ſint reſtituenda, non unum omnes ſentiunt. Dattius *de Pace Publica lib. I. c. 27.* poſteriorem Goldaſti conjecturam pro- F
bat nempe legendum eſſe *die Hertzoge zu S und an der See*, i. e. Stetinenſes &c. ſic in Comitiis Norimbergenſibus anno 1431. Principes Stetinenſes & vicini vocantur *Fürſten an der See.* Verum hæc emendatio minus neceſſaria eſſe videtur, ſi cum Clar. Wenckero in *Apparatu Archivorum p. 243.* qui ex MS. Argentoratenſi ea, quæ in editione horum Actorum Lehmanniana deſiderabantur, ſupplevit, legamus; *zu Sachſen und Luneburg.*

A 5. Namque ex illa animorum exulceratorum diſtributione, nata eſt iſta nova creatura, priſcis Bohemis incognita, quam omnimodam exemptionem indigetant. Hinc Rex Georgius a factioſis electus, caveri ſibi a Friderico III. Imperatore voluit, ne Bohemia in partitionem Imperii traheretur, aut ulli Capitaneo Circulari ſubjiceretur, ſed liberæ & abſolutæ Regis diſpoſitioni relinqueretur. Verba Conſtitutionis Cæſareæ [α] hæc ſunt: *Item, dum per Romanorum Regem aut Cæſarem Capitaneus vel Capitanei per Sacrum Imperium conſtituuntur, extunc idem Capitaneus ſive Capitanei de ſubditis Regis Bohemiæ, ipſis præcipiendo aut mandando contra libertates Regni Bohemiæ, ſe nullatenus intromittere debebit vel debebunt: quin immo potius præfato Regi Bohemiæ, apud ſuos ſubditos præcipiendi autoritas ſalva permanebit, prout hactenus fieri conſuetum eſt &*
B *obſervari.*

6. Quamobrem Bohemi inviti & reluctantes in partitionem Circulorum Imperii, quorum anno MD. in Comitiis Auguſtanis, ſex; anno MDXII. in Trevirenſibus, decem, a Maximiliano I. Imperatore inſtituti ſunt, per vim trahi nec potuerunt nec debuerunt. Nemini enim debet invito beneficium obtrudi: quale hoc eſt mutuæ protectionis & *ἀμοιβαίου βοηθείας*. Unde nec Boruſſia, (β) nec Livonia, (γ) nec Helvetia, (δ) alicui Circulo

(α) Conſtitutionis Cæſar.] *apud Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. num. 21.

475 (β) Boruſſia] *ſub qua comprehenduntur Magnus Magiſter Boruſſiæ; Epiſcopi, Varmienſis, Pomezanien-*
C *ſis, Sambienſis, Culmenſis, Premislavienſis, &c. Civitates, Dantiſcum, Elbinga, Thorunum, &c. De Magiſtro Boruſſiæ, qui dictos Epiſcopos, excepto Varmienſi, eximebat, eſt articulus inſertus* Receſſui Auguſtano 1500. *in quo altera poſt VVencelavianam Imperii partitio in ſex circulos facta fuit,* fol. 59. ſub rubr. *Vom Hochmeiſter aus Preuſſen; ob, Den Hochmeiſter bey dem H. Reich unbetrangt bleiben zu laſſen. Eſt & alius articulus in* Receſſu Colonienſi 1512. *in quo tertia Imperii partitio in de-*
D *cem Circulos ordinata fuit, §. 26. Den Hochmeiſter, ubi legitur: Ob der Hohmeiſter ſich, als ein glied zum Reich thun vvælle oder nicht. Quod factum anno 1524. Norimbergæ in Comitiis, in quibus Magnus Magiſter Boruſſiæ a Carolo V. Imp. in Senatum Principum Imperii introductus, primum inter Archiepiſcopos locum obtinuit, ut teſtatur Receſſus ille Norimbergenſis in ſubſcriptionibus. Et eum locum hodieque retinet, licet Boruſſia non potiatur. Hanc enim vim habet inveſtitura Cæſarea,*
E *ut robur tribuat quaſi poſſeſſionis inveſtito ad omnes actus in Imperio peragendos, quibus tum ipſi, tum Imperio jus ſuum ſalvum impræſcriptibileque conſervetur. Atque adeo hinc eſſe puto, quod nonnulli Principes, licet (ut Practicorum verbo utar) depoſſeſſionati, tamen noſtra adhuc memoria in Comitiis Imperii ſeſſionem ac ſuffragium habuerint, ut ſunt, exempli gratia, Epiſcopus Genevenſis, Lauſannenſis, & Curienſis, a Bernenſibus & Rhætis ejecti. Ita Archiepiſcopus Trevirenſis dignitatem ſu-*
F *am in Imperio obtinet, tametſi in Gallia & Regno Arelatenſi Archicancellariatus ejus parum comiter obſervetur. Ita pronuper Sacratiſſimus & Invictiſſimus noſter Imperator, ad Collegium Electorale fuit, ceu Rex Bohemiæ, acciuit, non attenta Bohemorum violenta rejectione: Arumæus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 6. concluſ. 27. *Rumelinus* ad Aur. Bull. part. 2. diſſert. 6. th. 20. *Contra ea nonnulli poſſeſſores in Circulis quidem Imperii deſcribuntur, nullum tamen locum in Comitiis quæſiverunt, ut*
G *eſt in Circulo Rhenano Hertzog von der Moot, Dux Moſanus, qui nunc ſe vocat Ducem Bulloniæ, ad quem Ducatum ſpectat Principatus Sedanenſis, & Jametianus Imperio quondam feudatarii. Habeo nonnullas Fiſcalium Cæſareorum relationes deputatis Moderatoribus exhibitas, in quibus negant ſe ſcire, ubi ſitus ſit ille Ducatus von der Maas, niſi ſit Maſovia in Polonia. Quorum conjectura adeo placuit Domino Geitzkoflero, ut Regem Poloniæ, ejus Ducatus nomine, pro ſubſidio Turcico compellaverit. Sed poſtea a me monitus & edoctus errorem ſuum prudenter agnovit. Talis etiam eſt Princeps Cabillonenſis, Printz von Schalon, in eodem Circulo deſcriptus; quem iidem Fiſcales Cæſarei negant ſcire quis aut ubi ſit. Eſt autem in Burgundia, dictus quidem a Cabillone, civitate Burgundiæ Epiſcopali, ſed ſedem ſuam fixerat Nozarets, habetque ſub ſe Burggraviatum Biſantinum, & conjunctus cum Principatu Uraniæ, qui in Regno Arelatenſi poſitus, & ipſe quondam erat Imperio beneficiarius, nunc ſub Uraniæ appellatione comprehenditur, cum olim e contrario Principatus Uraniæ ſub Cabillonenſi nomine latitaret in* Matriculis *&* Circulorum Imperii deſcriptionibus. *Talis item eſt Marchio Rætelanus in Gallia Belgica, Marggraff von Rœteln, eidem Circulo Rhenano inſertus, ad quem ſpectaſſe dicitur Principatus Archenſis in Campania Gallica, Ducis Niverniæ peculium, qui cum Marchione Badenſi de titulo & dominio Rætelano jam diu litigat. Talis denique eſt Comes Novocaſtellanus ſeu Neoburgius in Burgundia Helvetica, VVelſchen Nevvenburg, quem Dux Longovillanus ab Archiduce Burgundiæ in feudum poſſidet, ſub eodem Circulo Rhenano complexus. Sed* 476 *quorſum me produxit Regis Bohemiæ cauſſa, dum juſtitiam ejus propugnatum eo? Veniamus ad id, unde digreſſi ſumus.*

(γ) Livonia] *videatur David Chytræus in* Chronic. Saxon. & vicin. gent. *& Thuanus in* Hiſtor. ſui tempor.

(δ) Helvetia] *cum Helvetiis actum & tractatum fuit non ſemel in Comitiis Imperialibus, ut ſeſe cum cæteris Imperii Statibus componerent & conformarent, ut Lindaviæ ad lacum Podamicum anno 1496. Friburgi Briſgaviæ anno 1498. Conſtantiæ ad lacum eundem anno 1507. ſed fruſtra & incaſſum. Unde bellum eis a Maximiliano I. Imp. illatum eos fecit ſuperiores, & inde contumaciores ferocioresque. Videantur Pirckhaimerus, Stumpfius, Simlerus, Suicerus, Joannes Gulerus Eques Rhætus, Fortunatus Sprecherus JC. Hodie dicunt ſe Imperium agnoſcere, ſed tantum in favorabilibus, hoc eſt privilegiatis, quæ ſibi etiamnum ab Imperatoribus electis curant confirmari.*

Circulo addictæ fuêre, quod earum Principes, Domini ac Civitates refragarentur. Ta- A
men Rex Bohemiæ non magis Statum ſuum in Imperio exinde amiſit, quam aut Magnus Magiſter Boruſſiæ, & Epiſcopus Varmienſis, aut Magiſter Livoniæ, Archiepiſcopus Rigenſis, Epiſcopi Churlandiæ, Oſelienſis, Revalienſis & Tarpatinus, qui patrum memoria, antequam a Polonis avellerentur, jus ſeſſuræ ac ſuffragii in Comitiis habere, veluti Receſſuum indicant ſubſcriptiones.

7. Et licet ad Conventus Circulorum (α) Rex Bohemiæ non vocetur, eo tamen ipſo proprium Circulum (β) conſtituere putatur, quod, quotienſcumque milites, vel pecunia aliis Ordinibus imperantur, ipſe quadringentos equites, & ſexcentum pedes mittere teneatur, ut *lib. 2.* a nobis dicendum eſt.

8. Non enim neceſſum eſt, ut alios Ordines immediatos ſub ſe habeat, queis cum B
juſtum Circulum conſtituat, quum & Circulus Auſtriacus, necnon Burgundicus, neminem ſub ſe complectatur, qui non ſit Archiduci Auſtriæ, vel magno Duci Burgundiæ ſubditus, qui uni & ſoli in Circulis ſuis dominantur, ut noviſſimæ Imperii Matriculæ (γ) docent.

9. Hinc Gabrieli Bethleno (δ) Tranſylvaniæ Principi, quum in Regem Hungariæ a factioſis electus flagitaret, locum ſibi Hungariæ nomine, in Collegio Electorali concedi, Uniti & Correſpondentes Imperii Ordines denegarunt, petentes, ut conjuncta cum Imperio Hungaria (ε) in Circuli proprii conceſſa præeminentia dignaretur acquieſcere, eodemque jure cum Bohemia gaudens, duodecimum S. Imperii Germanici Circulum conſtitueret. C

10. Verum Correſpondentium (ζ) male reſpondens fiducia, Unitorum diſſoluta (η) virtus, clades Bohemorum Pragana, & manus Dei contra omnes undiquè rebelles pugnans, conſilia illa Bohemica & Hungarica in ventum diſſipavit, & quod Imperium antea erat ſub Auſtriaco regimine floridum, auguſtum & beatum, id nunc ad eam calamitoſam miſeriam eſt redactum, ut depopulatæ villæ, (ϑ) deſerti agri, devaſtati campi

(α) Ad Conventus Circulorum] *contra Archidux Burgundiæ vocari quidem ſolet ad generales Circulorum Conventus, ſed non comparere, ut liquet ex* Receſſ. Erfordian. 1567.

(β) Proprium Circulum] *ut haud obſcure innuere videtur Paurmeiſter* lib. 2. de Juriſdict. Imper. cap. 2. num. 126. *Et Beſoldus in* Diſcurſ. polit 4. de Stat. Reipub. ſub alterno, cap 7. num. 10. *ubi ait;* Bohemiæ Regnum, quamvis non in Circulis illis, in quos Imperium digeſtum atque partitum eſt, comprehenditur, Romani tamen Imperii cenſetur eſſe provincia.

(γ) Matriculæ] *quarum unam de anno 1595. profert Paul. Matth. VVehnerus in* Pract. obſervation. verb. *Matricul.*

(δ) Bethleno] *Auctor* Cancellariæ arcanæ Anhaldinæ, *&c. Theoneſtus Cogmandolus in* Secret. ſecretor. Calvino-Turcic. ſecretis, eorundemque apocalypſi, conſiderat. 25. *Juſtinus Juſtus Juſtinopolitaaſn* Myſter. iniquitat. ejuſque vera apoca-
477 lypſi, conſiderat. 25.

(ε) Imperio Hungaria] *teſtantur Hiſtorici, Ottonem I. Imperatorem a Johanne Papa in conſecratione & coronatione titulum accepiſſe Imperatoris Romanorum, Theutonum & Pannonum, des Keyſersthumbs, des Teutſchenlands und Ungern, ut ſcribit Rud. Gualtherus* de Antichriſt ſerm 2. fol. 29. in fin. *Unde Imperio re unita juſte inter Circulos ejus potuit commembrari.*

(ζ) Correſpondentium] *quorum origo cœpit, Ratiſpona in Comitiis anno 1613. ubi tum ſequentes verſus circumferebantur;*

Romulidum ingentes auſus & grandia verba
Dic mihi, quæ ſolo poteris diſplodere flatu?
Hæc tria, Cor *primum, medio* Res, *poneque* Dentes

(η) Unitorum diſſoluta] *unde quidam vir magnus, & idem uniti cujuſdam Principis Conſiliarius, Unionem vocare ſolebat ſcopas diſſolutas. Et Regis cujuſdam Legatus, homo prudens, plurimarumque rerum experientia doctus, Heilbronna anno 1610. ad me reſcripſit;* Magni moliminis eſt tot capita ſub unum pileum compingere. Vereor ut D
eventus reſpondeat multorum expectationi, *Suggeſſeram tum eidem Legato iſthoc Philippi Cominæi non minus ſapiens, quam elegans monitum e lib. 2. Hiſtor. depromptum;* Qui ſolus eſt in poteſtate, & habet decem millia hominum, magis eſt metuendus, quam decem Fœderati, qui ſingulis ſenis millibus præſunt. Nam quia nullius hic eſt præcipua authoritas, multa quotidie in diſceptationem incidunt. & antequam aliquid conſtituatur, prætereunt fere occaſiones. Et quoties illi, qui fœ- E
dere conjuncti ſunt, ſeceſſionem faciunt, & ſe diſſipari patiuntur, dubium non eſt, quin paulatim omnes cladem aliquam accipiant. *Vates es, Cominæe, & noſtra tempora tetigiſti.*

(ϑ) Depopulatæ villæ] *quis poteſt ſine lachrymis & gemitu præſentem Germaniæ ſtatum contemplari? Et tamen fuerunt tempora, quum longe eſſet deterior Germaniæ facies. Anno 1488. in ſolo Principatu VVürtembergico mille ducenti & amplius vici rurales memorantur fuiſſe a Civitatum* F
Imperialium exercitu exuſti, adeo ut intra decem aut duodecim milliaria nullus vicus, nulla caſa, nullus homo mortalis reperiretur, qui rura coleret, ut teſtatur Cruſius in Annal. Suevor. *& Hertzogius in* Chron. Alſat. lib. 8. *Similia plura ob oculos ponit Lipſius in* libris de Conſtantia, *ad hanc præſentem calamitatem leniendam proprie inſtitutis, & Alexius Ugonius in* lib. de Italiæ & Græciæ calamitatibus. *Quicumque vere Chriſtianus es, audi recte monentes, & obaudi præterea virum non imparis* G
auctoritatis, judicii, experientiæ, ita prædicantem: Horum exemplorum cogitatione excitemus animos, & recordemur, quam fœde trucidati ſint homines,

A campi vix ac ne vix quidem inveniant, a quibus colantur, quo ſuperſtitum mortalium generi neceſſaria ferant alimenta.

11. Hucuſque diſſeruimus de regalibus Regis Bohemiæ juribus, tam corporalibus, quam incorporalibus, & horundem obligationibus erga S. Cæſaream Majeſtatem & S. Rom. Imperium: nunc reſtat, ut de judicialibus ejuſdem & regnicolarum ejus conditionibus, tam activis, quam paſſivis, ſimiliter diſquiramus, ne cauſſa carere ſuo effectu, (α) aut ſanctiſſimum Cæſaris officium in his, quæ ad finem dictorum jurium, [β] & ad ea, quæ juſtitiæ propria ſunt, pertinent, deficere cenſeatur.

478 homines, necati infantes & ſenes, mulieres contumelia affectæ & occiſæ: quoties etiam fame perie-
B rit multitudo; quoties in obſidionibus decimatæ ſint legiones in cibum, cum exercitus humanis carnibus veſceretur. Tanta autem cæcitas eſt, ut hæc putentur caſu accidere: ſicut hic inquit Chriſtus; Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Et Jeremias increpat eos, qui negant Dei conſilio accidere pœnas, Threnor. 3. Quis eſt qui dicit, hæc fieri Domino non jubente? Et Sophoniæ 2. Viſitabo defixos in fecibus ſuis, qui dicunt, nec bene, nec male faciet Dominus. Hanc cæcitatem agnoſcamus, & corrigamus, & cogitemus nobis etiam impendere pœnas, & quidem judicium a Domo DEI incipit. *Hæc Melanchthon in* Annotat. In Evangel. Dominical. & feſtal. Dominic. 10. poſt Trinit. Evangel. Lucæ 19.

(α) Cauſſa car effectu] *Accurſius, Angelus Aretinus, Mynſingerus, & alii ad* princ. Inſtit. de action.

(β) Ad finem dict. jur.] *quia actionibus judiciariis, ſive accuſationibus continetur quaſi exſecutio quædam omnium ſuperiorum jurium: Rittershuſius in* Comment. ad d. tit. de action.

C

CAPUT IX.

***Rex Bohemiæ eſt Judicio parium Curiæ ſubjectus. Ab Imperatore poteſt judicari, damnari & proſcribi in criminibus læſæ Majeſtatis, hæreſeos, perduellionis, pacifragij, proditionis, rebellionis, parricidij, expulſæ conjugis, & ſimilibus, in quibus proceditur ex officio. Id variis omnium ætatum exemplis probatur. Imperator ſolus habet in Reges ac Principes vitæ neciſqe poteſtatem: ſolusque facultatem mitigandi, mutandi, remittendi pœnam ordinariam. An cauſſæ matrimoniales in Conſiſtorio Cæſareo tractari poſſint. Bannum Imperiale etiam in filios & nepotes proſcripti Regis extenditur. Agnatus proximus Cæſari fidus in Regno ſuccedit. aliquando etiam filius, ſi fidem ſervaverit. Proſcriptus a Cæſare omnia bona & jura amittit. Perduellionis pœna. Reges & Principes
D ubi a Cæſare judicandi.***

479 DIximus Regem Bohemiæ eſſe Coëlectorem ſive Collegam Archiprincipum Electorum: ex quo conſequitur eundem eſſe parem Curiæ eorundem Electorum, ad quos ipſo jure ſpectat controverſias ſuper Regno Bohemiæ & Archipincernatu exortas cognoſcere, diſceptare, componere, & decernere. *Electores*, inquit Gewoldus (α) de Regno Bohemiæ loquens, *in ejuſmodi caſu Electoralis feudi, tamquam Pares Curiæ, intereſſe & adhiberi ſolebant.* Adducit dein ſententiæ ſuæ firmandæ, decretum Sigiſmundi [β] Imp. in Comitiis Ulmanis anno MCCCCXXXIV. factum, & Patribus Concilii Baſileenſis pro avocanda cauſſa Ducatum Saxoniæ & Archimareſcallatum concernente inſinuatum, in quo decernitur in hunc modum: *Cum ita-
E que Principatus, officium ac jus ſupradicta a nobis ac Imperio noſtro in feudum immediate deſcendant, ac ſecundum juris communis depoſitionem, nec non uſum, morem, ſtylum & conſuetudinem S. Romani Imperii, feudalis contentio per dominum feudi ac Pares Curiæ terminanda ſit, liquet hanc quæſtionem, ſi qua prætendi poterit, ad noſtram & Illuſtrium Archiprincipum noſtrorum S. Rom. Imperij Electorum pertinere notionem.* Quod decretum Archiprincipes Electores Pragæ anno MDCX. in controverſia inter Rudolphum Regem & Matthiam fratrem; & iterum Mülhuſii anno MDCXX. in cauſa inter Ferdinandum II. & Ordines Regni oborta, repetitis decretis declararunt & confirmarunt, ut ſupra indicavimus.

2. Nec in feudalibus tantum quæſtionibus Rex Bohemiæ parium Curiæ judicio ſub-
F jiciebatur; ſed in aliis quoque cauſis tam civilibus, quam Criminalibus, ſive ageret ipſe, ſeu

(α) Gevvoldus] *in Comment. de S. Rom. Imper. Septemvirat* cap. 9. n. 4. verſ. Bohemiæ Regem, *quocum facere videtur Anton. Colerus in* Diſſert. de Jure Imper. German. ſect. 24.

(β) Decretum Sigiſmundi] *in Actis Concil. Conſtant.* tom. 4. Concilior. general. *& apud Freherum in* tract. *von Furſtenrecht* fol. 4. & fol. 24. *& Conſtit. Imperial.* tom. 3. anno 1434. fol. 440.

ſeu ab aliis conveniretur, juriſdictionem Cæſaris tenebatur ſequi, & ejus ſententiis ac- A
quieſcere. Namque ſive Imperator ex officio procederet contra Regem Bohemiæ, quod
facere poteſt in criminibus læſæ Majeſtatis, hæreſeos, pacifragii, rebellionis, proditio-
nis, parricidii, & ſimilibus, in quibus quæritur de injuriis ad univerſam Rempublicam
pertinentibus, (α) ſive imploratus ab ipſo Rege, querente ſuper ſpolio aut turbata
poſſeſſione, ſive ab aliis eum in jus trahentibus apud Imperatorem: nemo unquam du-
bitavit, quin Cæſar legitimus ejus judex [β] foret, & ipſe Rex judicium Cæſaris pati
cogeretur etiam invitus, quod infinita obfirmant judicia, (γ) quæ Imperatores in Re-
ges Bohemiæ exercuerunt, (δ) eos citando, contumaces declarando, & condem-
nando.

3. Et ex officio quidem proceſſit Ludovicus II. Rex, Ludovici I. Imperatoris filius B
contra Ratislaum Moraviæ Regem, quem læſæ Majeſtatis & perduellis reum peractum
& contumacem proſcripſit, bello perſecutus cepit, judicio Procerum ſtitit. Factum
id anno Chriſti nati DCCCLXX. ut ſcribit Walafridus Strabo, (ε) cujus hæc ſunt verba:
*Rex Hludowicus circa Kal. Novembr. in Bajoariam profectus eſt, ibique cum ſuis collo-
quium habens, Raſticen gravi catena ligatum ſibi præſentari juſſit, cumque Francorum
judicio, & Bajoariorum, nec non & Sclavorum, qui de diverſis Provinciis Regi mune-
ra deferentes aderant, morte damnatum, luminibus tantum oculorum privari præcepit.*
Cui Aventinus (ζ) concinit, ita ſcribens: *Ibi in Concilio Francorum celebri, Bojorum,
Sclavorum, perfidiæ, læſæ Majeſtatis fit reus, juxta Legis ſalicæ decreta ſupplicio capita-
li condemnatur. Verum Ludovicus Rex pœnam levat, vitam condonat. Nam oculi* C
Ratislao eruti, poſtea cæcus monaſterio incluſus.

4. Carolomannus II. Rex ſuperioris Ludovici II. primogenitus, Zuentiboldum
Moraviæ Regem, qui & Suatebogius appellatur, ejuſdem criminis ſuſpectum in cuſto-
diam miſit, anno MCCCLXXI. Quo de idem Strabo: (η) *Zuentibald., nepos Raſtizi,
apud Karlmannum infidelitatis crimine inſimulatus, in cuſtodiam miſſus eſt. Sclavi autem
Marahenſes Ducem ſuum periiſſe putantes,* &c. Mox tamen ſubjicit: *Interea Zuentibald,
cum nullus crimina, quæ ei objecta fuerant, probare potuiſſet, a Karolomanno dimiſſus,
& muneribus Regiis honoratus, in Regnum ſuum rediit, ducens ſecum Karlmanni exer-
citum* &c. Et Aventinus eum ſecutus: *Suatebogus nepos Ratislai Moravorum Regu-
lus, rerum novarum, perduellioniſque incuſatur. Carolomannus eundem in vincula conji-* D
cit. Sclavi Moravi rati Principem ſuum jam pœnas dediſſe &c. Et pauculis interjectis:
*Inter hæc Suatebogus, quod crimina, quorum poſtulabatur, nemo legitime arguere po-
terat, a Carolomanno poſtliminii jure libertati & poteſtati reſtituitur: atque ut eidem
ſatisfieret, muneribus Regiis locupletatus in Moraviam ab exercitu Carolomanni reduci-
tur,* &c.

5. Arnulphus Imperator, Carolomanni filius, Suatoplucum Moraviæ & Bohemiæ
Regem, ejuſdem criminis reum in publico Principum Conſilio proſcripſit, Regnoque
privavit, anno DCCCXCII. Aventinus (θ) de eo ſcribit: *Menſe Majo celebrem Regni con-
ventum apud Hengſtoveld agit, quo cum Suatebogus venire contemneret, hoſtis Reipubli-
cæ judicatur.*

6. Otto I. Imperator Boleslaum I. Bohemiæ Ducem, Spitignei filium ſecundogeni- E
tum, parricidii convictum (ι) in germano ſuo Wenceslao Duce perpetrati, in judicium

 vocavit,

480 (α) Injuriis ad univerſam Remp. pert.] *Briſſonius* lib. 2. Antiquit. cap. 1. *Hotomanus in* Partition. jur. civil. circa fin. *Duarenus* lib. 1. Diſputation. jur. Civil. cap. 37.

(β) Cæſar legitimus jud.] *quia Imperator habet contra omnes cujuſcunque ſtatus perſonas fundatam intentionem*; *Gail.* lib. 1. de pac. publ. cap. 6. n. 14. *Caſtaldus* de Imperat. q. 52. n. 4. in fin. *Cacheranus* Conſil. 13. n. 1.

(γ) Judicia] *quorum bonam partem* lib. 2. *retulimus*, cap. 2. & ſeqq.

(δ) Quæ Imperatores in Reges Bohem. exerc.] *ita ſentiunt Buxdorffius in* Diſſert. ad Aur. Bull. cap. 8. concluſ. 88. lit. c. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. concluſ. 24. lit. e. verſ. Reges Bohem. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imper. Rom. concluſ. 10. n. 44. q. 1. rat. 9. *Dan. Otto in* Diſſert. de jur. publ. cap. 10. fol. 256. *Arumæus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 4. concluſ. ult. *Bertramus in* diſſert. de Comitiis imper. memb. 3 concluſ. 31. *Auctor* Reſponſi in cauſa *Heſſen* contra *WWaldeck, die* exemption *betreffend. Rumelinus* ad Aur. Bull. diſſert. 8. th. 6.

(ε) Strabo] *in Continuat. Annal. Francor. Fuldenſ. anno 870.* 481

(ζ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 326.* E

(η) *Strabo & Aventinus* dictis locis.

(θ) *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 4. fol. 363.

(ι) Parricidii convictum] *WWitikindus Corbeienſ.* lib. 2. de Geſt. Saxon. circa princ. *Sigebertus Gemblacenſ. in* Chronolog. anno 938. *Laurentius Caſſinenſ. in* Vita S. Wenceslai Martyr. *Andreas Presbyter Ratisbonenſ. in* Chron. Bavar in Othone I. Imp. *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 15. *WWerner. Rolevvinck in* Faſcicul. tempor. anno 943. *Joan. Bapt.*

A vocavit, ut de impacto ſibi crimine reſponderet: contumacem proſcripſit, vita & Du-
catu abjudicavit. Ditmarus (α) Epiſcopus Merſeburgenſis: *Hujus Imperatoris proſpe-
ra multa, magna turbabant adverſa. Nam Bohemorum Ducem Venceslaum Bolislaus ne-
fandus fratrem Domino ac Regi perimens fidelem, reſtitit multo tempore audacter: &
poſtea devictus a Rege viriliter, fratri ſuimet Henrico Bavariorum Duci ad ſervandum
traditus eſt.* Sed rem ex Georgio Fabricio (β) paulo accuratius deducamus. Sic enim
ille in anno DCCCCXXXIX. *Primo poſt electionem anno bellum Otho intulit Boleslao Duci Boë-
miæ, ejus belli duplex cauſa recenſetur: una, quod fratrem Venceslaum in templo ora-
tioni intentum crudeliter interfecerat: altera, quod Vandalo cuidam, vicino ſuo, Saxonum
clienti, bellum non neceſſarium moverat. Itaque cum & orientem in Boëmia Eccleſiam
B opprimere, nec ſuis finibus contentus eſſe poſſe videretur, Rex exiſtimans ad dignitatem &
ad munus pertinere ſuum, ejus coercere facinora & petulantiam,* &c. Et in anno
DCCCXLIX. *Bellum renovatur Boëmicum. Boleslaus enim, Drahomiræ matris veneficæ
inſtinctu, fratrem ſua manu interfecerat, orantem in templo: præterea mater furore in-
ſaniens ſæviebat in pios cives & Sacerdotes. Propagabat tum doctrinam de ſalute animo-
rum, & vita æterna, Volfgangus Ratisbonenſis Epiſcopus, qui facinora talia ſevere vin-
dicanda Imperatori ſuadebat* &c. *Boëmus metu conſcientiæ territus, de deditione verba
facit, & in caſtra ſe venturum promittit. Cui Imperator ſupplici more ſuo ignoſcit his
conditionibus, primum ut fidem Chriſtianam ipſe amplectatur & colat: tunc ut commiſſi
fratricidii pœnitentiam legibus eccleſiaſticis præſcriptam agat: deinde ut exules Chriſtia-
C nos omnes revocet, & erepta ſacra fortunaſque reſtituat: poſtea, ut tributum aliquot an-
norum, vi retentum Imperio ſtatim ſolvat: ad extremum, ut in nomen Cæſaris, more
aliorum Germaniæ Principum, juret. Harum conditionum cum omnino nullam recuſa-
ret, ditionem omnem retinet. Huic bello finis impoſitus VIII. Calend. Octobr. quod jam
ad annum uſque decimum quartum duraverat, cum Dux & ſuos premeret tyrannide, &
perſecutione deleret eccleſiam, & vicinis ſæpe moleſtus eſſet excurſionibus. Poſt id tempus
parere Heinrico* (Bavariæ Duci) *fratri Imperatoris juſſus eſt, ut e Ditmaro apparet, &
cum Imperatori ipſi, tum Duci quoque fidus manſit, ut e Sigeberto.* En quibus condi-
tionibus ſupplex Boleslaus fuerit a Cæſare, intercedentibus Imperii Principibus, in gra-
tiam receptus. Et videbatur ejus cauſſæ nonnihil patrocinari matris feralis juſſio, (γ) 482
D cujus inſtinctu tam immane parricidium patraverat. Unde ſupplicium capitale in pœ-
nitentiam canonicam [δ] a Cæſare mutatum. Quod autem Bohemiam cuſtodiæ Bava-
rorum Ducis (ε) Imperator commendavit, patris Heinrici & proavi materni Arnulphi
Imp. exemplo feciſſe putatur.

7. Otto II. Imperator Boleslaum II. Bohemiæ Ducem, quod bannitos Imperii
Principes receptaret ac foveret, proſcripſit, belloque ad officium redegit, anno DCCCC-
LXXVI. ut refert idem Fabricius, (ζ) cujus hæc ſunt verba: *Imperator cum eum* (Hen-
ricum Bavariæ Ducem bannitum) *in Bohemia degere comperiſſet, Duci Boleslao bellum
denuntiat,*

Bapt. Egnatius lib. 3. Princip. Rom. in Ottone I. *Anſel. Ryd. in* Catalog. Princip. & annor. in Ottone I.
E Imp. *Joan. Huttichius in* Vitis Imperat. & Cæſar. in Otthone I, *Caſp. Goldvvurm in Kirchen Calender, Henderphius in* Promptuar. exemplor. in 5. præcept. Decal. ſub rubr. de ira, odio & invid. *Abraham. Bucholtzerus in* Indic. Chronolog. anno 938. *Joh. Becherer in* Chron. Thuring. anno 937. fol. 175. *Baronius Cardinal. in* Not. ad Martyrolog. Roman. *& in* Annalib. eccleſiaſt. tom. 10. *Jac. Gordonus in* Oper. Chronolog. an. 941. *Calviſius in* Chronol. an. 949.

F (α) Ditmarus] *lib. 2. de Reb. geſt. Saxon. in princ.*

(β) Fabricio] *lib. 2. Origin. Saxon. in Othone I. Imp. anno 939. & anno 949. & lib. 1. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 949.*

(γ) Matris feralis juſſio] *Drahomira deaſtricola & venefica, qua filio VVenceslao erat propter Chriſtianiſmum infeſta, ut ſcribunt Sylvius, Dubravius, Hagecius, Boregk, alii. Qua quidem humanum Imperatoris effugit ſupplicium, qui ſolus habet vitæ neciſque in Principes poteſtatem; Key-ſerlich Land-und Lehenrecht* part. 1. tit. 30. *Fridericus II. Imp. in* Conſtitution Moguntin. tit. 24. *Rudolphus I. Imp. in* Conſtitution. Herbipolenſib. tit. 13. de anno 1287. *Adolphus Cæſar. in* Conſtitut. Colonienſib. anno 1293. *& Albertus I. Imp. in* Conſtitut. Norimbergenſ. anno 1299. tit. 13. *Sigiſmundus Imp. in* Conſtit. *vom Fürſtenrecht*, Baſileæ publicata anno 1434. in princ. *Reichsſatzungen* part. 2. fol. 102. *non tamen potuit effugere Divini Numinis vindictam, quin tellus deſidens hiatuque patefacta, eam cum curru, omnibusque animalibus & hominibus, qui penes eam erant, abſorpſerit, vivamque in tartara detruſerit, ut dicti ſcriptores Bohemici teſtantur, nec non Caſp Goldvvurm in Kirchen Calender, & Jobus Fincelius in VVunderbuch &c.*

(δ) In pœnitentiam canonicam] *de qua Cardinal. Toletus in* lib. de Inſtructione Sacerdotum.

(ε) Bohemiam Bav. Ducis] *vide lib. 1. cap. 9. & lib. 3. cap. 14.*

(ζ) *Georg. Fabricius* lib. 2. Origin. Saxonic. anno 976.

denuntiat, quod hoſpitium perduelli præberet. Boemus cum Imperatorem non audiret, A
Henricumque ſe non poſſe deſerere teſtaretur, Imperator, conſcriptis in Bavaria copiis, eas in Bohemiam ſubito immiſit &c.

483 8. Heinricus II. Imperator vindicaturus in Bretiſlaum Moraviæ Principem, Vdalrici Bohemorum Ducis filium, quod Juditham Ottonis II. Imp. neptem, virginem veſtalem, ex Monaſterio Ratiſponenſi rapuiſſet, nec ſe judicio Cæſareo ad cauſam dicendam ſiſtere vellet, exercitum in Bohemiam duxit, utrumque tam patrem quam filium ad injuriæ ſatisfactionem compulit, in media Bohemia tribunal Cæſareum erexit, in eoque jus dixit, & homagium a Duce pariter ac filio ejus ſuſcepit coram ſe in genua procidentibus, & culpam, intercedente Juditha, deprecantibus: uti hæc omnia hiſtorici [α] late perſequuntur. B

9. Cunradus II. Imp. parricidiale facinus & inhumanam proditionem [β] in Vdalricum Bohemiæ Ducem animadverſurus, qui violato ſanguinis & hoſpitalitatis jure naturali, & fratrem crudeliter excæcaverat, & Meſiconem Poloniæ Ducem profugum tradere per proditionem pacto iniquitatis precio obtulerat, in Bohemiam movit exercitum, Ducemque parricidialem & proditorem captum Ratiſponam in Bavariam tranſportavit. Rem ita narrat Joan. Nauclerus: (γ) *In principio regni Conradi Dux Poloniæ Boleslaus, cujus Regnum Henricus Imperator Romanorum tributarium fecit, abſque Conradi requiſitione nomen ſibi Regium impoſuit. Erat ſane vir ſtrenuus & potens: morte autem præventus Miſikonem reliquit, qui mox defuncto patre, fratrem ſuum, rebellioni acquieſcere nolentem, a patria expulit: qui ad Conradum Regem profugit. Iratus Conradus, præmiſſo cum* C
magno Teuthonicorum exercitu, ſtatim ipſe maximo robore militum ſecutus eſt, ac omnia intra Poloniam armis miſcebat. Miſko videns ſe nulla ratione poſſe reſiſtere, relicta Polonia ad Vdalricum Ducem Bohemiæ, hoſtem Imperii, confugit. Vdalricus vero ſperans ſe Imperatoris gratiam, quam amiſerat, recuperaturum, Polonorum Ducem, quem exulem & ſupplicem ſuſceperat, tradere Conrado ſtatuit, atque hoc illi per ſecretum nuncium intimavit. Sed Imperator, vir magnanimus, illius deteſtatus perfidiam, oblationem proditoriam contempſit, & Miſikonem alibi ſalutem quærere admonuit: qui Imperatoris miratus bonitatem, clam relicta Bohemia ad propria remeavit, atque rejectis Regni inſignicus, quæ pater aſſumpſerat, modico comitatu contentus ad Imperatorem Conradum ultro acceſſit, atque ejus voluntati ſe ſubjiciens Coronam humiliter Imperatori reſignavit: ac ab D
eo tempore Polonia Romano Imperio, prius ab Henrico tributaria facta, permanſit. Cujus verba Joan. Aventinus (δ) illuſtrans magis ad inſtitutum noſtrum accedit in hunc modum commentando: *Mitzko Polonus, pulſo fratre Ottone, Regem ſe appellat: & Vlricus quoque Bohemus, occiſo fratre ſuo Jaromiro, nova molitur. Hi ambo jugum Imperii noſtri rigida cervice excutere, & ſui juris eſſe conantur. Otto a fratre Polonia pulſus ad*
484 *Conradum Cæſarem fugit, ab eoque armis reſtituitur. Mitzko externæ opis egens, in Bojemiam ad Ulricum Regulum aufugit, quem cum Ulricus Conrado Auguſto prodere, ab eaque gratiam inire vellet, Imperator reſcripſit, ſolere Germanos virtute cum hoſtibus, non fraude certare* &c. *Mitzko hiſce rebus, ſe ſid a nimirum Ulrici, & juſtitia Auguſti, compertis, ſupplex ad hunc venit, ab eoque diviſa Polonia, partem, Ducatumque recepit.* E
Dumque talia fiunt, Rex Bojus ab Vgris reverſus cum exercitu Bojemiam intrat, Ulricum gubernaculis deturbat, in exiliumque Reginoburgium deportat, Bojemis Vratislaum imponit,

(α) Hiſtorici] *Æn. Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 18. *Alb. Krantzius* lib. 4. Saxon. cap. 19. & lib. 2. Wandal. cap. 35. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. in Bohemia, *Dubravius* lib 7. Hiſtor. Bohem. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1026. & anno 1032. *Spangenberg in* Chron. Saxon. cap. 149. *Hondorffius in* Promptuar. exemplor. in 5. præcept. Decal. ſub rubr. de abſtinent. & continent. *Cromerus* lib. 3. Rer. Polonic. in Boleslao I. Reg. fol. 37. col. 2. in fin. *VVigul. Hund. in* Metropol. Saltzburgenſ. in Epiſcop. Ratiſponenſ. cap. 13. fol. 62. *Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. fol. 73. & ſeq. *Pantaleon. Candidus* lib. 2. Bohemaid. fol. 34. & ſeq.

(β) Parricid. & prodit.] *Dubravius in* Hiſt. Bohem. dict. lib. 7. *Hagecius in* Chron. Boh. part. 1. anno 1030. *Spangenb. in* Chron. Saxon. cap. 168. anno 1028. & anno 1030. *Bapt. Fulgoſius* lib. 6. de Fact. & dict. memorabil. cap. 5. *Caſtritius* lib. 1. de Heroic. virtut. Princip. German. cap. 8. exempl. 1.

(γ) Nauclerus] *in Chronolog. generat. 35 part. 2. qui injuſte hoc nomine perſtringitur a Jodoc. Ludov. Decio* lib. 1. de Vetuſt. Polonor.

(δ) Aventinus] *lib. 5. Annal. Bojor. fol. 406. ubi nota, patri Udalrico proſcripto ſuffectum fuiſſe Uratislaum ſeu Bretislaum filium, Moraviæ Marchionem, qui paternorum criminum expers, fidem Imperio conſtanter ſervavit. Notanda & gnome illa,* Germanos Principes virtute cum hoſtibus, non fraude certare. *Sic Alphonſus Arragonum Rex Petro Pallantia Comiti, Johannem Caſtiliæ Regem interficere offerenti, reſpondit,* Non per ſcelus, ſed virtute gloriam quærendam eſſe, *ut refert Antonius Panormita* lib. 2. de Reb. geſt. Alphonſi, *Hondorffius in* promptuar. exemplor. in 5. præcept. rubr. de victoria. *Quo ſpectat illud Plauti in Prolog. Amphitruon, v. 75. de Romanis;* E

Virtute dixit vos victores vivere,
Non ambitione, neque perfidia,

A *ponit, reverſuſque Reginoburgium Proceribus Bojemiæ, Divoque Gunthero adnitentibus, Ulrico gratiam facit, ei Ducatum reſtituit, iſque in verba Cæſaris jurat.* Quia B. Guntherus Ratiſponenſis Epiſcopus pro eo interceſſit, non dubito quin pœna facinoris parricidialis ordinaria, fuerit ab Imperatore in pœnitentiam Canonicam mutata ab Epiſcopo injungendam.

10. Fridericus I. Imp. Vladiſlaum Regem Bohemiæ, licet de Republica Romani Imperii optime præclariſſimeque meritum, quia tamen filium Albertum in Eccleſiam Salisburgenſem ſe inſalutato intruſerat, Pontificis Romani favore fretus, eundemque ab Aquilegienſi Patriarcha, præterito Moguntino, conſecrari curaverat, Regni adminiſtratione abdicavit. Aventinus: (α) *Conradus Juvanenſis diem obit: ipſi Albertus ex ſoro-*
B *re nepos, filius Ladislai Regis Bojemiæ, ſuccedit. Hic quoque ab Ulrico Aquileienſi Patriarcha, contempto Mogontino, conſecratus fuit. Idcirco Auguſtus Ladislaum Regem Bojemiæ Regno movet, Sobeslaum Patruelem ejus Bojemis imponit, Albertum filium ejus Pontificatu abire, adminiſtratione prædiorum cedere jubet. Deinde Bambergam petit, Ladislaum cum filio Alberto, qui eo venerant, a conſpectu prohibet.* Alii vero tradunt Vladislaum jam Cæſari conciliatum Comitiis illis more ſolito interfuiſſe, ſed Alberto tantum filio, velut intruſo & injuſto Archiepiſcopo, ſeſſionem denegatam.

11. Idem Imperator Sobieslaum Bohemiæ Ducem, itidem ob crimen proditionis & læſæ Majeſtatis, in jus vocavit, contumacem proſcripſit, Ducatu privavit, eoque Fridericum agnatum inveſtivit, anno MCLXXVIII. Sed operæ eſt precium rem ipſam ex
C Dubravio (β) cognoſcere. Sic autem ille: *Interim Sobieslaus aliud facinus Cæſari æque intolerandum deſignat. Diſſidium inter duos fratres de Regno Hungariæ erat, quorum Emericus ad Sobieslaum confugiens, fidem ejus implorabat, ut ejuſdem fiducia ſecurus ad Cæſarem perveniret, tanquam ad ultimum Regum Chriſtianorum perfugium. At ille raptum hoſpitem reduci in Hungariam ad fratrem juſſit, quod certe ut erat indignum, ſic etiam videbatur omnibus, Cæſari præterea, minime talem ferendum, qui ad ſe cujuſquam profectionem impediret. Itaque placuit Sobieslaum ad Concilium Principum vocari. Morbum ille jurare, quam venire maluit. Ideoque præſentis Friderici ratio ibi habita, ad eumque Principatus Bojemiæ a Cæſare per vexilla more ſolenni delatus eſt.* Fuit hic Fridericus (γ) Vladislai Regis filius primogenitus, & Sobieslai Ducis agnatus patruelis.
D Quod eſt memorabile præjudicium, nec noſtris moribus inconſuetum. [δ] Sic proſcripto Joh. Friderico Saxoni ſuffectus Mauritius, agnatus proximus, a Carolo V. Imper. ſic ſupra diximus; Boleslao II. ob perduellionem proſcripto, Ducatum Bohemiæ collatum fuiſſe Vladimero agnato ejus proximo, ab S. Heinrico II. Imperatore. Alia exempla paſſim hic noſter tractatus ſubminiſtrat.

12. Heinricus VI. Imp. Primislaum Ottocarum Bohemiæ Regem, quod pacem publicam violando [ε] hoſtiliter in Bavariam irrupiſſet, in generalibus Ordinum Comitiis proſcripſit, lataque ſolemniter ſententia Ducatu privatum pronuntiavit. Factum id Wormatiæ anno MCXCIV. Heinricus Stero (ζ) Altahenſ. *Otacher Dux Boëmorum ab Hainrico Imperatore Ducatu ſuo privatur.* Et poſtea: *Albertus Comes de Pogen Otake-*
E *ro Boëmo, qui & Primitzlaus, gratiam Cæſaris & Ducatum priſtinum impetravit. Deſtitutus enim in Curia Wormatiæ celebrata fuerat, pro eo, quod contra Ludwicum Ducem in auxilium Alberti Comitis Bavariam intraverat.* Hinc diximus, rebellium complices & adjutores eadem pœna cum ipſis rebellionum auctoribus teneri; & quod auctoribus illis in gratiam receptis, etiam complices, fautores, & adjutores banno proſcriptionis ſoluti in integrum reſtituantur.

13. Philippus Cæſar eundem Primislaum Ottocarum, quod dimiſſa legitima ſua conjuge [η] Miſniæ Marchioniſſa, aliam Bulgariæ Regis filiam (α)

485 (α) *Aventinus* lib. 6. Annal. Bojor. fol. 514.
(β) Dubravio] *lib. 13. Hiſtor. Bohem. fol. 105.*
F *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1187. *Boregk in* chron. Bohem. in Sobieslao II. Duce. *Georgius Beatus in* Chronic. Bohem. anno 1138. fol. 31.
(γ) Hic Fridericus] *Pontanus a Braitenberg in* Bohem. pia lib. 1. fol. 4. anno 1179.
(δ) Inconſuetum] *vide* Receſſ. Erfurtenſ. 1567. *§. 15. So viel dann den. & §. 16. Daranſſen dann von ſein.*

(ε) Pacem publ. viol.] *quam Fridericus I. Imp. ſervandam in universo Imperio publicaverat; Boregk in* Chron. Bohem. in Premislao fol. 186. *ex Dubravio.*
(ζ) Stero] *in Annalib. anno 1194. & anno 1196.* 486
(η) Quod dimiſſa conjuge] *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1202. *Boregk in* Chron. Bohem. in Primislao Ottocaro, fol. 196. in princip. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 240. anno 1201. *Pet. Albinus in* Chronic. Miſniæ. *Nomen autem Reginæ erat* Adelhei-

filiam (α) ſuperinduxiſſet, ad ſacrum citavit Imperiale Conſiſtorium, (β) contumacem A
damnavit, damnatum proſcripſit, proſcriptum Regno privavit, illudque Theobaldo a-
gnato ejus proximo in feudum contulit, anno MCCXII. Godefridus (γ) Colonienſis: *Im-*
perator apud Nurinberg celeberrimam Curiam circa Pentecoſten habuit, ubi Regnum Bo-
hemiæ abjudicatum Odoacro Regi per ſententiam Principum, filio ipſius, præſentibus ſu-
panis, & pluribus Nobilibus terræ, cum ſex vexillis aſſignat. Nam matrem juvenis, ſo-
rorem ſcilicet Marchionis de Miſſena, repudiaverat, & filiam Regis Ungari duxerat. Sed
errat Godefridus: non erat filius ejus, ſed agnatus ex patrueli Theobaldo Duce. [*]
Gobelinus Perſona: [δ] *Odackerus Bojemus legitimam ſuam repudians, aliam de Unga-*
ria duxit uxorem. Unde commotus frater repudiatæ Theodoricus Marchio Myſnenſis,
una cum Duce Bernhardo, hoc apud Philippum Regem Romanorum obtinuerunt, ut B
Regnum ſive Ducatum Bojemiæ Odackero adultero auferret, & ad Theobaldum puerum,
Theobaldi filium, transferret: quod & factum eſt. Albert. Krantzius: (ε) *Odoacer Rex*
Bohemiæ, legitima conjuge repudiata aliam duxit ex Ungaria. Qua de re in iram ver-
ſus Otto (Theodoricus) *Miſnenſis Marchio, frater repudiatæ, & Dux Saxoniæ Bern-*
hardus, effecerunt apud Philippum Cæſarem, ut Odoacro adultero Regnum ademptum
traderetur Theobaldo puero, Theobaldi filio, qui literas Magdeburgi perſequebatur. Et
alibi idem Krantzius: (ζ) *Quum repudiata Theodorici Miſnenſis Marchionis ſorore, O-*
doacer Rex Bohemiæ, aliam conjugem ſuperduxiſſet, ille germanæ injuriam non leviter
ferens, queritur Philippo Romanorum Regi. Ille amicum Regem commonefacit per nun-
cium, ut conthoralem recipiat: ubi pertinaciter recuſat, Philippus Marchionis memorati C
inſtinctus ſtimulis, cæteriſque Principibus, qui vel ſanguine vel affinitate contigerunt
Theodoricum, indignam rem maligne ferentibus, Regem Bohemiæ evocatum, ut reſpon-
deret querimoniis, nec venire dignantem, legitimis evocationibus, ac competentibus ad
rem dilationibus conſtitutis, contemnentem per ſolennem ſententiam de Regno deſtituit,
Theobaldumque de Regno inveſtitum literis commendabat Regni proceribus. Aventinus
Hiſtoriographus Bavaricus: *Erat Magdeburgi ſtudiorum gratia Theobaldus ſtirpis Bojemiæ*
Principum juvenis. Hunc Theodericus Marchio Miſniæ perblandis & benignis verbis ag-
greſſus, ad ingentes ſpes invitabat, dictiſque aſſentientem ad Philippum Cæſarem ſecum
adduxit; quem is mox per vexilla more uſitato Principem Bojemiæ declarat, prætendens
indignum eſſe Regno Premislaum, qui Theoderici ſororem indigniſſime repudiaverat. Ex D

Adelheidis, *quam nonnulli* Adelam, *alii* Abdam *vocant. Georg. Fabricius lib. 1. Annal. urbis Miſnæ anno 1211.* Adela, Othonis Marchionis Miſnenſis filia, repudiatur a Premislao Rege Boëmiæ. Cauſa repudii ponitur in monumentis Cellenſibus, propinquitas, a Dubravio, ſterilitas. Sed neutra vera eſt. Nam conjunctionem eorum nemo impediit, & ipſa parens quatuor liberorum fuit. Habere autem eam uxorem Boëmus recuſavit odio fratris ejus, affinis ſui, Diterici Marchionis, ideo quod partes Regis Romani Philippi foveret contra factionem Othonianam, cui Boëmus erat addictiſſimus. Cauſa Adelæ a Pontifice Innocentio III. demandata eſt arbitris Alberto II. Antiſtiti Magdeburgio, & Præpoſito Seburgenſi.

(α) Bulgariæ Regis filiam] *nomine Conſtantiam, ex qua anno 1206. ſuſcepit VVenceslaum in Regno ſucceſſorem. Alii tamen Roſciolas Ruſſiæ, alii Belæ Hungariæ Regis filiam faciunt hanc Conſtantiam.*

(β) Imperiale Conſiſtorium] *ſi enim Imperator ipſe propter dimiſſionem conjugis poteſt accuſari & puniri, ut ſentiunt Specul. Saxon.* lib. 1. artic. 1. & lib. 3. art. 57. *VVichbild. Magdeburg.* artic. 3. *Keyſerlich Land- und Lehenrecht* part. 1. tit. 27. *quanto magis Rex, Elector aut Princeps?*

(γ) Godefridus] *in Annalib. anno 1212.*

(δ) Gobelinus] *in Coſmodrom. ætat. 6. cap. 5.*

(ε) Krantzius] *lib. 7. Saxon. cap. 16.*

(ζ) Et alii idem] *lib. 6. VVandal. cap. 6.*

(*) Male hic erroris accuſat Godefridum Goldaſtus, dum non filio Ottocari, ſed Theobaldo agnato traditum fuiſſe Regnum ab Ottone IV. memorat. Sed confundit duas Premislai a Regno Bohemiæ remotiones, & pro una eademque habet, uti patet ex multis teſtimoniis, quæ ad magis illuſtrandum Godefridum adfert. De alia re loquitur Monachus ille Colonienſis, de alia itidem Gobelinus, Kranzius, Aventinus &c. Horum ultimi memorant remotionem Ottocari factam a Philippo ob divortium, quod fecerat cum uxore ſua Miſnenſi, & creationem Theobaldi in Regem Bohemiæ; Godefridus vero de Regni privatione ab Ottone IV. facta anno 1212. agit, ubi non Theobaldus, ſed filius Ottocari Wenceslaus patri ſubſtituitur. Præterea cauſa, quam hic allegat, factum id ſcil. ob repudiatam uxorem Saxonicam, mihi minus veroſimilis videtur, nam ob eam Philippus jam in initio hujus Seculi in Ottocarum animadverterat. Denique aliud longe Ottonem ad hanc ſententiam ferendam movit, Rex enim Bohemiæ Friderici II. cauſam magno animo urgebat, & inter primos erat, qui eum contra Ottonem in Regem eligebant. Igitur veram cauſam iræ ſuæ vel ſimulavit Otto, vel adſcripta eſt hæc margini a librario, qui parum diſcernebat duplicem illum Philippi & Ottonis in hoc negotio actum. Si tamen hæc verba a Godofrido profecta eſſe velis, miror Goldaſtum in *not. lit.* (a) Wenceslaum dicere filium uxoris Ungaricæ cum hic Saxonicæ adſcribatur.

(The marginal letters E and F stand beside the lines "...factam a Philippo ob divortium" and "...ad hanc ſententiam ferendam movit".)

A quo præjudicio colligunt, [α] cauſſas Principum matrimoniales fuiſſe quondam in ſacro Cæ-
ſaris conſiſtorio receptas, cognitas & deciſas. Sed nobis ex jure Canonico [β] conſtat,
hanc actionem ab ipſa Regina fuiſſe primum in judicio Epiſcopi Pragenſis inſtitutam; &
inde per viam appellationis ad Metropolitanum Moguntinum, [γ] poſtremo ad Papæ
Romani Curiam. devolutam. Eſt quidem ita; cauſſæ matrimoniales, licet quoad ſa- 487
cramenti vinculum ad audientiam ſpectarent Epiſcopalem, tamen quoad obligationem
contractus ad forum civile & cognitionem Principis pertinebant. Noſtris vero moribus (δ)
cauſſæ matrimoniales a juriſdictione tam Cameræ, quam Aulæ, abhorrent.

14. Quid Rudolphus I. Cæſar contra Ottocarum II. Bohemiæ Regem, læſæ Majeſtatis, perduellionis, pacifragii, dimiſſæ conjugis, & aliorum maximorum criminum
B reum, cum Ordinum Imperii conſilio egerit, quantove rigore juſtitiæ ſententias in eum latas

(α) Ex quo præjudic. collig.] *Ludov. Servinus* tom. 3. des Pleſdoyes act. 5. fol. 51. *Marqu. Freberus in* præfat. in Imp. Ludovici IV. Sentent. ſeparation. inter Margareth. Duciſſ. Carinth. & Johannem Regis Bohem. fil. *Pet. Friderus* lib. 1. de Proceſſ. cap. 10. num. 3. *Vultejus ad* l. 1. in fin. C. ubi Senat. vel clariſſ. conven. *adeo ut ſtatuant Imperatorem diſpenſare poſſe in gradibus jure poſitivo prohibitis*; *Frideric. Prückmannus in* tract. de Regalib.
C fol. 331. *Theod. Beza* de Divort. fol. 75. *Joach. Stephanus* lib. 2. Inſtit. jur. Canon. cap. 1. num. 31. *Valent. Arithmæus in* Pericul. ſecund. diſput. de Adfinit. fol. 58. b. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſtat. ſect. 2. cap. 5. num 4. *& alii eorum ſequaces*: *quos tamen prolixe refutat Heinric. Caniſius in* tract. contra ſentent. illam Luduvici IV. Imper. *& Jacob. Gretſerus in* Diſputat. 2. de cauſſ. matrimonial. *licet jus Imperatoris defenderint excellentes Theologi Scholaſtici, Marſilius de Menandrino Paduanus,*
D *Guil. Ockam Anglus, Joannes de Jandnno Gandavienſis, Monachi Dominicani, Ludovico Cæſari a Conſilio*: *& poſt eos Joan. VVicleffus & Joan. Huſſus, qui cauſſas matrimoniales ad civile forum retrahendas eſſe cenſuerunt, ut teſtatur Joan. Foxius in* Hiſtor. Eccleſiaſt. fol. 194. *Lutherus tamen, Bucerus & Melanchthon in* Conſilio ſuper bigamia Philippo Haſſiæ Landgravio concedenda anno 1539.
488 *negant Cæſarem in Evangelicorum Principum cauſſis matrimonialibus competentem eſſe judicem poſſe,*
E *aut adiri ut religionis adverſarium debere, quod ſe facturum Landgravius in inſtructione Bucero data comminatus erat.* *Videatur Cochlæus in* Quæſt. ex facto, an liceat duas habere uxores ſimul, *nec non in* Comment. de act. & ſcript. Lutheri anno 1540. fol. 298. *Sleidanus & Surius in* Commentar. rer. geſtar. *Thuanus* lib. 39. Hiſtoriar. *Beſoldus in* Diſcurſib. politic. de trib. domeſt. ſociet. ſpeciebus diſc. 1. cap. 1. num. 7. *qui factum illud non magis probare videntur, quam aut Bernardini Ochini Itali &*
F *Davidis Georgii Hollandi damnatos*, de Polygamia *libellos*; *aut Theophr. Paracelſi in* tract. 2. de inventor. artium fol. 172. *Michalonis in* Fragment. 7. *Bodini* lib. 5. de Repub. cap. 1. & in Method. hiſtor. cap. 5. *Mahumedicas de eadem opiniones. Nec veriſimile eſt, ſanctiſſimum Imperatorem Carolum V. Aug. ullis corruptelis perduci potuiſſe, ut in Landgravii petita conſentiret, aut ſuper re ipſo jure divino, tam vetere Moſaico* Levitic. 18. v. 18. *Malach.* 2. *v.* 11. *ut docet Druſius* ad Loc. Levitic. cap. 10. *Ar-*
G *niſæus in* tract. de Jur. connub. cap. 4. ſect. 2. *Benedictus VVinckierus* lib. 3. de Princip. jur. cap. 10. *Balthaſ. Meiſnerus in* Philoſoph. ſobr. part. 1. ſect. 2. cap. 5. q. 1. *Timplerus* lib. 1. Oeconomic. cap. 4. q. 7. *Danæus* lib. 2. Ethic. Chriſt. cap. 14. *quam novo Evangelico*; *Laur. de la Barre in* Annotat. in Tertullian. *Chemnitius in* Exam. Concil. Trident. part. 2. *Ægid. Hunnius in* Matth. cap. 19. *Theod. Beza in* tract. de Polygam. *Melanchthon, Haſenrefferus, Hemmingius in* Loc. Theolog. tit. de Matrimon. *quin ipſomet primævo naturæ & gentium jure*; *Petrus Charron* lib. 1. de Sapientia cap. 48. num. 10. *Petr. Mexias in* Sylva var. lect. lib. 2. cap. 13. *Ritterhuſius* ad §. 1. Inſt. de Patr. poteſt. *Bronchorſt* lib. 1. Miſcellan. cap. 99. *prohibita diſpenſaret, niſi forte ſupplicantem ad Curiam Romanam remittendo, litteris ſuis apud Summum Pontificem pro eo intercederet, eique cauſſam, quatenus fas & jura Chriſtiana permitterent, commendaret. Quod monendum duxi, ne quis hinc arguere tentet fundatam eſſe Cæſaris in cauſſis matrimonialibus juriſdictionem, quas ille a foro ſuo ſecretas & alienas eſſe judicat.*

(β) Jure Canonico] c. conſtitutis, 46. Ext. de teſtib. & atteſtat. *& apud Vincentium in* Antiqua Collect. Decretal. part. 4 cap. 5. de teſtib. & atteſt. *ubi Joan. Semeca in* Gloſſ. *& Guido Papæ in* Comment. ad d. cap. conſtitutis, *in quo ad Albertum Archiepiſcopum Magdeburgenſem, & N. Præpoſitum Seburgenſem, deputatos commiſſarios ad teſtes audiendos, Innocentius III. Papa in hunc modum ſcribit*: Conſtitutis in præſentia noſtra procuratore, Adelæ ſororis Nobilis viri Marchionis Miſnenſis, & nuntio Illuſtris Principis Bohemorum, *&c.* Pragenſis Epiſcopus ad petitionem ejuſdem Principis, ipſa volente ad ipſum accedere, ut ſuas coram proponeret actiones, ſed a ſatellitibus ejuſdem prohibita, qui ei bis vel tertio prohibuerit ingreſſum, poſt appellationem ad nos interpoſitam, divortii ſententiam promulgavit, a qua ipſa fecit ad noſtram præſentiam provocari, &c.

(γ) Metropolitan. Mogunt.] *quod videntur innuere illa Pontificis verba*: Super proceſſu Pragenſis Epiſcupi, vel poſteriorum judicum, duxerint producendos, &c. *Nullum enim aliud poſterius judicium eſſe potuit, quam Metropoliticum, ſi appellationum gradus conſiderentur*: *quamvis aliter Canoniſtæ interpretentur.*

(δ) Noſtris moribus] *Denaiſius in* jur. Cameral. tit. 187. *Ciſnerus in* Addition. ad Ordin. Camer. part. 2. tit. 28. *Gail.* lib. 1. Obſervat. pract. cap. 112. *Rodingus* lib. 1. Pandect. Cameral. tit. 31. §. 5. *Ritterhuſius in* Method. novell. part. 9. cap. 10. num. 19. in fin. *VVehnerus in* Not. & Obſervat. ad Ordinat. Rotuill. part. 2. tit. 6. *Præjudicium vide*
in des Reichs und weltkündigen Ertzbiſchoffiſchen 489
Bremiſchen und Gräfflichen Oldenburgiſchen Ehe-Ehren- und Gewiſſenhandels erſten Theil.

latas exſecutus fuerit, ſemel atque iterum in hoc tractatu (α) expoſuimus, & porro dicturi ſumus. A

15. Albertus I. Cæſar in abſolutione Regis (β) Bohemiæ Wenceslai III. ſui ex ſorore nepotis, a banno Imperiali, quo pater ejus Wenceslaus II. Ottocari prædicti filius, Rudolphi Cæſaris gener, & ipſius Alberti ſororius, percuſſus & innexus erat, ita edicit: *Quod omnes exceſſus, ſi quos ipſius avunculi noſtri* (id eſt nepotis ex ſorore) *genitor in nos vel Imperium quocunque modo commiſit, propter quos in ipſum genitorem ſuum noſtra legalis ſententia lata, vel bannum promulgatum fuiſſet, quæ ejus ſe extenderet ad heredes, prædictum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum noſtrum, prædicti quondam Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis filium, heredem & ſucceſſorem, ac heredes ſuos, ab ipſis exceſſibus ſuis & bannis abſolvimus.* Commiſſa autem illa, ob quæ Wenceslaus II. Rex a Cæſare leviro ſuo fuit proſcriptus, & Regno privatus, erant contemptus S. Cæſareæ Majeſtatis, denegatio decimarum & aliorum jurium Cæſari in Bohemia debitorum, recuſatio præſtationum & contributionum militarium, denique conſpiratio cum quibuſdam Imperii Principibus contra Cæſarem facta, ut hæc ſuo loco a nobis deducta ſunt. Præterea ex hoc Decreto colligimus, bannum Imperiale etiam ad filios & nepotes extendi, utcumque inſontes ac innocentes, nec cum morte banniti ſimul emori & exſtingui. Ratio a Carolo IV. Imperat. & eodem Bohemiæ Rege, in Aurea Bulla (γ) aſſignatur. B

16. Hinc adeo Heinricus VII. Imperator Heinricum Carinthiæ Ducem, Regni Bohemiæ uſurpatorem contumacem, nec Cæſaris mandatis parentem, non Regni modo C
Bohemiæ, ſed & ipſo Carinthiæ Ducatu de Principum Imperii ſententia privatum, ceu læſæ

(α) In hoc tract.] *ſupra lib. 2. cap. 7. & lib. 3. cap. 14. & infra cap. 10. §. 10. Adde Beſoldum in* Diſcurſ. 5. de Stat. Reipubl. ſubalt. cap. 7. num. 10.

(β) Abſolutione Regis] *Conſtitution. Imperial. tom. 1. anno 1305. fol. 317.*

(γ) Aurea Bulla] *tit. 24. cui conſentiunt Maximiliani I. Imp.* Conſtitutio Wormatienſ. de pace public. 1495. tit. 3. & Auguſtana 1500. tit 8. *Caroli V. Imp.* Conſtit. Wormat. de pace publica, 1521. tit. 2. & Auguſtan. 1548. tit. 3. *Ferdinandi I. Imper.* Ordinat. Camer. part. 2. tit. 9. *Maximiliani II. Imp.* Receſſ. Erffurtenſ. §. 15. & ſeq. *ubi VVilhelmo fratri, excluſis banniti Johan. Friderici filiis, feudum Ducale ſoli confertur*; & Receſſ. Ratiſponenſ. 1576. & 56. *Ob auch vvol. Denaiſius in* Jur. Cameral. tit. 49. & ſeq. *Ratio dubitandi erat, quod pœna non tranſgrediantur ſuos auctores, quod nemo inſons plecti debeat, quod nemo teneatur ex alieno delicto, quod nec pater filii, nec filius patris culpam luat:* Deuteron. 24. v. 16. Ezech. 18. v. 20. *Laurent. Bochellus JC.* ad Leg. Politic. tit. 42. *a Franc. Raguello collectas, Zepperus* ad Leg. Moſaic. *Guilielm. Velvedus in* Comparat. juris divin. & civil. *quod denique actiones criminales morte aboleantur. Sed ratio decidendi potior viſa eſt, quod bannum ſeu proſcriptio Imperialis ſucceſſerit in locum deportationis,
490 qua banniti deſinunt eſſe cives Romani, & confiſcatis omnibus eorum bonis, ablatisque univerſis ac ſingulis juribus, privilegiis & beneficiis, quibus cives uti frui poſſunt, efficiuntur peregrini & exterres. Jul. Clarus in* Pract. criminal. §. final. quæſt. 67. num. 8. & quæſt. 71. n. 12. verſ. dixi autem. *Guido Papa* Deciſ. 422. & ſeq. *Cravetta* conſil. 220. num. 13. part. 2. & conſil. 224. num. 1. *Emanuel Soaretz in* Theſaur. recept. ſentent. verb. banniti, n. 1. & ſeqq. *Kirchovius in* tract. Commun. opinion. verb. banniti, verſ. hæc autem ſententia. *Joan. Dauth. ſenior in* tract. de Teſtament. n. 211. §. & quemadmodum fol. 251. *Otho Melander in* Comment. Cameral. part. 2. rub. *Von dem Proceſs der Acht*, num. 60. §. *Zerreiſt er den zettel*, fol. 419. *Rittershuſius in* Comment. ad §. cum autem is, Inſtit. quibus modis jus pat. pot. ſolvi. *Eberhard. Speckhan* Cent. 2. Quæſt. & deciſ. jur. claſſ. 3. q. 13. & ſeq. *Atque adeo hinc eſt, quod bannitus nec teſtamenti faciendi jus habeat, nec heres ab aliis inſtitui poſſit, & ut maxime ab aliis heres ſcribatur, tamen quia eſt (ut Ulpiani verbo utar) ἄπολις, capere ex eo teſtamento nihil poteſt; Duarenus* ad rub. de Heredib. inſtituend. cap. 2. verſ. quæſtio etiam eſt de peregrino. *Dauth in* d. tract. num 298. *Melander* ibid. D
Joh. Durantius in tract. de Arte teſtand tit. 1. caut. 10. num. 4. *ſed hereditas illa fiſco Cæſareo ſit applicanda; Accurſius in* l. 1. D. de hered. inſtit. *quamquam ſint, qui opinantur hereditatem illam potius coheredibus inſtitutis, vel aliis ab inteſtato ſuccedentibus accreſcere; Villalobus in* Communib. opinion. verb. deportatus n. 62. *Clarus in* § teſtamentum, n. 2. verſ. hereditas autem ipſa. *Vaſquius* Illuſtr. quæſtion. part. 1. cap. 102. num. 3. *Pet. Ferrarius ſive potius Johan. Bapt. Cæſar in* Addition. ad E
Viſitation Abſchied, in Conſtit. *des Landfriedens 1548. tit. die Peen der Friedbrecher*, fol. 85. *Excipe tamen filios & nepotes, ſi qui forte coheredes cum patre bannito forent proſcripti, aut legatis cohoneſtati, quia tam hereditatis quam legatorum, ex facto parentis, fiunt incapaces;* l. 5. §. 1. C. ad leg. Jul. Majeſtat. *Carolus IV. Imper. in* d. Aur. Bull. tit. 24. *Alciatus* lib. 1. præſumption. cap. 24. & Conſil. 467. num. 7. *Dionyſ. Gothofredus* ad d. l. 5. §. 5.
Buxdorffius, Arumæus & Rumelinus ad Aur. Bull. F
d. tit. 24. *Errant ergo Budæus, Duarenus & Balduinus, qui dict. l. 5. cenſent hodie eſſe abrogatam, quos eo nomine notat Fornerius in* Notis ad Caſſiodori Var. lib. 2. epiſt. 11. in princ. *Fratres tamen & agnati, a crimine alieni, ut feudorum avitorum, ita omnium hereditatum ſunt capaces; Schœnborn* lib. 1. Politic. cap. 10. fol. 78. in fin. & fol. 80. in fin. *Quod ipſum jus etiam ad banniti pronepotes protendit Clarus* lib. 5. ſentent. §. læſæ Majeſtatis 11. verſ.
præterea, & *Gothofredus ad* d. l. 5. §. 1. tit. 9. *ubi* G
ajunt hanc eſſe communem opinionem.

A læſæ majeſtatis reum, pronuntiavit. Rem ita narrat Hagecius, (α) ubi de Comitiis
Francofurdiæ anno MCCCX. celebratis, & propoſitione Cæſaris Principibus facta ſuper di-
cto Heinrico Carinthio, quid de ejus contumacia ſtatuendum cenſerent? *Die Fürſten,*
inquit, *beredeten ſich untereinander, und gaben dem Keyſer dieſe antwort: Ewere Key-
ſerliche Majeſtæt tragen gut wiſſen, was die Keyſerliche Recht inhalten, als nemlich
daſs deren jeglicher, ſo ſich wider den Keyſer oder das Keyſerthumb aufflehnet, in die* 491
*Straff der ungnaden fallen, und neben ſeinen gütern deſs Lebens verluſtig ſeyn ſoll. Der-
entwegen thun wir hiemit dieſen unſern Auſsſpruch, daſs der Henrich auſs Kerndten,
welcher ihme das Kænigreich Bæhmen, dem H. Ræmiſchen Keyſerthumb zuwider, ſelbſt
muthwilliger weyſe zugeeignet, und noch beſitzet, durch dieſe that alle ſeine Recht bey*
B *dieſem Kænigreiche, ſampt ſeines Gemahls anfælle, verlohren hatte. Dann es iſt unbil-
lich, daſs der jenige, der ſich wider die Keyſerlichen Recht aufflehnet, ein Kænig; noch
der, ſo das Leben vom Keyſer nicht empfangen, ein Fürſt genennet werden ſoll. Der-
halben wollen E. Keyſerl. Majeſtæt ihme das Kænigreich Bæhmen, ſampt den Fürſten-
thumb Kerndten nehmen, und dieſelben anderweit verſehen.* Quo decreto confirma-
tur id, quod diximus, [β] bannitum non modo aliena invaſa, ſed ſua etiam propria,
tam patrimonia quam matrimonia, jure ipſo amittere, & feudi domino vel proximo
agnato cedere.

17. Anno MCCCXXX. quum Johannes Rex Bohemiæ hoſtibus Imperatoris Guelphis
in Italia adhærere, & provincias Regni Longobardici ab Imperio alienare atque inter-
C vertere diceretur, Imperator Ludovicus IV. Auguſtus eum, in Comitiis Ordinum, per-
duellionis [γ] & læſæ Majeſtatis reum peregit. Henricus Rebdorffenſis: (δ) *Joannes
Rex Boemiæ intravit Italiam vocatus a quibuſdam Rectoribus ibidem, & multæ civita-
tes Lombardiæ obediunt ſibi, & pro Domino ipſum recipiunt, &c. Propter quod Ludwi-
cus Imperator conqueritur Principibus contra eum, dicens eum contra Imperium exceſſiſ-
ſe. Sed ſequenti anno idem Rex rediens de Italia, ſuper hoc ſe excuſat coram eodem
Ludwico in Ratiſpona.* Ex quibus verbis, & relatis hactenus exemplis, colligitur, Re-
ges, Electores, ac Principes præpotentes, eſſe in publicis Ordinum Comitiis [ε] reos
a Cæſare peragendos, & de horundem conſilio ac ſententia damnandos, banniendos
& proſcribendos, maxime ſi Cæſar ſit impar executioni faciendæ, & Ordinum auxilia-
D ribus indigeat copiis.

18. Anno MCCCCXXXI. Sigiſmundus Imperator, ubi Bohemorum hæreſim ac rebel-
lionem armari & indies creſcere animadvertiſſet, priusquam peſtis amplius invaleſceret,
Electores, Principes, cæterosque Imperii Ordines Norimbergam convocat, de Bohe-
morum hæreſi & rebellione conqueritur; ad eos convertendos & compeſcendos conſi-
lia & auxilia implorat: Bohemiæ Primores tamquam hæreticos a Summo Pontifice dam-
natos & excommunicatos; tamquam rebelles ab ſe proſcriptos & bannitos oſtendit.

Aderat

(α) Hagecius] *in Chron. Bohem. part. 1. anno 1310. fol. 377.*

(β) Quod diximus] *lib. 2. cap. 4. §. 4.*

E (γ) Perduellionis] *cujus eadem eſt pœna, quæ criminis læſæ Majeſtatis*, l. 1. D. ad L. Jul. Majeſt. l. 5. in princ. C. eod. tit. l. 3. C. Theodoſ. ad L. Cornel. de Sicar. *Paulus* lib. 5. ſentent. tit. 29. *Eclog. ſive ſynopſis* Βασιλικῶν lib. 60. tit. 36. *Conſtant. Harmenopolus in* Promptuar. Jur. lib. 6 tit. 6. *Receſſ. Auguſtan. Ratiſponenſ. 1541. §. 70. Damit nun ſolchem künfftiglich, Receſſ. Auguſtan. 1555. §. 4. daſs auch die Obrigkeiten, Ordinat Criminal.* artic. 127. *Fichardus* Conſil. German. 102. *Kirchovius* Conſil. 1. num. 12. & ſeq. tom. 1.

F (δ) Rebdorffenſis] *in Annalib. anno 1330.*

(ε) In publicis Ordinum Comitiis] *Joh. Tilletus ſeu Tillius in* Collectan. *Falcetus in* Origin. dignit. Franc. *Bignonius in* Not. ad Marculphi Formul. lib. 1. c. 25. *Freherus in* Tractat. *Vom Furſtenrecht. Andr. Quercetanus in* Not. ad Bibliothec. Cluniacenſ. *Nicol. Camuzatus in* Promptuar. Antiquitat. Tricaſſin. *Joan. a Boſco in* Not. ad Bibliothec. Floriacenſ. *Franc. Hottomannus in* Francogall. *Quis autem proceſſus cum Principibus coram Cæſare criminaliter, Vultejus ad* l. 1. num. 48. C. ubi Senat. vel clariſſ. conven. *aut etiam civiliter pro perſequendo aliquo Principatu vel Comitatu, conventus ſervari debeat, docent idem Vultejus ad* d. l. 1. num. 28 & ſeqq. *Freherus in* d. tractat. *Engelbrechtus* de Juriſdict. concluſ. 127. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſſ. 4. cap. 19. num. 9. & ſeqq. & claſſ. 5. cap. 6. num. 178. & ſeqq. *Anton Colerus* de Jur. Imper. German. ſect. 24. Dan. Otto de Jur. publ. cap. 11. fol. 375. *Lehmannus* lib. 7. Chronic. Spirenſ. cap. 113. fol. 977. col. 2. *Leipoldus apud Arumaeum in* Diſcurſ. de jur. publ. tom. 1. fol. 242. *& alii auctores infiniti, quos alibi catervatim allegamus. Noſtris tamen moribus a-
ctiones iſtæ ſive accuſationes partim in Camera, par-* 492
tim in Aula Cæſarea inſtitui ſolent, quum cognitio vitæ ac necis in Principem, nec non controverſorum Ducatuum & Comitatuum, ſit S. Cæſareæ Majeſtatis præeminentia ſoli reſervata, nec amplius vel Regimento, vel Cameræ, vel Paribus Curiæ competebat, niſi ipſis ſpecialiter Imperator mandaverit vel delegaverit, ut conſtituêre Carolus V Imp. in Conſtitut. de Regiment. 1521. §. 4. *Und behalten uns bevor. Ferdinandus I. Imp. in* Ordinat. Camer. part. 2. tit. 7. *Rudolphus II. Imp. in* Confirmat. tranſactionis Jüterbockianæ ſuper controverſia Juliacenſi, facta anno 1610.

Aderat Julianus Cardinalis S. Angeli a Martino V. Papa miſſus: aderant Electores, Du- A
ces Bavariæ, Auſtriæ, Saxoniæ, Brandenburgiæ, Lotharingiæ, Epiſcopi, Prælati, Co-
mites, Nobiles, Liberi, & Civitates Imperiales, admodum frequentes. Decreta in Bo-
hemos expeditio fuit agmine tripertito. Dux belli Fridericus Elector Brandenburgius
declaratus, qui Cardinalem ſequeretur. (α)

19. In ſumma, Reges Bohemiæ poſſe in crimine perduellionis & læſæ Majeſtatis ab
Imperatoribus trahi in jus, convictos damnari, proſcriptos privari Regno ac Provinciis;
tam ipſos quam eorum liberos, ingenue fatetur Generoſus Baro Streinius, [β] trium
Cæſarum & Bohemiæ Regum Conſiliarius prudentiſſimus, in ſuo ad Rudolphum II. Re-
ſponſo ita ſcribens: *Da ein Kænig in deſs Keyſers ungnad und deſs Reichs Acht fiele,*
wie Kænig Suatoplucus in Mæhren in Keyſer Arnolffs, Kænig Ottaker in Kænig Rudolf- B
fens. Dann in crimine læſæ Majeſtatis die kinder ſo wol als die vætter büſſen. Wie dann
Kænig Rudolff damalen das Kænigreich Bœhmen, allein auſs gnaden und gepflegter un-
terhandlung, Kænig Ottackers Sohn Wenceslao erfolgen laſſen.

(α) *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 48. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1431. *Dubravius, Aventinus, Boregk, & plerique omnes hiſtoriographi.*

(β) Streinius] *in Informatione von des Hauſes Oeſterreichs erblichen Succeſſion in der Cron Bœheim &c. quam Imp. Maximiliani II. juſſu inſtituit, Rudolphi II. mandato revidit, denique Matthiæ monitu complevit anno 1599.* 493

CAPUT X.

Exempla Supplicum Bohemiæ Regum, qui humiliter ſeſe Imperatori ſubmitten- C
tes, & culpam publice deprecantes, in gratiam fuerunt recepti, & Regno ditionibuſque
ſuis reſtituti. Quam non pœnitenda fuerit hæc humiliatio, ſubmiſſio & deprecatio, alio-
rum complurium Regum & Archiprincipum Electorum, præſertim Comitum Palatinorum
& Bavariæ Ducum exemplis memorabilibus illuſtratur. Mos ſupplicum & pœnitentium
Principum, ut aperto capite, nudis pedibus, coram Imperatore procumbentes veniam pre-
carentur. Quiſque Princeps olim ſecundum gentis ſuæ legem judicabatur. Qualis fue-
rit pœna, quam Hermannus Comes Palatinus Rheni, fractæ pacis publicæ & rebellionis
reus, in cane geſtando ſuſtinere coactus fuerit. Juſtitiæ hujus remiſſio quantum mali Im-
perio pepererit. Libertas Principum Imperii quibus in rebus conſiſtat. Quantam cladem
Palatinatus Rheni acceperit ex proſcriptione Philippi Electoris, totius Imperii viribus, D
mandato Cæſaris, in Palatinatum Rheni & ſuperiorem Bavariam Palatinam infuſis.

HOc erat jus Imperatorum in Duces ac Reges Bohemiæ. Quorum indignatio-
nem nonnulli Duces ac Reges veriti, maluerunt ſuppliciter culpam deprecari,
quam vitæ Regnique periculum ſubire. De Zizais, Arabarii, Viduarii, & V-
ſafri, Regum Moraviæ, Pannoniæ, Sarmatiæ & Jazygiæ, quæ nunc Tranſyl-
vania dicitur, humilima & abjectiſſima ſubmiſſione, ſupplicique deprecatione, jam ſu-
pra (α) diximus. Et de Zizai quidem Moravorum Bohemorumque Rege, narrat Am-
mianus Marcellinus, (β) quod a Conſtantio II. Imperatore ad deprecandum admiſſus,
abjectis armis pectore toto procubuerit exanimis ſtratus, juſſuſque exſurgere, genibus
nixus, conceſſionem delictorum ſibi tribui ſupplicaverit & veniam. Et Aventinus [γ]
de Conſtantio Imperatore ſcribens: *Ad Quadorum*, inquit, *confinem Pannoniæ regio-* E
nem arma movet. Reges & Reguli Quadorum & Sarmatarum, Ziza, Frægiledus, Ru-
marus, Batherus, ad Conſtantium ſupplices veniunt, captivos reddunt, veniam præteri-
torum orant, & impetrant, obſideſque dant. Moti hac clementia Auguſti Arabarius &
494 *Vſafer Reguli, quorum alter Quadis* (id eſt Moravis) *alter Sarmatis quibuſdam præerat,*
locorum confinio & morum feritate conjunctiſſimi Imperatorem & ipſi adeunt Romanum,
in ſocietatemque recipiuntur. Et paucis interjectis: *In animo erat Auguſto reliquias belli*
Quadorum perſequi. Vitrodorus Rex, & Agilimundus Regulus, pacem rogant, impe-
trantque, & more gentis eductis mucronibus, quos pro numine colebant, juravere ſe in
amicitia Romana permanſuros.

 F

(α) Supra diximus] *lib. 1. cap. 13. §. 8. ubi vide.*

(β) Marcellinus] *Hiſt. Roman. lib. 17.*

(γ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 2. fol. 143. & ſeq. cui conſonat Dubravius* lib. 8. Hiſtor. Bohem. fol. 61.

A 2. Sic Raſticus ſeu Ratiſlaus Rex Moraviæ, Carolomanno II. Cæſari ſupplex factus, veniam meruit. Idem Aventinus: [α] *His denique coactus Ratiſolaus, legatos primum pacem petitum ad Carolomannum præmittit. Accepta fide, deinde ſupplex advenit, Regioque nomine abdicato in verba Carolomanni jurat &c.* Factum id anno Chriſti DCCCLXVII.

3. De Zuenteboldi ſeu Suatebogi Moraviæ Regis ſubmiſſione & deprecatione idem Aventinus (β) narrat: *Ludovicus II. Rex menſe Auguſto in Mediomatricum urbe Concilium Procerum agit; ibi Berthnarus Dynaſta Suevus, ſuperiori anno a Moravis captus, a Suatebogo hac lege, ut legationem ad Regem ſuſciperet, ac ex fide defungeretur, dimiſſus, perſuaſit Ludovico Regi noſtro, ut Suatebogo ſupplici gratiam faceret, peccata faten-*
B *ti veniam præteritorum donaret, in fidem ac clientelam acciperet.*

4. Boleſlaus I. Dux Bohemiæ ab Imperatore Ottone I. Auguſto ob commiſſum parricidium, & Eccleſiæ Chriſtianæ perſecutionem, proſcriptus belloque petitus, Cæſari obviam cucurrit, equove deſcendens in genua prolapſus veniam ſupplex petiit. Quærente Imperatore, quis eſſet, & quid deliquiſſet? reſpondit, ſe Ducem eſſe Bohemiæ, gratiamque humiliter petere: peccaſſe ſe in Deum, & adverſus Dominum ſuum Imperatorem: promittere emendationem delictorum, & fidem Cæſari atque Imperio conſtantiſſimam: imperatiſque Cæſareæ Majeſtatis ſeſe, prompte & paratiſſime in poſterum eſſe pariturum. Id anno DCCCCLXIV. contigiſſe memoratur. (γ)

5. Bretiſlaus ſive Vratiſlaus Moraviæ Dominus, Vdalrici Bohemiæ Ducis filius, ra-
C puerat Principem Sanctimonialem ex Cœnobio Ratiſponenſi Juditham nomine, quam Ottonis II. Imperatoris filiam fuiſſe plerique hiſtorici tradunt. Qua injuria commotus Imperator expeditionem in Bohemiam inſtituit. Dux & raptor filius ſupplicium ſubterfugituri, Juditham ad patrem Imperatorem ablegarunt pro marito raptore interceſſu- 495
ram & deprecaturam. Quam Æn. Sylvius (δ) ita introducit exorantem: *Veniet cum patre gener ad pedes tuos, veniam commiſſi petet: te Regem, te Dominum profitebitur; neque impedimento erit, quo minus ſedem in medio Bohemiæ colloces, ibique jus dicas. Placuit Imperatori conſilium, atque in ejus verba fœdus ictum, exercitus conſalutati, & in Boleſlavia, quæ umbilicum tenere Bohemiæ creditur, ſedes Imperatoris lapidea erecta*, &c. Et Albert. Krantzius: (ε) *Venit ſub aſpectum Dux ipſe, & genibus provolutus,*
D *veniamque precatus impetravit.*

6. Meſico Dux Bohemiæ armis Cæſareanorum militum adactus, ad Imperatorem Ottonem III. ſupplex venit, & rebellionem deprecatus gratiam impetravit, anno Chriſti DCCCCLXXXVII. (ζ)

7. Bretiſlaus [η] Dux Bohemiæ, violato Conradi II. Imp. edicto (θ) de pace publica, (nam Poloniam Imperio tunc parentem hoſtiliter ingreſſus deprædaverat) ab Imperatore Heinrico III. ad cauſſam dicendam citatur, contumax damnatur, & bello petitur. Dux imparem ſeſe potentiæ Cæſaris animadvertens, Legatos ad eum præmittit, qui ſibi liberiſque ſuis vitæ gratiam fieri ſupplicarent: bellum iramque deprecarentur, ad ſolam clementiam provocarent, miſericordiam Cæſaris implorarent, ac ſine ulla
E pactione ſe Regnumque in illius fidem traderent. Hos Dux ipſe paulo poſt Ratiſponam ſubſequitur, ibique in publico Principum conſeſſu coram Imperatore procidens, commiſerationem omnium in ſe convertit. *Vratiſlaus*, inquit Aventinus. (ι) *cum pleriſque Optimatibus Reginoburgium venit. Cæſaris in Senatu, curuli ſella, cultu Regio, ſedentis pedibus lachrymabundus accidit, adoperto capite calceis pedibus detractis, corpus humi proſternit, ſuppliciter veniam præteritorum orat, Bojemiam cum ſigno reddit, Regium nomen, Poloniam quam occuparat, abjurat. Surgunt Purpurati, Pontifices, Dynaſtæ, Imperato-*

(α) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 316.*
(β) Aventinus] *d. lib. 4. fol. 338.*
(γ) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno
F 964.
(δ) Sylvius] *in hiſtor. Bohem. cap. 18.*
(ε) Krantz] *lib. 4. Saxon. cap. 19.*
(ζ) *Spangenberg in* Chron. Saxon. cap. 147. *Calviſius in* Chronolog. anno 987.
(η) Bretiſlaus] *rem ita geſtam referunt Sylvius in* Hiſt. Boh. cap. 19. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. in Bohemia de Biſetiſlao Duce, *Spangenberg in* Chron. Sax. cap. 171. anno 1039. & an. 1041.
(θ) Conradi II. edicto] *quod refert Dubravius* lib. 7. Hiſt. Boh. fol. 52. *Boregk in* Chron. Boh. fol. 80. *infra* cap. 11. §. 9. *Conſtit. Imperial.* tom. 3.
(ι) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 5. fol. 408. Nota autem ex hoc & aliis in hoc capite relatis exemplis, morem ac ritum pœnitentium & ſupplicium, qui erat, ut aperto capite, nudis pedibus, humi proſtrati veniam delictorum precarentur. Cujus rei perilluſtre exemplum præbet etiam Henrici IV. Imp. deprecatio Canuſii facta coram Gregorio VII. Papa, in ipſo brumæ algore. Et hinc ortum habet Fratrum Minorum ſeu Franciſcanorum nudipedalitas, quod pœnitentiam perpetuam ex voto agant.*

Imperatorem per Chriſtum Deum optimum maximum, per elementiam ejus obteſtantur, A
*per ſuperos omnes obſecrant, ut miſero & ſcelus confitenti ignoſcat. Annuit Cæſar, Vra-
tislaus juſſus ſurgere, juramentum ſolenne dicit, &c.*

496 8. Sobieslaus Dux Bohemiæ fractæ pacis publicæ reus, quum mandatis Cæſareis pa-
rere contemneret, Imperator Lotharius II. in Bohemiam exercitum movit, Ducemque
eo adegit, ut pacem peteret, quam hac conditione impetravit, ut in pedes coram Im-
peratore procidens, delictorum gratiam ſupplicaret, quod & factum eſt. [α]

9. Conradus Marchio Moraviæ ob acceptatam injuſtam Bohemorum electionem,
& vim legitimo Duci ac poſſeſſori Vladislao illatam, a Conrado III. Imperatore pro-
criptus, & viribus fractus, ad gratiam confugit, Cæſarique ſupplex factus, veniam obe-
dientiæ petens, culpam deprecatur: ægre tandem, Principibus Imperii intercedentibus, B
in gratiam a Cæſare receptus. (β)

10. Ottocarus Rex Bohemiæ potentiſſimus, & cujus Imperium a mari Hadriatico
uſque ad Oceanum Balthicum protendebatur, erat ob crimen læſæ Majeſtatis & perduel-
lionis a Rudolpho I. Cæſare proſcriptus, in eaſque coactus anguſtias, ut ſubmittere
ſeſe (γ) & veniam a Cæſare humiliter ſupplicare maluerit, quam Regni poſſeſſione de-
turbari. Colmarienſis (δ) Dominicanus: *Videns Rex Bohemiæ, quod non poſſit Regi
Romanorum reſiſtere, humiliavit ſe, & commiſit ſe gratiæ ſuæ.* Felix Faber (ε) Ul-
menſis Monachus: *Videns Ottakerus periculum ſuum, venit Wiennam, & flexis geni-
bus veniam a Rege Rudolpho petiit.* Æn. Sylvius: (ζ) *Rudolphus I. Imperator adeptus
Auſtriam, Othocarum in verba ſua jurare more majorum expoſcit. Id ſuperbo Regi gra-* C
*vius viſum, tanquam ex Domino ſervus fieret, exin bellum indicitur. Veritus Othoca-
rus Rudolphi potentiam, injuſtamque belli cauſam animo volvens, legatos mittit, qui ſe
juraturum dicant, ſi modo intra tentorium Imperiale honoris ſui cauſa fieri Rudolphus ve-
lit. Accipit conditionem Imperator. Suggeſtum in tentorio ſublime paratur, ibique au-
reum ſolium eminentiori loco erigitur. Rodolphus diademate & Imperialibus inſignibus
conſpicuus, confidentibus Electoribus Imperii, cæteris Baronibus circumſtantibus, adve-
nientem Regem ſedens expectat. Ille cum paucis Regni ſui Optimatibus ingreſſus, conſcen-
ſo ſuggeſto, ad pedes Imperatoris genua flectit, proinde ex veteri conſuetudine, admotis
ſacroſanctis Evangeliis, jurejurando ſe adegit. Interea tentorium erat arte compoſitum,
a ſummo uſque deorſum in quatuor proſciſſum partes, decidit, Regemque, ut erat in alto* D
loco ad Imperatoris genua ſupplex, videndum exercitibus præbuit. Antonius Bonfinius, (η)
Hungariæ & Bohemiæ Regis Hiſtoriographus: *Ottocarus rei ſuæ conſulens, de concordia
cogitavit, mittit legatos ad Cæſarem, per quos juraturum ſe rite pollicetur, ſi modo ho-
noris ſui cauſa intra Auguſtale tabernaculum id clam fiat. Accepit conditionem Impera-
tor, illiuſque lepido commento pudorem eluſit. In medio ſpacio Auguſtale intenditur, Im-
peratoris juſſu, ſuggeſtus hercle ſublimis intus cum ſella paratur. Mox ipſe diademate
407 Imperatoriiſque inſignibus plane conſpicuus, confidentibus Imperii Electoribus, cæteriſque
in ſubſelliis rite Proceribus, Othocarum acciri jubet. Is cum paucis Optimatibus tento-
rium ingreſſus, prærevereuter ſuggeſtum conſcendit, ac ſupplex ad ejus genua conſtitutus,
dum ex more ſolenne ſacramentum præſtat, ecce tentorium ex induſtria compoſitum, in* E
partes quatuor ex improviſo ſolutum decidit, &c. Gerard. de Roo (θ) Hiſtoriographus
Auſtriacus: *Cum diu diſceptata res eſſet, tandem Ottocarus Palatino tranſigendi poteſta-
te permiſſa, in caſtra ad Rugolphum Cæſarem venit, & eodem illo ſuadente ſubmiſſius, &
(ut clientem decet) ſe gerit. Ibi pax in has conditiones fit. Ottocarus Rex Auſtria, Sti-
ria, Carinthia, aliiſque locis vicinis privata poteſtate occupatis cedat, cognitionem de illis
Cæſari & Principum ſenatui permittat, obſides reddat, electionem Rudolphi approbet,
in ejus verba juratus Boëmiam & Moraviam ab eo recipiat, Hungaris ablata reddat,
capti utrimque ſuis reſtituantur, Ottocarus vero & hoc ſibi dari petiit, uti coram Prin-
cipibus ſub tentorio facere ſibi liceret; quæ in utriuſque exercitus conſpectu pudor vetabat.*

(α) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1127.

(β) *Idem Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1242.

(γ) Submittere ſeſe] *Joh. Thomas ab Haſelbach in* Chron. Auſtriæ lib. 2. *Dubravius* lib. 17. Hiſt. Boh. fol. 142. *Pantal. Candidus* lib. 2. Bohemaid. fol. 53. & ſeq. *Thom. Lanſius* in Conſultat. de Provinciar. Europæ inter ipſas Principat. in Orat. pro German. *& in* Diſputat. de Leg. Reg. concluſ. 52. F *Lipſius* lib. 2. Monitor politic. cap. 15.

(δ) Colmarienſ.] *in Annal. part. 3 fol. 44.*

(ε) Felix Faber] *lib. 1. Hiſtor. Suevor. & Ulmenſ. fol. 133.*

(ζ) Sylvius] *in Hiſt. Bohem. cap. 27.*

(η) Bonfinius] *Rer. Ungaricar. decad. 2. lib. 8. fol. 305.*

(θ) Roo] *lib. 1. Hiſtor. Auſtriac. anno 1277.*

A *Paratur ergo tentorium in inſula Danubii Camberga, ubi Cæſar Auguſtali ſubnixus ſolio*
ſedebat, Ottocarus genu poſito fidem conceptis verbis præſtans Boëmiæ & Moraviæ vexilla
ſuſcipit. Excogitata vero res erat ad deludendam ejus ſuperbiam commodiſſima: tento-
rium ita concinnatum erat, ut adducto quodam funiculo quatuor ejus latera conciderent,
quod cum, eo in genua procumbente, factum eſſet, res utriuſque exercitus oculis ſubje-
cta videbatur &c. Georgius Calaminus (α) Auſtriacus:

Ottocarus annon ipſe Cambergæ inſula
Poſitis ſedenti jurat armis Cæſari?
Supplex ſub amplo factus huic tentorio?

Facta hæc ſunt anno Chriſti MCCLXXVII. Qui plura de hac Ottocari ſubmiſſione, humi-
B liatione & deprecatione avet cognoſcere, is relegat ea, quæ ſupra *lib. 2. cap. 7. & lib. 3.*
cap. 14. deduximus.

8. Anno ſequenti MCCLXXVIII. Quum Ottocarus Rex, ſuperbæ conjugis inſtinctu,
iterum rebellare, & arma in Cæſarem movere auſus eſſet, Cæſar tantam ejus perfidiam
ulturus copias undique ex Imperio & Hungaria contraxit, perduellem oppreſſit, & in
acie cæſum Viennæ ſine ullo exſequiarum honore deponendum curavit. Regina autem
vidua, & filiolus Wenceslaus ſeptennis, ad aram miſericordiæ confugientes, vix per
paratos precatores, & ſupplices Regni Primates, gratiam impetrarunt. Ita ſcribit 498
Wolfgang. Lazius (β) Hiſtoriographus Cæſareus; *Cæſar cum victricibus ſignis victoriæ*
veſtigia ſecutus, trajecto Teya in Moraviam progreſſus, acceptis ex itinere in fidem locis,
C *ad Czaslaum non procul a finibus Bohemiæ occurrentem Ottonem Marchionem Branden-*
burgium habuit. Qui interpellans ad Cæſarem oratione pro tempore habita, ſupplicibus
cæteris Regni Satrapis, ac in genua provolutis, animum ejus tandem permulſit, ut data
venia liberis ac conjugi, avito Regno parceret.

9. Idem Wenceslaus Ottocari filius, Alberti I. Cæſaris ſororius, ab eo erat ob in-
terverſa jura Imperialia, & denegata ſervitia, in jus vocatus, & tandem contumax
proſcriptus, ut ſuperiori capite indicavimus. De quo ita ſcribit Georgius Fabricius,
(γ) *Wenceslaus II. Rex Bohemiæ per literas & legatos, aliasque ſolennitates ſingulares,*
reconciliationem pœnitentia ductus ab Imperatore unice petit, filioque ſibi cognomini man-
dat ſevere, ut ab Imperatore minime recedat.

D 10. Et ne vetera tantum in teſtimonium citem, recentiſſimum Matthiæ Hungariæ
& Bohemiæ Regis exemplum adhuc eſt in viridi hominum memoria, qui ut Rudol-
phum II. Imperatorem pacaret, interceſſores ſibi apud eum & deprecatores paravit,
Archiduces, Maximilianum fratrem, Magnum Magiſtrum Boruſſiæ, Ferdinandum
patruelem Ducem Stiriæ, &c. & Heinricum Julium Ducem Brunſuicenſem &c. cum ob-
latione ſatisfactionis omnimodæ, caſſatione pactorum initorum, & renuntiatione con-
fœderationum cum aliis factarum. [δ]

11. Nec novum hoc eſt aut inſolens, nec dignitate eorum alienum, ut Rex quiſpi-
am vel Archiprinceps Elector ſeſe Romanorum Imperatori ſubmittat, culpamque in ſu-
premam ejus Majeſtatem commiſſam ſuplex deprecetur. Et ut de primo ac ſummo
E Rege exordiar, Ludolphus [ε] Rex Romanorum, a patre Ottone I. Imperatore ob re-
bellionem proſcriptus, & tandem a ſuis omnibus derelictus, ſupplex a patre veniam
petiit, eamque impetravit, ſi ſe judicio Procerum Imperii ſiſteret. Sed Ludolphus u-
ſus conſilio quorundam Epiſcoporum, non exſpectato tempore judicii, pedibus nudis
& veſte ſordida ſeſe ad pedes patris in ſaltibus Lochenſibus proſternit, & veniam petit,
quam impetrat, quoad vitam, non autem quoad Regnum Romanorum, in quo ei 499
ſurrogandum a Proceribus Imperii curavit Ottonem filium ſecundogenitum.

12. Thaſſilo Rex Bojariæ, quum Carolo Magno Imperatori potentia ſua confiſus
rebellare auderet, ab eo ad conventum Procerum Ingelheimi indictum evocatur ad cauſ-
ſam dicendam, ubi noxæ convictus, omnium Ordinum conſenſu, ut Majeſtatis reus,
F capitali ſententia damnatur. Sed clementia Imperatoris, licet morti addictum, humi-
lime tamen deprecantem, & ut ſuæ filiique Theodonis vitæ parcatur flebiliter ſupplican-
tem,

(α) Calaminus] *in Rudolphottocaro act. 1. ſcen. 1.*

(β) Lazius] *lib. 1. Commentar. in genealog. Auſtriac. cap. 11. fol. 182.*

(γ) Fabricius] *lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 1305.*

(δ) *Gründlicher und warhafftiger bericht, wegen der zwiſchen der Röm. Keyſ. Majeſt.* Rudolphi II. &c. *und der Königl. Würd. zu Ungarn* Matthiæ, &c. *getroffener vergleichung*, fol. 61. ſub rubr. *Notel der abbitte.*

(ε) Ludolphus] *Witikindus Corbeienſ.* de Geſtis Saxonic. lib. 2. *Calviſius in* Chronologic. anno 954.

tem, capitali quidem ſupplicio utrumque liberavit, ſed Regnum Bavariæ confiſcavit, A
& in provinciæ formam redegit. Rex autem cum filio Monaſterium Lauriacenſe ingreſ-
ſus cucullam induit, ubi & tumulus eorum etiamnum oſtenditur. (α)

13. De ſubmiſſione Petri Hungariæ Regis ita narrat Aventinus: (β) *Petrus Rex U-
grorum ad Bojos confines Ugris, quamquam ſibi infeſtos, quod Bohemis ſuppetias tuliſſet,
cum paucis aufugit, benigneque ab Alberto Orientalis limitis* (id eſt Auſtriæ) *Duce acceptus
Reginoburgium ad Cæſarem* (Heinricum III.) *deducitur. Verum primum ſicuti Reipubli-
cæ hoſtis non ſolum aditu prohibitus, ſed in vincula quoque conjectus eſt. Adnitente ta-
men Alberto, cui ſoror illius nupta erat, & pleriſque Aulicis faventibus, miſerantibuſque
Regiam calamitatem, in conſpectum Heinrici admittitur. Moxque Principis pedibus
flens procumbit, fortunam deplorat ſuam, veniam delicti; ſimul vitam precatur. Cæſar
memor rerum humanarum inopi gratiam facit, eundem bono animo eſſe jubet, auxilium* B
pollicetur, &c.

14. De Boleslao Rege Poloniæ refert Curæus: (γ) *Principes Poloniæ fratres, me-
tuentes ſuis Provinciis, impetrata poteſtate adeundi Cæſarem* [Fridericum I.] *per Bohe-
mum, profecti ſunt in caſtra Cæſaris, & ſupplices ad genua ipſius proſtrati, veniam &
pacem petierunt. Fridericus Imperator, ut conſuleret honori Imperij, coëgit Boleslaum
primum juramento ſe purgare, quod non ad contumeliam Imperii, ſed aliis de cauſis fra-
trem eleciſſet. Deinde Fridericus, ſicut generoſi animi ſunt placabiles, & quia eum revo-
cabat Italia, largitus eſt Boleslao pacem his conditionibus. Reſtituat fratrem, & de
damnis ipſi illatis reſpondeat jure & legibus Magdeburgi: Imperatori mulctæ nomine ſol-* C
*vat 2000. libras argenti. Principibus, qui Cæſari militarunt, libras 1000. Aulicis ipſius
200. conjugi vero Cæſaris 20. libras auri* &c.

15. De Hermanno potentiſſimo illo Sueviæ & Alemaniæ Duce, S. Heinrico II. Im-
peratori poſt diuturnam rebellionem ſupplice facto, ſcribit Adelboldus (δ) Trajectenſis
Antiſtes: *Herimannus, qui conſilia juvenum ſequendo, & ſpem vacuam tenendo extra
ſe poſitus erat, ſe in ſemetipſum recollegit, & in ſolennitate S. Remigii Bruſellæ Regi ob-
viam venit, ſciens melius eſſe, ante damnum non feciſſe pœnitere. Nudis igitur pedibus
cum fidis interceſſoribus Regi ſe repræſentat, pro male commiſſis veniam petit, pro bonis
ſuis per Regium donum poſſidendis gratiam quærit, pro his impetrandis humotenus ge-
nua flectit. Ilico, benigne recipitur, & ei, quod quærebat cum omni humilitate conce-* D
ditur.

16. De Lothario Saxoniæ Duce & Archiprincipe Electore, ex Regio Witichindi
genere, ſupremum poſtea Romani Imperii ad culmen evecto, ſcribit Dubravius: (ε)
*Lotharius Dux Saxoniæ ad gratiam recuperandam ab Henrico V. Cæſare aliter non admiſ-
ſus, niſi pedibus nudus, ſaccoque indutus ante Henricum procideret, veniamque læſæ fi-
dei peteret.* Ad quæ verba Jordanus (ζ) annotat: *Moguntiæ Cæſar Lotharium ſuppli-
cem longa cinerea veſte indutum, bellique moti culpam deprecantem, admiſit, illique
ignovit data fide.* Et Geoeg. Fabricius: (η) *Anno* MCXIV. *Lotharius Elector Saxoniæ nu-
dis pedibus & diſcinctus procumbens ab Imperatore* [in Comitiis Moguntinis] *veniam
petit & impetrat.* E

17. Sed forte alienum quibuſdam videtur dignitate Principum Bavariæ & Palatino-
rum ex Regio Francorum genere deſcendentium, ut Imperatori ſuppliciter & depreca-
bundi adgeniculentur, aut ſummo Jovi Divûm patri ſeſe ſubſternant. Quod an ita ſit,
& an Dii iſti Boici ab hac Majeſtatis ſupremæ veneratione fuerint unquam exempti,
non aliunde melius, quam ex Rerum geſtarum memoria, & ipſis priorum exemplis,
cognoſcere poterimus. Et Arnulphus (θ) quidem cognomine Malus, Dux Bavariæ,
quem nonnulli Arnoldum vocant, a Conrado I. Cæſare agnato, quod Regnum affe-

(α) *Ademarus ſive Adelmus Monachus Benedi-
ctinus in* Annal. Francor. anno 788. *Engoliſmenſis
Monach. in* Vita Caroli Magni Imp. *Aimoinus* lib.
4. Hiſtor. Franc. cap. 80. *Rudolphus Fuldenſ. in*
Annal. Franc. anno 788. *Arnold. VVion in* Ligno
vitæ lib. 4. cap. 6. *VVelſerus* Rer. Boicar. lib. 5. fol.
332. *Freherus in* Origin. Palatin.

(β) Aventinus] *Annal. Boior. lib. 5. fol. 408.*

500 (γ) *Joachim. Curaus in* Annal. Sileſ. fol. 54. *Cal-
viſius in* Chronolog. anno 1157.

(δ) Adelboldus] *in vita S. Heinrici II. Impe-
ratoris fol. 438. in* Divis Bambergenſibus a Gretſe-
ro editis.

(ε) Dubravius] *lib. 9. Hiſt. Boh. fol. 66. Boregk* F
in Chron. Bohem. part. 1.

(ζ) Jordanus] *in Annotation. ad Dubrav. dict.
lib. 9.*

(η) Fabricius] *lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. u-
niverſ. anno 1114.*

(θ) Arnulphus] *Conradus Urſpergenſis in* Chron. 501
Elias Reuſnerus in Baſilic. genealog. in ſtemmat.
Reg. Franc. fol. 200.

A *Paratur ergo tentorium in inſula Danubii Camberga, ubi Cæſar Auguſtali ſubnixus ſolio
*ſedebat, Ottocarus genu poſito fidem conceptis verbis præſtans Boëmiæ & Moraviæ vexilla
ſuſcipit. Excogitata vero res erat ad deludendam ejus ſuperbiam commodiſſima: tento-
rium ita concinnatum erat, ut adducto quodam funiculo quatuor ejus latera conciderent,
quod cum, eo in genua procumbente, factum eſſet, res utriuſque exercitus oculis ſubje-
cta videbatur* &c. Georgius Calaminus (α) Auſtriacus:

Ottocarus annon ipſe Cambergæ inſula
Poſitis ſedenti jurat armis Cæſari?
Supplex ſub amplo factus huic tentorio?

Facta hæc ſunt anno Chriſti MCCLXXVII. Qui plura de hac Ottocari ſubmiſſione, humi-
B liatione & deprecatione avet cognoſcere, is relegat ea, quæ ſupra *lib. 2. cap. 7. & lib. 3.
cap. 14.* deduximus.

8. Anno ſequenti MCCLXXVIII. Quum Ottocarus Rex, ſuperbæ conjugis inſtinctu,
iterum rebellare, & arma in Cæſarem movere auſus eſſet, Cæſar tantam ejus perfidiam
ulturus copias undique ex Imperio & Hungaria contraxit, perduellem oppreſſit, & in
acie cæſum Viennæ ſine ullo exſequiarum honore deponendum curavit. Regina autem
vidua, & filiolus Wenceslaus ſeptennis, ad aram miſericordiæ confugientes, vix per
paratos precatores, & ſupplices Regni Primates, gratiam impetrarunt. Ita ſcribit 498
Wolfgang. Lazius (β) Hiſtoriographus Cæſareus; *Cæſar cum victricibus ſignis victoriæ
veſtigia ſecutus, trajecto Teya in Moraviam progreſſus, acceptis ex itinere in fidem locis,
C ad Czaslaum non procul a finibus Bohemiæ occurrentem Ottonem Marchionem Branden-
burgium habuit. Qui interpellans ad Cæſarem oratione pro tempore habita, ſupplicibus
cæteris Regni Satrapis, ac in genua provolutis, animum ejus tandem permulſit, ut data
venia liberis ac conjugi, avito Regno parceret.*

9. Idem Wenceslaus Ottocari filius, Alberti I. Cæſaris ſororius, ab eo erat ob in-
terverſa jura Imperialia, & denegata ſervitia, in jus vocatus, & tandem contumax
proſcriptus, ut ſuperiori capite indicavimus. De quo ita ſcribit Georgius Fabricius;
(γ) *Wenceslaus II. Rex Bohemiæ per literas & legatos, aliasque ſolennitates ſingulares,
reconciliationem pœnitentia ductus ab Imperatore unice petit, filioque ſibi cognomini man-
dat ſevere, ut ab Imperatore minime recedat.*

D 10. Et ne vetera tantum in teſtimonium citem, recentiſſimum Matthiæ Hungariæ
& Bohemiæ Regis exemplum adhuc eſt in viridi hominum memoria, qui ut Rudol-
phum II. Imperatorem pacaret, interceſſores ſibi apud eum & deprecatores paravit,
Archiduces, Maximilianum fratrem, Magnum Magiſtrum Boruſſiæ, Ferdinandum
patruelem Ducem Stiriæ, &c. & Heinricum Julium Ducem Brunſuicenſem &c. cum ob-
latione ſatisfactionis omnimodæ, caſſatione pactorum initorum, & renuntiatione con-
fœderationum cum aliis factarum. [δ]

11. Nec novum hoc eſt aut inſolens, nec dignitate eorum alienum, ut Rex quiſpi-
am vel Archiprinceps Elector ſeſe Romanorum Imperatori ſubmittat, culpamque in ſu-
premam ejus Majeſtatem commiſſam ſuplex deprecetur. Et ut de primo ac ſummo
E Rege exordiar, Ludolphus [ε] Rex Romanorum, a patre Ottone I. Imperatore ob re-
bellionem proſcriptus, & tandem a ſuis omnibus derelictus, ſupplex a patre veniam
petiit, eamque impetravit, ſi ſe judicio Procerum Imperii ſiſteret. Sed Ludolphus u-
ſus conſilio quorundam Epiſcoporum, non exſpectato tempore judicii, pedibus nudis
& veſte ſordida ſeſe ad pedes patris in ſaltibus Lochenſibus proſternit, & veniam petit,
quam impetrat, quoad vitam, non autem quoad Regnum Romanorum, in quo ei 499
ſurrogandum a Proceribus Imperii curavit Ottonem filium ſecundogenitum.

12. Thaſſilo Rex Bojariæ, quum Carolo Magno Imperatori potentia ſua confiſus
rebellare auderet, ab eo ad conventum Procerum Ingelheimi indictum evocatur ad cauſ-
ſam dicendam, ubi noxæ convictus, omnium Ordinum conſenſu, ut Majeſtatis reus,
F capitali ſententia damnatur. Sed clementia Imperatoris, licet morti addictum, humi-
lime tamen deprecantem, & ut ſuæ filiique Theodonis vitæ parcatur flebiliter ſupplican-
tem,

(α) Calaminus] *in Rudolphottocaro act. 1. ſcen. 1.*

(β) Lazius] *lib. 1. Commentar. in genealog. Auſtriac. cap. 11. fol. 182.*

(γ) Fabricius] *lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 1305.*

(δ) *Gründlicher und warhafftiger bericht, wegen der zwiſchen der Röm. Keyſ. Majeſt.* Rudolphi II. &c. *und der Königl. Würd. zu Ungarn* Matthiæ, &c. *getroffener vergleichung*, fol. 61. ſub rubr. *Notel der abbitte.*

(ε) Ludolphus] *Witikindus Corbeienſ.* de Geſtis Saxonic. lib. 2. *Calviſius in* Chronologic. anno 954.

tem, capitali quidem ſupplicio utrumque liberavit, ſed Regnum Bavariæ confiſcavit, A & in provinciæ formam redegit. Rex autem cum filio Monaſterium Lauriacenſe ingreſſus cucullam induit, ubi & tumulus eorum etiamnum oſtenditur. (α)

13. De ſubmiſſione Petri Hungariæ Regis ita narrat Aventinus: (β) *Petrus Rex Ugrorum ad Bojos confines Ugris, quamquam ſibi infeſtos, quod Bohemis ſuppetias tuliſſet, cum paucis aufugit, benigneque ab Alberto Orientalis limitis* (id eſt Auſtriæ) *Duce acceptus Reginoburgium ad Cæſarem* (Heinricum III.) *deducitur. Verum primum ſicuti Reipublicæ hoſtis non ſolum aditu prohibitus, ſed in vincula quoque conjectus eſt. Adnitente tamen Alberto, cui ſoror illius nupta erat, & pleriſque Aulicis faventibus, miſerantibuſque Regiam calamitatem, in conſpectum Heinrici admittitur. Moxque Principis pedibus flens procumbit, fortunam deplorat ſuam, veniam delicti; ſimul vitam precatur. Cæſar* B *memor rerum humanarum inopi gratiam facit, eundem bono animo eſſe jubet, auxilium pollicetur*, &c.

14. De Boleslao Rege Poloniæ refert Curæus: (γ) *Principes Poloniæ fratres, metuentes ſuis Provinciis, impetrata poteſtate adeundi Cæſarem* [Fridericum I.] *per Bohemum, profecti ſunt in caſtra Cæſaris, & ſupplices ad genua ipſius proſtrati, veniam & pacem petierunt. Fridericus Imperator, ut conſuleret honori Imperij, coëgit Boleslaum primum juramento ſe purgare, quod non ad contumeliam Imperii, ſed aliis de cauſis fratrem eleciſſet. Deinde Fridericus, ſicut generoſi animi ſunt placabiles, & quia eum revocabat Italia, largitus eſt Boleslao pacem his conditionibus. Reſtituat fratrem, & de damnis ipſi illatis reſpondeat jure & legibus Magdeburgi: Imperatori mulctæ nomine ſol-* C *vat 2000. libras argenti. Principibus, qui Cæſari militarunt, libras 1000. Aulicis ipſius 200. conjugi vero Cæſaris 20. libras auri* &c.

15. De Hermanno potentiſſimo illo Sueviæ & Alemaniæ Duce, S. Heinrico II. Imperatori poſt diuturnam rebellionem ſupplice facto, ſcribit Adelboldus (δ) Trajectenſis Antiſtes: *Herimannus, qui conſilia juvenum ſequendo, & ſpem vacuam tenendo extra ſe poſitus erat, ſe in ſemetipſum recollegit, & in ſolemnitate S. Remigii Bruſellæ Regi obviam venit, ſciens melius eſſe, ante damnum non feciſſe pœnitere. Nudis igitur pedibus cum fidis interceſſoribus Regi ſe repræſentat, pro male commiſſis veniam petit, pro bonis ſuis per Regium donum poſſidendis gratiam quærit, pro his impetrandis humotenus genua flectit. Ilico, benigne recipitur, & ei, quod quærebat cum omni humilitate conce-* D *ditur.*

16. De Lothario Saxoniæ Duce & Archiprincipe Electore, ex Regio Witichindi genere, ſupremum poſtea Romani Imperii ad culmen evecto, ſcribit Dubravius: (ε) *Lotharius Dux Saxoniæ ad gratiam recuperandam ab Henrico V. Cæſare aliter non admiſſus, niſi pedibus nudus, ſaceoque indutus ante Henricum procideret, veniamque læſæ fidei peteret.* Ad quæ verba Jordanus (ζ) annotat: *Moguntiæ Cæſar Lotharium ſupplicem longa cinerea veſte indutum, bellique moti culpam deprecantem, admiſit, illique ignovit data fide.* Et Geoeg. Fabricius: (η) *Anno* MCXIV. *Lotharius Elector Saxoniæ nudis pedibus & diſcinctus procumbens ab Imperatore* [in Comitiis Moguntinis] *veniam petit & impetrat.* E

17. Sed forte alienum quibuſdam videtur dignitate Principum Bavariæ & Palatinorum ex Regio Francorum genere deſcendentium, ut Imperatori ſuppliciter & deprecabundi adgeniculentur, aut ſummo Jovi Divûm patri ſeſe ſubſternant. Quod an ita ſit, & an Dii iſti Boici ab hac Majeſtatis ſupremæ veneratione fuerint unquam exempti, non aliunde melius, quam ex Rerum geſtarum memoria, & ipſis priorum exemplis, cognoſcere poterimus. Et Arnulphus (ϑ) quidem cognomine Malus, Dux Bavariæ, quem nonnulli Arnoldum vocant, a Conrado I. Cæſare agnato, quod Regnum affe-

(α) *Ademarus ſive Adelmus Monachus Benedictinus in* Annal. Francor. anno 788. *Engoliſmenſis Monach. in* Vita Caroli Magni Imp. *Aimoinus* lib. 4. Hiſtor. Franc. cap. 80. *Rudolphus Fuldenſ. in* Annal. Franc. anno 788. *Arnold. VVion in* Ligno vitæ lib. 4. cap. 6. *VVelſerus* Rer. Boicar. lib. 5. fol. 332. *Freherus in* Origin. Palatin.

(β) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 5. fol. 408.*

(γ) *Joachim. Curæus in* Annal. Sileſ. fol. 54. *Calviſius in* Chronolog. anno 1157.

(δ) Adelboldus] *in vita S. Heinrici II. Imperatoris fol. 438. in* Divis Bambergenſibus a Gretſero editis.

(ε) Dubravius] *lib. 9. Hiſt. Boh. fol. 66. Boregk in* Chron. Bohem. part. 1. F

(ζ) Jordanus] *in Annotation. ad Dubrav. dict. lib. 9.*

(η) Fabricius] *lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 1114.*

(ϑ) Arnulphus] *Conradus Urſpergenſis in* Chron. *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtemmat. Reg. Franc. fol. 200.

A ctaret, læſæ Majeſtatis damnatus, proſcriptus, in Hungariam expulſus, [α] eique Eberhardus frater Imperatoris in Ducatu Bavariæ ſuffectus eſt: nec prius pacem ab Henrico I. Saxone, Conradi ſucceſſore, obtinere potuit, quam ſupplex factus (β) Regium nomen ejuraret, & depoſitis armis Cæſari fidelitatem more aliorum Principum procumbens juraret.

18. Ejus filii, Eberhardus, Hermannus & Otto, quum de hereditate diſceptarent, nec Imperatorem Ottonem I. Saxonem arbitrum ferrent, ſed contra eum ad arma conclamarent, Ducatu Bavariæ exciderunt, [γ] vix paucis Comitatibus ab Imperatore relictis, & inter eos ſub Comitum Palatinorum dignitate diviſis, ut Wittelsbachio, Schirenſi, & aliis, Ducatu ipſo in Heinricum Imperatoris fratrem, eorum ſororium, colla-B to. Et Eberhardus quidem [δ] Palatinus, cum rebellans ad bellum perſequendum imparatus eſſet, pro pace, hortatu Archiepiſcopi Moguntini, ſupplicat apud Imperatorem: & impetrat quidem, ſed hac conditione, ut Hildesheimium in exſilium abduceretur. Sed paulo poſt in gratiam ab Imperatore receptus, iterum rediit ad vomitum rebellionis, fœdusque contra Imperatorem (ε) fecit cum Henrico Imperatoris fratre, Bavariæ Duce, Giſelberto Lotharingio, & Friderico Moguntino. Quibus ab Imperatore domitis, quum Hungaros in Imperium (ζ) citaſſet, captus & perduellionis convictus in Sueviam relegatur, ubi exſul obiit. (η) Hermannus (ϑ) autem frater ejus, cui pars Bavariæ conceſſa erat ſub Comitis Provincialis titulo, quum itidem Cæſari auderet rebellare, in prœlio captus omnibus ſuis ditionibus exſuitur.

C 19. Quin & ille ipſe Heinricus Bavariæ Dux, quum accepti beneficii immemor fratri Imperatori rebellaret, ab eo proſcriptus & expulſus eſt, Ducatu Bavariæ in Bertholdum (ι) Arnulphi Ducis fratrem, & Eberhardi patruum tranſlato. Heinricus ergo (κ) nuſquam tutum ſe conſpiciens, ſpe veniæ impetrandæ venit Francofurtum, ubi Imperator Natalia Chriſti celebrabat, & mane fratri templum adeunti nudipes & atratus occurrit, ſeque ad pedes ejus ſupplicem proſtravit, petivitque veniam, & impetravit, ſed cum acerba objurgatione: Ducatum tamen (λ) non recuperavit, niſi defuncto demum Bertholdo, cui eum Imperator conceſſerat.

20. Heinricus ſive Hezilo Dux Bavariæ, patruelis Ottonis II. Imperatoris, cum Archiepiſcopis Moguntino & Magdeburgio, Rege Daniæ, Ducibus Poloniæ & Bohe-D miæ, aliiſque Imperii Principibus contra Imperatorem conſpirans, (μ) ab eo, in Ordinum Comitiis, Majeſtatis læſæ accuſatur anno MCCCCLXXIII. Quorum ſuaſu apud Imperatorem culpam deprecatus, gratiam recuperavit. Sed cum biennio poſt, [ν] licet a viribus imparatus, & a ſociis deſertus, rebellare tamen iterum auderet, ab Imperatore proſcriptus, Ducatuque pulſus eſt: quem Imperator Ottoni Duci Sueviæ, ſuo ex fratre Ludolpho nepoti, conceſſit. Heinricus autem exſul abiit in Bohemiam, ubi de pace cum Imperatore per interceſſores tractans, convenit, ut ſe ſiſteret judicio (ξ) Imperii: ubi comparens in Comitiis, communi Principum conſenſu tam ipſe, quam filius ejus, exſilio mulctantur. (ο)

21. Reuſnerus (π) ita ſcribit: *Henricus, alias Hezilo, Dux Bavariæ, Saxoniæ & E Brabantiæ, Ottoni III. agnato Imperatori rebellis, ab illo proſcriptus, hoſtis Imperii judicatus, Regnoque Bavariæ exactus, Treverim in exſilium eſt relegatus.* Hæc ille. Tandem

501 (α) Expulſus] *Urſpergenſ.* ibid. *Calviſius in* Chronolog. anno 916.

(β) Supplex factus] *Schaffnaburgenſ. in* Chronic. de geſt. German. & Gallor. anno 921. *Calviſius in* Chronolog. anno eod.

(γ) Ducatu excid.] *VVittikindus* de Geſtis Saxon. lib. 2. *Calviſius in* Chronolog. anno 937.

(δ) Et Eberhardus quidem] *Urſpergenſ.* in Chron. anno 938. *Calviſius in* Chronolog. anno F 938. in fine. *VVittikindus* lib. 2.

(ε) Fœdusque contra Imp.] *Georg. Fabricius* lib. 2. Origin. Saxon. anno 939. *Calviſius in* Chronolog. anno eod. *VVittikindus* lib. 3.

(ζ) Hungaros in Imper.] *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. fol. 200. in fin.

(η) Ubi exſul obiit] *in prœlio caſum ſcribit Luitprandus* lib. 4. cap. 16. & ſeq.

(ϑ) Hermannus] *idem Reuſnerus* fol. 201. *Spangenberg in* Chronic. Saxon.

(ι) Bertholdum] *VVittikindus* de Geſtis Saxon. lib. 2. *Luitprandus* lib. 4. cap. 18. Rer. in Europ. geſtarum.

(κ) Heinricus ergo] *VVittikindus* de Geſt. Saxon. lib. 2. *Calviſius in* Chronolog. anno 942. in fin. *Luitprandus* d. lib. 4. cap. ult.

(λ) Ducatum tamen] *Calviſius in* Chronolog. anno 947. *VVittikindus* lib. 3. fol. 41. *Luitprandus, &c.* 502

(μ) Conſpirans] *Georg. Fabricius* lib. 2. Origin. Saxonic. anno 973. *Calviſius in* Chronolog. anno eodem.

(ν) Biennio poſt] *iidem ibid. in anno 975.*

(ξ) Siſteret judicio] *iidem in anno 976.*

(ο) Exſilio mulct.] *iidem in anno 977.*

(π) Reuſnerus] *in Baſilic. genealog. in Stemmat. Magnor. Duc. Saxon. fol. 264.*

Tandem tamen Hermanni Saxoniæ Comitiis induſtria Francofurti (α) in Comitiis Im- A
peratori publice ſupplex factus reconciliatur, & jurata ſolenniter fidelitate in Ducatum
reſtituitur anno Chriſti DCCCCLXXXIX.

22. *Heinricus cognomento Superbus* [verba ſunt ejuſdem Reuſneri (β) *Dux Bava-
riæ, Saxoniæ, Hetruriæ*, &c. *a Conrado III. Imperatore in Comitiis Wirciburgenſibus &
Goslarienſibus fuit Ducatibus ſuis privatus, edictoque proſcriptus.* Ecce Archiprinceps
Elector gemino jure, Bavariæ nempe & Saxoniæ, tamen Majeſtatis crimen adeo non
potuit effugere, quin utroque orbaretur: & Saxonia quidem Alberto Urſo Marchioni
& Electori Brandenburgio ceſſit, Bavaria autem & Noricum Leopoldo Marchioni Au-
ſtriæ & Imperatoris beneficio. Tandem tamen ſupplici Superbo (γ) Imperator eatenus
condonavit, ut demum poſt mortem ejus uterque Ducatus Heinrico filio reſtitueretur. B

503 23. Sed nec Heinricus filius, cognomento Leo, Bavariæ & Saxoniæ Dux, Archi-
princeps Elector; qui non modo duos Electoratus illos ſimul obtinebat, ſed Imperium
quoque ſuum ab Alpibus Italicis ad Rhenum, ab hoc ad mare uſque Balthicum per
Weſtphaliam, utramque Saxoniam, Venedorum Regnum, & Holſatiam protermina-
bat, Danubii, Rheni, Viſurgis & Albis dominator, in fide conſtitit, quin Friderico
I. Imperatori rebellans fuerit ad Comitia Principum citatus, ad objecta crimina reſpon-
ſurus, & contumax proſcriptus. Spangenbergius: (δ) *Anno MCLXXX. wurde Her-
tzog Henrich zu Sachſen und Beyern propter crimen læſæ Majeſtatis & rebellionis, auff
den gehaltenen Reichstægen zu Regenſpurg in Beyern, Würtzburg in Francken, und
Erffurt in Sachſen, offentlich in die Acht und Oberacht erklæret und außgeruffen. Wel-* C
*ches er ſich wol hab beſchwerdt, und furgewand, ſolche Acht ſey nicht kræfftig, ſinte-
mal er nit in dem lande, noch an dem ort, da er geboren worden, darein erklæret ſey.
Dann er ſich darauff beruffen, daß er in Schwabenland jung worden, und darinnen auch
die Acht, da die kræfftig ſeyn ſolte, hette ſollen uber ihn erkandt werden. Aber dieſem
behelff zubegegnen, iſt er zu Gemünde in Schwaben offentlich in die Acht zum uberfluß
erklæret worden.* At de ſubmiſſione & deprecatione ejuſdem narrat Johan. Becherer: (ε)
*Anno MCLXXXVII. ward ein Reichstag zu Erffurt gehalten umb Martini Allda iſt
Hertzog Heinrich ſelbſt eigener perſon erſchienen, dem Keyſer zu fuß gefallen, und auffs
allerunterthænigſt umb gnad gebetten.* Et Sethus Calviſius: (ζ) *Heinricus ab Imperatore
pulſus Danum pro auxilio implorat, ſed & hoc fruſtra fuit: ideo tandem comparet coram* D
*Imperatore, & miſericordiam ejus implorat: qui ſuaſit ei, ut Imperio per triennium ex-
cederet, & ſibi Principatum duntaxat Brunſuicenſem & Luneburgenſem retineret. Atque
ita in Angliam abiit, ubi in Normannia ſumptibus Regis Angliæ ſuſtentatus fuit. An-
gliam* ergo hiſtorici hoc in caſu accipiunt pro Francia Anglicana, ſeu ea Galliæ parte,
quæ Anglis parebat, ut Normannia, Aquitania, &c. Et Heinricum Leonem fuiſſe ab
Imperatore omnibus exſutum bonis, in Angliamque relegatum, Principatibus ejus ac
ditionibus confiſcatis, interque bene de Republica meritos diſtributis, omnes ad unum
hiſtoriographi, (η) qua veteres, qua recentes, memoriæ prodiderunt, ſolo Principatu
Brunſuicenſi & Luneburgenſi excepto, quem Regis Angliæ interceſſione ab exſilio re-
diens recuperavit. Quod autem Spangenbergius auctor eſt, eum ad Legem Suevicam (θ) E
pro-

(α) Francofurti] *Georg. Fabricius* dict. lib. 2. anno 985. *Calviſius in* an. 985. *Mortuus eſt iſte Heinricus Gandersheimii in Saxonia, ubi filium Henricum ad ſe accerſitum monuit, ut Imperatori fidelis ſit: ut teſtatur Fabricius* in anno 992.

(β) Reuſneri] *in d. Baſilic. in Stemmat. Ducum Brunſuicenſ. fol. 407. Videatur Otto Friſingenſis* de Geſt. Friderici I. Imp. *Calviſius in* Chronolog. anno 1138.

(γ) Supplici Superbo] *Spangenberg. in* Chron. Saxon. anno 1139. *Calviſius* ibid. in anno 1139.

(δ) Spangenberg.] *in Chronic. Saxon. cap. 232. anno 1180.*

(ε) Becherer] *in Chronic. Thuring. anno 1182. fol. 247.*

(ζ) Calviſius] *in Chronolog. anno 1182.*

(η) Hiſtoriographi] *Arnoldus Lubecenſis, qui tum temporis vixit ac ſcripſit in* Supplement. Hel-
moldi lib. 1. cap. 29. *Gerhardus Stederburgenſis,*
504 *coætaneus iisdem ſcriptor, in* Hiſtor. de Henrico Leon. in princ. *Albertus Stadenſ. in* Chronic. an. 1180. *Anonymus in* Annal. Sclavor. anno eod. *Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. ætat. 6. cap. 60. *Joh. Peterſen in* Chronic. Holſat. part. 2. *Lud. Perſona JC. in* Orat. de Witteberga.

(θ) Legem Suevicam] *id eſt Alemanicam, quæ adhuc exſtat. Erat tum temporis in inſtituto, moreque Germanorum poſitum, ut quiſque ſecundum legem propriam, ubicunque terrarum degens, ju-* F
dicaretur. Qua de re habemus Conſtitutionem Lotharii I. Imp. in ejus Capitulari, *& in* Leg. Longobard. lib. 2. tit. 57. *Vide quæ notarunt Carolus Cotius & Andr. de Barulo in* Gloſſ. ad Leg. Longobard. *Vitus Amerpachius in* Annotat. ad Capitular. *Hungerus in* Not. ad Bovilli Tabb. vocum Gallicar. in verb. Gallique. *Lindenbrogius in* Prolegom. Codic. legum antiquar. verſ. Saxonum. *& in* Gloſſar. verbo, Lege barbara, *Engelbrechtus in* Quæſtion. de ſucceſſ. Electorat. num. 74.

A provocaſſe, Suevorumque judicium, inde eſt, quia fuit Regia Suevorum Welfforum ſeu Guelphorum proſapia ortus, ex qua ſunt, qui Comites Palatinos & Bavariæ Duces deducere ſatagant.

24. Quid dicemus de illo decantato Hermanno Comite Palatino Rheni,

Cujus erat tumido tellus circumflua Rheno?

qui ab eodem Imperatore Friderico I. pacifragii reus peractus, quod ſe in Italia abſente pacem publicam Imperii turbare, & motus bellicos ciere auſus eſſet, ignominiæ publicæ pœnam ſuſtinere ac pati pertulit. Otto Epiſcopus Friſingenſis: [α] *Ad hanc curiam* (Wormatiæ ab Imperatore indictam) *Arnaldus Moguntinus Archiepiſcopus, & Hermannus Palatinus Comes, venientes, de hoc, quod abſente Principe terram illam præda &*
B *incendio perturbarant, in cauſam ponuntur: ambobuſque cum complicibus ſuis reis inventis, alteri ob ſenii morumque gravitatem, & Pontificalis ordinis reverentiam parcitur, alter pœna debita plectitur. Denique vetus conſuetudo pro lege apud Francos & Suevos inolevit, ut ſi quis Nobilis, Miniſterialis vel Colonus, coram ſuo judice pro hujuſmodi exceſſibus reus inventus fuerit, antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, Nobilis canem, Miniſterialis ſellam, ruſticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogatur. Hunc morem Imperator ſervans, Palatinum iſtum Comitem magnum Imperij Principem, cum decem Comitibus complicibus ſuis, canes per Teutonicum miliare portare coëgit. Hoc tam diſtricto judicio per totam Tranſalpini Imperii latitudinem promulgato, tantus omnes terror invaſit, ut univerſi magis quieſcere,*
C *quam bellorum turbini inſervire vellent.* Et Guntherus (β) Cæſaris Friderici Notarius:

—— cujus diſpendia pœnæ
Ille Palatinæ cujus celeberrimus Aulæ
Non potuit vitare Comes, cunctiſque videndus
Portavit ſcapulis paſſus plus mille latrantem.
Hanc quoque tunc alii ſimili pro crimine pœnam
Suſtinere decem Comites, totidemque coacti
Fœda tulere canes generoſo pondera collo.
Cujus inauditæ pœnæ timor altus in omnes
Irruit, ut nullus Procerum præſumeret ultra
D *Armata certare manu, ſed pace ſequeſtra* 505
Judicis arbitrio ſua quiſque repoſceret æqui.

Et Dodechinus Abbas S. Dyſibodi: (γ) *Anno MCLV. Nativitatem Domini Wormatiæ celebravit. Ubi Hermannus Palatinus Comes, & Emicho Comes de Linengen, & Gotfridus de Spanheim, & Henricus de Katzenelenbogen, & Conradus Comes de Kirchberg, Henricus Comes de Didiſſen, & alii ex parte prædicti Hermanni canes portaverunt. Et ſic Dominus Arnoldus Archiepiſcopus ab excommunicatione eos abſolvit. Ex parte vero Archiepiſcopi canes portare quidem cœperunt Ludovicus Comes de Lochim, & Gulielmus Comes de Gliſberg, & alii: ſed ob reverentiam Archiepiſcopi ceſſare ab Imperatore juſſi ſunt.* Quæ memorabilis Imperatoriæ juſtitiæ exſecutio, (δ) ſi vigorem ſuum porro quoquein

E (α) Friſingenſ.] *lib. 2. de Geſtis Friderici I. Imp. cap. 28.*

(β) Guntherus] *in Ligurino lib. 5. verſ. 200.*

(γ) Dodechinus] *in Appendic. ad Mariani Scoti Chronic. anno 1155. videatur etiam Arnoldus Lubecenſ. in* continuat. Helmoldi Chronic. Sclav. lib. 7. *Author. Chronic Sclav.* cap 2. *Krantzius* lib. 3. Saxon. cap. 6. *Trithemius in* Chron. Spanheimenſ. anno 1155. *Calviſius in* Chronolog. anno 1156.

(δ) Memorabilis exſecutio] *ut ſcilicet ignomi-*
F *nia pœna Princeps, aut homo alius Illuſtris, notetur, qualis hæc erat canum geſtatio. De qua tractant Cujacius* lib. 11. obſervation. cap. 22. *Spiegelius in* Schol. ad Gunther. Ligur. lib. 5. fol. 112. *Rittershuſius* Notar. ad Gunther. lib. 5. cap. 1. num. 7. & ſeqq. *Martin Cruſius* Annal. Suevic. part. 2. lib. 10. cap. 14. *Joh. VVanckelius in* Addition. ad Antonii de Guevara lib. 1. Horolog. Princip. cap. 27. *Petr. Gregor. Tholoſ.* lib. 31. Syntagm. jur. cap. 37. num. 5. *Philip. Camerarius* lib. 3. Horar. ſubceſ. ſeu Meditat. Hiſt. cap. 95. *Spangenberg. in* Chron. Schavvenburg. lib. 1. cap. 28. verſ. *Auff die ernſtliche. Joh. VVeinrechius Iſenacenſ. in VVolmeinender vvarnung vor tumult und auffruhr*, fol. 12. *An autem hæc pœna infamiam paſſis Principibus & Comitibus irrogarit, quæſitum memini. Non putat doctiſſimus Schickartus Principes Judæorum tam ſacros quam profanos talem pœnam ob delicta publica paſſos infamiam ſuſtinuiſſe, in* tract. de Jure Regio Hebræor. cap. 2. theor. 7. verſ. objiciat aliquis, fol. 62. *Mihi autem videntur tam diu infames permanſiſſe, donec Imperiali edicto reſtituerentur. Hic enim mos vigebat, ut nemo culpare auderet eum, quem Rex participare menſa ſua dignatus eſſet. Qua de re exſtat Canon. in* Concil. Toletan. XII. cap. 3. *in* Decreto *Ivonis Carnotenſ. Epiſcopi* part. 16. cap. 344. *Exempla nobis exhibent Gregorius Turonenſ. Epiſcop.* lib. 7. Hiſtor. Franc. cap. 16. *& Fredegarius Scholaſticus in* Miſcell. hiſt. lib. 5. *de Prætextato Epiſcopo Rotomagenſi excommunicato, Anſelmus Cantuarienſ. Archiepiſcop. in* Epiſtol. ad Ernul-

que in ſimiles delinquentes extendiſſet, conſtantius profecto æquabiliusque res Imperii A ſeſe nunc haberent. At dum nimia Cæſarum indulgentia [α] ſtare primum occœpit, quo minus ſancitæ ab Imperatoribus leges exſequerentur, eo paulatim proceſſum eſt, ut & ipſa majorum ſanctiſſima inſtituta, & poſterorum Cæſarum, quibus pax publica Imperii curæ cordique videbatur, ſaluberrimæ Conſtitutiones parvi adæque æſtimarentur. Hinc natus Cæſareæ Majeſtatis contemptus, & exin turbæ motusque publici, qui nunc oculos noſtros non ſine terribili horrore obverſantur,

25. De proſcriptione Ottonis Wittelsbachii Palatini Comitis Bavariæ notior res eſt, quam ut a me multis debeat comprobari. Is in Comitiis Francofordianis ob parricidium in Philippo Cæſare Domino ſuo patratum ab Ottone IV. Imperatore damnatur, conſtituto in caput ejus prœmio, & Principatus ejus filiabus cæſi Philippi adjudicatur, anno Domini MCCVIII. (β) B

26. Heinricus Marchio Hiſtriæ ex Comitibus Palatinis Bavariæ, reus parricidii, quod Philippus Cæſar ipſius conſilio cæſus fuiſſe diceretur, in exſilium viginti annorum ab eodem Ottone IV. Imperatore, de Procerum Imperii ſententia, truſus eſt. [γ]

27. Otto Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, Archiprinceps Elector, a Friderico II. Imperatore in Conventu Egrano perduellionis accuſatus, omnium Procerum conſenſu damnatur. *Ottonem Bojum*, inquit Aventinus, (δ) *qui aberat, hujus diſcor-*
507 *diæ* (id eſt conſpirationis) *authorem, contra Rempublicam feciſſe, crimine perfidiæ, proditæ Majeſtatis, populi Chriſtiani accerſendum ſtatuunt.* Factum id anno MCCXXVIII.

28. Rudolphus I. Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, Archiprinceps Elector, C primum fuit ab Alberto I. Imperatore, ob conjurationem cum Electoribus Rhenanis & aliis Imperii Principibus contra ſe initam, proſcriptus, ſed pace facta reſtitutus; dein a Ludovico IV. Imperatore fratre, quod a partibus Friderici Auſtriaci æmuli ſui contra ſe ſtaret, ditione omni pulſus & in Angliam exſiliatus, ubi poſt triennium admodum inops mortuus eſt. (ε)

Emulphum Priorem, *idem Yvo* epiſtol. 62. & epiſtol. 171. *de Gervaſio Epiſcopo excommunicato a Rege ad convivium adhibito. Vide quæ notarunt Franc. Pithœus in* Interpretat. Legis ſalic. tit. 43. *Franc. Juretus in* Obſervation. ad Yvonis epiſt. 62. *Gulielm. Ranchinus in* Reviſion. Concil Trident. lib. 7. cap. 3. fol. 336. *Johan. Savaro in* Not. ad Sidonii lib. 1. epiſt. 11. verb. intereſſemus, fol. 83.

(α) Cæſarum indulgentia] *parcentium & indulgentium libertati Principum Imperii, quorum tamen libertas non conſiſtit in male faciendo, ſed in bono commodoque Reipublicæ promovendo. Neque enim quod libet, licet; nec falſæ libertatis obtentu licentia effrenis laxanda & palliandá eſt. Veteris Comici dictum eſt a Gellio relatum;* Cui plus licet quam par eſt, plus vult quam licet. *Et Terentius in* Heautont. *accommodanter monet;* Deteriores omnes ſimus licentia. *Non ergo libertas eximit Principes Imperii a pœna commerita & legibus ſancita, ſed a ſupplicio plebejo; & ab aliorum omnium, præterquam Cæſaris, judicio. Quæ libertas quondam erat civium Romanorum, ut nec ſervili pœna ſubjici, nec de capite eorum, niſi per maximum comitiatum, ferri poſſet, ut eſt in* Legib. XII. Tabul. *conſtitutum, & obſervarunt viri magni, Oldendorpius, Revallius, Revardus, Criſpinus; Urſinus, Pratejus, Marcilius, Gothofredus, pater & filius, alii illarum legum interpretes. Eleganter, ut omnia, S. Gregorius Magnus Papa* lib. 8. epiſt. 53. *ad Leontium Patricium ſcribit:* Hoc enim inter Reges gentium & Imperatores Romanorum diſtat, quod Reges gentium domini ſervorum ſunt, Imperator Romanorū dominus eſt liberorum. Unde & vos quidem, quicquid agitis, prius quidem ſervata juſtitia, deinde cuſtodita per omnia libertate debetis. *Vides primam rationem habendam eſſe juſtitiæ, & libertatis poſt juſtitiam. Et lib. 12. epiſt. 36. ad Phocam Imperatorem:* Quieſcat feliciſſimis temporibus veſtris univerſa Reſpublica *&c.* Reformetur jam ſingulis ſub jugo imperii libertas ſua. Hoc namque inter Reges gentium & Reipublicæ Imperatores diſtat, quod Reges gentium domini ſervorum ſunt, Imperatores vero Reipublicæ Domini liberorum. D

(β) *Martin. Cruſius in* Annal. Suevic. part. 2. lib. 10.

(γ) *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in Stemmat. Regum Franc. fol. 199.

(δ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 7. fol. 542. Quam perfidiam Otto iſte Palatinus ab optimo patre Ludovico Bavariæ Duce non didicit, qui nullis Gregorii IX. Papæ diris, nullis Heinrici VII. Romanorum Regis comminationibus perduci potuit, ut cum rebellibus Ordinibus in Imperatorem ac Dominum ſuum, Fridericum II. conſpiraret.* E *Cujus fidem hiſce verbis commendat idem Aventinus de Heinrico Cæſare, Imperatoris filio, a dicto Gregorio IX. Papa ad patri rebellandum inducto, ſcribens:* Ludovicum Bojorum Ducem Rhenanumque Præfectum, quod eloquentia & prudentia pietateque in Auguſtum (*Fridericum II. Imp.*) nulli ſecundus foret, hactenus omnium conſiliorum ſecretorumque participem curatoremque a patre ſibi quaſi ad regendum puerum datum, Curia atque F Senatu amovet. Is ubi animum Cæſaris abs ſe alienatum eſſe, & iniqua agi, parricidialiaque iniri conſilia ſentit, cum Otthone filio clam ſecedit, in Bojariamque migrat. Subſequitur Cæſar (*Henricus Rex Romanorum*) Bojariam ferro, igne depopulatur, Ludovico nequaquam ne minimo quidem digitulo contra nitente. *Tanta conſcientia fuit, pietatem in Deum & Imperatorem ejus Vicarium colere, a qua poſteri toties degenerarunt, ut exempla ſubſequentia docebunt.* G

(ε) *Heinricus Rebdorffenſ. in* Annal. anno 1316. *Elias Reuſnerus* d. loco, fol. 214. *Calviſius in* Chronolog. anno 1316.

A 29. Rupertus II. Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, Archiprinceps Elector,
Wenceslaum Cæſarem & Bohemiæ Regem oppugnans, & ditiones ejus armis invadens,
proſcribitur, exſecutione Imperii Principibus & Civitatibus demandata, anno MCCC-
LXXXVIII. (α)

30. *Ludovicus Barbatus* [verbis loquor non meis, ſed Reuſneri (β)] *Comes Pala-
tinus Rheni & Dux Bavariæ, Dominus Ingolſtadienſis, bello agnatos Duces petere non
ceſſavit, donec a Friderico III. Imperatore proſcriptus, urbibus exſutus, & per quadrien-
nium Bavaria exſulare juſſus eſt*, anno MCCCCXLVI.

31. Philippus I. Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, Archiprinceps Elector,
potentia, opibus & auctoritate florentiſſimus, quum æquiſſimas pacis conditiones a Maxi-
B *miliano I. Imper. latas recuſaret, ab eo proſcriptus, & a Gallis, qui hujus belli ipſi fax &
auctores fuerant, deſertus, magnam ditionis ſuæ partem amiſit, multis Procerum ſuorum
aut veneno necatis, aut in acie trucidatis, aut etiam ſupplicio affectis.* Hæc Reuſnerus. (γ) 508
Pax tandem [δ] conciliata Coloniæ in Comitiis anno MDV. in quibus *Fridericus Elector
Saxoniæ* (inquit Calviſius [ε]) *auſus eſt Collegam olim ſuum Philippum Palatinum ad
Imperatorem adducere, ut ſupplex pacem ab eo peteret: quam etiam impetravit una cum
ditionibus, quæ adhuc ſuperſunt.*

32. *Rupertus ejus filius, gener Georgii Divitis Ducis Bavariæ, ab eo heres & ſuc-
ceſſor inſtitutus, dum jus ſuum armis vindicare conatur, ab Imperatore una cum patre
fuit proſcriptus: Bohemiciſque confiſus auxiliis pertinaciſſime ſubinde bellum reficiens,*
C *tandem ad eam redactus eſt paucitatem, ut conſiſtere non poſſet; periit veneno necatus una
cum conjuge anno MDIV. ætatis ſuæ XX.* Hæc idem Reuſnerus. [ζ] Sed alii (η) ſcri-
bunt eum fuiſſe mœrore animi exſtinctum, quorum verba Calviſius (ϑ) ita in compen-
dium redegit: *Maximilianus Imperator ad componendam controverſiam Bavaricam, æ-
quas conditiones proponit, ut videlicet, quod ex hereditate provenerat, Rupertus tertiam
partem reliquis Bavaris redderet, duas ipſe ad vitam retineret Sed cum obſtinate relu-
ctaretur, fidens auxiliis Regis Galliæ & Bohemorum ab Imperatore proſcribitur, & men-
ſe Majo Dux Wirtebergenſis aliquot oppida & caſtella, ut Winsbergam, Maulbronnam,
& alia Palatino eripit. Norinbergenſes vero Altorfium, Hersbrukam & Laufam; Wil-
helmus etiam Landgravius aliqua ipſi eripere voluit, ſed fruſtra. Bipontinus quædam ce-*
D *pit. Sed omnium graviſſimus hoſtis fuit ipſe Imperator Maximilianus, qui copias Ruper-
ti fudit. Ideo Rupertus mœrore animi moritur die 20. Auguſti cum coniuge. Imperator
vero moderans ſibi in victoria, & putans Palatinum ſatis punitum, omnibus aliis arma
inhibet, & Ruperti liberis ex hereditate materna quædam oppida concedit, ut Neubur-
gum, Laugingam, & alia, quæ Ducatus Neuburgenſis titulo comprehenduntur.* Impe-
rator tunc Palatino eripuit Advocatiam Provincialem Alſatiæ & Landgraviatui ſuo Enſiſ-
heimenſi incorporavit. Haſſus intercepit (ι) Caſtrum & oppidum Homburgum *vor der
hæhe*, quod Comes Hanovianus; & caſtrum Bickenbach, quod Comes Erbachianus
a Palatino tenebat. Ingolſtadium (κ) quoque, quæ antea ad Palatinum ſpectabat, a
Bavaro interverſa; & quædam Caſtella Transrhenana a Leiningenſibus Comitibus oc-
E cupata dicuntur. Quibus omnibus ac ſingulis Domus Palatina caret uſque in hodier-
num diem.

33. Fridericus II. Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, Archiprinceps Elector,
foret idem periculum ſubiturus fuerat, niſi renuntiato fœdere Schmalkaldico, tempe-
ſtive ſeſe Caroli V. Imperatoris gratiæ ſupplex ſubmiſiſſet. Quod contigit anno Domi-
ni MDXLVII.

34. Adeo

(α) *Idem Reuſnerus* ibidem fol. 214.

(β) *Reuſneri* ibidem fol. 226. *Aventinus in* Annal. Bojor.

(γ) Reuſner.] *ibid. fol. 217.*

F (δ) Pax tandem] *cujus Tranſactionem vide in Reichshandlungen ſub anno 1505.*

(ε) Calviſius] *in Chronolog. anno 1505. Chy-
træus in* Hiſtor. Saxon. & vicin. gent. *Aventinus in* Annal. Bojor.

(ζ) Reuſnerus] *in d. Baſilic. genealog. fol. 217.*

(η) Sed alii] *Chytræus in* Hiſtor. Saxon. & vicin. gent. lib. 12. *Peucerus* lib. 4. Chronic. *Juſtinus Goblerus in* Orat. funebri Erici Ducis Brunſuicenſ. *Jod. Ludov. Decius* lib. 2. de Jagellon. famil. *in Hedvige filia Caſimiri Poloniæ Regis, conjuge Ruperti iſtius Palatini.*

(ϑ) Calviſius] *in Chronolog. anno 1504. Vide* 509
quæ ſupra diximus lib. 2. cap. 7. n. 54.

(ι) Haſſus intercep.] *Joan. Latomus Decanus S. Bartholomæi in* Annal. Francofurtenſ. an. 1504. *ubi hoc bellum Palatinum in hiſto-riis geſtum die Pfaltziſche Vehde, omnium diligentiſſime deſcripſit.*

(κ) Ingolſtadium] *Richard. Bartolinus in* Auſtriad. *in qua deſcribit bellum hoc geſtum in Bavaria, quem Palatinatum ſuperiorem vocant, die Beyriſche Vehde, ubi Spiegelius in* Schol. *annotat.*

34. Adeo hæc exempla docent, verum eſſe, quod Plutarchus (α) ait: *Facile eſt* A
cuivis movere Rempublicam, ſed in tranquillum ſiſtere ſine Dei auxilio nemo poteſt.

(α) Plutarchus] *vide Joſeph. Langium in* Polyanth. verb. Seditio, & verb. Rebellio, *Gruterus in* Polyanth. verb. Bellum, *Hondorphius in* Promptuar. exemplor. in 5. præcept. rubr. de ſedition. & pugn. *Conrad. Lycoſthenes in* Apophthegmat. *Johannes Saxo, Poeta Germanus, non ineleganter reddidit,*

Ein jeder auffruhr machen kan,
Und groſſen lermen fahen an,
Dieſelbe aber ſtillen fein
Kan niemand denn Gott allein.

Georgius Lauterbeckius in Regentenbuch. Apud Salluſt. in Jugurth. Marius per Legatos Boccho Numidiæ Regi indicat: Omne bellum ſumi facile, cæterum ægerrime deſinere, nec in ejuſdem poteſtate initium & finem eſſe.

CAPUT XI.

Reges ac Duces Bohemiæ, Poloniæ, Sileſiæ, Moraviæ, ab Imperatoribus in jus B
citati, cauſſa cognita judicati & condemnati fuerunt, ſi vel ipſi controverſas cauſſas inter ſe habuerint, vel ab aliis in Imperiali judicio conventi & impetiti fuerint; præſertim in litigioſa Regni & Ducatuum ſucceſſione. Rejectio Regis legitime ſuccedentis, & vocatio ſeu Electio alterius ab Ordinibus facta, ad cognitionem Imperatoris ſpectabat & referebatur.

ET hæc quidem erat Cæſarum in Reges Bohemiæ poteſtas, quum ex officio procederent. Quam eandem etiam exercuerunt implorati vel ab ipſis Bohemiæ Regibus ac Ducibus, vel ab aliis Reges Bohemiæ coram tribunali Cæſareo con-
510 venientibus & accuſantibus. Sed quia non lubet, niſi præfinita loqui, age & hujus cognitionis juriſdictioniſque Cæſareæ veritatem ex anteceſſis præjudiciis cognoſca- C
mus, ut, ſi quis forte dictis nequeat perduci, ut vera hæc credat, noſtra dicta ex ipſis factis noſcat. Rem videamus, ſed ordine nobis ſolente & hactenus obſervato.

2. Anno Domini DCCCXXII. Ludovicus Pius Imperator Caroli Magni filius, *Francofurti ad Mœnum, Bohemorum, Moravorum, & Avarum*, id eſt, Hungarorum, *Principum legationes audit, & cauſſas dijudicat.* [α]

3. Anno DCCCLVI. *Schaviza*, inquit Aventinus, (β) *Witzrachi Bojemiæ Dynaſtæ filius, cum fratre de potentatu contendit, fratrem Bojemia exigit, Principatum occupat, & Regi noſtro* (Ludovico II. Pii filio) *non eſt audiens dicto, germanus ad Regem exul profugit, ab eoque Ducatum impetrat.*

4. Anno DCCCLXX. Zuentibaldus Rex Moraviæ patruum Ratislaum ſuper crimine D
intentati parricidii & perduellionis apud Carolomannum Cæſarem, ſuperioris Ludovici II. filium accuſavit, captumque ejuſdem judicio condemnandum tradidit. Rudolphus (γ) Fuldenſ. *Zuentibald nepos Raſtizi propriis utilitatibus conſulens, ſe Karlmanno una cum Regno, quod tenebat, tradidit*, id eſt, inveſtiri de eo ex more petiit. *Unde Raſtiz vehementer iratus nepoti occulte ponit inſidias. Sed Raſtiz juſto Dei judicio captus eſt laqueo, quem tetendit. Nam ab eodem nepote ſuo comprehenditur, ligatur & Karlmanno præſentatur. Karlmannus vero Regnum illius ingreſſus, cunctas civitates & caſtella in deditionem accepit, & ordinato Regno atque per ſuos diſpoſito, ditatuſque gaza Regia revertitur.*

5. Anno DCCCXCVIII. ſcribit Aventinus: (δ) *Civile bellum Moravos involvit, quibus* E
duo fratres Moëmarus & Suatebogus [qui aliis Zuenteboldus] *imperitabant*, &c. *Pars, quibus hoc parricidiale bellum diſplicebat, ad fidem Imperatoris confugiunt. Suatebogus quoque Cæſari obtemperabat. Moëmarus autem imperata detrectabat. Aribo Præfectus, Luitpoldus Auſtriaci Dux limitis, Auguſti* [Arnulphi Imperatoris] *juſſu arma in Moraviam movent, eos, qui dicto audientes non erant, perdomitant.*

6. Idem

(α) *Aimoinus in* Hiſtor. Franc. lib. 4. *Adhelmus in* Annal. Francor. anno 822. *Rudolphus Fuldenſ. in* Annal. Franc. anno eodem. *Calviſius in* Chronolog. anno 822. *cujus verba ſecuti ſumus.*

(β) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 316. Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 100. anno 856.

(γ) Rudolphus] *in Annal. Francor. anno 870.* *Adhelmus in* Annal. Franc. anno eod. *Aimoinus* Hiſt. Franc. lib. 4.

(δ) Avent.] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 366. Sed ante eum Rudolphus Fuldenſ. in* Annal. Franc anno 898. *Aliter Calviſius in* Chronolog. *refert, inquiens:* Bohemos & Moravos conflictantes Imp. F
Arnulphus imploratus compoſuit, Bohemoſque domuit.

A 6. Anno MV. Jaromirus Dux Bohemiæ a fratre Boleſlao eunuchiſatus (α) & Ducatu ſuo pulſus, ad Imperatorem S. Henricum II. confugit, fratremque ſuper inchriſtianitate [β] & ſpolio accuſavit. 511 Imperator citatum Boleſlaum, (γ) ſed contumacem, proſcribit, Jaromirum armata manu in Bohemiam reducit. fugatoque Boleſlao in ſolium Ducale reſtituit, publiceque in conſpectu omnium ordinum Pragæ inveſtit, quibus, verba faciente Godeſchalco Friſingenſi Epiſcopo, Ducem præſens commendat, & ſimul ipſum Ducem officii ſui admonet. Georg. Fabricius hanc exſecutionem hiſce verbis orditur: *Imperator in Saxoniam properat, ut bellum Duci Boemorum faceret, qui fratrem germanum Jarimirum patria ejecerat, & ſubjectos Imperatori populos, & inprimis Miſnenſes, magnis affecerat injuriis: necdum deſiſtebat inire clandeſtina conſilia, & pa-* B *cem publicam perturbare, quibuſcunque poſſet artibus atque inſidiis. Jam pridem Imperator agitaverat animo de caſtiganda Boemi ſævitia, quam hactenus exercuerat impune cum dedecore nominis Germanici: ſed propter turbas a ſuis adverſariis hinc inde motas, occaſionem nondum invenerat.* Narrat dein factam ab Imperatore exſecutionem, quam modo in verba contuli pauciſſima.

7. Idem Jaromirus ab Othelrico ſeu Udalrico fratre iterum pulſus ad eundem Henricum II. Imperatorem confugit, fratremque Udalricum ſuper ſpolio accuſat, ut ſcribit Dithmarus (δ) Epiſcopus Merſeburgenſis. Sed ab inimicis falſo accuſatus in cuſtodiam traditur Adelboldo Trajectenſi Epiſcopo. Rem ita narrat (ε) idem Dithmarus. *Jaremirus Regis* [Henrici II. Imp.] *gratiam ſuppliciter petens, pro miſericordia & reſtitutio-* C *ne exilium ac cuſtodiam Ethelboldi Epiſcopi ſuſcepit, qui in immenſa cæde Bawariorum ad Bolitzlaum* [rebellem Poloniæ Ducem] *ſine Regis ac ſui licentia cum muneribus iter agentium, & trucidatione ſibi commiſſorum, & non aliqua Regis infidelitate talem promeruit ultionem. Noſtri hoc inimici* [ſcil. Poloni & Bohemi] *audientes irriſerunt, noſtri autem concives* [Miſni & Thuringi] *id ut ſibi profuturum timuerunt. Et his liceat in ſemetipſis hoc factum cognoſcere, qui id conſilium Regi noſtro unquam dedere. Poſthæc Othelricus frater ejus ad Merſeburg, a Rege vocatus venit, & Regnum, quod ſibi injuſte* 512 *prius uſurpavit, gratuito munere ſuſcepit.*

8. Anno MXXVIII. de Cunradi II. Imp. expeditione Polonica refert Aventinus: (ζ) *Miſeco Polonus, pulſo fratre Ottone, Regem ſe appellat. Ulricus quoque Bohemus, oc-* D *ciſo fratre ſuo Jaromiro, nova molitur, hi ambo jugum Imperii noſtri rigida cervice excutere, & ſui juris eſſe conantur. Otto a fratre Polonia pulſus ad Conradum Cæſarem fugit, ab eoque armis reſtituitur.*

9. Anno MXXXVIII. narrat Hagecius, (η) Bretiſlaum Bohemiæ Ducem, Stephano Hungariæ Rege mortem obeunte, jus quoddam in illud Regnum ſibi uſurpaſſe, & collecto exercitu in Hungariam ingreſſum, Keyſlam ſive Giſelam defuncti Regis filiam, & fratrem ejus Petrum Regem, bello petiviſſe, Qui ad Conradum II. Imp. confugientes, Bretiſlaum ſuper ſpolio & fracta pace publica accuſarunt, mandatumque & citationem impetrarunt. Quæ cum Bretiſlao Dux ſuſque deque haberet, & comparere detrectaret, bellum in eum decernitur; quod tamen morte Imperatoris interveniente ſuſpendi- E tur.

10. Anno MXXXIX. idem Bretiſlaus Dux Bohemiæ ſubitam irruptionem in Poloniam fecit, eamque ſpoliando & miſerrimum in modum populando devaſtavit. Quare Caſimirus Rex Poloniæ ad Imp. Heinricum III. profectus, Boleſlaum Ducem ſuper ſpoliis & fracta

(α) Eunuchiſatus] *Adelboldus Trajectenſ. in* Vita S. Henrici Imp. circa princ.

(β) Inchriſtianitate] *eſt enim legibus Chriſtianorum & Canonibus interdicta eviratio, ſeu membrorum genitalium mutilatio, quia homicidium quoddam eſt, & ſcelus creationi Dei inimicum; Clemens* F *Romanus in* Canonib. Apoſtolor. cap. 21. & duob. ſeqq. *Concil. Nicen.* canon. 1. L. 1. & ſeq. C. de eunuch. *Juſtinianus Imp.* Novell. 142. cap. 1. *Leo Imp.* Novell 60. *& ibi Gothofred.* in Not. *Theodorus Balſamon. ad* Can. Apoſtol. cap. 21. & ſeqq. *Photius Patriarch. in* Nomocan. lib. 1. cap. 14. *Nec Chriſtiani tantum, ſed & gentiles Principes caſtrari quenquam vetuere ut Domitianus Imperator, teſte Suetonio* cap. 7. *Martiale* Epigram. 6. *Juſtino Martyre in* Apolog. 2. *Dione in* Domit. *item Adrianus Imp. in* l. 4. §. 2. & l. 2. D. de ſicar. *& apud Paulum* lib. 5. ſentent. tit. 23. §. 4.

(γ) Imperator citatum Boleſla.] *ita narrant Adelboldus Trajectenſ. in* d. Vita S. Henrici II. Imp. *Aventinus in* Annal. Bojor. *Georg. Fabricius in* lib. 2. Orig. Saxon. an. 1005. *Calviſius in* Chronolog. anno 1105.

(δ) Dithmarus] *lib. 2. de Reb. geſt. Saxon. fol. 76. & ſeq.*

(ε) Narrat] *ibid. fol. 79.*

(ζ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 406. Spangenberg in* Chron. Saxon. cap. 168. anno 1028. *Nauclerus in* Chronolog. part. 2. generat. 35.

(η) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1038.

& fracta pace publica accuſavit. Imperator cauſa cum Principibus cognita decrevit, ut A
Bretislaus Dux Bohemiæ, Caſimiro Poloniæ Regi ablata omnia intra menſis ſpatium re-
ſtitueret, paritionem die dicto in judicio Cæſareo doceret: & ſi quam actionem contra
Polonum haberet, ut eam in eodem judicio citra vim perſequeretur: cum annexa clau-
ſula comminatoria, ni pareret, bellum præſto fore, quo & ablata repeterentur, & ipſa
Bohemia proſcriberetur, Cameræ Cæſareæ confiſcanda & incorporanda, (α)

513 11. MXL. quum Boleslaus Dux in contumacia perſiſteret, nec mandatis Cæſareis pa-
reret, proſcriptus ab Imperatore (β) fuit, & expeditio ab Ordinibus in Bohemiam de-
creta, cui Imperator ipſe præfuit. De qua exſecutione ſcribit Krantzius: [γ] *Quum
Poloni Bohemique Romano parerent Imperio, orta inter eos ſimultate, & perinde bello,
Imperator Henricus II. ſuarum partium eſſe duxit, de legibus pacis tractare, imperavit-* B
*que utrique, ut ab armis diſcedant, juſtitia & æquitate, non bello decertent. Contuma-
cia videbatur apud Bohemos, quod Biticeslaus Dux inſolentior eſſet* &c. *Imperator iterum
Bohemo mandat, quæ abſtuliſſet Polonis, reddat: alioqui armis adigendum. Duxit ille
levius & mandata & minas, remandans Imperatori, ſe tributa debere annua Imperio:
ea ſe paratum exhibere quotannis. Supra id ſi quid poſceret, Imperatorem ab æquo di-
ſcedere. Imperator magno agmine ducit in contumacem, perpulitque Ducem ut ſe dederet.*
Sed diligentius rem narrat Dubravius (δ) in hunc modum: *Cum* (Caſimirus Poloniæ
Rex) *cauſam Regni ſui apud Henricum Cæſarem deploraſſet, idem Henricus gravior ultor
ſpoliorumque exactor imminebat, exaſperatus tum contumacia, quod ad cauſam dicendam
vocatus Bretislaus parere contempſerit, tum literis ejuſdem Bretislai aſperius ſcriptis, ut in* C
*quibus inerat Cæſarem inſolenter facere, qui nova libertatique contraria adverſus Bohe-
miæ Principes imperia incipiat, nunquam antea nec auditum nec factum a Cæſaribus fuiſ-
ſe, ut juberent cauſam Principes Bojemiæ dicere de præda per victoriam intercepta: ſed
quemadmodum belli hoſtibus ſuis inferendi, ita prædæ ſeu retinendæ ſeu diſpenſandæ arbi-
trium ſemper penes ipſos victores fuiſſe. Quod ad Polonos attinet, auctores illos injuriæ
faciundæ extitiſſe: ideoque pœnas & meritas & juſtas ſibi tandem exſolviſſe, quas jam
dudum avo patrique ſuo exſolvere debebant. Atqui Henricus legem a Conrado Cæſare,
ſocero ſuo, paulo ante obitum promulgatam in hanc fere ſententiam pro ſe habuit; Prin-
ceps Imperii quisquis es, pacem colunto, juri & legibus obtemperanto, nec ullo pacto otium
Imperij turbanto, qui non paruerit, capitale eſto. Ex hac igitur lege Cæſar, Principes* D
*& urbes Imperii contra Bretislaum, tanquam publicæ pacis turbatorem, armat, divi-
ſiſque bifariam copiis, cum altera parte copiarum ipſe per Bavariam, cum altera Bern-
hardus Saxoniæ Princeps per Miſniam procedit.*

12. Anno MLXXI. ſcribit Lambertus Schaffnaburgenſis: (ε) *Inter Ducem Polonorum
& Ducem Bohemorum infeſtiſſima diſſenſio erat, propter quod eos Rex* [Heinricus IV.
Imp.] *in civitatem Miſenæ autumnali tempore evocatos durius corripuit, & ut deinceps
ſuis ſinguli terminis contenti eſſent, nec ſe viciſſim temerariis incurſionibus laceſſerent ſub*
514 *obtentu Regiæ Majeſtatis præcepit: alioquin ſe hoſtem & Vindicem experturus foret, qui
prior alteri arma intuliſſet.* Et Georg. Fabricius: (ζ) *Henricus IV. Imperator conventu
Miſnæ indicto, Boleslaum & Vratislaum illum Poloniæ, hunc Boemiæ Ducem, diſſen-
tientes, a mutuo odio & maleficio jubet deſiſtere, eique ſe ſocium contra alterum profite-* E
*tur, qui primus arma ſumpturus eſſet. Cujus compoſitionis forma publice eſt in templo
Miſnenſi recitata, præſentibus Imperatoris Conſiliariis, Wezelone Antiſtite Magdeburgio,
Annone Colonienſi, Alberto Bremenſi: Præſulibus, Burchardo Halberſtadio, Eppone Ci-
tienſi, Wernero Mersburgio: Ducibus, Otthone Sueviæ, Magno Saxoniæ: Marchioni-
bus, Ecber-*

(α) *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1029. *Matth. a Miechou in* Chron. Reg. Polon. lib. 2. cap. 13. in fin. *Boregk in* Chron. Bohem. in Bretislao Duce, fol. 77. & ſeqq. *Pantal. Candidus* lib. 2. Bohemaid. fol. 36. & ſeqq. *Joachim Curaus in* Annal. Sileſ. fol. 39. *refert hanc accuſationem primum fuiſſe coram Conrado II. ab Rixa Polonia Regina, abſente adhuc Caſimiro filio, inſtitutam, & decretum factum, quo Bretislao Bohemo mandabatur, ut & ablata reſtitueret, & damna illata reſarciret. Exſecutionem demum Caſimiro Rege urgente ſuſceptam ab Henrico III. Imperatore.*

(β) Proſcriptus ab Imper.] *Æn. Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap. 19. *Raphael Volaterranus* lib. 7. Geograph. in Bohemia, *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. in Bohemia, *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 171. anno 1039. & anno 1041. *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Sclav. Ducum & Reg. Bohem. fol. 186. F

(γ) Krantz.] *lib. 2. VVandal. cap. 45.*

(δ) Dubrav.] *lib. 7. hiſtor. Bohem. fol. 52.*

(ε) Lambertus] *in Chron. de reb. geſt. Germ. anno 1071. fol. 186.*

(ζ) Fabricius] *lib. 1. Annal. urbis Miſnæ anno 1071. Abraham. Bucholtzerus in* Indic. Chronologic. anno 1066.

A *bus*, *Ecberto Turingiæ*, *Dedone Miſniæ*, *Udone Luſatiæ*: *Comitibus Gerone & Thimone Witinis*, *Burchardo Miſnenſi Præfecto*&c.

13. Anno MCI. Udalricus Marchio Moraviæ, Uratislai Regis filius ſecundogenitus, & Bretislai fratris primogeniti proximus ſucceſſor majoritatis ratione, a Borivoio tamen fratre juniore & tertiogenito in ſucceſſione Regni præventus, ad eundem Imperatorem Heinricum IV. acceſſit, adverſuſque fratrem & Ordines Regni actionem ex interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis inſtituit, & obtinuit. (α)

14. Anno MCVII. Borivoius, qui & Borzivogius, a Suatopluco patrueli per vim expulſus, ad Imperatorem Heinricum V. confugit, patruelemque ſuper ſpolio & vi publica accuſavit. Idem Coſmæ [β] Continuator ita memorat: *His temporibus Rex*
B *Henricus IV. forte aderat in Saxonia, ad quem Borivoii accelerat, & illatam ſibi injuriam applorat, & ut ei injuſte ſublatum reſtituat Boëmiæ Ducatum. Protinus Rex mittens unum de Satrapis, ſic mandat Suatopluck paucis: Per coronam capitis mei mando tibi, ut ſine dilatione ad me venias, aut ſi venire tardaveris, procul dubio in juſtitia te & tuam Pragam viſitabo. Quem advenientem ſine omni audientia Rex juſſit retrudi in cuſtodiam, & convocans eos, qui ſecum venerant, tradidit eis Borivoy Ducem, ut reducentes eum in urbem Pragam, iterum elevent in Principalem Cathedram.* Dubravius [γ] autem ita ſcribit: *Borivorius in Germaniam ad Cæſarem proficiſcitur, ut nomen Suatopluci de injuria ſibi illata, deque fraude & perfidia deferret, reditumque ſibi ad priſtinum honorem impetraret. Auditus eſt propitio Cæſare, dataeque ſunt ad Suatoplucum li-*
C *teræ aſperius ſcriptæ, ſi ſe ad dicendam cauſam in curia Cæſaris non ſiſteret. Hæ literæ ubi palam recitatæ fuerant, magna Nobilium pars, nequaquam Suatopluco ſuadere, ut ſe arbitrio Cæſaris committat; ſuas leges ſuaque jura Bohemos habere. Si quid Borivorius judicio experiri velit, id domi eum, non autem foris, agere debere, ne libertas Bojemorum prodatur. Annuit his Suatoplucus, juſtaque ſibi & æqua illa, quæ dicerentur, videri ait; ſed ne cujus tamen aut cladis, aut calamitatis propter abſentiam ſui author exiſtat,* 515 *vel cum periculo ſuo Cæſarem adire velle. Infenſo Cæſar vultu advenientem Suatoplucum excepit, nec incuſtoditum reliquit. Ceteris, qui una venerant, Proceribus ſevere injunctum, ut Borivorium Principem ſuum Pragam reducant, rurſuſque illum in ſedem ſuam reponant.* Ubi Jordanus annotat: *Borivorius ſuaſu Boleslai Poloniæ Principis Suatoplu-*
D *cum Cæſari defert.* Quorum narrationes ut veræ ſunt, ita e diametro repugnant iis, quæ ex *Chronico Boleslavienſi* in anno MXCVIII. de condemnatione Suatopluci, & reſtitutione Borivoji ab aliis producuntur.

15. Anno MCIX. ſcribit Curæus: (δ) *Quum Boleslaus III. Rex Poloniæ devaſtaſſet Bohemiam, Imperator Heinricus V. in illum movit, ut Suatopluco Duci Bohemiæ de damnis illatis ſatisfaceret: adegitque Boleslaum, ut ſe Bambergam ſequi, & ibi in conventu Principum ſatisfacere teneretur.*

16. Anno MCX. refert Coſmæ (ε) Continuator: *Dux Wladislaus præmiſerat Hermannum & Zezemam Comites ad Regem Heinricum, qui forte in urbe Bambergk celebrarat Natale Domini, & promittens ei quingentas marcas argenti, rogat ſupplex, quo di-*
E *gnaretur aut per ſe, aut per ſuos nuncios, a fratre Borivoy, inſtinctu Wigberti* (Marchionis Luſatiæ & Comitis Groitzenſis) *ſublatum ſibi reſtituere Ducatum. Rex continuo exercitu concitato, inchoante anno MCX. ingreſſus eſt Boëmiam. Et præmittens duos Marchiones, Dipoldum* (Vohburgenſem) *& Berengerum* (Sultzbacenſem) *mandat, ut interpoſita pace Borivoy, frater ejus Wladislaus, ſimul Hermanus Præſul, atque filius Wigberti, cæterique Boëmiæ majores natu occurrant ſibi ad curtem Epiſcopi in villa Rokizan. Quo cum ſecundum Regis juſſum adveniſſent, ſine omni audientia Borivoy & filius Wigberti capitur. Præſulis autem cauſa probatur eſſe juſta, manu Regis auro uncta.* Et Dubra-

(α) *Coſmæ Pragenſis Continuator* lib. 3. Chron.
F Bohem. anno 1101. *Dubravius in* Hiſt. Bohem. lib. 7. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1101. *Boregk in* Chron. Bohem. in Borivoio Duce, *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 211. anno 1107. *Calviſius in* Chronolog. anno eod.

(β) Coſmæ] *dicto libro 3. anno 1107. Hagecius in* anno 1107. fol. 203. *Boregk in* Suatopluco Duce fol. 117.

(γ) Dubravius] *lib. 10. Hiſt. Boh. fol. 75. & ibi Jordanus in Annotation.*

(δ) Curæus] *in Annal. Sileſ. fol. 45. & ſeqq. Nauclerus* part. 2. generat. 37. *Hagecius in* anno 1108. fol. 205. & anno 1109. fol. 207. *Matth. a Michou in* Chron. Regum Polon. lib. 3. cap. 9. *Cromerus* lib. 5. Rer. Polon. fol. 76. col. 2. *Ludov. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polon. in Boleslao Crzivvouſti.

(ε) Coſmæ] *d. lib. 3. anno 1109. fol. 62.*

(ζ) Du-

Dubravius [α] Epiſcopus: *Rogat & impetrat Vladiſlaus, ut Hermannus Pontifex Pra-* A
genſis, addito ſibi ex Proceribus Siſema Collega, ad Cæſarem ire pergat. De profectione
Cæſar tunc in Italiam cogitabat. Ne igitur poſt diſceſſum ſuum turbarum aliquid in Ger-
mania & ſeditionum relinqueret, ita, quemadmodum Hermannus orabat, affuturum ſe
in Bojemia, turbataque compoſiturum recepit. Interim Dipoldum & Berengerum Mar-
chiones præire jubet, qui Cæſaris nomine Regulis denuntiarent, incepto abſtinerent, depoſi-
tiſque armis ad oppidum Rokyzanam Cæſari ut occurrerent. Borivorium filius Vigberti
516 *Venceslaus comitatus eſt, hunc* [Venceslaum Luſatiæ Marchionem] *inauditum Cæſar*
corripi mandat, quod contra pacem publicam ex Luſacia & Saxonia bonam militum
partem in Bojemiam deduxerit. Additi mox & Borivorio cuſtodes, quod vi potius quam
jure de Principatu certare maluerit. De Vladiſlao dein & Ottone, quem Cæſar Bojemis B
Principem confirmaverat, deliberatum, uter alteri præferri deberet. Suffragio tandem
Hermanni Pontificis principale punctum Vladiſlaus abſtulit. Reuſnerus: *Cauſæ diſcepta-*
tione ad Imperatorem delata, in Principatu ab ipſo confirmatus eſt.

17. Anno MCXXIII. dicit idem Continuator: [β] *Dux Wladiſlaus contra fratrem*
ſuum Sobeslaum movit arma, & cum ſuis omnibus expulit de Moravia &c. *Sobeslaus*
autem fugiens a facie germani ſui adiit Imperatorem in Moguntia: ſed parum ſua profe-
cerunt negotia. Et Dubravius: (γ) *Cenſuit Marchio Luſatiæ Vigbertus, adeundum eſſe*
Cæſarem, ad quem & ipſe literas ſuas commendatitias affini ſuo dedit, &c.

18: Anno MCXXIV. ſcribit idem Continuator: (δ) *Interea Sobeslaus noſtri Ducis fra-*
ter, linquens Poloniam, tendit cum ſuis omnibus viam ad Ducem Saxoniæ Luderum, C
ſperans tanti viri conſilio ſimul & auxilio potiri, a quo honorifice ſuſcipitur hoſpitio, &
optato ſuæ ſpei potitur ſolatio. Nam prædictus Dux, ut cognovit Principem Boemiæ Re-
gali intereſſe Curiæ, miſit legatum cum hoſpite ſuo ad Cæſarem, dicens: Regiæ poteſtati
& Imperatoriæ dignitati congruit, patientibus injuriam clementer ſubvenire, & eam fa-
cientibus juſtitiæ rigore Regaliter obviare. Cujus gratiæ experimentum & Principalis
cenſuræ nobis & cunctis gentibus dabitis documentum, ſi huic innocenti viro & injuriam
patienti Sobeslao juſtitiam faciens, fratri ſuo eum reconcilies &c.

19. Anno MCXXVI. Otto Marchio Moraviæ, Princeps Olomucenſis & Brunnenſis,
a fratre Sobieslao Bohemiæ Duce expulſus, confugit ad Lotharium II. Imperatorem,
accuſavitque Ducem (ε) ſuper ſpolio & fracta pace publica. Quum mandatis Cæſareis D
Dux parere nollet, Imperator contra eum expeditionem indixit, & ad obſequium rede-
git. Dubravius: (ζ) *Sobieslaus, confirmato paululum dominatu, copias armat, ſubita-*
que in Moraviam irruptione adeo Otthonem deterret, ut defenſione omiſſa ſpem omnem for-
tunarum ſuarum in Cæſare Lothario, ad quem confugiebat, reponeret. Et mox: *Ottho,*
517 *Cæſare in conventu Principum Ratiſbonæ reperto, cauſam ſuam publice agit, Cæſariſque*
inprimis opem, adverſus illatam ſibi a Sobieslao & Bojemis injuriam ſubmiſſe implorat,
obtinuitque, ut Cæſar in Bojemiam, ſuperata ſylva Hercynia, cum valido exercitu, de-
ductore Otthone, penetraret. Ubi Jordanus in margine annotat: *Otho a Sobieslao oppreſ-*
ſus Lotharii Cæſaris implorat opem. Et in libri ſummario: *Otho ad Lotharium Cæſarem*
queſtum confugit. E

20: Anno MCXXXV. Boleslaus Dux Poloniæ ab eodem Sobieslao Duce Bohemiæ ſe-
pe numero hoſtiliter infeſtatus, ad juſtitiam Lotharii II. [η] Imperatoris confugit, So-
bieslaumque ſuper vi & fracta pace publica accuſavit. Imperator utrumque ad Comi-
tia Procerum Imperii citavit: comparenteſque, cauſa utrimque audita & cognita, ami-
cabiliterque compoſuit. Dubravius: *Cum inter diſcordes, ſibique invicem adeo implaca-*
biles,

(α) Dubravius] *lib. 10. Hiſtor. Bohem. fol. 79. Hagecius* part. 1. anno 1109 & anno 1110. *Spangenberg. in* Chron. Saxon, cap. 212, anno 1110, *Boregk in* Uladislao I. Duce, *Calviſius in* Chronolog. anno 1110. *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in ſtirp. Sclavic. in ſtemmat. Princip. & Reg. Bohem. fol. 129. *Neugebaur* lib. 3. Hiſt. Polon. fol. 86. *Cromerus* lib. 5 Rer. Polon. fol. 80. col. 2.

(β) Continuator] *d. lib. 3. anno 1123. fol. 67.*

(γ) Dubrav.] *lib. 11. Hiſt. Bohem. fol. 83. Hagecius* dict. part. 1. anno 1123. & anno 1124. *Boregk in* Uladislao I, Duce fol. 123.

(δ) Continuator.] *in Chronic. Bohem. lib. 3. anno 1124. Hagecius in* Chronic. Bohem. anno 1124.

(ε) Accuſavitque Ducem] *Trithemius in* Chronic Hirſaugienſ. anno 1126. *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1126. & anno 1127. *Boregk in* Chron. Bohem. in Sobieslao Duce. *Georg. Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 1126. *Elias Reuſnerus in* Baſilic. genealog. in Stirp. Sclavic. fol. 130. *Calviſius in* Chronolog. anno eod. F

(ζ) Dubravius] *lib. 11. Hiſtor. Bohem. fol. 85.*

(η) Ad juſtitiam Lotharii] *Hagecius in* anno 1135. *Curaeus in* Annal. Sileſ. fol. 50. *Boregk in* Sobieslao fol. 142. in princ. *Spangenberg. in* Chronic. Saxon. cap. 218. anno 1135. *Cromerus* lib. 5. Rer. Polon. fol. 91. col. 1. *Matth. a Michou in* Chron. Reg. Polon. lib. 3. cap. 15.

A *biles, nullus mutui belli finis exſpectaretur, & Cæſar Lotharius auxilio utriuſque ad ſedandos Italiæ varios & graves motus opus haberet, utrumque Bambergam evocat, ut diffidentes in veterem gratiam reſtituat,* &c.

21. Anno MCXLII. Vladislaus II. Dux Bohemiæ, a Conrado agnato, Moraviæ Marchione, a rebellibus Bohemis electo & vocato, per vim Ducatu pulſus, ad Cunradum III. Imperatorem confugit, accuſatoque agnato (α) ſuper vi publica & ſpolio, primo mandatum ſine clauſula, dein proſcriptionem, & exſecutoriale auxilium a Cæſare impetravit. Otto Friſingenſis (β) Epiſcopus: *Conradus Moravienſis Comes, conſpiratione facta cum Boëmis, Ducatum terræ illius affectans, de Moravia in Boëmiam exercitum ducit. Cui cum Dux Ladislaus cum copiis occurrere parat, a ſuis proditus,* &c. *Sic-*
B *que profugus ad Regem veniens, caſum ſuum deplorat. Quem Rex miſericordia motus cum exercitu in Boëmiam reduxit, ac Pentecoſten in urbe Praga provinciæ illius metropoli celebrata. Conrado fugato, in Ducatum reſtituit.* Et Dubravius: (γ) *Paucis comitatus* (Vladislaus) *& inter illos Henrico Præſule Olomucenſi, vadit ad Conradum Cæſarem, opem imploraturus.* Et mox: *Cæſar, expulſo Conrado Marchione, Pragam ingreſſus, cuncta in Bojemia pacata reddidit & tranquilla, Vladislao in ſuum locum ſtatumque reſtituto.*

22. Anno MCLVII. Vladislaus Dux Poloniæ a fratre Boleslao pulſus confugit ad Fridericum I. Imperatorem, (δ) fratremque ſuper vi & ſpolio accuſavit. Radevicus (ε) Friſingenſis Canonicus: *Deinde juravit,* (id eſt, jurejurando promiſit, ſcilicet Boleslaus
C Dux Poloniæ a fratre accuſatus) *ut in proxima Nativitate Domini ad Curiam in Magdeburg celebrandam venire deberet, juxta judicium & ſententiam Polonorum & Bohemorum ſuper querimonia fratris expulſi plenarie reſponſurus.*

23. Anno MCLXXIII. Vdalricus Marchio Moraviæ ſecutus Aulam Friderici I. Imperatoris, imploravit juſtitiam contra Vladislaum Regem, qui fratrem Vdalrici Sobieslaum in arce Prinda captivum detinebat: impetravitque mandatum de relaxando dimittendoque Sobieslao. Rege non parente, arctius mandatum abſtulit cum citatione ad conventum Principum Imperii Norimbergæ indictum ſub pœna proſcriptionis. Quibus mandatis territus Rex Vladislaus Sobieslaum dimiſit e cuſtodia. Qui in libertatem reſtitutus recta contendit ad fratrem Udalricum in Aulam Cæſaris, Regemque Uladislaum,
D & ejus filium Fridericum ſuper contumacia & aliis criminibus accuſavit, Cæſaremque commovit, ut Uladislaum quidem propter multa præclariſſima ejus in Rempublicam merita in Regno confirmaret; Fridericum autem filium proſcriberet, liberamque Bohemis poteſtatem faceret eligendi ſucceſſorem ex duobus Uladislai Regis patruis, nempe Sobieslao & Udalrico, ætatis prærogativa Regnum vindicantibus. (ζ)

24. Anno MCLXXXIII. Conradus Marchio Moraviæ, qui Ducatum Bohemiæ ex rebellium Bohemorum accitu occupaverat, a Friderico Duce per vim pulſo apud eundem Cæſarem Fridericum I. de fracta pace publica & ſpolio accuſatur. Cæſar legatis cum mandato in Bohemiam miſſis inquiri in cauſas rejectionis & novæ electionis curavit, ipſique Marchioni Conrado & Bohemiæ Proceribus injunxit, ut ſeſe in Aula ante diem VI.
E Julii ſiſterent, & ad objectos a Friderico articulos reſponderent. (η)

25. Anno MCLXXXII. de Heinrico Epiſcopo Uladislai Regis fratre, ſcribit Pontanus: (θ) *Hic vires ſuas ſtrenue adminiſtravit, ut Conradus Princeps, qui ſibi jus eligendi Olomucenſem Epiſcopum aſſumpſerat, cum Henrico in concordiam rediret, magis eligens amicis officiis certare, quam in alieno foro* (ſcil. Imperiali) *cum eodem contendere.* 519

26. Anno MCXCI. Wenceslaus Dux Bohemiæ, a Primislao Uladislai Regis filio & quibuſ-

(α) Accuſatoque agnato] *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1142. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 220. anno 1143. *Boregk in* Chron. Bohem. in Uladislao Duce. *Mart. Cruſius* Annal. Sue-
F vic. part. 2. lib. 10. cap. 5. anno 1142.

(β) Friſingenſ.] *lib. 7. Chronicor. cap. 26.*

(γ) Dubravius] *lib. 12. Chronic. Bohem. circa princ.*

(δ) Fridericum I. Imp.] *prius ad Conradum III. Friderici præceſſorem confugerat, qui bello in Poloniam moto Uladislaum vi reſtituere cœpit; Matth. a Michou in* Chron. Regum Polon. lib. 3. cap. 19. *Abrah. Bucholtzerus ita ſcribit in Indic. Chronolog. anno 1163.* Fridericus Imp. capto & deleto Mediolano, reverſus in Germaniam, Principibus Poloniæ ſerio mandavit, ut ſecundum pacta filiis Uladislai patrimonium redderent, *&c.*

(ε) Radevicus] *lib. 1. Chronic. cap. 5. cujus auctoritate refutantur Polonici ſcriptores, parum æqui rerum cum Imperio geſtarum referendarii.*

(ζ) *Hagecius in* Chronic. Bohem part. 1. anno 1173. & anno 1174. *Dubravius* lib. 13. Hiſt. Bohem. fol. 104. & ſeq. *Boregk in* Uladislao Rege circa fin.

(η) *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1182. fol. 273.

(θ) Pontan.] *in Bohem. pia lib. 3. in Henrico Epiſcopo anno 1182.*

quibuſdam rebellibus Bohemis expulſus, Imperatorem Heinricum VI. Bambergæ conve- A
nit, Primislaum accuſat, mandatumque impetrat, quo jubetur Primislaus Ducatu decedere, aut indignationem Cæſaream experiri, ut Hagecius (α) refert. Nec abludit Dubravius, (β) inquiens: *Wenceslaus Bambergam petiit, in qua tunc Henricus VI. ſubſtiterat. Pragenſes Premislaum ſubſtituunt, eique portas urbium aperiunt. Sed nec iſte jus ſuum contra Venceslaum abſentem diu obtinere potuit, Henrico Cæſare indignante, quod lex patris ſui* [Friderici I. Imperatoris Norimbergæ (γ) lata] *quam de pace ab omnibus Principibus cuſtodienda dixerat, a Premislao violaretur, & iccirco eum ad cauſam dicendam, cur Venceslaum expulerit, vocante, ſimulque ſeverius minante, ſi tergiverſaretur, ſe illum Pragæ inviſere velle*, &c.

27. Subjungit Pontanus: (δ) *Quin imo cum Premislaus ſine conſenſu Cæſaris Principatum Bohemiæ ſuſcepiſſet, eaque de cauſa per Oratores evocatus, nec comparens, ſed* B
alio ſe conferens, Henricus Epiſcopus nomine Cæſaris interrex deſignatus, qui Premislaum ultra fines propemodum perſecutus eſt.

28. Anno MCCV. ſcribit Dubravius: (ε) *Arnolphus quidam Epiſcopus cognomento Torſanus, graviter Premislaum accuſans de damnis Bavariæ illatis, dum ab expeditione tum Germanica tum Italica revertitur, quæ tam gravia fuiſſe fingebat, ut Bavari quovis gentium multo libentius abire mallent, quam expectare tertiam Bojemorum per Bavariam expeditionem, qua haud dubie illos ad extremam vaſtitatem redigeret. His Philippus Cæſar ad indignationem commotus, breves admodum ac præciſas ad Premislaum ſcribit literas objurgatorias*, &c.

29. Anno MCCXX. narrat idem Dubravius, (ζ) Leopoldum Marchionem Auſtriæ C
graviter fuiſſe apud Fridericum II. Imperatorem in Apulia exiſtentem de Primislao Bohemiæ Rege conqueſtum, quod Bohemis in Auſtriam immiſſis eam vaſtare & depopulari contra pacem publicam Imperii non timuerit. Subditque hæc verba: *Scriptæ confeſtim a Cæſare ad Premislaum literæ minarum plenæ, quod Cæſare abſente Germaniam cum armato milite incurſare auſus fuerit, ejuſque audaciæ pœnas ſe exacturum interminabatur.*

30. Anno MCCXXXIII. refert idem Dubravius (η) de Comitiis Bambergæ ab eodem Imperatore celebratis: *Ibi quoque Wilibrandus Magdeburgenſis Præſul, oblata ſibi facultate conquerendi de Venceslao Rege Bojemiæ* [aderat namque Bambergæ] *ipſum fidem publicæ pacis rupiſſe incuſat, ſuamque cladem nuper in prælio factam, eidem acceptam refert.* D

31. Anno MCCCCLXXI. mortuo Georgio Bohemiæ Rege a Bohemis eligitur Vladislaus Caſimiri Poloniæ Regis filius, Ladislai Hungariæ ac Bohemiæ Regis ex ſorore nepos, & Alberti II. Cæſaris ac Bohemiæ Regis pronepos: Inde controverſia inter Polonum & Matthiam Hungariæ Regem de jure in Regnum Bohemiæ oborta, quæ tandem in bellum apertum prorupit. De qua controverſia componenda actum fuit in Comitiis Ratiſponæ anno eodem celebratis a Friderico III. Imperatore, decretumque factum, ut Rex uterque juberetur a vi armata abſtinere, & prætenſiones ſuas, ſi quas haberet, in jure coram Imperatore perſequi; Verba decreti hæc ſunt. Item, *ob noth thun wird zwiſchen den Künigen zu Hungern und Poland, deß Kœnigreichs zu Bœheim, und an-* E
derer ihr gebrechen halb ein gerühmbten anſtalt zu machen, alſo daß ihr keiner darzwiſchen gegen dem andern, auſſerhalb rechtens, in ungut nichts fürnehmen, auch den ſeinen nicht geſtatten. Denſelben anſtalt ſolt man auch underſtehen abzureden, auff daß an dem end auch kein jrrung erſcheine. (ϑ)

(α) Hagecius] *in Chron. Bohem. part. 1. anno 1191. fol. 281.*

(β) Dubravius] *lib. 14. Hiſtor. Bohem. fol. 114. Boregk in* Chron. Bohem. in Wenceslao II. Duce.

(γ) Norimbergæ] *Feudor. lib. 2. tit. 27. & tit. 53. Quod eſt manifeſtum indicium: Regem Bohemiæ eſſe Conſtitutionibus Imperii de pace publica obnoxium. Vide ſupra §. 10.*

(δ) Pontanus] *in Bohem. pia lib. 3. Dubravius* d. lib. 14. *Hagecius* anno 1191. in fin. *Boregk in* Henrico Duce.

(ε) Dubravius] *lib. 15. Hiſt. Bohem fol. 119. Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1105. *Boregk in* Premislao Ottocaro Rege.

(ζ) Dubravius] *lib. 15. Hiſtor. Bohem. fol. 124.*

(η) Dubravius] *lib. 16. Hiſtor. Bohem. in princ.*

(ϑ) *Receſſus Ratiſponenſ. 1471. §. 47. & 56. in* 520
Reichs Satzungen part. 1. fol. 192. in princ. & fol. 293.

A

CAPUT XII.

Rex Bohemiæ a ſubditis Ordinibus conveniri poteſt apud Imperatorem. Cauſæ gravaminum contra Regem in Aula Cæſarea propoſitæ. Viciſſim Bohemi, Moravi, Sileſii, Luſati, &c. a Regibus ſuis, rebellionum rei coram Cæſare peracti. In diſſidio vel Regis cum ſubditis; vel ſubditorum cum Rege; vel ipſorum Bohemorum, Moravorum, Sileſiorum &c. inter ſe oborto, ſolus Imperator eſt judex legitimus.

ET illa quidem ſic ſeſe habebant in controverſiis, quæ Regibus Bohemiæ, Poloniæ, Moraviæ, vel cum agnatis ſuis intercedebant, vel cum vicinis Regibus, ſi coram Imperatoribus convenirentur. Quid autem, ſi Rex ab Regni Ordinibus (α) accuſaretur, vel Rex ipſe Ordines ac ſubditos ſuos ſuper rebellione
B perſequeretur? Quis tum & tali in caſu proceſſus (β) fuerit obſervatus, malim ab exem- 521
plis peti, quam ex meis verbis cognoſci. Et anno quidem DCCCCXCVII. quum Duces Bohemiæ a Zuentibaldo Moravorum Rege, cui erant ſubjecti, durius tractarentur, quam ferre ac ſuſtinere poſſent, ad Imperatorem Arnulphum confugientes Regem & Præfectos ejus, exhibitis gravaminum ſuorum articulis, accuſarunt. Qua de re Walafridus Strabo (γ) ita narrat: *Contigit ut gentis Bohemitarum Duces ad Imperatorem Arnulfum, qui tunc temporis in civitate Raduſpona moratus eſt, advenerunt, offerentes ei munera Regia, & ſua* (id eſt Arnulphi Imper.) *ſuorumque fidelium ſuffragia contra eorum inimicos, Marahabitas ſcilicet, poſtulantes, a quibus ſæpe, ut ipſi teſtificati ſunt, duriſſime comprimebantur. Quos ergo Duces Rex Imperator gratuito ſuſcipiens, verbaque conſo-*
C *lationis ex pectoribus abundantius inſeruit, & lætabundos donoque honoratos patriam in ſuam abire permiſit, totumque illius anni tempus autumnale finitimis in locis aquilonaribus Danubii Tinbriſque fluminis ſeſe ſuſtentavit. Hac etiam in ratione, ſi ſupradictæ genti* (ſcilicet Bohemicæ) *neceſſitas auxilii ſui immineret, paratus cum ſuis fidelibus exiſteret.*

2. Anno MCLXXXII. quum Fridericus Dux Bohemiæ, in Comitiis Imperii Ratiſponæ exſiſtens, a Bohemis rebellibus rejiceretur, & Conradus Marchio Moraviæ Znoymenſis vocatus Pragam ad occupandum Regnum induceretur, Fridericus I. Imperator a Duce imploratus, Bohemos ad ea ipſa Comitia in jus citavit, ad cauſſam coram ſe & Ordinibus Imperii dicendam: contumaces proſcripſit, Fridericum Ducem, pulſo Marchione,

(α) Rex ab Regni Ordinibus accuſ.] *quo in ca-*
D *ſu ſubditis dari actionem contra Regem, Doctores affirmant, B. Thomas Aquinas* de Regim. Princip. *Vaſquius* lib. 1. Illuſtr. quæſt. c. 8. *Joh. Molanus* lib. 4. de Fid. hæret. ſervand. cap. 13. *Alberic. Gentilis* Diſput. Regal. 3. de vi civium in Reg. ſemp. injuſt. fol. 129. *Avenarius in* Quæſtion. nomicopolit. q. 114. circa fin. *Pet. Gregorius* lib 26. de Republ. cap. 5. num. 25. *Joan. Gerhardus* Quæſtion. politic. dec. 10. q. 6. *Althuſius in* Politic. cap. 30. *Melch. Junius in* Oration. tom. 1. fol. 432. *Jacob. Marti-*
E *nius in* Quæſt. illuſtr. cent. 2. diſp. 4. q. 10. *Wendlandus in* Diſſert. Catholic. fol. 34. *Wilh. Schikartus* de Jure Regio Hebræor. cap. 1. theor. 7. *Beſoldus in* Diſſert. de Republic. curand. cap 7. num. 5. *& in* Diſſert. de Majeſtat. ſect. 1. cap. 7. num. 15. *quum Regis & patris paria eſſe jura cenſeantur*; l. 2. *& ibi interpretes*, D. de juſtit. & jure. *Jam autem in jure actio datur filio contra patrem, Alberic. Gentilis* d. fol. 119. *Beſoldus* d. cap. 7. de Rep. cur. num. 9. *quum patria potior ſit patre*; *Cicero in* Pa-
F radox. cap. 3. & lib. 3. Officior. *Cujacius* lib. 2. obſervat. cap. 37. *Duarenus in* l. 1. D. de pact. *Et ita patriæ libertas Principis poteſtati præferenda. Sed jure defenſionis juſtitia perſequenda apud ſuperiorem Imperatorem, non via rebellionis per arma: quia populus in propria cauſſa non poteſt eſſe judex; Vernulejus* lib. 1. Politic. cap. 19. q. 5. *Beſoldus* d. cap. 7. de Republ. cur. n. 9. *Sed ad ſuperiorem Imperatorem tenetur recurrere, qui ſolus eſt legitimus judex Regum, exactor juſtitiæ atque exſecutor. Eleganter Seneca in Thyeſte:*

Quicquid a vobis minor expaveſcit,
Major hoc vobis Dominus minatur.
Omne ſub Regno graviore Regnum eſt.

Quicquid enim Reges, Principes, & Domini inferiores in alios delinquunt, hoc illis major Dominus Imperator & Papa minatur, in eoſque vindicare ipſo jure tenetur. Populus autem non poteſt ſimul eſſe actor, teſtis & judex: quia hic proceſſus ipſi rationi naturali repugnat: multo minus poteſt ſe ipſum innocentem declarare, & Regem damnare: quia Se judice ipſo nemo nocens abſolvitur, *ut ait Atticus apud Macrobium* lib. 1. in Somn. Scipion.

(β) Quis tum proceſſus] *quod Imperator vi ſu-* 522
perioritatis Majeſtati ſuæ reſervata teneatur gravamina ſubditorum, contra Dominum ſuum immediatum propoſita, recipere, audire, liteſque inter Principem ac ſubditos componere, tradunt Pancirolus conſil. 119. n. 26. *Surdus* conſil. 210. n. 94. *Peregrinus* conſil. 1. n. 42. & n. 44. *Hopingk in* Diſſert. de Jur. proteſt. concluſ. 33. lit. c. *Anton. Sola in* Comment. ad Conſtitut. Sabaud. tit. de jur. emphyt. §. rempubl. 2. n. 13. *Magerus* de Advocat. armat. cap. 6. n. 363.

(γ) Strabo] *in Continuat. Annal. Rudolphi Fuldenſ. anno 997.*

chione, in Ducatum Bohemiæ reſtituit. Rem hiſce verbis Dubravius (α) refert: *Cæſar Fri-* A
derici (Ducis Bohemiæ) *vicem incommodumque pro ſua injuria dolens, hujusque ſui do-*
loris vehementem concionem apud Principes habens, cenſuit hoſtium numero Conradum
cum Bojenis habendum. Exurgit Palatinus Bavariæ Princeps, Conradi affinis, ſup-
plexque orat Cæſarem, ut interea datis ad Bojemos literis authoritatem interponeret ſuam,
dum ipſe vadit reditque ex Bojemia, ſperare authoritate Cæſaris audaciam Boemorum
ceſſuram. At illi, auditis a Palatino Cæſaris imperioſis mandatis, quibus ad purgandam
cauſam venire Ratisbonam jubebantur, renunciari jubent, non ita obnoxiam ſervituti
vitam illos vivere, ut Dei, Papæ, Cæſaris, & Principis (hui quot Dominorum) ju-
ga ferre illis neceſſe ſit: ſatis ſuperque eſſe Deo ſervire & Principi ſuo. Manſuetius ſub-
miſſiusque Conradus reſpondit, ſuamque cauſam procurandam Palatino affini commenda- B
vit. Mox & Bohemos arrogantis ferocisque dicti pœnitentia ſubiit: ſiquidem viros ſex
genere & dignitate Primores delegerunt, qui ad deprecandam imprudentiam legati Ra-
tisbonam irent. Cæſar, qui pro majeſtate nominis, vim quoque majeſtatis obtinere voluit,
ad vindictam illuſtrandam erigi tribunal, & ſub dio conſtitui jubet, quod fieri ſolet,
quoties læſæ majeſtatis rei judicio peraguntur. Allati præterea erant ſex aſſeres (novum
tormenti genus) ad frangendas duras contumaciam cervices, ſed ad incutiendum magis
terrorem, ut mox apparuit, quam ad ſupplicium exequendum, hæc ſcena compoſita fuit.
Nam Cæſar in Aulam vocatos, ſatis habuit ſeveriſſima oratione objurgare, jusque juran-
dum ab illis accipere de reſtituendo in ſolium Friderico intra unum menſem. Cujus rei
cauſa Palatinum quoque Bavariæ Principem redire in Bojemiam cum Friderico manda- C
vit; quos Henricus etiam Præſul Pragenſis comitatus eſt, receptis a Cæſare prius more
ſolito ſuis regalibus. Elias Reuſnerus (β) de hac Bohemorum rebellione, & novi Ducis
electione, ſcribens: *Qui idcirco*, inquit, *proſcripti, & ad reſtitutionem Friderici jura-*
re ſunt compulſi.

523 3. Anno MCCCXVI. Bohemi Regi ſuo Johanni rebellarunt. Is ergo ad Ludovi-
cum IV. Imperatorem profectus ſuper rebellione ſuorum (γ) querimoniam inſtituit,
Commiſſariosque a Cæſare in Bohemiam mittendos imperavit, qui cauſam cognoſce-
rent, & ſi pote cognoſcerent. (*) Dubravius: (δ) *Venerunt Pragam Petrus Moguntinus,*
& Balduinus Treverenſis Archiepiſcopi, cum ſexcentis equis cataphractis, & aliquot nu-
mero præterea cohortes Germanorum lancearias poſt ſe trahentes &c. *tam ipſi Regi, quam* D
omnibus Ordinibus ſignificant, ſe Pragam non ut bellatores, ſed ut pacis arbitros introiiſſe.
Ac mox partibus fide publica data denunciant, ut libere ad dicendam quiſque cauſam ſuam,
Pragam conveniant &c.

4. Anno MCCCXVIII. ſcribit Johannes Abbas (ε) Aulæ Regiæ: *Rex Ludovicus Roma-*
norum, amicus pacis, Johannem Regem cum Elizabetha Regina, nec non majores Boë-
miæ, qui auctores diſcordiæ fuerant, in Thuſt civitatem convocavit: ibique in die ſancto

(α) Dubravius] *lib. 14. Hiſtor. Bohem. Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1182. *Boregk in* Chron. Bohem. in Friderico Duce.

(β) Reuſnerus] *in Baſilic. genealog. in Stirp. Sclav. fol. 137.*

(γ) Super rebellione ſuorum] *negant enim Doctores noſtri, poſſe Principem in tali caſu judicem eſſe, Beſoldus in* Diſſert. de Republ. curand. cap. 7. num. 5. *ſed ad ſuperiorem, nempe Imperatorem, eſſe recurrendum, Matth. Colerus* conſil. 1. *Brunnerus in* Diſſert. de Var. univerſitat. ſpec. th. 91. *& de ruſticis quibuſdam ſeditionis nomine a Principe ac Domino ſuo apud Cæſarem accuſatis conſilium habet Voltzius in* tract. de Inquiſition.

(δ) Dubravius] *lib. 20. Hiſtor. Bohem. fol. 166. Boregk in* Chron. Bohem. in Joanne Rege, fol. 287. in fin.

524 (ε) Johannes Abbas] *Chronicor. part. 2. cap. 2. anno 1318.*

(*) „Rurſus *crimen rebellionis Bohemis* impo-
„nit, quod *Johannem Regem ad Ludovicum Im-*
„*peratorem Bavarum* detulerint. Qua fronte,
„ſcire velim, Goldaſtus in hoc *Bohemos* accuſare
„poſſit, cum huic ipſi capiti XII. titulum præfi-
„xerit: *Rex Bohemiæ a ſubditis conveniri poteſt a-*
pud Imperatorem, & in diſſidio Regis cum ſubdi- „
tis, & contra ſolus Imperator legitimus eſt Judex. „
Nihil diſputo de titulo, ſed hominem ipſum ar- „ E
guo, qui eodem capite idem factum laudavit & „
damnavit. Adjice, nullo modo accuſationem „
illam *rebellionem* vel ob id poſſe vocari, quod „
ipſa *Regina*, quæ *regnum Johanni* attulerat pro „
dote, in *partibus Bohemorum* ſteterit, & ipſi a *Cæ-* „
ſare miſſi *legati* in favorem Bohemorum cauſam „
definierint. Vid. Petrum Abbatem Aulæ Regiæ, „
ad ann. 1318. Ita Balbinus *lib. III. Miſcell. c. 22. § 4.*
Aut ego vehementer fallor, aut Balbinus non niſi
obiter Goldaſtum inſpexit, aut maligne ipſi alie-
nam plane mentem affingit. Ubi enim Auctor F
noſter vel unico verbo dicit rebellaſſe Bohemos
Johanni, quod Regem detulerint ad Imperatorem.
Potius contrarium in hoc §. traditur, ut ipſe B. L.
cognoſces, ſi velis verba illa Goldaſti non fugitivo
oculo, ut forte Balbinus, inſpicere. Rebellant
Bohemi Regi ſuo Johanni, quapropter ille ſuos ſub-
ditos rebellionis arguit penes Imperatorem. Nonne
igitur Amice hujus capitis inſcriptio cum argumen-
to conſpirat? Nullum hic contradictionis cernitur
veſtigium, quicquid diſputat Bohemus ille Miſcel- G
laneorum Scriptor.

A *Paſchæ inter partes contrarias conciliationis concordiam ſub temporis brevis compendio or-
dinavit. Et mox illico: *Ibi univerſi Barones, qui ſe fere communiter Regi ſuo Domino
oppoſuerant, reformati gratiæ Regali, ſe novo juramento ad fidem Regi ſervandam perpe-
tuam obligabant. Ibi Rex juravit, & ſtatuit, quod omnes Rhenenſes & Hoſpites pugnan-
tes, qui ſibi auxilium in bellis præſtiterant, a ſe & Regno debeat excludere, nec alicui
externo & advenæ beneficia recommittere, ſed cum Boemorum conſilio univerſa Regni ve-
lit negotia pertractare.* Hagecius (α) auctoritatem Cæſaris in hac Regis & ſubditorum
controverſia decidenda apertius declarat hiſce verbis a Sandelio translatis: *Deſſelben
jahrs am tage Remigii, hat Ludovicus der Ræmiſche Kænig, ſeine geſandten zum Bæh-
miſchen Kænige und allen Herrn deß Kænigreichs Bæhmen abgefertiget, mit ernſtlichem*
B *befehl, daß der Kænig und alle die Herren ſich vor ihme zu Tauß am tage Calixti geſtel-
len ſolten. Als ſolches geſchehen, machte der Ræmiſche Kænig zwiſchen dem Kænig
Johann und ſeinen underthanen, ohn alle klage und widerparth eine vergleichung, daß
ſie ihme alleſampt trew und underthænigkeit gelobten. Dagegen verſprach ſich der Kænig
widerumb ſeine gnade gantz trewlich. Solches ward alles miteinander mit brieff und ſi-
gillen gnugſam beſtættiget.* De qua compoſitione intelligi debent, quæ ex Cromero re-
fert Calviſius [β] in hæc verba: *Petrus de Roſenberg in Bohemia, & alij Barones Bohe-
miæ rebellant Regi. Rex Joannes igitur acceſſit ad Ludovicum Imperatorem Egram, ubi
induciæ inter Regem & Barones, & tandem pax fit.* Pacem intelligit Thuſtæ, præſente
Imperatore, confectam.

C 5. Sigiſmundus Imperator & Rex Bohemiæ, in pleriſque omnibus Ordinum Impe-
rii Comitiis de Bohemis ſibi rebellibus querimonias inſtituit, eorundemque cognitionem
& exſecutionem imploravit. Ita enim ſcribit Dubravius: (γ) *Sigiſmundus omnes con-
ventus, quos per Germaniam indixit, celeriter obivit, publicas Principum controverſias
cognovit, illasque ſumma æquitate dijudicavit, urbes, præſertim maritimas, armis tu-
multuantes ſedavit, ipſum denique Regem Danorum Ericum, diu cum Principibus Sleſ-
vicenſibus contendentem, in pace continuit, ſui interim non immemor, ut ſe cauſamque
ſuam illis contra Bojemos rebelles accuratiſſime commendaret.*

6. Anno MCCCCXXVIII. Albertus II. Imperator, Sigiſmundi gener, Bohemos rebelles,
qui ſe rejecto Caſimirum Polonum elegerant, coram Electoribus & Ordinibus Imperii
D accuſavit. Calviſius: (δ) *In Bohemia Huſſitæ eligunt alium Regem, Caſimirum Polo-
num, Regis Poloniæ fratrem: qui quidem monetur a Principibus Imperii, ne Imperato-
ris Regnum turbet. Sed cum non audiret, Albertus Imperator cum Electore Saxoniæ
eum pellunt in turpem fugam.*

7. Anno MCCCCXLVIII. Imperator Fridericus III. Auguſtus Bohemis de
ſe, tanquam proximo Ladislai Regis agnato & legitimo tutore, querulantibus, diem
dixit, ut in feſto S. Michaëlis coram ſe & quibuſdam Imperii Ordinibus comparerent,
ſua gravamina propoſituri: paratum ſe oſtendens illis reſpondere, & rem omnem ami-
cabili compoſitioni committere, quatenus ea Regem Ladislaum concernat. (ε)

8. Anno MCCCCLXXI. Bohemis, Moravis ac Sileſiis inter ſe diſſidentibus, quorum
E Bohemi & pars Moravorum Uladislao Polono, cæteri Matthiæ Hungariæ Rege adhære-
rent, civilibus bellis diſtracti, decretum in Comitiis Ratiſponenſibus fuit, ut ambæ
partes Viennam evocatæ ab Imperatore, Cardinali Legato, & Electoribus, Principibus
& Ordinibus deputatis vel amicabiliter componerentur, vel utriuſque allegationibus co-
gnitis judicialiter dirimerentur, ne bellum Turcicum per illorum inteſtinas ſeditiones
impediri poſſet. Verba hæc ſunt: *Und der orten, daß man an denſelben enden auch
hülff erlangete, nach dem ſie dann untereinander mit krieg beladen ſeynd, und als zu be-
ſorgen iſt, nit gern ihr volck wider den Turcken ſchicken würden, alldieweil ſie ſich frie-
dens gegeneinander nit gehalten mæchten. Darumb ſolte unſer Herr Keyſer, und dieſe* 525
verſamblung denſelben Behemen, Mehrern, Schleſitzern, und andern obgenannt, ſol-
F *chen abſcheid beyder anſchlæg und züg halb allhie auß, ſo viel die notthurfft erfordert,
fürderlich verkünden unnd zuſchreiben, ihn einen tag gen Wien benennen. Da dann der
Keyſer und Cardinal, und der ſamlung Botſchafft, auch der Künig von Hungern in der*

dabey

(α) Hagecius] *in Chronic. Bohem. anno 1318.*
(β) Calviſius] *in Chronolog. anno 1318.*
(γ) Dubravius] *lib. 25. Hiſtor. Bohem. in fin.*
(δ) Calviſius] *in Chronolog. anno 1438. Georg. Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno eodem. *Hagecius in* Chronic. Bohem. anno eodem. *Boregk in* Chronic. Bohem. in Alberto Rege.
(ε) Hagecius] *in Chronic. Bohem. part. 1. anno 1447. fol. 149.*

dabey ſeyn würde, und an die bemelten Belxim, Mehrern und andere begehrend, daſs A *ſie auff den benannten tag von beyden theilen der ſach halb, auch ob noth ſeyn wurd, ein geraumpten frieden zwiſchen ihn zu machen, ihr treffenlich Botſchafft mit vollem gewalt haben ſollen*, &c. [α]

9. Ubi eſt ergo illa Bohemorum tam ante quam poſt Auream Bullam jactata omnimoda exemptio? Quæ ſi umquam in Rerum natura exſtitiſſet, in diſpendium tamen Imperii converti non debet. Perplacet elegans Jac. Lampadii [β] epiphonema, quo caput iſthoc concludemus: *Dederunt* (inquit) *nonnullis tam enormia privilegia Cæſares, ut vix, imo ne vix quidem umbram juriſdictionis retinuerint. Bohemiæ Regnum tam tumultuum materies, ſi Imperij juriſdictionem de Cæſarum voluntate non exuiſſet, non armis jam ſed jure diſceptaremus. Vitia hæc ſunt Reipublicæ, non privilegia.* B

(α) *Receſſ. Ratiſponenſ. 1471. §. 59. in Reichsſatzungen* part. I.

(β) Lampadii] *in Diſſert. de Juriſdict. juribus Principum & ſtat. Imper. concluſ. 59.*

CAPUT XIII.

Magdeburgi Judicium Imperiale ſupremum ab Ottone I. Imperatore inſtitutum. Ei Bohemi, Sileſii, Poloni, erant ſubjecti. Arguuntur qui aliter ſentiunt. Deficientibus ſtatutis ad Jus commune recurritur. Rex Bohemiæ cur non fuerit cum cæteris Electoribus laicis ad viſitationem judicii Palatini Magdeburgenſis adſcitus. Judicium appellationum Pragæ quando & cur inſtitutum. Judicium Regale Cracoviæ in Polonia. An a judicio appellationum Pragenſi detur appellatio. Bohemi ſunt exempti a judicio Cameræ Imperialis. An etiam Luſati & Egrani? Non Rex ipſe, quoad ſuam perſonam, qui C *eſt in Tabulis contributionum pro ſuſtentatione Cameræ relatus. An habeat privilegium auſtrægæ? Appellari a Rege Bohemiæ & ejus ſummis tribunalibus non poteſt: præterquam in caſu denegatæ, vel protractæ juſtitiæ, item nullitatis. Conveniri Rex in Camera poteſt in cauſſa fractæ pacis publicæ tam profanæ, quam religioſæ: item contributio-*
526 *num. In feudalibus controverſiis neque Rex, neque ſubditi ejus ſunt exempti. In loco quoque contractus vel delicti poſſunt Bohemi ſine privilegij ſui præjudicio conveniri. An in ſubſidium exſecutionis Magiſtratus Bohemicus poſſit implorari? Quid iuris in actione legis Diffamari? An teſtes poſſint ex Bohemia a Cæſareis Commiſſariis evocari? An Bohemi ſe præſcriptione poſſint tueri? Quatenus Imperator cum Rege concurrentem habeat in Regno juriſdictionem. Supplicationis remedium quatenus gravatis competat. An Bohemi* D *poſſint privilegio fori renuntiare.*

AT in privatis & civilibus cauſſis tam Rex Bohemiæ, quam ejus ſubditi, Bohemi, Sileſii, Luſatii, forum Palatii Mageburgenſis (α) (*) ſequi, & inde jus ſuum petere olim cogebantur. Namque Palatinum illud judicium, quod hodie Camerale vocatur, Otto I. Imperator pro ſummo tribunali tam Slavis,

 quam

(α) Forum Palatii Magdeb.] *Bohemos, Polonos, Luſatios & Sileſios, jus ſuum petere olim ex Palatio Magdeburgenſi ſolitos, teſtantur Matth. a Michou in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 19. *Mart. Cromerus* lib. 2. de Republ. Polon fol. 520. col. 1. & lib. 12. de Reb. Polon. fol. 215. col. 1. *Hieronym. Treutlerus* lib. 1. Diſput. ſelect. 1. th. 10. *Matth. Stephani* lib. 3. de Juriſdict. part 2. cap. 3. num. 28. *Gryphiander in* Comment. de Wichbild. Saxon. cap. 80. num. 4. *Etiam in iis locis, in quibus Jus Culmenſe obſervatur, appellatio poſtrema fiebat ad Magdeburgenſem Cameram Imperialem, ſed gradatim, nempe in Maſovia, Cujavia & Samogitia Varſoviam vel Plocum, inde Culmam, hinc Torunum, denique Magdeburgum; hodie, interdicta Magdeburgum appellatione, poſtrema provocatio ad Regem Poloniæ ſolet interponi, ut idem Cromerus tradit* d. lib. 2. de Republ. Polon. fol. 520. & *Rojzius in* Decision. Lituan.

(*) Ut, quacunque via poſſet, *libertatem Regni* „ convelleret Goldaſtus, conatur probare *Bohe-* „ *mos* veteres, *Sileſios, Luſatios*, nulla *domi* habuiſ- „ ſe, & non ſponte, ſed coactos *Magdeburgo* ju- „ dicia petere debuiſſe. Quis coegit, quæſo, Gol- „ E daſte, nomina vel unicam legem, nomina Au- „ ctorem? Refutabo palmare hoc Goldaſti, ne „ dicam magis, commentum, & ratione, optimo- „ rumque auctoritate ſcriptorum, cum de judiciis „ Regni Bohemiæ diſſeram in ſequentibus, non „ fuit Magdeburgenſe judicium, ſed arbitrarium. „ Ita Balbinus *lib. III Miſcell. c. 22. §. 4.* & recte quidem contra Goldaſtum argumentatur, nam quotquot hic in partes vocat Scriptores, vel ſunt ſubleſtæ fidei, vel non probant, id quod illorum F teſtimoniis confirmare contendebat. Nam Ottonem I. Judicium Magdeburgenſe tanquam ſummum tribunal Bohemis erexiſſe, mihi admodum incertum, ſi non plane falſum videtur. Speculum

Saxon.

A quam Saxonibus, Magdeburgi conſtituit, ut refertur in Speculo Saxonum, & in Wich-
bildo Magdeburgico. Et in hujus quidem (α) artic. X. conſtituitur: *Omnes de Polo-
nia, Bohemia, de Marchia Miſnenſi & Luſacenſi, Civitatibuſque illis ſubjectis, quæ jure
Maydeburgenſi donatæ ſunt, jus ſuum in appellando ex Halla reportare debent. Si vero
Hallenſes in ſententia deficiant, vel invenire ignoraverint, eandem quærere & reportare
ex Maydeburgo coguntur.* Ubi gloſſa annotat: *Omnes de Polonia, Bohemia, &c. ab
Hallenſibus reportare debent, ex eo, quia ſecundum obtinet locum poſt Maydeburgum, eſt-
que nobilior in locatione, quam aliæ Civitates. In defectu vero, ſi ſententiam Hallenſes
invenire ignoraverint, ex Maydeburgo eam apportare debent, ex eo, quia civitas illa pri-
matum habet, Imperatorque Otto primariam ſupremamque ſedem juris municipalis illic
B locavit.*

2. Et in ſpecie quidem de Sileſia ſcribit Henelius JC. (β) Sileſius: *Solebant olim Si-
leſiæ Magiſtratus, ubi difficultatem res habebat, cum a Scabinatu Donenſi, tum a Magde-* 527
*burgenſi ut plurimum auditorio ſententias petere: quod ut in commune ſibi jus diceret, ſi-
ve nobili antiquitus Magdeburgenſis Senatus æquitate, ad quem e longinquis aliis etiam
locis hac cauſſa priſcis temporibus itum, ſive quod Saxonici juris cuſtos eſſet., ſive demum
alia de cauſſa conſenſerant.* Et de Vratislavia quidem Sileſiæ metropoli præjudicia ex-
ſtant in *Reſponſis Magdeburgenſibus.* (γ)

3. Et in Luſatia inferiori adhuc uſurpari jus Saxonicum tam in civilibus, quam feu-
dalibus cauſis, Arumæus (δ) teſtatur. Et Henelius: [ε] *Utitur omnis ferme Sileſia in
C rebus quidem profanis jure Saxonico, cujus licet vere Saxei & nimis duri, ea tamen
multis retro ſæculis auctoritas, ut non ſolum per ampliſſimam Saxoniæ regionem obſer-
varetur, ſed ad alias etiam ditiones & gentes circumvicinas, Luſatiam puta, Sileſiam,
& Poloniam, extenderetur. Quod ſi quid comprehenſum illo non reperiatur, ad jus
commune Romanorum ſive Cæſareum recurritur.*

4. Quod vero nonnulli interpretes (ζ) opinantur, inde non argui poſſe Imperialis
Palatii ſeu Cameræ Magdeburgenſis in Bohemiam, Sileſiam, Poloniam, &c. ſuperiori-
tatem vel juriſdictionem coactivam, quum id illi fecerint non ut ſubditi, ſed per mo-
dum quendam conſilii, nec ut ſententias abſolutas auferrent, ſed honoraria tantum ar-
bitria: iis repugnat manifeſtus textus ex Wichbildo adductus, ubi verbum *debet* eſt im-
D perativum, & neceſſitatem importat, ut communiter Doctores [η] tam Legiſtæ quam
Canoniſtæ exponunt. Quam neceſſitatem evidenter ingerit Curæus, (θ) homo Sileſius,
de Friderici I. Imperatoris ſententia in Boleslaum Poloniæ Regem anno MCLVII. lata ſcri-
bens: *Reſtituat fratrem Vladislaum, & de damnis ipſi illatis reſpondeat jure & Legibus
Magdeburgi.*

5. Illud quæri poſſet, cur Rex Bohemiæ excluſus fuerit a viſitatione Palatini ſeu Im-
perialis judicii Magdeburgenſis, quum tamen Comes Palatinus Rheni, qui jure utitur 528
Francico

Saxonicum hic nihil probat, quod non ſolum ab eo
ætate longe remotum eſt, ſed & in propria cauſa
teſtis eſſe nequit; imo tot errores in eo occurrunt,
E ut tuto fides ei haberi nequeat. Judicium Mag-
deburgi & Halæ fuiſſe maxime celebre non nego,
at illud Ottonem auctorem & Succeſſores ejus
Patronos & præſides habuiſſe, nego, dependebat
enim ab Archi Epiſcopo, qui jus ſuum Bohemis, ali-
iſque invitis obtrudere non poterat. Multæ, fate-
or, cauſæ ex Bohemia vel Halam vel Magdeburgum
dijudicandæ mittebantur, non quaſi ad id cogeren-
tur, verum ut in cauſis dubiis Juris peritorum
Magdeburgenſium vel Hallenſium, qui tunc tempo-
F ris Summi Juris Sacerdotes habebantur, conſiliis u-
terentur. Inde vero nulla ſubjectio elici poteſt,
uti enim nullam juriſdictionem acquirunt Facul-
tates Juridicæ vel Scabinatus, cum exteris & civi-
bus Juris conſilium in cauſa dubia ſuppeditant, ita
pariter Judicium Magdeburgicum nullam ſibi ideo
in Bohemos, aliosque jus vindicare poteſt. Nec me
movent quæ Auctor noſter §. 4. opponit, ea quip-
pe ſola fide Speculi nituntur. Vide Excell. Lude-
vvigium in *Comment. ad Auream Bullam tit. 8. §. 2.*
& diſſert. ejus *de Jure ſuffragii Regis Bohem. c. 2.*

(α) In hujus quid.] *VVichbildi artic. 10.*

(β) Henelius] *in Sileſiograph. cap. 8.*

(γ) Reſponſ. Magdeburg.] *part. 1. cap. 1. diſt 3.* *Gryphiander* de Wichbild. Saxon. d. cap. 80. num. 6. in fin.

(δ) Arumæus] *ad Aur. Bull. diſcurſ. 3. concluſ. 28.*

(ε) Henelius] *in Sileſiograph. d. cap. 8. fol. 101.*

(ζ) Nonnulli interpr.] *Joan. Danth ſenior in* Hypotypoſ. ſect. 8. *Treutler.* lib. 1. diſput. ſelect. 1. th. 10. lit. a. *Matth. Stephani* lib. 2. de Juriſdict. part. 2. cap. 7. n 328. *Buſius* ad l. 32. n. 14. D. de Legib. *Henelius in* Sileſiograph. d. cap. 8. fol. 101. *Gryphiander* de Wichbild. Saxon. cap. 80. n. 8 & ſeqq. *Neugebaur* lib. 3. Hiſt. Polon. in Caſimiro II. Rege, fol. 205. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſtat. cap. 4. n. 3. & ſect. 3. cap. 2. n. 1. in fin. *Herburtus* lib. 10. Hiſt. Polon. cap 8.

(η) Doctores] *in* c. intelleximus, in verb. debet, Ext. de judic. *Joan. Andrea in* c. fin. in verb. partem illam. Ext. de jurament. calum. *Gloſſa in* Clement attendentes, in verb. debeant, de ſtat. regular. *VVehnerus in* Pract. obſervat. verb. *ſollen.*

(θ) Curæus] *in Annal. Sileſ. fol. 54.*

Francico, ſive Suevico, nec quidquam commune habet cum Saxonico, unus fuerit ex A
Viſitatoribus? Sic enim ſtatuitur in Wichbildo artic. XIV. de reviſoribus ſententiarum
in judicio Magdeburgenſi latarum: *In primis Duci Saxoniæ, poſtmodum Marchioni
Brandenburgenſi, tertio Palatino Rheni, hi enim tres ſunt laici Principes primi in ele-
ctione Imperiali, cum novus Rex eligitur Teutonicæ nationis.* Atqui etiam Regem Bo-
hemiæ unum fuiſſe ex primis illis in electione, Principibus, ſupra demonſtravimus.
Indidem etiam ſolutio repeti poteſt, nempe ex odio Saxonum in gentem Bohemicam,
& univerſam Venedorum nationem. (α) Et qui Regi Bohemiæ jus electionis & ſtatum
in Imperio abjudicarunt, quo pacto eum ad viſitationem ſui ſupremi judicii Palatini
admitterent?

6. Sed Magdeburga a Carolo V. Imperatore proſcripta, quum Bohemi, Sileſii, B
Luſati, cauſſas ſuas eo deferre interdicerentur, peculiare fuit judicium appellativum (β)
Pragæ a Ferdinando I. Imper. inſtitutum, ubi cauſæ ſecundarum inſtantiarum diri-
rentur, & lites finirentur. Lottinus [γ] Orator Venetus in ſua Relatione: *Olim cauſa-
rum appellationes ad fora ſive judicia extra Regnum deferebantur, nempe ad Curiam Mag-
deburgenſem & Lipſienſem: hodie tamen Duodecemviri Pragæ a Rege conſtituti ſunt, quo-
rum judicio lites omnes definirentur.* Et Henelius: (δ) *Cæterum Magdeburgenſibus a Ca-
rolo V. Imp. proſcriptis, D. Ferdinandus Rex ex uſu Reipublicæ futurum ratus, ut cer-
tum in ipſa Bojemia cauſis & litibus ſuorum populorum judicandis tribunal ſive Parla-
mentum eſſet, Senatum appellationum in arce Pragenſi conſtituit & ordinavit: ad quem
non modo ex Bojemia & conjunctis ei provinciis provocationes omnes, quibus caſibus eæ C
licitæ, devolverentur, ſed & in prima inſtantia ſententiæ inde definitæ peterentur.*

7. Forſitan ad exemplum judicii appellativi Cracovienſis, de quo Nicol. Jaskier. (ε)
Secretarius Reipublic. Cracovienſis, ita commentatur: *Articulus præſens, & ſequentes
quatuor parum afferunt utilitatis nobis. Appellatio enim in Hallam vel Magdeburgum
ex Regno Poloniæ abolita eſt in anno Domini* MCCCLVI. *per Divum Cazimirum Magnum
529 *Poloniæ Regem: locatumque eſt jus provinciale in caſtro Cracovienſi, ut illic omnes in
appellando recurſum habeant. Ab illis vero tandem pro inſtantia ultima ad tribunal Re-
gium, vel Commiſſarios ſex Civitatum ad id deputatos provocatio fiat, juxta privilegia
deſuper data: & diverſus ſuper eo proceſſus habetur, quam hic, ut ex communi praxi liquet.*

8. Sed an ab hoc judicio Pragenſi poſſit provocari ad S. Cæſaream Majeſtatem, aut D
Cameram Spirenſem, quæſitum fuiſſe memini. Et pro negativa decidit Aurea Bulla, [ζ]
qua Bohemi, Moravi, Sileſii, Luſati, ab omnibus extraneis judiciis eximuntur, tam
in prima inſtantia, quam appellationis remedio. Et hanc opinionem interpretes (η)
noſtri communiter ſequuntur.

9. Habent ergo Bohemi, Moravi, Sileſii & Luſati [ϑ] exemptionem a judicio Ca-
meræ (ι)

(α) Venedorum nationem] *quos ſervorum loco numerabant, nec dignos, qui perſonam judicis vel aſſeſſoris in judicio obtinerent, judicabant. Unde etiamnum formulis illis teſtimonialibus legitimi ſtatus a Principibus & Magiſtratibus Saxoniæ ſolet hæc clauſula inſeri, Teutſch und nicht VVendiſch geboren.*

(β) Judicium appellativum] *Appellation Rhat, VVehnerus* tom. 6. Symphoremat. cap. 1. *Rumelinus* ad Aur. Bull. parc. 2. diſſert. 2. th. 3. *Et quia Elector Saxoniæ eodem privilegio non evocandi nec appellandi fruitur, etiam Dreſdæ fuit conſimile judicium appellativum ab Electore Auguſto inſtitutum.*

(γ) Lottinus] *in Practica ſeu theſaur. politic. ſapient. part. 1. in* Relat. de Aula & Regno Imp. Rom. fol. 61.

(δ) Henelius] *in Sileſiograph. d. cap. 8.*

(ε) Jaskier] *in gloſſ. marginal. ad* Wichbild. Magdeburg. artic. 11. *Martin. Cromerus in* Hiſt. Polonic. *Reyzius in* Deciſion. Lituan. *Neugebaur* d. lib. 3. Hiſt. Polon. in Cazimiro II. Rege fol. 205. *Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 19. in fin.

(ζ) Aur. Bulla] *tit. 8. §. 1. & ſeq. & Electorum nomine confirmatur a Gerlaco Archicancellario Moguntino* Conſtitut. Imperial. tom. 1. anno 1356. fol. 350. *& ab ipſo Carolo Romæ anno 1355. poſt ſuſceptam a Summo Pontifice coronationem Imperialem, in Reichsſatzungen* part. 1. anno 1355. §. 10. & ſeqq. E
fol. 152.

(η) Interpretes] *Buxdorffius, Arumæus, Rumelinus* ad Aur. Bull. *Paurmeiſter* lib. 2. de Juriſdict. cap. 9. num 130. *Theod. Reinking* lib. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 4. cap 3. num 33. *Nævius* ad Feud. lib. 1. tit. 1. num. 223. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ. cap. 6. num. 28. & cap. 29. num. 58. & ſeqq. *Henelius in* Sileſiograph. cap 8. fol. 101. *VVehnerus in* tract. de Mod. appellat. in Camer. Imperial. cap. 1. tit. 4. fol 14. *Joan Feſius in* tract. de F
Præfect. S. Prætor. cap. 4. fol 78.

(ϑ) Luſati] *de quib. tamen memini a multis dubitari propter textum Aureæ Bullæ* tit. 10. §. 1. in fin. *ubi ſtatuitur, quod Reges Bohemiæ de Principatibus, Comitatibus & territoriis extra Regnum acquiſitis teneantur Imperio* priſtina & conſueta jura explere atque reddere. *Unde nec Egranos privilegio iſthoc comprehenſos cenſeri acriter mecum contendebat Dominus Doct. Bapt. Erſen, & ipſe jam in judicio appellationum Adſeſſor, quum au-* G
ctor

A meræ (α) Imperialis. Quid autem de exteris in Bohemia litigantibus dicendum? num & illis beneficium appellationis eſt interdictum? Si conſtitutionem Aureæ Bullæ conſideres, omnino videtur: & ſi forte exterus aliquis cauſſam per appellationem ad Cameram devolvat, litiganſque Bohemus citetur, ſufficiet (β) ei in ſcriptis privilegium Aureæ Bullæ pro foro declinando allegaſſe: ſicut & Rex ipſe, ſi velit ſubditos a Camera avocare, exceptionem incompetentiæ (γ) allegare tenetur.

10. Et licet ſubditi ſint exempti, ipſe tamen Rex Bohemiæ, quia eſt immediatus Imperii Princeps, recte riteque poteſt in Camera conveniri, [δ] in cauſſis primæ inſtantiæ ad judicium Cameræ pertinentibus. Et hæc eſt communior interpretum opinio, exemplis & præjudiciis Saxonis, Brandenburgii, Auſtrii, Burgundi, Lotharingi
B & Sabaudi firmata, quos conveniri poſſe in Camera extra dubium eſt.

11. Et nota ſunt præjudicia Cameræ, quæ nobis Chriſtianus Barthius, (ε) quondam Cameræ Aſſeſſor, conſervavit: in quorum uno cauſſa a Camera Imperiali ad Regem Bohemiæ Vladiſlaum, tamquam devoluta, per interlocutoriam anno MCCCCXCVIII. die VI. April. latam remittitur. Alterius autem ſententia [ζ] anno MDXIV. die XVIII. Januar. publicata fuit in hunc modum: *In ſachen N. contra N. N. iſt erkennt, daſs dieſelben appellanten* (Bohemis) *unverhindert ihrer einred, auff der appellanten einbrachte klag litem conteſtirn und antworten ſollen. Unnd wollen ſie die appellanten gegen den Regenten in Bœheim auff angezogene peen procediren, ſollen ſie denſelben Regenten darzu, wie recht, citirn laſſen.* Erat tum Ludovicus Rex adhuc minorennis, & ſub tutela Ma-
C ximiliani I. Imp. & Sigiſmundi Poloniæ Regis patrui conſtitutus, quorum conſenſu Regens ſive Gubernator in Regno interim ordinatus a Statibus fuit. donec Rex legitimæ ætatis annos attingeret.

12. Hinc adeo eſt, quod Rex Bohemiæ in Tabulis Imperii, quas *Matriculas* vocant, etiam pro ſuſtentatione Regimenti Cæſarei & Cameræ Imperialis, cenſitus reperiatur. Exempli gratia, in Matricula Spiræ anno MDXXVI. conſtituta legitur, *Bœheim zu unterhaltung deſs Keyſerlichen Regiments und Cammergerichts*, 412½. *fl.* Et in Matricula Auguſtæ anno MDLIII. ordinata, *Bœheim zu unterhaltung Cammergerichs 300. fl.* (*)

13. Quod ſi ergo Rex Bohemiæ poteſt in camera immediate conveniri, cur beneficium primæ inſtantiæ, ſeu privilegium auſtrægarum, ei denegari debeat, [η] nulla juris
D ratio permittit, ſive conveniatur ab aliis, ſive ipſe alios convenire velit: adeo ut etiam in judicem a controvertentibus Electoribus ac Principiaus nominari atque eligi poſſit; & electus hoc judicis auſtrægici officium in ſe recipere etiam invitus cogatur, niſi cauſſas habeat graviſſimas, quæ ipſum excuſent. Vulteius *ad l. un. n. 33. C. ubi Senat. vel Clariſſ. conv.*

Ror eſſet Senatui Egrano, ut anno 1612. gravamina ſua contra Regem Bohemia coram Vicario Imperii Palatino proponeret. Sed Caſpar. Bruſchius in Deſcript. Egræ *pracise id fieri negat: & in conſilio quoque Vicarialis Cancellarius a Grauu obſtitiſſe, quo minus edicta Vicarialia Egra affigeren-*
E *tur, ne prius fundatam eſſe Vicarii juriſdictionem apertioribus argumentis demonſtraretur. Bruſchii verba ſunt*: Si quis in Senatum actionem inſtituat, Egrani nullibi comparent, aut reſpondent, niſi coram ipſo Bohemorum Rege. *Eadem repetit Munſterus* lib. 3. Coſmograph. *& Gerar. Mercator in* Atlante.

(α) Exemption. a Cam.] *VVehnerus in* Symphorem. tom. 6. cap. 1. §. 4. *Vietor* de Cauſ. exempt. Imper. concluſ. 9 *Frider. Lentius in* Synopſ de Pri-
F vileg. S. Rom. Imp. Procer. inſtant. vel auſtræg. th. 29. *Henelius in* Sileſiograph. cap. 8. fol. 102. *Beſoldus in* Diſcurſ. de Appellation. cap. 2. num. 19.

(β) Sufficiet] *Arumaus ad* Aur. Bull. diſcurſ. 5. concluſ. 16.

(γ) Except. incompet.] *Magenhorſt, ſive is ſit Caſp. Obſopaus, in* Centur. Obſervation. Cameral. cap. 5.

(δ) Poteſt. in Camer. conv.] *Thom. Michael* de juriſdict. concluſ. 22. lit. e. *Petr. Friderus* lib. 1. de
G Proceſſ. extrah. cap. 22. §. 1. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. concluſ. 88. lit. c. & concluſ. 94. *Bertramus* de Comit. Imper. memb. 3. concluſ. 31. in fin. *apud Arum. in* Diſcurſ. de jur. publ. tom. 1. fol. 124. in fin. *Bened. Carpzovius in* Diſſert. de Capitulat. Cæſar. cap. 5. num. 9. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. num. 44. q. 1. rat. 10. *Arumaus ad* Aur. Bull. diſcurſ. 5. concl. 19. *Auctor* Reſponſi in cauſſa *Heſſen* contra *VValdeck die* exemption *betreffend, &c. Dan. Otto in* Diſſert. de Jur. publ. cap. 10. fol. 256.

(ε) Chriſt. Barth.] *tom. 1. Sententiar. Camer. Imperial. fol. 95. Buxdorffius ad* Aur. Bull. concluſ. 88. lit. a.

(ζ) Alterius ſententia] *idem Barth. d. tom. 1. ſententiar. fol. 376. Raphael Saylerus in* Sententi. Camer. *Dan. Otto in* Juriſprud. publ. cap. 10. *Buxdorffius ad* Aur. Bull. concl. 94. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. num. 44. q. 1. rat. 10. *Bertramus* de Comit. Imper. 531 membr. 3. concluſ. 31. *Benedict. Carpzovius in* Diſſert. de Capitulat. Cæſar. cap. 5. num. 9.

(η) Ei denegari deb.] *quod opinantur Frid. Lentius in* Synopſi de Privileg. S. Rom. Imp. Procer. inſtant. th. 30. *Leonhard. Beckmannus in* Diſput. ad Ordinat. Camer. Imperial. th. 37. *Idem tamen Lentius ſui oblitus in* th. 22 *refert Bohemia Regem inter Principes, qui habent privilegium auſtragarum.*

(*) Vide, quæ ad *hunc §.* monuit Ludevvig in *differt. de Jure ſuffragii Reg. Bohem. cap. 2. §. 14.*

conv. Ubi autem Rex, electus judex, illud judicium exercere debeat, quæri poteſt. A
Diſtinguitur, ut ſi tanquam Rex Bohemiæ & Elector in judicem eligatur, judicium illud in aliqua Regni civitate, ſi vero tanquam Magnus Dux Sileſiæ, aut Marchio Moraviæ, in aliqua eorundem Principatuum civitate litigaturis deſignata, ubi Rex ipſe cauſſam audiat, adhibitis in Conſilium ſuum Conſiliariis ſuis cujuſque loci, ut cenſet Vulteius *ad d. l. un. n. 33. verſ. quo autem loco.*

14. Neque enim ideo eſt pro extraneo Principe, quod exemptionem a Cameræ judicio prætendat, magis habendus, quam Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ, &c. qui ſeſe pari eodemque gaudere dicunt privilegio: ut ſcilicet ſi agere velit contra aliquem immediatum Imperii ſtatum, recta teneatur ad Cameram, præciſo (α) primæ inſtantiæ auſtrægicæ gradu, veluti extraneus properare, ſi cauſſæ qua- B
litas eo ſpectat, vel ad judicium Aulicum Cæſareum (β) pro jure ſuo perſequendo confugere, ut alii cenſuerunt.

15. In cauſſis tamen partium litigantium non datur a Rege Bohemiæ, aut ejus ſummis tribunalibus, (γ) Tabula Regni, & Judicio appellativo, provocatio nec ad Came-
532 ram, nec Aulam Cæſaris. Namque licet Regnum Bohemiæ quoad univerſitatem ſit Imperii Romani, quoad ſingulos tamen & particularia Regni ſeſe Imperium non ingerit, (δ) non magis, quam Eccleſia Romana in Regnis Apuliæ, Siciliæ, (ε) Sardiniæ, &c. in quibus numquam recurri poſſe ad Papam vel Imperatorem, niſi cauſſa ſit ardua, intolerabilis judicii, & notoria omnis injuſtitiæ, Doctores affirmant. (ζ)

16. Quod ut recte intelligatur, non pigrabor elegantem Alberti Bruni (η) expl- C
nationem adſcribere, quæ ſic habet: *A ſententia Regis non licet appellare, quia in ſuo Regno habetur pro lege, & cum habeat ſupremam poteſtatem & juriſdictionem, nemo poſſet in melius reformare. Quod procedit, etiam ſi Rex ſuperiorem recognoſcat, & Regnum teneat in feudum. Nam licet reſpectu totius Regni & in univerſo ſit tantum utilis dominus, & directum dominium ſit penes eum, qui recognoſcitur, tamen reſpectu ſingulorum hominum Regni, ac jurium Regni ſingulariter conſideratorum, ſeu quoad ſingula generum, habet plenitudinem poteſtatis, & directam juriſdictionem, quam ſuo nomine exercet*, &c.

17. Quod igitur ſcribit Jacob Thomingius, (ϑ) Jure conſultus celeberrimus & periſſimus: *Si Rex Bohemiæ contra Barones pronunciaret, libera & permiſſa illis eſt appel-* D
latio, ſive tanquam ordinarius, ſive tanquam feudi dominus, pronunciaret. Nam ſi tanquam ordinarius ſententiam dederit, dubium non eſt, quin ab ipſo tanquam Bohemiæ Rege, & Imperij ſubdito, ad ſuperiorem, nempe Imperatorem vel Imperii judicium, provocari poſſit, cum mica ſalis accipiendum eſt.

18. Tamen in Principatibus & Comitatibus, quos Rex tenet ab Imperio extra pri-

Xx vilegiatas

(α) Ad Cameram, præciſo *&c.*] *Lentius* ibid. theſ. 30.

(β) Judic. Aulic. Cæſ.] *Vultejus* ad l. un. n. 44. C. ubi ſenat. & clariſſ. *Pet. Friderus* lib. 1. de Proceſſ. in Cam. extrah. cap. 17. n. 9. *Beckmannus* ibid. th. 34.

(γ) Summis tribunalibus] *Johan. Ferſius in* tract. de Præfectura S. Præfecti prætor. cap. 4. fol. 78.

(δ) Imperium non inger.] *Cacheranus* Conſil 9. n. 2. & ſeqq. *Afflictus ad* rubr. Quæ ſint regalia, num 55. *Knichen in* Autocrat. cap. 1. n. 1163. *Beſoldus* de Appellation. cap. 4. ſect. 5. in fin. & in Diſcurſ. de Stat. Reipubl. ſubaltern. cap. 1.

(ε) Apuliæ, Siciliæ] *Aliter tamen Card. Baronius in* tract. de Monarch. Siciliæ; *Sed pro Cacherani & Afflicti ſententia ſtat Aſcan. Columna in* Judic. de iis, quæ Card. Baron. de Monarch. Sicil. ſcripſit.

(ζ) Doctores affir.] *Decianus* Reſponſ. 56. n. 4. *Knichen* d. cap. 1. n. 1363.

(η) Brunus] *in Comment ſuper ſtatut. exclud. fœmin. artic. 13. n. 15.*

(ϑ) Thoming] *conſil. 21. num. 91. vol. 1. qui rationem decidendi ponit in ſola ſuperioritate Imperatoris, & ſubjectione Regni Bohemiæ; Guilielm. Onciacus* Quæſtion. jur. philoſophic. 29. *Propter quam etiam olim, ſtante Republica Romana, licebat a ſupremis Regnorum tribunalibus Romam appellare, ut a Synedrio* (Sanhedrim) *Hieroſolymitano, quod erat ſummum Regni Judaici Conſiſtorium, provo-* E
cationes ad Senatum vel Imperatorem Romanum permittebantur; *Thom. Bilſonius* lib. 1. de perpet. Eccleſiæ gubernat. cap. 4. verſ. quod ad privatam; *quum tamen ſtante Regni libertate capitale eſſet ad Regem a Synedrio illo provocare; ut docet idem Bilſonus* d. cap. 4. *Paulus Fagius* Comment. in Deuteronom. cap. 16. *Paulus Riccius relatus a Beſoldo in* Diſſert. de Majeſtat. ſect. 1. cap. 8. num. 6. *Matth. Stephani* lib. 1. de Juriſdict. cap. 7. num. 11. n. 17 & ſeq. *Ottho Gualtperius in* Syllog. vocum exotic. F
Nov. Teſt. part. 1. fol. 31. *idem Beſoldus in* Diſſert.
de Stat. Reipub. ſubalt. cap. 3. num. 4. *Joan. Bapt.* 533
Aurelius Calaber de Polit. & diſcipl. civil. & eccleſ. lib. 1. *Bened. Arias Montanus* Antiquit. Judaicar. lib. 6. *Caſaubonus* Exercitat. 13. diatrib. 5. *Chriſtian. Adrichomius in* Deſcription. Hieroſolym. templi. *Pet. Cunæus* de Republ. Judæor. lib. 1. *Joh. Gerhardus* Locor. Theologic. tom. 6. de Magiſtrat. polit. num. 126. *Nec hodie a Camerali judicio licet ad Imperatorem appellare.*

A vilegiatas & exemptas provincias, ad Imperatorem recurri & appellari poſſe, juris eſt indubitati. [α]

19. Et quidem in caſu denegatæ vel protractæ juſtitiæ (β) non video, cur Rex Bohemiæ potiorem a Cameræ judicio exemptionem habere debeat, quam vel Electores Saxoniæ & Brandenburgiæ, vel Archiduces Auſtriæ, vel Duces Burgundiæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ, &c. quos ſuper querela denegatæ juſtitiæ in Camera conveniri poſſe, communior eſt interpretum opinio, exiſtimantium hoc in caſu non ſolum Imperatoris juriſdictionem fundari, (γ) ſed etiam repreſſalias (δ) contra Bohemos permitti poſſe.

20. In caſu quoque nullitatis (ε) ad Imperatoris Aulam vel Cameram recurri poſſe, conſtans eſt interpretum ſententia. Quod tamen intelligendum de eo caſu, quando B nullitas principaliter, non etiam quando incidenter & acceſſorie proponitur. Remota enim appellatione, cenſetur quoque remota nullitas illa, quæ incidenter deducitur. Quanquam Elector & Duces Saxoniæ in nullitatis querela ad Cameram devolvenda privilegium ſuum de non appellando gravari conquerantur, nec Bohemi huic querelæ deferre acquieſcant.

21. Etiam in caſu fractæ pacis (ζ) publicæ videtur Rex Bohemiæ non minus poſſe in Camera accuſari, quam Electores Saxoniæ & Brandenburgiæ, Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Sabaudiæ, Lotharingiæ, qui cum eodem cum Rege Bohemiæ privilegio fori perfruantur, hoc tamen in caſu Cameræ juriſdictionem non poſſunt detrectare aut ſubterfugere Quin addo, ſi dictorum Electorum, Archiducum & Ducum ſub-C diti poſſunt in cauſſa pacifragii ad Cameram (η) evocari, etiam Regis Bohemiæ ſubditos ad eandem poſſe evocari: quum nulla ſit ratio diverſitatis, nec Bohemi Imperio minus ſubjecti ſint, quam Saxones, Brandenburgii, Auſtrii, Burgundi, Lotharingi, Sabaudi, &c.

22. Addunt amplius, Regem Bohemiæ ſubjacere conſtitutioni de pace religionis, & ſubdito contra illum, mandatum de emigrando ſine clauſula poſſe decerni in Camera. (θ)

23. Nec illud non admonent, Regem Bohemiæ in cauſſis contributionum (ι) poſſe a Fiſcali Cæſareo in Camera conveniri: extraquam ſi Fiſcalis contra Bohemos procedere a Cæſare inhibeatur, ut aliquando factum fuiſſe in Relationibus Fiſcalium obſervavimus.

D 24. In feudalibus quoque controverſiis exemptio Bohemorum non attenditur, quin Rex coram Cæſare, & ſubditi (κ) coram iis, a quibus feuda obtinent, rite poſſint con-

(α) *Aurea Bulla* tit. 10. p. 1. in fin. *Gerlacus Archicancellarius Mogunt. in* Confirmat. de anno 1356. §. 3. *Conſtitution. Imperial.* tom. 1. fol. 351. *Bartolus* ad l. 1. §. ſi quis, num 15. D. de appellat. *Gail.* lib. 1. Pract. obſervat. cap. 30. num. 7.

(β) Deneg. vel protr. juſt. *Richard. Dieterus in* Diſſert. de Summa ſum. Imp. poteſt. concluſ. 27. *Joh. Nerdermannus in* Diſſert. de jur. Principat. E concluſ. 84. lit. a. *Buxdorffius ad* Aur. Bull. cap. 11. concluſ. 94. *Zinzerlingus* de Appellation. concluſ. 68. & ſeqq. *Arumaeus ad* Aur. Bull. diſcurſ. 5. concluſ. 18. *Fried. Lentius* ibid. theſ. 29. *Rumelinus ad* Aur. Bull. part. 2. diſſert. 1. theſ. 3. *Phil. Neidlingerus in* Diſcurſ. de Juriſdict. SS. Cæſar. majeſt. Cameræ Imper. & Statuum Imper. concluſ. 13. lit k. *Non eſt enim hoc Judicium adeo ἀνυπεύθυνον, ut prorſus ab eo, ullo in caſu, provocare non liceat, quale eſt S. Rom. Imperii Camerale Spirenſe.*

F (γ) Fundari] *Gail.* lib. 1. Pract. obſervat. cap. 28. *Gryphiander* de Wichbild Saxon. cap. 60. num. 18.

(δ) Repreſſalias] *idem Gail.* de Pignor. cap. 2. & de Arreſtis cap. 9. *Gryphiander* ibid. num. 19.

(ε) Nullitatis] *rationem dubitandi profert Knichen in* tract. de Saxon. non provoc jur. in verb. jus. cap. 2. num. 45. & in verb. lit. provocator. neſ. num. 100. & ſeqq. *&* *Arumaeus* ad Aur. Bull. diſcurſ. 5. concluſ. 17. *Sed decidendi rationes potiores dedu-* G *cunt Gail.* lib. 1. Pract. obſerv. cap. 135. num. 4. *Mynſingerus* Cent. 4. Obſervat. Camer. cap. 68. *Dieterus in* d. Diſſert. concluſ. 127. *Buxdorffius ad* Aur. Bull. cap. 11. concluſ. 94. *Thom. Michael* de Juriſdict. Imper. concluſ. 26. in fin. *Reinkingk* lib. 1. de Regim. claſſ. 4. cap. 6. num. 4 & ſeqq. *Juſt. Zinzerlingus* de Appellat. concluſ 73. in fin. *Beſoldus* 534 *in* Diſcurſ. de appellat. cap. 2. num. 19. *Rumelinus ad* Aur. Bull. part. 2. diſſert. 2. th. 15. *Neidlingerus* d. concluſ. 13. lit. k.

(ζ) Fractæ pacis] *Gail.* lib. 1. Pract. obſervat. cap. 3. num. 1. *Pet. Frederus* lib. 1. de Proceſſ. in Cam. extrah. cap. 22. §. 1. & ſeq. *Beſoldus* de Appellation. cap. 4. n. 5. *Nerdermannus* de Jur. Principat. concluſ. 84. lit. a *Rumelinus ad* Aur. Bull part. 2. diſſert. 1. th. 14. *Mynſingerus* Centur. 5. obſervat. Camer. cap. 58. *Ferrarius ſive Joh. Bapt. Ceſar in* Addition. ad *Viſitation - und Cameral Abſchied*, ad conſtit. *des Landfriedens 1548.* tit. *die Peen der friedbrecher*, fol. 82. in fin. & fol. 83. in princ.

(η) Subditi poſſunt ad Camer.] *Ordinat. Camer.* tit. 9. part. 2. *Gail.* lib. 1. de Pace publ. cap. 11. *Mynſing.* Centur. 5. Obſervat. Camer. cap. 58. n. 1. *Gylmannus* deciſ 54. n. 85. n. 87. & n. 91. part. 2. *Arumaeus ad* Aur. Bull. diſcurſ. 5. concluſ. 12. *Rumelinus* d. theſ. 14.

(θ) *Fried. Lentius in* d. Synopſ. de Privilegiat. inſtant. theſ. 87.

(ι) Contribution.] *Beſoldus in* Diſcurſ. de Appellation. cap. 2. n. 20.

(κ) Rex coram Cæſar. & ſubditi *&c.*] *quod expreſſe aſſerunt Ludolph. Schraderus in* tractat. de Feud-

conveniri. Quam eſſe totius orbis obſervantiam Doctores affirmant: (α) quibus adſti- A
pulatur textus notabilis in Aurea Bulla *tit. xi. §. ult.* in exemplaribus Germanicis, qui
paragraphus haud ſcio qua de cauſſa in Latinis deſideratur.

25. An autem in feudalibus cauſſis poſſit a ſententia Regis in judicio appellationum
Pragenſi lata, in quo feudorum Teutonicorum quæſtiones decernuntur, ad Imperatorem
provocari, dubitatum fuit. Pro affirmantium opinione concludit Thomingius (β) hi-
ſce verbis: *Sed etſi Rex, tanquam Dominus feudi, de præſenti cauſa forſan cognituru*
eſſet, dubium rurſus non eſt, quin ad Imperatorem, tanquam ſuperiorem feudi dominum,
appellatio interponi poſſit.

26. Denique in loco contractus ſive delicti, conveniri Bohemos coram judice loci
poſſe, ſi præſentes contrahant aut delinquant, & juris communis ratio ſuadet, & Do- B
ctores (γ) noſtri cenſent, non obſtante illo prægnantiſſimo fori privilegio, quod de
evocatione eſt intelligendum ad judicia extranea, ne poſſint eo extra Bohemiam pertra-
hi; non autem de loco contractus vel delicti, ubi Bohemi deprehenſi & conveniri poſ-
ſunt & puniri.

27. Quid ſi ex loco contractus aufugerint? Hoc in caſu ſicitatus Bohemus reus com-
parere, aut judicata facere recuſet, actor mitti debet (δ) in poſſeſſionem bonorum, quæ
reus habet in loco contractus. Quod ſi nulla ibi habeat bona, tum debet Rex Bohemiæ,
aut ordinarius Magiſtratus, per ſubſidiales pro exſecutione facienda ad inſtantiam acto-
ris implorari.

28. Quid autem juris in actione legis diffamari? num proceſſus poſſunt decerni, & C
Rex, ſive ſubditi diffamantes, evocari? Et memini id tentatum aliquando fuiſſe; ſed
citati numquam comparuerunt, tutos ſeſe arbitrantes generali Aureæ Bullæ privilegio.
Sed judices in contumaciam procedentes perpetuum ſilentium (ε) diffamantibus impo-
ſuerunt.

29. An vero Imperatoris, vel Cameræ, aut judicii Rotuillani Commiſſarius poſ-
536 ſit ſubditos Regis Bohemiæ extra Regnum teſtimonii dicendi cauſſa abſque ſubſidialibus
literis evocare, controvertitur. Bohemi in contradictionibus ſuis prætendunt Aureæ Bul-
læ privilegium: quod tamen cum ſit ſtricti juris, ad evocationem teſtium non eſſe ex-
tendendum, (ζ) Doctores ſtatuunt, propterea quod maximus ſit probationum favor,
& in mora ſæpe periculum ratione examinationis teſtium verſetur. Et certe textum Au- D
reæ Bullæ non loqui de evocatione, quæ fit teſtimonii dicendi gratia, ſed ea, quæ litis
cauſſa inſtituitur, verba ipſa ſatis manifeſte oſtendunt, & hanc, non illam, inhiberi
interpretes declarant. Quod & obſervantia a cæteris Electoribus & Principibus tracta,
qui Regi Bohemiæ in uſurpatione juris evocatorii æquiparantur, ut ſunt Saxo, Bran-
denburgius, Auſtrius, Burgundus, Lotharingus, &c. commode videtur inſinuare, non
obſtantibus Bohemorum contradictionibus. (η)

Xx 2 30. An

Feud. part. 10. ſect. 202. *Henric. a Roſenthal* de
Feud. cap. 12. n. 25. *Buxdorffius ad* Aur. Bull con-
cluſ. 94. lit. 2. *Cubachius* lib. 2. Juriſprud. publ. cap.
29. num. 39. *Rumelinus ad* Aur. Bull. part. 2. diſſert.
8. th. 3.

(α) Doctores affirm.] *Joh. Meichſnerus* Deci-
ſion. Camer. tom. 2. lib. 2. deciſ. 1. num. 12. *ubi in-*
535 *quit*; Licet Imperator Statum aliquem verbis quan-
tumvis generalibus per privilegia eximat, ita ut in
nulla omnino cauſſa coram quovis alio, quam ju-
dice domicilii, in jus trahi vel conveniri poſſit, ta-
men ejuſmodi exemptione non obſtante, in cauſis
feudalibus coram Paribus Curiæ judicium ſuſcipere
cogitur, ut ex notiſſima Germaniæ conſuetudine
& uſu indubitate conſtat. *Quæ totidem verbis re-*
petit VVehnerus tom. 6. Symphoremat. fol. 5. & in
tract. de Modo appellandi in Camer. Imperial. in
procem. fol. 5.

(β) Thomingius] *in d. Conſil. 21. n. 94. vol. 1.*
Quocum facit quod & ab Archiducis Burgundiæ
ſummo judicio feudali appellari poſſit, ut docet præ-
judicium in cauſſa Baronis de Inhuſen & Kniphu-
ſen contra Comitem Oldenburgicum Jehvera Domi-
num, a Magno Conſilio Brabantino ad Cameram Im-
perialem per viam appellationis a Barone deducta,
ubi adhuc lis pendens eſſe dicitur.

(γ) Doctores] *in genere Donellus* lib. 17. Com-
mentar. jur. civil. cap. 14. & cap. 16. *in ſpecie de Bo-*
hemis Freherus in Comment. de Teſtament. tutela
curaque Elector. cap. 12. *Adrian. Gylmannus* lib. 2. E
deciſ. 54. n. 87. & n. 89. *Arumæus ad* Aur. Bull.
part. 2. diſſert. 1. th. 10.

(δ) Actor mitti deb.] *Rumelinus ad* Aur. Bull.
part. 2. diſſert. 1. th. 11.

(ε) Perpetuum ſilentium] *exempla ſunt nota,*
ſed quia odioſa, ſtudioſe omittimus.

(ζ) Ad evocat. teſtium non ext.] *Arumæus ad*
Aur. Bull. diſcurſ. 5. concluſ. 11. *Rutger. Rulandus*
lib. 5. de Commiſſar. cap. 3. num. 25. part. 1. *Arni-*
ſæus de Jur. majeſtat. cap. 2. num. 4. *Caſp. Leipoldus* F
in tract. de Concurrent. juriſdict. in Imp. Rom. q.
3. *Pfeil. in* Procyoped. regal.

(η) Bohem. Contradictionibus] *etiam Saxones,*
Brandenburgii, Auſtrii, Burgundi, Lotharin-
gi, &c. ſæpe contradixerunt, & nihil profecerunt,
ut teſtatur Gail. lib. 1. Pract. obſervat. cap. 98. num.
2. *Juſtus Reuberus in* tract. de Teſtib. fol. 110. *Rut-*
ger. Rulandus d. lib. 5. cap. 2. *& in ſpecie de contra-*
dictione Electoris Saxoniæ, Ruland. d. cap. 3. n. 25.
Arumæus ad Aur. Bull d. concluſ. 11. *Rumelinus ad* G
Aur. Bull. part. 11. diſſert. 1. th. 22.

A 30. An etiam proſcripti & banniti in Judicio Aulico Cæſareo, vel Camera Imperiali, pro bannitis & proſcriptis in Bohemia ſint habendi, & ſi a Rege vel Ordinibus Regni detineantur, contra eum vel eos, tanquam hoſtium Imperii detentores, legibus agi poſſit, quæritur. Et videtur poſſe, (α) quia proſcriptio Cæſarea generalis eſt, & totum Imperium tangit.

31. Opponitur denique a Bohemis præſcriptio immemorialis, qua ſeſe tutos ab omni iſta Cæſaris concurrentia in Regno eſſe contendunt. Sed meam vicem reſpondeat Lupoldus Bebenburgius (β) Epiſcopus Bambergenſis, cujus Rex Bohemiæ vaſallus eſt, iſtis verbis hanc objectionem diluens: *Illud dictum, ſcilicet Reges Occidentales, licite poſſe merum & miſtum Imperium ex conſuetudine a tempore, cujus contrarii non eſt* B *memoria obſervata, in ſuis Regnis exercere, poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ſic, quoad Reges exerceant in eis merum & miſtum Imperium, ita quod Imperator in eiſdem Regnis nullam omnino juriſdictionem in cauſis meri & miſti Imperii exercere poſſit, nec in caſu appellationis a Regibus ad eum interponendæ, neque in caſu negligentiæ ipſorum Regum, vel quando denegaverint facere juſtitiam in cauſis prædictis: nec etiam quod Imperator in perſonis eorundem Regum poſſit merum & miſtum Imperium exercere. Etſi dicas, quod Reges non poſſunt in ſuis Regnis merum & miſtum Imperium ex conſuetudine vel præſcriptione acquirere vel exercere, quando hoc eſſet præſcribere ſimpliciter & in toto res ſolius Principis, & res in privilegium a Principe conceſſas, & ea quæ in publico ſunt, & etiam contra obedientiam Principi debitam. Alio vero modo poteſt intelligi il-* 537 C *lud dictum ſic, videlicet quod Reges immediate in ſuis Regnis & conſuetudine vel præſcriptione obſervata a tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit, poſſunt merum & miſtum Imperium exercere: ſed quod Imperator nihilominus habeat juriſdictionem mediatam in cauſſis meri & miſti Imperii, quoad ſubditos illorum Regum, ſicut in caſu appellationis vel negligentiæ, vel denegationis juſtitiæ, de quibus præmiſſum eſt, & etiam immediatam juriſdictionem in cauſſis hujuſmodi in perſonas ipſorum Regum: & ſic credo, quod Reges ex conſuetudine, a tempore, cujus contrarii non eſt memoria obſervata, poſſunt in ſuis Regnis merum & miſtum Imperium hoc modo acquirere.* Et poſtea: *Nec obſtat præmiſſis dictum Hoſtienſis Ext. de for. compet. c. cum contingat, poſt princ. ſcilicet quod conſuetudo non poſſit operari, quod in eadem civitate vel diœceſi ſint in ſolidum duo capita, tanquam* D *monſtrum. Dico enim, quod Imperator & Reges in Regnis talibus non habeant in ſolidum eodem modo juriſdictionem in cauſis meri & miſti Imperii, ſed Imperator habet mediatam, & Reges immediatam in his cauſis, ut prædixi.*

32. In cæteris vero cauſis, præter quas expreſſimus, nullum aliud remedium contra iniquam Regis Bohemiæ ſententiam ſupereſſe Doctores putant, quam ſupplicationis, quæ ſemper admitti debet, quotiens non tam cauſſæ natura, (γ) quam perſonæ reſpectus appellationem prohibet. Verum ubi ſit ſupplicatio illa inſtituenda, diſſentiunt interpretes, quorum nonnulli putant eam eſſe ad Imperatorem (δ) devolvendam, qui ſibi hoc privilegio ſupplicationis aditum non præcluſerit; alii ad ipſum Regem [ε] deferendam

(α) Videtur poſſe] *VVehnerus in* Obſerv. pract. E verb. *Acht, & in* Not. ad Ordinat. Rotvillan. part. 3. tit. 15. in princ.

(β) Bebenburg.] *in tract. de Juribus Regni Francor. & Imp. cap. 15. fol. 104. Pro cujus ſententia facit, quod ſcribunt Doctores, Imperatorem non conceſſiſſe hæc privilegia Bohemiæ Regi in extinctionem ſuæ ſupremæ juriſdictionis, ſed in participationem, reſervando ſibi majorem & eminentiorem juriſdictionem*; *Muſcornus* de Juriſdict. cap. 1. num. 34. *Menochius* de Arbitrar. judic. quæſt. lib. 1. F q. 40. num. 2. & lib. 2. de Præſumpt. cap. 8. num. 1. & ſeq. *Duarenus* ad l. 24. §. 2. D. de legat. 1. *Knichen* de Jur. territor. cap. 1. num. 231. & in Comment. ad Jus Saxon. cap. 5. fol. 165. & cap. 7. fol. 176. *Heigius* Illuſtr. quæſt. part. 1. q. 9. num. 18. & ſeq. *Quin Imperator ne poteſt quidem hanc ſupremam poteſtatem cuiquam Regi aut Principi concedere privative, ut ſentit Baldus in* proœm. Feud. verſ. expedita, num. 32. *quod velut medulla ipſius inhæreat oſſibus*; *Mynſing.* Cent. 5. obſervat. 99. *Henric.* G *Andreas Cranius* Problemat. Cameral. diſput. 3. part. 3. problem. 1.

(γ) Non tam cauſſæ natura] *Benderus* de Reviſion. concluſ. 20. num. 8. & concluſ. 95. num. 9. *Hernigius* de fidejuſſor. cap. 5. num. 294. *Trentacinquius* lib. 2. var. reſolut. tit. de appellation. reſol. 1. n. 4.

(δ) Ad Imperatorem] *Gail.* lib. 1. Pract. obſervat. cap. 135. num. 4. *Gylmannus in* Symphorem. tom. 3. de præjudic. ſeu eur. Camer. tit. de perſ. privileg. *Thom. Michael* de Juriſdict. concluſ. 26. lit. e. in fin. *Joan. Ferſius* de Præfectur. S. Prætor. cap. ult. fol. 244. 538

(ε) Ad ipſum Regem] *Knichen* de Saxon. non provoc. privileg. verb. jus, cap. 2. num. 45. *Beſoldus* de Appellat. cap. 2. num. 20. *Arumæus ad* Aur. Bull. diſcurſ. 5. concluſ. 17. *Henelius in* Sileſiograph. cap. 8. *in Dicaſterio ſupremo Saxonico & Brandenburgio vocatur* leuteratio, *quæ ſpeciem quandam habet reviſionis in Camera receptæ, ut Doctores Saxonici unanimiter conſentiunt. Quamvis enim Curia Tabulæ & Appellationum, repræſentet Regem, non tamen ejus vincit auctoritatem*; *Franciſc. Connanus* lib. 1. Commentar. jur. civil. cap. 11. num. 9. *Bodinus in* Method. hiſtor. cap. 6. *Heigius* d. quæſt. 9. num. 26. & ſeq. *Menoch.* de Arbitrar. jud. quæſt. lib. 2. cap. 68. n. 31. & ſeqq. *Covarruvias in* Practic. quæſt. cap. 1. num. 4.

dam putent: quorum mihi opinio non modo veritati, ſed & praxi ipſi videtur eſſe ma- A gis conſentanea. Quon ſi vero Rex eam nolit admittere, tum demum poterit gravatus quaſi ſuper denegata juſtitia ad Imperatorem recurrere.

33. Illud ultimo loco quærunt interpretes noſtri, num Bohemi poſſint huic privilegio fori in contrahendo vel paciſcendo renuntiare? Et in negativam ſententiam (α) potiores inclinant, quibus & nos calculum noſtrum addimus.

(α) Negativ. ſentent.] *Buxdorffius ad* Aur. Bull. 10. ſect. 1. num. 201. *Rumelinus ad* Aur. Bull. part. concluſ. 94. lit. a. *Schraderus in* tract. de Feud. part. 2. diſſert. 1. theſ. 9.

CAPUT XIV.

Rex Bohemiæ a ſubditis convenitur coram Camerario ſeu Burggravio & Baronibus Regni: a non ſubditis in Camera Imperiali, vel Aula Cæſarea. In Sileſia ſubjicitur B *judicio ſupremo Uratislavienſi, in Glogovia paribus curiæ. Tam ſummis, quam inferioribus tribunalibus, Rex liberum curſum per evocationem vel avocationem inhibere non debet. Sileſiæ Ordines non tenentur fidem Regi extra patriam præſtare. Si Rex Bohemiæ in Imperatorem electus ab aliquo impetatur, ubi debeat conveniri, an apud Palatinum Comitem? an coram Paribus Curiæ? an coram arbitris compromiſſariis? an coram ſe ipſo, tanquam Imperatore? Conventiones Regis Bohemiæ cum Auſtriis, Bavaris, Palatinis, Saxonibus & Brandenburgiis ſuper litibus & controverſiis dijudicandis.*

VErba hæc ſunt Arumæi, Anteceſſoris Jenenſis & Conſiliarii Saxonici: (α) *Cum Bulla diſertis verbis ſaltem mentionem faciat ſubditorum Electoralium, non obſcure innuitur, ipſos Electores, Regem Bohemiæ, Ducem Saxoniæ* &c. *privi-* C
529 *legio ejusdem non frui. Quare ſi vel ipſi a ſuis ſubditis conveniantur vigore Ordinationum Curiarum provincialium, coram iis de bonis ſeu reditibus Cameræ ſtare ſeu reſpondere coguntur: ſi vero a non ſubdito conveniantur in cauſis in prima inſtantia ad Cameram pertinentibus, juriſdictione Camerali ſubjacent.*

2. At Carolus IV. [β] Imperator in Legibus Bohemicis ita conſtituit: *Licet humano jure Princeps legibus ſit ſolutus, & cunctos populos ſibi ſubjectos habeat judicare, & a nemine ipſe judicetur: quia tamen digna vox eſt Majeſtate regnantis, alligatum ſe legibus Principem profiteri, quod etiam per prædeceſſores noſtros Boemiæ Reges Illuſtres obſervatum fuiſſe comperimus: præſenti conſtitutione decernimus, quod ſi quis quandoque forte a nobis vel ſucceſſoribus noſtris Boëmiæ Regibus Illuſtribus, qui fuerint pro tempore, re-* D *putaverit ſe gravatum, vel cauſam ullam ſe velle dicat intentare nobiſcum: tunc ſupremus Camerarius, & Barones ſive Kmethones de cauſæ vel gravaminis meritis diligenter & libere inquirentes, demum quicquid juſtum repererint, pronuncient vel decernant. Quorum pronunciationi & decreto ſtare & contentari Rex ipſe, ſicut & ſubditus vel querulans, de benignitate Regia teneatur: decore tamen & honeſtate Regiæ Dignitatis in hoc ſpecialiter reſervatis, quod nulla prorſus præmiſſorum occaſione, vel alio quocumque modo excogitato vel via, contra perſonam Regis citatio vel vocatio aliqua perſonalis emanet; ſed contra Officiales ſuos, qui ad hoc extiterint deputati, procedat. Per hoc enim & ſplendor juſtitiæ (quem ubique in Regno noſtro lucere ſingulariter cupimus) purus ſervabitur, & clementiæ noſtræ zelus, quem ad juſtitiam gerimus, piis operibus inſignietur.* E Quæ verba ſunt ex præmiſſa Arumæi diſtinctione interpretanda & intelligenda.

3. Et ille quidem proceſſus in ſola Bohemia & Moravia obtinebat. De Sileſia autem ita commentatur Henelius: (γ) *Supremum Sileſiæ tribunal, das Ober-oder Fürſtenrecht, conceſſum eſt Ordinibus Sileſiæ a Vladislao Rege anno* MCCCCXCVIII. *Cujus tanta eſt auctoritas, ut non ſolum ſucciſa ſublataque omnibus appellationis ulterioris ſit licentia, verum ipſe etiam Bojemiæ Rex coram illo conveniat alios, & viciſſim ſe conveniri patiatur.* Sic enim diſerte in Vladislai privilegio cautum eſt: *Wo wir, als ein rechter Kœnig zu Bœheim, oder unſer nachkommende Kœnig, auff ihr keinen Schleſiſchen Fürſten oder Erbſeſſen, geiſtlichen oder weltlichen perſonen, in welcherley ſache das were, auch grundt oder boden betreffendt, auch hinwiderumb die Fürſten und Erbſeſſen deß lands auff uns* F *oder unſer nachkommen umb grundt, boden, oder das ſonſt ihre freyheit oder privilegia angehen*

(α) Arumæi] *ad Aur. Bull. diſcurſ. 5. concluſ. 19. Thom. Michael* de Juriſdict. concluſ. 26. lit. c.

(β) Carolus IV.] *in Conſtitutionibus Regni Bohem. tit. 42.*

(γ) Henelius] *in Sileſiograph. cap. 8. Georg. a VVentzkhy Eques Sileſius in kurtzem Tractat und Bericht von dem Schleſiſchen Ritterrecht und Ehrengericht.*

A *angehen mœchte, der Schleſien betreffendt* &c. *das allein ſoll geſchehen vor den Fürſten
unnd Stænden deſß Landes und ihren Ræhten, die ſie neben ſich ziehen würden in Breſß-
law in der Hauptſtatt, auff unſerm Kœniglichen Hofe,* &c. Hinc illud interpretum (α)
noſtrorum axioma: *Rex Bohemiæ reſpectu Sileſiæ ſubjicitur judicio ſuperiori Vratislavien-
ſi, & reſpectu Ducatus Glogovienſis, paribus Curiæ iſtius Ducatus.*

4. Pergit Henelius: (β) *Extra appellationem Rex Bojemiæ cauſas, quæ apud Ordi-
narios judices tractantur, e Sileſia evocandi poteſtatem non habet: idque propter ſpeciale
privilegium Principibus & Ordinibus jam olim conceſſum, daſß ein jeder bey ſeinem or-
dentlichen rechten gelaſſen werden ſolle.*

5. Eſt & illud notatu dignum, quod idem Henelius [γ] refert: *Quoties Rex Impe-
B rium auſpicatur, non prius Principis loco habetur, quam juramento ſe obſtringat, leges ſe
patrias Ordinibus moresque & privilegia ſervaturum: quo facto viciſſim ipſi fides pro
obœdientia promittitur: & id quidem non niſi præſenti, nec alio in loco, quam Vratisla-
viæ, exceptis Suidniecenſibus & Jaurienſibus, quibus domi jurare datum. Itaque auctor
eſt Æneas Sylvius, Vratislavienſes requiſitos per Bojemiæ Regem homagium facere recu-
ſaſſe, niſi Rex ad ſe proficiſceretur. Et Curæus in Annal. Sileſ. cum totum annum fruſtra
cum Ordiuibus Sileſiæ actum eſſet de præſtanda Ladislao fide, neque illi contra leges pa-
trias in verba Regis jurare vellent, niſi ille coram adeſſet, tandem profectionem in Sile-
ſiam indictam fuiſſe.*

6. Et hæc quidem inter ſubditos Regni conſtituta ſint. Quid autem, ſi Rex fiat
C Imperator, & controverſiam habeat cum aliquo Imperii Statu? num Imperator adiri de-
bet, ut judicet in cauſſa propria? Sunt qui putent hoc in caſu Comitem Palatinum (δ)
Rheni eſſe adeundum, qui jus inter partes dicat, cauſſam in Aula Cæſarea cognoſcat, &
litem æquo judicio dirimat. Sed eis repugnat contraria obſervantia, qua controver-
ſiam talem forte obortam, aut Pares Curiæ cognoſcebant, aut ipſæ partes ad arbitros
deferebant.

7. Et de Parium Curiæ judicio exemplum ex Georgio Fabricio refert Calviſius (ε)
in anno MCCCCLVIII. ſcribens: *Controverſia Regis Bohemiæ cum Electore Saxoniæ de oppi-
dis quibuſdam dirimitur Egræ coram Ludovico Palatino & Alberto Brandenburgio Ele-
ctore,* &c. Fuit tum Rex Bohemiæ Georgius Podiebracius defuncto Ladislao a Bohe-
D mis ſuffectus.

8. De compromiſſo in arbitrium Principum Imperii, narrat Henricus Rebdorffen- 541
ſis (ζ) in anno MCCCXXXXVIII. de Carolo IV. Imperatore: *Eodem anno circa feſtum B. Ja-
cobi tractatum ſolennem habuit Rex Karolus cum filiis Luduvici* (Imperatoris) *in Pata-
via, & Albertus Dux Auſtriæ fuit mediator inter eos. Ibi interfuerunt Archiepiſcopus
Saltzburgenſis Epiſcopus Patavienſis, qui Regalia ſua ab eodem Rege receperunt, inter-
fuerunt Archiepiſcopus Gerlacus Moguntinus, Archiepiſcopus Pragenſis, Epiſcopi Bamber-
genſis & Herpipolenſis, & Nuncij Regis Ungariæ, & maxima copia Principum, Baronum
& Nobilium. Sed prædicti filii Luduvici Imperatoris cum majori parte, quam Rex,
erant ibidem; & modus concordandi eos bene fuit inchoatus, ſed non conſummatus.*

E 9. In conventionibus (η) tamen initis inter Reges Bohemiæ, & conterminos Ele-
ctores & Archiprincipes, Comites Palatinos Rheni, Duces Bavariæ, Electorem ac Du-
ces Sa-

(α) Interpretum] *Schraderus* de Feud. part. 20.
ſect. 1. num. 13 & tom. 2. conſil 27. *Schœnborn* lib.
5. Politic. cap. 34. fol. 541. *Phil. Henr. Hœnelius*
Diſputat. politic. 9 concluſ. 16. lit. 6. n. 8. *Chriſtian.
Matthias in* Syſtem. politic. lib. 3. exercit. 1. ſect 6.
dub. 3. fol. 317. *Arumaus in* Diſcurſ. Academ. de
jur. public. vol. 1. diſcurſ. 7. fol. 82. *Mich. Schife-
rer in* Diſputat. de orig. & poteſt. Elector. Imp.
F Rom. th. 70. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſtat. ſect.
1. cap. 6. num. 10.

(β) Henelius] *d. cap. 5. fol. 102. Congruit cum
Ordinat. Camer.* part. 2. tit. 1. in princ.

(γ) Henel.] *in d. Sileſiograph. cap. 7.*

(δ) Comitem. Palatin.] *vigore Aurea Bulla* tit.
5. §. final.

(ε) Calviſius] *in Chronolog. anno 1457.*

(ζ) Rebdorffenſ.] *in Annal. anno 1348.*

(η) In Conventionibus] *Mich. Schiferer in* Di-
ſput. de orig. & poteſt. Elector. Imp. Rom. th. 69.
*Has conventiones vulgo vocant Erbeinigung, qua-
rum duas Auſtriacas edidit D. Eyſen in* Deduct. Bo-
hem. num. 34. & ſeq. *ceteras nos damus in* Beyla-
gis Germanicis, *ut eorum imprudens error tandem
retegatur, qui putant has conventiones eſſe pacta
ſucceſſoria, ſeu confraternitates hereditarias ſuper
mutua Succeſſione initas, quorum ignorantiam ſe-
ctatur etiam VVarem. ab Erenberg in* Meditament.
pro fœder. lib. 1. cap. 1. n. 36. *Et Sibaldus Brandi-
nus ſeu verius Bartholomaus Pitiſcus Concionator
Aulicus Electoralis Palatinus in* Vaticin. de futuro
Rom. Imperii ſtat. cap. 4. in fin. *quum vocula Erb
in tali compoſitione non hereditatem notet, ſed per-
petuitatem & ſtabilitatem, ut Erbeinigung non
ſit hereditarium factum, ſed perpetua conventio;
quemadmodum Helvetii tranſactionem cum Auſtri-
acis factam vocant Erbvertrag mit dem Haus Oe-
ſterreich, id eſt pactum & fœdus perpetuum.*

ces Saxoniæ, Electorem & Marchiones Brandenburgenſes, Archiduces Auſtriæ, &c. A
cautum eſt, ut lites ſive controverſiæ, motæ inter Regem Bohemiæ & aliquem dictorum Archiprincipum, coram Conſiliariis ex utroque latere ad hoc deputatis ventilari & determinari debeant.

10. Interim tamen nihil habet abſurditatis, ſi dicamus, Regem Bohemiæ poſſe etiam, ſi ſit Imperator, coram ſeipſo conveniri, quum etiam appellatio a male informato ad eundem melius informandum, atque ita ab eodem ad eumdem a Doctoribus concedatur, & præjudicia extent Caroli V. Imp. [α] a quo tamquam Imperatore mandatum in Camera fuit ad ſeipſum veluti Archiducem Auſtriæ impetratum ſub hac formula: *Wir Carle der Funffte von Gottes gnaden erwehlter Ræmiſcher Keyſer*, &c. *gebieten dir Carolo, Ertzhertzogen zu Oeſterreich*, &c.

B

(α) Caroli V. Imp.] *Arumæus in* Diſcurſ. Academ. de jur. publ. vol. 1. fol. 14. *Matth. Stephani* lib. 2. de Juriſdict. part. 1. cap. 1. n. 154. *Imperator tamen, quatenus Imperator, in Camera conveniri nequit, exemplo Regis Judæorum, qui in Synedrio nec judicare poterat nec judicari, ut docet Caſaubonus* Exercit. 13 contra Baron. diatr. 5. *a quo tamen* 542
diſſentiens Wilh. Schickartus Card. Baronii contrariam opinionem defendit in tract. de Jure Regio Hebræor. cap. 2. theor. 7. fol. 63.

CAPUT XV.

De juribus ac legibus Regni Bohemiæ, an per eas Regnum & incorporatæ provinciæ a rebus Imperij divellantur. Leges Panili Bohemorum Regis. Jura & ſtatuta Primislai & Libuſſæ Ducum Bohemiæ. Leges Slavorum ab imperatoribus confirmatæ. S. Heinricus II. Imp. Leges Bohemis præſcripſit. Jus Palatinum Magdeburgenſe tam Slavis quam Saxonibus datum eſt. Wenceslaus Ottocari filius Bohemiæ Rex reformationem juris C
Bohemici, & ſuppletionem ex jure Romano meditabatur. Caroli IV. Imper. Codex conſtitutionum Bohemicarum, in quibus ſit abrogatus. In Aula & Camera Cæſarea ſolet ſecundum cujusvis loci ſtatuta & conſuetudines judicari.

AT quid, inquiunt nonnulli Imperiomaſtyges, Bohemis cum Camerali aut Aulico Imperii judicio commune eſt, a quo non modo lingua, ſed & legibus atque inſtitutis e diametro diſſident? (α) Facilis eſt Reſponſio. De lingua *lib. 1.* prolixe exſecuti ſumus. De legibus & inſtitutis nunc eſt, ut videamus.

2. Panilus Hermundurorum in Bohemia Rex fuit, antequam Slavi in eam provinciam penetraſſent. Ejus ſedes fuiſſe Krilich, ſive Krulichium memoratur. Hic primus
leges tuliſſe Hermunduro-Bohemis fertur, eaſque in arce Landsberga, ubi Regni erat D
archivum, conſervandas deſtinaſſe. Verba Hagecii (β) ea de re ſunt: *Zu den beſchriebenen Rechten, welche Panilus der treffliche weiſe mann, geordnet und außgeben laſſen, nach welchen ſich alle Hermunduri richten ſolten. Hat er auch ein eigen zimmer unnd gebewde zurichten laſſen, und demſelben den namen Landsberg gegeben.*

543 3. Slavo-Bohemis primus jura ac leges præſcripſiſſe Primislaus & Libuſſa dicuntur, de quibus idem Hagecius [γ] ita ſcribit: *Dieſer lehrete alles volck ſeine Rechte, welche er zu halten außgegeben, und machte dieſe halbe wilde Leute ſeiner Herrſchung unterthan. Es ſind auch noch viel Recht, welche er und Libuſſa geordnet, in dieſem Lande biß auff den heutigen tage.* Quæ vulgo dici ſolent *Jura & ſtatuta Primislai Ducis.*

4. Quas leges ſine dubio intellexiſſe videtur Rudolphus (δ) Fuldenſis in anno E
DCCCXLIX. ſcribens de Tachulpo Miſniæ orientalis & Luſatiæ Præfecto Imperiali: *Cui præ cæteris credebant Boëmani, quaſi ſcienti leges & conſuetudines Sclavicæ gentis.*

5. Ex leges poſtea & conſuetudines ab Imperatoribus noſtris partim confirmatæ fuerunt, partim in melius reformatæ, interpretatæ & auctæ. De S. Heinrico II. Imperatore te-

(α) Legibus atque inſtitut. diſſident] *Joh. Aubanus Boëmus* lib. 3. de Morib. gent. cap. 11. *Euphormio Luſininus ſive Joannes Barclajus in* Icon. animor. *Viſcherus in* Diſcurſ. de Elect. Regis & Imp. Rom. concluſ. 10. n. 44. q. 4. in fin. *Etiam Saxones habent ſua peculiaria jura atque inſtituta, non minus quam Slavi, nec tamen ideo a juriſdictione Cæſarea eximuntur; Peucerus in* Chron. Philip. lib. 5. *Chriſt. Matthias* lib. 3. Syſtem. polit. exercit. 2. fol. 345.

(β) Hagecii] *in Chron. Bohem. in prolegom. verſ. als nun die Hermunduri.*

(γ) Hagec.] *in d. Chron. Bohem. in Primislao h. in pr. anno 722. fol. 14.*

(δ) Rudolphus] *in Annal. Francor. anno 849.* F
& Fred. Lindenbrogius in Prolegom. in Codic. legum antiq. verſ. atque hæ ſunt leges.

A re teſtatur Hugwald. Mutius: (α) *Subjugatis Boëmis, & eorum Principe Boliſlao, apud illos jura & leges in rebus prophanis ac ſacris ordinavit.*

6. Acceſſit dein jus Saxonicum, ad quod Bohemi & Poloni, in defectu ſuorum ſtatutorum recurrerent. Id enim jus Saxonibus atque Slavis commune eſſe voluerunt Imperatores Ottones, [β] Magnus pater, & filius cognomento Ruffus. Hinc Bohemi ac Poloni jure legibuſque Saxonicis reſpondere cogebantur Magdeburgi, ut ſupra (γ) diximus.

7. De Wenceslao Bohemiæ & Poloniæ Rege, Ottocari filio, & Rudolphi I. Imperat. genero, narrat Æn. Sylvius: (δ) *Is* (Matthæus Urſinus Card nalis Romanus) *rogatus a Venceslao, Gotium Urbevetanum, utroque jure Conſultum in Bohemiam miſit,*
B *quo Regnum ſub leges reduceret. Sed impediere Prim ipes, quibus incerta eſſe omnia lucrum.* Et Dubravius: [ε] *Ex Italia Gotius quidam Urbevetanus in Bojemiam venit, legum peritiſſimus. Hic miratus Bojemos judicia nullis ſcriptis tractare legibus, ſed ex opinione quemque ſua dicere ſententias, ſæpe inconſultas inconſtanteſque propter juris & legum ignorantiam, Regem ſubmonuit, ut morem judiciorum corruptum reformandum ſuſciperet, ſimulque operam ſuam illi pollicitus eſt ad deſcribendas leges, quibus civiles atque criminales actiones juſte, ac ſine ulla varietate dijudicari poſſent. Hæc Rege ad Proceres Nobilitatis referente, major numerus meliorem vicit, ne quid de vetere conſuetudine in judiciis immutaretur.* Necnon Pontanus (ζ) a Braitenberg de Rege eodem: *Voluit jura Regni concedere, & Univerſitatem; ſed neutrum Bohemi probarunt, quod ha-*
C *berent a Premiſlao & Libuſſa jura, defectum poſſent ſupplere ingeniis ſuis.*

8. Tandem Carolus IV. Imperator & Bohemiæ Rex, exemplum imitatus Friderici 544
II. [η] Imperatoris & Siciliæ Regis, reformationem juris Bohemici ſerio aggreſſus, peritiſſimorum Doctorum conſilio (ϑ) uſus, Conſtitutiones certis titulis diſtinctas compoſuit, eaſque ſub nomine tam Imperiali; quam Regali, promulgavit, quo majorem illis auctoritatem conſtantiuſque robur conciliaret. Quarum laudes hiſce verbis extollit Dubravius (ι) Epiſcopus ac Princeps Olomucenſis: *Hoc quoque cum pulchre calleret* (Carolus IV. Imp.) *juſtitia regnante firmari opes Regni continerique, ad jus patriæ deſcribendum, legeſque neceſſarias condendas ſe tranſtulit, ne judices arbitria capitis ſui, quemadmodum uſu hactenus venerat, pro jure haberent, quippe arbitria ſæpiſſime variantur,*
D *jus autem ſcriptum una ſemper eademque voce loquitur, juſte diſtribuens cuique, quod ſuum eſt. Adhibitis igitur iis, quorum de juſtitia magna erat opinio, Conſtitutiones non ſatis probatas retractavit, & alias ſubſtituit, quæ ſummam æquitatem continerent, redactis ad duo genera publicis judiciis Equeſtris ac Procerum Ordinis, Judicibusque de illo genere delectis, ac præcipue Magiſtratibus, qui domi foriſque præter ſplendorem, jus bonumque cum pietate & religione colerent.* Æn. Sylvius: *Fuit hic Carolus vir magnorum operum, qui Regnum Bohemiæ tum religionis cultu, tum legum ac bonorum morum diſciplina illuſtravit.* Hug. Mutius: (κ) *Carolus hic Boëmiam bonis legibus, ac religionis cultu, exornavit. Singulare enim illi ſtudium fuit religionis, & morum bonorum, atque etiam literarum.*

9. Nec

E (α) Mutius] *in Chronic. German. lib. 14. fol. 108. in fin.*

(β) Ottones] *ut eorum conſtitutiones docent in* Specul. *&* Wichbild. *relata.*

(γ) Supra] *cap. 12. & cap. 13. §. 4.*

(δ) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 28.*

(ε) Dubravius] *lib. 18. Hiſtor. Bohem. fol. 150. Boregk in* Chron. Bohem. fol. 253.

(ζ) Pontanus] *in Bohem. pia lib. 2. fol. 21. Cauſſam autem, cur cauſidicinam Romanam Bohemi*
F *noluerint in ſua judicia introduci, exponit exemplo Hungarorum conſimili Ludov. Vives* lib. 7. de Cauſ. corruptar. art. in fin. *& diſquirit Berneggerus in* Annotat. in Taciti Agricol. ſect. 15. cap. 9. loc. 1. fol. 131. & ſeq. *Cæterum conſtans eſt prudentium opinio, legibus certis Regnum, quam incertis hominum arbitriis, tutius gubernari; Patricius* lib. 1. de Inſtit. Reipubl. tit. 5. *Theophil. Golius* lib. 5. Ethic. cap. 6.

(η) Friderici II.] *qui Conſtitutiones Siculas ſub utroque nomine, tam Imperiali, quam Regali, promulgavit, opera uſus Cancellarii ſui Petri de Vinea.*

(ϑ) Doctorum conſilio] *monent Doctores, non poſſe Principem ſine conſilio Sapientum leges ferre; Auguſtinus Morla in* Empor. jur. civil. tit. 1. q. 3. *Cornel. Benincoſius in* Comment. ad tit. Ext. de conſtitut. q. 7. *Cammannus* Diſput. 4. de jur. Majeſt. th. 9. *Chriſt. Matthias* lib. 3. Syſtem. polit. exercit. 4. ſect. 3. in fin.

(ι) Dubravius] *lib. 22. Hiſtor. Bohem. cap. 33.*

(κ) Mutius] *in Chronic. German. lib. 25. fol. 254. Has leges ſive Conſtitutiones Regni Bohemiæ ante paucos annos in lucem produxit Paulus Geſchinius Neopragenſis, ſub titulo* Majeſtas Carolina *&c. monuitque ſecundum eas Bohemice translatas in Curia Novæ Civitatis Pragenſis judicari: nec id ipſum non affirmare videtur M. Johannes Campanus Profeſſor humaniorum literarum in Academia Pragen-* 545
ſi, in Epigrammat.

9. Nec eſt, ut moremur atteſtationem (α) [*] Johannis Marchionis Moraviæ, qua A probare contendunt, Codicem tunc Carolinum juris Bohemici fuiſſe non modo a Bohemis non receptum, ſed ab ipſo etiam Imperatore Carolo non diu poſt iterum abrogatum. Non enim leges ſive conſtitutiones univerſim a Cæſare caſſatæ & ſublatæ notantur, ſed ea tantum, quæ in præjudicium Principum, Baronum & Statuum Regni vergere videbantur, ne ad eorum obſervantiam ullo modo aſtricti tenerentur & obligarentur.

10. Et licet denique Bohemia propriis moribus ac inſtitutis utatur, non ideo tamen aliena cenſeri debet a S. Cæſar. Majeſtatis juriſdictione; quippe in cujus ſacro Conſiſtorio Cameralique judicio ſecundum gentis locique cujuſvis jura (β) municipalia, ſtatuta propria, & honeſtas conſuetudines, judicari ſolet, quibus deficientibus, ad jus commune, omnium gentium uſu approbatum, recurritur. B

(α) Atteſtationem] *quam producit D. Eyſen in* Deduct. Bohem. num. 39. *in cujus principio exſertim Marchio teſtatur, Conſtitutiones iſtas fuiſſe cum conſenſu Principum, Baronum & Ordinum Regni factas & promulgatas. Et mira ſane debuit eſſe Bohemorum pervicacia, qui tam præfracte bonarum legum inſtitutionem, & pravarum reformationem ſemper detrectarint: quum tamen eorum contribules Poloni & Lituani jus Saxonicum ſibi imponi haud iniquis animis pertulerint, novaſque leges ferri libenter paſſi ſint, quemadmodum Codex Alexandri Regis Poloniæ abunde fidem facit, ſub hoc titulo proſcriptus atque editus:* Commune inclyti Poloniæ Regni Privilegium Conſtitutionum & indultuum publicitus decretorum approbatorumque, cum nonnullis juribus tam divinis quam humanis, per Sereniſſimum Principem ac Dominum, D. Alexandrum Dei gratia Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæque Dominum & Heredem, *&c. Cujus dehinc pleraſque leges Johan. Herbotus in* Collectionem *ſuam tranſtulit, quæ adhuc ſunt in viridi obſervantia. Etiam Hungari ſanius ſapiebant, quum ſibi Codicem juris Hungarici a VVerbeucio partim ex Regni conſuetudinibus, partim ex Juris Romani & Canonici interpretibus compoſitum, a Uladislao Hungariæ & Bohemiæ Rege confirmari peterent. Ejus Codicis titulus eſt:* Tripartitum opus juris Conſuetudinarii inclyti Regni Hungariæ, a Stephano de Werbeuucz, Protonotario Regio, compoſitum, & a Uladislao Rege Hungariæ & Bohemiæ confirmatum anno 1514. *Inchoatum tamen fuiſſe Matthiæ Regis juſſu, innuit Marcus Marullus in* Epigrammatib. *Quod monendum eſſe duximus, ut quo jure, quave injuria Bohemi nunc Codicem Carolinum deſpuant, æquus lector ſecum ipſe perpendat. Quanto ſapientius de iis legibus judicat Zach. Theobaldus Bohemus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohemiæ, *in Przemyslao ſcribens in hunc modum:* Leges, nervos rerumpublicarum, C anno 729. promulgavit, quæ in uſu uſque ad Caroli IV. tempora fuerunt, qui earum nonnullas, quia ſeveriores & rigidiores juſto erant, antiquavit, novaſque & mitiores in earum locum ſubſtituit.

(β) Gentis locique cujusvis jura] *Carolus V. Imperat. in* Ordinat. Camer. part. 1. tit. 13. in princ. & tit. 57. *Ferdinandus I. Imperat. in* Ordinat. Judicii 546 Aulici Imperial. de anno 1559. *Gail* lib. 1. Pract. obſervat. cap. 36. num. 14. *Myſingerus* cent. 5. Obſervat. Camer. cap. 96. *Caſp. VVilhelm. Scipio* D lib. 4. Deciſ. Cameral. 95. *Adam Kellerus* lib. 2. de Officio Juridicopolit. cap. 24. fol. 558. *P. Matth. VVehnerus in* Not. & Obſervat. ad Maximil. II. Imp. Ordinat. Judic. Imper. Rotvill. in proœm. lit. h.

(*) Si conſpiciamus atteſtationem ipſam *in Append. num. 43.* deprehendemus Johannem generaliter de toto Codice loqui, non de his & illis legibus, quæ præjudicium parere Proceribus videbantur. Vide Stranskium *de Republ. Bojema cap. 12. §. 2.* quocum & ipſe Balbinus facit. E

CAPUT XVI.

Conſuetudines Bohemorum in ſuppliciorum proceſſu, an eos a rebus Imperii eximat. Adſeſſores ex variis gentibus in Aula & Camera Imperiali alleguntur. Acta ei ſolent committi, qui inde ortus eſt, aut conſuetudinum ejus loci habet peritiam, unde ipſa acta dependent. Electores tamquam ſummi Conſiliarii tenentur linguam Slavicam addiſcere. Præcipitatio de feneſtris an ſit ex licita conſuetudine. Exempla Regum & Imperatorum proponuntur, qui furioſam illam præcipitationem ſeveriſſime punivêrunt. Supplicium in ſeditioſos & rebelles Bohemos quam rigide fuerit exercitum.

VEnitur ad conſuetudines quaſdam particulares, quarum cognitionem negant F Bohemi ſeſe Cæſareis poſſe judicibus permittere, propter diverſitatis rationem. Quid enim, inquiunt, illi judicarent de antiquiſſima Bohemorum & a majoribus accepta, conſtanterque retenta conſuetudine, qua licet proditores patriæ libertatis ἐπ' αὐτῷ φώρῳ deprehenſos, ſine ullo prævio examine de feneſtris præcipitare? Quæ conſuetudo apud Bohemos, inquiunt, honeſta laudabiliſque habetur, apud Teutones autem improbatur & damnatur. Eſt enim hoc ſupplicii genus ſolis Slavis uſitatum,

A tum, (α) nec aliis Chriſtianorum gentibus cognitum. Quam ergo æquitatem Bohemi a
tali judice debent exſpectare, qui prius factum damnat, quam cognorit: Sed hanc du-
bitanti rationem facile decidit mos in Aula Cæſarea & Camera Imperiali ſervatus, quo
acta ſolent referenda committi cujuſque provinciæ ac loci, unde acta ſunt in judicium
deducta, perito Aſſeſſori. (β) Quem morem etiam priſci noſtri Imperatores obſervarunt
in cauſis Polonicis & Bohemicis dijudicandis, ut nimirum delecti ab Imperatoribus Po-
loni ac Bohemi (γ) ad cauſſas ſederent. Ne dicam eſſe Auguſtiſſimo Imperatori com-
plures Illuſtres & patriarum conſuetudinum peritiſſimos Bohemos a Conſiliis, quorum 547
legitimum judicium recuſari nec debet nec poteſt. Quin & Aurea Caroli IV. Bulla (δ)
præcipit, ut quatuor politici Electores, qui ſunt S. Cæſareæ Majeſtatis primi ac ſum-
B mi Conſiliarii, in lingua Slavica recipienda plurimum a pueritia ſtudii imponant & tem-
poris, in eaque ſic eruditos ſe oſtendant, ut poſſit Respublica in partibus etiam Slavo-
nicis S. Imperio conjunctis cum eorum conſilio recte gubernari.

2. Quam autem probata (ε) iſthæc & impunis conſuetudo apud Bohemos ſemper
fuerit, ex ipſorum ſcriptis & documentis fide dignis cognoſcamus. Anno MCCCCXVIII.
Seditio Vratiſlaviæ (ζ) facta, qua Senatores a furente populo Huſſitico per feneſtras
præcipitati cruciabiliter perierunt: non tamen ſine vindicta (η) in auctores ſeditio-
num (ϑ) exercita. Scribit namque Æn. Sylvius (ι) Piccolomineus: *In hac urbe, re-
gnante apud Bohemos Wenceslao, orta ſeditione, Conſules per feneſtras ex prætorio in fo-
rum præcipitati, gladiis ac lanceis iratæ plebis excepti, dirum ſpectaculum præbuere.*
C *Cujus rei auctores Sigiſmundus Imperator paucos poſt annis ſecuri percuſſit.*

3. Anno MCCCCXIX. Huſſitæ ultimo Junii die Euchariſtiam Pragæ, (κ) invito Re-
ge Wenceslao, qui id prohibuerat, circumferunt. Ideo Rex ſibi metuens in arcem con-
ceſſerat: inde ſeditio aucta. Simul igitur in prœtorium irrumpunt, ſeptem conſules
cum

(α) Solia Slavis uſitatum] *conſtat tamen ex hiſtoriis & priſcis monumentis, præcipitationis ſupplicium fuiſſe antiquitus apud varias gentes in uſu. De Christo tradunt Evangeliſtæ, quod eum Judæi voluerint de montis cacumine præcipitare: quod fuiſſe uſitatum apud Syros ſupplicium, ut de forali*
D *celle rei præcipitati lapidibus obruerentur, ex Moſe Maymonide Ægyptio docet VVilhel, Schickartus* de Jur. Reg. Hebræor. cap. 4. theor. 24. fol. 103. in fin. *De Græcis Maximus Planudes in* Vita Æſopi Phrygis *& Plutarchus in* lib. de Sera Numinis vindict. *Notus eſt* mons Tarpejus *ex Romanorum hiſtoriis; notus* Theſſalorum Corax, *ex Scholiaſte Ariſtophanis, ex his enim noxii agebantur in præceps. Alia exempla collegerunt Alexander ab Alexandro in* Genialibus dieb. *& ibi Tiraquellus in*
E Addition. lib. 3. cap. 5. *Anton. Contius in* Lection. ſubſeciſiv. *Roſinus in* Antiquit. Roman. *Anton. Gallonius de* Sanctor. Martyr. cruciatibus.

(β) Perito Adſeſſori] *Denaiſus in* jur. Cameral. tit. §. 7. & §. 8. *Ciſnerus in* Addit. ad Ordinat. Camer. part. 1. lit. 10. *Caſp. VVilhelm. Scipio in* Obſervat. Camer. verb. Actor. referend. diſtrib. *Gylmannus in* Symphorem.

(γ) Poloni & Bohemi] *exemplum produximus ſupra* cap. 11. §. 20.

F (δ) Aurea Bulla] *tit. ult. & ibi Freberus in* Comment. *Theod. Bibliander in* Commentar. de Ration. Commun. omn. ling. & liter. in præfat. & fol. 28. *Conrad. Geſnerus in* Mithridate. *& ibi Caſp. VVaſerus in* Commentar. *Henonius* Diſputat. politic. 3. th. 21. *Otho Gualtperius in* Syllog. vocum exoticar. Novi Teſtam. in præfat. *Joh. Matthias a Sudetis in* Subſeciv. de de orig. Bohem. & Sclavor. in lit. G. *Carol. Paſchaſius in* Legat. cap.
G 47. & ſeq.

(ε) Quam probata iſthæc] *Antiqua Slavorum & Hunnorum barbarorum jura, contra rationem introducta, adhuc hodie impie urgeri, queritur Beſoldus in* Diſſertat. de Præcognit. politic. cap. 7. n. 3.

(ζ) Seditio Uratiſlaviæ] *Cuſpinianus in* Cæſaribus in Weneeslao, *Johan. Pomarius in* Chron. Sax. anno 1418. fol. 401.

(η) Non ſine vindicta] *Ordines Regni Bohemiæ* 548
in Articulis exceſſ. & culpar. contra Sigismund. Imper. num. 8. *in Appendic.* ſub anno 1421. *Incertus author.* lib. 2. Tragicor. ſive triſt. hiſtor. fol. 517. *Hagecius in* Chronic. Bohem. anno 1410. *Calviſius in* Chronolog. anno 1420. in pr. *Abraham. Saurius in* Calend. Hiſtor. 18. Julii, *Zach. Theobaldus* de Bello Huſſit. part. 1. cap. 34. *Procopius Lupacius in* Ephemerid. 18. Julii. *Cochlaus* lib. 5. Hiſt. Huſſit. fol. 180 in princ.

(ϑ) Auctores ſeditionum] *Sigiſmundus Imp. in Reſcripto ad Barones Bohemos ac Moravos. Conſtantia date, 1417.* Antiquitus ſic deductum eſt, quod nullus Dominorum in Regno, præter voluntatem Regiam, deberet aliquas ligas ſeu fœderationes inira neque facere: ſed ſi unus ad alterum aliqualem actionem ſe habere prætenderet, hoc deberet coram Regia Majeſtate & juris tramite, ſed non guerris, diſcuti & diſcerni. Refert Cochlæus lib. 4. Huſſitar. fol. 156.

(ι) Æn. Sylvius] *in Commentar. de Europa ſtatu ſub Friderico III. Imp. cap. 11. & in* Hiſt. Bohem. cap. 39. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. in Sileſia.

(κ) Pragæ] *de hac ſeditione Pragenſi, & Senatorum præcipitio, videatur Joan. Funcius in* Chronolog. anno 1418. *Conrad. Peutingerus in* Chron. Auguſtan. anno eod. *Joh. Pomarius in* Chron. Saxon. anno 1419. fol. 402. *Calviſius* in Chronolog. anno 1418. *Procop. Lupacius in* Ephemerid. 30. Junii, *Abrah. Saurius in* Calend. hiſt. 30. Junii. *Zach. Theobaldus* de Bello Huſſitic. part. 1. cap. 29. in fin.

cum Prætore de feneſtris præcipitant, quibus Rex territus [α] & attonitus paralyſi corri- A
pitur & moritur: in auctores ſceleris ſeveriter animadverſurus, ni Parca filum abſcidiſſet. Indicat id claris verbis Sylvius, quæ ſic habent: *Paralyſi correptus ægrotare cœpit, atque infra octodecim dies, ſignatis nominibus hæreticorum, quos neci deſtinaverat, fratrem aſſidue vocitans, & amicorum auxilia anxie expectans, ante vita exceſſit, quam vocati Principes adeſſent.* Succeſſit Sigiſmundus frater in Regno, qui peracta Vratislaviæ in ſeditioſos executione, Pragam contendit, ſimile exemplum (β) in ſceleris auctores ſtatuturus. Sed Pragenſes, audito Vratislavienſium ſupplicio, exemplum veriti, Sigiſmundo Imperatori rebellant, Ziſcam (γ) in Ducem aſſumunt, armis omnia turbant, ne commeritum ſubire ſupplicium cogerentur.

4. Anno MCCCCLXXXIII. ſub Friderico III. Imperatore & Vladislao Bohemiæ Rege B
ſcribit Hagecius: [δ] *verbunden ſich die Præger Gemeine wider ihren Kœnig und Herrn,*
149 *deſsgleichen auch wider ihre vorgeſetzte Obrigkeit, den Burgermeiſter und Raht, heimlicher weyſe, und überfielen das Altſtætter Rahthauſs, allda ſie in der Rahtſtuben etliche Rahtsherren angetroffen, warffen den Burgermeiſter oben zum fenſter herauſs, und die andern ſtunden fürm Rahthauſs auffm marckt, reckten ihre ſpieſe und ſudlitzen über ſich, und ſchryen; langet ſie herunter*, &c. Quanta cupiditate Rex Vladislaus flagravit vindicandi in noxios & tanti criminis reos, ſatis indicat idem Hagecius in *anno* MCCCCLXXXIV. *verſ. der Künig ſahe, fol. 193.* ſed potentia cohibitus Matthiæ Hungarorum Regis, necnon Ducum Munſterbergenſium Henrici & Hynconis, filiorum Regis Georgii, qui Pragenſium partes fovebant, non potuit Nemeſi litare in ſupplicio de ſeditioſis ſu- C
mendo.

5. Nec Bohemi tantum pravæ hujus conſuetudinis pœnas dediſſe commemorantur, ſed & ſi forte alibi populus eodem œſtro percitus in parem furorem ageretur. Fridericus I. Imperator præfecerat Bononienſibus in Italia Gubernatorem quendam nomine Bocium, quo de narrat Sigonius: [ε] *Bonienſes Bocii impotentiam indignati, globo armatorum coacto ipſum publicis in ædibus agentem invaſerunt, & de feneſtra in forum præcipitarunt.* Quanto autem ſuo malo Bononienſes hoc facinus patrarint, & quantam inde cladem ab indignante Cæſare, & juſtitiam a ſeditioſis exigente, acceperint, idem Sigonius in eodem libro fuſe exſequitur.

6. Sic inter crimina Hieronymo Savonarolæ (ζ) Monacho Dominicano Florentiæ D
impacta, illud præcipuum numeratur, quod ipſius conſilio Bernardus de Neris, Confalonerius juſtitiæ, de feneſtris palatii projectus a concitato populo fuerit. Quod crimen Alexander Papa inter cauſſas damnationis ut graviſſimum refert.

7. Tamen Innocentius VII. Papa dicitur eadem crudelitate undecim Senatores urbis Romæ, pacis gratia ad ſe ablegatos, de feneſtris præcipitari juſſiſſe anno Domini MCCCCIV. Sed quam impune hanc crudelitatem tulerit, hiſtorici commonefecere. [η]

8. Ruſtici quoque ſeditioſi, quum anno MDXXV. plurimos Nobiles paſſim e feneſtris caſtrorum ſuorum præcipitaſſent, eum eventum habuere, ut amplius centena eorum millia a Cæſare Carolo V. & Ordinibus Imperii miſerabiliter trucidarentur. [ϑ] F

9. Ne

(α) Rex territus] *Æn. Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 37. *Hagecius in* Chronic. Bohem. anno 1419. fol. 80. in pr.

(β) Simile exemplum] *Æneas Sylvius in* Hiſt. Bohem. cap 39. *Calviſius in* Chronolog. anno 1420. in princ.

(γ) Ziſcam] *idem Theobald.* d. part. 1. cap. 31.

(δ) Hagecius *in Chronic. Bohem. part. 2. anno 1483. fol. 191. in fin & fol. 192. Zachar. Theobaldus* de Bello Huſſitic part. 3 cap. 26. anno 1483. fol. 144. & fol. 145.

(ε) Sigonius] *in Hiſtor. de Regno Ital. lib. 14. anno 1167.*

(ζ) Savonarolæ] *in Proceſſu examinationis & inquiſitionis Fr. Savonarola a Simone Rucellano Canonico Florentino conſcripta, & edita cum* Reputatione errorum Savonarolæ *a Franciſco Apulo Ordinis Minorum anno 1499. Defendere tamen Savonarola innocentiam videntur, Joh. Franciſcus Picus Mirandule Princeps in* Apologia, *Marſilius Ficinus in* Epiſtol. *Mart. Lutherus in* Epiſt. in Meditation. Savonarolæ, *Sixtus Senenſis in* Bibliothec. ſancta. lib. 4. fol 859. *Caſpar Cunradus Medicus Uratislavienſis in* Proſopograph. medicæ millen. 1. fol. 154. *Nicolaus Machiavellus in* Hiſt. Florent. *Cominaeus* lib. 8. cap. 53. & ſeq. *Ludovic. Rabus in* Martyrolog. part. 4. anno 1498. die 23. Maji. *Andr. Hondorphius in* Promptuar. Exemplor in 1. præcept. F
Decalog. *Matth. Flacius* in Catalog. teſt. verit.

(η) *Sebaſt. Francus in* Chronic. univerſ. part. 2. 55 anno 1404. *Andr. Hondorphius in* Promptuar. exemplor. in 5. præcept. in rubr. de nequitia tyrannor.

(ϑ) *Idem Francus* d. part 2 anno 1525. *idem Hondorph. in* d. 5. præcept. in rubr. de ſedition. & pugnis. *Petrus Gnodalius* in Hiſtor. ruſticor. tumultuum anno 1525. excit. & a Magiſtratu repreſſor.

A 9. Ne diutius in terribili hoc capite immoremur, illud conſtat, numquam Bohemos impune ſuas rebelliones ac ſeditiones tuliſſe, quin ſemper fuerint atrociſſima ſupplicia in ſcelerum auctores parata. Cujus (ſeveritatis paſſim in hiſtoriarum libris) exempla ſuggeruntur. Nobis unum produxiſſe ſat erit. Scribit Matthæus Mareſcalcus de Bappenheim (α) S. Roman. Imperii Liber Baro: *Poſt occiſionem inclyti Regis Boëmiæ Domini Ottocari, felicis recordationis, Wenceslaus filius ejus adhuc puer, ſub tutoribus & actoribus uſque ad præfinitum tempus nutriebatur. Et cum jam adoleviſſet, cæpit regere anno Domini* MCCLXXXVI. *Sed ſui eum pro nihilo reputantes, bellis, rapinis, ac incendiis contra eum rebellantes, deſtruebant terram ſuam. At ipſe contra eos collecto exercitu, viriliter more patris ſui obſedit, caſtra eorum, & civitates eorum deſtruxit, munitiones confrigit,*
B *& quos cepit diverſis mortibus crudeliter affecit. Nam quoſdam eorum decollavit, alios vero in patibulis ſuſpendit, reliquos autem in rotis confregit, ita quod in quodam campo videbantur plusquam quingenta corpora hominum in rotis & in patibulis, canibus & avibus laceranda expoſita, ſicque reddita eſt pax terris ſuis.*

10. Nec ſufficiebat ſontes privatim puniviſſe, quin pœna quoque in ipſos Regni Ordines & publicum ſtatum porrigeretur. Sic enim præſtantiſſimus Beſoldus (β) audacter pronuntiat; *Fuerunt etiam Bohemi olim tales* (ſcilicet ut mixtum haberent Regni ſtatum,) *licet plane Regio jure cum iis proceſſerit Ferdinandus Primus, & nuper ipſorum etiam privilegia magnum paſſa ſunt detrimentum.*

C (α) Bappenheim] *in Hiſtor. Auſtral. part. 2. anno 1286. Calviſius in* Chronolog. anno 1286.

(β) Beſoldus] *in Diſſertat. de ſtatu Reipubl. ſubaltern. cap. 3. num. 4. circa fin.*

MEL-

551 # MELCHIORIS GOLDASTI
HEIMINSFELDII

LIBER V.

De Bohemiæ Regni, incorporatarumque Provinciarum, juribus ac privilegiis; nec non de hereditaria Regiæ Bohemorum familiæ ſucceſſione.

CAPUT I.

Tres olim in Bohemia Ordines, Prælatorum, Nobilium & Plebejorum. Hodie A
retento ternario Baronum, Nobilium & Civium numero, Sacer Ordo ab Huſſitis excluſus manet. Præpoſitus Vicegradenſis Princeps & Cancellarius Regni. Chriſtianiſmus quando primum in Moravia & Bohemia fuerit receptus. Quatuordecim Bohemorum Duces cura Ludovici II. Regis Germanorum converſi & baptizati. Borivojus Bohemiæ Dux ſub Arnulpho Imp. Chriſtianiſmum in Bohemiam reduxit, Spitigneus filius propagavit. Mos Polonorum & Sileſiorum in memoria ſuæ controverſionis ad Chriſtianiſmum.

QUondam in Regno Bohemiæ, ut in aliis omnibus bene conſtitutis Chri-
ſtianorum Regnis ac Principatibus, tres (*) erant Ordines, Prælato-
rum, Nobilium & Pleibeiorum ſeu Civitatum. Et quamquam Bohe-
552 mis in genere ſit interdictum, inſcio Rege Conventú [α] & Comitia habe- B
re, tamen Sacer Ordo a factione Huſſitica nunc penitus eſt a Comitiali conſeſſu eliminatus. Teſtatur id Lottinus β) Orator Venetus, inquiens: *Tres in hoc Regno ſunt Ordines, Baronum, Nobilium & Civium. Eccleſiaſticus enim Ordo ab Huſſitis undique exterminatus eſt, & bona ab iis, qui potentia prævalebant, occupata. Unde inter omnes Chriſtianas provincias ſolum hoc Regnum neque ullos Epiſcopos, neque Comites habet.*

2. Et quidem ante mutationem Huſſiticam primas in Comitiis Regni partes tenuere Archiepiſcopus Pragenſis, Epiſcopi Olomucenſis, Vratislavienſis & Lithomiſſenſis; necnon Præpoſitus Wiſchegradenſis, qui exemptus Epiſcopis par erat, perpetuoque ſupremi Can-

(α) Conventum] *Sigiſmundus Imp. in* Epiſtol. ad Bohem. ob Huſſum tumultuantes, *relata in* Appendice ſub anno 1421. *Cochlaus in* Hiſt. Huſſitar. in anno 1421. *Acta Bohemica de anno 1547. apud Horclederum vom Schmalkaldiſchen Teutſchen Krieg, &c. Pet. Heigius* Illuſtr. quæſt. part. 1. q. 4. num. 44. *Ventura de Valentia in* Parthen. litig. lib. 2. cap. 3. num. 22.

(β) Lottinus] *in Relat. de Aula & Regno Imp. Rom. in* Practic. polit. ſapient. part. I. fol. 60.

(*) „Hoc caput in ipſa fronte maculoſum eſt, cum Goldaſtus *tres olim in Bohemia ordines*, ſeu *ſtatus* fuiſſe affirmat, *Prælatorum*, *Nobilium*, *Plebejorum*. Atqui certum eſt ex omnibus Hiſtoriis, Regni Legibus, Conſuetudinibus, aliisque ſcriptis & traditis documentis, alium fuiſſe *Dominorum ordinem*, alium *Militum*, ſeu *Equitum*, ſic ut graviſſime aliquando diſſiderent, (ut *in Regalibus ferendis &c.*) ſuntque etiamnum ab antiquitate nobis relicta munia, quorum alia *Dominis*, alia ſolis *Equitibus* conferuntur. Verbo: omnes in Bohemia nati ſciunt, ab omni memoria hominum & literarum (ſi regnum hæreticorum ab anno 1420. ad 1621. excipias), *quatuor ordines in Bohemia* cenſos, atque etiam hodie cenſeri. Hæc Goldaſto opponit Balbinus, *lib. III. Miſcell. Bohem. cap. 22. §. 4.* quocum facit Stranskius *de Repabl. Bojema cap. 11. §. 3.* qui probe diſcrimen illud inter *Dominos* ſeu *Barones*, & *Milites* ſeu *Nobiles* inculcat, quod in omnibus pariter diplomatibus, Actisve publicis Bohemicis rite obſervatur. In eo vero a Balbino recedit, dum Prælatos Regni ordinibus unquam adſcriptos fuiſſe plane negat. Attamen Carolus IV. in confirmatione Privilegii Friderici II. *in Append. Docum. n. 32. Prælatos* Ordinum Bohemicorum numero adſcribere videtur, quando iis cum Baronibus, Nobilibus & Communitatibus electionem Regis tribuit,

A mi Cancellarii officio fungebatur. Dubravii (α) de Pragenſi Epiſcopo hæc ſunt verba:
*Primum in Comitiis principalibus locum inter Primates Bojemos, Hermannus Pontifex
Pragenſis, & Fabianus Palatii arcis Vicegradenſis tunc Palatinus obtinebat.* Sylvius (β)
autem Cardinalis de Præpoſito ſcribit: *Vratislaus, indulgente Alexandro III. Papa, Col-
legium Canonicorum Regularium in arce Vicegradenſi* (vulgo perperam legitur, *Pragen-
ſi*) *erexit: in quo, dum res agitur Divina, Præpoſitus Epiſcopalibus ornamentis utitur.
Et præpoſitus quidem Cancellarius Regni appellatus, Principis honore defungitur.*

3. Hiſce adjungebantur Abbates, Præpoſiti, Priores & Commendatores Ordinum
Equeſtrium ſacræ militiæ, quotquot erant immediate ſub Rege & Corona Regni conſti-
tuti. Et duravit hic mos ab inſtituto in Bohemia Chriſtianiſmo uſque ad imperium Si-
B giſmundi Cæſaris, ſub quo omnis ſacro Ordini fuit ab Huſſitis adempta [γ] in ſæculari-
bus poteſtas atque auctoritas.

4. Quando autem Chriſtianiſmus primum fuerit in Bohemia ac Moravia introdu-
ctus, non conſtat inter rerum geſtarum auctores. Quidem Ludovicum II. Cæſarem,
Pii filium, Lotharii I. germanum, Bohemorum faciunt Apoſtolum. Rudolphus Ful-
denſis: (δ) *Anno DCCCXLV. Hludowicus quatuordecim ex Ducibus Bohemanorum* (*)
*cum hominibus ſuis, Chriſtianam religionem deſiderantes ſuſcepit, & in Octavis Theopha-
niæ baptizari juſſit.* Lupoldus de Bebenburg (ε) Epiſcopus Bambergenſis: *Ludovicus* 553
*Ludovici Pii filius, qui primo Rex Bavariæ, deinde poſt diviſionem Regni Francorum
factus Rex totius Germaniæ, Duces Bohemorum quatuordecim cum ſequacibus, baptizari
C & in fide Chriſtiana edoceri fecit.* Albertus Krantzius: (ζ) *Bohemis Rex Ludovicus ar-
ma intulit, perpulitque, ut quatuordecim ejus provinciæ Duces, ſe præſente, ſacrum ſub-
irent lavacrum, & deinde tributa penderent.* Joan. Aventinus [η] Bojorum Livius:
*Bojemi quoque religionem noſtram recepere. Quatuordecim gentis Dynaſtæ cum populari-
bus ſuis ſacra aqua luſtrati ſunt: juſſusque eſt Bathuricus Pontifex Reginoburgenſis Ze-
chos inſtituere in Philoſophia Chriſtiana.*

5. Alii ad Arnulphi Imperatoris tempora Chriſtianiſmi in Bohemia initium pro-
trahunt. Coſmas (ϑ) Pragenſis Epiſcopus: *Goſtivit genuit Borivoij; qui primus Dux
baptizatus eſt a Methodio Epiſcopo in Moravia, ſub temporibus Arnulphi Imperatoris in
Moravia, & Zuantoplick ejuſdem Moraviæ Regis.* Æneas Sylvius: (ι) *Hoſtivico Borſi-
D vojus filius ſucceſſit, ultimus Paganorum Ducum: qui tamen & ipſe, imperante Arnul-
pho Cæſare, a B. Methodio Moravorum Archiepiſcopo, cum Ludmilla conjuge ad baptiſ-
mi gratiam perductus eſt* DCCCCXCV. *anno poſt Chriſti Salvatoris noſtri ortum. Ludmilla
ſancta*

(α) Dubravii] *lib. 10. Hiſt. Bohem. fol. 78. Boregk in* Chron. Bohem. in Uladislao I. Duce, fol. 123.

(β) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap 22. Hagecius in* Chronic. Bohem. part. I. anno 1088.

(γ) Adempta] *cujus reſtitutionem non ſine cæde & ſanguine tam in Germania, quam Imperio futuram, dicitur Bohuslaus ab Haſſenſtein Baro Lobko-*
E *vvitzius Bohemus jam pridem olim prædixiſſe. Et tale quid innuere videtur* lib. 5. Epiſtolar. *in ea ad Bernhard. Alemannum perſcripta, cujus particulam refert Theobaldus in* Bell. Huſſit. part. 3. cap. 5. fol. 28.

(δ) Rudolph. Fuldenſ.] in Annalib. Francor. anno 845. *Cui conſentiunt Adbelmus in* Annalib. Francor. anno eod. *Aimoinus in* Hiſt. Franc. lib. 4. *Sigebertus Gemblacenſ. in* Chronograph. anno 846. *Andreas Presbyter Ratiſponenſ. in* Chronic. Bavariæ
F in Ludovico II. Rege, anno 846. *Johannes Nuſſienſis in* Magno Chron. Belgic. fol. 58. *Paulus Æmylius in* Hiſtor. Francor. lib. 4. *Blondus* lib. 4. decad. 4. *Robert. Gaguinus, Nicol. Gillius, Papyr. Maſſonus in* Hiſtor. Francor. *Jac. Valdeſius* de Prærogativ Hiſpan. cap. 19. num. 13. *VVerner. Rolevvinck in* Faſcicul. tempor. ætat. 6. anno 844. *ubi tamen pro* Duodecim *reſtitui debet* quatuordecim Duces.

(ε) Bebenburg] *in tract. de zelo ver. Principum German. cap. 2. ex Martino Polono in* Chronica an-
G no 846.

(ζ) Krantz.] lib. 2. Wandal. cap. 28.

(η) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 311. & ex eo VVigul. Hund. in* Metropol. Salisburg. in Epiſcop. Ratiſponenſ. fol. 58.

(ϑ) Coſmas] *in Chronic. Bohem. lib. 1. Pontanus in* Bohem. pia. lib. 2. fol. 12.

(ι) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 12. quem ſequuntur Dubravius in* Hiſtor. Bohem. lib. 1. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 894. *Valer. Anſelm. Ryd in* Catalog. annor. & Princip. in Henrico I. Aucupe, fol. 45. *Boregk in* Chronolog. Bohem. in Borivorio Duce fol. 33. *Abraham. Bucholtzerus in* Indic. Chronolog. anno 895. *Calviſius in* Chronolog. anno 894. *Non a Methodio, ſed Cyrillo ejus fratre ſeniore baptizatum Borivojum fuiſſe aſſerunt Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. *Anb. Miraus* de Reb. Bohemic. cap. 4.

(*) „Horum Ducum Bohemorum nomine non intelligendos eſſe Principes, qui in Bohemia regnarunt, vult Balbinus *lib. I. Epitom. Rer. Bohem. c. 10. in not.* ſed ex Nobilitate Bohema viros Principes aut militiæ anteſignanos, qui aut ſponte, aut coacte a Ludovico Chriſto nomen dederunt. Sua itaque Borzivojo manebit gloria, quod primos inter Bohemiæ Principes regnantes videl. ad Chriſtum acceſſerit. Conſtat nihilominus in Bohemia plures Duces fuiſſe, Zlicenſes, Lucenſes, Mielnicenſes, Teplizenſes, Boleſavienſes, Lipponſes &c. „

ſancta mulier habita, etiam miraculis claruiſſe fertur. Múnſterus: (α) *Borſinous Prin-* A
ceps Bohemiæ primus memoratur, qui Chriſti ſacra inter Bohemos ſubierit, &c.

6. Rurſum alii ad Heinrici I. Cæſaris cognomento Aucupis ætatem Chriſtianiſmi
554 primordia rejiciunt. Sigebertus Gemblacenſis (β) *Anno* DCCCCXXI. *Ziptineus Dux Bo-
hemiæ ad Chriſti fidem converſus juſte & religioſe in Boëmia principatur, & poſt eum Wa-
tizlaus* [leg. *Wencislaus* (*)] *filius ejus juſtitia & ſanctitate præclarus.*. Georg. Fabri-
cius: (γ) *Bohemia ad Chriſtianam fidem ſe confert, Suïtigneo Duce ſacro fonte baptiſma-
tis tincto.* Verum iſte Spitigneus non fuit primus fidei Chriſtianæ inſtaurator in Bohe-
mia, ſed propagator tantum plantulæ a patre inſitæ, matre Ludmilla [δ] inſtigante &
adjuvante.

7. Alii denique Bohemorum converſionem Ottonis I. Imperatoris operæ atque in- B
duſtriæ adſcribunt. Theodericus de Nihem (ε) Epiſcopus Verdenſis: *Otto Primus Im-
perator dictus Magnus, cœpit anno Domini* DCCCCXXXVIII. *Ex illo tempore converſi ſunt,
& poſtea, Bohemi, Nortbegi, Livones, Eſcones, Curoni, Luzates, & multi alii diver-
ſorum peregrinorum & provinciarum incolæ & habitatores, tunc pagani.* [**]

8. Etiam Sileſia quoque & Polonia Chriſto nomina dediſſe ejuſdem Imperatoris
comitate, anno DCCCCLXV. memorantur, nuptias [***] inter Meſiconem Poloniæ majoris
Ducem, & Dombrorokam Boleslai I. Bohemiæ Ducis filiam hoc pacto conciliantis, ſi
Mieſico Chriſtianum baptiſma ſuſciperet. Unde mos ille in Sileſia ac Polonia etiamnum
obtinet, ut pueri in Dominica (ζ) *Lætare*, qua idola gentilia deſtructa, & aquis ſub-
merſa fuerunt, idolum quoddam fabrefactum extra mœnia portent, eoque in aquas C
projecto citatis curſibus, tanquam canes de Nilo, retro aufugiant. Viri quoque arma-
ti [η] in templo dum inter ſacra ſolemnia Evangelium cantatur vel legitur, gladios ſe-
miſtri-

(α) Munſterus] *lib. 3. Coſmograph. in* Bohemia, cap. 507. *Franciſc. de Roſieres in* Stemmat. Lothа-ring. Ducum tom. 4. in hiſtor. capital. 68. fol. 233. *Raphael Regius Volaterranus* lib. 7.

(β) Sigebert.] *in Chronograph. anno 921.*

(γ) Fabricius] *lib. 1. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 921.* *Relevvinck in* Faſcicul. tempor. anno 943.

(δ) Matre Ludimilla] *Baronius in* Not. ad Martyrolog. Roman. *Miraus* de Reb. Bohem. cap. 5. *Michovius, Decius, Cromerus, Guagninus, in* Hiſtor. Polon.

(ε) Nihem] *in tract. de Inveſtitur. Epiſcopor. & ex eo Henricus Tokin Canonicus Magdeburgenſ. in* Rapulario ſeu ſylva locor. commun. *apud Matth. Flacium in* Catalog. teſtium verit. in rubr. Privilegia.

(ζ) Pueri in Dominic.] *Matthias a Michou Canonicus Cracovienſ. lib. 2. Chron. Regum Polon. cap. 1. de Miecislao Duce ſcribit:* Quia multi reſtabant ſacro fonte baptiſandi, ideo edictum ſtricte demandavit, ut omnes in civitatibus & villagiis nobiles & ignobiles, 7. die Martii adveniente, idolis confractis, & in lacubus aut aquis ſubmerſis, ſimul & lapidibus ab utriuſque ſexus hominibus obrutis, ſub confiſcatione bonorum, & exterminatione baptizarentur. Qua die ſuperveniente, ut erat ſtatutum, cuncti juſta perſolventes renaſcebantur in Chriſto, & baptizantur; ſervaturque ille mos uſque in hodiernum diem in majori Polonia. Nam pueri in Dominica Lætare, facto idolo ſeu imagine, alicubi in ligno longo portant, alicubi in vehiculo ducunt, & in aquam projicientes demergunt, ſinguli propere domum repedantes. *Eadem*
555 *narrant Joach. Curæus in* Annal. Sileſiæ. *Andr. Hondorffius in* Promptuar. exemplor. in 4. præcept. Decalog. *Abraham. Bucholtzerus in* Indic. Chronolog. anno 965. *Martin. Mollerus in* Praxi Evangelior. part. 2. in princ. *ubi aſſerunt, idolum illud a pueris & plebe Sileſiaca vocari der Tods, ipſum actum den Tods auſstreiben; necnon & Dominicam, der Todt Sontag, quod per receptionem ſalutaris Evangelii a morte æterna eſſent Chriſti Servatoris merito liberati.*

(*) Errat, hic Sigbertus, dum Ziptinæo, ſeu ut alii eum vocant, Spitineo liberos tribuit, & Wratislaum cum Wenceslao, patrem cum filio, confundit. Conatus quidem Goldaſtus eum emenda- D tione quadam corrigere, pro Wratislao Wenceslaum ſubſtituendo, verum, nec ſic ab errore liberari poteſt, Wenceslaus enim non fuit filius Ziptinæi, ſed Uratislai. Conjeci igitur legendum eſſe in Sigeberto, ut cum aliis amice conſpiret: *Ziptinaus Dux Bohemia* —— *principatur, & poſt eum VVatislaus, cujus* (vel *ejus*) *filius* (Wenceslaus) *juſtitia & ſanctitate praclarus.* Levis hæc eſt tranſpoſitio & exigua literarum immutatio, ut ſatis mihi ſeſe hæc medela commendaverit. Attamen hæc, omnia- E que alia a me profecta, benevolo tuo arbitrio permitto.

(**) Varias quidem in hoc & antecedentibus paragraphis de origine Chriſtianiſmi in Bohemia adducit ſententias Goldaſtus noſter, verum eæ minime ſibi repugnant; non enim uno impetu in Chriſtianam Religionem ferebantur Bohemi, ſed ſenſim id fiebat, hoc anno quædam Urbes & villæ, alio iterum aliæ regiones & provinciæ in caſtra noſtra tranſibant, ita ut neceſſario variæ epochæ F Chriſtianiſmi in hoc Regno ſint ſtatuendæ. Ceterum de origine & incremento hujus religionis in Bohemia plura legi poſſunt in *Balbini Epit. Rer. Bohem. lib. I. cap. 2. & 3. in not.*

(***) De his nuptiis, nec non per eas propagatione Chriſtianiſmi in Polonia pluribus agit Balbinus *lib. II. Epit. Rer. Boh. c. 7.*

(η) Viri armati] *Herburtus de Fulſtin* lib. 3. Hiſtor. Polon. cap. 1. in fin. *Martin. Cromerus* lib. 3. Rerum Polon. in Miecislao I. Duce, *Alexand.* G *Guagninus in* Compend. Chronic. Polon. in Mieſicone, *Bucholtzerus in* d. anno 965. *Salom. Neugebaur*,

A miſtri̇̄ctos manibus oſtendant, eoſdemque finito Evangelii textu rurſum recondant in vaginas, hoc ritu teſtificantes, ſe paratos eſſe pro Evangelii veritate ad mortem uſque pugnare.

9. De jure autem Diœceſano in provinciis Moraviæ ac Bohemiæ diu multumque eſt inter Antiſtites, Juvavenſem, Laureacenſem, & Reginoburgenſem coram Papis & Cæſaribus Romanis diſputatum, donec tandem ſumma ceſſit Archiepiſcopo Moguntino. Qua de re, quæ monenda ſunt, paucis referemus.

baur lib. 3. Hiſt. Polon. fol. 51. *Contra ea in Eccleſia Catholica fieri ſolet, ut Epiſcopi ſeu Presbyteri ſuos baculos, dum Evangelium recitatur, de manibus deponant, quemadmodum ſcribunt Honorius* B *Solitarius in* Gemma anim. cap. 18. *Amalarius Fortunatus Trevirenſis Archiepiſcop.* de Divin. offic. cap. 18. *Anonymus in* Expoſit. Miſſæ fol. 138. editionis Cochlæanæ.

CAPUT II.

Moravi ante Bohemos fidem Chriſti ſuſceperunt a vicinis Pannonibus Chriſtianis. Sancti Patres & Eccleſiæ Catholicæ Doctores, qui Pannoniam & conterminas gentes doctrina Chriſtiana imbuerunt & ſalutari luce illuſtrarunt, ut ſunt S. Hieronymus, S. Martinus, &c. Pannonia inferior ſeu orientalis Moravorum Regno unita erat. Moraviæ primum ſub Mediolanenſi, poſtea Laureacenſi Metropolita. Sede Laureacenſi per Hunos vaſtata, jus Moraviæ & Bohemiæ Diœceſanum variari cœpit. Carolus M. metropoliticum Juvavenſi, Diœceſanum Reginoburgenſi addixit. Laureacenſis Archiepiſcopi ea de re gravamen. Archiepiſcopi Moraviæ Cyrillus & Methodius. Literarum Slavinicarum inventio. Slavi ſacra ſua in lingua vulgari celebrant. Querela Germanorum ad Summum C *Pontificem de præſumpta Cyrilli & Methodii exemptione. Otto I. Imperator Bohemiæ ac Moraviæ Epiſcopos ſubjecit Metropolitano Moguntino Germaniarum Primati.*

QUin Moravia prior Chriſtianam fidem acceperit, quam Bohemia, nemo ambiget, qui utriuſque ſitum contemplatus fuerit. Namque e Pannonia, (α) [*] 556
quæ Chriſti doctrinam & Apoſtolicorum diſcipulorum vocem cito audire viſa eſt, facilior erat acceſſus in contiguam Moraviam, quam in Bohemiam, montibus & ſylvis intercluſam atque diſcretam. Et erat quidem Pannonia, maxime Illyricum, fructuoſa Domini vinea, in qua operarii laborarunt multi ſpiritu plane Apoſtolico prædi̇ti, quorumve laboribus induſtrioſis Chriſtiana Eccleſia non modicum ſenſit incrementum, ut fuerunt S. Hieronymus (β) Stridonenſis Illyricus, S. Martinus

D (α) Pannonia Chriſti doctr.] *Matth. Flacius & Joh. VVigandus in* Centur. Magdeburgenſ. Cent. 9. c. 3. de propagatione Eccleſiæ. *Franciſc. Arnoldus Mennonius Aloſtanus in* Theatro converſion. gentium ſeu Chronolog. de vocatione omnium populorum. *Et Danubii accolas jam ante Conſtantini Magni tempora Chriſti fidem ſuſcepiſſe, teſtatur Sozomenus* lib. 2. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 5.

(β) S. Hieronymus] *omnium ſanctorum Patrum, & Catholicorum Eccleſiæ interpretum, poſt Tertul-* E *lianum, eruditiſſimus & politiſſimus. Ejus opera univerſa in unum corpus collegit Deſid. Eraſmus Roterodamus: auxit poſtea &* ſcholiis *illuſtravit Marianus Victorius Reatinus. Vixit autem Hieronymus coætaneus S. Ambroſio, S. Auguſtino, S. Damaſo Papa, S. Epiphanio, S. Gregorio Nazianzeno, S. Didymo Alexandrino, S. Martino gentili ſuo, S. Vigilio Tridentino, S. Chryſoſtomo, & aliis Catholicæ Eccleſiæ beatiſſimis Doctoribus, quorum ipſe in Catalogo ſuo meminit. Inclareſcere primum cœ-* F *pit anno Chriſti 370, obiit anno 420. Fertur B. Hieronymus Sacra Biblia in linguam tranſtuliſſe Dalmaticam ſive Slavonicam; Pet. Galeſinus in* tract. de Interpretib. Biblior. *Dubravius* lib. 6. Hiſtor. Bohem. *Sed Cromerus eam translationem, quæ hodie apud Illyricos Slavos exſtat, non vult eſſe Hieronymi, ſed aut Cyrilli aut Methodii,* lib. 1. Rer. Polon. cap. 15. (**)

(**) Quanquam hæc opinio V. & N. T. ab Hieronymo eſſe in linguam Slavonicam translatum, omnium pene Bohemorum animos occupaverit, recte tamen, ni fallor, id jam ſua ætate in dubium vocavit Cromerus *l. c.* nam ipſe Hieronymus, dum enumerat ſcripta ſua, nullam hujus verſionis facit mentionem, nec quiſquam alius ejus vel proximæ ætatis Auctor. Nec tum temporis tam celebres erant Slavi, ut in eorum gratiam ſacræ literæ fuerint vertendæ. Rectius ergo cum Chriſtanno, antiquiſſimo Bohemorum Scriptore, dicitur, Cyrillo & Methodio hunc fœtum eſſe adſcribendum, cui & Balbinus in notis ad Chriſtannum *lib. I. Epit. Rer. Bohem. cap. 10.* ut & in Miſcellan. *lib. II. c. 25.* adſtipulatur. Confer Le Long Biblioth. Sacr. part. 2. cap. 11.

(*) „Memoria labitur Goldaſtus, qui Moravos Chriſti fidem ſuſcepiſſe *a vicinis Pannonibus* „*Chriſtianis* ad eam inductos affirmat. Ubi igitur „*Cyrillus & Methodius.* Et ſi antiquiora præplacent, „ubi *Ludovici Pii Imperatoris* temporibus „*Urolfus* Paſſavienſis Antiſtes? ubi *Luitpramus* Salisburgenſis? „Ita contra Auctorem noſtrum argumentatur „Balbinus *lib. III. Miſcell. Bohem. cap. 22. §. 4.* Verum, ſi quid video, non ferit hæc animadverſio Goldaſtum, licet enim dicat Moraviæ prius Chriſtum innotuiſſe, quam Bohemiæ, quod viciniox

nus [α] Sabarienſis Pannonius, S. Severinus, [β] S. Eugippius, [γ] & alii quamplurimi, quorum A
ſacris documentis, quæ adhuc ſuperſunt, atque a fidelibus in Eccleſia Catholica cum ingenti animarum & ſalutis æternæ lucro ſolent lectitari, non dubito, quin Moravica Eccleſia mirifice fuerit illuſtrata & propagata.

2. Erat enim inferior Pannonia pleraque omnis ſub Moravorum Regno, non Quadis modo, verum etiam Slavis jam in Moravia imperantibus, ut ſuo loco diximus. Hinc eundem Metropoliten Moravi, quem & Pannones atque Norici habuere. Olim Noricum atque Illyricum erant ſub eccleſiaſtica Archiepiſcopi Mediolanenſis [δ] inſpectione. Poſtea Laureacenſis in Norico Metropolis, quæ nunc Patavienſis dicitur, provinciam Pannoniæ, Moraviæ & Mœſiæ ſortita eſt. Exſtat Symmachi Papæ epiſtola [ε] decretalis, qua Theodoro Archiepiſcopo Laureacenſi jus Metropoliticum confert in B
provincia Pannoniarum. Vixit autem Symmachus circa Chriſti annum D. ſub Theodorico Gotho Romanorum & Germanorum Rege, cujus Imperium Norici, Illyrici, Pannones, Moravi, &c. agnoſcebant. Magnus Reicherſpergenſis Monachus in Chronic. anno DI. *Symmachus Papa dedit ab Apoſtolica Sede pallium Theodoro Lauriacenſi Archiepiſcopo, ad oſtendendum eum Magiſtrum & Archiepiſcopum, ejuſque Laureacenſem Eccleſiam provinciæ Pannoniarum ſedem eſſe Metropolitanam.*

3. Anno DXIV. ſcribit idem Reicherſpergenſis: (ζ) *Non poſt multa tempora Symmachi Papæ, facta eſt illa generalis Romanorum tranſmigratio de confinibus Pannoniorum in terram ſuam, quando eos Huni de ſedibus ſuis expulerunt, defuncto jam B. Severino, qui eandem tranſmigrationem in ſpiritu Prophetiæ prædixerat longe ante. Tunc etiam* C
immanis & barbara Hunorum feritas non ſolum Lauriacenſem civitatem, verum etiam in circuitu adjacentes depopulavit, atque funditus deſolavit, ita ut Epiſcopi hac neceſſitate compulſi, ſede Lauriacenſi deſerta, atque alio translata, ſimul etiam Archiepiſcopalem honorem ſedis ipſius deinceps deſererent.

558 4. Anno DCLII. narrat idem Auctor: (η) *Eugenius Papa dedit Vrolfo Archiepiſcopo Lauriacenſi pallium: & inſuper propter petitionem ſuffraganeorum ſuorum Epiſcoporum, commiſit ei vicem ſuam & auctoritatem Apoſtolicam per privilegium tempore Tuttundi*

Zz

cinior Pannoniæ, quæ jam longe ante hæc tempora luce Evangelica illuſtratata fuerat, non tamen ob id laudi Cyrilli & Methodii quicquam in hoc negotio detrahitur; fuerunt hi, ut nunc loquimur, Moravorum Apoſtoli, etiamſi ante illorum adventum nonnulli Chriſtum in his oris cognoverint, quos magis in fide confirmarunt, & religionis noſtræ myſteriis plenius imbuerunt. Nam ante hos Duumviros jam Chriſti notitiam permultos ex Moravis habuiſſe non ſolum ex Chriſtanno *de Vita S. VVenceslai* apud Balbin. *lib. I. Epit. Rer. Bohem. c. 10.* verum etiam ex Vita utriuſque Apoſtoli priori diſcimus, quæ teſtatur maximo cum gaudio ab Incolis receptos hos Eccleſiæ Doctores in Moravia advenientes, cum præſertim cognoviſſent eos adferre B. Clementis reliquias & Evangelium in linguam Slavonicam translatum, quod certiſſimam nobis præbet conjiciendi anſam in rebus Chriſtianis non plane rudes fuiſſe.

(α) S. Martinus] *ortus e Sabaria Pannoniæ oppido, ut ſcribunt, Sulpitius Severus in* ejus vita, *Paulinus Petracordiæ Epiſcopus, Eucherius Lugdunenſis, Rathbodus Trajectenſis, Venantius Fortunatus, Flaccus Albinus Alcuinus, Odo Cluniacenſis Abbas, in libris* de Laudib. S. Martini, *factus poſtea Turonenſis in Gallia Epiſcopus, ubi miracula ejus Gregorius Turonenſis* ſingularibus libris *deſcripſit. Exſtat ejus* Confeſſio fidei Catholicæ, *cum ſcholiis Beauxami, edita Pariſiis anno 1571. repetita a Margarino de la Bigne in* Bibliotheca SS. Patrum. *Relicto Magnentio Cæſare gentili ad partes Conſtantii II. Imperatoris ſe contulit, Chriſtianusque factus ſacrum baptiſma ſuſcepit anno Chriſti 351. ut idem Sulpitius, Gregorius Turonenſis, & alii auctores perhibent.*

(β) S. Severinus] *Epiſcopus Fabianenſis ſeu Viennenſis in ſuperiori Pannonia, quæ nunc Auſtria dicitur. Eum Noricorum Apoſtolum vocat Eugippius* D
Abbas in ejus hiſtoria, *quam VVelſerus edidit cum* Notis. *Etiam Johannes Diaconus vitam ejus deſcripſit, ut fatetur ipſe in* præfat. in Vitam SS. Soſii & Januarii. *Obiit Viennæ Auſtriæ, die 8. Februar. anno Chriſti 482. ut VVelſerus ibidem, Baronius in* Annal. eccleſiaſt. *Caſp. Cunradus in* Proſopograph. millen. 3. fol. 135. 557

(γ) S. Eugippius] *diverſus ab Abbate Africano, qui* Theſauros ex D. Auguſtini operibus *collegit, B. Fulgentio compar, ut docet B. Iſidorus Hiſpalenſis* de Scriptor. eccleſiaſtic. in Eugippio. *Ejus* E
hiſtoria de vita & obitu S. Severini *habetur* tom. 1. de Probat. Sanctor. hiſtor. *a Surio collectis.*

(δ) Mediolanenſis] *Philip. Berterius* Pithanon. lib. 1. *Baronius in* Annal. Eccleſiaſt. *VVelſerus* Rer. Boicar. lib. 2. fol. 132. *Diximus ſupra* lib. 1. cap. 8. n. 20. (*)

(ε) Symmachi Papæ epiſt.] *quam refert VVigul. Hund in* Metropol. Salisburg. in catalog. Epiſcopor. Laureacenſ. & Patavienſ. in Theodoro Epiſcopo, *& Gevvoldus in* Variis diplomatib. Romano- F
rum Pontific. *cum Chron. Reicherſperg. editis* fol. 5. *Videatur in* Append. ſub anno 501. *Exſtat ejuſdem Symmachi Papæ* Reſponſio ad Illyricos, Dardanios & Dacos, *id eſt Croatos, Bulgaros, VValchos, Moldavos &c. in* Monumentis SS. Patrum orthodoxograph. *nec non in* Bibliotheca SS. Patrum, & Tomis Concil. general.

(ζ) Reicherſperg.] *in dicto Chron. anno 514.* G
(η) Idem Auctor] *in d. Chronic. anno 652.*
(*) Confer, quæ ad *h. l.* monuimus.

A *tundi & Moimari Principum Hunorum.* Sed errat in nomine, & referri hæc debent ad
Eugenium II. Papam, qui ſub Ludovico Pio Romanam rexit Eccleſiam, ut mox dictu-
ri ſumus.

5. Anno DCLXXVI. ſedit Romanæ Domnus [α] (*) Papa, ad quem exſtat querela
Hattonis Archiepiſcopi Moguntini de ſubtracta Bavarico Archiepiſcopo Moravia. Sed
tempora non reſpondent, quum Domnus Papa vixerit ſub Conſtantino, Conſtantis fi-
lio, Romanorum Imperatore; Hatto autem Moguntinus ſub Ludovico Arnulphi Im-
peratoris filio, & Berengario II. Romanorum Rege, anno Chriſti DCCCC. quo illa queri-
monia inſtituta cenſetur.

6. Tandem Carolus Magnus Imperator devictam Pannoniam ac Moraviam Arno-
B ni [β] Archiepiſcopo Salisburgenſi cum Metropolitica dignitate ſubjecit, quam ei Adria-
nus I. (γ) Papa conceſſo pallio confirmavit an. DCCXCII.

7. Sed Epiſcopus Pataviensis, poſt Caroli M. obitum, jus ſuum antiquum repetere,
& Metropoliticam jutiſdictionem in Moravia & Hungaria exercere rurſum occœpit au-
ctoritate Apoſtolicæ legationis ab Eugenio II. (δ) Papa accepta, tempore Ludovici Pii
Imperatoris, ſub quo Tutundus Hunorum, & Moemarus Moravorum Reguli, Chriſtia-
nam religionem profitebantur. Et Urolphus quidem Pataviensis Pontifex, ea poteſtate
fretus, Methodium in Moravia ordinavit Epiſcopum, Moemaro Duce poſtulante, cir-
ca annum Domini DCCCXXVI. Atque hic eſſe Methodius Illyricus perhibetur, qui Slavis
literarum characteres invenit, ſacraſque literas in vulgarem ſermonem Slavicum vertit,
C vitamque perduxiſſe uſque ad annum Chriſti DCCCXL. memoratur. Quam rem ita nar-
rat Aventinus: (ε) *Tranſgreſſus inde* [Vienna Auſtriæ] *Urolphus Danubium, Moravos
Venedorum populum itidem ſacra noſtra recipere perſuadet. Moemarum Ducem cum po-
pularibus & tota gente ad cognoſcendam veritatem cohortatur. Pontifices, qui eos ſedu-
lo doceant, Methodium Juliomontanum, Adelvinum Nitravenſem, eſſe jubet. Hæ ur-
bes nomina adhuc ſervant: & dum Suevi & Gepidæ*, (id eſt Quadi & Daci) *ea loca in-
colerent, Pontificum fuere domicilia. Hæc ubi ad Eugenium II. Pontificem Maximum
delata ſunt, Urolpho Epiſcopo Bathavenſi, Archimyſtæ dignitatem honoremque cum Mo-
ravia, Pannonia, Hunnia, Avaria, reſtituit; præcepit ſuperiores Paſtores cum grege
& Ducibus Urolpho Archiflamini Laureacenſi, ſicut parenti, non quidem corporum, ſed
D animarum, nuncio Dei & a ſe miſſo obtemperare.* Hunc Methodium Illyricum diver- 559
ſum faciunt (ζ) [**] a Methodio Græco, Cyrilli fratre, de quo ſequitur.

8. Salisburgenſis tamen Archiepiſcopus jus ſemel quæſitum conſtanter defendens,
Pataviensi ſeſe oppoſuit, poteſtatemque Metropolitanam in Moravia & Pannonia, ni-
hil mo-

(α) Domnus] *idem Magnus Reicherſpergenſ. in anno 674. qui aneceſsias iſtam animadvertens, ſtudio querelam illam prætermiſit. Videatur in* Append. ſub anno 900.

(β) Arnoni] *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 4. & lib. 5. fol. 391. *Flacius Illyricus in* Catalog. teſtium
E verit. in Methodio Illyrico.

(γ) Adrianus] *Magnus Reicherſpergenſ. in* Chron. anno 792.

(δ) Eugenio II.] *cujus Epiſtolam decretalem refert Aventinus* lib. 4. fol. 293. *VVigul. Hund in* Metropol. Salisburg. in Epiſcop. Patavienſ. cap. 19. *Gevvoldus in* append. ad Chron. Reicherſperg. fol. 17. *& nos in* Append. ſub anno 826.

(ε) Aventin.] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 293.*

(ζ) Diverſum faciunt] *Aventinus* ibidem, *Fla-
F cius in* Catalog. teſt. verit. in Methodio Illyrico, *& ibi Simon Goulartius in* Addition.

(*) Ad Johannem IX. P. M. ſine dubio miſſa eſt hæc querimonia, qui cum Hattone ejuſdem fuit ætatis, non ad Domnum Papam, qui Sec. VII. ſedi Apoſtolicæ præfuit. Vid. etiam *Not. Goldaſti ad §. 10. huj. cap.*

(**) Jure a ſe invicem diſcernendi ſunt duo illi Methodii, quorum unus fuit gente Illyricus, alter vero Græcus, Cyrilli frater. Ille fuit Epiſcopus Speculo Julienſis ſeu Soriguturenſis, hic vero Archi-Epiſcopus Moraviæ; ille anno 826. in has oras miſſus, hic vero anno 863. circiter primum hanc provinciam ingreſſus eſt. Ex his igitur criteriis, ne plura memorem, ſatis abunde conſtat, non poſſe per rerum naturam unum eundemque eſſe; quod monendum hic erat, ne cum Goldaſto titubes in diſcernendo utroque Methodio. Conf. *Ejus nota ad §. 19.* Ceterum Auctor noſter Illyrico tribuit inventionem literarum Slavonicarum, ut & verſionem Sacri Codicis in hanc linguam; verum Chriſtannus in Vita S. Wenceslai, aliique, quorum verba *§. 9.* proferuntur, hanc inventionis gloriam Methodio Græco vindicant, quibuscum ſentit in *not. ad h. l.* Balbinus *lib. 1. Epit. Rer. Bohem. c. 10.* Nec his contraria tradere Biographum Cyrilli priorem putandum eſt, dum Cyrillum horum omnium Auctorem facit, componi enim hæc inter ſe facile poſſunt, ſi dicamus utrumque fratrem huic rei operam dediſſe; unde eſt, quod modo huic, modo illi hoc beneficium a Slavis adſcribatur.

hil moratus ejus contradictionem, continuo exercuit. De Brynnone Moravorum Rege A
ſcribit Aventinus: (α) *Templa quoque deintegro a Brynnone ibi ædificata, a Leopramo Juvavenſi Archiepiſcopo Bojorum conſecrantur.*

9. Et ſuffraganeus quidem a Salisburgenſi inſtitutus permanſit uſque ad Imperium Caroli III. Cæſaris, [*] ſub quo Cyrillus (β) & Methodius [γ] fratres e Græcia, Michaële illic imperitante, profecti in Illyricum; & inde in Moraviam concedentes, proprium Archiepiſcopatum in Moravia Velegradi [**] inſtituerunt. In Chronic. Juvavenſ. (δ) legitur: *Qui* [Suffraganeus ab Salisburgenſi inſtitutus] *multum tempus ibi demoratus eſt, exercens ſuum poteſtative officium, ſicut illi injunxit Archiepiſcopus ſuus, uſque dum quidam Græcus Methodius nomine, noviter inventis Slavinis literis, linguam Latinam, doctrinamque Romanam, atque literas auctorabiles Latinas philoſophice ſuper-* B
ducens, vileſcere fecit cuncto populo ex parte Miſſas, & Evangelia, Eccleſiaſticumque officium illorum, qui hoc Latine celebrarunt. Et Bernhardus Krembſmonaſterienſis (ε) Monachus: *Poſt hunc interjecto tempore aliquo, ſupervenit quidam Slavus ab Hiſtriæ & Dalmatiæ partibus nomine Methodius, qui adinvenit Slavinicas literas, & Slavice celebravit divinum officium, & vileſcere fecit Latinum. Tandem fugatus a Charentanis par-*

(α) Avent.] *d. lib. 4. fol. 304. Porro Luitpramus iſte Salisburgenſis Archiepiſcopus, quem Aventinus* Leopramum *appellat, pallium Archiepiſcopale accepit a Gregorio IV. Papa, anno 836. ſub Ludovico Pio Imp. ut teſtatur Magnus Reicherſperg.* in Chronic.

(β) Cyrillus] *non ille Alexandrinus, ut fallitur Zach. Theobaldus in* Genealog. & Chronolog. Regum Bohem. *qui ipſis quingentis & amplius annis antiquior exſtitit; ſed Bulgarus, ut putatur. Natione tamen Græcum fuiſſe a Michaele Imp. Conſtantinopolitano in Bulgariam miſſum, & inde cum fratre Methodio in Croatiam concedente ad Chriſti fidem plantandam fuiſſe a Suatopluco Moravorum Rege in Moraviam vocatum, ſcribit Matth. a Michou* lib. 1. Chronic. Reg. Polon. cap. 13. *Cromerus* lib. 3. Rer. Polonic. *Habeo B. Cyrilli Epiſcopi* Apologeticum quadripartitum, *ſeu* Speculum ſapientiæ, *haud ſcio, an huic Cyrillo Moravico adſcribendum. Habeo præterea* librum Revelationum *ſub Cyrilli Epiſcopi nomine editum. Ejus hiſtoriam ſcripſiſſe perhibetur Conradus Alpendorpius Arotenſis circa Chriſti annum 1390.*

(γ) Methodius] *neque hic intelligi debet ille Patarenſis Epiſcopus & Martyr, cujus* Revelationes *circumferuntur Græce & Latine, a Joan Thoma Fregio JC. editæ, & a Joan. Jacobo Grynæo inter* Monumenta SS. Patrum orthodoxographa *relata: ſed Illyricus, ſive potius Bulgarus, de quo Flacius Illyricus, & Simon Goulartius in* Catalogo teſtium veritit. *videndi. Nihil enim hujus Methodii Illyrici, quod ſciam, exſtat; quamquam eum ſpiritu prophetico claruiſſe, Bohemici ſcriptores affirment, niſi quod Cromerus* lib. cap. 15. *putat, translationem Slavicam Bibliorum, quæ ſub B. Hieronymi nomine apud Illyricos exſtat, ad iſtum Methodium eſſe referendam. Bulgaria autem prima omnium Slavicarum gentium fidem Chriſti accepiſſe a Græcis dicitur; Cromerus* lib. 3. Rer. Polon. fol. 31. col. 1. *Et exſtat Nicolai I. Papæ* Reſponſum ad petita Bulgarorum *circa annum Chriſti 865. Poſt Bulgaros Ruſſi primi fuerunt, qui ſibi ab Imperatore Græcorum & Patriarcha Conſtantinopolitano paſſi ſunt perſuaderi, ut ſalutaris doctrinæ dogmata ſuſciperent, ut teſtatur Zonaras & Cedrenus in* Annal. Græc. *Unde Moſcovia adhuc Græcorum ritus & inſtituta ſequentes Patriarcham Conſtantinopolitanum agnoſcunt. Secuti mox Raſcii, Servii, Boſnenſes, Croatæ, Dalmatæ, regnante eodem Suatopluco, quem Blondus* Sneropilum *appellat, religionem Chriſtianam cultumque civiliorem a vicinis Græcis & Italis acceperunt, ut ſcribit Sabellicus,* lib. 2. Ennead. *Cromerus* d. lib. 3. circa princ. C

(δ) Chron. Iuvavenſ.] *quod citatur a Goulartio in* Catalog. teſt. verit. in Methodio Illyrico. *Eadem habet Adalvvinus Presbyter Juvavenſis in* lib. de Converſion. Bojoariorum & Carenthanorum.

(ε) Krembsmonaſter.] *in Hiſtor.* de orig. Bavaror. *Videatur Dubravius in* Hiſt. Boh. lib. 4. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. in procem. anno D
894. *Boregk in* Chron. Boh. fol. 36. & fol. 40. *Sandelius in* prolegom. in Hagec.

(*) Male Goldaſtus *h. l.* ætate ſuppares facit Carolum III. qui *Craſſus* vulgo cognominatur, & Michaelem, Imperatores; horum enim primus anno 880. Cæſar coronam accepit, & 887. iterum amiſit; alter vero jam diu ante hæc tempora floruit, ſiquidem ſummam illam in Oriente dignitatem anno 842. adeptus eſt, qua anno 867. violenta morte rurſus privatus eſt. Ergo hi duo Impp. non fuerunt uni- E
us ejusdemque ætatis. Nec immunem ab errore Auctorem noſtrum præſtare poſſumus, etiamſi dicamus eum hic intelligere Carolum Calvum, ac proin numerum Carolo adſcriptum ternarium in binarium eſſe mutandum, is quippe demum novem circiter annis poſt occiſum Michaelem ad ſummum hoc honoris faſtigium pervenit. Ergo potius Ludovicus II. Imperator hic ſubſtituendus eſſet, qui cum Michaele tum temporis Orbem terrarum moderatus eſt. F

(**) Licet Methodius fuerit Archiepiſcopus, non tamen certæ ſedi eum affixum fuiſſe putem, innuere enim id mihi videtur Hatto in Epiſtola ſua ad Johannem IX. cum inquit: *nunquam ante hac ſedem Metropoliticam in Moravia* fuiſſe. Regionarius igitur potius Archiepiſcopus, & quidem Moraviæ erit appellandus, uti Bonifacius Germanorum Apoſtolus, qui pariter Epiſcopus & Archi-Epiſcopus erat regionarius, antequam ſedi Moguntinæ præficeretur. G

A *partibus intravit Moraviam, ibique quieſcit.* Æn. Sylvius [α] ſcribit Methodium, ut indignationem Suatopluci ferocis Moravorum Regis evitaret, in Bohemiam aufugiſſe, & inde Romam conceſſiſſe, ut Apoſtolica legatione in illis partibus muniretur. Verba ejus hæc ſunt: *Quamobrem Methodius in Bohemiam fugiens Regem extra Eccleſiam fecit, Regnoque ſacris interdixit. Quo facto, non ſolum Archiepiſcopalis ſedes in Moravia defecit, ſed in ſeipſo quoque Regnum extinctum eſt. Mortuo namque paulo poſt excommunicato Rege, imperij Moravorum partem Theutones & Bohemi, partem Poloni atque Hungari, diripuerunt. Methodius in Bohemia aliquandiu moram traxit, deinde Romam ſe contulit, ubi fratrem ſuum Cyrillum comperit,* [*] *qui baptizato quondam Suatocopio Moravis Chriſtiana ſacra crediderat, multaſque alias Slavorum gentes ad fidem Chri-* 560
B *ſti converterat. Ferunt Cyrillum, cum Romæ ageret, Romano Pontifici ſupplicaſſe, ut Slavorum lingua, ejus gentis hominibus, quam baptizaverat, rem divinam faciens uti poſſet. De qua re dum in ſacro Senatu diſceptaretur, eſſentque non pauci contradictores, auditam vocem tanquam de cælo* [**] *in hæc verba miſſam: Omnis ſpiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei. Indeque datum Cyrillo indultum* Auguſtinus Præpoſitus Brunnenſis: (β) *Primus Archiepiſcopus Moraviæ Cyrillus natione Græcus, a Nicolao I. Pontifice Romano anno* DCCCLXXXVII. *ſedem Velegradenſem ſuſcepit, poſtquam Swatoplukum Mora-*

(α) Æn. Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 13. Dubravius* d. lib. 4. *& Boregk in* Stoymiro Duce XIII. fol. 40. *aſſerunt, hanc hiſtoriam geſtam fuiſſe anno*
C *858. ſub Nicolao I. Papa, & a Cyrillo atque Methodio non Moravos tantum atque Bohemos, ſed Bulgaros quoque in Myſia, atque Gazaros, ad Chriſtianiſmum fuiſſe perductos & converſos circa Domini noſtri annum 860. Adde Hagecium in* Chron. Bohem. in Borzivvogio Duce, anno 902. fol. 75. *Repetunt eandem hiſtoriam, Mechovius* lib. 1. Chron. Reg. Polon. cap. 13. *Cromerus* lib. 3. Rer. Polon. circa princ. *Flacius Illyricus in* Catalog. teſt. verit. in rub. Eccleſiæ Slavonicæ, & rub. Methodius Illyri-
D cus, *Chriſtoph. Herdeſianus in* Conſenſ. orthodox. *Phil. Mornaus de Pleſſis in* tract. de Euchariſtia, *Rudolph. Hoſpinianus in* Hiſt. ſacrament. *& alii, ut demonſtrent ſacra eſſe in vulgari lingua celebranda. Et Illyricus quidem teſtis domeſticus ſcribit,* Sclavonicas Eccleſias adhuc hodierna die in publicis ſacris vulgari uti lingua. *Idem teſtatur Marc. Ant. de Dominis Archiepiſcopus Spalatenſis & Primas Dalmatiæ in* libris de Republ. eccleſiaſtic. *Quod ut de Dalmatis, Serviis, Boſnenſibus, Bulgaris,*
E *Ruſſis, Moſcovitis, &c. verum forſitan ſit, at Catholici in Moravia & Bohemia ſermone Latino, ſecundum Caroli Magni ordinationem, hodie utuntur. Et ipſemet Illyricus de ſuis Illyriis & Slavonis teſtatur in hæc verba*; Cæterum ritus plane Romani ſunt, exceptis paucis remotioribuſque locis, ubi Græca religionis forma eſt.

(β) Auguſtinus] *in Catalog. Epiſcopor. Olomucenſ. in princ.*

(* Ter Methodius Romam verſus profectus
F eſt, quod cum non ſatis obſervarent Æneas Sylvius, Auguſtinus Brunnenſis, aliique, multa perperam & confuſe narrarunt. Operæ pretium itaque futurum credidi, ſi triplex illud iter ad certas ſuas epochas referrem, ſiquidem inde variarum difficultatum ſolutio dependet. Prima vice Methodius cum fratre ſuo Cyrillo Romam abiit anno 867. nam primæ vitæ horum Sanctorum Scriptor narrat, quod ad id invitati fuerint a Nicolao I. cujus hortatu inducti mox Romam tenderint; verum cum ibi ap-
G pulissent *ante non multos dies* Nicolaum demortuum, eique Hadrianum II. ſuffectum eſſe deprehendunt. Conſecratur tum temporis a Papa uterque frater Epiſcopus, ſed Cyrillus, ſi fides habenda poſterioris Vitæ Scriptori, epiſcopatui renuntiavit, & habitu monaſtico indutus, Romæ permanſit. Solus itaque Methodius in Moraviam reverſus eſt, qui paulo poſt, mortuo ſcil. Ratislao anno 870. & tumultuante Zvventibaldo ſucceſſore in Urbem rediit, ubi fratrem ſuum demortuum eſſe comperit. Haud diu vero hic ſubſtitit, cum primum enim Zvventibaldus ille ad ſaniorem mentem reverteretur, ſtatim ad cœptam telam in hac provincia pertexendam Methodius ſeſe confert. Tertiam expeditionem Romanam ſuſcepit anno 879. vocatus a Johanne VIII. Papa, ut fidei ſuæ rationem redderet, narrante & prioris & poſterioris Vitæ Cyrillianæ & Methodianæ Scriptore. Errat igitur Sylvius, & ſecundum cum primo hujus Sancti itinere Romano confundit. Errat pariter Auguſtinus Brunnenſis, dum *hoc ſ.* tradit Cyrillum a Nicolao I. P. M. anno 887. (modo hic numerus a vitio typographi immunis ſit) deſtinatum, ſedi Welegradenſi, jam enim anno 867. hic Papa deceſſerat. Neque magis certa mihi eſſe videntur, quæ idem de Methodio memorat.

(**) Chriſtannus in Vita S. Wenceslai apud Balbin. *lib. 1. Epit. Rer. Bohem c. 10.* narrat Cyrillum cum (anno 867.) Romam veniſſet reprehenſum fuiſſe a Papa Hadriano, quod Miſſam lingua Slavonica canere auſus fuerit, ſed eum egregie ſatisfeciſſe Patribus, ut admirati fuerint tanti Viri fidem, & *auctoritate ſua ſtatuerint & firmarint ſupradicto ſermone in illis partibus miſſarum ſolennia, cæteraſve Canonicorum horas hymnizari.* Hæc qua ratione cum variis Epiſtolis Johannis VIII. conveniant non video; ſi enim Hadrianus, ut Chriſtannus narrat, uſum linguæ Slavonicæ conceſſit, cur Johannes VIII. in ſuis Epiſtolis, quas in ſupplemento exhibemus, Methodium Cyrilli fratrem ob id Romam vocat & reprehendit? An factum Anteceſſoris improbavit? Vel an perſonale ſaltem illud fuit privilegium, quod Cyrillo mortuo, in Methodium derivari non poterat, ut hic poſt mortem fratris illud denuo expetere debuerit? Componant hæc Paparum diſſidia alii, quibus majus otium datum eſt.

Moravorum Regem cum univerſa gente, quæ Viſtula, Danubio ac Vago fluvio terminabatur, in fide Chriſti initiarat. Huic Romani profecto ſucceſſit Methodius frater anno DCCCCII. *qui obiit anno* DCCCCVII. A

10. Sub Ludovico IV. Arnulphi Imperatoris filio, recedentes Moravi (α) a juriſdictione Archiepiſcopi Pataviensis, a Johanne IX. Papa impetrarunt privilegium inſtituendi proprium Archiepiſcopum. Qua de re conqueſti ſunt Archiepiſcopus & Epiſcopi Bavariæ apud Papam, ut epiſtola (β) eorum docet. Rem narrat Aventinus, (γ) ſed verbis paulo aſperioribus, quæ ſic habent: *Mortuo Imperatore Arnulpho, Moravi, qui Moëmaro parebant, Eiſenricho transfuga inſtigante, ad Joannem Pontificem Romanum, ſtupris & avaritia infamem, Legatos mittunt, graviter ſacerdotum Bojorum mores accuſant* &c. *Sclavis inimicos intolerabiles eſſe criminantur. Pecunia denique Moravi ſe ab jugo Epiſcoporum Bojariæ redimunt. Quippe Joannes Archiepiſcopus, Benedictus & Daniel Epiſcopi, Oratores Romani Pontificis, in Moraviam proficiſcuntur: Moravos a legibus Myſtarum Bojariæ ſolvunt, ipſis Archimyſtam peculiarem deſignant, & ex una Pontificali Provincia, quinque conficiunt: reclamantibus Bojariæ ſacerdotibus. Nam Moravi hinc anſa arrepta Ludovico rebellant, Præfectis Bojorum obtemperare recuſant. Quamobrem Boji per Bojemiam, in commilitium ſecum Bojenis aſcitis, in Moraviam hoſtili animo tranſitum faciunt: per menſem fere totam regionem* &c. *devaſtant. Hatto Archiflamen Moguntinus, quinque Bojorum Pontifices, Joanni urbis Romæ primario Sacerdoti, literis conqueruntur, ſe falſo & immeritiſſimos accuſari a Sclavis: Joannem facinus indignum, adverſum pietati Chriſtianæ, & majorum decretis commiſiſſe, libere & aperte multique verbis docent. Hortantur poſtremo, ut Moravos mendaciorum loquaciſſimos, corrigat, niſi Bojorum præfectis Epiſcopis pareant, fulmine ſuo terreat. Oportere primarium ſacerdotem plus tribuere Bojis, qui rem Romanam reſtituerint, quam Moravis, qui Romanam Majeſtatem vaſtant, & manubrio* (*ex facto hujuſcemodi legatorum*) *Epiſcopi Romani excuſato, a Rege Ludovico deficere conentur.* Sub Bojorum appellatione Aventinus Germanos intelligit: ſed epiſtola Hattonis paulo aliter concepta eſt, quam ab eo narratur. B C

562

11. Poſt Cyrilli ergo & Methodii deceſſum, Moravia in jus recidit Archiepiſcopi Pataviensis: a quo Johannes quidam (δ) in Epiſcopum Moraviæ inauguratus, & Methodio ſucceſſor datus fuit, ut eſſet Patavienſis Archiecclesiæ ſuffraganeus. Sub qua Metropoli permanſiſſe putatur uſque ad annum Chriſti MLXV. quo Johannes, Ducis Vratislai (ε) Capellanus, diviſo Pragenſi Epiſcopatu, in Epiſcopum Moraviæ fuit conſecratus, & Moguntino Primatui ſubjectus. D

12. Sub Heinrico I. Imperatore cognomento Aucupe Archiepiſcopus Patavienſis Gerhardus confirmationem impetravit ſuæ Metropoliticæ juriſdictionis & Apoſtolicæ legationis, in Moravia, Hungaria, Sclavonia &c. a Leone VII. (ζ) & Agapito II. (η) Romanorum Pontificibus. Idem Aventinus: (θ) *Carolus Magnus*, inquit, *excifis Hunnis, Arnonem Juvavenſem Epiſcopum in collegium Archimyſtarum Bojariæ & Pannoniæ cooptavit. Hanc rem Gerardus Laureacenſis ſeu Bathavenſis Epiſcopus per Hadomarum Monachorum Fuldenſium Magiſtrum, ad Agapetum II. Pontificem Maximum refert, poſcitque ſibi reſtitutum honorem confirmari. Agapetus annuit poſtulatis, Bathavenſem Epiſcopum,* E

(α) Recedentes Moravi] *VVigul. Hund in* Metropol. Salisburg. in Epiſcop. Patavienſibus cap. 26. & in Brixinenſ. cap. 23.

(β) Epiſtola] *quam edidit Gevvoldus in* Variis diplomatib. Roman. Pontific. *poſt Chronic. Reicherſpergenſ. & Hattonis quidem Moguntini* fol. 20. *quam ibi Domno Papæ inſcripſam, Johanni IX. reſcripſerunt VVolfg. Lazius* lib. 12. Commentar. de Repub. Rom. *Aventinus* lib. 4. *& Hundius* dictis locis; *at Stephano VII. Gevvoldus* ibid. *Theotmari vero Archiepiſcopi Juvavenſis & ſuffraganeorum ejus ad Joannem Papam dedit idem Gevvold.* fol. 33. *& nos in* Append. ſub anno 901.

(γ) Aventin.] *Annal. Bojor.* lib. 4. fol. 369.

(δ) Johannes quidam] *Dubravius in* Hiſt. Boh. lib. 4. *Boregk in* Chron. Boh. in Stoymiro Duce fol. 40.

(ε) Johannes, Ducis Uratiſ.] *Hagecius in* Chron. Boh. part. 1. anno 1065.

(ζ) Leone VII.] *Reicherſpergenſ. in* Chron. anno 932. *Diplomata refert Aventinus* lib. 4. f. 479. *integra autem Gevvoldus* d. loco fol. 6. & fol. 8.

(η) Agapito II.] *Reicherſpergenſ. in* d. Chron. anno 936. *Diploma ejus refert VVolfg. Lazius* lib. 12. de Repub. Roman. fol. 256. *VVigul. Hundius in* Metropol Saltzburg. in Epiſcop. Patavienſ. cap. 29. fol. 121. *Gevvoldus* ibid. fol. 13. *& nos in* Append. ſub anno 936. F

(θ) Avent.] *Annal. Bojor. lib. 5. fol. 391.*

Digitized by Google

A *piſcopum a ditione Salisburgenſis ſolvit, Archiepiſcopum Bojorum Laureacenſem nuncupat, Salisburgenſi præferendum cenſet. Gerardo Bathavenſi mandat, ut Pannoniam, Avaros, Moravos, Venedos in rebus divinis procuret,*

13. Sub Ottone I. Magno Imperatore & S. Wenceslao Bohemiæ Duce, ſcribit Æ- 563
neas Sylvius: [α] *Ferunt tunc Bohemiam ſub Epiſcopo Ratiſponenſi* [*] *fuiſſe*, &c. Et Aventinus (β) jam ſub Ludovico II. Pii filio ſcripſit: *Bojemia ab occidente & meridie Bojos ſpectat, Bojariæque finitima eſt, in rebus divinis paruit Epiſcopis Reginoburgenſibus uſque ad D. Wolfgangum, cujus conſenſu de cætero proprios habuere Pontifices, quos Imperatores noſtri dederunt.* Nec non Dubravius: (γ) *Tunc* (ſub Wenceslao Duce, qui D. Viti templum exſtruxerat) *creandi Pontificis mentio orta: ſiquidem nullus ad eam uſ-*
B *que diem Pontifex in Bojemia creatus erat, ſed a principio Moraviæ Antiſtes, poſtea ex Bavaria Ratisbonenſis, officio Pontificali apud Bojemos fungebatur. Idem Ratisbonenſis in Moravia quoque aliquandiu faciebat, quamdiu videlicet vacua ſedes ibidem ſuo Præſule fuerat. Quanquam igitur Venceslaus Ratisbonam miſit pro Pontifice (D. Wolfgang. tunc Pontifex ibi erat) qui templum D. Vito deſtinatum in arce Pragenſi dedicaret, non ideo tamen curam remiſit quærendi viam, qua facilime ad inducendum Pragam Præſulem, ut inſtituerat, pervenire poſſet.* Denique Auguſtinus (δ) Brunnenſis: *Poſt cujus* (Sylveſtri Epiſcopi Moraviæ) *mortem, Epiſcopatus Moraviæ Ratisbonenſi Eccleſiæ, quæ tum Bajoariorum erat metropolis, uſque ad annos triginta quinque fuit unitus* &c. Silveſtri obitus incidit in annum Chriſti DCCCCLXI.

C 14. Quid ergo eſt, quod Magnus (ε) Reicherſpergenſis ſcribit: *Anno* DCCCCLXXI. *Benedictus Papa dedit Pilgrimo Lauriacenſi Archiepiſcopo pallium, & commiſit legationem per privilegium, tempore Friderici Saltzburgenſis Archiepiſcopi.* Privilegium (ζ) iſtud adhuc exſtat, ut Pilegrini epiſtola (η) ad eundem Papam. Oportet ergo Laureacenſi Archiepiſcopo litem fuiſſe non cum Salisburgenſi tantum Archiepiſcopo, ſed Ratiſponenſi quoque Epiſcopo.

15. Verum Otto I. Imperator litem videtur hoc pacto deciſiſſe, ut Bohemia ac Moravia nec Salisburgenſi, nec Pataviensi, nec Ratisbonenſi in poſterum ſubeſſet, ſed proprio Epiſcopo, qui Moguntinum totius Germaniæ Primatem [**] agnoſceret Metropoliten.

D (α) Sylvius] *in Hiſtor. Boh. cap. 15.*
(β) Avent.] *Annal. Bojor. lib. 4. fol. 311.*
(γ) Dubrav.] *in Hiſtor. Boh. lib. 5. fol. 32. Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 15.
(δ) Auguſtinus] *in Catalog. Epiſcopor. Olomucenſ. in Silveſtro Epiſcopo.*
(ε) Magnus] *in Chron. Reicherſpergenſ. anno 971.*
(ζ) Privilegium] *quod referunt Caſp. Bruſchius* de Epiſcopatib. German. in Laureaco, *Aventinus*
E lib. 5. fol. 502. *VVolfg. Lazius* lib. 12. Commentar. de Republ. Rom. fol. 1247. *VVigul. Hund in* Metrop. Salisburg. in Epiſcop. Pataviensſ. cap. 30. fol. 122. *Govvoldus in* dictis Diplomat. fol. 3. & fol. 29. *& nos in* Append. ſub anno 971.

(η) Pilegrini epiſt.] *Hund.* ibid. *Gevvoldus* fol. 24. *nos in* d. Append. ſub anno 976.

(*) Certius id novimus ex Chriſtanno de Vita S. Wenceslai, Scriptore fere coævo apud Balbin. *lib. I. Epit. Rer. Boh. c. 10*, qui Bohemos hujus Ducis ætate *Parochianos Pontificis Ratisbonenſis* fuiſſe memorat.

(**) Archi Epiſcopum Moguntinum male a Goldaſto dici *Primatem* Germaniæ, tradit Celeb. Ludvvigius in peculiari diſſertatione *de primatu Germaniæ*, nec non in *Germania Principe lib. I. p. 389. & de Jure ſuffragii Regis Bohemiæ cap. 2. §. 13. in not.*

CAPUT

CAPUT III. A

Pragenſis & Olomucenſis Epiſcopi fuerunt Archiepiſcopo Moguntino ſubjecti. Taxa Romana explanatur. Iidem Epiſcopi ab Imperatoribus confirmari & inveſtiri per baculum & annulum, ordinari autem & conſecrari a Moguntino ſolebant. Eorum jus in Synodis Germaniæ provincialibus, nec non in comitiis Imperii generalibus. Tenebantur ad expeditiones Romanas, & alias extraordinarias in ſubſidium S. Imperij indictas. Cauſſæ eccleſiaſticæ tam ipſorum Epiſcoporum in prima inſtantia, quam appellationum, ad S. Sedem Moguntinam ex Bohemia & Moravia deferebantur; & inde poſtmodum ad Romanam Curiam: cauſſæ autem regalium & poſſeſſionum coram Imperatore ventilabantur. Epiſcopi Pragenſis prærogativa in Miſſarum ſolemnibus præſente Imperatore, ut & majorem Miſſam celebraret, & ipſi Imperatori Coronam Imperialem imponeret. Pragenſis & Olomucenſis Epiſcopi erant S. Imperii Principes immediati. B *Primus Fridericus II. Imp. eos Ottocaro Regi eximendos permiſit, ſalva tamen eorum libertate. Non præſtant homagium Regi. Concordatis Germanicis fruuntur. Pragenſis Archiepiſcopus, Olomucenſis, Vratislavienſis & Lithomiſchlenſis Epiſcopi, S. Imperij Vicecancellariatum geſſerunt per Germaniam.*

Etenim Bohemia, Moravia, Sileſia, quum ſint juris Germanici, merito reſpectum ſuum habere ad ipſum Germanicæ Patriarcham (α) immediate, quam inferiorem aliquem Metropolitanum, maluerunt. Cujus rei documenta tum Imperii noſtri rationes exhibent, tum Romanæ Eccleſiæ inſtituta, quibus Epiſcopus Pragenſis in Bohemia, & Olomucenſis in Moravia, Metropoli Moguntinæ (β) C addicuntur. Nam Vratislavienſis in Sileſia, qui olim erat ſub Metropoli Gneſnenſi in Polonia, nunc eſt exemptus, & immediate ſub Eccleſia Romana conſiſtit.

565 2. Sic enim ordinatur in Provinciali (γ) Romanæ Eccleſiæ; *In Alemania Archiepiſcopus Moguntinus hos habet Suffraganeos. Pragenſis caput Regni Boemiæ: Moravienſis vel Olomucenſis*, &c. Reſcribe, *Moravienſis vel Olomucenſis.*

3. In Taxa (δ) Annatarum Romanæ Eccleſiæ hæc ordinatio legitur: *Pragenſis in Bohemia, 2800. flor.*

Templenſis Ordinis Præmonſtratenſis, 260. flor.
Optavienſis Ordinis S. Benedicti, 500. fl.
Montis Sion, alias Strahovienſis, 100. fl. D
Cladrabrenſis Ordinis S. Benedicti, 33. fl.
Milocenſis Ordinis Præmonſtratenſis, 233. fl.
Depoſitario ſeu Depoſitano Ordinis S. Benedicti 83. fl.

Luthomislenſis, 800. flor.

Olomu-

(α) Ad ipſum Patriarcham] *quo nomine Archiepiſcopus non ſemel in ſuperiorum temporum ſcriptoribus indigetatur, eadem nimirum ratione, qua* Primas & Patriarcha *in jure Canonico συνωνύμως æquiparantur, ut docet præter alios Hadrian. Saravia in* tract. de Diverſ. Miniſtror. gradib. *& Bilſonus in* tract. de Perpet. Eccleſ. Dei gubernat.

(β) Metropoli Moguntinæ] *Anton. Monchiacenus Demochares Reſſonnans Doctor Sorbonicus* tom, 2. de Divin. Miſſæ ſacrific. cap. 35. *Arnold. VVion in* Ligno vitæ, *Nicol. Serarius* lib. 1. Rer, Moguntiac. cap. 23. *Aubert. Miræus in* Notit. Epiſcopatunm orb. Chriſtian, *Freherus in* Notia ad Andlavv lib. 2, cap. 1.

(γ) Provinciali] *vide poſt* Praxin beneficior. *Petri Rebuffi, ex* Cancellaria Apoſtolica. *Conſentit Tancredus in* Provinciali, *& Miræus* ibid. *Helmoldus in* Chron. Sclavor. lib. 1, cap. 1. *ſcribit*; Boëmia habet Regem, in duos diſterminatur Epiſcopatus, Pragenſem & Olomucenſem. Polonia dividitur in octo Epiſcopatus: quondam habuit Regem, nunc a Ducibus gubernatur. Servit & ipſa, ſicut Boëmia, ſub tributo Imperatoriæ Majeſtatis.

(δ) Taxa] *aliquotiens edita eſt, ut in* Gravaminib. Proteſtantium Imperii Ordin. contra Concil. E Tridentin. *interprete Laurentio Tuppio JC. in Gonlartis* Catalog. teſtium veritat. *in Johan. VVolphii* Centuriis Lection. memorabil. *denique in Biermanni Secretaris Clevenſis* Simonia Curiæ Romanæ. *Germanice quoque translata in Hortleders* Actis de juſtitia belli Schmalkaldici, *&c. Hodie adhuc illuſtres & immediata in Regno Bohemiæ ſunt a clade Huſſitica reliqua Abbatia, Strahovienſis & Brunovienſis. Nam Aula Regia, ſeu Konigsbefiana, Zedliciana, VVoſſecenſis &c. adhuc cladem* F *illam ſentiunt & ingemiſcunt.*

Google

A *Olomucenſis*, *3000. flor.*

Lutenſis in Moravia Ordinis Præmonſtratenſis, *400. fl.*

Vratislavienſis in Germania, *4000. flor. 1. kz.*

De Camitz Ordinis Ciſtercienſis .....

Lubenitz Ordinis Ciſtercienſis ......

In Arena .....

Mirifice hæc nomina in vulgatis exemplaribus ſunt corrupta, nec nobis eſt in promptu ea in integrum reſtituere. In pauca tamen, quid nobis videatur, conferemus. *Templenſe* monaſterium nuſquam eſt in Bohemia. Videtur legendum, *Tæpelenſis*, *zu unſer Frawen zur Tæpel*; quod noſtra memoria Rudolphus II. Imperator Abbatiæ Straho-
B vienſi incorporandum conceſſit, ut ſcribit Pontanus in *Bohem. pia lib. 4.* Miræus in *Chronic. Præmonſtratenſ.* necnon in *libell. de Reb. Bohem. cap. 10.* Nec *Optavienſe* invenitur, pro quo malim ſcribere, *Opatovienſis*, *zu Opatowitz im Grætzer krayſs.* Abbas Montis Sion eſt Ordinis Præmonſtratenſis in urbe Praga, *zu unſer Frawen auffm Berg Synai*, *ſonſten auffm Strahow genandt zu Prage.* Pro *Cladrabrenſi* ſcribendum eſt *Cladrubenſis*, *zu Kladrub.* Pro *Milocenſi* verius legatur *Mileuskovienſis*, *bey Milewško.* Quid autem Monaſterii ſit *Depoſitarium*, æque cum ignariſſimis divinare potuimus. Pro *Lutenſis*, reſcribe *Lucenſis*, (α) quæ eſt illuſtris ac potens Ordinis Præmonſtratenſis Abbatia. Pro *Lubenitz* autem legendum forte eſt *Lubus*, quod eſt Monaſterium Ordinis Ciſtercienſis anno 1155. a Miecislao Duce Poloniæ conditum, ut ſcribit Michovius *lib. 3.*
C *Chronic. Reg. Polon. lib. 3. cap. 21. in princ. & cap. 27. in princ.*

4. Ex hoc jure confirmatio & inveſtitura (β) Epiſcoporum Bohemiæ & Moraviæ, quæ per annulum & baculum (*) fieri ſolebat, non minus, quam cæterorum Germaniæ Antiſtitum, ab Imperatoribus noſtris, ipſis Ducibus ac Regibus Bohemiæ requirentibus & ſupplicantibus, immediate concedi & præſtari ab omni antiquitate conſueverant. Et memorabile eſt, quod refert Coſmas (γ) Pragenſis Epiſcopus de Proceribus Regem ſuum monentibus, ne jus Imperatoris in Epiſcopi inveſtitura ſibi uſurpare vellet: *Vivit adhuc Romanus Imperator Henricus, & vivat, quem temetipſum facis, cum ejus poteſtatem uſurpans das baculum & annulum Epiſcopalem famelico cani.*

5. Ex eodem jure ordinationes & conſecrationes iidem Epiſcopi non aliunde,
D quam ab Archiepiſcopo Moguntino, ſuo Metropolitano, petere & accipere tenebantur. (δ)

6. In Synodis quoque nationis Germanicæ provincialibus, Epiſcopi Pragenſis & Olomucenſis, ceu Germani Antiſtites, vocati comparere & ordine ſuo ſedere ac ſuffragari ſolebant. Anno MCCLXVII. ſub Richardo Cæſare celebris Viennæ fuit Synodus indicta, de qua Aventinus (ε) ita ſcribit: *Vido Flamen Romanus*, *Joannes Pragenſis*, *Petrus*

(α) Lucenſis] *Luca Moraviæ Monaſterium prepotens, quo de Pontanus in* Bohem. pia lib. 4. *&* *Miræus in* Chronic. Præmonſtratenſ. *necnon in* libell. de Reb. Bohem. cap. 10.

E (β) Confirm. & inveſtit.] *Freherus in* Not. ad Pet. de Andlavv de Imper. Rom. lib. 2. cap. 2. *ad illa verba*; non vocatur, niſi cum vota *&c.* *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. *paſſim.*

(γ) Coſmas] *lib. 2. Chron. Bohem. anno 1067.* fol. 35. *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1065.

(δ) *Exempla vide in* cap. 4. *ſequenti.*

(ε) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 7. fol. 565. Sed in eo errans, quod hanc ſynodum ad tempora*
F *Friderici II. Imp. rejecerit.*

(*) Mire hic perſtringit Auctorem noſtrum Balbinus, cum *inveſtituras Epiſcoporum a Regibus ac Cæſaribus factas* probavit. Permiſſum id quidem aliquando Imperatoribus fatetur, ſed id jure ad eos pertinuiſſe, & fieri debere ac debuiſſe, indubitatam hæreſin continere cum Baronio ſentit; aliud eſſe *inveſtituram*, aliud *regalium acceptionem* &c. Plura, ſi cupis, legi poſſunt *lib. III. Miſcell. c. 22. §. 4.* & *Decad. I. lib. VI. part. 2. cap. 2.* Ex nimio religionis ſuæ amore hanc animadverſionem enatam eſſe Hiſtorico illi Bohemo, quis non videt. Lege innumera, hujus conſuetudinis inveſtiendi ſcil. Epiſcopos ab Imperatoribus & Regibus per annulum & baculum exempla apud intemeratæ fidei Scriptores, & mecum procul omni dubio ſenties, qui animum habes a præjudiciis liberum. Ipſe Goldaſtus tibi *cap. ſequenti* cumulum exemplorum ſuppeditabit vel ex ſolis Bohemicis monumentis. Plura Balbino opponerem niſi illud argumentum erudite & ſolide pertractaſſent Meibomius in diſſertatione *de Jure Inveſtituræ Epiſcopalis Imperatoribus Romanis a Pontificibus adempto*, ut & Schilterus *de Libertate Eccleſ. German. lib. II. c. 4. & lib. IV. c. 5.*

trus Patavinus, Bruno Brixinenſis, Conradus Fraxinenſis, Leo Reginoburgenſis, Amalricus Laventinus, Viennæ in Auſtria conveniunt, optimas leges ferunt &c. Et Heinricus Stero (α) Altahenſis, ex quo Aventinus mutuatus eſt: *Dominus Gwido Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, apud Wiennam Concilium celebravit, cui interfuerunt, Joannes Pragenſis, Petrus Patavienſis, Bruno Brixinenſis, Conradus Friſingenſis, Leo Ratiſponenſis, Amalricus Lavadinenſis Epiſcopi*, &c. A

567 7. Nec in Synodis tantum, ubi ſpiritualia negotia, ſed & in Comitiis Imperii generalibus, ubi ſæcularia tractabantur, jus ſeſſuræ & ſententiæ dicendæ, tamquam Principes & Status Imperii immediati, æquabili cum cæteris S. Imperii ἀμίσως Antiſtibus, ſine ulla Ducum aut Regum Bohemiæ contradictione, habebant. (β)

8. Et quia Principes erant Imperii, regaliaque ſua immediate ab Imperatoribus noſtris obtinebant, etiam onera Imperii ſuſtinere cogebantur, tam realia quam perſonalia, Imperatoresque in expeditionibus militaribus contra hoſtes Imperii, etiam extra Germaniam in Italiam & Galliam ſequi, & pro juribus Imperii vindicandis cum copiis ſuis ſubſidiariis comitari. (γ) B

9. Cauſſæ quoque eccleſiaſticæ tam in prima, quam ſecunda inſtantia, non per ſaltum Romam (δ) ad Curiam Apoſtolicam, ſed gradatim Moguntiam ad ſedem Metropoliticam devolvebantur. Quod teſtatur Dubravius (ε) & ipſe Epiſcopus Olomucenſis, ſcribens: *Meynardum* (Epiſcopum Pragenſem proditionis incuſatum) *Sobieslaus* [Dux Bohemiæ] *ad Archiepiſcopum Moguntinum, tanquam judicem ipſius legitimum, ire ad purgandum crimen objectum coëgit, ſubmiſſis ex Aula ſua accuſatoribus. Cauſa diligenter cum aliis tribus Præſulibus cognita, Moguntinus Meynardum abſolvit, commendatumque Sobieslao cathedræ ſuæ reſtituit.* Et Pontanus (ζ) Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ Pragenſis: *Hic* (Meynardus) *conjurationis inſimulatus a Duce mittitur ad Archiepiſcopum Moguntinum, tanquam legitimum judicem, pro cauſſa dicenda.* Hinc quum cauſſam vertentem inter Joannem Epiſcopum Olomucenſem, & Jaromirum Epiſcopum Pragenſem ad Romanam Curiam per ſaltum [*] evocaſſet Gregorius VII. Papa, oppoſuit ſe Sigefridus Archiepiſcopus Moguntinus, eamque cauſſam ad ſuum judicium in prima inſtantia pertinere contendit, ut patet ex Gregorii VII. Papæ Regiſtro. (η) C

10. Etiam coram Cæſare Epiſcoporum controverſias ventilatas legimus. Ita enim ſcribit Coſmas (ϑ) Pragenſis Epiſcopus: *In eodem Concilio* (id eſt Comitio Moguntino) *Pragenſis Præſul Jaromir ſcripta ſuæ antiquæ querimoniæ repræſentat de Moravienſi Epiſcopo ſupra memorato. Qui quamvis eodem anno jam ab hoc ſeculo migrarat, tamen* D
568 *valde præcavens in futurum prædictus Præſul per amicos pulſat aures Cæſaris, ne iterum in eodem loco alius ſubrogetur Epiſcopus. Replicat coram omnibus privilegium olim a S.*

(α) Stero] *in Annalib. anno 1267. Cuſpinianus* de Cæſaribus in Richardo. *Baronius in* Annal. eccleſiaſt.

(β) *Exempla produximus ſupra* lib. 4. cap. 3. & ſeq. *& infra* d. cap. 4.

(γ) *Diximus ſupra* lib. 2. cap. 14. & ſeq. *& infra* d. cap. 4.

(δ) Non per ſaltum Rom.] *Lancelottus* lib. 1. Inſtit. jur. Canon. tit. 5. §. Archiepiſcopi, in fin.

(ε) Dubravius] *lib. 11. Hiſtor. Bohem. fol. 86. Boregk in* Chron. Bohem. in Sobieslao Duce, fol. 140. in princ.

(ζ) Pontanus] *in Bohem. pia lib. 3. fol. 37.*

(η) Regiſtro] *Epiſt. 60. & ſeq. lib. 1. & refert Baronius* Annal. eccleſiaſt. tom. 11. anno 1073. num. 53. in fin.

(ϑ) Coſmas] *lib. 2. Chronic. Bohem. anno 1086. fol. 36. Dubravius in* Hiſt. Bohem. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1086. & anno 1092. *Boregk in* Chron. Bohem. in Uratislao Rege. *Decretum produximus in* Append. ſub anno 1086.

(*) „Goldaſti malus *in ſedem Apoſtolicam* animus nonnihil adparet, cum *Jaromiri Pragenſis* „ *Epiſcopi* cauſam ad Pontificem Romanum, præ- „ terito *Archiepiſcopo Moguntino, per ſaltum*, ut vo- „ cant, delatam reprehendit, citans in eam rem „ *Gregorii VII. Apoſtolicas literas.* Miſeret me tui „ Goldaſte! nam in iis literis apertiſſime *Mo-* „ E *guntinus Præſul* arguitur, quod eam cauſam ad „ ſuum judicium, poſtquam *Romam* delata fuiſ- „ ſet, revocare ſtatuiſſet. Balbin. *lib. III Miſcell.* „ *c. 22. §. 4. & Decad. I. lib. VI. part. 2. p. 28.* Malus, ni me omnia fallunt, potius Balbini in Goldaſtum animus hinc apparet, non enim *h. l.* Auctor noſter dicit, haud licuiſſe ad Papam deferre adpellationem, ſed non debere id fieri per ſaltum, obſervandum ordinem judiciorum, habere Moguntinum, ut Metropolitam Bohemiæ, primam inſtantiam. F Vid. Celeb. Ludevvigius *in Comment. ad Auream Bullam tit. 8. §. 1. p. 790.* Denique ut cognoſcas, quam ægre ferre ſoleant Pontifices Romani, ſi quiſquam Epiſcoporum Papa invito jura ſua vindicare velit, lege Gregorii Epiſtolam in *ſupplemento noſtro*

A *Adalberto Epiſcopo, ſuo anteceſſore, confirmatum tam a Papa Benedicto, quam a primo Ottone Imperatore. Ad cujus juſtam querimoniam Imperator* (Heinricus IV.) *motus precibus Ducis VVratiſlai, fratris ejuſdem Epiſcopi Jaromir, & conſilio Archiepiſcopi Moguntini Wezilonis, & aliorum bonorum, qui juſtitiæ favebant, novum antiquo fere ejuſdem tenoris addit privilegium, & ſigno Imperiali confirmat.*

11. Nec minus memorabile eſt, quod narrat Georgius Fabricius: (α) *Anno* DCCCCLXVI. *Otho II. cognomento Rufus, Aquiſgrani anno ætatis* XI. *in Regem ungitur ab Alberto Antiſtite Pragenſi.* Et idem Coſmas (β) Pragenſis Epiſcopus: *Huic* [Ottoni II.] *Imperatori Adalbertus Præſul Pragenſis adeo fuit familiaris & carus obſequiis, ut in Paſcha, quod tum celebravit Rex Aquiſgrani, in Palatio coram omnibus Epiſcopis hac eum* B *officii celſitudine ſublimaret, quo ſibi coronam imponeret, & majorem Miſſam celebraret, quod ſolum fas erat, ut Archiepiſcopus faceret.*

12. Hinc Epiſcopus Pragenſis, tamquam immediatus Imperii Princeps, (*) Regi Bohemiæ ſubjici detrectabat. Exemplum refert idem Coſmas [γ] de Jaromiro, qui & Gebhardus, Epiſcopo Pragenſi, Vratislai Regis fratre, inquiens: *Iſte* [Rex] *non vult fratrem ſibi habere parem*; *ille* (Epiſcopus) *non vult minor fratre haberi: iſte vult præeſſe, ille non vult ſubeſſe: iſte vult quaſi Rex dominari & præcellere, ille non vult juſſis ſuis obtemperare, ſed ſoli Imperatori profitetur ſuum ſervitium, a quo acceperat Epiſcopium*, &c.

13. Et hanc libertatem immediatumque in Imperio ſtatum conſtanter retinuerunt C uſque ad Friderici II. Imperatoris ætatem, a quo Primiſlaus Ottocarus Rex præpotens privilegium impetravit, Epiſcopos Pragenſem & Olomucenſem eximendi, & propria auctoritate inveſtiendi, ſalva tamen eorum libertate, (δ) id eſt dignitate Principis S. Imperii, & regalium jure omnimodo. Verba privilegii (ε) hæc ſunt: *Jus quoque & authoritatem inveſtiendi Epiſcopos Regni ſui integri aliter ſibi & heredibus ſuis concedimus, ita tamen, quod ipſi* (Epiſcopi) *ea gaudeant libertate & ſecuritate, quam a noſtris prædeceſſoribus habere conſueverunt.* Schifordegherus (ζ) idem privilegium ad Vratislavienſem quoque Epiſcopum extendit, affirmatque, Regibus Bohemiæ fuiſſe ab Imperatoribus conceſſum quaſi regale quoddam jus conſtituendi Epiſcopos, Abbates & Prælatos.

D 14. Regi tamen Bohemiæ Epiſcopi Pragenſis, Olomucenſis & Vratislavienſis, non præſtant homagium, [η] ſed fidelitatem.

15. Ex hac libertate, quam eis Imperator in hoc privilegio ſartam tectam eſſe voluit, Epiſcopi Bohemiæ, Moraviæ & Sileſiæ Concordatis (ϑ) Germanicæ nationis adhuc ſubjecti permanent, eorumque jure utuntur, fruuntur.

16. Ex

(α) Fabricius] *lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 966.*

(β) Coſmas] *lib. 1. Chronic. Bohem. anno 984.*

(γ) Coſmas] *lib. 2. Hiſtor. Bohemic. anno* E *1090.*

(δ) Salva eorum libertate] *Sane Germaniæ, Galliæ, Italiæ & Slavorum Epiſcopi olim a ſolo Impe-* 569 *ratore & Rege Romanorum inveſtiebantur, adeo ut poſt Friderici II. Imperatoris depoſitionem, jure Imperatorio civilibus bellis imminuto, omnibus Imperii bonis occupatis, Epiſcopatus tamen & exempta Abbatia in tutela & protectione Imperatorum & Regum Romanorum immediate permanſerint, ut* F *Diplomata docent Cæſarum, & obſervavit Bignonius in* Not. ad Marculphi Formul. lib. 1. cap. 24. *cujus ſententiam confirmant VValramus Epiſcopus Naumburgenſis in* tractat. de Inveſtit. Epiſcop. *Vincent. Cabotius* lib. 1. Diſput. jur. cap. 5. *Arnold. Engelbrecht in* Diſquiſit. de juriſdict. concluſ. 67. *Franc. Juretus in* Obſervat. ad Yvonis Epiſtol. *alii numeroſi.*

(ε) Verba privilegii] *quod refert Dubravius* lib. 15. Hiſtor. Bohem. fol. 121. *Pontanus in* Bohemia lib. 2. fol. 21. *Doct. Eyſen in* Deduct. Bohem. num. 16. & numer. 19. *& nos in* Append. ſub anno 1212.

(ζ) Schifordegh.] *in Diſput. forenſ. lib. 3. tract. 30. quæſt. 3. Beſoldus in* Diſſert. de Majeſtat. ſect. 2. cap. 2. num. 5.

(η) Homagium] cap. veniens, 15. de accuſation. lib. 6. *quod eſt decretum Innocentii III. Papæ relatum infra in* Append. *nimirum ex pacto Calixti Papæ & Heinrici V. Imperatoris; de quo videatur Juretus in* Obſervation. ad Yvonis epiſt. 60. & epiſt. 190. *Sirmundus in* Not. ad Goffridi Vindocin. lib. 1. epiſt. 7. *Baronius in* Annal. Eccleſiaſt.

(ϑ) Concordatis] *idem Schifordegherus in d.* tract. 30. quæſt. 7.

(*) Pluribus id demonſtrare conatur Balbinus *Decad. I. Miſcell. lib. VI. part. 2. c. 1.* Vide tamen, quæ & Goldaſto & Balbino oppoſuerit Giovanni *in Germania Principe lib. 1. p. 392. & ſeqq.*

16. Ex eadem libertate jus civitatis Germanicæ retinentes ſummorum officiorum ac A
dignitatum in Imperio ſemper fuere capaces & participes. Hinc Archiepiſcopus Pragenſis, Epiſcopi Olomucenſis, Vratislavienſis & Lithomislenſis, Præpoſitus Wiſchegradenſis, alii Prælati & Canonici in Bohemia, Moravia & Sileſia, S. Romani Imperii prima ac ſumma in Aula Cæſarea officia ſubinde adminiſtraſſe leguntur. Archiepiſcopus Pragenſis fuit Cancellarius Imperii per Germaniam ſub Wenceslao Cæſare: Olomucenſis Epiſcopus ſub eodem: Vratislavienſis Epiſcopus ſub Carolo IV. Imperatore: Luthomiſchlenſis Epiſcopus ſub eodem: Cæteri Protonotariorum & Secretariorum munia geſſerunt, ut ſupra (α) demonſtravimus.

17. An autem Imperator jus habeat precum primariarum (*) in eccleſiis Bohemiæ, Moraviæ, Sileſiæ & Luſatiæ, quæſitum eſt. Et multis videtur non habere, negantibus [β] id jus Imperatori competere, præterquam in eccleſiis immediate Imperio ſubjectis. Quæ queſtio cum ſit una ex dubiis in Imperio obortis, noſtrum non eſt eam diſceptare. B

(α) Supra] *lib. 3. cap. 1. ubi vide.* (**)

(β) Negantibus] *videantur Buxdorffius, Arumæus, & Rumelinus ad* Aur. Bull. tit. 5. *Paurmeiſter* lib. 1. de Juriſdict. Imper. cap. 4. num. 44. & ſeqq. *Cluten in* Syllog. rer. quotid. concluſ. 19. lit. b. *Nevius ad* Feud. lib. 2. tit 56. num. 319. *Neidlingerus in* Diſcurſ. de Juriſdict. Imper. cap. 17. lit.
570 c. *Einſidel* de Regalib. cap. 2. num. 332. *Johan. a Chokier Canonicus Leodienſ. in* Scholiis ad Pauli V Papæ Bullam de primariis precibus Imperatoris.

(*) Plura obſervavit hanc in rem Balbinus *Decad. I. Miſcell. lib. VI. part. 2. c. 1.*

(**) Negat id jus competere Imperatori Excell. Ludevvigius *de jure ſuffragii Reg. Bohem. cap. 2. §. 14. not. princ.* C

CAPUT IV.

Pragenſis Epiſcopus quando inſtitutus. Juriſdictio illi diœceſana a Johanne IX. Papa & Ottone I. Imper. conceſſa. Teuthones in Epiſcopos aſſumpti. Exemplis omnium ætatum demonſtratur, Epiſcopos Pragenſes ab Imperatoribus noſtris fuiſſe confirmatos & inveſtitos; & tum demum a Moguntino Archipræſule ordinatos & conſecratos. Archiepiſcopus Gneſnenſis in Polonia ab Ottone III. imp. confirmatus. Pragenſis non erat ſubjectus Regi, ſed ſoli Imperatori. Contra Imperatorem dominus feudi a vaſallo non juvandus. Diœceſis Pragenſis a Benedicto VIII. Papa & Ottone II. Imp. deſcripta eſt, & ſuis terminis definita. Epiſcopus Pragenſis in Comitiis & expeditionibus Imperii. Pragenſis Epiſcopatus a Carolo IV. Imper. Moguntinæ Metropoli detractus, & proprius Archiepiſcopatus factus eſt, ſubjectis ei Olomucenſi & Luthomiſchlenſi Epiſcopis. Numeratur pro ſeptimo Germaniæ Archiepiſcopatu. Eximitur a Rege Bohemiæ. Exempti dupliciter ſumuntur, paſſive & active, & de utrorumque conditione. Carolus IV. exemptos Epiſcopos Bambergenſem, Miſnenſem & Ratiſponenſem conabatur Archiepiſcopo Pragenſi ſubjicere. Privilegia Archiepiſcopo Pragenſi ab Imperatoribus confirmantur. Eſt Legatus natus. Canonici habent liberam electionem. Archiduces Auſtriæ ſunt pro nativis Bohemis cenſendi, & dignitatum eccleſiaſticarum capaces. D

PRimus autem Boleslaus II. cognomento Pius, Dux Bohemiæ & Moraviæ, facultatem inſtituendi proprium Epiſcopum ab Johanne IX. [*] Papa & Ottone I. E
Imperat. [α] impetravit, anno Chriſti nati DCCCCLXVII. qui Metropolitano Moguntino ſubjectus, regalia ab Imperatore conſecrationem acciperet ab Archiepiſcopo Moguntino. Teſtatur id Hagecius in Chron. Bohem. ſcribens: *Anno* DCCCCLXVI. *in Quadrageſima mittitur ſolennis legatio a Boleslao Duce & univerſo Bohemorum clero ad Ottonem Imperatorem, ut Majeſtatem ejus, nomine Ducis & totius populi, ſupplicent pro*

(α) Ottone I. Imp. &c.] *hec ita eſſe, confirmant Renat. Choppinus* lib. 1. de Sacra polit. tit. 3. num. 8. in fin. *Gobelinus Perſona in* Coſmodrom. ætat. 6. cap. 50. *Pontanus a Brauenbach in* Bohem. pia lib. 3. fol. 35. *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 5. *VVigul. Hund. in* Metropol. Salisburg. in Ratiſponenſ. Epiſcop. cap 13. fol. 62.

(*) Legendum hic ſine dubio: *Johanne XIII* ille enim non Johannes IX. hoc tempore ſedi Apoſtolicæ præfuit. F

A *cent pro licentia Epiſcopi conſtituendi, & ut Majeſtas ejus velit conſentire, ut Pragæ fiat* 571
reſidentia Epiſcopalis. Quo voto Boleslaus potitus, elegit Dithmarum genere Saxonem.
Quam rem Coſmas (α) Pragenſis Epiſcopus ita narrat: *Ut Duci placuit, favorabili ac-
clamatione ab omnibus in Epiſcopum eligitur Dithmarus, & ad Imperatorem Chriſtianiſ-
ſimum Ottonem, filium Henrici Imperatoris, ex parte Ducis, & totius cleri atque plebis,
cum his tranſmittitur literis: O glorioſiſſime Imperator, & Chriſtianæ religionis maxime
cultor, ſuſcipe noſtras clemens & totius cleri atque populi preces, & hunc virum per
omnia probatum, nomine Diethmarum, quem nobis in paſtorem eligimus, veſtra ſanctiſſi-
ma collaudatione ac juſſione ut ordinetur in Epiſcopum, ſupplicıter exoramus. Tunc Im-
perator, conſilio Ducum & Principum, ſed præcipue Præſulum, conſulens ſaluti & no-*
B *vitati Chriſtianæ plebis, juſſit Moguntinum Archiepiſcopum, qui tunc præerat Curti* (id
eſt Cancellarius erat Curiæ ſive Aulæ Imperialis) *ut eum ordinaret in Epiſcopum.* Et
Dubravius (β) Olomucenſis Epiſcopus: *Johannes IX. Romanus Pontifex, nominandi
Pragæ Præſulis Boleslao poteſtatem faciebat. Atque eis Dethmarum quendam e Saxonia
oriundum, de ſententia omnium Sacerdotum, primum in Bohemia Antiſtitem nominavit,
curæque habuit, ut ſolenniter & more aliorum in Germania Pontificum a Moguntino
Præſule, tanquam ſuo Metropolite, inaugararetur, utque regalia ab Ottone Cæſare acci-
peret.*

2. Anno DCCCCLXX. ſcribit idem Coſmas (γ) de confirmatione Adalberti electi Pra-
genſium Epiſcopi: *Ad Imperatorem II. Sclavonica manus Boemiæ cum electo pergit E-*
C *piſcopo, ferens ex parte Ducis legationem, & totius Cleri atque populi petitionem, quo Im-
periali nutu eorum communem confirmaret electionem. Igitur Sereniſſimus Imperator de-
ſcendens eorum dignæ petitioni, dat ei annulum & paſtoralem virgam: & cujus Suffra-
ganeus erat, Willigiſus Moguntinus Archipræſul, qui ibi forte aderat, juſſu Imperatoris
conſecrat eum in Epiſcopum nomine Adalbertum.* Et Dubravius: (δ) *Accidit, ut Deth-
marus Pragenſis Pontifex vita decederet, continuo Boleslaus Adelbertum Pontificem
magno Collegii Sacerdotum aſſenſu declarat, ac non multo poſt Veronam ad Othonem Cæſa-
rem ire jubet, regalia jura petiturum.*

3. Anno DCCCCLXXXIX. Adelberto Epiſcopo Prágenſi in Italiam tranſeunte, fertur 572
Boleslaus Dux Bohemiæ fratrem ſuum Sotrachaquem (ε) ſive Strachtwaſium, Stratiqua-
D tem, ſeu Strachyquatem [tot enim modis variari hoc nomen notavimus] ei in Epiſco-
patu ſubſtituiſſe, & Moguntiam ut conſecraretur, miſiſſe. Dubravius (ζ) *Alberto Præ-
ſule Romæ abſente, erupit tandem Strachyquatis* (*) *deſiderium potiundi Epiſcopatus
Pragenſis, non audente Boleslao votis ejus refragari, ne honori fratris invidere videre-
tur. Datis itaque literis tum ad Othonem Cæſarem, tum ad Præſulem Moguntinum, in-
augurari illum poſtulat.*

4. Anno DCCCCXCVII. ſcribit Coſmas (η) *Dux Boleslaus legatos ſuos dirigit ad Impe-
ratorem III. Ottonem, ut Boëmenſi Eccleſiæ Sponſum meritis dignum daret,* &c. *Mox
Cæſar Auguſtus, & omnis Regiæ Aulæ Senatus, in Regali Curia Capellanum nomine Theg-
dadum* (alii Deodatum) *genere de Saxonia, lingua proferre imbutum Sclavonica, in
Pontifi-*

E (α) Coſmas] *lib. 1. Chron. Bohem. fol. 14.*
(β) Dubravius] *lib. 16. Hiſtor. Bohem. in princ. Boregk in* Chron. Bohem. fol. 56. & ſeq. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 967.
(γ) Coſmas] *d. lib. 1. Chronic. Bohem. anno 969. Anonymus, ſive idem Coſmas in* Vita S. Adelberti Epiſcopi Pragenſ. cap. 7. *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 969. *Anb. Miraus in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 6.
(δ) Dubravius] *d. lib. 6. fol. 39. Boregk in* Chronic. Bohem. in Boleslao II. Duce, fol. 57.
F *Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 15. & fol. 20.
(ε) Sotrachaquem] *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 988. & anno 989. *Calviſius in* Chronolog: anno 989. *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 16. *Miraus* d. cap. 6.

(ζ) Dubravius] *lib. 6. Hiſtor. Bohem. fol. 40. Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 15.
(η) Coſmas] *d. lib. 1. anno 997. Dubravius* d. lib. 6. *Hagecius* part. 1. anno 997. *Boregk in* Boleslao II. Duce, fol. 61. *Pontanus in* Bohem. pia, lib. 3. fol. 37. *Calviſius* anno 997. *Errat Gobelinus, dum ſcribit, tunc ab Ottone III. Imper. Pragenſem Epiſcopatum fuiſſe inſtitutum.*
(*) Idem etiam narrat Auctor vitæ ſecundæ S. Adalberti, aliique, ſed Balbinus *lib. II. Epit. Rer. Bohem. c. 6.* in dubium vocat, quod his longe antiquiores id plane taceant, nec etiam veroſimile ſit Archi-Epiſcopum Moguntinum fore conſecraturum novum Epiſcopum vivente adhuc Adalberto.

Pontificem Pragenſis Eccleſiæ eligit, & collaudat, & mittens ad Moguntinum Archiepi- A
ſcopum, quo eum celeriter in Epiſcopum conſecraret, mandat.

5. Aventinus [α] de Ottone III. Imper. narrat: *Gaudentium fratrem D. Alberti Bojemis Archimyſtam deſignat.* Ubi Nicol. Ciſnerus annotat: *Gaudentius Bojemorum Archiepiſcopus.* Sed errat. (*) Sancto Alberto namque in Epiſcopatu Pragenſi ſucceſſor a Cæſare datus fuit Deodatus: Gaudentius autem a Polonis electus, ab eodem Ottone III. Imper. in Archiepiſcopatu Gneſnenſi confirmatus & inveſtitus: qui frater S. Alberti fuit, non carnalis, ſed ſpiritualis, (**) fidiſſimus itinerum ac perpetuus comes. Electus autem in Archiepiſcopum Gneſnenſem (β) anno Chriſti DCCCCXCIX. Ex quo patet, etiam Poloniæ Archiepiſcopum, & Epiſcopos confirmationem, inveſtituram & regalia ſua ab Imperatoribus noſtris petere ſolitos fuiſſe. B

6. Anno MXVIII. Helichardus electus Pragenſis regalia ab Heinrico II. Imperatore, conſecrationem a Moguntino accepit. (γ)

7. Anno MXXIV. Yſo Præſul electus immediate, quia Cæſar non erat, (δ) a Moguntino confirmatus & conſecratus eſt. Fabricius (ε) tamen eum a S. Heinrico II. confirmatum fuiſſe contendit anno MXXIII.

8. Anno MXLII. ſcribit Dubravius: [ζ] *Cæſar* (Heinricus III. Imperator Pragam obſidione cingens) *denunciat Severo Pontifici Pragenſi, cui paulo ante regalia obtulit, ut fidei nuper præſtitæ memor, ad ſe ex urbe in caſtra veniat. Venit ille Bretislai* (Ducis Bohemiæ obſeſſi) *permiſſu, ſeque ad Cæſarem incuſantem, quod arma cum hoſte Imperii conſociaſſet, vi & neceſſitate excuſat.* Æn. Sylvius: (η) *Severus tunc Epiſcopatum urbis* C *gerebat, jurejurando Imperatori obnoxius, ex cujus indulto, Pontificali ſedi* (in Bohemia & Moravia) *præerat. Is noctu cum pluribus ad Henricum confugit, obtinendæque urbis* (Pragæ) *viam oſtendit.* Coſmas Pragenſis: (θ) *Ut pervenit* (Imperator) *ad urbem Pragam, Præſul Severus Cæſaris ad caſtra clam noctu fugit ab urbe, timens, ne quaſi Domino ſuo* (Imperatori) *rebellis, privaretur Sedis honore Pontificalis.* Unde conſtat, Epiſcopum Pragenſem & Olomucenſem fuiſſe immediatum S. Imperii Principem, licet Rex Bohemiæ, ceu fundator, Advocatiam utriuſque Epiſcopatus haberet. Deinde & illud heic notetur, quod, ſi Imperator Regem quempiam, Electorem, aut Principem rebellem bello petat, ut ad obſequium redigatur, eo caſu vaſallus & ſubjectus illius Regis, Electoris aut Principis, teneantur relicto ſuo domino, pro Cæſaris partibus, (ι) D

 veluti

(α) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 5. fol. 401.*

(β) In Archiepiſc. Gneſnenſ.] *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 999. fol. 119. *Boregk in* Chronic. Bohem. in Boleslao II. fol. 60.

(γ) *Pontanus in* Bohem. pia lib. 3. fol. 37. *Hagecius in* anno 1018. fol. 134. *Boregk in* Udalrico Duce, fol. 71.

(δ) Quia Cæſar non erat] *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1024. *Boregk in* Udalrico Duce fol. 75. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 3. anno 1065. fol. 37.

(ε) Fabricius] *lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 1023.*

(ζ) Dubrav.] *lib. 7. Hiſt. Bohem. fol. 53. Boregk in* Chron. Bohem. in Bretislao Duce fol. 82.

(η) Sylvius] *in Hiſt. Bohem. cap. 19.*

(θ) Coſmas] *lib. 2. Chron. Bohem. anno 1042. Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1042.

(*) Non hic error ſolum Aventino tribuendus, ſiquidem jam eum errarunt Lambertus Schafnaburgenſis & Annales Hildesheimenſes, aliique. Celeb. Pagius *in Critica Baroniana ad an. 999. §. 5.* conjicit ſciolum quendam ſcientem Pragenſes non minus, quam Gneſnenſes ſe corpus S. Adalberti habere gloriari, locum illum depravaſſe, & in gratiam Bohemorum pro *Gneſna* ſubſtituiſſe *Pragam*, ut non tam Lamberto, qui Seculo ſequenti ex vivis deceſſit, & Annalibus Hildesheimenſibus hic error, quam librario ſit adſcribendus. Quicquid ſit, certiora nos ex Ditmaro & Chronographo Magdeburgenſi MS. novimus, qui clariſſimis verbis narrant hunc Archi-Epiſcopatum ab Ottone III. Gneſnæ, non Pragæ excitatum, eique præfectum Radimo 5. ut alii Radzino (ita enim Slavice vocabatur) Gaudentium Archi-Epi- E ſcopum.

(**) Carnalem, ut ita dicam, non ſpiritualem ſolum Adalberti fratrem fuiſſe Gaudentium, & quidem uterinum, contra Goldaſtum defendit Balbinus *lib. II. Epit. Rer. Bohem. c. 13. & lib. III. Miſcell. cap. 22. §. 4.* quod mihi etiam veroſimillimum videtur, ſiquidem in Vita S. Adalberti de hoc Gaudentio ſæpius dicitur, quod fuerit *carne & ſpiritu duplex germanus* Adalberti.

(ι) Pro Cæſaris partibus] *contra enim Imperatorem dominus feudi a vaſallo non juvandus*, c. 1. F de nova form. fidel. cap. Imperialem, §. ult. de prohib. feud. alien. per Frid. c. 1. §. 1. hic finit lex &c. *& hoc uno ore omnes tradere interpretes, aſſerit Hartman. Piſtoris* Quæſtion. juris lib. 2. q. 47. n. 32. & ſeq. *ubi addit, ſi quis domino ſuo adverſus Impera-*

A veluti ſuperioris & potioris domini, ſtare, eidemque contra inferiorem illum Regem, Electorem aut principem pro viribus adſiſtere. In omni enim juramento homagii, fidelitatis, clientelæ, aut alterius cujuſcumque obligationis, ſemper Deus & Imperator excepti intelliguntur, aut ſubintelligi debent.

9 Anno MLXVIII. ſcribit Æn. Sylvius: (α) *Conradus & Otho* (Marchiones Moraviæ *Vratislaum* (fratrem Regem Bohemiæ) *precibus fatigant, Jaromiro fratri ut eccleſiam Bohemiæ ab Imperatore impetret. Annuit Vratislaus, neque Imperator adverſatus eſt. Jaromirus mutato nomine Gebhardus appellatur. Qui mox Moraviam non minus ſibi, quam ſuo anteceſſori debitam dicit, ingreſſusque Moraviam, Johannem Epiſcopum, a Severo Epiſcopo, qui Bohemiam, Moraviamque Sacerdotio tenuerat, in Moravorum* B *eccleſia ſubſtitutum, qui cedere nollet*, &c. Coſmas (β) Epiſcopus Pragenſis: *Dux Wratislaus mittit Comites Severum, Alexium, Marquardum Theuthonicum, cum fratre ſuo Jaromiro jam electo Epiſcopo Pragenſi, ad Imperatorem Henricum III. qui venientes adeunt Cæſarem in urbe Moguntina, tractantem cum Epiſcopis & Principibus Imperialia negocia, & offerentes electum ſuum, rogant ex parte Ducis & totius populi, quo ſua authoritate dignetur eorum electionem confirmare. Quorum petitioni Cæſar annuens, dat ei annulum & paſtoralem virgam, & in proximo die Dominico a Præſule Moguntino, mutato nomine Gebehardus ordinatus eſt in Epiſcopum.* Dubravius (γ) Epiſcopus Olomucenſis: *Jaromirius poſtquam eſt Pontifex Pragenſis nominatus, id ſtatim egit, curavitque, ut inauguraretur & confirmaretur. Utrumque horum Henricus Cæſar ejus nominis* C *Tertius, Pontifice Romano contempto, violenter ſibi uſurpavit. Moguntiæ eo tempore Cæſar erat, cum ſe Jaromirius ab illo confirmari, ſuamque dignitatem Pontificiam conſummari oraret. Quo impetrato, dat ille inaugurandi negocium Moguntino Præſuli, qui mutato nomine Gerardum pro Jaromiro nuncupavit, remiſitque inauguratum Pragam ad oves ſuas paſcendas.* Anton. Bonfinius Hungariæ & Bohemiæ Regis Hiſtoriographus: *Jaromirum natu minorem ſacris initiavit, & Henrici Imperatoris auctoritate, Pragenſem Pontificem creavit, qui deinde poſt initum Pontificatum Gebhardus dictus eſt.*

10. Anno MLXXXVI. refert Aventinus (δ) ex Decretis comitiorum Moguntinenſium: *Pragenſis ditio, ſicut ab Ottone II. & Benedicto VIII. Pontifice Maximo, conſenſu D. Wolfgangi Regınoburgenſis Epiſcopi, inſtituta fuerat, certis limitibus deſcribitur: in quibus Cracovia quoque comprehendi reperitur. Clemens Papa atque Heinricus Auguſtus diploma dede-* D *runt.* Georgius Fabricius: (ε) *Gebhardus quoque Regis frater, Bohemicarum & Moravienſium Eccleſiarum Antiſtes tum conſtituitur, ſecundum decretum Benedicti VIII. Pontificis* 578 *& Othonis II. Imperatoris.* Et hæc ſunt comitia, in quibus Vratislaus Dux, priſco Regno Moraviæ in Bohemiam translato, & Gebhardus Epiſcopatui (ζ) ejuſdem Regni inveſtiti leguntur.

11. Anno MXCI. ſcribit Coſmas (η) Pragenſis Epiſcopus de ſe ipſo: *Rege Wratislao*

Imperatorem auxilia præſtiterit, eo ipſo feudum amittit, & ad Imperatorem devolvi. Nam quum hoc in caſu ſit ipſo jure liberatus a jurejurando, E *quod domino feudi præſtiterat; Afflictus ad* tit. Feud. de nova form. fidel. n. 33. *& ſic nulla ſuperſit cauſſa, quam ob cauſſam contra Imperatorem arma ſumat, non dubium eſt, quin crimen læſa majeſtatis incurrat, qui auſus fuerit Imperatori cum domino ſive feudali ſive territoriali rebellare; Hartman. Piſtoris* ibid. *Andreas Kobl in* tract. de Servit. feudal. part. 3. num. 33. *quum vaſalli & ſubditi magis obligati ſubjectique cenſeantur Imperatori, quam proprio & immediato domino; Af-* F *flictus* Deciſion. 265. n. 10. *Molinæus* tit. 1. §. 1. gloſſ. 6. n. 12. *Quin immo vaſallum & ſubditum, qui contra Imperatorem ſervire detrectat, laudandum eſſe & præmio afficiendum, ſentit Ardizon in* tract. de Feudis cap. 69. circa fin. *& Roſenthal* cap. 8. concluſ. 15. in gloſſ. lit. d.

(α) Sylvius] *in Hiſt. Bohem. cap. 21.*

(β) Coſmas] *lib. 2. Chron. Bohem. anno 1067. fol. 35. Hagecius in* Chron. Bohem. part. 1. anno 1066. fol. 167.

(γ) Dubrav.] *lib. 8. Hiſt. Bohem. fol. 61. in fin. Boregk in* Chron. Bohem. in Uratislao Rege fol. 95. *WVolfgang. Emerichus in* Chronic. Bambergenſ. fol. 63. *& ex eo Abraham. Hofmannus in* Pompa Regii ingreſſ. in ſuperior. Luſatiam, in præfat. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 3. anno 1065. fol. 37.

(δ) Aventinus] *Annal. Bojor. lib. 7. fol. 465. Diploma refert Coſmas* d. lib. 2. anno *1085. & producitur infra in* Append. ſub anno 1086.

(ε) Fabricius] *lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 1085.*

(ζ) Gebhard. Epiſcopatu] *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1086. *Boregk in* Chronic. Bohem. fol. 99.

(η) Coſmas] *lib. 2. Chron. Bohem. anno 1091. Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1092. & ſeq. *Boregk in* Conrado I. Duce. *Notentur autem verba Cæſaris in fine poſita:* Quod feci, feci, *&c. monen-*

lao diſponente Coſmas electus eſt ad Pragenſem Eccleſiam & Andreas ſimiliter ad Olomucenſem. A *Scilicet per conductum Palatini Comitis Rapotæ veniunt Mantovam, & præſentantur Imperatori Tertio Henrico Auguſto, inchoante anno Domini* MXCII. *mediante prædicto comite Rapota, ſedens in Palatio Mantuano, Epiſcoporum atque Comitum ordine non modice ex utroque latere collocato, & electis jam prædictis Epiſcopis poſitis in medio, Cæſar dixit: Hos fratres ad nos miſit noſter fidelis amicus Wratislaus Rex Boëmorum; ut ſecundum canonicam & Apoſtolicam inſtitutionem, noſtra authoritate eorum confirmemus electionem, quam ſine veſtro conſenſu noluimus facere diffinitionem. Et Præſul Monaſterienſis* (lege *Moguntinenſis*) *ſurgit, & appodians ſe menſæ, in qua baculi, annuli Epiſcopales, atque reliquiæ Sanctorum erant poſitæ, ait: Periculoſum eſt valde a paucis deſtrui, quod multorum ſanctione confirmatum eſt. Multi enim interfuimus Epiſcopi,* B *multi & Principes Imperii Romani, atque Apoſtolicæ ſedis interfuere legati, quando veſtro privilegio confirmaſtis, ut uterque Epiſcopatus, Pragenſis ſimul & Moravienſis, ſicut fuit ab initio, ita unus & integer permanet. Ad hæc Cæſar ait: ſine modo, ut quod meus amicus rogat, faciam: de his autem poſtea, tempore in ſuo, diſcutiam. Et ſtatim deſponſat eos annulis ad ſingulas eccleſias, dans eis paſtorales virgas. His ita peractis juſſi ſunt ambo Epiſcopi redire Veronam, & expectare ibi, donec patratis Regalibus negociis Palatinus Comes Rapota iterum reduceret eos ſecum in patriam. Interea ſiniſter rumor noſtras diverberat aures, Regem VVratislaum migraſſe ad Chriſtum & ejus fratrem Conradum ſucceſſiſſe in Principatu. Qui ſtatim curſorem mittit ad Imperatorem, & promittens ei pecuniam rogat caſſari electionem Epiſcoporum. Sed Cæſar magis conſulens juſtitiæ,* C *quam iniquitatis conſentiens pecuniæ, quod feci, inquit, feci, nec poſſum meum mutare factum,* &c.

12. Anno MXCIV. pergit idem Coſmas: (α) *Adhuc Imperatore III. Heinrico ultra montes in Longobardia tractante, indicta eſt generalis Synodus ab univerſis Epiſcopis & Principibus Romani Imperii infra mediam Quadrageſimam in urbe Moguntina. Ad quam Dux Bretislaus tranſmittit electos Coſmam & Andream Epiſcopos, committens eos & tradens per manus Palatino Comiti Rapotæ, rogans ut eos offerat Moguntino Epiſcopo ordinandos. Quo pro eis interveniente, & coram Archiepiſcopo & univerſali Synodo teſtimonium perhibente, quod olim per Imperatorem in urbe Mantova corrobarata ſit eorum electio omnibus ſuffraganeis collaudantibus, ordinati ſunt Coſmas & Andreas Epiſcopi* D *ab Archiepiſcopo Moguntino, nomine Ruthardo.*

13. Anno MXCVIII. Hermannus electus Pragenſis Epiſcopus Ratiſponæ (β) ab Heinrico IV. Imperatore confirmatur & ſolenniter inveſtitur. Coſmæ Epiſcopi Continuator: (γ) *Eodem anno Imperator III. Henricus celebravit Paſcha Ratisbonæ, juſſus eſt Dux Bretislaum cum electo Epiſcopo Pragenſi illuc venire.* Et mox ſubjicit: *Cujus* (Bretislai Ducis) *ad primam petitionem Cæſar confirmat Boëmorum electionem, dans Hermanno annulum & virgam Epiſcopalem.*

14. Anno MC. refert idem Coſmæ continuator: (δ) *Dux Bretislaus habens compertum, quod Imperator in urbe Moguntina Paſcha celebrare vellet, optimum ratus fore, ut illuc*

te Baldo in Conſil. 327. n. 4. vol. 1. *ubi aſſerit, Prin-*
576 *cipi maxime convenire illud verbum*: Semel locutus eſt Deus: *& iterum*, Quod ſcripſi, ſcripſi. *& quod idcirco Princeps debeat habere unum calamum, & unam linguam, & non plures, quia ſcriptum ſit*: Quæ proceſſerunt de labiis meis, non faciam irrita: *& quod ideo debeat eſſe immobilis, ſicut lapis angularis, & ſicut polus in cælo. Baldum ſequitur Boſſius in* tit. de Princip. n. 18. verſ. tamen in Principem, & num. 19. *Menochius* Conſil. 1. n. 226. vol. 1. & Conſil. 350. n. 26. vol. 4. *Surdus* Deciſ. 234. n. 16. *Rodolfinus in* tract. de Abſolut. Princip. poteſt. cap. 6. n. 185. & ſeq. *Adeo ut rem judicatam ne quidem ex cauſſa mutare debeat poſtea reperta: Paris de Puteo in* tract. de Syndicat. §. pœna, verſ. juxta, *Freherus* lib. 3. de Infam. cap. 7. in fin. *Anton. Faber in* Cod. lib. 9. tit. 24. def. 8. *Beſoldus in* Diſſert. de Majeſt. ſect. 3. cap. 4. E
n. 2.

(α) Coſmas] *lib. 3. Chron. Boh. anno 1094. Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1094. *Dubravius* Hiſt. Bohem. lib. 7. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 3. fol. 37. *Boregk in* Bretislao Duce.

(β) Ratiſponæ] *Pontanus in* Bohem. pia lib. 3. fol. 73. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1098. *Dubravius in* Hiſt. Boh. lib. 7. *Boregk in* Chron. Boh. in Uratislao Duce fol. 110.

(γ) Coſmæ continuator] *d. lib. 3. anno 1099.* F
Obiit autem Coſmas anno 1097.

(δ) Continuator] *d. lib. 3. anno 1100. Pontanus* 577
in Boh. pia lib. 3. fol. 37. *Hagecius in* Chron. Boh. anno 1100. *Dubravius* d. lib. 7. *Boregk in* Borivojo Duce.

A *illuc ſuum electum Hermannum mitteret, qui & munera ſua Cæſari deferret, & quam expectabat a Magiſtro ſuo benedictionem acciperet, & committens eum VVigberto* [Comiti Groitzenſi] *qui ſimiliter debuit intereſſe Cæſaris Palatio, rogat ut in omni ſuo faveret negocio. Sed quoniam Archipræſul Ruthardus morabatur in Saxonia, jubente Imperatore, & collaudantibus omnibus ſuffraganeis Moguntinæ Eccleſiæ a Cardinali Ruperto Clementis Papæ Apocriſario ordinatus eſt Hermannus Epiſcopus.*

15. Anno MCXXIV. Meynardus natione Theutonicus Electus Pragenſis Epiſcopus, ab Heinrico V. Imp. de more confirmationem Bambergæ obtinuit. (α)

16. Anno MCXXXV. Johannes electus ad Cæſarem Lotharium II. additis commendatitiis literis tam Principis Boemiæ, quam ſpiritualium & ſecularium, Heidelbergam B profectus, confirmationem Cæſaream per baculum & annulum, & a Moguntino benedictionem obtinuit. (β)

17. Anno MCXL. Otto electus confirmatione Cæſarea Conradi III. Imperatoris, & benedictione Moguntini Metropolitæ, Præſulatum accepit. (γ)

18. Anno MCXLVIII. Daniel (δ) electus confirmatione ejuſdem Cæſaris, & conſecratione Moguntini Archipræſulis, Antiſtes creatus eſt. De quo Pontanus ſcribit: *Qui Friderico Cæſari* (Conradi ſucceſſori) *in componendis arduis diſſidiis tam in Urbe* (Roma) *quam in Lombardia Conſiliarius & comes ſagaciſſimus.*

19. Evocatus enim a Cæſare Friderico I. Imp. tamquam Princeps Imperii, in expeditionem Romanam ſive Italicam, eum cum copiis ſuis ſecutus in Italia obiit anno C MCLXVII. (ε)

20. Anno MCLXXIX. Valentinus Epiſcopus ab eodem Friderico I. Imp. confirmatur & inveſtitur. (ζ)

21. Anno MCLXXXII. Heinricus II. ſuffragio ejuſdem Friderici Imperatoris Pontifex Pragenſis declaratus, Ratiſponæ ab eodem per annulum & baculum inveſtitur in comitiis, collatis ei more ſolito regalibus. (η)

22. Anno MCCIX. comitiis ab Ottone IV. Imperatore Herbipoli in Franconia, & dein Auguſtæ Vindelicorum celebratis interfuit Daniel II. Epiſcopus Pragenſis, Cæſaremque in expeditione Romana in Italiam eſt ſecutus. (θ)

23. Anno MCCCXLVI. Epiſcopatus uterque tam Pragenſis quam Olomucenſis, a Mo- 578
D guntina Metropoli fuerunt avulſi, & in Metropolin Bohemicam a Carolo IV. Imperat. inſtitutam cum novo Epiſcopo Luthomiſchlenſi tranſcripti. Teſtatur id Choppinus, (ι) Conſultus Gallus præcellentiſſimus, ita ſcribens: *Haud dubium eſt, Moraviæ Bohemiæque Epiſcopos, qui a ſuffragiis erant Moguntino Archipræſuli, a Clemente VI. translatos in novam tum Pragæ metropolim, annuente non modo Carolo IV. Cæſare, ſed hoc etiam ipſum demiſiſſimis precibus a Romano Pontifice flagitante.* Cauſſa hujus translationis [κ] refertur odium Caroli IV. in Moguntinum Archiepiſcopum Heinricum Virneburgium electioni

(α) *Pontanus in* Boh. pia d. lib. 3. fol. 37. *Hagecius* anno 1023. *Dubravius* lib. 11. *Boregk in* Uladislao I. Duce.

E (β) *Pontanus* d. lib. 3. fol. 37. *Hagecius in* anno 1135. *Dubravius* d. lib. 11. *Boregk in* Sobieslao Duce.

(γ) *Pontanus* d. lib. 3. fol. 37. *Hagecius in* anno 1140. *Dubravius* lib. 12. *Boregk in* Uladislao II. Duce.

(δ) Daniel] *Pontanus* d. lib. 3. fol. 37. *Hagecius in* anno 1148. *Boregk* ibid.

(ε) *Gevvoldus ad* Chronic. Reicherſperg. anno 1167.

(ζ) *Hagecius in* Chron. Boh. part. 1. anno 1179. *Boregk in* Uladislao Rege.

(η) *Dubravius* lib. 14. Hiſt. Bohem. *Hagecius in* anno 1182. *Pontanus* d. lib. 3. fol. 37. *Boregk* ibidem.

(θ) *Krantzius* lib. 7. Saxon. cap. 30. *Spangenberg.* in Chron. Saxon. cap. 245. anno 1209. *Georg. Fabricius* lib. 2. Rer. memorabil. Saxon. univerſ. anno 1209.

(ι) Choppinus] *lib. 2. de Sacra polit. tit. 4. num. 16. in princ.*

(κ) Cauſſa translationis] *idem Choppinus* lib. 1. tit. 7. num. 25. *Cuſpinianus* de Cæſarib. in Ludovico Bavaro fol. 438. *Buxdorffius* ad Aur. Bull. concluſ. 41. lit. c.

electioni ſuæ refragantem. Ingerit id Albertus [α] Argentinenſis, aſſerens: *Carolus* A
Marchio Moraviæ in Curia (Papali Avenione) *exiſtens, in odium Henrici Moguntini,*
Pragenſem Epiſcopum, ſubditum Moguntinenſi promoveri in Archiepiſcopum procuravit,
& alios Epiſcopatus in Bohemia ſibi ſubjici, & a Moguntinenſis Eccleſiæ aitione abſolvi,
& eidem Pragenſi jus coronandi Regem Bohemiæ, quod antea habuit Moguntinus, conce-
di, jurans, idioma Bohemicum a Germanico diſtinctum. De quo poſtea arg[...]us [...] in-
itus Rex Bohemiæ pater ejus, Principibus Imperij, quod ſine ſcitu ejus factum eſſ[...], jura-
vit. Theodoricus de Nihem (β) Epiſcopus Verdenſis de Carolo IV. conquerens: *Et-*
iam in ſpiritualibus, inquit, *Epiſcopos tunc Boëmiæ & Moraviæ, Suffraganeos olim Mo-*
guntinenſis Metropolis, abinde per Clementem VI. Papam obtinuit ſeparari, & exinde
provinciam in ſuo patrimonio fieri ſingularem, & jus coronandi Regem Boemiæ, quod per B
prius ad Archiepiſcopum Moguntinenſem ſpectare conſuevit, in novum tunc Archiepiſco-
pum Pragenſem, ſuoſque ſucceſſores transferri curavit. (*)

24. Atque ita Archiepiſcopus Pragenſis, Epiſcopi Olomucenſis & Vratislavienſis,
a Rege Bohemiæ exempti, (γ) deſiverunt quidem habere Statum in Imperio immedia-
tum; ex privilegio tamen Friderici II. & ejuſdem Caroli IV. Impp. priſtinam libertatem
retinentes, jus civitatis Germanicæ non amiſerunt. Æn. Sylvius: [δ] *Septimus Germa-*
nicæ nationis Archiepiſcopus inter Bohemos Pragenſis eſt: qui cum eſſet olim Suffraganeus
Archiepiſcopi Moguntini, inſtante Carolo Imperatore, Sigiſmundi fratre, a diœceſi Mogun-
tina ad jus Metropoliticum ſublimatus eſt. Sed hic, nutante Regno, & perfidam Huſſitarum
hæreſim admittente, ad inopiam deductus jam pluribus annis paſtore caret.

25. Et quoniam Ordines iſti, qui ab alio ſeſe eximi patiuntur, videntur minimam C
579 quandam capitis diminutionem ſuſtinere, quæ fit, ut Imp. Juſtinianus (ε) definit, quum
civitas retinetur & libertas, ſed ſtatus hominis commutatur; quod accidit his, qui cum
ſui juris fuerint, cœperunt alieno juri ſubjecti eſſe; Imp. Carolus IV. Auguſtus omnem
lapidem movere inſtitit, ut ſuo exempto Archiepiſcopo priſtinam in Imperio dignita-
tem conſervaret, adeo ut primarios eoſdemque exemptos (ζ) in Germania Epiſcopos
Bbb eidem

(α) Albertus] *in Chron. anno 1346.*

(β) Nihem] *in Nemor. Union. tract. 6. Labyrinth. cap. 33. fol. 485.*

(γ) Exempti] *exemtionem heic intellige paſſive pro ſubjectione, ut paſſim in* Receſſibus Imperii.

(δ) Sylvius] *in Hiſt. Bohem. cap. 60.*

(ε) Juſtinianus] *in §.* minima, 3. Inſtit. de cap. deminut. *& ibi Eguinar. Baro in* commcot. *Adde* l. ult. D. de capit minut. *Ulpianum in* Regul. tit. 11.

(ζ) Eoſdemque exemptos] *exemptionem heic intellige active, qua ſeſe nonnulli Epiſcopi, Abbates, Præpoſiti, ab omni jugo Archiepiſcopalis vel Epiſcopalis juriſdictionis exemerunt & liberarunt, in eccleſiaſticis ſolum Papam, in temporalibus ſolum Imperatorem, immediate recognoſcentes, quales ſunt tres iſti Epiſcopi, Bambergenſis, Ratiſponenſis & Miſnenſis, qui jura Metropolitica in ſuis diœceſib. exercent. Qualis præterea eſt Uratislavienſis in Sileſia, Varmienſis in Boruſſia, &c. qui ſedi Romanæ immediate ſunt ſubjecti. Joh. VVolfius* Lection. memorabil. tom. 2. *Joh. Gerhardus* Locor. Theolog. tom. 6. de Miniſter. eccleſiaſt. cap. 5. n. 247. *Tales etiam ſunt Abbates, Fuldenſis, Campidunenſis, Sangallenſis, Cluniacenſis, Ciſtercienſis, &c. Hinc natus eorum ſtylus, ut ſeſe* Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia *præſcribere conſueverint. Græcis eleganter dicuntur αὐτοκέφαλοι, ut docet Meurſius in* Gloſſar. mixobarb.

(*) Cur Pragenſis Epiſcopatus cum aliis in Bohemia & Moravia juri Moguntino ſubtractus fuerit, non unum omnes ſentiunt. Varias hanc in rem conjecturas in medium protulit Goldaſtus *lib. III. cap. 11. §. 10.* ubi certiſſimam hujus alienationis cauſam eſſe diximus odium Johannis Regis
Bohemiæ & Caroli ejus filii in Henricum Archi- D
Epiſcopum Moguntinum, qui Ludovico Bavaro, egregio illi jurium Imperialium contra Papam vindici, adhærebat, ſtrenueque reſiſtebat Carolo Imperium affectanti. Hinc & iram Præſulis Romani & Regis Bohemiæ in ſe maxime derivabat, qui, ut ægre facerent huic Archi-Epiſcopo, omnibus modis allaborabant. Sic Benedictus XII. Papa Epiſcopum Pragenſem ſolvebat ab omni obſequio, quod Moguntino debebat anno 1341. quem Schiſmati-
cum pronuntiat; paulo poſt idem ille Pontifex E
Ernesto Pragenſium Antiſtiti concedit *facultatem coronandi* Carolum Marchionem Moraviæ in Regem Bohemiæ, quod a multis ſeculis juris fuerat Moguntini. cujus *juriſdictionem per proceſſus Apoſtolicos ſuſpenſam eſſe* dicebat. Mortuo Benedicto hanc iram deſerbuiſſe credebat Henricus Virneburgius, ſed fruſtranea hæc ſpes fuit, reviviſcit enim illa in Clemente VI. qui urgentibus Johanne & Carolo Bohemis, tandem anno 1343. feralem &
Moguntinis maxime noxiam tulit ſententiam, Pra- F
genſem Eccleſiam impoſterum debere eſſe Metropolitanam, & liberam ab omni juriſdictione Archipræſulum Moguntinorum. Acta in hanc rem publica ex Balbino dedimus in noſtro ſupplemento. Ergo origo Archi-Epiſcopatus Pragenſis referenda eſt ad annum 1343. non 1346. ut Goldaſtus aliique volunt.

A eidem ſubdere allaboraret. Quod teſtatur Georg. Fabricius (α) hiſce verbis: *Impetrat ab Urbano Pontifice Carolus IV. Imperator, ut Antiſtiti Pragenſi, tanquam Legato Apoſtolico, ſubjicerentur Ratiſponenſis, Bavenbergius & Miſnenſis, Præſules,* [*] *ſed pro ſua quiſque parte, ne fieret, propugnavit fortiter. Cumque poſt biennium moreretur Carolus, libertatem eorum priſtinam amplius nemo mutare cogitavit.*

26. Quin ipſimet Archiepiſcopi Pragenſes ſedulo ſemper ſategerunt, ut ſua ſibi antiqua privilegia ab Imperatoribus & Regibus Romanorum quondam conceſſa, ſalva & illibata confirmarentur. Et exſtant confirmationes ex plenitudine poteſtatis Imperialis a Carolo IV. (β) anno MCCCLII. & Sigiſmundo (γ) Impp. anno MCCCCXXXVIII. factæ & conceſſæ.

B 27. Nec in politicis tantum Archiepiſcopus Pragenſis ſuæ dignitati caveri voluit, ſed & in eccleſiaſticis. Unde privilegio a Sede Apoſtolica obtinuit, ut ſit *Legatus natus*, (δ) habeatque juriſdictionem in exemptos. (ε)

28. Canonici tamen electionem ſui Archiepiſcopi (ζ) retinent liberrimam, illis a Carolo IV. Imp. conceſſam, & Sigiſmundo (η) confirmatam, ſed nationi Bohemorum adſtrictam, ut nec Rex poſſit illis Archiepiſcopum obtrudere, niſi volentibus & conſentientibus, nec ipſi alienigenam eligere. Regia tamen Archiducum (ϑ) Auſtriæ familia non debet nec poteſt pro extranea in Bohemia, Moravia & Sileſia reputari, quin ſint capaces omnium dignitatum tam politicarum quam eccleſiaſticarum, ceu nati Bohemi, & hereditarii Principes Bohemiæ, Marchiones Moraviæ, & Magni Duces Sileſiæ &c.

C (α) Fabricius] *lib. 2. Annal. urbis Miſnæ anno 1375.*

(β) Carolo IV.] *apud Pontanum in* Bohem. pia lib. 5. fol. 62.

(γ) Sigiſmundo] *apud eundem* d. lib. 5. fol. 68. & lib. 6. fol. 92.

(δ) Legatus natus] *Baldus* Conſil. 337. *quod incipit*, Archiepiſcopus Pragenſis, lib. 4. *Cardin. Tuſchus in* Practic. concluſion. verb. Pragenſis, *Georg. Fabricius* d. lib. 2. Annal. Miſnenſ. anno 1375.
D *Germanice dicitur Erblegat, id eſt* Legatus perpetuus. *Præſens Archiepiſcopus Pragenſis Illuſtriſſimus Johannes Lobelius, nuper etiam nactus eſt di-*
580 *gnitatem Cardinalitiam,* (**) *quæ rara aliquamdiu*
** *avo in Germania fuit; & habet etiam nunc univerſa Natio Germanica tres tantum Cardinales, Pragenſem in Bohemia, Olomucenſem in Moravia, & Viennenſem in Auſtria. Nam Oſnabrugenſis in Weſtphalia non ita pridem dignitatem illam cum optimo & prudentiſſimo ſuo Epiſcopo, Cardi-*
E *nali Zollerano, pariter amiſit.*

(ε) In Exemptos] *Baldus & Tuſchus* ibidem. *Vetus quidam Jurisconſultus in eam mentem ſcribit:* Legati nativi ſunt, qui ſuarum provinciarum prætextu legatione funguntur, ut Archiepiſcopus Cantuarienſis, de quo in c. 1. de offic. & tales ſunt quatuor, ſcilicet Archiepiſcopus Eboracenſis, Cantuarienſis, Remenſis & Piſanus, ut notatur; in allegato c. 1. eod. tit. lib. 6. *Et poſtea ſubjungit* Legatus generalis poteſt cognoſcere per ſimplicem
F querelam, & per appellationem, de cauſis ſubditorum Suffraganeorum ſuorum, ut notatur in gloſſ. cauſæ illorum, c. 1. eod tit. *Hæc auctor ille in* Vocabulario juris, *quod ſub Imp. Sigiſmundo inſtituit & compoſuit, in verb.* Legatus. *Videndus Raphael Cyllenius Academicus Venetus in* lib. de Legato Pontificio, *Carolus Paſchalius in* Legato. *idem Tuſchus in* Practic. concluſion. verb. Legatus, *Ariſmenus Tipatus in* Compend. variar. ſentent. jur. *Porro etiam Archiepiſcopus Salisburgenſis eſt Legatus natus in Germania, eoque nomine ſibi prærogativam arrogat contra Primatum Magdeburgenſem; de qua tamen adhuc ſub judice Imperatore lis pendens eſt. An autem habeat juriſdictionem in exemptos, puta Epiſcopum Ratiſponenſem, Viennenſem, &c. quæſitum memini. Quid de conſuetudine obſervetur, in facto conſiſtit. jure ipſo quin habeat, non ſinit nos dubitare Alexander III. Papa in* c. 1. Ext. de offic. legat. *ubi Joan. Andreæ in* gloſſ. *Pet. de Anchorano* ad tit. de offic. Leg. lib. 6. *Frerotius in* Paratitl. *Quo jure ſolent etiam Epiſcopi nonnulli juriſdictionem Diœceſanam in Abbatias exemptas ſibi arrogare, ut Trevirenſis in Prumiam, Paderbornenſis in Corbejam, &c. Eſt denique Archiepiſcopus Strigonienſis Legatus natus in Hungaria.*

(ζ) Electionem ſui Arch.] *Choppinus* lib. 1. de Sacra polit. tit. 2. num. 12. & lib. 1. Monaſticωr tit. 1. num. 14.

(η) A Sigiſmundo] *diploma refert Hagecius in* Chron Bohem. part. 2. anno 1436. fol. 230. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 5.

(ϑ) Regia tamen Archiducum] *Schifordegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 30. q. 12. in fin.

(*) Pluribus id explicat Balbinus *Decad. I. Miſcell. Bohem. lib. VI. c. 1.* nec non Giovanni *in Germania Principe lib. I. p. 391.*

(**) Lohelium unquam fuiſſe Cardinalem negat, pernegat Balbinus *lib. III. Miſcellan. cap. 22. §. 4.*

CAPUT

581 # CAPUT V. A

Moraviæ Epiſcopatus a Vratiſlao Rege reſtauratus Olomucii. Unitus cum Pragenſi ab Heinrico IV. Imperatore. Diſtractus rurſum ab eodem Rege cum Imperatoris conſenſu. Olomucenſis Epiſcopus ab Imperatoribus confirmari & inveſtiri de regalibus, & a Moguntino Archiepiſcopo ordinari, conſecrarique ſolebat. Idem Epiſcopus jus ſeſſuræ & ſententiæ habuit in Comitiis Imperii. Expeditionem Romanam præſtare tenebatur. Carolus IV. Imper. a Moguntina metropoli avulſit, & Pragenſi ſubjecit, ſalva tamen libertate ab Imperatoribus conceſſa. Olomucenſis Epiſcopus geſſit Vicecancellariatum Imperii. Eſt in Senatu Principum Imperij. Eſt juris Germanici adhuc hodie, & Concordatis ſubjectus. Canonici habent liberam electionem. Epiſcopus eſt exemptus.

PLeraque ad Epiſcopatum Moraviæ ſeu Olomucenſem ſpectantia in anteceſſis capitibus deduximus. Quæ reliqua ſunt, paucis expediemus. Et poſt Methodii (α) quidem abitum, Moravia, deſtructo Regno & dilacerato, nullum proprium Epiſcopum habuit, nunc Patavienſi, nunc Salisburgenſi, nunc Reginoburgenſi, nunc Pragenſi Epiſcopo in ſpiritualibus ſubjecta, donec anno MLXIII. Vratiſlaus Rex Bohemiæ, diviſis Bohemiæ & Moraviæ Epiſcopatibus, (β) quos aliquandiu Pragenſis Epiſcopus unitos tenuerat, Johannem ſuum Capellanum Olomutii (γ) in Moravia conſtituit Epiſcopum, miſitque Moguntiam, ut a Sigefrido Archiepiſcopo ordinaretur. B

2. Sed non multis poſt annis Gebhardus Pragenſis Epiſcopus, Vratiſlai Regis germanus, Moraviæ Epiſcopatum revindicavit, & defuncto Johanne, cum Pragenſi iterum conjunxit & univit, anno MLXXXVI. Dubravius (δ) Epiſcopus Olomucenſis: *Ibidem* (in Comitiis Moguntinis) *Henricus Imperator in Gerardum quoque, fratrem Vratiſlai Regis, beneficium egit, Pontificatum Olomucenſem Joanne Epiſcopo, tunc mortuo, cum Pragenſi denuo conjungens, illumque Gerardo conferens.* C

3. Rurſum anno MXC. idem Vratiſlavius Rex, fratris Epiſcopi odio, qui noſcens potentiam ſuam, ſuperbiam captabat, Olomucenſem Epiſcopatum a Pragenſi diviſit, (ε) interque duos Epiſcopos ad faſtum infringendum diſtribuit. Dubravius: *Vratiſlaus Rex indignatione motus Venceslaum Viſſegradenſem Præpoſitum, æmulum fratri comparat, qui illum de Pontificatu Olomucenſi ſubmoveat. Gerardus Epiſcopus viribus ad reſi-*

(α) Methodii] *exſtat Eugenii II. Papæ Bulla ad Methodium Speculojulienſem ſeu Soriguturenſem in Moravia ulteriore ſeu inferiore Pannonia Epiſcopum ſub Moymaro Moravorum Duce, & Ludovico Pio Imperatore, de anno 825. qui videtur* (*) *alius eſſe a Methodio, Cyrilli fratre, Velegradenſi Archiepiſcopo, qui a Metropolitica Lauriacenſis ſeu Pataavienſis Eccleſiæ juriſdictione Moraviam & conjunctas Pannonicas provincias eximens, quatuor novos Suffraganeos ſibi ſubjectos ſub Suantebogio ſeu Zuentibaldo Moravorum Rege, & Arnulpho Imperatore, inſtituit, ut Summorum Pontificum Bullæ in Appendice relatæ oſtendunt. Fit quidem ante Methodium mentio VVichingi Epiſcopi ſub Zuentibaldo Rege, ſed qui non in Moravia, verum Dacia ſeu Mæſia Moravorum Regno ſubjecta epiſcopatur, ut ex epiſtola Bavariæ Epiſcoporum ad Joannem IX. Papam ſub anno 911.* (**) *colligitur, Moravia ipſa Pataavienſi Epiſcopo, ad quem antiquitus ſpectabat, jure integro relicta. Videatur tamen de ſucceſſoribus Methodii Auguſtinus Præpoſitus Brunnenſis in* Catalog. Epiſcoporum Olomucenſ. *Pontanus in* Bohem. pia. & *Mireus in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 8.

582 (β) Diviſis Epiſcopatibus] *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem cap. 2. *Hagecius in* Chronic. Bohem. anno 106.. part. 1. *Mireus* d. cap. 8. D

(γ) Olomutii] *quæ & Julimons, ut ſcribit Lud. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polon. circa fin. & *Speculum Julii, & Soriguturæ, in* d. Epiſt. *Eugenii II. Papæ relata in* Append. anno 825.

(δ) Dubravius] *lib. 9. Hiſtor. Bohem. circa princ. Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 19 anno 1086. *Hagecius in* Chron. Bohem anno 1086. fol. 180. *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 22.

(ε) Diviſit] *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1092. fol. 191. E

(*) Non videtur alius ab Illyrico eſſe Methodius Græcus, ſed certe eſt, ut ſupra obſervavimus. Hic Metropolita Moraviæ creatus non habuit ſub ſe quatuor, ſed ſeptem Epiſcopos, ut teſtatur Chriſtannus in Vita S. Wenceslai apud Balbin. *lib. I. Epit. Rer. Bohem. cap. 10.*

(**) Forte error eſt typographi in anno, nam ad hæc tempora non pervenit Johannes IX. Papa, qui obiit anno 900 ut ſine dubio hic annus ſit ſubſtituendus; nolui tamen quicquam immutare, ſed potius monere lectorem, mihi videri hic ſubeſſe errorem. F

A *reſiſtendum fratri ſe imparem agnoſcebat, & ad Cæſarem iter præcluſum erat, quoniam Lotharius* [Heinricus V.] *Imperator omnia jura libertatesque Pontificias* (id eſt Epiſcopales) *Roman. Pontifici reſtituerat.* Coſmas Pragenſis: [α] *Hac neceſſitate ſimul & ambitione* (ſcil. Gebhardi Epiſcopi fratris) *compulſus, non ratione, ſed ſola dominatione, iterum ſubinthronizat Capellanum ſuum Wecilonem in territorio Moravienſi Epiſcopum. Quo in pacto palam fecit notabile, non ſolum ſe ſpreviſſe, quod ipſe coram Imperatore & ejus Epiſcopis collaudaverat, ut unus foret uterque Epiſcopatus, verum etiam Papæ Clementis violaſſe privilegium, quo ejuſdem terminos Epiſcopii corroboraverat.*

4. Anno MXCII. Andreas electus Moraviæ Epiſcopus Mantuæ [β] in Italia ab Heinrico IV. Imperatore ſolenniter per annulum & baculum de regalibus inveſtitur; & Mo-
B guntiæ (γ) a Richardo Archiepiſcopo Moguntino ſuper Pontificalibus conſecratur.

5. Anno MCXLII. in Decembri celebravit Conradus III. Imperator Comitia Principum Imperii Ratisbonæ: ad quæ vocatus Heinricus Olomucenſis Epiſcopus comparuir, decretisque ſubſcripſit, ut Cæſaris diplomata, (δ) quæ adhuc ſuperſunt, videntur indicare. 583

6. Anno MCCIX. Comitiis ab Ottone IV. Imperatore Herbipoli indictis, & porro Auguſtæ frequentatis, interfuit Epiſcopus Olomucenſis, Cæſaremque cum ſuis copiis in expeditionem Romanam ſecutus eſt. (ε)

7. Anno MCCL. circiter creatus eſt Olomucii Epiſcopus Bruno (ζ) Comes Holſatiæ & Schawenburgiæ. Qui anno MCCL. a Wilhelmo Romanorum Rege excitus in
C expeditionem Boruſſicam (η) contra infideles Lituanos, eo cum Rege Ottocaro profectus, Brunſpergæ Boruſſiæ oppido ab ſe condito nomen indidit. Hic ſedem Epiſcopalem Olomucio transtulit Cremſirium, (θ) ubi in hodiernum uſque diem fixa conſiſtit.

8. Anno MCCCXLVI. (*) fuit Epiſcopatus Moraviæ Olomucenſis a Metropoli Moguntina abſtractus, & novæ Metropoli Pragenſi ſubjectus, a Carolo IV. Imperatore, & Clemente VI. Papa. (ι)

9. Et licet a Rege Bohemiæ in regalibus, ab Archiepiſcopo Pragenſi in Pontificalibus eximeretur, libertatem tamen ſuam in Imperio ſartam tectam retinuit. Unde Johannes Epiſcopus Olomucenſis, Patriarcha Antiochenus, S. Rom. Imperii Vicecancel-
D lariatum geſſit in comitatu Wenceslai Cæſaris, ut ex diplomatum [κ] apparet ſubſcriptionibus.

10. Quin etiam poſt iſtam exemptionem, Conradus de Zwolda Epiſcopus Olomucenſis videtur jus ſeſſuræ ac ſententiæ dicendæ in Senatu Principum Imperii retinuiſſe. Namque in ſubſcriptione Decretorum Imperialium ſub Sigiſmundo Imper. Baſileæ anno MCCCCXXXIV. publicatarum legitur idem Epiſcopus rebus S. Imperii maximis & ſumme neceſſa-

(α) Coſmas] *lib. 2. Chronic. Bohem. anno 1090.*

(β) Mantuæ] *idem Coſmas* d. lib. 2. anno 1091. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1092.

E (γ) Moguntiæ] *Auguſtinus Præpoſitus Brunnenſis in* Catalog. Epiſcopor. Olomucenſ. anno 1091. *Sed Coſmas & Hagecius habent* anno 1094.

(δ) Diplomata] *in Chronic. Reichersperg enſ.* anno 1142 fol. 175.

(ε) *Krantzius* lib. 7. Saxon. cap. 30. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 244. anno 1209.

(ζ) Bruno] *Spangenberg. in* Chronic. Schavvenburg. lib. 1. cap. 26. *Fallitur enim doctiſſimus Miraus, dum putat ab eo Comitatum Schaumburgen-*
F *ſem, quem ille perperam vocat* Schonbergenſem, *fuiſſe Eccleſiæ Olomucenſi adjectum*, de Reb. Bohemic. cap. 8.

(η) Expedit. Boruſſic.] *Cromerus* Rer. Polonic. lib. 9. *Bzovius* Annal. eccleſiaſt. tom. 13. anno 1255. n. 10. *Spangenberg.* ibid.

(θ) Cremſitium] *quod ipſe Bruno Epiſcopus in formam oppidi transformavit; Dubravius* lib. 10. Hiſtor. Bohem. fol. 78. *Miraus* d. cap. 8.

(ι) *Choppinus* lib. 1. de Sacra polit. tit. 4. num. 16. in princ. & lib. 1. tit. 7. num 25.

(κ) Diplomatum] *in Privilegio VVenceslai Cæſaris, quo Reſpublica Bremenſis jura Regalia confirmantur & renovantur ſub dato* Pragæ anno 1396.

(*) Quæ *ad §. 23. cap. IV.* de anno ſeparationis Epiſcopatus Pragenſis a juriſdictione Moguntina monuimus, ea & hic uſui eſſe poſſunt, referendam ſcil. originem hujus Præſulatus potius ad annum 1343.

neceſſariis tractandis cum paribus Imperii Principibus interfuiſſe, & Decreto de jure A
Principum [α] ſubſignaſſe.

11. Hinc Epiſcopatus Moraviæ conſtanter adhuc in Germania (β) reponi a peritis ſolet, & juris Germanici (γ) eſſe ab ipſo jure aſſeveratur.

12. Canonici quoque liberam ſuorum Epiſcoporum retinent electionem: & concordatis fruuntur nationis Germanicæ. (δ)

13. Eſſe denique Olomucenſis in Moravia Epiſcopus exemptus, [ε] & immediate ſub Papa Romano conſiſtere nunc perhibetur. Quod jus mihi videtur Epiſcopus Olomucenſis poſt vaſtatum ab Huſſitis, collapſum & jacentem Archiepiſcopatum Pragenſem conſecutus eſſe: qui demum a Ferdinando I. [ζ] Imperatore & Bohemiæ Rege reſtauratus eſt. B

584 (α) Decreto de jure Princip.] *vom Fürſtenrecht, apud Freherum in* tract. *vom Fürſtenrecht, fol.15. & fol.65. item in Reichs Satzungen* part. 2. anno 1434. fol. 102.

(β) In Germania] *Æneas Sylvius in* German. cap. 12. & ſeq. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23.

(γ) Juris Germanici] *in* Provinciali Romanæ Eccleſiæ, *in* Taxa Eccleſ. Romanæ, *in* Decretis Conciliorum Conſtantienſis, Baſilienſis, & Tridentini.

(δ) *Choppinus* lib. 1. de Sacra polit. tit. 2. num. 12. & lib. 1. Monaſticῶν, tit. 1. num. 14. *Schiferdegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 30. q. 7.

(ε) Exemptus] *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23. *Joh. Gerhardus* Locor. theologic. tom. 6. de Miniſter. Eccleſiaſt. cap. 5. num. 247.

(ζ) Ferdinando] *Pontanus in* Bohem. pia lib 3. *Mirans in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 7. fol. 57.

CAPUT VI. C

Epiſcopatus Vratislavienſis a Caſimiro Rege Poloniæ inſtitutus, ab Imperatore Heinrico IV. Pragenſi diœceſi, ut & Cracovienſis, ſubjectus. Juris eſt Germanici, & Concordatis ſubjacet. Rex Bohemiæ eſt patronus, habetque jus præſentandi & nominandi. Epiſcopatus Vratislavienſis an pateat aliis, quam ſolis Sileſiis? Epiſcopus geſſit Cancellariatum Imperii per Germaniam. Olim ſuberat Archiepiſcopo Gneſnenſi, hodie eſt exemptus.

CAſimirus Rex Poloniæ ſedem & Collegium Epiſcopi Sileſiæ, quod prius Smogroviæ, & poſtea Bicinæ [alii habent Ricinæ] fuerat, tranſtulit Vratislaviam, [α] illudque pluribus reditibus dotavit, anno Chriſti nati MLII. *Caruit tum*, inquit Dubravius, [β] *Pontifice Vratislavia, idque ſolum ei ad cæteram* D *urbis magnificentiam defuerat. Ut igitur de Pontifice quoque gloriari poſſet, Caſimirus de ſententia ſuorum Præſulum ſedem Ricinenſem tranſtulit Vratislaviam, juſſitque ibi Hieronymum non amplius Ricinenſis, ſed deinceps Vratislavienſis Pontificis titulo præſidere.*

2. Sed quia hæc translatio, inconſulto Imperatore, ad cujus ſupremæ majeſtatis jura ſeu reſervata ſpectat Epiſcopatuum tam inſtitutio, quam translatio, a Caſimiro Rege facta fuerat, Heinricus IV. Imperator eam in Comitiis Moguntinis anno MLXXXVI.

(α) Tranſtulit Uratislaviam] *circa annum Domini 1058. Dugloſſus in* Hiſtor. Polon. *Cromerus* Rer. Polonic. lib. 3. in Miecislao I. Duce. *Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 2. cap. 14. in fi-
585 ne. *Herburtus* lib. 2. Hiſtor. Polon. cap. 1. *Curæus in* Annal. Sileſ. *Munſterus* Coſmograph. lib. 3. *Henelius in* Breslograph. cap. 5. *Schiferdegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 30. q. 12. *Mirans in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 9. *Neugebaur* lib. 3. Hiſtor. Polon. fol. 51.

(β) Dubravius] *lib. 7. Hiſtor. Bohem. fol. 53. Boregk in* Chronic. Bohem. in Bretislao Duce, verſ. *Damit aber dieſelbe*, fol. 83. E

Digitized by

A actis irritam pronunciavit, Sileſia cum diſtrictu Cracovienſi [α] in diœceſin Pragenſem tranſcripta, ut habet Diploma Cæſaris [β] revindicatorium, in quo hæc verba leguntur: *Inde ad Orientem hos fluvios habet* [Parochia Pragenſis] *terminos, Buo ſcilicet & Ztir, cum Krakowa civitate, provinciaque, cui Wag nomen eſt, cum omnibus regionibus ad prædictam urbem pertinentibus, quæ Krakowa eſt. Inde Ungarorum limitibus additis uſque ad montes. quibus nomen eſt Triti, dilatata procedit.* Quo in loco pro *Tritri*, legendum eſt *Tatri*. Sunt enim montes illi Sarmatici, quibus olim Germania, quum Vandali Suevi Poloniam haberent, a Sarmatia; hodie Polonia ab Hungaria diſterminatur, ut initio libri primi diximus.

3. Eſt autem Vratiſlavienſis Epiſcopatus in Germania ſitus, & juris Germanici pa-
B rochia ſeu provincia diœceſana. Taxa Eccleſiæ Romanæ: *Vratiſlavienſis in Germania.* Æneas Sylvius, [γ] *In finibus Germaniæ poſita Sarmatiam verſus.* Et alibi (δ) de Sileſia: *Caput gentis Vratiſlavia eſt, ampliſſima civitas ad ripam Oderæ* [*fluvius inter amnes Germaniæ late cognitus*] *ſita. Cujus Epiſcopatum majores noſtri aureum vocavere, Huſſitarum bella luteum reddidere.*

4. Hinc Concordatis nationis Germanicæ ſubjacet, eorundemque privilegio utitur fruiturque. (ε)

5. *Rex Bohemiæ*, inquit Schiffordegherus (ζ) Jureconſultus Vratiſlavienſis, *habet jus præſentationis & nominationis, tanquam fundator & patronus, in eligendo Epiſcopo Vratiſlavienſi, ita ut ſine Regis conſenſu nullus in Epiſcopum eligi poſſit, nec electus promo-*
C *veri.* Affirmatque idem auctor, id jus Regi Bohemiæ fuiſſe ab Imperatoribus conceſſum.

6. Habent tamen Sileſii hoc privilegium, ne alienigena (η) poſſit aut a Rege obtrudi, aut a Canonicis eligi, niſi ſit natus Sileſius. Et putat Schifordegherus, Carolum Archiducem Auſtriæ, licet extraneum, tamen jure & reſpectu proximitatis & conſanguinitatis, quo Regem Bohemiæ contingit, eſſe ad Epiſcopatum promotum & admiſſum. Sed dic Schifordeghere, quo pacto poſſit pro extraneo reputari Ducalis Sileſiæ proles? nonne Ferdinandus I. fuit Rex Bohemiæ, & Dux Sileſiæ? an non Carolus erat ejus nepos legitimus? & ita heres Sileſiæ juſtus, juxta Johannis Regis diplomata (ϑ) a te ipſo prolata?

D 7. Nec tamen novum eſt aut inſolens, ut Teuthonici (ι) promoveantur & aſſumantur tam in ipſum Epiſcopatum Vratiſlavienſem, quam in ejus Canonicatus, & alios

(α) Sileſia cum Cracovienſ.] *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 7. fol. 465.

(β) Diploma Cæſar.] *refert Coſmas Pragenſ. in* Chronic. Bohem. lib. 2. anno 1085. fol. 17. *& nos in* Append. ſub anno eod.

(γ) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 15. & cap. 62.*

(δ) Et alibi] *in Commentar. de Europa ſtat. ſub*
E *Frederico III. Imp. cap. 18.*

(ε) *Choppinus* lib. 1. de Sacra polit. tit. 2. *Schifordegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 30. quæſt. 7.

(ζ) Schifordegh.] *in* d. tractat. 30. quæſt. 3. *Etiam Abbatia ac Monaſteria in Bohemia, Moravia & Sileſia in patrimonio Regis ſunt; Henelius in* Sileſiograph. cap. 6. fol. 66. *Beſoldus in* Diſ-
586 ſertat. de Majeſtat. ſect. 2. c. 2. num. 5. *nec non in Po-*
F *lonia; Herburtus in* Statut. Regni Polon. *§.* Abbates, *idem Beſoldus* d. ſect. 2. cap. 3. num. 4. *in Anglia; Richardus Harsis in* Concord. Anglican. *Johan. Seldenus in* Jano Anglor. lib. 1. num. 39.

(η) Ne alienigena] *ne quidem Bohemus aut Moravus*, (*) *ſicuti nec Sileſius admittitur ad Archiepiſcopatum Pragenſem, Qua de re diſſerit Schifordegherus in* d. tractat. 30. quæſtion. 12.

(ϑ) Diplomata] *d tract. 30 quæſt. 11.*

(ι) Teuthonici] *quos recenſet Bucholtzerus in* Iſagog. Chronolog. *paſſim. Auguſt. Brunnius in* libello Synopt. *Schifordegherus* d. quæſt. 12. *Henelius in* Breslograph.

(*) „Maximas nugas hic agere Goldaſtum, & affirmare, quæ hodiernis moribus maxime re-„ pugnant, vult Balbinus *lib. III. Miſcell. cap. 22.* „ *§. 4.* dum videlicet tradit: Bohemos & Mora-„ vos non admitti ad *VVratiſlavienſes infulas*, nec „ tamen inſolitum eſſe, ut Teutonici promovean-„ tur; Iniquum certe foret in *Provincia Coronæ* „ *Bohemiæ* annexa ſolos extraneos admittere, do-„ meſticos excludere. Contrarium potius exem-„ pla docere, nempe *Bohemorum* aliquot *VVratiſla-*„ *viæ* Epiſcopatum geſſiſſe, ut *Jodocus de Roſis*, a-„ liuque. Præterea Schickfuſius in Annal. Sileſiæ „ tradit: *poſtulatum* ab Ordinibus omnibus & *Sileſiæ Principibus*, ne illa dignitas ulli, niſi in *Corona Bohemiæ* genitis i. e. *Sileſiis, Bohemis ac*„ *Moravis* conferatur. Vid. *tranſactio Colovratiana apud Nicol. Henelium.* „

lios Sileſiæ perſonatus eccleſiaſticos. Et nuper adeo Regis Poloniæ ac Sueciæ filius ſecundo genitus, ratione Reginæ matris Archiduciſſæ Auſtriæ, in Epiſcopum fuit a Cæſare avunculo commendatus, & a Canonicis electus. A

8. Sic Epiſcopus Sileſius viciſſim in Germania ad dignitates Imperii primarias aſſumptus fuiſſe in rerum geſtarum monumentis legitur. Et vidi diploma Caroli IV. (α) Imperatoris de anno MCCCLII. in quo talis eſt ſubſcriptio: *Pragæ, per manus Venerabilis Preczlai Wratislavienſis Epiſcopi, Aulæ Regiæ noſtræ Cancellarij, vice Venerabilis Gerlaci Moguntini Archiepiſcopi, S. Imperij per Germaniam Archicancellarij.*

9. Olim Epiſcopus Vratislavienſis ſuberat Metropoli Gneſnenſi (β) in Polonia: hodie eſt exemptus (γ) & immediate ſub Papa. Sedem autem Epiſcopalem habet Niſſæ in Sileſia. B

(α) Diploma Caroli IV.] *quod refert Pontanus in* Bohem. pia lib. 5. fol. 62.

(β) Gneſnenſi] *Tancredus in* Provincial. *Aubert. Miraus in* Notit. Epiſcopatuum orbis Chriſtian. *& in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 1.

(γ) Exemptus] *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23. *Eum tamen adhuc Gneſnenſi Metropolita ſubeſſe, contendit Cromerus* lib. 3. Rer. Polon. fol. 38. col. 1.

578

CAPUT VII.

Luthomislenſis Epiſcopatus a Carolo IV. Imperatore & Bohemiæ Rege inſtitutus. Suffraganeus eſt Archiepiſcopi Pragenſis. Ejus ditio temporalis. Johannes Epiſcopus S. Rom. Imperii Cancellarius ſub Carolo IV. Imp. Exſtinctus ab Huſſitis ſub Sigiſmundo Imperatore. Præpoſitus VViſchegradenſis a quo & quando inſtitutus. Eſt exemptus & Princeps Regni. Ab iiſdem Huſſitis deſtructus & abolitus. C

DE Epiſcopatu Luthomislenſi in Bohemia nihil habeo magnopere quod referam, niſi quod ex Monaſterio [α] Præmonſtratenſi fuerit a Carolo IV. Imperatore & Bohemiæ Rege in Epiſcopatum erectus, & Archiepiſcopo Pragenſi Suffraganeus factus, anno Domini MCCCXLIV. confirmatus anno MCCCXLVIII.

2. In Bulla Clementis VI. Papæ apud Hagecium (β) decernitur in hunc modum, interprete Sandelio: *Das dorff Leutmiſchl aber, dieweil es ein vortrefflicher ort in dem Biſchoffthumb Prag iſt, thun wir, von wegen Gottes lob und ehr, zu einer ſtatt ordnen. Deſsgleichen wœllen wir auch die Kirche des Kloſters, in gemelter neuen ſtatt Leutemiſchl, welche des Præmonſtratenſer Ordens iſt, zu einem Biſchoffthumb erhoben, und* D *geordnet haben. Demſelben dann von der Præger unnd Ulmützer Kirchen, etzliche gebührliche theil, abgetheilet werden ſollen. Und ſollen alſo beyde Kirchen, zu Ulmutz und Leutmiſchl, ſampt ihren ſtætten, der Kirchen zu Prag Suffraganien oder VVeyhbiſchoffthümber ſeyn und bleiben.*

3. Sedem Epiſcopalem obtinuit in ipſa arce Luthomislenſi, ſubjectaſque habuit civitates Luthomisliam & Tochowitium. (γ)

4. Æneas Sylvius (δ) de hac Sede ita commentatus: *Poſt Pragam Litemesle, altera in Bohemia Pontificalis civitas, vicina Moravis.*

5. Primus Epiſcopus fuit Johannes, qui poſt obitum Brecislai Vratislavienſis Epiſcopi, factus eſt S. Roman. Imperii Cancellarius Aulicus a Carolo Quarto Imperatore, E
in cujus diplomatibus (μ) ita legitur ſubſcripſiſſe: *Ego Johannes Dei gratia Luthomiſch-*
588 *lenſis Epiſcopus, S. Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Reverendi in Chriſto Patris, Domini*

(α) Ex Monaſterio] *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1343. *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. lib. 10. *Boregk in* Chron. Bohem. in Carolo IV. fol. 313.

(β) Hagecius] *in d. anno 1343. fol. 417.*

(γ) *Hagecius in* Chronic. Bohem. in calce. *Georg. Beatus in* Chron. Bohem. in fin.

(δ) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 1.*

(μ) Diplomatibus] *quæ producuntur in* Conſtitution. Imperial. *necnon in Reichs Satzungen,*

A *mini Gerlaci Moguntini Archiepiſcopi, S. Imperij per Germaniam Archicancellarij, recognovi.*

6. Non tamen totos octuaginta annos Epiſcopatus iſte perdurare potuit, quin ab Huſſitis, Ziſca Duce deſtructus, (α) tandem a Taboritis, quos Bohemi *Syrotcios*, Latini *Orphanos* (β) appellant, occupata arce & oppido [γ] Epiſcopalis Sedis Luthomiſlianæ, penitus aboleretur. Id quod anno MCCCCXXV. ſub Imp. Sigiſmundo Caroli IV. filio, fertur contigiſſe.

7. Præpoſitus Wiſchegradenſis, qui eſt exemptus, in ſuæ Præpoſituræ eccleſiis Epiſcopalem obtinet poteſtatem, anno MLXXXVIII. a Vratislao Rege inſtitutus, & ab Heinrico IV. Imperatore confirmatus eſſe perhibetur. De quo ita ſcribit Æneas Sylvius: [δ]
B *Mortuus eſt per idem tempus Joannes Moravorum Epiſcopus, cujus eccleſia, inſtante Gebhardo, Pragenſi unita eſt. Quæ res illi majoris inſolentiæ fomentum fuit, adeo ut præſente Rege intereſſe divinis minime dignaretur. Ob quam cauſam Vratislaus, indulgente Alexandro Papa III. natione Senenſi, Collegium Canonicorum Regalium in arce Vicegradenſi erexit, in quo dum res divina agitur, non Præpoſitus tantum, ſed Decanus & Sacerdos, Diaconusque & Subdiaconus, rem divinam facientes Epiſcopalibus ornamentis utuntur. Et Præpoſitus quidem Cancellarius Regni appellatus, Principis honore defungitur. In fundatione autem ejus eccleſiæ, Regem ſuis humeris duodecim cophinos lapidum geſtaſſe ferunt.*

8. Fuit autem & iſte nobiliſſimus Regni Bohemiæ Principatus ab Huſſitis deſtru-
C ctus & abolitus, eodem Sigiſmundo imperante, circa Domini noſtri annum MCCCCXX. (ε)

(α) Deſtructus] *Hagecius in* d. Chron. part. 2. anno 1425. fol. 119. *Aubert. Miraus in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 1.

(β) Orphanos] *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. lib. *Boregk in* Chron. Bohem. fol. 382. *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 47. *Videntur iidem eſſe cum* Orebitis, *qui a monte Orebo ſic dicti, ut* Thaboritæ *a Thabore noto in Sacris Bibliis*
D *monte, ab eodem Sylvio memorantur*, cap. 43. *quem tamen eo nomine reprehendit Zachar. Theobaldus in* tract. de Bell. Huſſit. part. 2.

(γ) Occupata arce & oppido] *ductore Procopio minore, ut teſtatur Hagecius in* d. anno 1425.

(δ) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 22. Dubravius in* Hiſt. Bohem. lib. *Diximus ſupra* cap. 1. *hujus libri.*

(ε) *Hagecius in* Chron. Bohem. part. 2. anno 1420. fol. 49. *Dubravius in* Hiſt. Bohem. *Boregk* fol. 426. & ſeq.

MEL-

Hierauff folget Lib. VI. pag. 983. = 984. dem Buchbinder zur Nachricht.

589 # MELCHIORIS GOLDASTI *HEIMINSFELDII*

LIBER VI.

De Bohemiæ Regni, incorporatarumque Provinciarum, juribus ac privilegiis; necnon de hereditaria Regiæ Bohemorum familiæ ſucceſſione.

CAPUT I.

Cur quæſtio principalis de hereditaria ſucceſſione ultimo loco pertractetur, quum in ea cardo totius negotii verſetur. Ordo ſucceſſionis in Bohemia eſt primogenialis, tam in maribus, quam feminis. Teſtium productorum ſanctitas atque integritas.

COnfectis & abſolutis libris, quos de juribus ac privilegiis Bohemorum Re- A
gis, Ordinum Regni, & incorporatarum Moraviæ, Sileſiæ & Luſatiæ,
quam diligentiſſime potuit, ſumma fide inſtituimus; ſupereſt ut eam
partem, in qua cardo totius rei vertitur, nempe de hereditaria Regiæ
agnationis & cognationis ſucceſſione, pariter eademque fide exſequamur.
Hæc enim eſt ſumma diſſertationis noſtræ, ex qua controverſia
tota pendet. Eſt quidem ita; hanc partem primo loco tractatam oportuit: ſed quia ardua
eſt cauſa, quam advocandam ſuſcepimus, quæve idoneum requirit cognitorem
590 atque judicem, prius erant prætenſa illa jura ac privilegia expedienda, quam ad ipſum
cardinem movendum accederemus. Quum enim ſolemne ac legitimum Imperatoris,
Electorum Curiæ Parium, atque univerſorum Imperii Ordinum, judicium prorſus in- B
competatur, recuſetur & ſpernatur, faciendum nobis fuit, ut cuncta illa obſtacula,
quibus Bohemi in judicio ſibi in Regem ſuum arrogando præſtructi muniuntur, ante removerentur,
quam ad rem ipſam veniremus.

2. Sed illis feliciter (quomodo nobis perſuademus) peractis, in hoc libro demon-
ſtraturi ſumus, Regnum Bohemiæ, cum Marchionatu Moraviæ, Magno Ducatu Si-
leſiæ, & Marchia Luſatiæ, eſſe hereditarium & ſucceſſivum, jureque Majoratus (α)
olim delatum; poſtea primogenituræ (β) ordine ſervato, primum filiis, eorumve ne-
potibus per repræſentationem, & in illorum defectu, proximis agnatis ſanguinis & ma-
joratus habita ratione. Quibus omnibus agnatis à primo acquirente deſcendentibus ex-
ſtinctis, nec ullis maribus exſtantibus, tranſire Regnum ad filias confirmabimus, & ea- C
rundem liberos mares, pari eodemque ſucceſſionis ordine obſervato.

3. Et primum quidem antiqua Regni Boici jura ſucceſſoria cum poſterioribus confe-
remus. Tum Ducum atque Regum Bohemiæ continuam ſucceſſionis hereditariæ ſe-
riem ita ob oculos repræſentabimus, à probatiſſimis & conſummatiſſimis omnium gen-
tium auctoribus depictam, ut quaſi manibus palpari, & digitis tangi, ceu Apellinea quæ-
dam tabella, poſſit. Accedent teſtificationes ſummorum Pontificum, Imperatorum
ac Regum Romanorum, Regum ac Principum exterorum, Electorum ac Principum
Imperii, quorum verba pro oraculis, dicta pro locupletiſſimis & certiſſimis reſponſis ha-
beri jure merito ab omnibus debent. Præterea Theologorum religioſa, Jureconſulto-
rum incorrupta, Politicorum integra, Hiſtoricorum ampliſſima, Philoſophorum fir- D
ma atque gravia teſtimonia interſerentur; quorum fidem ſi quis elevare, inceſſere ac la-
befactare conatur, næ ille meretur, ut in rerum humanarum actionibus improbus porro

(α) *Jure Majoratus*] Nicol. Betſius *de Pact. famil. Illuſtr. cap. 4. fol.* 320. Anton. Colerus in *Diſſert. de Jure Imperii German. ſect.* 69.

(β) *Primogenituræ*] Carolus IV. Imperator in *Aur. Bull. tit. 7. & tit.* 24.

A eidem ſubdere allaboraret. Quod teſtatur Georg. Fabricius (α) hiſce verbis: *Impetrat ab Urbano Pontifice Carolus IV. Imperator, ut Antiſtiti Pragenſi, tanquam Legato Apoſtolico, ſubjicerentur Ratiſponenſis, Bavenbergius & Miſnenſis, Præſules,* [*] *ſed pro ſua quiſque parte, ne fieret, propugnavit fortiter. Cumque poſt biennium moreretur Carolus, libertatem eorum priſtinam amplius nemo mutare cogitavit.*

26. Quin ipſimet Archiepiſcopi Pragenſes ſedulo ſemper ſategerunt, ut ſua ſibi antiqua privilegia ab Imperatoribus & Regibus Romanorum quondam conceſſa, ſalva & illibata confirmarentur. Et exſtant confirmationes ex plenitudine poteſtatis Imperialis a Carolo IV. (β) anno MCCCLII. & Sigiſmundo (γ) Impp. anno MCCCCXXXVIII. factæ & conceſſæ.

B 27. Nec in politicis tantum Archiepiſcopus Pragenſis ſuæ dignitati caveri voluit, ſed & in eccleſiaſticis. Unde privilegio a Sede Apoſtolica obtinuit, ut ſit *Legatus natus,* (δ) habeatque juriſdictionem in exemptos. (ε)

28. Canonici tamen electionem ſui Archiepiſcopi (ζ) retinent liberrimam, illis a Carolo IV. Imp. conceſſam, & Sigiſmundo (η) confirmatam, ſed nationi Bohemorum adſtrictam, ut nec Rex poſſit illis Archiepiſcopum obtrudere, niſi volentibus & conſentientibus, nec ipſi alienigenam eligere. Regia tamen Archiducum (ϑ) Auſtriæ familia non debet nec poteſt pro extranea in Bohemia, Moravia & Sileſia reputari, quin ſint capaces omnium dignitatum tam politicarum quam eccleſiaſticarum, ceu nati Bohemi, & hereditarii Principes Bohemiæ, Marchiones Moraviæ, & Magni Duces Sileſiæ &c.

C (α) Fabricius] *lib. 2. Annal. urbis Miſnæ anno 1375.*

(β) Carolo IV.] *apud Pontanum in* Bohem. pia lib. 5. fol. 62.

(γ) Sigiſmundo] *apud eundem* d. lib. 5. fol. 68. & lib. 6. fol. 92.

(δ) Legatus natus] *Baldus* Conſil. 357. *quod incipit*, Archiepiſcopus Pragenſis, lib. 4. *Cardin. Tuſchus in* Practic. concluſion. verb. Pragenſis, *Georg. Fabricius* d. lib. 2. Annal. Miſnenſ. anno 1375.
D *Germanice dicitur Erblegat, id eſt* Legatus perpetuus. *Præſens Archiepiſcopus Pragenſis Illuſtriſſimus Johannes Lohelius, nuper etiam nactus eſt dignitatem Cardinalitiam,* (**) *quæ rara aliquamdiu*
580 *avis in Germania fuit; & habet etiam nunc univerſa Natio Germanica tres tantum Cardinales, Pragenſem in Bohemia, Olomucenſem in Moravia, & Viennenſem in Auſtria. Nam Oſnabrugenſis in VVeſtphalia non ita pridem dignitatem illam cum optimo & prudentiſſimo ſuo Epiſcopo, Cardi-*
E *nali Zollerano, pariter amiſit.*

(ε) In Exemptos] *Baldus & Tuſchus* ibidem. *Vetus quidam Jureconſultus in eam mentem ſcribit:* Legati nativi ſunt qui ſuarum provinciarum prætextu legatione funguntur, ut Archiepiſcopus Cantuarienſis, de quo in c. 1. de offic. & tales ſunt quatuor, ſcilicet Archiepiſcopus Eboracenſis, Cantuarienſis, Remenſis & Piſanus, ut notatur; in allegato c. 1. eod. tit. lib. 6. *Et poſtea ſubjungit:* Legatus generalis poteſt cognoſcere per ſimplicem
F querelam, & per appellationem, de cauſis ſubditorum Suffraganeorum ſuorum, ut notatur in gloſſ. cauſæ illorum, c. 1. eod tit. *Hæc auctor ille in* Vocabulario juris, *quod ſub Imp. Sigiſmundo inſtituit & compoſuit, in verb.* Legatus. *Videndus Raphael Cyllenius Academicus Venetus in* lib. de Legato Pontificio, *Carolus Paſchalius in* Legato, *idem Tuſchus in* Practic. concluſion. verb. Legatus. *Ariſminus Tepatus in* Compend. variar. ſentent. jur. *Porro etiam Archiepiſcopus Salisburgenſis eſt Legatus natus in Germania, eoque nomine ſibi prærogativam arrogat contra Primatem Magdeburgenſem; de qua tamen adhuc ſub judice Imperatore lis pendens eſt. An autem habeat juriſdictionem in exemptos, puta Epiſcopum Ratiſponenſem, Viennenſem, &c. quæſitum memini. Quid de conſuetudine obſervetur, in facto conſiſtit. Jure ipſo quin habeat, non ſinit nos dubitare Alexander III. Papa in* c. 1. Ext. de offic. legat. *ubi Joan. Andrea in* gloſſ. *Pet. de Ancharano* ad tit. de offic. Leg. lib. 6. *Frerotus in* Paratitl. *Quo jure ſolent etiam Epiſcopi nonnulli juriſdictionem Diœceſanam in Abbatias exemptas ſibi arrogare, ut Trevirenſis in Prumiam, Paderbornenſis in Corbejam, &c. Eſt denique Archiepiſcopus Strigonienſis Legatus natus in Hungaria.*

(ζ) Electionem ſui Arch.] *Choppinus* lib. 1. de Sacra polit. tit. 2. num. 12. & lib. 1. Monaſtiorum tit. 1. num. 14.

(η) A Sigiſmundo] *diploma refert Hagecius in* Chron. Bohem. part. 2. anno 1436. fol. 130. *Pontanus in* Bohem. pia lib. 5.

(ϑ) Regia tamen Archiducum] *Schiferdegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 10. q. 12. in fin.

(*) Pluribus id explicat Balbinus *Decad. I. Miſcell. Bohem. lib. VI. c. 1.* nec non Giovanni *in Germania Principe lib. I. p. 391.*

(**) Lohelium unquam fuiſſe Cardinalem negat, pernegat Balbinus *lib. III. Miſcellan. cap. 22. §. 4.*

CAPUT

581

CAPUT V. A

Moraviæ Epiſcopatus a Vratiſlao Rege reſtauratus Olomucii. Unitus cum Pragenſi ab Heinrico IV. Imperatore. Diſtractus rurſum ab eodem Rege cum Imperatoris conſenſu. Olomucenſis Epiſcopus ab Imperatoribus confirmari & inveſtiri de regalibus, & a Moguntino Archiepiſcopo ordinari, conſecrarique ſolebat. Idem Epiſcopus jus ſeſſuræ & ſententiæ habuit in Comitiis Imperii. Expeditionem Romanam præſtare tenebatur. Carolus IV. Imper. a Moguntina metropoli avulſit, & Pragenſi ſubjecit, ſalva tamen libertate ab Imperatoribus conceſſa. Olomucenſis Epiſcopus geſſit Vicecancellariatum Imperii. Eſt in Senatu Principum Imperij. Eſt juris Germanici adhuc hodie, & Concordatis ſubjectus. Canonici habent liberam electionem. Epiſcopus eſt exemptus.

Pleraque ad Epiſcopatum Moraviæ ſeu Olomucenſem ſpectantia in anteceſſis capitibus deduximus. Quæ reliqua ſunt, paucis expediemus. Et poſt Methodii (α) quidem abitum, Moravia, deſtructo Regno & dilacerato, nullum proprium Epiſcopum habuit, nunc Patavienſi, nunc Salisburgenſi, nunc Reginoburgenſi, nunc Pragenſi Epiſcopo in ſpiritualibus ſubjecta, donec anno MLXIII. Vratiſlaus Rex Bohemiæ, diviſis Bohemiæ & Moraviæ Epiſcopatibus, (β) quos aliquandiu Pragenſis Epiſcopus unitos tenuerat, Johannem ſuum Capellanum Olomutii (γ) in Moravia conſtituit Epiſcopum, miſitque Moguntiam, ut a Sigefrido Archiepiſcopo ordinaretur. B

2. Sed non multis poſt annis Gebhardus Pragenſis Epiſcopus, Vratiſlai Regis germanus, Moraviæ Epiſcopatum revindicavit, & defuncto Johanne, cum Pragenſi iterum conjunxit & univit, anno MLXXXVI. Dubravius (δ) Epiſcopus Olomucenſis: *Ibidem* (in Comitiis Moguntinis) *Henricus Imperator in Gerardum quoque, fratrem Vratiſlai Regis, beneficium egit, Pontificatum Olomucenſem Joanne Epiſcopo, tunc mortuo, cum Pragenſi denuo conjungens, illumque Gerardo conferens.* C

3. Rurſum anno MXC. idem Vratiſlavius Rex, fratris Epiſcopi odio, qui noſcens potentiam ſuam, ſuperbiam captabat, Olomucenſem Epiſcopatum a Pragenſi diviſit, (ε) interque duos Epiſcopos ad faſtum infringendum diſtribuit. Dubravius: *Vratiſlaus Rex indignatione motus Venceslaum Viſſegradenſem Præpoſitum, annulum fratri comparat, qui illum de Pontificatu Olomucenſi ſubmoveat. Gerardus Epiſcopus viribus ad reſi-*

(α) Methodii] *extat Eugenii II. Papæ Bulla ad Methodium Speculojulienſem ſeu Sorigaturenſem in Moravia ulteriore ſeu inferiore Pannonia Epiſcopum ſub Moymaro Moravorum Duce, & Ludovico Pio Imperatore, de anno 825. qui videtur* (*) *alius eſſe a Methodio, Cyrilli fratre, Velegradenſi Archiepiſcopo, qui a Metropolitica Laureacenſis ſeu Patavienſis Eccleſia juriſdictione Moraviam & conjunctas Pannonicas provincias eximens, quatuor novos Suffraganeos ſibi ſubjectos ſub Suantebogio ſeu Zuentibaldo Moravorum Rege, & Arnulpho Imperatore, inſtituit, ut Summorum Pontificum Bullæ in Appendice relatæ oſtendunt. Fuit quidem ante Methodium mentio VVichingi Epiſcopi ſub Zuentibaldo Rege, ſed qui non in Moravia, verum Dacia ſeu Mœſia Moravorum Regno ſubjecta epiſcoparetur, ut ex epiſtola Bavariæ Epiſcoporum ad Joannem IX. Papam ſub anno 9*11. (**) *colligitur, Moravia ipſa Patavienſi Epiſcopo, ad quem antiquitus ſpectabat, jure integro relicta. Videatur tamen de ſucceſſoribus Methodii Auguſtinus Præpoſitus Brunnenſis in* Catalog. Epiſcoporum Olomucenſ. *Pontanus in* Bohem. pia. & *Miraus in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 8.

582

(β) Diviſis Epiſcopatibus] *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem cap. 2. *Hagecius in* Chronic. Bohem. anno 106 . part. 1. *Miraus* d. cap. 8. D

(γ) Olomutii] *qua & Juliomons, ut ſcribit Lud. Decius* lib. 1. de Vetuſt. Polon. circa fin. & *Speculum Julii, & Sorigutara*, in d. Epiſt. *Eugenii II. Papæ relata in* Append. anno 825.

(δ) Dubravius] *lib. 9. Hiſtor. Bohem. circa princ. Pontanus in* Bohem. pia lib. 2. fol. 19 anno 1086. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1086. fol. 180. *Æneas Sylvius in* Hiſtor. Bohem. cap. 22.

(ε) Diviſit] *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1092. fol. 191. E

(*) Non videtur alius ab Illyrico eſſe Methodius Græcus, ſed certe eſt, ut ſupra obſervavimus. Hic Metropolita Moraviæ creatus non habuit ſub ſe quatuor, ſed ſeptem Epiſcopos, ut teſtatur Chriſtannus in Vita S. Wenceslai apud Balbin. *lib. I. Epit. Rer. Bohem. cap. 10.*

(**) Forte error eſt typographi in anno, nam ad hæc tempora non pervenit Johannes IX. Papa, qui obiit anno 900 ut ſine dubio hic annus ſit ſubſtituendus; nolui tamen quicquam immutare, ſed potius monere lectorem, mihi videri hic ſubeſſe errorem. F

A *re[illegible]ndum fratri ſe imparem agnoſcebat, & ad Cæſarem iter præcluſum erat, quoniam Lotharius* [Heinricus V.] *Imperator omnia jura libertatesque Pontificias* (id eſt Ep[illegible]copales) *Rom[illegible] Pontifici reliJiuerat.* Coſmas Pragenſis: [α] *Hac neceſſitate ſimul & ambitione* (ſcil. Gebhardi Epiſcopi fratris) *compulſus, non ratione, ſed ſola dominatione, iterum ſubinthronizat Capellanum ſuum Wecilonem in territorio Moravienſi Epiſcopum. Quo in pacto palam fecit notabile, non ſolum ſe ſpreviſſe, quod ipſe coram Imperatore & ejus Epiſcopis collaudaverat, ut unus foret uterque Epiſcopatus, verum etiam Papæ Clementis violaſſe privilegium, quo ejuſdem terminos Epiſcopii corroboraverat.*

4. Anno MXCII. Andreas electus Moraviæ Epiſcopus Mantuæ [β] in Italia ab Heinrico IV. Imperatore ſolenniter per annulum & baculum de reg[illegible]libus inveſtitur; & Mo-
B guntiæ (γ) a Richardo Archiepiſcopo Moguntino ſuper Pontificalibus conſecratur.

5. Anno MCXLII. in Decembri celebravit Conradus III. Imperator Comitia Principum Imperii Ratisbonæ: ad quæ vocatus Heinricus Olomucenſis Epiſcopus compa- 583
ruit, decretisque ſubſcripſit, ut Cæſaris diplomata, (δ) quæ adhuc ſuperſunt, videntur indicare.

6. Anno MCCIX. Comitiis ab Ottone IV. Imperatore Herbipoli indictis, & porro Auguſtæ frequentaris, interfuit Epiſcopus Olomucenſis, Cæſaremque cum ſuis copiis in expeditionem Romanam ſecutus eſt. (ε)

7. Anno MCCL. circiter creatus eſt Olomucii Epiſcopus Bruno (ζ) Comes Holſatiæ & Schawenburgiæ. Qui anno MCCL. a Wilhelmo Romanorum Rege excitus in
C expeditionem Boruſſicam (η) contra infideles Lituanos, eo cum Rege Ottocaro profectus, Brunſpergæ Boruſſiæ oppido ab ſe condito nomen indidit. Hic ſedem Epiſcopalem Olomucio tranſtulit Cremſirium, (θ) ubi in hodiernum uſque diem fixa conſiſtit.

8. Anno MCCCXLVI. (*) fuit Epiſcopatus Moraviæ Olomucenſis a Metropoli Moguntina abſtractus, & novæ Metropoli Pragenſi ſubjectus, a Carolo IV. Imperatore, & Clemente VI. Papa. [ι]

9. Et licet a Rege Bohemiæ in regalibus, ab Archiepiſcopo Pragenſi in Pontificalibus eximeretur, libertatem tamen ſuam in Imperio ſartam tectam retinuit. Unde Johannes Epiſcopus Olomucenſis, Patriarcha Antiochenus, S. Rom. Imperii Vicecancel-
D lariatum geſſit in comitatu Wenceslai Cæſaris, ut ex diplomatum [κ] apparet ſubſcriptionibus.

10. Quin etiam poſt iſtam exemptionem, Conradus de Zwolda Epiſcopus Olomucenſis videtur jus ſeſſuræ ac ſententiæ dicendæ in Senatu Principum Imperii retinuiſſe. Namque in ſubſcriptione Decretorum Imperialium ſub Sigiſmundo Imper. Baſileæ anno [illegible]CCCCXXXIV. publicatarum legitur idem Epiſcopus rebus S. Imperii maximis & ſumme neceſſa-

(α) Coſmas] *lib. 2. Chronic. Bohem. anno 1090.*
(β) Mantuæ] *idem Coſmas* d. l[illegible].2. anno 1091. *Ha[illegible]cius in* Chron. Bohem. anno [illegible]
E (γ) Moguntiæ] *Aug[illegible] P[illegible]poſitus Brunnenſ[illegible] in* Catalog. Epi[illegible] Olomucenſ. anno 1091. *Sed Coſmas [illegible] habent* anno 1094.
(δ) Diploma[illegible] [illegible]ergenſ. anno 1142. fol[illegible]
(ε) [illegible]
berg. in C[illegible]
(ζ [illegible]
bur[illegible]
raus [illegible]
F *ſe*[illegible]
(η) Expedit. Boruſſic.] *Cromerus* Rer. Polonic. lib. 9. *Bzovius* Annal. eccleſiaſt. tom. 13. anno 1255. n. 10. *Spangenberg.* ibid.
(θ) Cremſirium] *quod ipſe Bruno Epiſcopus in formam oppidi transformavit; Dubravius* lib. 10. Hiſtor. Bohem. fol. 78. *Miraus* d. cap. 8.
(ι) [illegible]*hoppinus* lib. 2. de Sacra polit. tit. 4. num. 16. in princ. & lib. 1. tit. 7. num 25.
(κ) Diplomatum] *in Privilegio Wenceslai Cæſaris, quo Reipublicæ Bremenſi jura Regalia con[illegible]mantur & renovantur ſub dato* Pragæ anno [illegible]
[illegible] Q[illegible]iæ *ad* §. 3. *cap. IV.* de anno ſeparationis [illegible]opatus P[illegible]agenſis a juriſdictione Moguntina [illegible]imus, ea[illegible] hic uſui eſſe poſſunt, referendam [illegible] originem hujus Præſulatus potius ad annum [illegible]

neceſſariis tractandis cum paribus Imperii Principibus interfuiſſe, & Decreto de jure A
Principum [α] ſubſignaſſe.

11. Hinc Epiſcopatus Moraviæ conſtanter adhuc in Germania (β) reponi a peritis ſolet, & juris Germanici (γ) eſſe ab ipſo jure aſſeveratur.

12. Canonici quoque liberam ſuorum Epiſcoporum retinent electionem: & concordatis fruuntur nationis Germanicæ. (δ)

13. Eſſe denique Olomucenſis in Moravia Epiſcopus exemptus, [ε] & immediate ſub Papa Romano conſiſtere nunc perhibetur. Quod jus mihi videtur Epiſcopus Olomucenſis poſt vaſtatum ab Huſſitis, collapſum & jacentem Archiepiſcopatum Pragenſem conſecutus eſſe: qui demum a Ferdinando I. [ζ] Imperatore & Bohemiæ Rege reſtauratus eſt. B

584 (α) Decreto de jure Princip.] *vom Fürſtenrecht, apud Freberum in* tract. *vom Furſtenrecht, fol.18. & fol.65. item in Reichs Satzungen* part. 2. anno 1434. fol. 102.

(β) In Germania] *Æneas Sylvius in* German. cap. 12. & ſeq. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23.

(γ) Juris Germanici] *in* Provinciali Romanæ Eccleſiæ, *in* Taxa Eccleſ. Romanæ, *in* Decretis Conciliorum Conſtantienſis, Baſilienſis, *&* Tridentini.

(δ) *Choppinus* lib. 1. de Sacra polit. tit. 2. num. 12. & lib. 1. Monaſticῶν, tit. 1. num. 14. *Schiferdegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 30. q. 7.

(ε) Exemptus] *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23. *Joh. Gerhardus* Locor. theologic. tom. 6. de Miniſter. Eccleſiaſt. cap. 5. num. 247.

(ζ) Ferdinando] *Pontanus in* Bohem. pia lib 3. *Mirans in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 7. fol. 57.

CAPUT VI. C

Epiſcopatus Vratislavienſis a Caſimiro Rege Poloniæ inſtitutus, ab Imperatore Heinrico IV. Pragenſi diœceſi, ut & Cracovienſis, ſubjectus. Juris eſt Germanici, & Concordatis ſubjacet. Rex Bohemiæ eſt patronus, habetque jus præſentandi & nominandi. Epiſcopatus Vratislavienſis an pateat aliis, quam ſolis Sileſiis? Epiſcopus geſſit Cancellariatum Imperii per Germaniam. Olim ſuberat Archiepiſcopo Gneſnenſi, hodie eſt exemptus.

Caſimirus Rex Poloniæ ſedem & Collegium Epiſcopi Sileſiæ, quod prius Smogroviæ, & poſtea Bicinæ [alii habent Ricinæ] fuerat, transtulit Vratislaviam, [α] illudque pluribus reditibus dotavit, anno Chriſti nati MLII. *Caruit tum*, inquit Dubravius, [β] *Pontifice Vratislavia, idque ſolum ei ad cæteram* D *urbis magnificentiam deſuerat. Ut igitur de Pontifice quoque gloriari poſſet, Caſimirus de ſententia ſuorum Præſulum ſedem Ricinenſem transtulit Vratislaviam, juſſitque ibi Hieronymum non amplius Ricinenſis, ſed deinceps Vratislavienſis Pontificis titulo præſidere.*

2. Sed quia hæc translatio, inconſulto Imperatore, ad cujus ſupremæ majeſtatis jura ſeu reſervata ſpectat Epiſcopatuum tam inſtitutio, quam translatio, a Caſimiro Rege facta fuerat, Heinricus IV. Imperator eam in Comitiis Moguntinis anno MLXXXVI.

 actis

(α) Transtulit Uratislaviam] *circa annum Domini 1058. Duglosſus in* Hiſtor. Polon. *Cromerus* Rer. Polonic. lib. 3. in Miecislao I. Duce. *Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 2. cap. 14. in fi-
585 ne. *Herburtus* lib 2. Hiſtor. Polon. cap. 1. *Curaus in* Annal. Sileſ. *Munſterus* Coſmograph. lib. 3. *Henelius in* Breslograph. cap. 5. *Schiferdegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 30. q. 12. *Mirans in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 9. *Neugebaur* lib. 3. Hiſtor. Polon. fol. 51. E

(β) Dubravius] *lib. 7. Hiſtor. Bohem. fol. 53. Boregk in* Chronic. Bohem. in Bretislao Duce, verſ. *Damit aber dieſelbe*, fol. 83.

Digitized by Google

A actis irritam pronunciavit, Sileſia cum diſtrictu Cracovienſi [α] in diœceſin Pragenſem tranſcripta, ut habet Diploma Cæſaris [β] revindicatorium, in quo hæc verba leguntur: *Inde ad Orientem hos fluvios habet* [Parochia Pragenſis] *terminos, Buo ſcilicet & Ztir, cum Krakowa civitate, provinciaque, cui Wag nomen eſt, cum omnibus regionibus ad prædictam urbem pertinentibus, quæ Krakowa eſt. Inde Ungarorum limitibus additis uſque ad montes, quibus nomen eſt Triti, dilatata procedit.* Quo in loco pro *Tritri*, legendum eſt *Tatri*. Sunt enim montes illi Sarmatici, quibus olim Germania, quum Vandali Suevi Poloniam haberent, a Sarmatia; hodie Polonia ab Hungaria diſterminatur, ut initio libri primi diximus.

3. Eſt autem Vratislavienſis Epiſcopatus in Germania ſitus, & juris Germanici paB rochia ſeu provincia diœceſana. Taxa Eccleſiæ Romanæ: *Vratislavienſis in Germania.* Æneas Sylvius, [γ] *In finibus Germaniæ poſita Sarmatiam verſus.* Et alibi (δ) de Sileſia: *Caput gentis Vratislavia eſt, ampliſſima civitas ad ripam Oderæ* [*fluvius inter amnes Germaniæ late cognitus*] *ſita. Cujus Epiſcopatum majores noſtri aureum vocavere, Huſſitarum bella luteum reddidere.*

4. Hinc Concordatis nationis Germanicæ ſubjacet, eorundemque privilegio utitur fruiturque. (ε)

5. *Rex Bohemiæ*, inquit Schiffordegherus (ζ) Jureconſultus Vratislavienſis, *habet jus præſentationis & nominationis, tanquam fundator & patronus, in eligendo Epiſcopo Vratislavienſi, ita ut ſine Regis conſenſu nullus in Epiſcopum eligi poſſit, nec electus promoC veri.* Affirmatque idem auctor, id jus Regi Bohemiæ fuiſſe ab Imperatoribus conceſſum.

6. Habent tamen Sileſii hoc privilegium, ne alienigena (η) poſſit aut a Rege obtrudi, aut a Canonicis eligi, niſi ſit natus Sileſius. Et putat Schifordegherus, Carolum Archiducem Auſtriæ, licet extraneum, tamen jure & reſpectu proximitatis & conſanguinitatis, quo Regem Bohemiæ contingit, eſſe ad Epiſcopatum promotum & admiſſum. Sed dic Schifordeghere, quo pacto poſſit pro extraneo reputari Ducalis Sileſiæ proles? nonne Ferdinandus I. fuit Rex Bohemiæ, & Dux Sileſiæ? an non Carolus erat ejus nepos legitimus? & ita heres Sileſiæ juſtus, juxta Johannis Regis diplomata (θ) a te ipſo prolata?

D 7. Nec tamen novum eſt aut inſolens, ut Teuthonici (ι) promoveantur & aſſumantur tam in ipſum Epiſcopatum Vratislavienſem, quam in ejus Canonicatus, & alios

(α) Sileſia cum Cracovienſ.] *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 7. fol. 465.

(β) Diploma Cæſar.] *refert Coſmas Pragenſ. in* Chronic. Bohem. lib. 2. anno 1085. fol. 17. *& nos in* Append. ſub anno eod.

(γ) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 15. & cap. 62.*

(δ) Et alibi] *in Commentar. de Europa ſtat. ſub* E *Friderico III. Imp. cap. 18.*

(ε) *Cheppinus* lib. 1. de Sacra polit. tit. 2. *Schifordegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 30. quæſt. 7.

(ζ) Schifordegh.] *in* d. tractat. 30. quæſt. 3. *Etiam Abbatia ac Monaſteria in Bohemia, Moravia & Sileſia in patrimonio Regis ſunt; Henelius in* Sileſiograph. cap. 6. fol. 66. *Beſoldus in* Diſ-
586 ſertat. de Majeſtat. ſect. 2. c. 2. num. 5. *nec non in Po-*
F *lonia; Herburtus in* Statut. Regni Polon. §. Abbates, *idem Beſoldus* d. ſect. 2. cap. 3. num. 4. *in Anglia; Richardus Hartis in* Concord. Anglican. *Johan. Seldenus in* Jano Anglor. lib. 1. num. 39.

(η) Ne alienigena] *ne quidem Bohemus aut* • *Moravus*, (* *ſicuti nec Sileſius admittitur ad Archiepiſcopatum Pragenſem. Qua de re diſſerit Schifordegherus in* d. tractat. 30. quæſtion. 22.

(θ) Diplomata] *d. tract. 30 queſt. 11.*

(ι) Teuthonici] *quos recenſet Bucholtzerus in* Iſagog. Chronolog. *paſſim. Auguſt. Brunnius in* libello Synopt. *Schiferdegherus* d. quæſt. 12. *Henelius in* Breslograph.

(*) „ Maximas nugas hic agere Goldaſtum, & affirmare, quæ hodiernis moribus maxime re- „ pugnant, vult Balbinus *lib. III. Miſcell. cap. 22.* „ *§. 4.* dum videlicet tradit: Bohemos & Mora- „ vos non admitti ad *VVratislavienſes infulas*, nec „ tamen inſolitum eſſe, ut Teutonici promovean- „ tur; Iniquum certe foret in *Provincia Coronæ* „ *Bohemiæ* annexa ſolos extraneos admittere, do- „ meſticos excludere. Contrarium potius exem- „ pla docere, nempe *Bohemorum* aliquot *VVratisla-* „ *via* Epiſcopatum geſſiſſe, ut *Jodocus de Roſis*, a- „ liique. Præterea Schickfuſius in Annal Sileſiæ „ tradit: *poſtulatum* ab Ordinibus omnibus & *Sileſiæ Principibus*, ne illa dignitas ulli, niſi in *Co-* „ *rona Bohemiæ* genitis i. e. *Sileſiis, Bohemis ac* „ *Moravis* conferatur. Vid. *transactio Colovratiana apud Nicol. Henelium.* „

6,

lios Sileſiæ perſonatus eccleſiaſticos. Et nuper adeo Regis Poloniæ ac Succiæ filius ſecundo genitus, ratione Reginæ matris Archiduciſſæ Auſtriæ, in Epiſcopum fuit a Cæſare avunculo commendatus, & a Canonicis electus. A

8. Sic Epiſcopus Sileſius viciſſim in Germania ad dignitates Imperii primarias aſſumptus fuiſſe in rerum geſtarum monumentis legitur. Et vidi diploma Caroli IV. (α) Imperatoris de anno MCCCLII. in quo talis eſt ſubſcriptio: *Pragæ, per manus Venerabilis Preczlai Wratislavienſis Epiſcopi, Aulæ Regiæ noſtræ Cancellarij, vice Venerabilis Gerlaci Moguntini Archiepiſcopi, S. Imperij per Germaniam Archicancellarij.*

9. Olim Epiſcopus Vratislavienſis ſuberat Metropoli Gneſnenſi (β) in Polonia: hodie eſt exemptus (γ) & immediate ſub Papa. Sedem autem Epiſcopalem habet Niſſæ in Sileſia. B

(α) Diploma Caroli IV.] *quod refert Pontanus in* Bohem. pia lib. 5. fol. 62.

(β) Gneſnenſi] *Tancredus in* Provincial. *Aubert. Miraus in* Notit. Epiſcopatuum orbis Chriſtian. *& in* lib. de Reb. Bohemic, cap. 1.

(γ) Exemptus] *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23. *Eum tamen adhuc Gneſnenſi Metropolita ſubeſſe, contendit Cromerus* lib. 3. Rer. Polon. fol. 38. col. 1.

578

CAPUT VII.

Luthomislenſis Epiſcopatus a Carolo IV. Imperatore & Bohemiæ Rege inſtitutus. Suffraganeus eſt Archiepiſcopi Pragenſis. Ejus ditio temporalis. Johannes Epiſcopus S. Rom. Imperii Cancellarius ſub Carolo IV. Imp. Exſtinctus ab Huſſitis ſub Sigiſmundo Imperatore. Præpoſitus VViſchegradenſis a quo & quando inſtitutus. Eſt exemptus & Princeps Regni. Ab iiſdem Huſſitis deſtructus & abolitus. C

DE Epiſcopatu Luthomislenſi in Bohemia nihil habeo magnopere quod referam, niſi quod ex Monaſterio [α] Præmonſtratenſi fuerit a Carolo IV. Imperatore & Bohemiæ Rege in Epiſcopatum erectus, & Archiepiſcopo Pragenſi Suffraganeus factus, anno Domini MCCCXLIV. confirmatus anno MCCCXLVIII.

2. In Bulla Clementis VI. Papæ apud Hagecium (β) decernitur in hunc modum, interprete Sandelio: *Das dorff Leutmiſchl aber, dieweil es ein vortrefflicher ort in dem Biſchoffthumb Prag iſt, thun wir, von wegen Gottes lob und ehr, zu einer ſtatt orduen. Deſsgleichen wœllen wir auch die Kirche des Kloſters, in gemelter neuen ſtatt Leutemiſchl, welche des Præmonſtratenſer Ordens iſt, zu einem Biſchoffthumb erhoben, und geordnet haben. Demſelben dann von der Præger unnd Ulmützer Kircheu, etzliche gebuhrliche theil, abgetheilet werden ſolleu. Und ſollen alſo beyde Kircheu, zu Ulmutz und Leutmiſchl, ſampt ihren ſtætten, der Kircheu zu Prag Suffraganien oder VVeybbiſchoffthümber ſeyn und bleiben.* D

3. Sedem Epiſcopalem obtinuit in ipſa arce Luthomislenſi, ſubjectaſque habuit civitates Luthomisliam & Tochowitium. (γ)

4. Æneas Sylvius (δ) de hac Sede ita commentatus: *Poſt Pragam Litemesle, altera in Bohemia Pontificalis civitas, vicina Moravis.*

5. Primus Epiſcopus fuit Johannes, qui poſt obitum Brecislai Vratislavienſis Epiſcopi, factus eſt S. Roman. Imperii Cancellarius Aulicus a Carolo Quarto Imperatore, E
in cujus diplomatibus (μ) ita legitur ſubſcripſiſſe: *Ego Johannes Dei gratia Luthomiſchlenſis Epiſcopus, S. Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Reverendi in Chriſto Patris, Domini*
588

(α) Ex Monaſterio] *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1343. *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. lib. 10. *Beregk in* Chron. Bohem. in Carolo IV. fol. 313.

(β) Hagecius] *in d. anno 1343. fol. 417.*

(γ) *Hagecius in* Chronic. Bohem. in calce. *Georg. Beatus in* Chron. Bohem. in fin.

(δ) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 1.*

(μ) Diplomatibus] *quæ producuntur in* Conſtitution. Imperial. *necnon in Reichs Satzungen.*

589 MELCHIORIS GOLDASTI *HEIMINSFELDII*

LIBER VI.

De Bohemiæ Regni, incorporatarumque Provinciarum, juribus ac privilegiis; necnon de hereditaria Regiæ Bohemorum familiæ ſucceſſione.

CAPUT I.

Cur quæſtio principalis de hereditaria ſucceſſione ultimo loco pertractetur, quum in ea cardo totius negotii verſetur. Ordo ſucceſſionis in Bohemia eſt primogenialis, tam in maribus, quam feminis. Teſtium productorum ſanctitas atque integritas.

COnfectis & abſolutis libris, quos de juribus ac privilegiis Bohemorum Re- A
gis, Ordinum Regni, & incolarum Moraviæ, Sileſiæ & Luſatiæ,
quam diligentiſſime potuit, ſumma fide inſtituimus; ſupereſt ut eam
partem, in qua cardo totius rei vertitur, nempe de hereditaria Regiæ
agnationis & cognationis ſucceſſione, pariter eademque fide exſequamur.
Hæc enim eſt ſumma diſſertationis noſtræ, ex qua controverſia
tota pendet. Eſt quidem ita; hanc partem primo loco tractatam oportuit: ſed quia ardua
eſt cauſa, quam aduucandam ſuſcepimus, quæve idoneum requirit cognitorem
590 atque judicem, prius erant prætenſa illa jura ac privilegia expedienda, quam ad ipſum
cardinem movendum accederemus. Quum enim ſolemne ac legitimum Imperatoris,
Electorum Curiæ Parium, atque univerſorum Imperii Ordinum, judicium prorſus in- B
competatur, recuſetur & ſpernatur, faciendum nobis fuit, ut cuncta illa obſtacula,
quibus Bohemi in judicio ſibi in Regem ſuum arrogando præſtructi muniuntur, ante removerentur,
quam ad rem ipſam veniremus.

2. Sed illis feliciter (quomodo nobis perſuademus) peractis, in hoc libro demonſtraturi
ſumus, Regnum Bohemiæ, cum Marchionatu Moraviæ, Magno Ducatu Sileſiæ,
& Marchia Luſatiæ, eſſe hereditarium & ſucceſſivum, jureque Majoratus (α)
olim delatum; poſtea primogenituræ (β) ordine ſervato, primum filiis, eorumve nepotibus
per repræſentationem, & in illorum defectu, proximis agnatis ſanguinis & majoratus
habita ratione. Quibus omnibus agnatis à primo acquirente deſcendentibus exſtinctis,
nec ullis maribus exſtantibus, tranſire Regnum ad filias confirmabimus, & ea- C
rundem liberus mares, pari eodemque ſucceſſionis ordine obſervato.

3. Et primum quidem antiqua Regni Boici jura ſucceſſoria cum poſterioribus conferemus.
Tum Ducum atque Regum Bohemiæ continuam ſucceſſionis hereditariæ ſeriem
ita ob oculos repræſentabimus, à probatiſſimis & conſummatiſſimis omnium gentium
auctoribus depictam, ut quaſi manibus palpari, & digitis tangi, ceu Apellinea quædam
tabella, poſſit. Accedent teſtificationes ſummorum Pontificum, Imperatorum
ac Regum Romanorum, Regum ac Principum exterorum, Electorum ac Principum
Imperii, quorum verba pro oraculis, dicta pro locupletiſſimis & certiſſimis reſponſis haberi
jure merito ab omnibus debent. Præterea Theologorum religioſa, Jureconſultorum
incorrupta, Politicorum integra, Hiſtoricorum ampliſſima, Philoſophorum fir- D
ma atque gravia teſtimonia interſerentur; quorum fidem ſi quis elevare, inceſſere ac labefactare
conatur, næ ille meretur, ut in rerum humanarum actionibus improbus porro

Cee inte-

(α) *Jure Majoratus*] Nicol. Betſius *de Pact. famil. Illuſtr. cap. 4. ſol.* 320. Anton. Colerus in *Differt. de Jure Imperii German. ſect. 69.*

(β) *Primogenitura*] Carolus IV. Imperator in *Aur. Bull. tit. 7. & tit. 24.*

A inteſtabiliſque habeatur. Verum, ut ait Didius (a) *ubi rerum teſtimonia adſunt, quid opus eſt verbis?* (*)

(a) *Didius*] C. Didius in *Orat. in Salluſt.* nomine Ciceronis ſcripta, ut tradit Diomedes *lib.* 2. *Grammat.* & obſervarunt Ludov. Cartio *lib.* 5. *Antiq. lection. cap.* 9. & Elias Putſchius in *Not. in Salluſt.*

(*) Præcipua argumenta, quibus Goldaſtus in hoc libro adſtruit *Regnum Bohemiæ eſſe hereditarium*, omiſſo Auctoris nomine perſtringit Stranſ-B kius *de Republ. Bojema c.* 5. qui in compendio Bohemorum argumenta exhibet, quibus tum temporis uſi fuerunt, cum Regnum ſuum *electitium* eſſe, probare contenderent. Quanquam vero cum Goldaſto in ea ſim ſententia, ſucceſſionem in Bohemia (ſaltem a multis ſeculis) fuiſſe *hereditariam*, non tamen probo nimiam ejus in hoc libro ſexto diligentiam, qua id ipſum, argumentis operoſe undique collectis, jam a prima Slavorum inhabitatione in hac regione obtinuiſſe demonſtrare co-C natur; Nam in enarrandis & explicandis præcipuis & publicis gentium conſuetudinibus, id inter cetera præcipue eſt obſervandum, ne facile argumenta remota, & ex aliorum populorum, origine & moribus omnino diverſorum, annalibus petita adhibeamus, & in iis argumentationis noſtræ arcem collocemus; hæc quidem non infrequenter rem illuſtrant, ſed parum probant, imo haud raro aliena his illiſve affingunt. Dein & id ſummo ſtudio in hoc negotio eſt cavendum, ne nimis gene-D raliter de moribus & conſuetudinibus hujus vel illius gentis loquamur, ne etiam antiqua cum mediis, media cum novis confundamus, etiamſi de uno eodemque populo nobis ſermo ſit, ſæpe enim numero hæ ætates toto cœlo inter ſe differunt, & alia ex. gr. eligendi Magiſtratum via placuit antiquis, alia mediis, alia recentioribus. Quod ad primum attinet, non ſolum longe remotum, ſed & plane alienum videtur illud argumentum a moribus Hermundurorum, Bojorum, Marcomanno-E rum, & Quadorum depromtum. Ponamus, nondum enim extra omnem hæc controverſiam poſita ſunt, horum populorum, qui antiquiſſimi hujus regionis fuerunt incolæ, regnum fuiſſe *hereditarium*, an inde ſequitur ipſos Slavos, cum primum has oras occuparent, eandem conſuetudinem ſtatim ultro recepiſſe, & ad poſteros ſuos propagaſſe? mihi ſaltem non ſit veroſimile, niſi fingere velimus Slavos vix aëre Bohemico infectos, illico libertatem patriam abjeciſſe, & more anteceſſorum ſuorum in Bohemia capita ſita illi jugo ſubjeciſſe, quod tunc temporis non ſolum ipſi Slavi, ſed & innumeræ aliæ gentes intolerandum eſſe firmiter credebant. Hinc in principio Reipublicæ ſuæ conſtituendæ non Regibus, ſed Judicibus & Ducibus utebantur, quorum poteſtas per liberam electionem, quam ea ætate plurimi Europæ incolæ exercebant, erat reſtricta, ut ſalva eſſet libertas, qua nihil pretioſius mortalibus eſt conceſſum. Imo regium nomen tam exoſum erat Bohemis, ut diu reluctarentur Germanis, qui hanc dignitatem illorum Ducibus offerebant, ne vel hoc ipſo libertas imminueretur. Ejusdem etiam valoris eſt argumentum, quod Auctor noſter a Sarmatarum moribus *cap.* 3. depromit, id quippe, ſi recte excutiamus potius a noſtris, quam Goldaſti partibus ſtat. Præterea, nec illud prætermittendum, quod ſecundo loco monuimus, diſcernendas videlicet probe eſſe varias in Hiſtoria cujusve gentis periodos; ſi enim antiquiora Bohemiæ ſpectemus, antequam illa regio ad obſequium Imperii plane redacta eſſet, tot forte illa tempora, ſi non plura, argumenta pro *libera electione*, quam pro *hereditaria ſucceſſione* abunde nobis ſuppeditabunt. Minime autem huic officier, quod a prima commoratione Slavorum in Bohemia Duces liberis ſuffragiis fuerint electi, ſufficit enim jam a multis ſeculis dignitatem hanc fuiſſe *hereditariam*, quam permulti Reges, Regnique Ordines, quidquid excipiant, legibus, ſuoque aſſenſu confirmarunt. Hæc in genere hoc loco præfari volui, nam ſingula hujus libri argumenta excutere nec lubet, nec temporis anguſtia qua circumſcriptus ſum, permittit. Vide etiam, quæ de Regno Bohemorum, hereditario diſputat. Limnæus de *Jur. Publ. lib. III. c.* 8. *§.* 30. *ſeqq.*

591

CAPUT II.

Bohemiæ Regnum ſucceſſivum & hereditarium fuit jam inde a prima Regni cultura, etiam ante Chriſti Domini noſtri nativitatem ſub Boiis. Inde Boiorum leges ſucceſſoriæ in Boiaria ſeu Bavaria. Antiquorum Germanicorum Regnorum jura in F *ſucceſſione Regiarum familiarum. Regia familia Marcomanorum in Bohemia fuit Marobodua, Quadorum autem in Moravia, Tudria dicta, Interrupta ſeries per potentiam Romanorum Cæſarum. Reſtituta tamen & conformata ad inſtar aliarum in Germania Regiarum familiarum.*

ET ne nobis caſca illa & veneranda antiquitas non fauere ac ſuffragari videatur, exordiemur a priſcis illis Hermionum ſeu Hermundurorum (a) Boiorum, Marcomanorum & Quadorum Regibus. qui ante Slavos Bohemiam ac Moraviam habuere; doceamuſque, ne tum quidem in Bohemia jus electionis obtinuiſſe, ſed

G (a) *Hermundurorum*] de quibus Cluverius *lib.* 1. *German. antiq. cap.* 37. Beſoldus in *Diſcurſ. de Rerumpubl. inter ſe comparat. cap.* 1. *fol.* 227. Aventinus in *Annal Boior.* Nicol. Reuſnerus in *Sylvula Principum Bojar. & Palatin.* ubi Regum ordinem ſucceſſivum recenſet. Porro apud Petrum Daſypodium in Dictionar. corrupte legitur *Hernuvones*, pro *Herminones*.

ſed Reges ſucceſſiſſe jute quodam heteditatio atque avito. Qua in re communionem A
quandam Bohemorum Reges habuiſſe cum cæterarum gentium Germanicatum Regiis
heredibus videntur, quum Stephanus Paſchaſius (α) JC. & Conſiliarius Regius autor
ſit, omnia Germanorum Regna in ſucceſſionibus ejuſdem ferme generis fuiſſe, nempe ut proximi agnati ſuccederent: quibus nec exſtantibus, feminæ admitterentur.

2. De Boiis quidem, a queis nomen Boiohemiæ inditum, nullum exemplum memoriæ proditum legimus. Non tamen eſt dubitandum, quin ut avunculi Ambigati (β) in Celtica, & fratris Belloveſi in Galia Ciſalpina, Romanis ſic dicta, ita etiam Sigoveſi Regnum in Germania in ejus poſteritate manſerit hereditarium, ut de Critaſiro (γ) Rege, qui Octavio Auguſto imperante in Bohemia regnavit, ſupra diximus.

592 3. Quod ipſum hereditariæ ſucceſſionis inſtitutum conſtanter retinuerunt ex Bo- B
hemia in Noricum pulſi, ubi Regnum Boiariorum, hodieque florentiſſimum, felicibus auſpiciis condiderunt: inſtitutum, inquam, non genituræ ordine, ut noſtris moribus, hereditarium, ſed cum quodam electionis arbitrio commixtum. Ita enim Welſerus (δ) ſcribit: *Duces lecti ex una Agilolfingorum familia, ſive Francorum Regum auctoritate, ſive populi comitiis. Nam utriusque inſtituti ratio habita in Legibus, & quod mirere, Regni Ducatusque nomen permanſit promiſcuum. Lege cautum, ne regnum a patre transferatur in filium, dum adhuc pater ejus poteſt Regno præeſſe.* Et iterum *fol.* 253. *Lege ex Agilolfingis Ducem ſuffici neceſſe eſt, non qui defunctum proxima conſanguinitate contingeret, ſed fide & prudentia præſtantem.*

4. Legum Boicarum, quarum meminit, eſſe auctor memoratur Theodoricus C
Rex Francorum, qui eas ex vetuſtis Boiorum conſuetudinibus & traditionibus collectas, Regia ſuprema autoritate confirmaverit. Earum præcipua capita huc ſpectantia operæ eſt non præterire: *Si quis contra Ducem ſuum*, inquit Lex (ε) *quem Rex ordinavit in provincia illa, aut populus ſibi elegerit Ducem, de morte ejus conſiliatus fuerit* &c. Et *cap.* 20. *Dux qui præeſt in populo, ille ſemper de genere Agilolfingorum fuit, & debet eſſe, quia ſic Reges anteceſſores noſtri conceſſerunt eis, ut qui de genere illorum fidelis Regi erat, & prudens, ipſum conſtituerit Ducem ad regendum populum illum.* Et *cap.* 10. *Si quis filius Ducis tam ſuperbus vel ſtultus fuerit, ut patrem ſuum dehoneſtare voluerit per conſilium malignorum, vel per fortiam, & regnum ejus auferre ab eo, dum adhuc pater ejus poteſt judicio contendere, in exercitu ambulare, po- D
pulum judicare, equum viriliter aſcendere, arma ſua velociter batalare, non eſt ſurdus nec cæcus, in omnibus poteſt juſſionem Regis implere, ſciat ſe ille filius contra legem feciſſe, & de hereditate patris ſui eſſe dejectum, & nihil amplius ad eum pertinere de facultatibus patris ſui, & hoc in poteſtate Regis vel patris ſui ibit, ut exiliet eum ſi vult. Nihil aliud habeat in poteſtatem, niſi quod per miſericordiam Rex vel pater ejus dare ei voluerit. Et ſi ſupervixerit patrem ſuum, & alios fratres habuerit, non dent ei portionem, quia contra legem peccavit in patrem ſuum. Et ſi ille ſolus de heredibus ejus ſupervixerit patrem ſuum, in Regis erit poteſtate cui vult donet, aut illi, aut alteri.* Habemus heic textus expreſſos, quibus probatur, Regnum Boiorum fuiſſe ſuc-
ceſſivum in Regia familia Agilolfingia, & filios patribus ſucceſſiſſe, aut, illis non ex- E
ſtantibus, agnatos a populo electos ex virtutum meritis, & Imperatorum placitis, quorum auctoritate Reges ac Duces Boioariæ non minus, quam Boiohemiæ, etiamtum conſtituebantur, & adhuc hodie conſtituuntur.

593 5. Atque hinc videmus, Boiohemiam jam inde ab antiquiſſimis temporibus fuiſſe hereditariam & ſucceſſiuam in genere Regio. Boiis in Bohemia Marcomani, in Sileſia & moravia Quadi ſucceſſerunt. De quorum Regia ſucceſſione ſcribit Corn. Tacitus: (ζ) *Marcomanis Quadisque uſque ad noſtram memoriam Reges manſerunt ex gente ipſorum; nobile Marobodui & Tudri genus.* Pro cujus verbis familia Regia

Marco-

(α) *Paſchaſius*] lib. 2. des Recherches de la France cap. 16. Cui adſtipulatur Andreas Fauynus JC. & Advocatus Regius Pariſienſis *lib.* 7. *Hiſtor. Navarr. anno* 1327. *fol.* 392. Petrus Olhagaræus JC. & Hiſtoriograph. Reg. *lib.* 4. *Hiſtor. Foxenſ.* Ludovic. Guyon JC. Dolanus *lib.* 5. *Diverſ. lection. cap.* 2. Goldaſtus *lib.* 2. *de Majorat. cap.* 16. Beſoldus *d. cap.* 1. *fol.* 227.

(β) *Ambigati*] Livius *lib.* 5. Cluverius *lib.* 3. *Hiſt. antiq. cap.* 30.

(γ) *Critaſiro*] lib. 1. cap. 4. §. 6. Etiam Welſerus *lib.* 2. *Rer. Boicar. anno Chriſti nati* 100. teſtatur, Boiis ex ſua ipſorum gente Reges fuiſſe. F

(δ) *Welſerus*] lib. 4. Rer. Boicar. fol. 226.

(ε) *Inquit Lex*] in Legibus Baiwariorum *tit.* 2. *cap.* 1. Adde Aventinum in *Annalibus Bojer.* & Beat. Rhenanum *lib.* 2. *Rer. Germanicar. cap.* 3.

(ζ) *Tacitus*] in libell. de Situ ac moribus Germanor. & ibi Willichius in *Comment.*

A *reſ[illegible]endum fratri ſe imparem agnoſcebat, & ad Cæſarem iter præcluſum erat, quoniam Lotharius* [Heinricus V.] *Imperator omnia jura libertatesque Pontificias* (id eſt Epiſcopales) *Romano Pontifici reſtituerat.* Coſmas Pragenſis: [α] *Hac neceſſitate ſimul & ambitione* (i. e. Gebhardi Epiſcopi fratris) *compulſus, non ratione, ſed ſola dominatione, iterum ſubinthronizat Capellanum ſuum Wecilonem in territorio Moravienſi Epiſcopum. Quo in pacto palam fecit notabile, non ſolum ſe ſpreviſſe, quod ipſe coram Imperatore & ejus Epiſcopis collaudaverat, ut unus foret uterque Epiſcopatus, verum etiam Papæ Clementis violaſſe privilegium, quo ejuſdem terminos Epiſcopii corroboraverat.*

4. Anno MXCII. Andreas electus Moraviæ Epiſcopus Mantuæ [β] in Italia ab Heinrico IV. Imperatore ſolenniter per annulum & baculum de regalibus inveſtitur; & Mo-
B guntiæ (γ) a Richardo Archiepiſcopo Moguntino ſuper Pontificalibus conſecratur.

5. Anno MCXLII. in Decembri celebravit Conradus III. Imperator Comitia Principum Imperii Ratisbonæ: ad quæ vocatus Heinricus Olomucenſis Epiſcopus compa- 583
ruit, decretisque ſubſcripſit, ut Cæſaris diplomata, (δ) quæ adhuc ſuperſunt, videntur indicare.

6. Anno MCCIX. Comitiis ab Ottone IV. Imperatore Herbipoli indictis, & porro Auguſtæ frequentatis, interfuit Epiſcopus Olomucenſis, Cæſaremque cum ſuis copiis in expeditionem Romanam ſecutus eſt. (ε)

7. Anno MCCL. circiter creatus eſt Olomucii Epiſcopus Bruno (ζ) Comes Holſatiæ & Schawenburgiæ. Qui anno MCCL. a Wilhelmo Romanorum Rege excitus in
C expeditionem Boruſſicam (η) contra infideles Lituanos, eo cum Rege Ottocaro profectus, Brunſpergæ Boruſſiæ oppido ab ſe condito nomen indidit. Hic ſedem Epiſcopalem Olomucio transtulit Cremſirium, (θ) ubi in hodiernum uſque diem fixa conſiſtit.

8. Anno MCCCXLVI. (*) fuit Epiſcopatus Moraviæ Olomucenſis a Metropoli Moguntina abſtractus, & novæ Metropoli Pragenſi ſubjectus, a Carolo IV. Imperatore, & Clemente VI. Papa. (ι)

9. Et licet a Rege Bohemiæ in regalibus, ab Archiepiſcopo Pragenſi in Pontificalibus eximeretur, libertatem tamen ſuam in Imperio ſartam tectam retinuit. Unde Johannes Epiſcopus Olomucenſis, Patriarcha Antiochenus, S. Rom. Imperii Vicecancel-
D lariatum geſſit in comitatu Wenceslai Cæſaris, ut ex diplomatum [κ] apparet ſubſcriptionibus.

10. Quin etiam poſt iſtam exemptionem, Conradus de Zwolda Epiſcopus Olomucenſis videtur jus ſeſſuræ ac ſententiæ dicendæ in Senatu Principum Imperii retinuiſſe. Namque in ſubſcriptione Decretorum Imperialium ſub Sigiſmundo Imper. Baſileæ anno MCCCCXXXIV. publicatarum legitur idem Epiſcopus rebus S. Imperii maximis & ſumme neceſſa-

(α) Coſmas] *lib. 2. Chronic. Bohem. anno 1090.*

(β) Mantuæ] *idem Coſmas* d. lib. 2. anno 1091. *Hagecius in* Chron. Bohem. anno 1092.

E (γ) Moguntiæ] *Auguſtinus Præpoſitus Brunnenſis in* Catalog. Epiſcopor. Olomucenſ. anno 1091. *Sed Coſmas & Hagecius habent* anno 1094.

(δ) Diplomata] *in Chronic. Reichersbergenſ.* anno 1142 fol. 175.

(ε) *Krantzius* lib. 7. Saxon. cap. 30. *Spangenberg. in* Chron. Saxon. cap. 244. anno 1209.

(ζ) Bruno] *Spangenberg. in* Chronic. Schavvenburg. lib. 1. cap. 26. *Fallitur enim doctiſſimus Miraus, dum putat ab eo Comitatum Schaumburgenſem, quem ille perperam vocat* Schonbergenſem, *fuiſſe Eccleſiæ Olomucenſi adjectum*, de Reb. Bohemic. cap. 8.

F

(η) Expedit. Boruſſic.] *Cromerus* Rer. Polonic. lib. 9. *Bzovius* Annal. eccleſiaſt. tom. 13. anno 1255. n. 10. *Spangenberg.* ibid.

(θ) Cremſirium] *quod ipſe Bruno Epiſcopus in formam oppidi transformavit; Dubravius* lib. 10. Hiſtor. Bohem. fol. 78. *Miraus* d. cap. 8.

(ι) *Choppinus* lib. 2. de Sacra polit. tit. 4. num. 16. in princ. & lib. 1. tit. 7. num 25.

(κ) Diplomatum] *in Privilegio VVenceslai Cæſaris, quo Reipublicæ Bremenſi jura Regalia confirmantur & renovantur ſub dato* Pragæ anno 1396.

(*) Quæ *ad §. 23. cap. IV.* de anno ſeparationis Epiſcopatus Pragenſis a juriſdictione Moguntina monuimus, ea & hic uſui eſſe poſſunt, referendam ſcil. originem hujus Præſulatus potius ad annum 1343.

neceſſariis tractandis cum paribus Imperii Principibus interfuiſſe, & Decreto de jure A Principum [α] ſubſignaſſe.

11. Hinc Epiſcopatus Moraviæ conſtanter adhuc in Germania (β) reponi a peritis ſolet, & juris Germanici (γ) eſſe ab ipſo jure aſſeveratur.

12. Canonici quoque liberam ſuorum Epiſcoporum retinent electionem: & concordatis fruuntur nationis Germanicæ. (δ)

13. Eſſe denique Olomucenſis in Moravia Epiſcopus exemptus, [ε] & immediate ſub Papa Romano conſiſtere nunc perhibetur. Quod jus mihi videtur Epiſcopus Olomucenſis poſt vaſtatum ab Huſſitis, collapſum & jacentem Archiepiſcopatum Pragenſem conſecutus eſſe: qui demum a Ferdinando I. [ζ] Imperatore & Bohemiæ Rege reſtauratus eſt. B

584 (α) Decreto de jure Princip.] *vom Fürſtenrecht, apud Freberum in* tract. *vom Furſtenrecht, fol.15. & fol.65. item in Reichs Satzungen* part. 2. anno 1434. fol.102.

(β) In Germania] *Æneas Sylvius in* German. cap. 12. & ſeq. *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23.

(γ) Juris Germanici] *in* Provinciali Romanæ Eccleſiæ, *in* Taxa Eccleſ. Romanæ, *in* Decretis Conciliorum Conſtantienſis, Baſilienſis, & Tridentini.

(δ) *Choppinus* lib. 1. de Sacra polit. tit. 2. num. 12. & lib. 1. Monaſticωr, tit. 1. num. 14. *Schiferdegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 30. q. 7.

(ε) Exemptus] *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23. *Joh. Gerhardus* Locor. theologic. tom. 6. de Miniſter. Eccleſiaſt. cap. 5. num. 247.

(ζ) Ferdinando] *Pontanus in* Bohem. pia lib 3. *Mirans in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 7. fol. 57.

CAPUT VI. C

Epiſcopatus Vratislavienſis a Caſimiro Rege Poloniæ inſtitutus, ab Imperatore Heinrico IV. Pragenſi diœceſi, ut & Cracovienſis, ſubjectus. Juris eſt Germanici, & Concordatis ſubjacet. Rex Bohemiæ eſt patronus, habetque jus præſentandi & nominandi. Epiſcopatus Vratislavienſis an pateat aliis, quam ſolis Sileſiis? Epiſcopus geſſit Cancellariatum Imperii per Germaniam. Olim ſuberat Archiepiſcopo Gneſnenſi, hodie eſt exemptus.

CAſimirus Rex Poloniæ ſedem & Collegium Epiſcopi Sileſiæ, quod prius Smogroviæ, & poſtea Bicinæ [alii habent Ricinæ] fuerat, tranſtulit Vratislaviam, [α] illudque pluribus reditibus dotavit, anno Chriſti nati MLII. *Caruit tum*, inquit Dubravius, [β] *Pontifice Vratislavia, idque ſolum ei ad cæteram* D *urbis magnificentiam defuerat. Ut igitur de Pontifice quoque gloriari poſſet, Caſimirus de ſententia ſuorum Præſulum ſedem Ricinenſem tranſtulit Vratislaviam, juſſitque ibi Hieronymum non amplius Ricinenſis, ſed deinceps Vratislavienſis Pontificis titulo præſidere.*

2. Sed quia hæc translatio, inconſulto Imperatore, ad cujus ſupremæ majeſtatis jura ſeu reſervata ſpectat Epiſcopatuum tam inſtitutio, quam translatio, a Caſimiro Rege facta fuerat, Heinricus IV. Imperator eam in Comitiis Moguntinis anno MLXXXVI.

 actis

(α) Tranſtulit Uratislaviam] *circa annum Domini 1058. Dugloſſus in* Hiſtor. Polon. *Cromerus* Rer. Polonic. lib. 3. in Miecislao I. Duce. *Michovius in* Chron. Regum Polon. lib. 2. cap. 14. in fi-
585 ne. *Herburtus* lib. 2. Hiſtor. Polon. cap. 1. *Curæus in* Annal. Sileſ. *Munſterus* Coſmograph. lib. 3. *Henelius in* Breslograph. cap. 5. *Schiferdegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 30. q. 12. *Mirans in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 9. *Neugebaur* lib. 3. Hiſtor. Polon. fol. 51. E

(β) Dubravius] *lib. 7. Hiſtor. Bohem. fol. 83. Boregk in* Chronic. Bohem. in Bretislao Duce, verſ. *Damit aber dieſelbe*, fol. 83.

A actis irritam pronunciavit, Sileſia cum diſtrictu Cracovienſi [α] in diœceſin Pragenſem tranſcripta, ut habet Diploma Cæſaris [β] revindicatorium, in quo hæc verba leguntur: *Inde ad Orientem hos fluvios habet* [Parochia Pragenſis] *terminos, Buo ſcilicet & Ztir, cum Krakowa civitate, provinciaque, cui Wag nomen eſt, cum omnibus regionibus ad prædictam urbem pertinentibus, quæ Krakowa eſt. Inde Ungarorum limitibus additis uſque ad montes, quibus nomen eſt Tritri, dilatata procedit.* Quo in loco pro *Tritri*, legendum eſt *Tatri*. Sunt enim montes illi Sarmatici, quibus olim Germania, quum Vandali Suevi Poloniam haberent, a Sarmatia; hodie Polonia ab Hungaria diſterminatur, ut initio libri primi diximus.

3. Eſt autem Vratislavienſis Epiſcopatus in Germania ſitus, & juris Germanici paB rochia ſeu provincia diœceſana. Taxa Eccleſiæ Romanæ: *Vratislavienſis in Germania.* Æneas Sylvius, [γ] *In finibus Germaniæ poſita Sarmatiam verſus.* Et alibi (δ) de Sileſia: *Caput gentis Vratislavia eſt, ampliſſima civitas ad ripam Oderæ [fluvius inter amnes Germaniæ late cognitus] ſita. Cujus Epiſcopatum majores noſtri aureum vocavere, Huſſitarum bella luteum reddidere.*

4. Hinc Concordatis nationis Germanicæ ſubjacet, eorundemque privilegio utitur fruiturque. (ε)

5. *Rex Bohemiæ*, inquit Schiffordegherus (ζ) Jureconſultus Vratislavienſis, *habet jus præſentationis & nominationis, tanquam fundator & patronus, in eligendo Epiſcopo Vratislavienſi, ita ut ſine Regis conſenſu nullus* in *Epiſcopum eligi poſſit, nec electus promo-* C *veri.* Affirmatque idem auctor, id jus Regi Bohemiæ fuiſſe ab Imperatoribus conceſſum.

6. Habent tamen Sileſii hoc privilegium, ne alienigena (η) poſſit aut a Rege obtrudi, aut a Canonicis eligi, niſi ſit natus Sileſius. Et putat Schifordegherus, Carolum Archiducem Auſtriæ, licet extraneum, tamen jure & reſpectu proximitatis & conſanguinitatis, quo Regem Bohemiæ contingit, eſſe ad Epiſcopatum promotum & admiſſum. Sed dic Schifordeghere, quo pacto poſſit pro extraneo reputari Ducalis Sileſiæ proles? nonne Ferdinandus I. fuit Rex Bohemiæ, & Dux Sileſiæ? an non Carolus erat ejus nepos legitimus? & ita heres Sileſiæ juſtus, juxta Johannis Regis diplomata (θ) a te ipſo prolata?

D 7. Nec tamen novum eſt aut inſolens, ut Teuthonici (ι) promoveantur & aſſumantur tam in ipſum Epiſcopatum Vratislavienſem, quam in ejus Canonicatus, & alios

(α) Sileſia cum Cracovienſ.] *Aventinus* Annal. Bojor. lib. 7. fol. 465.

(β) Diploma Cæſar.] *refert Coſmas Pragenſ. in* Chronic. Bohem. lib. 2. anno 1085. fol. 17. & *nos in* Append. ſub anno eod.

(γ) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 15. & cap. 62.*

(δ) Et alibi] *in Commentar. de Europa ſtat. ſub* E *Friderico III. Imp. cap. 18.*

(ε) *Choppinus* lib. 1. de Sacra polit. tit. 2. *Schifordegherus in* Diſputat. forenſ. lib. 3. tract. 30. quæſt. 7.

(ζ) Schifordegh.] *in* d. tractat. 30. quæſt. 3. *Etiam Abbatia ac Monaſteria in Bohemia, Moravia & Sileſia in patrimonio Regis ſunt; Henelius in* Sileſiograph. cap. 6. fol. 66. *Beſoldus in* Diſ-
586 ſertat. de Majeſtat. ſect. 2. c. 2. num. 5. *nec non in Po-* F *lonia; Herburtus in* Statut. Regni Polon. §. Abbates, *idem Beſoldus* d. ſect. 2. cap. 3. num. 4. *in Anglia; Richardus Harris in* Concord. Anglican. *Johan. Seldenus in* Jano Anglor. lib. 1. num. 39.

(η) Ne alienigena] *ne quidem Bohemus aut Moravus.* (* *ſicuti nec Sileſius admittitur ad Archiepiſcopatum Pragenſem. Qua de re diſſeru Schifordegherus in* d. tractat. 30. quæſtion. 12.

(θ) Diplomata] *d. tract. 30 quæſt. 11.*

(ι) Teuthonici] *quos recenſet Bucholtzerus in* Iſagog. Chronolog. *paſſim. Auguſt. Brunnius in* libello Synopt. *Schifordegherus* d. quæſt. 12. *Henelius in* Breslograph.

(*) „Maximas nugas hic agere Goldaſtum, & affirmare, quæ hodiernis moribus maxime re-„ pugnant, vult Balbinus *lib. III. Miſcell. cap. 22.* „ *§. 4.* dum videlicet tradit: Bohemos & Mora-„ vos non admitti ad *VVratislavienſes infulas*, nec „ tamen inſolitum eſſe, ut Teutonici promovean-„ tur; Iniquum certe foret in *Provincia Coronæ* „ *Bohemiæ* annexa filios extraneos admittere, do-„ meſticos excludere. Contrarium potius exem-„ pla docere, nempe *Bohemorum* aliquot *VVratisla-* „ *viæ* Epiſcopatum geſſiſſe, ut *Jodocus de Roſis*, a-„ liique. Præterea Schickfuſius in Annal. Sileſiæ „ tradit: *poſtulatum* ab Ordinibus omnibus & *Sileſiæ Principibus*, ne illa dignitas ulli, niſi in *Co-*„ *rona Bohemiæ* genitis i. e. *Sileſius, Bohemus ac* „ *Moravus* conferatur. Vid. *transactio Colovratiana apud Nicol. Henelium.* „

hos Sileſiæ perſonatus eccleſiaſticos. Et nuper adeo Regis Poloniæ ac Sueciæ filius ſe- A cundo genitus, ratione Reginæ matris Archiduciſſæ Auſtriæ, in Epiſcopum fuit a Cæſare avunculo commendatus, & a Canonicis electus.

8. Sic Epiſcopus Sileſius viciſſim in Germania ad dignitates Imperii primarias aſſumptus fuiſſe in rerum geſtarum monumentis legitur. Et vidi diploma Caroli IV. (α) Imperatoris de anno MCCCLII. in quo talis eſt ſubſcriptio: *Pragæ, per manus Venerabiſis Preczlai Wratislavienſis Epiſcopi, Aulæ Regiæ noſtræ Cancellarij, vice Venerabilis Gerlaci Moguntini Archiepiſcopi, S. Imperij per Germaniam Archicancellarij.*

9. Olim Epiſcopus Vratislavienſis ſuberat Metropoli Gneſnenſi (β) in Polonia: hodie eſt exemptus (γ) & immediate ſub Papa. Sedem autem Epiſcopalem habet Niſſæ in Sileſia. B

(α) Diploma Caroli IV.] *quod refert Pontanus in* Bohem. pia lib. 5. fol. 62.

(β) Gneſnenſi] *Tancredus in* Provincial. *Aubert. Miraeus in* Notit. Epiſcopatuum orbis Chriſtian. *& in* lib. de Reb. Bohemic. cap. 1.

(γ) Exemptus] *Munſterus* lib. 3. Coſmograph. cap. 23. *Eum tamen adhuc Gneſnenſi Metropolita ſubeſſe, contendit Cromerus* lib. 3. Rer. Polon. fol. 38. col. 1.

578 # CAPUT VII.

Luthomislenſis Epiſcopatus a Carolo IV. Imperatore & Bohemiæ Rege inſtitutus. Suffraganeus eſt Archiepiſcopi Pragenſis. Ejus ditio temporalis. Johannes Epiſcopus S. Rom. Imperii Cancellarius ſub Carolo IV. Imp. Exſtinctus ab Huſſitis ſub Sigiſmundo Imperatore. Præpoſitus VViſchegradenſis a quo & quando inſtitutus. Eſt exemptus & Princeps C *Regni. Ab iiſdem Huſſitis deſtructus & abolitus.*

DE Epiſcopatu Luthomislenſi in Bohemia nihil habeo magnopere quod referam, niſi quod ex Monaſterio [α] Præmonſtratenſi fuerit a Carolo IV. Imperatore & Bohemiæ Rege in Epiſcopatum erectus, & Archiepiſcopo Pragenſi Suffraganeus factus, anno Domini MCCCXLIV. confirmatus anno MCCCXLVIII.

2. In Bulla Clementis VI. Papæ apud Hagecium (β) decernitur in hunc modum, interprete Sandelio: *Das dorff Leutmiſchl aber, dieweil es ein vortrefflicher ort in dem Biſchoffthumb Prag iſt, thun wir, von wegen Gottes lob und ehr, zu einer ſtatt ordnen. Deſsgleichen wœllen wir auch die Kirche des Kloſters, in gemelter neuen ſtatt Leutemiſchl, welche des Præmonſtrateuſer Ordens iſt, zu einem Biſchoffthumb erhoben, und* D *geordnet haben. Demſelben dann von der Præger unnd Ulmitzer Kirchen, etzliche gebührliche theil, abgetheilet werden ſollen. Und ſollen alſo beyde Kirchen, zu Ulmutz und Leutmiſchl, ſampt ihren ſtætten, der Kirchen zu Prag Suffraganien oder VVeybbiſchoffthümber ſeyn und bleiben.*

3. Sedem Epiſcopalem obtinuit in ipſa arce Luthomislenſi, ſubjectaſque habuit civitates Luthomisliam & Tochowitium. (γ)

4. Æneas Sylvius (δ) de hac Sede ita commentatus: *Poſt Pragam Litemesle, altera in Bohemia Pontificalis civitas, vicina Moravis.*

5. Primus Epiſcopus fuit Johannes, qui poſt obitum Brecislai Vratislavienſis Epiſcopi, factus eſt S. Roman. Imperii Cancellarius Aulicus a Carolo Quarto Imperatore, E in cujus diplomatibus (μ) ita legitur ſubſcripſiſſe: *Ego Johannes Dei gratia Luthomiſch-*
588 *lenſis Epiſcopus, S. Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Reverendi in Chriſto Patris, Domini*

(α) Ex Monaſterio] *Hagecius in* Chronic. Bohem. part. 1. anno 1343. *Dubravius in* Hiſtor. Bohem. lib. 10. *Boregk in* Chron. Bohem. in Carolo IV. fol. 313.

(β) Hageeius] *in d. anno 1343. fol. 417.*

(γ) *Hageeius in* Chronic. Bohem. in calce, *Georg. Beatus in* Chron. Bohem. in fin.

(δ) Sylvius] *in Hiſtor. Bohem. cap. 1.*

(ε) Diplomatibus] *quæ producuntur in* Conſtitution. Imperial. *necnon in Reichs Satzungen.*

589 # MELCHIORIS GOLDASTI
HEIMINSFELDII

LIBER VI.

De Bohemiæ Regni, incorporatarumque Provinciarum, juribus ac privilegiis; necnon de hereditaria Regiæ Bohemorum familiæ ſucceſſione.

CAPUT I.

Cur quæſtio principalis de hereditaria ſucceſſione ultimo loco pertractetur, quum in ea cardo totius negotii verſetur. Ordo ſucceſſionis in Bohemia eſt primogenialis, tam in maribus, quam feminis. Teſtium productorum ſanctitas atque integritas.

COnfectis & abſolutis libris, quos de juribus ac privilegiis Bohemorum Re- A
gis, Ordinum Regni, & incolarum Moraviæ, Sileſiæ & Luſatiæ,
quam diligentiſſime potuit, ſumma fide inſtituimus; ſupereſt ut eam
partem, in qua cardo totius rei vertitur, nempe de hereditaria Regiæ
agnationis & cognationis ſucceſſione, pariter eademque fide exſequamur.
Hæc enim eſt ſumma diſſertationis noſtræ, ex qua controverſia
tota pendet. Eſt quidem ita; hanc partem primo loco tractatam oportuit: ſed quia ardua
eſt cauſa, quam advocandam ſuſcepimus, quæve idoneum requirit cognitorem
590 atque judicem, prius erant prætenſa illa jura ac privilegia expedienda, quam ad ipſum
cardinem movendum accederemus. Quum enim ſolemne ac legitimum Imperatoris,
Electorum Curiæ Parium, atque univerſorum Imperii Ordinum, judicium prorſus in- B
competatur, recuſetur & ſpernatur, faciendum nobis fuit, ut cuncta illa obſtacula,
quibus Bohemi in judicio ſibi in Regem ſuum arrogando præſtructi muniuntur, ante removerentur,
quam ad rem ipſam veniremus.

2. Sed illis feliciter (quomodo nobis perſuademus) peractis, in hoc libro demonſtraturi
ſumus, Regnum Bohemiæ, cum Marchionatu Moraviæ, Magno Ducatu Sileſiæ,
& Marchia Luſatiæ, eſſe hereditarium & ſucceſſivum, jureque Majoratus (α)
olim delatum; poſtea primogenituræ (β) ordine ſervato, primum filiis, eorumve nepotibus
per repræſentationem, & in illorum defectu, proximis agnatis ſanguinis & majoratus
habita ratione. Quibus omnibus agnatis à primo acquirente deſcendentibus ex-
ſtinctis, nec ullis maribus exſtantibus, tranſire Regnum ad filias confirmabimus, & ea- C
rundem liberos mares, pari eodemque ſucceſſionis ordine obſervato.

3. Et primum quidem antiqua Regni Boici jura ſucceſſoria cum poſterioribus conferemus.
Tum Ducum atque Regum Bohemiæ continuam ſucceſſionis hereditariæ ſeriem
ita ob oculos repræſentabimus, à probatiſſimis & conſummatiſſimis omnium gentium
auctoribus depictam, ut quaſi manibus palpari, & digitis tangi, ceu Apellinca quædam
tabella, poſſit. Accedent teſtificationes ſummorum Pontificum, Imperatorum
ac Regum Romanorum, Regum ac Principum exterorum, Electorum ac Principum
Imperii, quorum verba pro oraculis, dicta pro locupletiſſimis & certiſſimis reſponſis haberi
jure merito ab omnibus debent. Præterea Theologorum religioſa, Jureconſultorum
incorrupta, Politicorum integra, Hiſtoricorum ampliſſima, Philoſophorum fir- D
ma atque gravia teſtimonia interſerentur; quorum fidem ſi quis elevare, inceſſere ac labefactare
conatur, næ ille meretur, ut in retum humanarum actionibus improbus porro

Ccc inte-

(α) *Jure Majoratus*] Nicol. Betſius *de Pact. famil. Illuſtr. cap. 4. fol.* 320. Anton. Coletus in *Diſſert. de Jure Imperii German. ſect.* 69.

(β) *Primogenituræ*] Carolus IV. Imperator in *Aur. Bull. tit. 7. & tit.* 24.

A inteſtabiliſque habeatur. Verum, ut ait Didius (*a*) *ubi rerum teſtimonia adſunt, quid opus eſt verbis?* (*)

(*a*) *Didius*] C. Didius in *Orat. in Salluſt.* nomine Ciceronis ſcripta, ut tradit Diomedes *lib.* 2. *Grammat.* & obſervarunt Ludov. Carrio *lib.* 5. *Antiq. lection. cap.* 9. & Elias Putſchius in *Not. in Salluſt.*

(*) Præcipua argumenta, quibus Goldaſtus in hoc libro adſtruit *Regnum Bohemiæ eſſe hereditarium*, omiſſo Auctoris nomine perſtringit B Stranskius *de Republ. Bojem. c.* 5. qui in compendio Bohemorum argumenta exhibet, quibus tum temporis uſi fuerunt, cum Regnum ſuum *electitium* eſſe, probare contenderent. Quanquam vero cum Goldaſto in ea ſim ſententia, ſucceſſionem in Bohemia (ſaltem a multis ſeculis) fuiſſe *hereditariam*, non tamen probo nimiam ejus in hoc libro ſexto diligentiam, qua id ipſum, argumentis operoſe undique collectis, jam a prima Slavorum inhabitatione in hac regione obtinuiſſe demonſtrare C conatur; Nam in enarrandis & explicandis præcipuis & publicis gentium conſuetudinibus, id inter cetera præcipue eſt obſervandum, ne facile argumenta remota, & ex aliorum populorum, origine & moribus omnino diverſorum, annalibus petita adhibeamus, & in iis argumentationis noſtræ arcem collocemus; hæc quidem non infrequenter rem illuſtrant, ſed parum probant, imo haud raro aliena his illisve affingunt. Dein & id ſummo ſtudio in hoc negotio eſt cavendum, ne nimis geneD raliter de moribus & conſuetudinibus hujus vel illius gentis loquamur, ne etiam antiqua cum mediis, media cum novis confundamus, etiamſi de uno eodemque populo nobis ſermo ſit, ſæpe enim numero hæ ætates toto cœlo inter ſe differunt, & alia ex. gr. eligendi Magiſtratum via placuit antiquis, alia mediis, alia recentioribus. Quod ad primum attinet, non ſolum longe remotum, ſed & plane alienum videtur illud argumentum a moribus Hermundurorum, Bojorum, Marcomanno-E rum, & Quadorum depromtum. Ponamus, nondum enim extra omnem hæc controverſiam poſita ſunt, horum populorum, qui antiquiſſimi hujus regionis fuerunt incolæ, regnum fuiſſe *hereditarium*, an inde ſequitur ipſos Slavos, cum primum has oras occuparent, eandem conſuetudinem ſtatim ultro recepiſſe, & ad poſteros ſuos propagaſſe? mihi ſaltem non fit veroſimile, niſi fingere velimus Slavos vix aëre Bohemico infectos, illico libertatem patriam abjeciſſe, & more anteceſſorum ſuorum in Bohemia capita ſua illi jugo ſubjeciſſe, quod tunc temporis non ſolum ipſi Slavi, ſed & innumeræ aliæ gentes intolerandum eſſe firmiter credebant. Hinc in principio Reipublicæ ſuæ conſtituendæ non Regibus, ſed Judicibus & Ducibus utebantur, quorum poteſtas per liberam electionem, quam ea ætate plurimi Europæ incolæ exercebant, erat reſtricta, ut ſalva eſſet libertas, qua nihil pretioſius mortalibus eſt conceſſum. Imo regium nomen tam exoſum erat Bohemis, ut diu reluctarentur Germanis, qui hanc dignitatem illorum Ducibus offerebant, ne vel hoc ipſo libertas imminueretur. Ejuſdem etiam valoris eſt argumentum, quod Auctor noſter a Sarmatarum moribus *cap.* 3. depromit, id quippe, ſi recte excutiamus potius a noſtris, quam Goldaſti partibus ſtat. Præterea, nec illud prætermittendum, quod ſecundo loco monuimus, diſcernendas videlicet probe eſſe varias in Hiſtoria cujuſve gentis periodos; ſi enim antiquiora Bohemiæ ſpectemus, antequam illa regio ad obſequium Imperii plane redacta eſſet, tot forte illa tempora, ſi non plura, argumenta pro *libera electione*, quam pro *hereditaria ſucceſſione* abunde nobis ſuppeditabunt. Minime autem huic officiet, quod a prima commotatione Slavorum in Bohemia Duces liberis ſuffragiis fuerint electi, ſufficit enim jam a multis ſeculis dignitatem hanc fuiſſe *hereditariam*, quam permulti Reges, Regnique Ordines, quidquid excipiant, legibus, ſuoque aſſenſu confirmarunt. Hæc in genere hoc loco præfari volui, nam ſingula hujus libri argumenta excutere nec lubet, nec temporis anguſtia qua circumſcriptus ſum, permittit. Vide etiam, quæ de Regno Bohemorum, hereditario diſputat. Limnæus de *Jur. Publ. lib. III. c.* 8. §. 30. *ſeqq.*

592

CAPUT II.

Bohemiæ Regnum ſucceſſivum & hereditarium fuit jam inde a prima Regni cultura, etiam ante Chriſti Domini noſtri nativitatem ſub Boiis. Inde Boiorum leges ſucceſſoriæ in Boiaria ſeu Bavaria. Antiquorum Germanicorum Regnorum jura in F *ſucceſſione Regiarum familiarum. Regia familia Marcomanorum in Bohemia fuit Marobodua, Quadorum autem in Moravia, Tudria dicta, Interrupta ſeries per potentiam Romanorum Cæſarum. Reſtituta tamen & conformata ad inſtar aliarum in Germania Regiarum familiarum.*

ET ne nobis caſca illa & veneranda antiquitas non favere ac ſuffragari videatur, exordiemur a priſcis illis Hermionum ſeu Hermundurorum (*a*) Boiorum, Marcomanorum & Quadorum Regibus, qui ante Slavos Bohemiam ac Moraviam habuere; doceamuſque, ne tum quidem in Bohemia jus electionis obtinuiſſe, ſed

G (*a*) *Hermundurorum*] de quibus Cluverius *lib.* 1. *German. antiq. cap.* 37. Beſoldus in *Diſcurſ. de Rerumpubl. inter ſe comparat. cap.* 1. *fol.* 227. Aventinus in *Annal. Bojor.* Nicol. Reuſnerus in *Sylvula Principum Bojar. & Palatin.* ubi Regum ordinem ſucceſſivum recenſet. Porro apud Petrum Daſypodium in Dictionar. corrupte legitur *Hernuvones*, pro *Herminones*.

ſed Reges ſucceſſiſſe jure quodam hereditario atque avito. Qua in re communionem A
quandam Bohemorum Reges habuiſſe cum cæterarum gentium Germanicarum Regiis
heredibus videntur, quum Stephanus Paſchaſius (α) JC. & Conſiliarius Regius autor
ſit, omnia Germanorum Regna in ſucceſſionibus ejuſdem ferme generis fuiſſe, nempe ut proximi agnati ſuccederent: quibus nec exſtantibus, feminæ admitterentur.

2. De Boiis quidem, a queis nomen Boiohemiæ inditum, nullum exemplum memoriæ proditum legimus. Non tamen eſt dubitandum, quin ut avunculi Ambigati (β) in
Celtica, & fratris Belloveſi in Galia Ciſalpina, Romanis ſic dicta, ita etiam Sigoveſi
Regnum in Germania in ejus poſteritate manſerit hereditarium, ut de Critaſiro (γ)
Rege, qui Octavio Auguſto imperante in Bohemia regnavit, ſupra diximus.

592 3. Quod ipſum hereditariæ ſucceſſionis inſtitutum conſtanter retinuerunt ex Bo- B
hemia in Noricum pulſi, ubi Regnum Boiariorum, hodieque florentiſſimum, felicibus auſpiciis condiderunt: inſtitutum, inquam, non genituræ ordine, ut noſtris moribus, hereditarium, ſed cum quodam electionis arbitrio commixtum. Ita enim
Welſerus (δ) ſcribit: *Duces lecti ex una Agilolfingorum familia, ſive Francorum
Regum auctoritate, ſive populi comitiis. Nam utriusque inſtituti ratio habita in Legibus, & quod mirere, Regni Ducatusque nomen permanſit promiſcuum. Lege cautum, ne regnum a patre transferatur in filium, dum adhuc pater ejus poteſt Regno
præeſſe.* Et iterum *fol.* 253. *Lege ex Agilolfingis Ducem ſuffici neceſſe eſt, non qui
defunctum proxima conſanguinitate contingeret, ſed fide & prudentia præſtantem.*

4. Legum Boicarum, quarum meminit, eſſe auctor memoratur Theodoricus C
Rex Francorum, qui eas ex vetuſtis Boiorum conſuetudinibus & traditionibus collectas,
Regia ſuprema autoritate confirmaverit. Earum præcipua capita huc ſpectantia operæ
eſt non præterire: *Si quis contra Ducem ſuum,* inquit Lex (ε) *quem Rex ordinavit
in provincia illa, aut populus ſibi elegerit Ducem, de morte ejus conſiliatus fuerit*
&c. Et *cap.* 20. *Dux qui præeſt in populo, ille ſemper de genere Agilolfingorum fuit,
& debet eſſe, quia ſic Reges anteceſſores noſtri conceſſerunt eis, ut qui de genere illorum fidelis Regi erat, & prudens, ipſum conſtituerit Ducem ad regendum populum
illum.* Et *cap.* 10. *Si quis filius Ducis tam ſuperbus vel ſtultus fuerit, ut patrem ſuum dehoneſtare voluerit per conſilium malignorum, vel per fortiam, & regnum ejus auferre ab eo, dum adhuc pater ejus poteſt judicio contendere, in exercitu ambulare, po- D
pulum judicare, equum viriliter aſcendere, arma ſua velociter batalare, non eſt
ſurdus nec cæcus, in omnibus poteſt juſſionem Regis implere, ſciat ſe ille filius contra
legem feciſſe, & de hereditate patris ſui eſſe dejectum, & nihil amplius ad eum pertinere
de facultatibus patris ſui, & hoc in poteſtate Regis vel patris ſui ibit, ut exiliet eum
ſi vult. Nihil aliud habeat in poteſtatem, niſi quod per miſericordiam Rex vel pater
ejus dare ei voluerit. Et ſi ſupervixerit patrem ſuum, & alios fratres habuerit, non
dent ei portionem, quia contra legem peccavit in patrem ſuum. Et ſi ille ſolus de heredibus ejus ſupervixerit patrem ſuum, in Regis erit poteſtate cui vult donet, aut illi, aut
alteri.* Habemus heic textus expreſſos, quibus probatur, Regnum Boiorum fuiſſe ſucceſſivum in Regia familia Agilolfingia, & filios patribus ſucceſſiſſe, aut, illis non ex- E
ſtantibus, agnatos a populo electos ex virtutum meritis, & Imperatorum placitis,
quorum auctoritate Reges ac Duces Boioariæ non minus, quam Boiohemiæ, etiamtum conſtituebantur, & adhuc hodie conſtituuntur.

593 5. Atque hinc videmus, Boiohemiam jam inde ab antiquiſſimis temporibus fuiſſe
hereditariam & ſucceſſiuam in genere Regio. Boiis in Bohemia Marcomani, in Sileſia & moravia Quadi ſucceſſerunt. De quorum Regia ſucceſſione ſcribit Corn. Tacitus: (ζ) *Marcomanis Quadisque uſque ad noſtram memoriam Reges manſerunt ex
gente ipſorum; nobile Marobodui & Tudri genus.* Pro cujus verbis familia Regia

(α) *Paſchaſius*] lib. 2. des Recherches de la France cap. 16. Cui adſtipulatur Andreas Fauynus JC. & Advocatus Regius Pariſienſis *lib.* 7. *Hiſtor. Navarr. anno* 1327. *fol.* 392. Petrus Olhagaræus JC. & Hiſtoriograph. Reg. *lib.* 4. *Hiſtor. Foxenſ.* Ludovic. Guyon JC. Dolanus *lib.* 5. *Diverſ. lection. cap.* 2. Goldaſtus *lib.* 2. *de Majorat. cap.* 16. Beſoldus *d. cap.* 1. *fol.* 227.

(β) *Ambigati*] Livius *lib.* 5. Cluverius *lib.* 3. *Hiſt. antiq. cap.* 30.

(γ) *Critaſiro*] lib. 1. cap. 4. §. 6. Etiam Wel- F
ſerus *lib.* 2. *Rer. Boicar. anno Chriſti nati* 100. teſtatur, Boiis ex ſua ipſorum gente Reges fuiſſe.

(δ) *Welſerus*] lib. 4. Rer. Boicar. fol. 226.

(ε) *Inquit Lex*] in Legibus Baiwariorum *tit.* 2. *cap.* 1. Adde Aventinum in *Annalibus Bojor.* & Beat. Rhenanum *lib.* 2. *Rer. Germanicar. cap.* 3.

(ζ) *Tacitus*] in libell. de Situ ac moribus Germanor. & ibi Willichius in *Comment.*

A Marcomanorum in Bohemia *Marobodua* (*) Quadorum autem in Moravia *Tudria*,
der Mehrboden und Tudern oder Udern, jus habuit in utroque Regno hereditarium (α)
& ſucceſſivum. Quod de Maroboduo Rege diſertim deſtatur Vellejus Patercu-
lus (β) ita ſcribens: *Non tumultuarium, neque fortuitum, neque mobilem, & ex vo-
luntate parentium* (id eſt ſubditorum) *conſtantem, inter ſuos occupavit Principatum,
ſed certum Imperium, vimque Regiam* &c.

6. Et hoc jus ſucceſſorium in Regiis illis familiis perduravit uſque ad Veſpaſiani,
aut (ut alii malunt) Trajani imperium. Nam Taciti primum ætate externos Reges a
Romanis Imperatoribus impoſitos pati cœperunt, coruptis jam tunc, ut eleganter
Welſerus (γ) autumat, fractiſque patriis inſtituris, pecunia magis quam armis Ro-
B manorum, circiter Chriſti nati annum centeſimum, ut idem Welſerus computat.
Verba Taciti (δ) ad quæ Welſerus alludit, hæc ſunt: *Jam & externos patiuntur: ſed vis
& potentia Regibus ex auctoritate Romana raro armis noſtris, ſæpius pecunia juvan-
tur, nec minus valent.*

7. Nec tamen violenta hæc Romanorum Cæſarum interruptio diu Regiis familiis
obnocere potuit, quin populi favore ad priſtinum ſucceſſionis legitimæ decus poſt-
modum redierint. Nam Tudrus (ε) Marcomanorum Rex Regio Tudrorum genere
ortus, temporibus Antoninorum Imperatorum fortia bella cum Romanis geſſiſſe le-
gitur. (**)

8. Et quod jus ſucceſſionis hereditarium Marobodui in Bohemia, Tudri in Mo-
C ravia, Agilolfi in Boiaria, habuere: idem Amali (ζ) apud Oſtrogothos, Balthi apud
Wiſigothos in Suecia, Gungi apud Longobardos in inferiori Saxonia, Anſes apud
594 Wandalos, Harlingi apud Briſacos, Merovei ſeu Merovingi (ut quidem inflectere
antiqui Germani nomina gentilia conſueverant, ut Agilolfingos, Amalungos, Bal-
thingos, Gungingos, Carlingos &c. dicerent) apud Francos, obtinuere. Adeo
autem priſca illa Germanorum Regna fuerunt puræ illius & abſolutæ electionis neſcia, ut
extra familiam Regiam nefas eſſet de Rege (η) quærendo & eligendo verbigerari, nedum
impia moliri conſilia.

CAPUT

(α) *Jus habuit hered.*] Joachimus Curæus in *Annal. Sileſ. fol.* 22. Cyriac. Spangenberg. in A-
D delsſpiegel *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 5. & in *Chron. Saxon. cap.* 34. Welſerus *d. lib.* 2. Cluverius *lib.* 3. *German. antiq. cap.* 30.

(β) *Paterculus*] lib. 2. Hiſt. Roman. cap. 108. in editione Gruteri, *Certum Imperium* vocat, quod Spangenberg. ihm erblich zugefallen, *d. cap.* 34.

(γ) *Welſerus*] d. lib. 2. Rer. Boicar.

(δ) *Taciti*] in d. lib. de Germania.

(ε) *Tudrus*] Joach. Curæus in *Annal. Sileſ.*
E *fol.* 21.

(ζ) *Idem Amali* &c.] Caſſiodorus *lib.* 8. *variar. cap.* 5. & *cap.* 9. *lib.* 10. *cap.* 3. & *lib.* 11. *cap.* 13. Verba *d. cap.* 5. hæc ſunt; *Amalorum Regalem proſapiam, Balthium germen*: perperam namque Fornerius mutat *Baltheum* in *lacteum*, ut in *præfat. Conſtitution. Imp. Tom.* 3. docuimus. Videatur de hereditariis iſtis Regiis familiis, Alexander lib. 4. *Genial. dier. cap.* 24. & ibi Tiraquellus in *Addition.* Rein. Reineccius in *Comment.*
F *de Orig. Saxon. fol.* 16. Jacob. Valdeſius *de Prærogativ. Hiſpan. cap.* 15. *n.* 7. Beſoldus *lib.* 2. *Diſput. nomicopolit. differt.* 1. *n.* 10. & *ſeqq.* Goldaſtus *lib.* 2. *de Majorat. cap.* 17. §. 2.

(η) *Nefas eſſet de Rege*] Exſtant ea de re antiquiſſimi Canones Conciliorum in Hiſpania, Gallia &c. habitorum, in *tomis Concil. General.* & aſſignavit Garſias Loyaiſa in *Not. ad Concil. Hiſpan.* Guliel. Barclajus *contra Monarchomach.* & Joh. Barclajus in *Pietat.*

G (*) „Unde quæſo iſtud *de Marobodua?* nam „primus *Maroboduus ex Suevica* gente *ſe ſe gentemque ſuam in Bohemiam tranſtulit*, poſtea ab „Arminio cæſus, ac deinde a Catvalda pulſus *ad* „*Romanos* confugit, & *Ravennæ* conſenuit. Nul-„lus ex ejus filiis regnavit unquam, ut patet eo-„rum temporum geſta legentibus, neque ante „*Maroboduum* ullus alius *Maroboduus* reperie-„tur. Quomodo igitur nata eſt Goldaſto fami-„lia *Marobodua*, cum nec duos *Maroboduos* un-„quam ſit allaturus? Denique, quid ad novam „*Czechorum* gentem facit, quibus moribus & le-„gibus *Quadi* aut *Marcomanni*, *Germania* po-„pulus, vixiſſe legantur? „ Balbinus *lib. III. Miſcell. cap.* 22. §. 4. Quæ Bohemicus Hiſtoricus hoc in loco quod ad familiam *Maroboduam* Goldaſto opponit, ea mihi minus certa eſſe videntur, ſatis enim clara ſunt Taciti verba, ut vix aliter explicari poſſint; dicit ille Marcomanos habuiſſe ad ſua usque tempora Reges ex ſua gente, fuiſſe autem in ea nobile admodum genus Marobodui, cur hanc familiam, dum de Regibus hujus populi domo natis agit, memoraret Tacitus niſi eo ipſo id innuere voluiſſet ex ea Reges tamdiu præfuiſſe Marcomanis quamdiu proprios non externos Reges paterentur, nam Maroboduum non ex infima plebe, ſed ex nobiliſſima familia oriundum ſatis clare nos docet Vellejus Paterculus. Etiamſi igitur varios *Maroboduos* enumerare ob monumentorum defectum haud valeamus, minime tamen id ipſum infringit ſplendidiſſimam tunc temporis inter Marcomanos fuiſſe Marobodui familiam. In eo tamen cum Balbino ſentimus, parum hæc ferire Czechos, quibus legibus & moribus vixerint Marcomanni & Quadi.

(**) Hæc mihi parum certa eſſe videntur, quæ de Tu-

CAPUT III.

Sarmatis etiam antiquiſſimis ſuos fuiſſe Reges ac Principes comprobatur. Hinc oriundi Zechus & Lechus, ille Bohemorum, iſte Polonorum auctor, conditorque, Principatum utrobique non populi electione, ſed propria virtute inſtituerunt. Primiſlaus I. jure uxorio Ducatum Bohemiæ adeptus, illum in poſteros ſuos hereditariò propagavit: adeo ut nec fera illa Paganiſmi barbaries jure legitimæ & naturalis ſucceſſionis ſemel acquiſito, contradixiſſe unquam inveniatur. Quid cum Borivoio ob inſtitutam religionis Chriſtianæ reformationem ſit actum: & cur ob prætenſam perſecutionem rejectus, fuerit ultro in Regnum legitimum revocatus & reſtitutus.

DE qualitate, forma & ſtatu Regnorum antiquiſſimorum in Sarmatia, quoniam A
incompertum eſt, in medio relinquimus. Quintamen Reges ac Principes
ſuos Sarmatæ habuerint, etiam illi antiquiſſimi, non ſinit nos ratio ipſa dubitare (α*) Scribit quidem Pompon. Mela, (β) Sarmatatum *gentem* fuiſſe
liberam (γ) *& indomitam*, non tamen negat Regibus ac Principibus paruiſſe. Nam

& ſub

de Tudro Marcomannorum (potius dicere debuiſſet Quadorum, apud quos hæc familia ſummum locum obtinebat, ut non ſolum ipſe *§.* 5. ſed & 8. monuit) Rege ex Curæo memorat, cum enim id ignorent ejusdem ætatis Hiſtorici, Sileſio illi tuto fides haberi nequit.

(α) *Non ſinit nos dubit.*] in dubium tamen vocat Joh. Matthias a Sudetis JC. Bohemus in *Subſeciu. de Orig. Boh. & Slavor.* & Joh. Bapt. Eyſen in *Deduct. Bohem. in princ.* Contra ſaniores politici ſtatuunt, gentes Slavicas ſervili ingenio naſci ad ſerviendum magis quam ad imperandum. (**) Chriſt. Matthias Dithmarſus *lib.* 1. *Syſtem. polit. exerc.* 1. *fol.* 159.

(β) *Pomp. Mela*] lib. 3. de Situ orbis cap. 4. & ibi Vadianus in *Comment.*

(*) Si agendum ſuſpicionibus eſt, nullam Gol-
» daſtus *Rempublicam* admittet, non *Romanam*,
» non ante illam *Athenienſem*, non *Spartanam*
» &c. quia *ratio non ſinit dubitare*; & *hiſtoria*
» *lux temporum*, *magiſtra veritatis* aliud do-
» cet. » Balbinus *lib. III. Miſcellan. cap.* 22. *§.* 4.
Ita quidem recte Balbinus perſtringit Goldaſtum, qui ſi certa teſtimonia ex veteribus habuiſſet, mihi crede, nullis ſuſpicionibus uſus fuiſſet. Omnia potius, quæ de Sarmatis nobis ex antiquitate reliqua ſunt, huic ſententiæ aperte repugnant. Nimis manifeſta, & in oculos omnium primo intuitu cadunt, quæ ex Mela *hoc §.* profert Auctor noſter, quem invitis Muſis in ſententiam ſuam pertrahere conatur; nec rectius Procopium explicat, quem de Aſiaticis Slavis non Europæis loqui nobis perſuadere conatur. Sed hæc ratiocinia me parum movent.

» **Quinam iſti ſunt ſaniores Politiei Goldaſte?
» profers unicum *Ditmarſum*, qui ater an albus fu-
» erit, ego neſcio. An ni ſervili ingenio cenſes, qui ad
» libertatem ſe genitos & bene natos ſemper me-
» minere &c. Quæ gens libertatis ſervantior, quam
» gens Slavorum. Certe *Poloni* præcipua in *ele-*
» *ctione Regum* ſuorum libertate gaudent, & quod
» nulla prope in Europa gens habet, *Reges* pro ar-
» bitrio eligunt. Procopius Cæſarienſis a Golda-
» ſto citatus auctor *hoc §.* contra eum facit. Igi-
» tur nemo tum ſervivit Slavorum, ni ſi qui voluit.

Quod ſi Goldaſtus ingenia ad imperandum de- «
eſſe & defuiſſe Slavis velit dicere, innumeris Re- «
gum & Principum & Procerum noſtrorum in Bo- «
hemia, ac ne res nimium glorioſa videatur, a- «
liarum *ex Slavis* gentium, ut generoſiſſimæ «
gentis *Polonicæ* ac ceterarum exemplis demon- « B
ſtrare poſſemus, plurimos *Gubernatores* domi «
ac toga ſapientiſſimos, tum *Belli Duces* clariſſi- «
mos promiſiſſe. Vide, quæſo Lector, quæ in «
Icone animorum Barclajus ſcripſerit de *moribus* «
& ingeniis Bohemorum, quis item hodieque «
ſenſus ſit *Gallorum*, *Italorum & Hiſpanorum*; «
nam *Ditmarſum* illum, Goldaſti *Politicum ſa-* «
niorem, fortaſſe natione etiam *Ditmarſum* in «
rebus Europæ a patria ſua remotis hoſpitem, & «
vix ulli vel de nomine notum, Judicem recuſa- « C
mus. Hæc recte opponit Goldaſto Balbinus «
lib. III. Miſc. c. 22. *§.* 4. nam omnes liberi naſcimur, & nulla gens præ alia magis ad ſerviendum in lucem editur, æque natura liberi Slavi ac alii Europæ incolæ. Solius Mathias (quem Ditmarſum cognominatum minus recte ſentit Balbinus, cum illud nomen patriæ fuerit) rem hanc non efficit, cum contrarium doceant Procopius aliique Hiſtorici.

(γ) *Gentem liberam*] Hoc argumento omnes D
omnium Regnorum ac Principatuum jura & ſucceſſiones legitimæ, quin & ipſa privatorum hominum dominia ſubverti poſſunt; quia ab initio omnes homines liberi erant, nec ullæ gentes alterius poteſtati, juriſdictioni, aut imperio ſubjectæ; *l. ex hoc jure*, 5. *D. de juſt. & jur. c. jus gentium*, *q. diſt.* 1. Coſtalius ad *d. l.* 5. *D. de juſt. & jur.* Coraſius ad *l.* 28. *D. de adopt.* Valdeſius in *tract. de Prærogativ. Hiſpan. cap.* 18. *n.* 20. Eſt
ergo argumentum ex Platonis Schola & Anaba- E
ptiſtarum hæreſi depromptum magis, quam Chriſtianorum philoſophia, & Catholicorum doctrina. Namque priſci illi Slavi ſuo parebant Regi, ſed liberi & volentes, Martin. Cromerus *lib.* 1. *Rer. Polon. cap. ult. & lib.* 2. *cap.* 1. Jodoc. Ludovic. Decius *lib.* 1. *de Vetuſt. Polonor.* quemadmodum de Græcorum Regibus ſcribit Demoſthenes; ἐχόντων ἦρξαν ἐλευθέρων. Et de Octavio Auguſto Cæſare Virgilius lib. 4. Georg.

— *Vi-*

A — *Victorque volentes*
Per populos dat jura —

hoc eſt, Reges ex virtute imperabant, populi ex juſtitia parebant, ut eleganter ibi adnotant Servius, Probus, Donatus, Philargyrius, Landinus, Pimpontius, Berſmannus, alii omnes interpretes. Egregius Poëta Claudianus lib. 3. inquit:

Fallitur egregie quisquis ſub Principe credit
Servitium numquam libertas gratior exſtat
B *Quam ſub Rege pio.* —

Ad quem locum alluſiſſe videtur Guntherus lib. 3. Ligur. ſive de reb. geſt. Friderici I. Imp. monens:

Quæ tibi libertas poterit contingere major,
Quam Regi ſervire tuo? Et lib. 8. inquit:
— *Libertas maxima nobis*
Tam placido parere viro —

Nimia enim libertas, vera libertas non eſt, ſed ſoluta quædam ac diffluens licentia: Janus Parrhaſius in *Comment. ad Claudian.* Caſp. Barthius in C *Not. ad eund. lib.* 3. Nathan Chytræus in *Comment. in Epiſt. Cicer. ad Quint. frat. fol.* 272. *in pr.* Jacob. Spiegelius in *Schol. ad Gunther. d. lib.* 3. Qualem Parthis tribuit Tacitus lib. 2. Annal. cap. 4. *Incerti ſolutique, & magis ſine Domino, quam in libertate.* Et Aboriginibus Saluſtius in Catilin. *Genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio, liberum atque ſolutum.* Et Judæis Rabbini, ut R. Bechai & R. Bar-Nachmoni, qui arbitrantur, Regiam poteſtatem pugnare cum liber- D tate populi Judaici, quorum condiho non ſit regi ab alio, ut a paſtore pecora, ſed inſtar ferarum liberrime circumvagati, conſignante Wilhel. Schickarto in *tract. de Jure Regio Hebræor. cap.* 1. *theor.* 1. Ecce quam egregiam libertatem ſibi Bohemi vindiceut. Sed eus jamdudum tacito nomine perſtrinxit Baro Liſtius Hungarus in *Diſput. politic.* & ejus conformator, doctiſſimus Berneggerus in *Annotation. in Taciti Agricol. ad proœm. loc.* 4. *in fin.* Nobis præſtabilior eſt idem Tacitus E lib. 1. Hiſt. ſcribens; *Præſtat ſub malo Principe eſſe, quam ſub nullo.* Cujus ſententiam, ut Chriſtianæ religioni conſentaneam, non dubitavit Cunrad. Dietericus in *Inſtitut. Catechetic. de 4. præcept. Decalog.* veluti ſacrum aliquem canonem, referre. Eſt enim Regia poteſtas jure Divino, naturæ & gentium introducta; ideoque cæteris Rerum publicarum formis ut prior, ita melior & præſtantior: id quod ſapientiſſimi quique omnium ætatum prudentes aſſeruerunt, quorum auctorita- F tes Bohemorum patronis quaſi per ſatyram indicabo, ut ab iis edocti tandem aliquando ſapere condiſcant. Conſulant ergo eos, qui Regiam poteſtatem cum genere humano natam fuiſſe contendunt, & ſummis laudibus ad cœlum uſque extollunt, velut Iſocrates in *Orat ad Nicoclem*, Plato *Dialog.* 3. Xenophon in *Cyropæd.* Ariſtoteles *lib.* 3. *Politic. cap.* 1. Juſtinus *lib.* 1. *Hiſt. in princ.* Plutarchus in *lib. de Unius & mult. domin.* Joh. Stobæus in *Sermon. Quod Opt. ſit Monarch.* Thomas G Aquinas & Averroes in *Comment. in Ariſtotel. Polit. lib. 3. in princ.* Jovianus Pontanus *lib. 4. de Obœdient. cap.* 2. Angelus Politianus in *Præfat. in Homer.* Philip. Beroaldus in *lib. de Opt. Reipubl. ſtat.* Thomas Morus *lib.* 1. *Utop. cap.* 2. Franciſc. Patritius *lib.* 1. *de Reg. inſtit. tit.* 13. Vincentius Caſtellanus *lib. de Offic. Reg. cap.* 1. Bodinus *lib.* 2. *de Republ. cap.* 2. *fol.* 214. *& lib.* 6. *cap.* 4. & in *Me-* 597
thod. Hiſtor. cap. 6. Hugo Donellus *lib.* 1. *Comment. jur. cap.* 1. & ibi Oſwald. Hilliger in *addit. lit. p.* Juſt. Lipſius *lib.* 2. *politic. cap.* 2. Pet. Gregor. Tholoſan. *lib.* 5. *de Republ. cap.* 3. Melch. Junius *Politic. quæſtion. part.* 1. *q.* 4. Simanca *lib.* 3. *de Republ. cap.* 2. *& ſeq.* Bellarminus *lib.* 1. *de Chriſto cap. 3. circa fin. & lib.* 1. *de Pontif. Roman. cap.* 2. *& cap.* 4. Andr. Knichen *de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum Saxon. cap.* 3. *num.* 19. Henning. Arniſæus *lib.* 1. *Politic. cap.* 10. Keckermannus. *lib.* 1. *Politic. cap.* 1. *& in Diſput. practic.* 29. *problem.* 6. Hippolyt. a Collibus *lib.* 1. *de Princip. cap.* 1. Lælius Zecchus *lib.* 1. *Politic. cap.* 1. Lud. Guyon *lib.* 3. *Var. lect. cap.* 19. Henr. Velſtenius in *Quæſtion. politic. dec.* 7. *th.* 3. Clem. Timplerus *lib.* 5. *Politic.* 2. *q.* 5. *Georg. Schœnborn lib.* 5. *Politic. cap.* 2. Joh. a Chokier *Aphoriſmor. polit. dec.* 7. *th.* 3. Jac. Alemannus *Conſultat.* 4. Hieronymus ab Eluer *Deliciar. apodemic. epiſt.* 39. Jacob. Huraldus *lib.* 1. *des Offices d' Eſtat cap.* 3. Althuſius in *Politic. cap.* 32. Adamus Wittichius in *Epitom. politic. cap.* 18. Frideric. Salveldius in *Monit. Regiis ex Homero polit.* Johan. Gerhardus *Locor. theologic. tom.* 6. *de Magiſtrat. polit. num.* 133. Joan. Avenarius JC. in *Quæſtion. nomicopolit. cap.* 9. Beſoldus in *Diſcurſ. politic.* 5. *de Rerumpubl. inter ſe comparat. cap.* 1. *in princ.* Sepulueda, Montecadinus, Giphanius, Scherbius, &c. in *Politic. Ariſtot. d. lib.* 3. *cap.* 1. Chriſtian. Matthias *lib.* 3. *Syſtem. politic. exercit.* 2. *ſect.* 2. *theor.* 1. *& ſeqq.* Quorum probare exoptant. Cæſariani ordinatam diligentiam potius, quam Bohemorum confuſam ſequi licentiam: quippe quæ in jure Divino nullum habeat fundamentum, nullum præceptum, quin Adamo protoplaſto Regia & Monarchica poteſtas, non democratica, nec oligarchia, fuit a Deo commiſſa *Geneſ. cap.* 1. Et ipſe Deus in populi ſui gubernatione, forma Monarchica uſus legitur; *Numer. cap.* 11. *& cap.* 16. *Exod. cap.* 18. *& cap.* 20. *Deuteronom. cap.* 17. *in fin. Joſua cap.* 1. Lamb. Danæus *lib.* 1. *Polit. Chriſt. cap.* 6. Althuſius in *Politic. cap.* 39. Arniſæus *d. lib.* 1. *Politic. cap* 9. *& lib.* 2. *de Republ. cap.* 5. *ſect.* 1. Johann. Avenarius in *Quæſtion. nomicopolit. d. q.* 9. Wilh. Schickartus *de Jur. Reg. Hebræor. cap.* 1. *theor.* 1. Cujus ordinem æmulatus Muhammedes Pſeudopropheta eandem in *Alkurano ſuo* præcepit & inſtituit, ut idem doctiſſimus Schickartus *d. loc.* admonet. Imperare enim & parere ſunt ex genere neceſſariorum; Ariſtoteles *lib.* 1. *Politic. cap.* 5. Sed natura non deficit in neceſſariis; Thomas Aquinas in 1. *ſecunda, q.* 5. *art.* 5. Nec ulla gens unquam reperta eſt inde ab orbe condito ad noſtram uſque ætatem, quæ non uni alicui parere deprehenſa ſit, ut teſtatur Beſoldus *lib.* 1. *Politic. cap.* 1. *num.* 24. adeo ut etiam beatus ille populus in Inſula Fortunata a Rege magis, quam Optimatibus, gubernari fingatur; Leonhard. Floravantus *lib.* 3. *Phyſic. cap.* 1. Unde liquido conſtat, Regem ſeu Principem ſubditis eſſe priorem, (*) Keckermannus *lib.* 2. *Syſtem. politic. cap.* 1. *fol.* 30. eoque nomine etiam præſtantiorem & ſuperiorem; Chriſt. Matthias in *Colleg. politic.* 2. *diſput.* 8. *theſ.* 31. *& ſeqq.* Beſoldus in *Diſſert.* *philo-*

& ſub Rege proprio (α) ac gentili vivere, nullumque externum Imperium pati, li- A
bertas ſumma eſt. (β) Quo reſpexiſſe Mela videtur, quem ſub Julio Cæſare (γ)
595 ſive Claudio Imperatore fuiſſe Vadianus (δ) contendit. Et Procopius Cæſarienſis au-

ctor

philolog. de Præcognit. politic. cap. 7. in fin. quidquid dicant aut ſcribant Althuſius in *politic. cap. 19. num. 15. & ſeqq.* Danæus *lib. 1. Politic. Chriſt. cap. 4.* Timplerus *lib. 5. Polit. cap. 5. q. 2.* Joh. Gerhardus *Locor. theolog. tom. 6. de Magiſtrat. politic. num. 89.* Avenarius in *Quæſtion. nomico-polit. q. 38.* Quid enim? annon Adamus prior fuit hominibus ſibi parentibus? annon Principes familiarum ab Adamo deſcendentes, priores extitere ſuis gentilibus, in quos imperium tenebant? Sic tradit Moyſes in *Geneſ.* ſic aſſerunt Cluverius *lib. 1. German. antiq. cap. 37.* Marta Neapolit. in *tract. de juriſdict. part. 1. cap. 2.* Beſoldus in *Diſſert. de Præcognit. politic. cap. 5. num. 10.* & in *Diſcurſ. de Rerumpub. inter ſe comparat. cap. 1. fol. 226. & ſeq.* Etiam *lib. 1.* docuimus, Germanos inde ab
598 Aſcenaze, & Salvos inde a Riphato, ſub ſuis Regibus ac Principibus vixiſſe. Placet ergo hunc diſcurſum Jodoc. Ludovici Decii Poloni epiphonemate claudere, *d. lib. 1. de Vetuſt. Polon.* in hunc modum de Polonia gente ſcribentis: *Gracum Ducem præfecit, & Regem conſtituit. Nam hoc nomine, ſicut omnium gentium initio mos erat, ita & apud Sarmatas Polonosque imperii primum fuit.*

* „ Pergit graviter, cum ſemel cœpit exerta-
„ re Goldaſtus, & probare mirabili prorſus & ſe
„ digno ſophiſmate: *Rex ſeu Princeps ſubditis*
„ *eſt antiquior; Igitur veteres Slavi & Bohemi*
„ *Regem habuerint eſt neceſſe.* Exanguis, in-
„ formis, clauda, & male fulta probatio. *Libertas*
„ *non hominum ſolum, ſed ferarum, volucrum-*
„ *que ſenſibus fixa,* ait ille, *& ingenita, pri-*
„ *mum ſpolium fuit.* Et alius: *Liberos natura*
„ *omnes genuit.* Quomodo igitur antiquior
„ principatus. *Monarchia,* fateor, *Democra-*
„ *tia* melior, ſed non prior. Reſpublica non
„ eſt propter Principem, ſed Princeps pro-
„ pter rempublicam. Vide, quæ de Regno ad
„ Arcadium ſcripſit *Syneſius,* quæque alii *Magi-*
„ *ſtri Politicorum* docuerunt. „ Recte ita contra Goldaſtum argumentatur Balbinus *libr. III. Miſcell. c. 22. §. 4.* Si enim Rex & ſubditi ſunt relata & correlata, ut loquuntur Logicorum filii, nec Regem priorem ſubditis nec ſubditos priores Regibus vel fingere poſſumus. Adamus licet primus inter cæteros extiterit non tamen vel fictione aliqua Rex dici poteſt antequam habuerit, qui ipſi paruerint. Et ſi propter Rempublicam eſt Princeps, uti certiſſimum, tempore hæc prior ſit Principe neceſſe eſt. Nimis in his ratiociniis velificatur Goldaſtus cauſæ ſuæ, quam à remotiſſimis etiam temporibus argumentis undique collectis probare allaborat, quod factum nollem, certiora enim ei ſunt ad manus argumenta, quam ut ejusmodi ubi opus habeat. quibus perſæpe cauſæ noſtræ majus damnum quam fructum adferimus.

(α) *Sub Rege proprio*] *Notat* πολυμαθέστατος Barthius in *Notis ad Claudian. lib. 3.* Ritterſhuſius in *Not. ad Gunther.* Sic in Galliis ſummam eſſe libertatem, vivere ſub Regibus, teſtatur Michael de Montaigne *lib. 1. des Eſſais cap. 42.*

(β) *Summa libertas eſt*] Contra ſub Oligarchis aut Defenſoribus ſumma ſolet eſſe confuſio, quod exemplo Bohemorum ſub Huſſiticis motibus probat M. Joan. Przibram in lib. *de Conditionib. juſti belli:* ubi, enumeratis ſex Reipublicæ ſpeciebus, de quibus *lib. 4. Politic.* tractat Ariſtoteles, liberrima ſane voce, in hanc prorumpit publice querelam; *Ex*
quibus, inquiens, *omnibus patet, teſte experi-* B
entia, quod in hoc Regno (Bohemico) *totaliter viget politia & directio peſſima, ſcilicet Oligarchica & Democratica: immo, & pro majori, & Tyrannica, tum ex parte eam regentium, tum ex parte ſubditorum. Hoc enim Regnum nullo ordine regitur, nulla juſtitia triplici politia perverſa, ſcilicet Oligarchica, Democratica & Tyrannica, ad omnem fortunæ jacturam ventilatur. Et niſi Deus benignus addat remedium, ruinas*
ſemper plangendæ deſtructionis præſtolatur. O C
quantos numeros omnium mundi malorum fecerunt, qui de Regno ordinatiſſimo, inter mundi Regna inclyto, viliſſimam Oligarchiam, & Tyrannidem cruentam effecerunt. Qui & turbatis inibi legibus, totum Regnum cruentis fluminibus, & nefandiſſimis deordinationibus & ſceleribus uſque ad verticem impleverunt. Pro certo intolerabilis proditionis nephas hi in hoc Regnum commiſerunt, qui de hoc Regno, tanquam de auro obryzo lutum ſantoſum fecerunt, & hortum delicia- D
rum in hortum ſpinarum commutaverunt, jus & phas confuderunt, omnem ordinem a ſummo uſque deorſum jactarunt, & vilia & ignobilia quoque ſcilicet quæ indigna jacere erant, in alta & vertices extulerunt. Et quidem vertex malorum eſt, qui ſunt erecti, ne Regnum ad ordinem perveniat, in murum æneum & obicem ferreum ſe oppoſuerunt, & omni erigendo ordini, & corrigendo eorum ſceleri, fores viribus & armis præ-
cluſerunt. Hæc ille in Bohemos Sigiſmundo E
Imperatori ac Regi ſuos rebelles, & plura alia tum ſcripſit, relata a Cochlæo *lib. 6. Hiſtor. Huſſit. anno 1429. fol. 227.*

(γ) *Julio Cæſare*] a quo Moſcovitæ gloriantur, Principes ſuos originem trahere, nomenque retinere ceu gentilitium, ut *Czar,* quod illi *Cæſarem* interpretantur, etiamnum dicatur, quemadmodum ex illorum Chronicis & dictis referunt, Alexand. Guagninus *Rer. Polonic. tom. 2. in de-*
ſcript. Moſchov. cap. 5. fol. 239. Sigiſmund. F
Baro ab Herberſtein in *Hiſtor. Moſcovit.* Jacob. Ulfeldius Nobilis Danus in *Hodæpor. Ruthenic.* cum tamen hæc vox ſit Slavica, & Regem denotet, ut idem Guagninus *d. loc.* obſervavit. Conſimilem fabellam de Danorum Regum origine refert Ericus VII. Rex Daniæ in *Hiſtor. de Orig. & Regib. Danor.* & ante eum Saxo Sialandus, Grammaticus vulgo cognominatus, *lib. 2. Hiſtor. Danor.* quod nimirum Jul. Cæſar è Britannia in
Daniam appellens, ex Danica Regina Regiam ibi G
familiam condiderit.

(δ) *Vadianus*] in Commentar. in Melam. lib. 3. cap. 4. in princ.

A ctor eſt, *Slavinorum nationes non ab uno aliquo homine regi, ſed ab antiquo plebeja*
communique libertate vivere; & res omnes, quæ vel utiles, vel difficiles ſunt, in
commune conſilium ducere. Quod ut forte de Slavis Aſiaticis, qui Tartari dicun-
tur, verum fuerit temporibus Juſtiniani I. Imperatoris, ſub quo Procopius vixit, certe
de Europæis, (α) qui ſunt Ruſſi, Poloni, Lituani, Venedi, Bulgari, Servii, &c.
falſum eſſe conſtat ex Tacito, Ammiano Marcellino, & iis, quæ ſupra (β) a no-
bis dicta ſunt. Fuerint ſane feri Sarmatæ, fuerint agreſtes, fuerint vagi & ἁμαξόβιοι, ut
eos Ptolemæus appellat, non tamen fuerunt ſine Regibus, (γ) ſine Ducibus; quum
& ipſa armenta irrationalia, (δ) quæ gregatim pabulantur, Ducem aliquem habeant,
quem ſequuntur: & Germani quoque, licet pecorum inſtar & ipſi populatim pala-
B rentur, Regibus tamen ſuis ac Ducibus paruere, liberi interim & indomiti non mi-
nus, ac vicini Sarmatæ: *non* enim *ſupra libertatem regnabantur*, ut ait Tacitus, nec
Regibus libera & abſoluta in ſuos erat poteſtas. Inepte autem Helmoldus Buzovien-
ſis Presbiter in teſtimonium producitur. Nam licet e Slavis in Germania ſedentibus
ſoli Rani ſive Rugiani Regiam dignitatem ab Imperatoribus impetraverint, cæteri ta-
men ſuos habuere Principes gentiles, ut Sorabi, Obotritæ, Wagri, Pomerani, Pola-
bingi, Warnabi, Caſſubii, Circipani, Rethari, Stoderani, Wilzi, & alii Germa-
niam incubantes Slavi, ut Hiſtoriæ illorum temporum, & Helmoldus ipſe, luculen-
ter oſtendunt. Certe Bulgaros, Servios, (ε) Tartaros, Ruſſos ſive Moſcovitas,
(ζ) Polonos, Moravos ac Bohemos, partim Regibus, partim Ducibus ante Hel-
C moldi ætatem jam temporibus illis antiquis paruiſſe, extra controverſiam eſt: Regi-
bus, inquam, jure ſucceſſionis & hæreditatis legitimo, non populi arbitrio & vo-
luntate mobili, Principatum juſtum & conſtantem occupantibus.

2. Et ut cæteros quidem Slavos, Obotritos (η) ſive Wilzos, Lituanos, (θ) Ruſ-
ſos

(α) *De Europæis*] De Regnis Sarmaticis in Europa conditis videantur idem Vadianus *ibid.* & Munſterus in *Scholiis in Melam d. cap.* 4.

(β) *Supra dicta ſunt*] lib. 1. cap. 13. & lib.
D 4. cap. 10. in princ.

599 (γ) *Sine Regibus*] quod de Scythis palantibus & vagabundis aſſerit Hippocrates in *lib. de Aere, aqua & loc.* de Tartaris & Arabibus hamaxobiis & vagis, Regem tamen habentibus, Leonhard. Rauwolfius Medicus Auguſtan. in *Itinerar. Oriental.* Beſoldus in *Diſſert. de jur. territor. cap.* 2.

(δ) *Armenta irrationalia*] Ariſtoteles *lib.* 1. *hiſtor. animal. cap.* 1. Virgilius *lib.* 4. *Georgic.* Seneca *lib.* 1. *de Clement. cap.* 19. Plinius *lib.* 10. *Na-*
E *tur. hiſt. cap.* 23. *& lib.* 11. Clemens Romanus *lib.* 1. *Recognition. fol.* 15. Savonarola in *Epitom. ethic. concluſ.* 19. Piccolomineus in *Introduct. ethic.* Caſus in *Sphæra civit. fol.* 181. Ulyſſes Aldrovandus in *Comment. de Inſectis, cap. de apibus.* Quod adeo verum eſt, ut etiam in arborum, & earum rerum, quæ gignuntur e terra, radicibus ineſſe Principatus putetur, Joh. Gerhardus in *Politic. quæſtion. dec.* 2. *q. ult.* Velſtenius in *Quæſtion. politic. dec.* 8. *q.* 1. Cubachius *Quæſtion. illuſtr. cent.*
F 1. *dec.* 5. *q.* 9. Avenarius in *Quæſtion. nomicopolitic. q.* 25. Unde haud immerito Beſoldus in *Diſſert. de Præcognit. politic. cap.* 6. *num.* 16. eos irridet, qui affirmare audent, homines mortales primum ferarum ritu vitam degiſſe, in ſylvis & montibus oberrando. Qua in opinione priſcos illos, Thucydidem *lib.* 1. *in princ.* Lucretium *lib.* 6. *de Natur. rer.* Diodorum Siculum *lib.* 1. *Biblioth. num.* 8. Gratium Phaliſcum in *Cynegetic.* alios veterum communiter exſtitiſſe, obſervavit Lambinus in *Com-*
G *ment. in Lucret. fol.* 679. *fol.* 696. *& fol.* 701. & Barthius in *Not. ad Gratium.* Et tamen homines illos primos ita vagantes a Principe aliquo & Duce in cœtum redactos, opinantur Pet. Gregorius *lib.* 1. *de Republ. cap.* 2. Bellarminus *lib.* 1. *de Laic. cap.* 5. Keckermannus in *Præcognit. politic. fol.* 11. & in *Diſputat. pract.* 29. *problem* 2. Tilemannus *Diſput. Pandect. vol.* 1. *diſp.* 1. *th.* 2. Joh. Crugerus in *Colleg. politic. diſput.* 1. *th.* 38. Velſtenius in *Quæſtion. polit. decad.* 2. *q.* 2. Sed nos haſce fabulas ſuis auctoribus relinquentes, ſequamur Moyſem, Joſephum, & alios certiores hiſtoricos, qui homines jam inde ab Adamo ſub Patribus familiarum & Principibus Respublicas tenuiſſe & propagaſſe monumentis literarum conſignarunt.

(ε) *Bulgaros, Servios*] quibus Regiam dignitatem Imperatores Conſtantinopolitani initio conceſſerunt.

(ζ) *Ruſſos ſive Moſcovitas*] quorum Regnum hodie multis partibus ſuperare dicitur amplitudinem Romani Imperii, Regiam tamen dignitatem Princeps eorum non habet, ſed Magni Ducis tantum, licet Regium titulum non ſemel ab Imperatoribus noſtris ambierit.

(η) *Obotritos*] quorum Regnum ſub Carolo Magno fuiſſe ſucceſſivum & hereditarium exemplo & præjudicio firmat Aldhelmus in *Annalib. Francor.* Rudolphus Fuldenſis in *Annal. Franc.* 600
anno 817. De Caſſubiis, Peterſen in *Chronic. Holſat.* & Spangenberg. in *Chron. Schawenburg. lib.* 2. *cap.* 5.

(θ) *Lituanos*] de quibus Matthias à Michou in *Sarmat. Europ.* Cromerus in *Hiſtor. Polon.* Hinc Jagellonum Regia familia jure uxorio in Poloniam illata.

ſos ſeu Moſoovitas, (α) Tartaros, (β) compendifaciamus, certe Bohemos ac Polo- A
nos, duobus germanis fratribus, Zecho & Lecho, Ducibus (γ) ex Illyrico in haſ-
ce oras immigraſſe, ibidemque duo hæc florentiſſima Bohemiæ ac Poloniæ Regna
condidiſſe, omnes unanimiter ſcriptores tam Bohemi quam Polonici affirmant. Id-
que contigiſſe volunt anno Chriſti nati DCXXXIX. Virtute autem & auctoritate
propria magis, quam electione populorum, Regnum Bohemorum a Zecho, &
Polonorum a Lecho, auſpicatum fuiſſe, & ab ipſis tranſmiſſa ad heredes, conſen-
tiente quidem, ſed non eligente populo, doctiſſimus Arniſæus (δ) conſtanter af-
firmat.

3. Anno DCLXI. Zecho ſine liberis defuncto, Principatus Bohemiæ ad Le- B
chum fratrem (ε) ejus, Poloniæ Principem, jure ſanguinis & proximitatis defertur.
Qui tamen in conſtituendo & firmando novo ſuo Principatu diſtrictus, aditionem
fraternæ ditionis recuſavit, gentemque Bohemicam, ut ipſa Rempublicam ſuo no-
mine gubernaret, cohortatus eſt. Quod interregnum duraviſſe novem annos perhibe-
tur. De quo intelligi debent, quæ ſcribit Coſmas (ζ) Pragenſis; *incolæ Bohemiæ nec
Judicem nec Principem habent. Quicunque in ſua tribu perſona, vel moribus honora-
tior habebatur, ſine exactore, & ſine ſigillo, ad eum confluebant, & de cauſis dubiis
ac illatis injuriis ſalva libertate diſputabant.* Et Æneas Sylvius: Zechio, inquiens,
*vita functo, quum ſibi quiſque Principatum vendicaret, diu ſeditionibus agitata pro-
vincia eſt, ſine Principe, ſine certa lege, judicio tantum multitudinis gubernata.* C
*Poſtremo quum potentiores imbecilles opprimerent, & ſerum atque incertum eſſet po-
pulare remedium, ex re viſum Rectorem aſſumere, qui omnibus præſidens imbecilles
ac potentiores pari jure gubernaret.*

4. Anno DCLXX Bohemi a Lecho derelicti, & anarchiæ illius pertæſi, tan-
dem ad Ducem reaſſumendum conſenſerunt, Crocumque (η) Hlediovii filium,
601 virum magnanimum & prudentem, elegerunt, qui & jura populo redderet, & ſe ab
hoſtibus defenderet. In qua aſſumptione quum & Lechi conſenſus (θ) intervenerit,
& Poloni Crocum, (ι) poſt Lechi obitum, advocaverint pro Regimento ſuo æquis le-
gibus conformando, à vero abire non videbitur, ſi quis putaverit, Crocum ex Zechi
& Lechi Ducum agnatione fuiſſe, atque ita jure gentilitio in Principatu conſtitutum, D
zu einem Oberſten, ut habet Boregkius, *daſs er des Volcks Richter und Herr ſeyn
ſolte,*

(α) *Moſcovitas*] de quorum hereditaria ſuc-
ceſſione teſtantur idem Cromerus *lib. 30. Rer. Po-
lonic.* Sigiſm. Baro ab Heberſtein in *Hiſtor. Moſco-
vit.* Bodinus *lib. 6. de Repub. cap. 5. n. 731.* Lu-
dov. Guyon. *lib. 3. Diverſ. lection cap. 2.* Cabo-
tius *lib. 1. Var. jur. diſputat. cap.* 11. Lipſius in
Monit. politic. cap. 4. mon. 3. exempl. 5. Jacob.
Ulfeldius in *Hodæporic. Ruthenic.* Arniſæus *lib.
2. de Republ. cap. 2. ſect. 8. num. 35.* Goldaſtus
de Majorat. lib. 3. cap. 20. num. 6.

(β) *Tartaros*] ſua ipſorum orthographia *Tata-
ros*; quos non electione, ſed ſucceſſione impe-
rare, ſcribunt Vincentius Beluacenſ. in *Specul. hi-
ſtorial: lib. 30. cap. 69.* idem Matthias à Miehou
lib. 1. cap. 8. & cap. 16. Lazar. Soranzius in *Oto-
manum cap. 98.* idem Arniſæus *de Republ. lib. 2.
cap. 2. ſect. 8. num. 36.* M. Paulus Venetus *de Re-
gion. Oriental. lib. 2. cap. 8.* Haython Armenus in
tract. de Tartar. cap. 37. & cap. 45. Reineccius in
Append. ad Haython. Hieron. Henninges in *Ge-
nealogia tom. 4. reg. 9.* Goldaſtus *d. lib. 2. cap. 30.
num. 15.*

(γ) *Zecho & Lecho Ducibus*] Coſmas Pragenſ.
lib. 1. Chron. Bohem. in princ. Æneas Sylvius in
Hiſtor. Bohem. cap. 3. Dubravius *lib. 1. Hiſtor.
Bohem. in princ.* Boregk. in *Chronic. Bohem. in
Zecho Duce fol. 4.* Hagecius in *Chron. Bohem. in
princ.* refert ſub Anno 644.

(δ) *Arniſæus*] lib. 2. de Republ. cap. 2. ſect. 6.
num. 10.

(ε) *Lechum fratrem*] Hagecius in *Chron. Bo-
hem. anno 661. fol. 3.* De cujus poſterorum ſuc-
ceſſione hereditaria in Regno Poloniæ ita ſcribit
Jodoc. Ludovic. Decius lib. 1. de Vetuſt. Polon.
*Lecho mortuo traduntur filii ſibi in Regno ſucceſ-
ſiſſe patrio, avitoque nomine Lechos quoque ap-
pellatos.*

(ζ) *Coſmas*] lib. 1. Chronic. Bohem. fol. 3.
Confer Dubravium *lib. 1. Hiſtor. Bohem. in prin-* E
cip. & Boregk. in *Chron. Bohem. in Zecho Duce,
in fin.*

(η) *Crocum*] Coſmas *d. libro* 1. Hagecius in
Anno 670. fol. 3. Boregk in *Croco Duce, fol. 4.*
Æneas Sylvius in *Hiſtor. Bohem.*

(θ) *Lechi conſenſus*] quod innuere non ob-
ſcurè videtur Hagecius in *anno 671. & anno 672.*

(ι) *Poloni Crocum*] Æneas Sylvius in *Hiſtor.
Bohem.* Jodoc. Ludov. Decius *lib. 1. de Vetuſt. Po-
lon.* Dubravius *d. lib. 1. fol. 5.* Boregk in *Croco fol.* F
5. in princ. Reuſnerus in *Iſagog. hiſtor. fol. 567.*
Contra Polonicarum rerum ſcriptores contendunt,
hunc Crocum non Bohemum, ſed Polonum fuiſ-
ſe, à Bohemis ex Polonia ad ſuum quoque Prin-
cipatum regendum, accitum; Joh. Dlugoſſus, &
Bernhard. Vapovius in *Hiſtor. Polon.* Joan. Her-
burtus *lib. 1. Hiſt. Polon. cap. 4.* Guagninus *Rer.
Polonic. tom. 1. fol. 54.* Neugebaur *lib. 2. Hiſt. Po-
lon. fol. 42.* Mart. Cromerus *lib. 2. fol. 20. col. 1.*
Clemens Janitius *de Vitis ac ſucceſſion. Princip.* G
Polon.

A *ſolte*, ait Hagecius. *Hunc ſibi Principem deligunt, ſummamque ei rerum committunt,*
inquit Æneas Syſvius. Quibus verbis clare, quid ſibi Pulkawa (α) & Dubravius vo-
luerint, & expreſſe declaratur.

5. Anno DCCIX. obiit Crocus (*) Dux Bohemiæ ſine hærede maſculo, relictis
tamen tribus filiabus, quarum minima natu Libuſſa, deferentibus ei ſororibus, (β) pa-
tri in Principatu ſucceſſit, ut infra (γ) dicemus.

6. Anno DCCXXII. Libuſſa maritum ſibi ſociavit Primislaum, hominem a-
greſtem, (**) ſed magicæ artis peritiſſimum, & ab aratro accitum thori pariter ac Regni
conſortem fecit. Qui jure uxorio Principatum adeptus, eundem poſteris ſuis heredi-
tario reliquit per annos ferme ſexcentos continua ſerie propagatum. Hoc ita eſſe, uti
B prædico, certiſſimis teſtibus evincam. Coſmas (δ) Epiſcopus Pragenſis refert Primis-
laum Proceribus Bohemis, ſe ad conjugium Libuſſæ & Principatum Bohemiæ capeſſen-
dum invitantibus, atque de ſtimuli frondentis miraculo ſciſcitantibus, reſpondiſſe: *Scia-*
602 *tis ex noſtra progenie multos Dominos naſci, ſed unum ſemper dominari. Atqui ſi Domna*
veſtra non adeo feſtinaret, ſed per modicum tempus currentia fata expectaret, ut pro
me tam cito non mitteret, quot natos beriles natura proferret, tot Domnos terra veſtra
haberet. Et Æneas Sylvius (ε) ejusdem Primislai reſponſum hiſce verbis refert: *Quod*
ſi ager totus exaruiſſet ante vocationem, genus ejus maſculinum perpetuo regnaturum
fuiſſe: quum aute tempus accerſitus ſit, eam ſpem ademptam. Interrogatus, quur-
nam calceos querno robore factos ſecum afferret? ſervandos in arce Viſſegradenſi re-
C *ſpondit, oſtendendosque poſteris, ut ſcirent omnes, primum, qui Principatum inter*
Bohemos accepiſſet, ex agro fuiſſe vocatum, neque inſoleſcendum eſſe, qui ex humili
fortuna in ſolium aſcenderit. Necnon Dubravius (ζ) Epiſcopus Olomucenſis. *Si ve-*
ſtro interventu oratio non fuiſſet interrupta, ſed abſoluta, futurum ſimul fuiſſet, ut ſtirps
mea virilis nunquam apud Bohemos exareſceret: nunc multa quidem ſecula illam eſſe
duraturam, ad poſtremum tamen occaſuram, cum nepos ultus fuerit avum. Item
Gregorius Pontanus (η) à Braitenberg Decanus Cathedralis Eccleſiæ Pragenſis. *Multos*
ex proſapia ſua regimen incepturos, unum autem in Dominio perduraturum &c. In men-
ſa ferrea cibum ſumpſit, quod illos in virga ferrea rectura ſit progenies ſua. Vimineos
calceos manu ſua conſutos ſecum ad Aulam Libuſſæ avexit, ut in tempora futura aſſer-
D *varentur, ſpectaculoque eſſent iis, qui naſcerentur ex illo, quibus calceis fuiſſet uſus*
primus Dux Bohemiæ. Ex quorum dictis liquido conſtat, Primislaum non fuiſſe Pro-
cerum electione, ſed conjugis Libuſſæ matrimonio, (θ) Ducem Bohemiæ factum;
nec ipſummet Primislaum, Ducatum pro electivo, ſed puro puto hereditario agnoviſſe,
habuiſſe: calceosque ſuos ruſticos aſſervari juſſiſſe, ut heredibus ac poſteris ex ſuis lum-
bis deſcendentibus eſſent teſtimonio originis ſuæ. 7. Anno

(α) *Pulkawa*] in Hiſtor. Bohem. cap. 3. Du-
bravius *d. lib. 1. fol.* 5. Diſerte Theobaldus in Ge-
nealog. & Chronolog. Regum Bohem. *Dehinc*, ait,
Bohemia, libertate ſpreta, in Principatum abiit.

E (β) *Deferentibus ſororibus*] accedente tamen
Ordinum judicio, quorum in arbitrio erat eum
ex fratribus in Principem eligere, qui indole, pru-
dentia & virtute cæteros antecederet, licet jure na-
turæ Principatus primogenito deberetur; Wolf-
gang. Heiderus in *Lection. politic. cap. 6.* Sic enim
de Craci Polonorum Ducis liberis commentatur
idem Decius d. lib. 1. *Craco jure ordinis & gen-*
tis aſſenſu Cracus junior, niſi inique præventus à
fratre necatusque fuiſſet, ſuccedere debuit; at Le-
F *chus* (ſecundogenitus filius) *Regni cupiditate vi-*
ctus fratrem interemit &c.

(γ) *Infra*] hoc lib. 6. cap. 5. §. 6.

(δ) *Coſmas*] lib. 1. Chronic. Bohem. fol. 5.
Pulkawa in *Hiſtor. Bohem. cap.* 5. Kirchnerus *de*
Republica diſputat. 13. *in Corollar.* 1. *lit. a.*

(ε) *Æneas Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap.
6. Stephan. Forcatulus in *Polonia felic. ad Henric.*
Valleſ. Regem Polon.

(ζ) *Dubravius*] lib. 2. Hiſtor. Bohem. fol. 9.
Boregk in *Chronic. Bohem. in Primislao I. fol. 7.*
G Elias Reuſnerus in *Iſagog. Hiſtor. fol.* 567. Aub.
Miræus in *libell. de Reb. Bohem. cap.* 2.

(η) *Pontanus*] in Bohemia pia lib. 2. in prin-
cip. Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 722. *fol.* 13.
ubi hæc refert Legatorum verba ad Primislaum:
Die Libuſſa unſer Frau, und das ganze vom Cze-
chen herkommende Volck, haben befohlen, daſz
du unſaumblichen reiten, und das Furſtenthum,
dir und deinen Nachkommenden zu gut, einneh-
men ſolleſt.

(θ) *Conjugis Libuſſæ matrimonio*] quæ *pater-*
num Regnum ſuſcipiens, aſſumpſit ſibi in ſocieta-
tem thori & Principatus Pramislum ruſticum ho-
minem, ut ſcribit Cromerus *lib.* 1. *Rerum Polon.*
fol. 20. *colum.* 1.

(*) Intelligendus hic Crocus II. nam Crocus I.
filios habuit, ex quo hic ſecundus ortus eſt, qui ſine
liberis maſculis ex hac vita deceſſit. Cæterum non
poſſum non monere tam intricatam, tam corruptã,
tam incertam eſſe Chronologiam Ducum & Re-
gum Bohemiæ, ut nihil ſani inde elici poſſit. Con-
fer Weleslavinum, Stranskium, Goldaſtum, Bal-
binum aliosque, & videbis eos vix in uno capi-
te inter ſe convenire, hi enim ad antiquisſima
tempora illi ad longe recentiora referunt.

(**) Nobilisſimum hunc fuiſſe ex *familia Scy-*
phorum oriundum nunc fere ad unum omnes ſen-
tiunt Bohemi. Vid. Balbinus in vita ejus.

7. Anno DCCXLV. patri Primiſlao I. in Ducatu Bohemiæ, ut heres legitimus, (α) ſucceſſit Nezamiſlaus (β) filius primogenitus. Coſmas (γ) Pragenſis: *Cui Nezamizl ſucceſſit in Regnum* &c. Æneas Sylvius: (δ) *Primiſlao ex Libuſſa tres filii nati; duo immaturo rapti funere, tertius morienti ſeni heres dictus, Nimiſlaus nomine.* Dubravius (ε) Olomucenſis: *Deceſſit Premiſlaus, ſucceſſore filio Nezamiſlao.* Caſpar Cropacius (ζ) Peſſinenſis Bohemus de Nezamiſlao Duce IV. canit: A

603

Heres morte patris fert Diadema ſui.

Albertus Krantzius: (η) *Nimiſlaus filius ex Libuſſa Regium trahens ſanguinem, patri Primiſlao ſuccedit.* Hagecius: *Wurde Nezamiſl, Hertzog Primiſlai Sohn, von vornemſten des Adels, auf den Fürſtlichen Stuhl geſetzt, und vor einen Hertzogen erkläret.* Quibus verbis declaratur, quo ſenſu Boregkii (θ) verbum *erwehlet* ſit accipiendum & intelligendum. B

8. Anno DCCLXXXIII. de Nezamiſlai herede filio memorat Dubravius: (ι) *Poſt hujus obitum Mnatha filius in legitimo Principatu ſucceſſit.* Sylvius: (κ) *Hunc Mnata filius ſubſequutus eſt.* Franciſcus de Roſieres: (λ) *Crocum ſequuta eſt Libuſſa filia, ejusque maritus Primiſlaus, ac poſt eos Miniſlaus filius, Mnata Nepos.*

9. Anno DCCCIV. ſcribit Raphael Regius Volaterran (μ) *Craco filia Libyſſa ſucceſſit, poſt quam Primiſlaus vir ſolus regnavit. Primiſlao Numiſlaus; huic Mnata; cui Voinus, filii parentibus ſucceſſere.* Dubravius: (ν) *Mnatha mortuus, filio adoleſcentulo herede relicto, cui Vogeno nomen.* Cropacius: (ξ)

Vogenio tandem fatis herede relicto. C

Hagecius: (ο) *und wähleten ihn, als einen Erben, zum Hertzogen.* Fallunt enim; qui nobis ſeſe perſuadere poſtulant, Proceres Bohemiæ, præterito Vogeno defuncti Ducis filio, elegiſſe quendam Rohovitium Verſovicenſem. Nec enim iſte electus fuit in Ducem, ſed minorenni Duci tutor & Adminiſtrator datus, ut idem Dubravius & Boregkius (π) teſtantur.

10. Anno DCCCXX. narrat Dubravius: (ρ) *Vogenus duos poſt obitum ſuum filios ſuperſtites reliquit, Vneſlaum natu majorem, & minorem Vratiſlaum. Huic proceritas corporis, & forma Principe digna plus quam alteri lenocinari viſa eſt. Sed vicit alter tamen ætatis prærogativa; qua ut prior erat, partes quoque priores in ſucceſſione Principatus abſtulit. At ne quando fratrum concordiam individuus Principatus dirimeret, ita inter illos hereditatem dividi placuit, ut Septentrionalis plaga, ad quam Lucenſis ſeu Zatecenſis regio poſita eſt, Vratiſlao attribueretur: totam autem reliquam Bojemiam Uneſlaus, tanquam Bojemiæ Princeps, ut obtineret. Sorte ſua uterque contentus fraternam inter ſe benevolentiam colebant, mutuaque ſibi invicem auxilia præſtabant adverſus Carolum Magnum Cæſarem. Vratiſlao, qui prior deceſſit, Vlaſtiſlaus filius in Principatu Lucenſi heres fuit, ſicut Vneſlao paulo poſt mortuo Crevomyſlius.* Æneas Sylvius: (σ). *Mnatam Vorcius filius ſubſequutus eſt: cui duo fuerunt* D

(α) *Heres legitimus*] Aubert. Miræus *in d. libello de Reb. Bohem. cap.* 2.

(β) *Succeſſit Nezamiſlaus*] Raphael Regius Volaterran. *lib.* 7. *Geograph. in Boemia*. Franciſc. de Roſieres in *Stemmat. Ducum Lotharing. tom.* 4. *cap.* 68. *fol.* 233. Cromerus *lib.* 3. *Rer. Polon. fol.* 32.

(γ) *Coſmas*] d. lib. 1. Chron. Bohem. fol. 8.

(δ) *Sylvius*] in d. Hiſt. Bohem. cap. 9.

(ε) *Dubravius*] lib. 2. Hiſt. Bohem. fol. 13.

(ζ) *Cropacius*] lib. 1. de Ducibus & Regibus Bohem.

(η) *Krantzius*] lib. 1. Wandal. cap. 19.

(θ) *Boregkii*] in Chron. Bohem. in Nezamiſlio Duce, fol. 16.

(ι) *Dubravius*] d. lib. 2. fol. 14. Unde explicari debet Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 783. *fol.* 36. Hinc Kerzeſomiſlius, quod contra naturalem ſuum Principem conſpirare auſus fuiſſet, ſe ipſum ut confoderet, condemnatus fuit; idem Hagecius in *anno* 787. *fol.* 37. & Sandelius in *præfat.*

(κ) *Sylvius*] in d. Hiſtor. Bohem. cap. 9. Boregk in *Mnatha Duce, in prin. fol.* 18.

(λ) *Roſieres*] d. cap. 68. fol. 233. vbi tamen pro *Miniſlaus*, reſtitui debet *Nimiſlaus*. E

(μ) *Volaterranus*] d. lib. 7. Geograph. in *Boëmia*. Variè autem hujus Ducis nomen in variis auctoribus flectitur, *Vogenus, Voinus, Vorius, Vorcius VVogen, Voien*, &c. Notat Cromerus *d. lib.* 3. *fol.* 32. 604

(ν) *Dubravius*] d. lib. 2. fol. 14. Boregk in *Chron. Bohem. in Vogeno Duce, in princ. fol.* 20.

(ξ) *Cropacius*] d. lib. 1. in Mnatha Duce V.

(ο) *Hagecius*] in Chron. Bohem. part. 1. anno 804.

(π) *Boregk*] ibid. fol. 20. ex Dubravio *d. fol.* 14. F

(ρ) *Dubravius*] d. lib. 2. Hiſt. Bohem. fol. 16. Boregk. in *Chron. Bohem. in Vneſlao Duce VIII. fol.* 24. Anton. Colerus, in *Diſſertat. de jure Imperii German. ſect.* 69. Hagecius in re ipſa conveniens, in nominibus ſaltem aberrat, omiſſoque Wintzlao, confundit Krezomyſlium, in *Chron. Bohem. anno* 832. *fol.* 50. *parte* 1. idem facit Cromerus *d. lib.* 3. *fol.* 32.

(σ) *Sylvius*] in d. Hiſtor. Bohem. cap. 9. in fin.

A *runt filii, Vinslaus & Vratiſlaus. inter quos moriens partitus eſt terram. Vinslao Praga & Ducatus Bohemiæ ceſſit; Vratiſlao Lucenſis Principatus, qui poſtea Zazenſis dictus eſt.* Krantzius: (α) *Mnata (Vorcius) Rex Bohemiæ duos reliquit filios, Vrislaum & Vratiſlaum. Vrislaus major natu ſucceſſit in Regnum. frater contentus portione ditionis in ea, quæ nunc eſt Sleſia, præclaram urbem fundavit de ſuo nomine Vratislaviam,* Breslaw *vulgò appellant.* Cropacius (β) de Vogeno Duce:

Diſtribuens natis ſacra Regni ſceptra duobus
Parte ſua placide juſſit utrumque frui.

Et in Venceslao Duce VII. Vogeni filio:

Venceslae tibi faſces ceſſere paterni,
B *Pars potior terræ nobiliorque tibi.*
Zatecii tractus fratri ſemptemque triones
Quæ ſpectat regio jure regenda datur.

Martinus Cuthenus (γ) Bohemus de Vogenio eodem concinit in hunc verſum:

Imperium natis dividit ille ſuis.

De qua diviſione inter filios Vinslaum & Vratiſlaum, legitimos ſuos heredes facta, ſubjicit:

Inclyta Praga datur Vinslao genſque Bohema
Vratslaus Vandaliam ſorte cruentus habet.

605 Nomine *Vandaliæ* intelligit Poloniam ſeu Sileſiam, ut ſæpe monuimus. Quo autem C pacto licuiſſet Vogeno Principatum Bohemiæ inter liberos diſtribuere, ſi non fuiſſet hereditarius? Franciſc. de Roſieres: (δ) *Vorto* (male editur *Quorum*) *duo filii, Vratislaus ſucceſſor, & Vratislaus alter Vratislaviæ conditor, extitere.* Elias Reuſnerus: (ε) *Vinslaus ſive Vneslaus ætatis prærogativa Bohemiæ Principatu potitus, ſociis armis cum fratre Vratislao contra Carolum M. res geſſit.*

11. Anno DCCCXXXIII. Vinslao patri in Ducatu Bohemiæ ſucceſſit Crevomislius (ζ) ſeu Crezomislius filius. Æn. Sylvius: (η) *Ex Vinslao natus eſt Grezomiſlaus, qui & Nedam dictus eſt.* Et Krantzius (θ) *Filium reliquit Regni ſucceſſorem, Grezomislaum, qui alio nomine dictus eſt Neclam.* Confundunt nomina diſcriminanda. Namque Neclanus fuit filius Crezomislii. Zach. Theobaldus (ι) Bohemus; *Kreſſomysl* D *paternam hæreditatem occupavit.*

12. Anno DCCCLII. juxta Hagecii computationem, Creſomislio patri in Ducatu ſucceſſit Neclanus (κ) filius. Pantaleo (λ) Candidus:

Necla dein Regnis ſucceſſit natus avitis
Has hæres fati munere nactus opes.

13. Anno DCCCLXXIII. Neclano patri ætatis prærogativa, (μ) & majoratus jure, ſuffectus eſt in Principatu Hoſtivirius filius primogenitus. Æn. Sylvius: (ν) *Nedam vero moriens Noſtiricum, majorem natu filium, hæredem inſtituit: Dipoldo provinciam Surimenſem teſtamento dimiſit.* Cropacius: (ξ)

Suc-

(α) *Krantzius*] lib. 1. Wandaliæ cap. 20. *Mna-*
E *tam* ponit pro Vorcio ſeu Vogeno, κατ' ἐμφατικῶς μνημονικῶς. Videtur etiam *Zazenſem* Ducatum accepiſſe pro Glacenſi, qui Sileſiam ſpectat: & *Vratislaviam* Bohemiæ, de qua Sylvius cap. 10. in pr. pro Vratislauia Sileſiæ.

(β) *Cropacius*] in d. lib. 1. de Ducibus & Regibus Bohem. in Vogeno Duce VI. & in Venceslao Duce VII. Sic enim variatur hujus Ducis nomen, qui nunc *Vinslaus*, *Vneslaus*, *Vinslaus*, *Vrislaus*, *Vratislaus*, *Venzlaus*, *VVenceslaus* indigetatur.

F (γ) *Cuthenus*] in Diſtichis de Ducum Regumque Bohemiæ geſtis, diſt. 6. & ſeq.

(δ) *Roſieres*] in d. tom. 4. cap. hiſt. 68. fol. 233.

(ε) *Reuſnerus*] in Baſilic. genealog. in ſtirpe, Sclavic. Princip. & Regum Bohem. fol. 134. Hieron. Henninges in *Genealog.*

(ζ) *Crenomislius*] ita Dubravio appellatur d. lib. 2. & Boregkio in *Crenomislio Duce IX. fol.* 24. Hagecio dicitur *Krzeſomysl.* in anno 832. fol. 50. & ſeqq. aliis etiam *Grezomislaus*, *Kraſſomyslus* &c.

(η) *Sylvius*] in dict. hiſtor. Bohem. cap. 10. in princip.

(θ) *Krantzius*] d. lib. 1. Wandaliæ cap. 20.

(ι) *Theobaldus*] in *Genealog. & Chronolig. ſerie Ducum & Regum Bohem.*

(κ) *Neclanus*] Dubravius *dict. lib.* 2. Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 852. *fol.* 56. Cromerus *dict. lib.* 3. *Rerum. Polon. fol.* 32. Boregk. in *Chron. Boh. in Neclan Duce X. fol.* 25. Sylvio corrupte *Nedam* dicitur. & Roſierio *Neclam.*

(λ) *Pantaleo*] lib. 1. Bohemaid. fol. 20. 606

(μ) *Ætatis prærogativa*] Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 873. Boregk. in *Chron. Bohem. in Hoſtivitio Duce XI. in princ. fol.* 29. Cromerus *d. lib.* 3. *Rer. Polon. fol.* 32.

(ν) *Sylvius*] in dict. Hiſt. Bohem. cap. 12. apud quem tamen *Noſtiricus* corrupte legitur pro *Hoſtivitus*, & *Dipoldo* pro Miſtibogio; & *Surimenſem* pro Gurimenſem, id eſt, Kaurzimenſem.

(ξ) *Cropacius*] in dict. lib. de Ducibus & Reg. Bohem. in Hoſtivito Duce IX.

Succedit ſolio, populo plaudente, paterno A
Hoſtuitus ſortem fratre dolente ſuam,
Quod Regni tum non conſors adſcitus habenis,
Præteritusque omni conditione foret.

Et Pantaleo (α) Candidus, ſcriptor minime nauci habendus, cum Cropacio conſentiens, ita canit:

Nec mihi Noſtricius numeris indictus abibit,
Qui ſua defuncto ſceptra parente capit.
Myſtbogius huic Regni detrectat habenas
His pater & genitrix una duobus erat.

Probe, commode & eleganter Dubravius (β) Olomucenſis Epiſcopus: *Hoſtivitius* B *major natu ſilius in locum patris ab Ordinibus ſuffectus, graviter ferente juniore fratre, cui Myſtibogio nomen, quod in nullam partem Principatus, non ad Lucenſem, non ad Gurimenſem regionem aſcitus fuerit, ſed ut plane alienus ab hereditate præteritus ac neglectus.* Et paucis interjectis: *Hoſtivitius cauſam finiendarum ſimultatum favoribus concordiæ committit, illique hac lege controverſiam compoſuerunt, ut apud Hoſtivitium, ad quem de jure gentium, tanquam ad ſeniorem fratrem, ſucceſſio ſpectaret, Principatus remaneret Pragenſis; & interim Myſtibogius, tanquam junior, contentus ut eſſet poſſeſſione bonorum, quæ Gurimenſis poſſidebat. Quod ſi Hoſtivitius prior decederet, frater ut ei ſuccederet, non autem filius: fratre mortuo, ut rurſus legitimus ſuccedendi ordo ad liberos Hoſtivitii rediret, excluſis Myſtibogii liberis ad* C *Gurimenſem hereditatem.* Hæc Dubravius ille Moraviæ Epiſcopus & primarius Regni Bohemiæ Princeps cujus vel ſola autoritas, absque aliis infinitis documentis foret, movere nos debet, ut modeſtius civiliusque de Regni Bohemiæ ſucceſſione hereditaria æſtimemus & judicemus.

607 14. Anno DCCCXC. Hoſtivitio patri ſucceſſit eodem jure Borivoius (γ) filius. Æn. Sylvius: (δ) *Noſtrico Borſivoius filius ſucceſſit, ultimus paganorum Ducum.* Et Roſieres: (ε) *Cui Borſinous filius ſuffectus pervenit ad Arnolphi Cæſaris tempora, hoc eſt ad annum Chriſti* DCCC. (*) Et mox illico: *Borſinous igitur Bohemiæ Dux IX. fuit a Zecho, ſuſtulitque ex Ludmilla uxore duos liberos, Vratislaum & Spitigneum,* &c. Deinde ordinem ſuccedendi in Regia familia continuum perſequitur. D

15. Anno DCCCXCV. Borivoius Dux Bohemiæ, ob introductam religionem Chriſtianam Regno pulſus eſt, & in ejus locum a Proceribus ſuffectus Stoymirus, (ζ) qui Germanis Srilfridus dicitur, Dux Brelenſis ſive Bilinenſis, quod ex Croci filia primogenita Kaſcha, (η) Libuſſæ germana natu grandiore, in recta linea genituræ deſcenderet. Erat enim agnatus proximus, & tunc in Bavaria apud cognatos Principes exſulabat, ab Hoſtivitio Borivorii patre ob ſuſpicionem attentati Regni ejectus. Adeo priſci illi Bohemi Regium ſanguinem, & naturæ ordinem in ſuccedendo ſuſpiciebant ac reverebantur, ut ne in cauſa quidem religionis, quam omnium volunt eſſe graviſſimam, & inſtituta Eccleſiarum reformatione, quam illi perſecutionem interpretabantur, extra Regiam familiam exorbitandum, aut alienum Principem eligendum eſſe cenſuerint. Scilicet illos ipſius Naturæ inſtinctu cognoviſſe, id nec fas eſſe, & omni humanæ rationi, gentiumque juri repugnare: Sed hodie quid? — *πάντας μεταβαλόντες τὺς τρόπυς*, ut ait Eupolides: (θ) & quod erat tum omnibus natura inſitum, nunc E

(ι) *ὡς πολὺ μεθέστηχ' ὧν πρότερον εἶχε τρόπων.*
Quam longe a priſcis receſſit moribus?

 Sed

(α) *Pantaleo*] dict. lib. 1. Bohemaid. in fin.

(β) *Dubravius*] Lib. 3. Hiſtor. Bohem. fol. 20. ex quo Boregk. *dict. fol.* 29. Elias Reuſnerus in *Baſilic. genealog. in ſtirp. Sclav. Princip. & Reg. Bohem. fol.* 134.

(γ) *Borivoius*] Dubravio & Boregkio *Borivorius* dicitur, qui Hagecio *Borzivvogius*, aliis *Borzivoius, Borivoius, Borvogius*, &c. Raviſio Textori *Borſionus*.

(δ) *Sylvius*] in dict. Hiſt. Bohemic. 10. Hagecius in *anno* 890. Boregk. in *Borivoio Duce XII. fol.* 33. Cromerus *dict. lib.* 3. *fol.* 32.

(ε) *Roſieros*] in dict. cap. 68. fol. 233.

(ζ) *Stoymirus*] Hagecius in Chron. Bohem. anno 896. fol. 73. ubi *Stygmirus* appellatur, Dubravius *lib.* 4. *Hiſtor. Bohem. fol.* 25. *& ſeq.* Boregk. in *Chron. Boh. in Stoymiro Duce XIII.* Miræus *de Reb. Bohem. cap.* 2. *n.* 10.

(η) *Kaſcha*] Sylvius *Brelam* appellat, corrupte pro *Bila*, confundens nimirum filiam cum matre. Nam *Bila* fuit filia Kaſchæ, condiditq; lineam Ducalem Bilinenſem, ut Dubravius & Hagecius tradunt. F

(θ) *Eupolides*] apud Stobæum in *ſentent. ex* 608 *theſauris Græcor. collect. ſerm.* 4.

(ι) *ὡς πολὺ*] verſus eſt Ariſtophanis in *Plut. act.* 2. *ſcen.* 3. *verſ.* 31.

* Legendum ſine dubio DCCCC. ad quem annum regnum Arnulphi pertinet.

A Sed melior etiam mens illis inſidebat, quum legitimum Principem intelligerent injuſte ab ſe fuiſſe rejectum, eumque ex Moravia (α) revocatum Ducatui ſuo hereditario reſtituerent. Quando autem hic Borivoius fuit ultimus Ducum Paganorum legitime ſuccedentium, placet ut in eo caput iſthoc pauſam accipiat: atque Chriſtianorum Principum ſucceſſiones in ſequentibus ſeorſim ediſſeramus. (*)

(α) *Eumque ex Moravia*] ubi apud Suatoplucum Regem exſul degebat. Revocatio hæc facta fuit anno 898. ut Hagecius teſtatur. Videndus idem Miræus *dict. loc.*

(*) Conferatur cum his Stranskius *de Republ. Bojema cap.* 5. §. 25. qui argumentis his Goldaſti contrariam tuetur ſententiam.

CAPUT IV.

Succeſſio Ducum & Regum Bohemiæ hereditaria poſt ſuſceptum Chriſtianiſmum in B *eadem ſtirpe permanſit. Ordo ſuccedendi ex prærogativa ætatis, ſeu majoratus jure. Is ordo in ſtirpe ac familia maſcula Primislai & Libuſſæ per annos circiter DC. continua ſerie perduraraviſſe, exemplis, ſtatutis Principum, & Imperatorum reſcriptis comprobatur. Ultimus ex ea ſtirpe fuit VVenceslaus IV. Rex anno MCCCVI. parricidialiter aſſaſſinatus & trucidatus.*

ERgo Borivoius ſive Borſivogius primus fuit Chriſtianorum (α) in Bohemia Ducum. De quo Battholdus Pontanus (β) refert hæc S. Methodii Epiſcopi verba, eum baptizantis ac dicentis: *Progenies tua futuris temporibus amplificabitur, ſicut fluvius, quem ſubintrant rivi multi. Nam & Regnum hoc* (ſcil. Moraviæ) *olim in tuam gentem & urbem transferetur.* Et Æn. Sylvius (γ) inquit: C *Borſivoius, conjunxque Ludmilla, Chriſtianam veritatem amplexi, fidem Catholicam inter Bohemos magnopere ampliarunt.* Et illico: *Ex qua* (Ludmilla) *tulit Borſivoius duos filios, Spitigneum & Vradislaum. Primus patri ſuccedit, ſed moriens ſine filiis, fratri Principatum reliquit.* Caſpar. Cropacius (δ) de Borzivoio:

Pertæſus tandem Regni, gravioribus annis
Æſſignat nato ſceptra relicta ſuo.
Qui poſtquam fato cecidit properante, ſubivit
Frater onus, vivo ſic ſtatuente patre.

Albert Krantzius: (ε) *Borſinoius moriens filium reliquit Vratislaum. Nam alius etiam filius Spitigneus natu major, quum exili tempore regnaſſet, fratri reliquit Bohe-* D *miæ Principatum. Vratislaus Dux Bohemiæ rebus præerat, quo tempore Ludovicus III.* (Arnulphi Imp. filius) *Imperium jam teneret Romanum.* Raphael Regius Volaterranus. (ζ) *Borſioni duo filii, Spitigneus & Vratislaus ex ſucceſſione poſtea regnaverunt.*

2. Anno Chriſti nati DCCCCV. Spitigneus I. Regimini à patre Borivoio ſub tutela & gubernatione Detonii & Myrſonis Comitum, præpoſitus, Ducatum per biennium rexit. Pantaleo Candidus: (η)

Spitigenus Regni ſuſcepit munia natus,
Cum ſua ſolviſſet fata ſuprema pater.

Immo Borivoius pater, vivus adhuc, ſed vietus ac ſenex illi Principatum reſignavit. Te- E ſtatur id Dubravius (θ) ita ſcribens: *Vocat ad ſe in arcem Vicegradenſem Ordines, illisque coram Principatu ſe abdicat, & ad Spitigneum filium natu maximum cum ipſa arce illum defert.* Mart. Cromerus: *Borivoius privatam vitam ſecutus Spitignevo filio natu majori. Deinde eo brevi ſine liberis vita defuncto, Wratislao minori Principatum conceſ-*

(α) *Primus fuit Chriſt.*] Cromerus *lib.* 3. *Rer. Polonic. fol.* 31. *col.* 1. *& fol.* 32. *col.* 1.

(β) *Pontanus*] in Bohem. pia lib. 2. fol. 12. ex Dubravio *lib.* 4. *Hiſt. Boh.* & Hagecio in *Chron. Bohem. anno* 894. *& anno* 904. *in fin.*

(γ) *Sylvius*] in dict. Hiſtor. Bohem. cap. 14.

F (δ) *Cropacius*] in d. lib. de Ducibus & Regibus Bohem. in Borzivoio Duce. Adde Miræum
609 *d. cap.* 2. *fol.* 23.

(ε) *Krantzius*] lib. 2. Wandaliæ cap. 28.

(ζ) *Volaterran.*] d. lib. 7. Geograph. in Bohemia.

(η) *Candidus*] lib. 2. Bohemaid. fol. 93.

(θ) *Dubravius*] lib. 4. Hiſt Bohem. fol. 27. Boregk in *Chron. Boh. in Spitigneo Duce XIV. in pr. fol.* 41. Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 905. Miræus *d. cap.* 2. *fol.* 23.

conceſſit. Quo facto ipſe cum conjuge Ludmilla in arcem Tetinum, quaſi quandam in A
ſolitudinem, Chriſto religioſe ſerviturus, conceſſit, ibidemque anno DCCCCX. placida morte in ipſo Chriſto ſancte quievit.

3. Anno DCCCCVII. Spitignco in ipſo juventutis flore exſtincto ſucceſſit frater (α) Vratislaus, vivo etiam tum patre Borivoio ſolitariam vitam agente. Martinus Cuthenus: (β)

Spitineus tenera moritur ſine prole juventa,
Vratslaus defuncti munia fratris obit.

Et Pantaleo Candidus (γ) de hoc Vratislao I. Duce concinens, inquit:

Sedulus hic patrias fovit & auxit opes.

Hagecius (δ) de Borivoio ſeu Borziwogio patre narrat: *Und verlieſs dem Hertzogen* B
Wratislao ſeinem Sohne das Fürſtenthum Prag.

4. Anno DCCCCXXI. inquit Theobaldus: (ι) *Wenceslaus legitimus paterni Principatus hæres.* Mart. Cromerus: (ζ) *Patre mortuo ſic diviſere Dominatum, ut auſtralem oram ad Albim uſque Wenceslaus: inde porro ſeptentrionalem Boleslaus obtineret.* Reuſnerus: (η) *S. Wenceslaus Principatu cum fratre diviſo, Auſtralem*
610 *tenuit Bohemiam.* Dubravius: (θ) *Ad tollendam fraternam diſcordiam, quam plerunque inter fratres bona individua ſuſcitare ſolent, in ipſo ſtatim Principatus introitu decernitur, ut Boleslao fratri juniori pars aliqua hæreditatis aſſignetur, finesque utriusque ditionis conſtituantur. Boleslavia ei aſſignata eſt cum territorio ſuo ultra Albim, ita ut Albis fluvius citra utraque terras finiret. Wenceslaus Principis thronum* C
ſolus Pragæ obtinuit. Æn. Sylvius: (ι) *Pater ſuprema ordinans, Ludmillæ, cujus integritatem prudentiamque optime noſſet, quousque liberi adoleviſſent, gubernationem provinciæ dimiſerat.*

5. Anno DCCCCXXIX. (*) S. Wenceslao (κ) parricidialiter interfecto, Ducatum adiit frater Bolislaus I. Vratislai I. filius ſecundogenitus: qui ut Principatu poti- retur, fratrem primogenitum è medio tollendum eſſe duxit. Hagecius: (λ) *Nach S. Wenceslai Tod nahm ſein Bruder Boleslaus das Hertzogthum Prag ein.* Et Boregkius: (μ) *Als Boleslaus durch ſein tyranniſch- und blutgieriges Fürnehmen das Fürſtenthum und Regierung an ſich gebracht.* Nec jure ullo electionis Procerum, ſed ſolo hereditatis titulo, nixum fuiſſe Boleslaum, auctores certi affirmant. Johannes Piſtorius D
Niddanus: (ν) *Bolizlaus hæres Bohemiæ in fratrem rebellis.* Et Dubravius: (ξ) *Natalis tunc infantuli recens ex Boleslao editi ſe obtulerat. Ad hunc ſimul celebrandum mater juxta atque Boleslaus frater Wenceslaum invitant, gaudio ipſorum communi oblatum eſſe tempus dicentes, quo tota domus Principalis merito gaudere debeat, nato ex Boleſlao*

(α) *Succeſſit frater*] Dubravius *dict. lib.* 4. Pontanus in *Bohem. pia lib.* 2. *fol.* 12. Hagecius in *anno* 907. Boregk. in *Vratislao Duce XV. fol.* 42. Miræus *dict. cap.* 2. *fol.* 23. Cromerus *dict. lib.* 3. *fol.* 32. Vide ſupra §. 1. *hujus capitis* 4.

(β) *Cuthenus*] in Diſtichis de Ducum Regumque Bohem. geſtis. diſt. 12.

(γ) *Candidus*] d. lib. 2. Bohemaid. de Vratislao Duce XII. fol. 26.

(δ) *Hagecius*] in dict. Chron. Bohem. anno 910. part 1. fol. 79. b.

(ι) *Theobaldus*] in dict. Genealog. & Chronolog. Ducum & Regum Bohem. quam Doctori Joan. Baptiſtæ Eyſen anno 1612. inſcripſit.

(ζ) *Cromerus*] lib. 3. de Rebus Polon. fol. 32.

(η) *Reuſnerus*] in Baſilic. Genealog. in ſtirpe Princip. & Reg. Bohem. fol. 135.

(θ) *Dubravius*] lib. 5. Hiſtor. Bohem. in princ. Pontanus in *Bohem. pia lib.* 2. *fol.* 12. Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 921. Boregk. in *S. Wenceslao Duce XVI. fol.* 45 teſtantur, Wenceslaum ex jure primogenituræ, teſtamento paterno, & Procerum aſſumptione in Ducatu Bohemiæ ſucceſſiſſe.

(ι) *Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. 15. in princ. & ex eo Auctor *Tragicor. ſive triſtium hiſtoriar. lib.* 1. *fol.* 188.

(κ) *VVenceslao*] qui quod perpetuam caſtitatem ſervaſſet, illiberis erat; Raviſius Textor in *Offic. tit. de caſtitat.* Hondorphius in *Promptuar.* E
exemplor. in 7. pracept. Decal. rubr. de caſtitat.

(λ) *Hagecius*] in Chron. Bohem. anno 929. fol. 88. Coſmas Pragenſis *lib.* 1. *Chron. Bohem. anno* 929. Cromerus *lib.* 3. *Rer. Polon. fol.* 32. Math. à Michou in *Chron. Reg. Polon. lib.* 2. *cap.* 1. Calviſius in *Chronolog. anno eodem.* Miræus *dict. cap.* 2. *num.* 14. Wenceslaum à fratre cæſum autumat anno 940. Boleslaum autem fratricidam ei ſucceſſiſſe anno 929. quæ ſunt contradictoria. F

(μ) *Boregk.*] in Chron. Bohem. in Boleslao Sævo Duce XVII. in pr. fol. 51. ex Dubravio.

(ν) *Piſtorius*] in Indice ſcriptor. Germanicor. tom. 1.

(ξ) *Dubravius*) d. lib. 5. fol. 33. & ex eo Boregk. fol. 50.

(*) Male Goldaſtus ad hunc annum refert violentam mortem Wenceslai, cum id anno 938. acciderit, ut jam *ad* §. 6. *lib.* II. *cap.* 3. *notavimus.*

A *Boleſlao Principe, qui ſpem ſucceſſionis in Principatu Bojemiæ continuaret.* Et ſtati - ; *Boleſlaus tunc primum pater eſſe incœpit, producto ad ſpem ſucceſſionis filiolo.*

611 6. Anno DCCCCLXVII. Boleslaus II. cognomento Pius, *imperio potius, patrui magis*, inquit Sylvius (α) *quam patris æmulator extitit:* Patruum intelligens S. Wenceslaum. & patrem Boleslaum I. Sævum vel Crudelem ex parricidio fratris cognominatum. Fuit autem Boleslaus iſte Boleslai I. ſecundogenitus, patrique in Ducatu ſucceſſit, quod primogenitus *Strachiquas, relicto ſæculo apud Ratiſponam Bajoariæ civitatem in cænobio S. Emerammi monaſticam vitam degeret*, ut idem Sylvius aſſignat.

7. Anno DCCCCXCIX. patri ſucceſſit (β) Boleslaus III. in regimine Principatus. Quia Boleslao Poloniæ duce conſobrino ſuo, captus & exoculatus, Cæci cognomen indeptus eſt. De cujus legitima ſucceſſione ſcribit Pantaleo Candidus: (γ)

B *Bodeſilaus ei fatis jam denique functo*
Succedens Regni munia natus obit.

Et Æn. Sylvius: (δ) *Boleslaus duobus & triginta annis imperio potitus, ex vita deceſſit, relicto ſucceſſore filio ſui nominis Boleslao Tertio.* Habuit iſte duos fratres, Jaromirum & Udalricum. De quibus S. Adelboldus (ε) Epiſcopus Trajectenſis, in cujus cuſtodia Jaromirus aliquandiu detentus erat, memorat in hæc verba: *Mortuo Bulizlao ſeniore, Boemenſi ſcilicet Duce, & iſtius Bulizlai* (Poloniæ Ducis) *avunculo, tres filii ſuperſtites ei manſerunt, quorum primogenitus Bulizlaus nomine, adepto poſt patrem Ducatu, crudelius cœpit vivere, quam terra illa pati vel vellet, vel poſſet. Indigenis igitur illum pro nimia crudelitate execrantibus, timere cœpit, ne a fratrum* C *ſuorum aliquo, Pragenſibus id inſtigantibus, extruderetur. Ex mala ergo conſcientia concepta ſuſpicio, inſtigavit eum ad ſcelus nefandiſſimum, perduxit etiam ad facinus execrandum. Nam fratrum ſuorum unum* (Jaromirum) *eunuchizavit, alterum* (Vdalricum) *in thermis ſuffocare tentavit. At illi, unus eunuchus, alter ſemivivus, in Bavariam à paterna hereditate excluſi fugerunt.*

8. Anno MIII. Boleslao III. excæcato, & Bohemiæ Ducatu à Polonis invaſo, Jaromirus Boleslai frater & proximus heres ab Imperatore Heinrico II. in Ducatum avitum, pulſo Polono, reſtituitur, ut Adelboldus, (ζ) qui expeditioni Imperatoris 612 interfuit, & Jaromirum in ſuo habuit comitatu, expreſſe teſtatur. Nam ſcriptores Bohemici hunc Boleslao non fratrem, ſed filium, aſſignant. Cui tamen Boleslaus in Bo- D hemiam redux Principatum ſponte dicitur reſignaſſe. Coſmas (η) Pragenſis introducit eum in Poloniam profecturum hac oratione Proceres Bohemiæ alloquentem: *Si quid forte mihi aliter & præter fidem atque ſpem in Polonia evenerit; hunc meum natum* (fratrem) *Jaromir veſtræ fidei committo, & meo in loco Ducem vobis relinquo.* Sed Roſieres (θ) ita ſcribit: *Huic* (Boleslao) *frater aut filius ſubſtitutus, Udalrico fratre neglecto, qui Henricum ſanctum ſequebatur, Bohemiæ Ducatum obtinuit.* Pantaleo Candidus: (ι)

Debita Jaromiris capit hinc inſignia frater,
Crocigenum lætas qui moderetur opes.

Theobaldus: (κ) *Qui paterna retinuit ſucceſſione imperium.* Cromerus: (λ) *Jaro-* E *mirus, cui propter ætatem paternus Principatus debebatur.* Dubravius: (μ) *Boleſlaus luminibus orbus, Hiaromirium natu majorem filium* (fratrem) *in ſolio ſuo, approbantibus cunctis Ordinibus, collocavit.* Sylvius (ν) quoque fratrem Boleslai affirmat, & *Janurem* corruptè appellat.

9. Anno

(α) *Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. 16. Dubravius *lib. 6. Hiſt. Bohem.* Hagecius in *anno* 967. Boregk in *Boleslao II. Pio Duce XVIII. fol.* 56. Miræus *d. cap. 2. n.* 15.

(β) *Patri ſucceſſit*) Dubravius *dict. lib.* 6. Hagecius in *anno* 999. *in fine.* Boregk. in *Boleslao* F *III. Cæco Duce XIX.*

(γ) *Candidus*) dict. lib. 2. Bohemaid. fol. 28. ubi perperam *Bodeſilaus* ſcribitur pro Boleslaus. *Ei* autem dixit, id eſt Boleslao Pio patri.

(δ) *Sylvius*) in Hiſtor. Bohem. cap. 17.

(ε) *Adelboldus*) in vita S. Henrici Imper. quæ exſtat in *Divis Bambergenſibus à Gretſero editis.*

(ζ) *Adelboldus*) in dict. vita S. Henrici Imp.

(η) *Coſmas*) lib. 1. Chron. Bohem. anno 998. fol. 19.

(θ) *Roſieres*) in Stemmat. Lotharing. Duc. in capit. hiſt. 68. fol. 233.

(ι) *Candidus*) lib. 2. Bohemaid. fol. 29.

(κ) *Theobaldus*) in Genealog. & Chronolog. Ducum & Regum Boh. &c.

(λ) *Cromerus*) lib. 3. Rer. Polon. in Boleslao I. Rege, fol. 37. col. 2.

(μ) *Dubravius*) dict. lib. 6. Hiſt. Bohem. fol. 44. Adde Hagecium in *anno* 1003. *part.* 1. *fol.* 1003. Boregk. in *Hiaromirio Duce XX. fol.* 66. Miræum *dict. cap. 2. n.* 17.

(ν) *Sylvius*) dict. cap. 17.

9. Anno MIV. Udalricus (α) tertiogenitus in aula S. Heinrici II. Imp. exſiſtens, A
auditis fratrum Boleslai & Jaromiri calamitatibus, impetravit a Cæſare Ducatus hereditarii inveſtituram, & in Bohemiam profectus, remoto Jaromiro fratre, Principatum invaſit. Reuſnerus: (β) *A Cæſare jure legitimæ ſucceſſionis impetrata, Principatum armis invadit.* Et Dubravius: (γ) *Repente inter fratres exoritur diſſidium, dum uterque ſibi imperium in Boëmos vendicat: Jaromirius tanquam ſenior, Udalricus tanquam victor*, &c. Raphael Regius Volaterranus: *Boleslao frater erat Udalricus, qui apud Henricum Imperatorem exul nutritus fuerat: armis Cæſarianis munitus, repente adeſt, patriumque Regnum recepit, ac Jaromiro alii fratri, ob Regni adfectati ſuſpicionem, oculos evulſit.* Æn Sylvius: (δ) *Fuerat & alter Boleslao frater, Udalricus nomine, quem pater Henrico Imperatori nutriendum dederat.* Et mox: *Udalricus Pragam ingreſſus, germano ſuo, ſive proditoribus ſuggerentibus, ſive quod ætatis beneficio illum ſibi præferri videbatur, effodi oculos juſſit.* Matth. a Michou: (ε) *Germano ſuo Jaromir, ne hereditaret, oculos eruit.* B

613 10. Anno MXXXVII. de Jaromiro cæco ſcribit Coſmas (ζ) Pragenſis Epiſcopus: *Expletis funebribus exequiis* (Vdalrici Ducis) *Accepit Brecislaum fratruelem* (id eſt, nepotem ex fratre Vdalrico Duce prædicto,) *& deducit eum ad ſedem Principalem. Et ſicut ſemper in electione Ducis faciunt, per ſuperioris Aulæ cancellos decem millia nummorum aut plus per populum ſpargunt, ne Ducem in ſolio comprimant, ſed potius ſparſos nummos rapiant. Mox Duce locato in ſolio, & facto ſilentio, tenens dextram ſui fratruelis Jaromir, dixit ad populum: Ecce Dux veſter. At iſti ſucclamant ter Kirleſſu, quod eſt, Kyrie eleiſon.* Et poſt pauca interjecta monet fratruelem jam Ducem declaratum, ut ſibi de Verſoviciis præpotentibus Bohemiæ tum Comitibus, & Regiæ familiæ æmulis, cavere vellet, inquiens: *Noſtri generis hoſtes domeſtici, familiares inimici, ecce me innocentem & ſuum principem inprimis ligaverunt, &c. ut frater fratrem me hiſce privaret oculis.* Dubravius (η) de Jaromiro eodem: *Apprehenſa Bretislai manu, fili, inquit, quem ego nunc omnibus coram in locum patris coopto, iſte de omni Principatus adminiſtratione ultro tibi concedens, fac ut olim tam patris quam meam tui patrui vicem doleas*, &c. Æneas Sylvius: (θ) *Dum hæc aguntur, anno poſt Chriſtum ortum MXXX. Boleslaus apud Cracoviam excæcatus interiit. Udalricus quoque frater ejus vita functus eſt. Qua re cognita Janr & ipſe cæcus, Pragam veniens, Ducatum gentis ſuopte ingenio nepoti dimiſit.* Theobaldus: (ι) *Patruo mortuo, ope Hungarorum paternam hereditatem occupavit.* C D

11. Anno MLV. Spitigneus II. Bretislai filius primogenitus, patri in Principatu ſucceſſit (κ) tum ætatis prærogativa, tum ex teſtamento paterno. Idem Coſmas (λ) hæc refert Bretislai moribundi verba ad circumſtantes Bohemiæ Proceres: *Quia me mea fata vocant, & atra mors jam præ oculis volat, volo vobis aſſignare, & veſtræ fidei commendare, qui poſt me debeat Rempublicam gubernare. Vos ſcitis, quia noſtra Principalis genealogia partim ſterilitate, partim pereuntibus immatura ætate, me uſque ad*

(α) *Udalricus*] hæc ita narrant Dubravius *dict. lib.* 6. Hagecius in *anno* 1004. & *anno* 1008. Boregk in *Udalrico Duce XXI. fol.* 70. Gevvoldus in *Comment. de S. Rom. Imp. Septemvir. cap.* 9. quibus potior apud nos fides eſſe debet, quam Polonorum ſcriptoribus longe aliter narrantibus, Dlugoſſo, Michovio, Vapovio, Cromero, Guagnino, cæteris Imperio Germanorum nimio plus iniquis, vel prætenſæ libertatis & exemptionis ſtudio in alia omnia, quam in veritatis ſententiam euntibus. 614

(β) *Reuſnerus*) in Baſilic. Genealog. ibid fol. 136.

(γ) *Dubravius*) in Hiſtor. Bohem. dict. lib. 6. fol. 44.

(δ) *Sylvius*) in Hiſtor. Bohem. cap. 18.

(ε) *Michou*) in Chronic. Regum Polon. lib. 2. cap. 5.

(ζ) *Coſmas*) dict. lib. 1. Hiſtor. Bohem. anno 1039. fol. 19. Dubravius *dict. lib.* 6. Hagecius in anno 1037. Boregk. in *Bretislao Duce XXII. fol.* 77. Gevvoldus in *dict. cap.* 9. E

(η) *Dubravius*) dict. tit. 6. fol. 51. in princ. & ex eo Pontanus in *Bohem. pia lib. 2. fol. 16. in fin.* Boregk *dict. fol.* 77.

(θ) *Sylvius*) in dict. Hiſtor. Bohem. cap. 19. & ex eo Munſterus *lib. 3. Coſmograph. in Bohem.* Porro Bretislaus iſte ab aliis *Brzetislaus*, ab aliis *Breoislaus*, *Predislaus*, *Briſetislaus*, *Bitislaus*, *Beſetislaus*, *Brislaus*, denique *Vratislaus* vocatur. Quæ poſtrema ſcriptura vero proxima eſt etymo. Videatur Cromerus *lib. 3. Rer. Polonic. in Boleslao I. Reg. fol. 37. col. 2.* F

(ι) *Theobaldus*) in dict. Genealog. & Chronolog. Duc. & Reg. Bohem.

(κ) *Patri in Princ. ſucceſſit*] Pulkavva in *Hiſt. Bohem. cap.* 36. Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 1055. *fol.* 157. & *ſeq.* Boregk. in *Chron. Bohem. in Spitigneo II. Duce fol.* 86. Gevvoldus *d. cap.* 9. Miræus in *dict. cap. 2. num.* 21.

(λ) *Coſmas*] dict. lib. 2. anno 1055.

A *unum fuit redacta. Nunc autem, ut ipſi cernitis, ſunt mihi à Deo dati quinque nati, inter quos dividere Regnum Bohemiæ, non videtur mihi eſſe utile* &c. *Unde providendum eſt, ne poſt mea fata, aliqua inter eos oriatur diſcordia propter obtinenda Regni gubernacula. Quare vos rogo per Deum, & obteſtor fidei veſtræ per ſacramentum, quatenus inter meos natos, ſive nepotes ſemper major natu ſummum jus & ſolium obtineat in Principatu; omneſque fratres ſui ſive qui ſunt orti herili de tribu, ſint ſub ejus dominatu.* Et Dubravius (α) eandem deſungentis nuncupationem parilibus verbis commemorat, inquiens: *Occultare præſentibus nolo, quale decretum quondam inter filios decreverim. Nihil utique novi, aut inſoliti ſtatuens, ſed quod ordo primum naturæ, dein jus gentium præſcribit, id confirmans, nempe ut ex filiis, ne alius ad paternam Re-*
B *gni ſucceſſionem, niſi natu maximus, provehatur, cæteri fratres ſorte quiſque ſua contenti ſint. Juramento a cunctis in hoc decretum præſtito, tum Bretiſlaum Spitigneum eis Principem totius Bojemiæ nominat, atque inter alios fratres Moraviam in hunc modum dividit: Vratiſlao Olomucenſem, Conrado Brunnenſem, & Othoni Znoymenſem regionem attribuit: Jaromirio minimo ſucceſſionem Pontificatus Pragenſis deſtinat.* Æneas Sylvius: (β) *Briſetislaus, ultimum inſtare diem intelligens, vocatis Bohemiæ Primoribus, Spitigneum primogenitum ſucceſſorem ſuum deſignat: reliquos filios, Moravia inter eos diviſa, parere fratri jubet.* Raphael Regius Volaterranus: (γ) *Bizetislaus deceſſit, quinque ſuperſtitibus liberis, Spitigneo, Vratislao, Conrado, Jaromiro, Otorio, quorum Spitigneus Regnum paternum, reliqui Moraviam obtinuere,* &c.
C Iterum Coſmas (δ) pauculis interjectis ſubjungit: *Poſt cujus* (Bretislai Ducis) *obitum, filium ejus primogenitum, nomine Zpingneum, omnes Bohemicæ gentis magni & parvi, communi conſilio & voluntate pari eligunt ſibi in Ducem;* id eſt, aſſumunt & declarant, ut alibi idem Coſmus loquitur. Pantaleo Candidus:

Qui Ducis Imperio Regnis ſucceſſit avitis
Spitigneus patrias forte regebat opes.

Idem Dubravius (ε) in ſequenti libro pergit, dicens: *Quemadmodum parens inter filios hereditatem diſtribuerat, ſic partem quiſque ſuam ab ipſo funere adiit: totum autem Bojemiæ Principatum Spitigneus ſolus poſſedit.* Martin. Cromerus (ζ) Epiſcopus Varmienſis: *In Boëmia Princeps Prædislaus ex Juditha uxore quinque filios ſuſceperat, Spi-*
D *tigneum, Wratislaum, Ottonem, Conradum & Jaromirum. Moriens Spitigneum natu maximum ſucceſſorem ſibi fecerat: Jaromirum natu minimum Sacerdotio deſtinarat: tribus autem reliquis Moraviam attribuerat.*

615 12. Anno M L X I. Vratislaus II. hoc nomine Dux, & primus Bohemiæ Rex, Bretiſlai filius ſecundogenitus, fratri primogenito Spitigneo in Principatus Regimine ſucceſſit (η) ex lege & jure majoratus (θ) qui tum ut in cæteris Germaniæ Principatibus, ita in Bohemia quoque plurimum inoleverat, quo patruus nepoti præferebatur. Pantaleo Candidus: (ι)

Spitigenus cœli teneras ubi ceſſit in auras
Dux fato ponens animam, dum frater avitas
E *Accipit Vratislaus opes, qui debita forti*
Sceptra manu geſtans, &c.

Nec minus diſerte Dubravius (κ) Epiſcopus id teſtatur: *Pragam,* inquiens, *a funere Spitignei, Vratislao, Conrado, Othone, convenientibus, in eo conventu ab omnibus Ordi-*

(α) *Dubravius*] lib. 7. fol. 55. & ex eo Boregk fol. 85. & Pontanus in *Bohem. pia lib.* 2. *fol.* 16. *in fine.*

(β) *Sylvius*) in dict. Hiſtor. Bohem. cap. 9.

(γ) *Volaterran.*) dict. lib. 7. Geograph. cap. de Bohemia.

F (δ) *Iterum Coſmas*] dict. lib. 2. anno 1055. fol. 31

(ε) *Idem Dubravius*) lib. 8. Hiſt. Bohem. in princ. Pontanus in *Bohem. pia d. lib.* 2. *fol.* 18.

(ζ) *Cromerus*) lib. 4. Rer. Polonic. in Boleslao II. Rege fol. 54. col. 2. in fin.

(η) *In Princip. regim. ſucceſſ.*) Sylvius in *Hiſt. Bohem. cap.* 22 *in princip.* Hagecius in *Chronic. Bohem. anno* 1061. *part.* 1. *fol.* 163. Gewoldus *d. cap.* 9.

(θ) *Jure majoratus*) Anton. Colerus in terminis terminantibus, ut Practici loquuntur, in *Differt. de Jure Imperii German. fol.* 69. Goldaſtus in *Seniore ſive de Majorat. lib.* 2. *& lib.* 3. paſſim. Nicol. Betſius *de Pact. famil. illuſtr. fol.* 324. *& ſeqq.* Miræus *d. cap.* 2. *num.* 22.

(ι) *Candidus*) lib. 2. Bohemaid. in Vratislao II. Duce & Rege I. in princ.

(κ) *Dubravius*) lib. 8. Hiſtor. Bohem. fol. 59. & ex eo Pontanus in *Bohem. pia lib.* 2. *fol.* 19. Boregk. in *Chronic. Bohem. in Vratislao II. fol.* 91. Theobaldus in *Genealog. & Chronolog. Ducum & Regum Bohem.*

Ordinibus Vratiſlaus poſt Spitigneum natu maximus Bojemiæ Princeps declaratur: & ab eodem Moravia inter duos juniores fratres ſic biſariam dividitur, ut Olomuciam Othoni, Brunna pariter & Znoyma Auſtriæ proxima Conrado deferatur. Supervenit Jaromirius cum fratre expoſtulans, nullam ſui ab illo in diſtributione Moraviæ habitam rationem quaſi ipſe non ſuus hæres, ſed alienus eſſet, quem præterire liceret, æque eodem ſe parente, atque Vratiſlaus & cæteri fratres, prognatum eſſe, cur æquam cum aliis portionem accipere non debeat: præſertim cum ſciat, à parente Moraviam triſariam fuiſſe diviſam, ut illam tres, non autem duo fratres poſſiderent. Unde hanc fratri authoritatem in ſuum fratrem, ut ei jus ſuum in bonis paternis adimat, niſi patrem quoque ſimul ei auferre velit. &c. A

13. Anno MXCIII. defunctus eſt Vratiſlaus Rex, relictis quinque filiis ſuperſtitibus, nempe Bretiſlao, Boleſlao, Borivoio, Uladiſlao, & Sobieſlao: ſed ei, præteritis B
616 filiis, in Principatu ſucceſſit frater Conradus I. Marchio Moraviæ Brunnenſis, ex eodem jure majoratus, (α) quo, ut diximus, patruus præferri ſolebat nepoti. Idem Pantaleo Candidus. (β)

Poſt Conradus obit Regis data munia frater.
Tres alii cui mox fratrum ſubiere nepotes,
Ordine quinque ſuo, ceu cuilibet obtigit ætas.

Æneas Sylvius: (γ) *Vita functus Vratiſlaus non filium, ſicut optaverat, ſed Conradum fratrem habuit ſucceſſorem. Qui ſeptimo menſe potitus Imperio, morbo correptus, nepotibus ex fratre locum fecit. Quinque eos fuiſſe diximus, qui ſibi invicem pro nativitatis ordine ſucceſſere.* C Franciſc. de Roſieres: (δ) *Mortuus Vratiſlaus filium non habuit Regem, ſed Conradum fratrem, qui nepotes ex fratre conſtituit hæredes.* Dicitur tamen ſribuſculum quoddam inter Patrem & filium primogenitum Bretiſlaum fuiſſe obortum, quo commotus pater filium exhæredarit, fratremque Conradum ſucceſſorem declaratum cæteris filiis tutorem teſtamento nuncuparit. Ita enim ſcribit Coſmas (ε) Pragenſis: *Videns autem Rex, quod non poſſet iram ſuam ulciſci in filio ſuo Brecislao, advocat fratrem ſuum Conradum, & congregat terræ majores natu, atque corroborat omnium ſacramento Comitum, quod poſt ſuum obitum frater ejus Conradus obtineat ſolium ac Bohemiæ Ducatum.* Et Dubravius: (ζ) Olomucenſis; *Ut Vratiſlaus Rex animadvertit, filium Bretiſlaum non ſolum de contumacia nihil remittere, ſed magis adhuc inſoleſcere, invitato Pragam Conrado, in celebri Ordinum conventu ſucceſſorem ſibi eum in Regno declarat, eidemque filios ſuos reliquos diligenter commendat, Bretiſlao per ſilentium præterito.* D Albert. Krantzius: (η) *Moriens Rex omnia reliquit in manu germani fratris ſui Conradi. Sed iſte jam ævo maturus delatum quidem Regnum a Proceribus & fratris filiis non recuſavit, quod ſenecta tum ingente venerabilis haberetur, ob memoriam Imperialis ſanguinis omnes per Ordinem Btiſlai filii non habita ratione liberorum, Ducali honore decorarentur. Æquanimiter ergo tulere Vratiſlai filii patruum ſibi honore præferri, immo & ipſi per modeſtiam deferebant. Abſtinuit tamen Regio vocabulo, moriensque nepotibus, filiis Vratiſlai, permiſit ditionem: qui & ipſi Regio nomine abſtinuerunt.* E

14. Anno eodem Bretiſlaus II. patruo (θ) Conrado in Principatu ſucceſſit prælatus
617 patruelibus Conradi filiis Udalrico (ι) & Lipoldo Moraviæ Marchionibus, ratione majoris ætatis, ut in antecedenti §. dictum eſt; Martin. Cuthenus. (κ)

Defuncto patruo repetunt ſua jura nepotes.

(α) *Ex eodem jure majoratus*] Elias Reuſnerus in *Baſilic. genealog. in Stirpe Sclavic. Princip. & Regum Bohem. fol.* 134. Beſſius *de Pact. famil. illuſtr. fol.* 325. Anton. Colerus *de jur. Imper. German. ſect.* 69. Gevvoldus *in d. cap.* 9. Miræus *d. cap.* 2. *num.* 22. *& ſeq.*

(β) *Candidus*] d. lib. 2. Bohemaid. fol. 46.

(γ) *Sylvius*] in dict. Hiſtor. Bohem. cap. 23.

(δ) *Roſieres*] in Stemmat. Lotharing. Ducum, tom. 4. in hiſt. cap. 68.

(ε) *Coſmas*] dict. lib. 2. Hiſtor. Bohem. anno 1091. Calviſius in *Chronolog. anno* 1092.

(ζ) *Dubravius*] in Hiſtor. Bohem. lib. 9. fol. 67. in fin. & ex eo Pontanus in *Bohem. pia lib.* 2. *fol.* 19. Boregk in *Chronic. Bohem. in Vratiſlao Rege, in fin.*

(η) *Krantzius*] lib. 3. Wandaliæ cap. 11.

(θ) *Patruo*] Dubravius dict. lib. 9. Hagecius in *anno* 1093: fol. 191. Boregk in *Bretiſlao II. fol.* 106. Miræus *d. cap.* 2. *num.* 23. *& ſeq.* F

(ι) *Udalrico*] quorum Udalricus Brunnenſem, & Leopoldus ſeu Litoldus Znoymenſem Marchionatum adeptus eſt; Boregk in *Conrado I. fol.* 105.

(κ) *Cuthenus*] in Catalogo Ducum & Regum Bohem. diſtich. 23.

A 15. Anno MC. Borivoius II. fratri Bretislao ſucceſſit, tum ex voluntate defuncti
fratris, tum Imperatoris Henrici IV. confirmatione & inveſtitura. Coſmas Pragenſis: (α)
Mittunt illico Præſul (Pragenſis) *& Comites* (Boemiæ) *in Moraviam ad Borivoy, quo
acceleret olim ſibi à Cæſare datum totius Boëmiæ accipere Ducatum. Qui feſtinus veniens
in ipſa die nativitatis Chriſti, omnibus inſimul faventibus inthronizatur. Tunc Cyllenia*
(id eſt Aſtræa) *delet omnino ſua veſtigia, quæ vix impreſſa reliquerat in Boëmia, cum
exoſa terras peteret cæleſtia. Juſtitia enim erat Boëmorum, ut ſemper inter Princi-
pes eorum major natu ſolio potiretur in Principatu.* Et Dubravius (β) Olomucenſis:
*Poſt Bretislai cædem Borivorius jam antea Princeps & à fratre & à Cæſare deſigna-
tus, Pragæ ſolenniter honorem iniit, non tam jure quam multorum favore: Quippe*
B *Udalricus Conradi filius quantum ætate illum, tantum jure antecellat.* Et paucis in-
terjectis de Udalrico: *Ratiſponam ad Cæſarem vadit, illum deprecaturus, ut mutaret
ſententiam, quam contra ætatis prærogativam, contraque jus gentium de ſucceſſione
Principatus ad Bretislai importunas preces cenſuerat,* &c. *à quo tandem impetrat
jus legitimæ ſuæ ſucceſſionis, ſed hac conditione, ut liberum ſit Bohemis, aut Udalri-
cum aut Borivorium habere Principem, utrum videlicet horum magis idoneum habi-
lemque approbaverint.* Idem Coſmas tradit, ſuperioribus hæc ſubjungens: *Oalricus
adit Imperatorem in urbe Ratisbona, & eum ſollicitat precibus, quo ſibi reſtituat injuſte
præreptum à fratre ſuo juniore Borivoii Boëmiæ Ducatum. à quo Cæſar accepta pecunia
dat ſibi Ducatus inſignia & vexillum; ſed in Ducem eligendi obtentum ponit in arbitrio*
C *Boëmorum. Tunc Oalricus mittens Legatum, arguit fratrem ſuum Borivoii, incre-
pat Comites, & minatur eis, jactat ſe eſſe majorem ætate, & ſecundum patriæ morem
debitum ſibi injuſte ſublatum per fratrem juniorem poſcit Principalis ſedis honorem. Qui
quamvis juſtam cauſam habeas, tamen fruſtra caudam captas cum cornu amittas: ſic
Oalricus fratrem ſuum Borivoy confirmatum in ſolio, tarde nititur pellere de Re-
gno,* &c.

16. Anno MCVI. cum Borivoius Dux furorem Bohemorum contra ſe conſpi-
rantium evitaturus in Poloniam fugiſſet, Suatoplucus (γ) patruelis inveſtituram præſtita
618 fidelitate ab Henrico IV. Imperatore impetravit, in Ducatumque à Commiſſariis Cæſa-
reis introductus, Bohemos ſibi ut heredi ac Principi legitimo obedientiam jurarent, com-
D pulit. Dubravius: (δ) *Vacuum Principatum* (ſcilicet per Borivoii fugam) *Suatoplu-
cus occupavit, Vladislao tanquam ſeniori de loco ei concedente,* &c.

17. Anno MCIX. Suatopluco in expeditione Cæſaris Henrici V. Polonica in-
terfecto, (ε) ſucceſſor in ipſis caſtris datus fuit Otto frater ejus Moraviæ Marchio, iti-
dem Cæſari in eadem expeditione militans. Teſtatur id Coſmas (ζ) Pragenſis ita ſcri-
bens: *Mane facto venit Rex* (Henricus Imperator) *ut lugeret ſuper compatre ſuo, &
aſtantibus immenſis Boëmis conceſſit, ut quemcunque voluiſſent ſuorum ex filiis Princi-
pum ſibi in Ducem eligerent. Tum Wececk rogat, ut fratrem interfecti Principis Otto-
nem decernat Ducem. Quem illico Rex collaudat, & populus per caſtra ter Kyrielei-
ſon clamat. Nec mora, adducunt Pragam Ottonem, quem Wececk, & univerſi, qui*
E *erant de Moravia, ſatagebant Principalis Sedis provehere ad faſtigia. Quod quia
ſive conſenſu Bohemorum & Epiſcopi* (Pragenſis) *efficere conabantur, fruſtratur eorum
temeritas, & ſacramenta olim exhibita in medio Concilio recitantur. Nam cum Zua-
topluck*

(α) *Coſmas*] vel potius continuator ejus *lib. 3. Hiſt. Bohem. anno* 1100. Hagecius in *Chron. anno* 1100. *fol.* 198.

(β) *Dubravius*] in Hiſtor. Bohem. lib. 10. in princ. Boregk in *Chronic. Bohem. in Boryvorio II. Duce, fol.* 112.

(γ) *Suatoplucus*] ex Ottone, Bretislai filio,
F Marchione Moraviæ natus, Principatum arripuit, Hagecius in *anno* 1107. *fol.* 203. Boregk. in *Suatopluco Duce fol.* 116. Miræus *dict. cap.* 2. *n.* 25.

(δ) *Dubravius*] dict. lib. 10. fol. 75.

(ε) *Interfecto*] a Laskone Toporio Bohemo, ut ſcribit Alexander Guagninus in *Compendio Chronic. Polon. in* Boleſlao *Krzivouſti*; Zachar. Theobaldus in *Genealogia & Chronolog. Judicum, Ducum & Regum Bohem.* Verum Martin. Cromerus lib. 5. Rer. Polon. fol. 77. col. 2. in fin. de hoc parricidio ita ſcribit; *Occidit eum* (Suatoplucum, quem ille Suatopelcum vocat) *Johannes Ciſtes, Eques Boemus exul, ſive* Boleslai *conſilio, & premio percuſſori propoſito, adductus, ſive proprii exilii caſorumque propinquorum Ravitarum* (id eſt Werſoviciorum Comitum) *dolore ſtimulatus.* Matthias à Michou Canonicus Cracovienſis in Chron. Rerum Polon. l. 3. cap. 9. *Dux Poloniæ Boleslaus plurima donaria promiſit, ſi quiſpiam ſuorum militum Suatopolk obtruncaret, ad quod patrandum ſupra cæteros obtulit ſe Joannes Bohemus miles, filius Cziſce, de familia Urſovienſium, qui nunc Ravita appellantur,* &c.

(ζ) *Coſmas*) dict. lib. 3. anno 1109. fol. 60.

topluck Ducem inthronizarent, cuncti Bohemi ſacramentis confirmaverant, ut poſt obi- A
tum ejus VVladislaus, ſi ſuperſtes eſſet, proveheretur ad ſolium, &c. *Conſilio ergo*
prævaluerunt, & toto anniſu effecerunt, ut & ſacramenta eſſent inviolata, & VVla-
diſlaus jura Principatus jure adoptata omnibus aſſentientibus obtineret. Ex quibus
verbis perſpicuum ſit, cur Otto Marchio à Cæſare confirmatus & inveſtitus, à Bohe-
mis non fuerit receptus, (*) nempe propter Uladislai (α) Marchionis jus antiquius,
quod ei jam in ſucceſſione Ducatus Bohemici quæſitum ab Imperatore tolli non potue-
rit nec debuerit. Neque aliter Pulkawa, & Dubravius memoriæ tradiderunt. Nam
Bohemiam tum temporis non electivam, ſed hæreditariam fuiſſe, teſtatur querela Fa-
biani Comitis (β) Præfecti Wiſſegradenſis, quam Coſmas refert ibidem hiſce verſibus:

.. Væ tibi Boëmia, quæ adeo minus ampla B
Cum ſis, communis Dominis ſubjectaque multis
Herili de ſtirpe ſati ſexuque virili
Jam ſunt bis deni (niſi fallor ego) Dominelli, &c.

18. Anno MCXVII. Scribit Dubravius: (γ) *Borivorius, Uladislaum per lega-*
tos adit, per illos Principatum ſuum repetens, quo per vim ac fraudem à Patruele ſuo
Suatopluco eſſet ſpoliatus, & quem ipſe frater natu minor (ſcil. Uladislaus) *præter*
jus gentium, præterque legem avitam ſacramento Bojemorum confirmatam, ſibi uſur-
paret. Et Coſmas (δ) Pragenſis: *Dux VVladislaus, nutu inſtinctus divino, & Her-*
manni Epiſcopi conſilio, revocat fratrem ſuum ſeniorem Borivoy de exilio, & ſatisfa-
ciens ſibi, ac ſemetipſum ſubmittens ejus dominio, iterum collocat eum in principali ſolio. C
Borivoy autem non immemor accepti beneficii, dat fratri ſuo dimidiam ſui Ducatus
partem, quæ ſita ultra fluvium Labæ (id eſt Albis) *tendit ad Aquilonem: eratque fra-*
tri ſuo licet juniori in omnibus obediens, & ſemper eum præveniens nihil ſine conſilio
geſſit. Reuſnerus (ι) de Uladislao Duce: *Borivorium Regni conſortem legit, at-*
tributa illi parte Bohemiæ, ab Albi ad meridiem vergente.

19. Anno MCXXV. moritur Uladislaus I. Dux Bohemiæ, relictis tribus filiis,
Uladislao, Heinrico & Theobaldo: quorum nemo patri ſucceſſit, ſed frater Sobies-
laus (ζ) antiquo illo majoratus & proximitatis jure. De quo Coſmas Pragenſis intro-
ducit Zuatavam Vladislai Ducis matrem ſic affantem filium ægrotum: *Quis ignorat,*
quod camiſia propior ſit corpori, quam tunica. Natura quippe, quæ fecit propinquo- D
rum genituram, facit ut ſit ſuis propitior & in omni rerum procurata. Ille autem, ille
(ſcilicet Otto Marchio Moraviæ) *quem tibi fratrem facis, & cui modo tuæ ſobolis &*
caræ conjugis curam injungis, & in tutelam committis, crede mihi matri, ipſe primus
erit eis in laqueum. Iſte autem, quem à te elongas & quaſi alienum reputas, cum ſit
620 *tuus germanus* (ſcil. Sobieslaus) *multo clementior in tuos erit, quam tui patrui natus,*
cui poſt te decernis paterni ſolium Ducatus. Et poſt ibi: *Duce Wladislao ex hac luce*
ſubtracto, frater ejus Sobeslaus, ætate quidem junior, omnibus Bohemis inſimul
faventibus jure hæreditario in Principatus ſolio elevatus eſt avito. Reuſne-
rus: (η) *Sobieslao tandem matris auctoritate reverentiaque ſucceſſore nominato,*
 Othone

(α) *Propter Uladiſlai*, &c.] Dubravius lib. 11. Hiſtor. Bohem. Hagecius in *anno* 1109. *in fin. fol.* 208. *in princ.* Boregk. in *Chronic. in Uladiſlao I. Rege, in princ. fol.* 123. *& ſeq.*

(β) *Fabiani Comitis*] Coſmas *dict. lib.* 3. *anno* 1109. *fol.* 61. *in princ.* Boregk. in *Chron. fol.* 125. Querela autem prudentiſſimi hujus Comitis optimis nititur rationibus. Attenuantur namque Principatus per filiorum diviſiones; Timplerus *lib.* 2. *Politic. cap.* 3. *qu.* 1. quod ne fiat, publice utile eſt; Johan. Avenarius in *Quæſtion. nomicopolit. qu.* 20. dummodo fratres reliqui honorifice ſuſtententur; Caſmannus *de Vit. Politic. cap.* 6. *in fin.* Patritius *lib.* 9. *de Regn. & Reg. inſtit. cap.* 22. Joh. Gerhardus *Locor. Theolog. tom.* 6. *de Magiſtr. polit. num.* 92. Wilhelm. Schickardus in *Diſſert. de Jur. Regio Hebræor. cap.* 6. *theor.* 20. *fol.* 178. E

(γ) *Dubravius*] dict. lib. 10. fol. 78. Boregk in Uladislao I. fol. 126.

(δ) *Coſmas*] dict. lib. 3. anno 1117.

(ε) *Reuſnerus*] in Baſilic. Genealog. in ſtirpe Sclavic. fol. 140.

(ζ) *Frater Sobieſlaus*] Hagecius in *Chron. anno* 1125. *fol.* 223. Boregk. in *Chron. in Uladiſlao I. Duce in fin.* Miræus *dict. cap.* 2. *num.* 27. F

(η) *Reuſnerus*] in Baſil. genealog. in ſtirpe Sclavic. fol. 140.

(*) Vide aliter ſentientem Stranskium *de Republ. Bojema. cap.* 5. §. 30.

A *Othone præterito obiit.* Calviſius: (α) *Ladislaus Dux Bohemiæ moritur, cum autem
nullos haberet liberos, heredem facit fratrem ſuum Sobeslaum.* Quod ipſum Bohemis
in Conventu Ordinum objeciſſe Sobieslaus ab eodem Coſma, (β) aut ejus Continua-
tore memoratur hiſce verbis: *O Boëmienſes Proceres, non laudo neque extollo me, ſed
veritatem dico: vivente fratre meo, Duce Wladislao, neque ſcuto neque alia vi iſtum
Ducatum percepi, ſed Dei miſericordia, & electione fratris mei adhuc viventis, ve-
ſtrumque omnium, ſum adeptus: hacque ratione & juſtitia, me juſte & rationabiliter
arbitror poſſediſſe. Quidam vero ex hujus provinciæ Nobilioribus inſtinctu Satanæ
commoniti, me voluerunt perimere, veluti quondam fratrem Brzetislaum occiderunt,
& Suatopluck quoque ſine cauſa peremerunt.*

B 20 Anno MCXXVI. ſcribit Calviſius: (γ) *Otto Moraviæ Dux putabat Duca-
tum Bohemiæ ad ſe pertinere, atque ideo ad Imperatorem Lotharium veniebat, pete-
batque ſe Ducem Bohemiæ creari, & in Ducatum cum exercitu deduci, quod & impe-
trat. Sed cæſo Ottone pax conficitur, cum Sobeslaus Dux promitteret Lothario auxi-
lia contra Cunradum Sueviæ Ducem æmulum.*

21. Anno MCXXXIX. ſcribit Dubravius: (δ) *Venerat iſtuc* (Bambergam, ubi
Conradus III. Imper. Comitia celebrabat) *etiam Sobieslaus, qui veritus, ne alius poſt
obitum ſuum, quam vellet, Principatum arriperet, Uladislaum fratris ſui Uladislai fi-
lium, ſecum ad Conradum adduxit: Nullum, inquiens, Cæſar beneficium in præſentia
majus dare mihi potes, quam ſi, me adhuc ſuperſtite, Uladislaum hunc ex fratre meo
C nepotem, mihi ſucceſſorem declaraveris. Quod ut facias tua, quam mea intereſſe ar-
bitror. Olim namque hac diſciplina à me imbutus eſt, ut Cæſari, quæ ſua ſunt, libenter
reddat, & mihi quæ mea ſunt, quoad vixero, ne detrahat.*

22. Anno MCXL. obiit Sobieslaus I. Dux Bohemiæ, relictis itidem tribus filiis,
Sobieslao, Udalrico & Weneeslao, quibus tamen in ſucceſſione Principatus ex præro-
gativa ætatis, deſtinatione defuncti, & Imperatoris confirmatione prælatus fuit patruus
621 Uladislaus (ι) II. Marchio Moraviæ. Berthold. Pontanus: (ζ) *Wladislaus jure optimo
Regni heres & Dominus effectus*, &c. Pantaleo Candidus: (η)

Proximus Vratilae tuo de ſanguine cretus
Vladislaus opum, Regnique aſſertor aviti,
D *Inſignes titulos, patriæ & decora alia recepit.*

Boregkius: (θ) *Nachdem Sobiesla zur Erden beſtattet war, hielt Uladislaus Uladis-
lai des Erſten Sohn, der Sobieslai rechter Bruder und der älteſte war, eine Verſam-
lung den 17. Februar. anno 1140. und lieſs ihme, nach altem Brauch die Untertha-
nen hulden &c.* Hic eſt ille Uladislaus, à Friderico I. Imperatore Rex Bohemiæ crea-
tus, cui quinque erant filii, Fridericus, Suatoplueus, Albertus Archiepiſcopus Salis-
burgenſis, Uladislaus Marchio Moraviæ, & Primislaus Ottocarus à Philippo Cæſare
Rex factus.

23. Anno MCLXXIV. ſcribit Dubravius, (ι) Fridericum I Imperatorem Boje-
mis poteſtatem dediſſe eligendi ſucceſſorem ex duobus Regis Uladislai patruis, nempe
E Sobieslao & Udalrico, ætatis prærogativa Regnum petentibus, non tamen ſucceſſuris,
niſi poſt Uladislai Regis jam grandævi obitum. Sed Uladislao Rege & filio ejus Fride-
rico indignationem Cæſaris metuentibus ex Bohemia profugis, *Udalricus Regnum ſibi
à Cæſare delatum celeriter ad Sobieslaum, ceu fratrem ætate priorem transtulit, &
is Prin-*

(α) *Calviſius*] in Chronolog. anno 1125. in eo errans, quod putat Uladislao nullos fuiſſe filios, ut in eorum defectu fratrem inſtitueret heredem.

(β) *Eodem Coſma*] dict. lib. 3. anno 1230.

(γ) *Calviſius*] in Chronolog. anno 1126. ex
F Trithemii *Chronic. Hirſaugienſ.*

(δ) *Dubravius*] lib. 11. Hiſtor. Bohem. fol. 89. Hagecius in *Chron. bohem. anno* 1138. Boregk in *Chron. bohem. in Sobieſlao Duce fol.* 144. Miræus *dict. cap.* 2. *num.* 28.

(ι) *Patruus Uladiſlaus*] Dubravius dict. lib. 12. Hiſtor. Bohem. Æn. Sylvius in *Hiſt. bohem. cap.* 24. Gevvoldus in *dict. cap.* 9. Miræus *dict. cap.* 2.

(ζ) *Pontanus*) in bohem. pia. lib. 2. fol. 21.

(η) *Candidus*) lib. 2. bohemaid. in Uladislao Rege, fol. 46.

(θ) *Boregk.*) in Chron. Bohem. in Sobieslao Duce in fin. & in Uladislao Rege in Princ. fol. 145.

(ι) *Dubravius*) in Hiſtor. Bohem. lib. 13. fol. 104. Æn. Sylvius in *Hiſt. Bohem. cap.* 25. *in pr.* Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 1174. *fol.* 267. *in princ.* Boregk in *Chron. Bohem. in Uladiſlao Rege circa fin.* Miræus *dict. cap.* 2.

is Principe loco contentus, ad Regiam dignitatem adſpirandum ſibi non putavit, &c. A
Pantaleo Candidus: (α)

Inde Sobieſlaus frenos moderatur avitos.

Hic eſt Sobieſlaus eo nomine II. Dux Bohemiæ Sobieſlai I filius, cujus frater Udalricus Ducatum Saizenſem regebat a patre acceptum. De quo etiam Reuſnerus (β) ſcribit: *Regnum hic a Cæſare ſibi delatum ad Sobieſlaum majorem natu fratrem transtulit, Principatu ſolo contentus.*

24. Anno MCLXXVIII. Albertus Krantzius (γ) refert: *Quumque fato functus* (Uladiſlaus) *ad meliora tranſiſſet, quidam ex Primoribus Procerum ditionem occu-*
622 *pavit, abſtinensque Regio nomine Ducem ſe appellavit. Sobieſlao viro nomen, qui auſus Regis ſui filium paterna ditione detrudere. Sed non ſunt paſſi Provinciales per* B
vim parto diu incubare Imperio. Vix enim quinquennio præfuit, & a Provincialibus actus in exilium, legitimo heredi fecit Regni locum. Fridericus is fuit &c. Si *Primores Procerum* accipit pro alienis a Regia familia, largiter errat. Et alias etiam rejectionis cauſas ſupra ex Dubravio (δ) retulimus. Fridericum tamen, Uladiſlai Regis primogenitum, fuiſſe, abdicato Sobieſlao II. in Principatum reſtitutum, & ab Ordinibus, ut legitimum Regni & proximum heredem, non gravatim receptum, teſtatur Hagecius (ε) hiſce verbis: *Hertzog Friederich ließ die Herren Wladycken und Edlen für ſich erfordern, und zeigte ihnen Keyſer Friederichs Beſtättigungs-Brieff, ſamt der Fahne des Fürſtenthums Böhmen. Sie traten ein wenig ab, berathſchlagten ſich, und nahmen ihn unverzüglich als den Erben, ſo nach König Uladislao* C
der nechſte zum Königreich war, zu einem Herrn an. Franciſc. de Roſieres (ζ) *Poſt hunc* (ſc. Sobieſlaum) *Federicus, verus hæres, Ducis, non Regis nomine uſus, diu rerum non eſt potitus.*

25. Anno MCXC. mortuo Friderico I. Duce, ad Regnum vocatur Conradus II. Marchio Moraviæ Znoymenſis Leopoldi filius, ex itinere Hieroſolymitano redux: vocatur, inquam, jure agnationis & majoris ætatis. Qui Principatum iniens, Marchionatum Znoymenſem Theobaldo reſignavit. (η)

26. Anno MCXCII. Conradus II. in Apulia peſte ſublatus ſucceſſorem nactus eſt Wenceſlaum (θ) II. Sobieſlai I Ducis filium tertiogenitum & Sobieſlai II. fratrem. Cui tamen Primiſlaus, Vladiſlai Regis filius, litem ſuper jure ſucceſſionis intendit, ut D
Bohemorum Chronographi (ι) tradunt. Pantaleo Candidus (κ) de Sobieſlao I. Duce ſcribit:

Hic geminos habuit cara de conjuge natos
Quorum Zechiadas hic Wenceſilaus avitos
Accepit magna Rector ditione tenendos.

Et Hagecius (λ) narrat: *Wenceslaus eignete ihme das Fürſtenthum Böhmen zu, vorgebende, er wäre der nechſte Erbe darzu.*

27. Anno MCXCIII. Wenceſlao a Marchione Luſatiæ capto, & Primiſlao ſententia Cæſaris Heinrici IV. deſtituto, ab eodem Imperatore Regnum Bohemiæ Heinrico, Epiſcopo Pragenſi, ceu agnato proximo, commendatur, qui illud annos quinque feliciter gubernavit. (μ) E

28. Anno

(α) *Candidus*) in Bohemaid. Regum lib. 2. in Sobieslao II. Duce, fol. 47.

(β) *Reuſnerus*) in Baſilic. genealog. in ſtirpe Sclavic. in Stemmat. Princip. & Regum Bohem.

(γ) *Krantzius*) lib. 6. Wandaliæ cap. 6. & ex eo Munſterus in *Coſmograph. lib. 3. de bohem.* Roſieres in *Stemmat. Ducum Lotharing. tom. 4. in hiſt. capital. 68.*

(δ) *Dubravio*) lib. 14. Hiſt. Bohem. Boregk. in *Chron. bohem. in Sobieslao II. Duce, fol.* 172.

(ε) *Hagecius*) in Chron. Bohem. anno 1178. fol. 170. part. 1. Æn. Sylvius in *Hiſtor. bohem. cap.* 25. Miræus *dict. cap.* 2.

(ζ) *Roſieres*) in Stemmat. Ducum Lotharing. tom. 4. cap. 68.

(η) *Hagecius*) in Chron. Bohem. anno 1190. Boregk. in *Sobieſlao II. Duce in fin. fol.* 184. & in *Conrado in pr. fol.* 185. Sylvius *dict. cap.* 25. Roſieres *dict. tom. 4. in hiſtor. capital.* 68. Miræus *dict. cap.* 2.

(θ) *VVenceſlaum*) Ottonis Nigri Marchionis 623
Znoymenſis filium. Miræus *dict. cap.* 2.

(ι) *Chronographi*) Æn. Sylvius in *Hiſtor. bohem. cap. 25. & cap.* 26. Dubravius *d. lib.* 14. Boregk. in *Chron. bohem. in VVenceſlao II. fol.* 186. F
Dubravius *lib.* 14.

(κ) *Candidus*) in Bohemaid. lib. 2. fol. 51.

(λ) *Hagecius*) in Chron. Bohem. anno 1191. part. 1. fol. 280.

(μ) *Hagecius*) in Chron. bohem. anno 1191. Boregk. in *Henrico Duce fol.* 187. Dubravius *d. lib.* 14. Miræus *d. cap. 2. n.* 35.

A 28. Anno MCXCVII. Vladislaus III. Vladislai II. Regis filius, in Heinrici defun-
cti locum ſurrogatur, quod frater ejus Primislaus natu major, eſſet in Cæſaris offenſa,
& per ſententiam Ducatu privatus. Tandem pacto utrimque convenit, ut junior ſe-
niori (α) fratri ultro regimen Bohemiæ cederet. Id conſignavit Dubravius, (β) in-
quiens: *Vladislaus natu minor, abſente fratre ſeniore Premislao, in Principatum eve-
ctus, redeunti fratri eundem reſignat & cedit, ita rem componentes, ut Premislaus
ſenior Bojemis, Uladislaus junior Moravis imperitaret.* Et hic eſt ille Primislaus,
cognomento Ottocarus, quem Philippus Cæſar Regem Bohemiæ creavit.

29. Anno MCCXXX. Wenceslaus III. cognomento Luſcus, patri Primislao ſuc-
ceſſit in Regno. (γ) vivo adhuc patre coronatus. Æneas Sylvius: (δ) *Primislao duo*
B *fuerunt filii, Wenceslaus & Othocarus. Wenceslao Regnum Bohemiæ ceſſit, Otho-
caro Marchionatus Moraviæ.* Franciſc de Roſieres (ε) de Primislão: *Regnum Wen-
ceslao filio dimiſit, qui ſine liberis decedens Othogarum Regiæ gazæ inſtituit heredem.*
Hagecius (ζ) hunc Wenceslaum vocat *heredem Regni.* Fuit hic vivo patre coronatus,
& à Friderico II. Imp. confirmatus.

30. Anno MCCLIV. ſcribit Æn. Sylvius: (η) *Fuit Wenceslaus unoculus, & ſine
liberis decedens, Regnum Othocaro reliquit.* Sed Bohemorum hiſtoriographi (θ) hunc
624 Ottocarum faciunt Wenceslai filium, qui cum rebellibus Bohemis in patrem anno
MCCXLVIII. conſpirans, pœnas impietatis ſuæ ſero quidem, ſed ſerio luit. Hic enim
eſt ille Primislaus Ottocarus hoc nomine II. Rex Bohemiæ, qui Rudolpho I. Cæſari re-
C bellans, in acie miſerabiliter occubuit anno MCCLXXVIII. Cujus legitimam & pro-
ximam poſt fratris obitum ſucceſſionem tangit quoque Pantaleo Candidus (ι) in hoc
verſu:

Ottocarus cui mox ſucceſſit in ordine frater.

Fratrem pro filio dixit. errorem Sylvii & Munſteri ſecutus. Hagecius: (κ) *Primis-
laus Königes Wenceslai Sohn, ein Erbe der Cron Böheim* &c. & alibi dixerat; *Damit
Primislaus als ein Erbe nach ſeinem Vatter die Cron Böheim erlangete.* Sed de Ottocaro
multi multa, & nos ſupra diximus.

31. Anno MCCLXXVIII. cæſo Ottocaro Rege, Bohemia & Moravia jure belli &
victoriæ ceſſerunt in poteſtatem Rudolphi I. Imperatoris. (λ) Ex intercesſione tamen
D Ordinum Regni, & multorum Regum ac Principum, Wenceslao, unico Ottocari
filiolo, Regnum, deſponſa ei filia Juditha, reſtituit, (μ) eidemque tutorem & Admi-
niſtra-

(α) *Junior ſeniori*] Hagecius in *an.* 1197. *in fin.* & *fol.* 385. Boregk. in *Chron. in Uladiſlao Duce anno* 1198. *fol.* 192. Goldaſtus in *Diſcurſ. de jure repræſentat. in primogenitur. num.* 23. Miræus *d. cap.* 2.

(β) *Dubravius*] in Hiſt. Bohem. dict. lib. 14. in fin.

(γ) *Succeſſit in regno*] Dubravius *lib.* 16. Ha-
E gecius in *anno* 1231. Boregk. in *Chron.* & *Wenceslao Luſco fol.* 207. Miræus *d. cap.* 2.

(δ) *Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. 27. ſed errat in ordine geniture. Nam Ottocarus fuit Wenceslai non frater, ſed filius, Primislai nepos.

(ε) *Roſieres*] in Stemmate Lotharing. Ducum tom. 4. cap. 68.

(ζ) *Hagecius*] in Wenceslao III. anno 1206. ibi: *daſs ihme ein Erb gebohren*: & anno 1226. ibi, *nach ſeinem Tode in dem Kœnigreich ein*
E *Erbe ſeyn.*

(η) *Æn. Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. 27. Munſterus *lib.* 3. *Coſmograph de Bohem.* Volaterranus *lib.* 7. *Geograph. in Bohem.* Franc. de Roſieres in *Stemmat. Lotharing. Ducum tom.* 4. *cap.* 60. Wolffgang. Lazius *de migratione Gent.* & in *Geneal. Auſtriac.* Miræus *d. cap.* 2.

(θ) *Hiſtoriographi*] Pulkawa in *Hiſt. Bohem. cap.* 86. Dubravius *lib.* 17. Hagecius in *anno* 1254. *fol.* 319. *part.* 1. Boregk. in *Ottocaro*, *in princ. fol.* 224. Nemo ex hoc ſcriptorum numero ullius facit mentionem electionis: omnes tradunt ſuopte jure Ottocarum ſucceſſiſſe.

(ι) *Candidus*] in Bohemaid. dict. lib. 2. fol. 51.

(κ) *Hagecius*] in Chron. Bohem. anno 1254. & antea in anno 1231.

(λ) *In poteſtatem Imperat.*] Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 1278. *fol.* 339. *in fin.* Dubravius in *Hiſtor. Bohem. dict. lib.* 17. Boregk. in *Ottocaro Rege, fol.* 241. & *in VVenceſlao Rege, fol.* 243. Joan. Ferſius in *tract. de Præfect. S. Prætorii, cap.* 6. *in fin.*

(μ) *Regnum reſtituit*] jure, inquam, caduci- 625
tatis ob perpetratam feloniam, ad ſe devolutum, ut *lib.* 3. *cap.* 14. docuimus. Quibus adde Hieronymum Oſium Turingum in lib. *de Reb. geſtis Cæſarum Romanor. Ducum Auſtriæ* &c. de victoria Rudolphi I. Cæſaris ſcribentem in hæc verba:

Hic inſigne refert de Cæſare fama Rudolpho
Exemplum veniæ, tibi qua Venſlae pepercit.
Quaque ſuam ille lubens, Othacari Regia proles,
Connubio natam, Bojemaque Regna dicarat,
Quæ tuus ante pater non jure petiverat hæres.

Id eſt, quæ regna licet pater tuus ut heres adivit, quia tamen Regalia à Cæſarea Majeſtate, tempore & modo debito non petivit & requiſivit, jure meritoque ſuo amiſit.

niſtratorem dedit Ottonem Marchionem Brandeburgenſem amitæ maritum. Æn. Sylvius ſcribit: (α) *A populatione Bohemiæ Imperatorem abſtinuiſſe, quæ genero deberetur.* Boregk. (β) de Ottocaro: *Und Wenceslaum ſeinen rechten und ehelichen männlichen Erben zu gute.* Pontanus: (γ) *Heredem Wenceslaum juvenem.* Ex mox illico: *Donec heres legitimus Wenceslaus reſtitutus.* Siffridus Presbyter Miſnenſis: (δ) *Filius Regis Odoacris unigenitus, Wenceslaus II. regnavit pro patre ſuo, cui Rex Romanorum Rudolphus filiam ſuam Gutham nomine tradidit in uxorem.* Hagecius: (ε) *Wenceslao des Böhmerlands Erben* &c. Et iterum: *Wenceslaus, welcher ein gebohrner, ſo wol auch ordentlicher Weiſe erwählter König in Böhmen geweſen. Electus,* ioquit, id eſt, aſſumptus, confirmatus & ſtabilitus in Regno per fidei præſtationem. Quam enim Ordines electionem habere poterant, qui erant in manu ac poteſtate vi B ctoris Cæſaris? Hic eſt autem Weoceslaus hoc nomine III. Rex Bohemiæ.

32. Anno MCCCV. obiit Wenceslaus III. Rex Bohemiæ, eique ſucceſſit Wenceslaus IV. filius (ζ) unicus, anno ætatis ſuæ XVI. Hic ſequenti anno MCCCVI. expeditionem inſtituit in Poloniam, ut Regnum illud paternum (η) in fidem reciperet. Sed Olomucii meridiano tempore io cubiculo ſolus obambulans ſive, ut alii ſcribunt, quieſcens, trucidatur. Jacobus Piccolomineus (θ) Cardinalis Papienſis de Wenceslao ſeniore: *Moriens filio ſexdecim annorum Regnum Bohemiæ & Poloniæ ſingularibus verbis commendat.* Mart. Cromerus (ι) Varmienſ. Epiſcop. *Wenceslaus junior, qui patri heres in Bohemia ſucceſſerat, fecit expeditionem in Poloniam, Regni paterni repetendi cauſa, cujus jam titulum uſurparat.* Apud Hagecium (κ) ejusdem ſenioris C Wenceslai moribuodi verba ultima ad filium hæc referuntur in Procerum Bohemiæ circumſtantium præſentia nuocupata: *Dir befehle ich mein Königreich, du ſolt auf meinem Stul ſitzen, und an meiner, als deines Vattern, Stelle herrſchen.* Et hinc converſus ad ipſos Proceres dixiſſe additur: *Ich bitte euch ſämtlich, ihr wollet dieſelbe Unterthänigkeit und Gehorſam, ſo ihr mir geleiſtet, meinem Sohne als euerm Erbherrn, auch leiſten.* Boregkius (λ) ex Dubravio memorat, eum filio dixiſſe, ſe a patre unicum duntaxat Regnum, illudque lacerum & devaſtatum accepiſſe: illi tamen duo ampla & bene conſtituta Regna, Bohemicum nempe & Polonicum, relinquere. Dubravius: *Bojemi herede Regni amiſſo ad jus Comitiorum coëunt,* &c. Atque in hoc Wenceslao IV. exſtincta fuit ſive Crocia per Libuſſam propagata, ſive Primislaviana ab ejus marito di- D cta, Regia Bohemorum ſtirps maſcula, quæ Regnum Bohemiæ ordine ſucceſſivo & hereditario per annos circiter DC. (μ) non infeliciter rexit.

(α) *Sylvius*] in hiſtor. Bohem. cap. 27. in fin. Boregk. *ibid. fol. 241. verſ. Æneas ſchreibet.*

(β) *Boregk.*] in dict. Ottocaro Rege, fol. 235. verſ. *dieſer Kœnig* in fin.

(γ) *Pontanus*] in Bohem. pia lib. 5. anno 1275. fol. 9. Dubravius *lib.* 28.

(δ) *Siffridus*] in Epitom. Chron. lib. 2. anno 1278.

(ε) *Hagecius*] in anno 1285. fol. 345. & iterum anno 1297. fol. 357.

626 (ζ) *Succeſſit WWenceſlaus filius*] Æn. Sylvius in *Hiſtor. Bohem. cap.* 29. Dubravius in *Hiſtor. Bohem. lib.* 19. Salomon Neugebaur *lib. 3. Hiſtor. Polon. fol.* 176. Hagecius in *anno* 1306. Boregk. in *WWenceſlao juniore Rege fol.* 261. Calviſius in *Chronolog. anno* 1305.

(η) *Regnum illud patern.*] Calviſius in *Chronolog. anno* 1306.

(θ) *Piccolomineus*] lib. 6. Commentarior. de reb. in Europ. geſtis.

(ι) *Cromerus*] lib. 51. Rer. Polon. fol. 186. col. 2. Salom. Neugebaur *lib. 3. Hiſtor. Polon. in Venceſlao Bohem. Rege in fin.* Matthias de Michou *in Chron. Reg. Polon. lib. 4. cap. 3.* E

(κ) *Hagecius*] in Chron. Bohem. anno 1305. fol. 366.

(λ) *Boregk.*] in Chronic. in Wenceslao ſeniore Rege fol. 259. Dubravius *d. lib.* 19. *fol.* 555.

(μ) *Circiter ſexcentes*] Dubravius, Hagecius & Boregk. habent annos DLXXXIV.

CAPUT V.

In Bohemiæ Regno, maribus non exſtantibus, ſuccedunt filiæ. Gynæcocratia an admittenda in Regno Electorali. Quatenus Reginæ ac Principiſſæ virilia officia adminiſtrare poſſint. Mariti jure uxorio Reges efficiuntur. Exempla illuſtrium Reginarum, quibus ſucceſſio feminina Bohemica confirmatur. Libuſſa Croco patri ſucceſſit. Primislaus jure connubii ad Principatum Bohemiæ pervenit, eumque ad poſteros ſuos derivavit. Wenceslao ultimo ſucceſſerunt ſorores germanæ, juraque ſua F

A *ſucceſſoria cum maritis participarunt. Johannes Lucemburgius jure connubiali Regnum nactus, illud in ſtirpem ſuam transplantavit. Sigismundus Imperator à rebellibus Huſſitis propter diverſam religionem rejectus, jus ſuum ex titulo hereditariæ ſucceſſionis conſtanter defendit & retinuit.*

ITaque maribus ex Regia illa vetuſta Primislai familia nullis amplius exſtantibus, res demum ad feminas rediit, (α) inter quas primum ſucceſſionis gradum jure geniture & proximitatis filiæ obtinent, interque plures ſorores major natu cæteris præfertur, adeo, ut jus ſuum hereditarium non modo in maritum thori legitimi ſocium, ſed etiam in poſteros ſuos heredes legitime abs ſe deſcendentes, ordine genituræ ſervato, (β) in infinitum conferat. Quod quia a nonnullis in dubium vocatur, a
B quibusdam præciſe negatur, eſt ut vero vincamus.

627 2. Principio dum ajunt rem eſſe exempli in Germania inauditi, ut femina in Electoratu ſuccedat, quum officium Archiprincipis Electoris & S. Romani Imperii Archipincernæ ſit virile, quod mulier ſine dedecore Imperii adminiſtrare nullo modo aut poſſit aut debeat: & jure quoque Romano (γ) feminæ ab omnibus officiis civilibus & publicis removeantur. Quod & ſanctorum Patrum eruditiſſimus ſcriptor Arnobius (δ) inculcet hiſce verbis: *Quid feminarum genus, quas ab negotiis publicis conditio fragilitatis excepit?* Sed quicquid jure Romano obtinuerit, noſtris certe moribus Illuſtres feminas (ε) hereditaria jurisdictione (ζ) ipſasmet fungi, & cætera officia virilia, à quibus conditione naturæ (η) & verecundiæ ſtola ultro abſtinere ſolent, per vicarios (θ)
C poſſe adminiſtrare, certum eſt.

—— (ι) πάντα γὰρ δι᾽ ἀρσένων
Γυναιξὶ πράσσειν εἰκὸς, αἵτινες σοφαί.

3. Deinde ajunt, feminas a ſucceſſione Regnorum feudalium excludi, quod nec faidam levare, (κ) nec arma portare pro defenſione communis patriæ adverſus hoſtes poſſint. Bello enim gerendo ciendeve idoneæ cum non ſint, (λ) armis nec ſe, nec alios defendere queunt. Sed hæc objectio jam pridem olim ab aliis eſt exploſa. Nam quod ipſæ præſtare per ſexus imbecillitatem nequeunt, hoc illæ aut per maritos, ut thori, ita Regni, conſortes, aut ſi virgines vel viduæ ſint, per vicarios adminiſtrant. Et hoc non uſu tantum & conſuetudine quadam introductum, ſed & ipſo jure noſtro
D Germanico (μ) conſtitutum atque confirmatum eſſe obſervamus.

4. Exem-

(α) *Ad feminas rediit*] Aub. Miræus in *libell. de Rebus Bohem. cap. 3. in princ.*

(β) *Ordine genituræ ſervato*] qui cum in ſtirpe Slavica eſſet, ut diximus, majorialis, nunc primum cœpit eſſe primogenialis, ex inſtitutis nimirum Francorum, quibus Domus Lucemburgica in Belgio utebatur; inde jus illud in Bohemiam illatum, & à Carolo IV. Imperatore & Bohemiæ Rege, Johannis Lucemburgii filio & ſucceſſore,
E confirmatum.

(γ) *Jure Romano*] in *lib. 2. in pr. D. de Reg. juris,* Harmenopulus in *Promptuar. jur. lib. 6. tit. 2.* Gewoldus in *Comment. de S. Rom. Imp. Septemvir. cap. 7. n. 9.*

(δ) *Arnobius*] lib. 7. adverſus Gentes, & ib. Stewechius & Heraldus in *Comment.*

(ε) *Illuſtres feminas*] Bartolus, Cagnolus *n.* 4. Philippus Decius *n.* 3. Petr. Faber, Hubert. Giphanius, Hyppolit. à Collibus, Dionyſ. Gothofr.
F Bronchorſt. *num.* 2. Petr. Weſembecius. *num.* 8. *ad d. l. 2. D. de regul. Jur.*

(ζ) *Hæreditar. jurisdict.*] *c. dilecti, Ext. de arbitr.* & ibi Canoniſtæ, Nævius, & Joan. Ramus *ad d. l. 2. D. de regul. Jur.* Hieron. Garzonius Auximas JC. in *tract. de Fœmin. ad feuda recip. vel non* Chriſtian. Matthias in *Syſtem. polit. lib. 3.*

(η) *Conditione Naturæ*] Valerius Maximus *lib.* 8. *cap.* 3. Bronchorſt. *ibid.*

(θ) *Per vicarios*] ut patet ex Receſſibus Imperii Comitiorum, in quibus feminæ Principes, Comitiſſæ & Baroniſſæ: nec non Abbatiſſæ ſolent per Legatos comparere, & ea præſtare, quæ viris Principibus, Comitibus & Baronibus incumbunt.

(ι) *πάντα*] Euripides in *ſupplicib. (verſ. 40.)* & ibi Arſenius Archiepiſcopus Monembaſiæ in *Scholiis Græcis,* (*) & Caſpar. Stiblinus in *Annot.*

(κ) *Faidam levare*] ex conſtitutione Rotharis Regis in *Lege Longobard. lib. 2. tit. 9. §. 18.* Cujacius in *Comment. ad Feud. lib. 1. tit. 1.* Lindenbrogius in *Var. lect. & not in Leg. Salic. tit. 62. §. 6.* Nam natura fœminis Martis vexillum negat, Johan. Caſus *l. 2. Sphæra civit. cap. 4.*

(λ) *Idoneæ cum non ſint*] in *Leg. Baivvarior. tit. 1. cap. 13. §. 2.* Frid. Lindenbrogius in *Gloſſar. Legum antiq. verb. Filia.*

(μ) *Jure noſtro Germanico*] Cujacius *lib. 8. Obſervation. cap. 14.* Gothofredus in *Not. ad Juſtinian. Imp. edict. 3. cap. 1.*

(*) Videtur hic Goldaſtus *ἁμάρτημα μνημονικὸν* commiſiſſe, nam in primas ſeptem tragœdias tantum extant ſcholia græca ab Arſenio collecta.

628 4. Exempla (α) requiris? Omitto priſca illa & in vulgus nota, quæ de claris mulierum fortium & induſtrioſarum regiminibus viri clari (β) in literarum monumentis retulere. In queis primas tenet Semiramis (γ) Aſſyriorum Imperatrix, quæ ſublato Nino marito, Trebetam (δ) privignum in Germaniam, ut nobis Treviros conderet, expulit, quo ſola Imperio libere potiretur. Debora (ε) & Juditha (ζ) patriam a potentiſſimis hoſtibus liberantes, Iſraelitis cum laude præfuiſſe, & jus dixiſſe in Sacris memorantur. Tomyris (η) Scytharum Maſſegetarum Regina, amiſſo filio, Regni defenſionem contra Cyrum Perſarum Imperatorem ſuſcipiens, ejus truncati caput ſanguine, quem ſitiiſſe dicebat, exſatiavit. Triumphum de Cleopatra (θ) Ægypti Regina majoris feciſſet Octavius Auguſtus, quam victoriam de Antonio, æmulo ſuo, partam. Zenobia, (ι) Odonati Palmyreorum Regis & Romanorum Imperatoris conjunx, poſt mariti mortem Romanum in Syria Imperium non minus prudenter rexit, quam fortiter propugnavit, prodita magis a ſuis, quam ab Aureliano Imp. victa. Irene (κ) Græcorum Imperatrix pro filio Conſtantino Imperium Conſtantinopolitanum adminiſtraſſe, atque adeo Synodo Nicenæ II. Oecumenicæ præſediſſe in actis & monumentis tam Græcorum, quam Latinorum legitur. Mechtildis (λ) Abbatiſſa

Fff 2 Que-

(α) *Exempla*] feminas ſceptris eſſe idoneas, ſtatuunt & defendunt, Tiraquellus in *Leg. connubial.* 11. *num.* 11. Chaſſanæus in *Catalog. glor. mundi cap.* 8. Stephan. Forcatulus *in lib. pro Regina matre, quod fœminæ Illuſtres Regnis gubernandis, ac legibus ferendis commodiſſimæ ubique fuerint*, Mich. Virdungus in *Comment. in Taciti Agricol. cap.* 16. Mich. Beutherus in *Comment. in Taciti German. part.* 1. *cap.* 22. Juſt. Lipſius *lib.* 629 2. *Politic. cap.* 3. Paul. Bulius *ad l.* 2. *& l.* 6. *D. de Legib.* Matthias Berneggerus in *Annotat. in Taciti Agric. sect.* 7. *cap.* 17. *loc.* 7. Hieronym. Sirturus Patricius Mediolan. in *Compend. politic.* Joan. Caſus *lib.* 1. *Sphæra civit. c.* 3. *q.* 4. P. Gregorius Tholoſanus *lib.* 7. *de Republ. cap.* 11. Chriſt. Matthias *lib.* 3. *Syſtem. politic. exercit.* 1. *sect.* 4. *quæſt.* 3. Lamb. Danæus *lib.* 6. *Politic. Chriſtian. cap.* 3. Vinc. Cabotius *lib.* 1. *Var. jur. diſput. cap.* 15. Franc. Piccolomineus in *Philoſoph. moral. grad.* 6. *cap.* 10. Bronchorſt. *Miſcell. controverſiar. cent.* 1. *aſſ.* 81. Clemens Timplerus *lib.* 2. *Polit. cap.* 2. *qu.* 9. Joh. Avenarius in *Quæſtion. nomicopolitic. qu.* 31. Richard. Dinothus *lib.* 7. *de Reb. memorabil.* Mich. Junius in *Quæſtion. Politic. cap.* 13. Schœnborn *lib.* 2. *Politic. cap.* 12. Joh. Gerhardus *Locor. Theolog. tom.* 6. *cap.* 27. *de Magiſtrat. pol. num.* 110.

(β) *Viri clari*] Plutarchus in *Opuſculo de virtutib. mulier.* Diogenes Laërtius de Vitis Philoſ. in Ariſtippo, Jacob. Philippus Bergomenſ. Ordin. Eremitar. Div. Auguſtini in *lib. de Claris mulier.* Joan. Pinus Tholoſan. in *Opuſcul. de Illuſtribus fœmin.* Raviſius Textor. Nivernenſ. in *Officina*, Nanus Mirabellius in *Polyanth.* Olympia Fulvia Morata in *Epiſtol.* Eliſabetha Johanna Weſthonya in *Epigrammatib. in fin.* M. Joannes Irenæus in *Dialog. de Laudib. & virtutib. mulierum.* Matthæus Raderus Societatis JEſu in *Aula ſancta Theodoſii Junioris Imp.* Hondorphius in *promptuar. exemplor. in* 4 *præcept. rubr. de doctr. & erudit. fœmin.* Goldaſtus in *Præfat. der Reichs-Satzungen ad Annam Imperatricem.*

(γ) *Semiramis*] Q. Curt. *de Geſt. Alexand. M. l.* 7. Arrianus *lib.* 1. *de Reb. geſtis Alexand. Mag.* Juſtinus in *Epitom. Trogi Pompeji lib* 1. Juvenalis *Satyra.* 2. & ibi Johann. Britannicus, Domitius Calderinus, Bernardus Autumnus JC. & Iſaacus Grangæus in *Commentar.* Julius Africanus in *Chronic.* Euſebius Cæſarienſis in *Chronic.* & ibi Joſeph. Scaliger in *Commentar.* Auguſtinus Torniellus Novarienſis in *Annal. ſacris & profan. anno mundi* MDCCCCXC. Jacob. Capellus in *Hiſtor. ſacra & exotic.* Joh. Weitzius in *Obſervation. philologic. de Semiramidis Babylon. Reginæ vita & rebus geſtis.*

(δ) *Trebetam*] ita ſcribunt Golſcherus *de Geſt. Trevirenſ. in princip.* Wilhelm. Kyriander JC in *Annal. ſeu Commentar. de Orig. & ſtatu antiquiſſ. civit. Auguſtæ Treviror.* Lehmann. in *Chron. Spirenſ.* Et hæc quidem eſt communis Hiſtoricorum opinio; de qua tamen quid ſentiamus *lib.* 1. diſſeruimus.

(ε) *Debora*] in libr. Judicum cap. 4. & ſeq.

(ζ) *Juditha*] in lib. Judith. cap. 14. & ſeqq.

(η) *Tomyris*] Herodotus *lib.* 1. Cteſias Cnidius in *Perſic.* Juſtinus *dict. lib.* 1. & ibi Strigelius in *Commentar.* Valer. Maximus *lib.* 9. *cap.* 10. ubi Oliverius Vicentinus, & Omnibonus Leonicenus in *Commentar.* Georg. Lauterbeck in *Regentenbuck lib.* 3. *cap.* 8.

(θ) *Cleopatra*] Dio Caſſius Nicæus in *Hiſtor. Rom.* Joſephus in *Antiquitat. Judaic.* Suidas in *Cleopatra.* Plutarchus in *Antonio.* L. An. Florus *lib.* 4. *Hiſtor. Rom. cap.* 11. Paul. Oroſius *lib.* 6. *Hormeſt. mund. cap.* 20.

(ι) *Zenobia*] Trebellius Pollio in *Hiſtor. de Trigint. Tyrann.* Euſebius Cæſarienſ. in *Chronic.* Zoſimus in *Epitom.* Vopiſcus in *Aurelian.* Agathias *de Bell. Perſic.*

(κ) *Irene*] in Actis Concil. II. Nicæni tom. 3. Concil. general. Ludolphus Sagax in *Hiſtor. miſcellan.* Zonaras & Cedrenus in *Annal.* Baronius in *Annal. Eccleſiaſt. anno* 787. Beſoldus in *Diſcurſ. de Monarch. cap.* 3. *num.* 8. *in fin.*

(λ) *Mechtildis*] Witikindus *de Reb. geſtis Saxon.* Ditmarus in *Chron.* Spangenberg. in *Chron. Saxon.* Meibomius in *Chron. Walbecenſ. fol.* 53: Lehmannus in *Chron. Spirenſ.* qui male reprehenditur à Gewoldo in *Comment. de S. Rom. Imperii Septemvir. cap.* 7. *num.* 9.

A Quedelnburgenſis, Henrico II. Imperatore in Italicam expeditionem trans Alpes profecto, vicariatum Imperii in Saxonia geſſiſſe, comitiiſque publicis præſediſſe, certi auctores affirmant. Agnes (α) quoque Imperatrix vidua, Heinrici IV. Imperatoris impuberis tutrix, Romanum Imperium ſumma prudentia gubernaſſe, comitiiſque Imperii generalibus præſidendo interfuiſſe dicitur. Johannam Siciliæ (β) Reginam interpretes noſtri ſcribunt in ſolio Regali ſedentem tuliſſe ſententias judicatas. Nihil dicam de Johanne VIII. (γ) Papatum ementito ſexu regente, quia res geſta in dubium vocatur: (δ) nihil de Johanna puella (ε) Lotharinga Regnum Franciæ a tyrannide Anglorum aſſerente: nihil de aliis numeroſis omni virtutum genere præcellentibus feminis: Sereniſſima Eliſabetha (ζ) Angliæ & Hiberniæ Regina documento ſit B Libuſſini generis in Bohemia obtrectatoribus, quo pacto Regina heres Regnum Bohemiæ poſſit ac debeat gubernare.

5. Non enim Novum hoc eſt aut inſolens, ut imperia ac Regna tranſeant ad fuſum, (η) & filiæ heredes jus ſucceſſionis transferant in maritos, ac poſteros ab ſe deſcedentes. Ex hoc enim jure Cambyſis Perſarum Imperatoris filia (θ) ac hæres Imperium Perſicum ad Darium maritum contulit. Ex eodem jure Cleopatra (ι) Regina Ægypti ſociatum ſibi M. Antonium Triumuirum lecti pariter genialis & Regni Ægyptiaci fecit conſortem. Herodes (κ) jure connubii obtinuit Regnum Judææ. Amalaſuentha (λ) Theodorici Gothorum & Romanorum Regis filia, utrumque Regnum pro Athalarico filio, octavum annum agente adminiſtrandum ſuſcepit: eidemque defuncto in Regno ſuccedens, Theodahatum (μ) conſobrinum Imperii pariter & corporis ſui Domi-

C (α) *Agnes*] Lambertus Schaffnaburgenſ. in *Chronic. de rebus geſt. German.* Calviſius in *Chronolog. anno* 1057. Baronius in *Annal. Eccleſ. anno eodem & anno* 1061. Otbertus Epiſcopus Leodienſ. in *Vita Henrici IV. Imperatoris*, ita ſcribit: *Hunc Beatum Regni* (Germanici) *ſtatum Agnes* 630 *Imperatrix ſereniſſima, virilis ingenii fœmina, multum juvit, qua una cum filio Rempublicam pari jure gubernavit.* Et mox illico: *Cujus* (Imperatricis) *maturam ſapientiam gravesque* D *mores, metuebant* (Principes quidam Imperii) *illud cauſantes, non decere Regnum adminiſtrari à fœmina, cum multa Regina legantur adminiſtraſſe virili ſapientia.* Exemplum profert Auctor Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſ. in Bezelino, de Emma vidua, Saxoniæ inferioris Comitiſſa, Sacr. Cæſar. Majeſtat. Conſiliaria, & in partibus Saxonicis vicaria; *Nobiliſſima ſenatrix Emma, uxor quondam Luidgeri Comitis*, &c. De quo Adamus Bremenſ. *lib.* 2. *Hiſtor. Eccleſ. cap.* 60. & ibi Scholiaſtes vetus *num.* 38.

E (β) *Johannam Sicilia*] Angelus Aretinus apud Decium in. 2. *num.* 3. & Bronchorſt. *num.* 2. *D. de Regul. Jur.*

(γ) *Johanne VIII. Papatum*] De quo Johan. Balæus in *Vitis Pontificum Romanor.* Hermannus Witichindus in *Demonſtrat. Jeſuitas falſo ac fruſtra negare, Papam Johannem VIII. fuiſſe mulierem.* Alexander Cooke in *Dialog. de Johanna Papiſſa manifeſtata toti orbi*, &c.

(δ) *In dubium vocatur*] à Florimundo Ræmundo in *ſcripto ſingulari Gallicè inſtituto*, Baro- F nio in *Annal. eccleſiaſt. anno* 856. Nicol. Serario *lib.* 1. *Rer. Moguntiac. cap.* 41. *& ſeq.* Calviſio in *Chronolog. anno* 855.

(ε) *Johanna Puella*] Joan. Carlerius de Gerſon. in *Apolog. de Puella ductrice exercitus Francor.* idem in *veritat. ad juſtification. ejusdem Puella.* Henricus de Gorckheim in *Propoſitionib. de Puella militari in Francia.* Laudunenſis Clericus in *Rotulis de Sibilla Francia.* Jacob. Joilus Doctor Pariſienſis in *Action. de Puella Aurelianenſis cauſa adverſariis Oration. diſceptata.*

(ζ) *Eliſabetha*] Lipſius in *Politic.* Gulielm. Cambdenus in *Annal. rer. Anglicar. regnante Eliſabetha geſt.*

(η) *Regna tranſeant ad fuſum*] Chriſtian. Matthias lib. 3. Syſtemat. Politic. Beſoldus in *Diſcurſ. de Monarch. cap.* 3. *num.* 7. Kirchnerus *Diſput.* 4. *de Republ. append.* 1. Diſſentientium tamen rationes refert Berneggerus in *Diatrib. ad Sueton. cap.* 22. Wilhelm. Schickartus in tract. *de Jure Regio Hebræor. cap.* 1. *theor.* 3. Johan. Gerhardus *Locor. Theologicor. tom.* 6. *de Magiſtr. Politic. num.* 110.

(θ) *Cambyſis filia*] Herodotus *lib.* 2. Volaterranus *Anthropolog.* Melanchthon *lib.* 1. *Chronic.* Briſſonius *de Regno Perſar. lib.* 1. David Chytræus in *Chronolog. Inſtit. Herodoti.* Gramaye in *Hiſtor. Aſiatic. in Monarch. Perſic. in analect. antiq. & conſuetud. Perſic. ſect.* 2.

(ι) *Cleopatra*] Aul. Hirtius Panſa ſive C. Oppius in *lib. de Bello Alexandr. cap.* 33. & ibi Johan. Rhellicanus in *Annot. num.* 1051. Servius Honoratus in *Virgil.* Plutarchus in *Antonio.*

(κ) *Herodes*] Joſephus *lib.* 14. *Antiquit. Judaic. cap.* 26. Joſippus Gorionis in *Compend. Hiſtor. Judaic.* Gobelinus Perſona in *Coſmodrom. ætat.* 6. *cap.* 20. *fol.* 120. Habebat enim Herodes in Conjugio Mariam Alexandri Regis filiam, Hyrcani Regis neptem, & Ariſtobuli ſororem: idem Joſephus *lib.* 15. *cap.* 2. *& ſeq.*

(λ) *Amalaſuentha*] Caſſiodorus *lib.* 10. *Variar. Epiſt.* 1. *& ſeqq.* Procopius *lib.* 1. *de Bell. Gothic. & lib.* 1. *de Bell. Vandalic.* Hieronym. Rubeus *lib.* 3. *Hiſtor. Ravennat. fol.* 143. Fornerius in *Not. ad Caſſiodor. dict. lib.* 10. *Epiſt.* 1. Caſpar. Heidio in *Hiſtor. Eccleſiaſtic.*

(μ) *Theodahatum*] Caſſiod. *dict. lib.* 10. *Epiſt.* 1. *& ſeqq.* Procopius *d. lib.* 1. *de Bell. Gothic.* Hermannus Contractus *de ſex ætat. mundi anno* 532. Matthæus Palmerius in *Chronic. anno* 533. Fornerius *ibid.* Hic tandem, ſublata è medio Amalaſuentha conjuge, ſolus Regnum Gothorum & Romanorum obtinuit; Leonhard. Aretinus *lib.* 1. *de Bell. Ital. adverſus Gothos*, Fornerius *ad Epiſt.* 3.

Dominum conſtituit. Witigis (α) Rex Gothorum & Romanorum ad Juſtinianum A
Imp. reſcripſit: *Si commendatio Divæ memoriæ Amalaſuenthæ Reginæ præ oculis ha-*
betur, ejus debet filia cogitari, quam niſus veſtrorum omnium perducere debuiſſet ad
Regnum. Unde conſtat, Witigem ſibi Regnum jure uxorio vindicaſſe. Namque
Mataſuentham, (β) Amalaſuenthæ filiam, Athalarici Regis ſororem, in matrimo-
nio habebat. Sed nimis longinqua petimus, nec magnopere attinet per ſingulas æta-
631 tes, per ſingula Regna ire: id jam alibi & ab aliis factitatum eſt. Hæc pauca exempla
delibavimus, ut nos doceant, feminas in Imperiis ac Regnis virium virtute partis non
eſſe heredes inſolentes, nec a natura ſexus muliebris abhorrere, ut munia virilia, vel
maritis in Regni conſortium aſſumptis demandent, aut per vicarios adminiſtrent.

6. Libuſſa nobis una ſit inſtar omnium, quæ Croco Patri (γ) ſine virilis ſexus B
prole defuncto in Principatu Bohemiæ ſucceſſit, natu quidem minima, ſed prudentia
& ſapientia maxima: cujus Imperium quum Bohemi propter ſexum nequiorem aver
ſarentur, illa Primislaum ab aratro vocatum, & maritum ſibi & Regno heredem fecit.
Teſtantur id auctores graviſſimi & probatiſſimi. Coſmas (δ) Pragenſis refert Legato-
rum ab Libuſſa miſſorum hæc verba; *Domna noſtra Lubeſſa & plebs univerſa*
mandat, ut cito venias & tibi ac tuis nepotibus fatale Regnum accipias. Al-
bertus Krantzius (ε) *Croco erat filia Libuſſa, quæ moriente patre virgo cœpit admini-*
ſtrare paternam ditionem &c. Manſiſſent Proceres ſub fœmina longius, ſed morta-
lem proſpicientes, ſemen Regium affectare ex illa videbantur. Æneas Sylvius (ζ) re-
632 fert Libuſſam Bohemis reſpondiſſe: *Imperium ſubditis, non ſibi poſt patris obitum,* C
tenuiſſe. Caſp. Cropacius (η) Pelſinenſis Bohemus:

Filia defuncto dat jura Lybuſſa parente, &c.

Thomas Jordanus (θ) Moravus: *Premislaum & maritum & poteſtatis conſortem aſci-*
ſcit Lybuſſa.

7. Libuſſæ ergo fatis functæ anno DCCXXII. in Regno ſuccedit Primislaus ma-
ritus. (ι) Idem Cropacius (κ) de Libuſſa:

Præſcia venturi thalamos exquirit agreſtes
Tradens ruricolæ ſceptra paterna viro.

Et poſt ibi de ipſo Primislao Duce:

Princeps imperium conjuge dante capit. D

Pantaleo Candidus (λ) eidem concinens ait:

(α) *Witigis*] apud Caſſiodor. *dict. lib.* 10. *Epiſt.* 32.

(β) *Mataſuentham*] Marcellinus Comes in *Chronic.* Procopius *dict. lib.* 1. *de Bell. Gothic.* Hieronym. Rubeus *d. lib.* 3. *fol.* 148.

(γ) *Croco Patri*] Libuſſam Jure paterno in Principatu ſucceſſiſſe, teſtantur Joannes Abbas Aulæ Regiæ in *Chronic. part.* 2. *cap.* 29. Æneas Sylvius in *Hiſtor. Bohem. lib.* 1. *in fin.* Cromerus *lib.* 1. *Rer. Polon. fol.* 20. *col.* 1. Cabotius *lib.* 1. *Var. jur. diſputat. cap.* 15. Sic eodem circiter tempore, anno nempe 730. dicitur Venda virgo Craco patri, extinctis Craco & Lecho fratribus, in Ducatu Poloniæ ſucceſſiſſe, tanquam *unica legitimaque heres Regni*, ut loquitur Alexand. Guagninus *Rer. Polonic. tom.* 1. *fol.* 56. Adi Herburtum *lib.* 1. *Hiſtor. Polon. cap.* 6. Neugebaur *lib.* 2. *Hiſtor. Polon. fol.* 43. Cromerum *lib.* 1. *Rer. Polon. fol.* 20. *column.* 2. Matth. de Michou in *Chronic. Reg. Polon. lib.* 1. *cap.* 6. Jodoc. Ludov. Decium *lib.* 1. *de Vetuſt. Polon.* Clementem Janitium in *Poemat. de Vitis ac ſucceſſ. Princip. Regumque Polon.*

(δ) *Coſmas*] lib. 1. Chron. Bohem. in princ.

(ε) *Krantzius*] lib. 1. Wandal. cap. 17.

(ζ) *Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. 9.

(η) *Cropacius*] in lib. de Ducibus & Regibus Bohem. in Princ.

(θ) *Jordanus*] in Notis marginalibus ad Dubravii Hiſtor. Bohem. lib. 2. in princ.

(ι) *Primiſlaus maritus*] quem jure uxorio ad Principatum perveniſſe, non electione Procerum, teſtatur Zaſius in *tract. de Feud. part.* 5. *num.* 29. Cabotius *d. cap.* 15. Antonius Verderius Baro Vallis privatæ *lib.* 2. *Diverſar. Lection. cap.* 3. Stephan Forcatulus in *Felice Polon. ad Henric. Valeſ. Regem Polon.* Kirchnerus *de Republ. diſp.* 13. *in Coroll.* 1. *lit. a.* Gregorius Rolbagius in *Certam. maſculofœm. acie viril. cap.* 35. *num.* 10. Jacob. Orloshauſen in *tract. An fœmina exſtantibus maſculis rite excludantur*, &c. Calaminus in *Rudolphottocar. act.* 3. *ſcen.* 1. *in Not. num.* 65. Zach. Fridenrich in *Politic. cap.* 22. *fol.* 633. Chriſtian. Matthias *lib.* 3. *Syſtem. politic. exercit.* 1. *ſect.* 5. *qu.* 3. *fol.* 294. Wilhelm. Schickardus in *Diſſertat. de Jur. Reg. Hebraor. cap.* 1. *theor.* 2. *fol.* 20. Johan. Wolffius Heilbrunn. in *Diſputat. de Feud. à quibus dari vel accip. poſſ. th.* 15. *lit. c.* apud Arum. in *Diſcurſ. de Jur. publ. vol.* 2. *diſc.* 30. E

(κ) *Cropacius*] in dict. lib. 1. de Ducib. & Regib. Bohem. in Princ. de Primislao Duce.

(λ) *Candidus*] lib. 1. Bohemaid. Ducum & Reg. de Lybuſſa.

A *Gentis amans fatis perfungitur Heroina,*
Linquit & accito patria Regna viro.

Georgius Calaminus (α) Auſtrius introducit Ottocarum Bohemiæ Regem perorantem in hunc modum:

Quis non Libuſſam noverit Croco ſatam,
Zechum ſecuto gentis autorem meæ?
Generis parentem quis mei Primisleum
Ignoret? ortus qui tot eſt priſcus Ducum;
Octavus a quo ſum gradu & trigeſimus,
Diadema quintus geſto, ſed jam Regium.

B Æneas Sylvius: (β) *Qua* (Lybuſſa) *mortua, imperium ad Primislaum ſolum rediit, quod vivente conjuge ejus maximo conſilio adminiſtravit.* Elias Reuſnerus: (γ) *Libyſſa Craci ſive Croci Ducis filia, poſt patris interitum Bohemis præfecta, Primislaum & lecti & Regni conſortem fecit.* Et poſtea: *Premislaus ruſticus a Lybiſſa in thori & Regni conſortium adſcitus, Principatum Bohemiæ ab ejus morte retinuit.* Kran-
633 tzius: (δ) *Nec Prebislaus feſtinavit ad ſecunda vincula* [ſcilicet poſt Libuſſæ obitum] *nec erat qui perurgeret, quum cernerent legitimam ex Regina ſobolem Regno natam, facile Proceres quievere.*

8. Anno MCCCV. Regia virili Libuſſæ & Primislai ſtirpe in Wenceslao IV. [ε] Rege ſine liberis defuncto, exſtincta, res rediit ad jus ſucceſſionis Libuſſinæ, ut nullis C exſtantibus maſculis in recta linea genituræ deſcendentibus, filiæ ſive ſorores (ζ) germanæ ſucederent, quarum tunc duæ erant ſuperſtites, Anna, Heinrico Carinthiæ (η) Duci nupta, major natu; & Eliſabetha adhuc cælebs. Annæ ejusque marito Heinrico Carinthio Regnum fuit ex prærogativa ætatis à Proceribus Bohemiæ adjudicatum. (θ) Dubravius (ι) ita narrat: *Bojemi herede Regni amiſſo, ad jus Comitiorum coëunt,* &c. *Ambæ ſorores, Anna videlicet Henrici Carinthii uxor, & Elizabeth nondum cuiquam deſponſa, comitia ingrediuntur, orantque ſui haberi rationem, ne velut alienæ a Regno prætereantur, ita ad Henricum propter Annam regimen tunc defertur.* Wenceslaus Hagecius: (κ) *Die zwo Schweſtern Königs Wenceslai des ältern Töchter, als Anna Hertzogin zu Kärndten, und Fräulein Eliſabeth, traten vor alle Herrn und Ritter-* D *ſchafft, und führten ihnen zu Gemüthe die Keyſerlichen Ordnungen, und den Böhmen darüber gegebene Privilegien, welche lauten, dafern kein mannlicher Leibs-Erbe vorhanden, ſo ſolte die Erbſchafft und Wahl nach der Sprudel geben.* Et iterum Dubravius: *Ingenti rurſus certamine Comitia habentur, Joanne Præſule Pragenſi jus Annæ, quæ Henrico nupta fuit, legibus propugnante, cum diceret fratribus non exſtantibus, primam ſororibus in ſucceſſione Regni cauſam eſſe, non quidem ut ipſæ regnent, attamen marito Regnum acquirere poſſint, ſi eum habuerint, quem aut pater aut Regnum illis dederit,* Æneas Sylvius: (λ) *Venerat Pragam Dux Carinthiæ Henricus, cui altera ex ſororibus Regis nomine Anna, natu major, nupſerat. Hunc Bohemi Regem ſibi deligunt.* Franciſc. de Roſietes: (μ) *Exin Henricus Carinthiæ* E *Princeps, qui Annam illius ſororem conjugem habebat,* Regno *inauguratur,* Pantaleo Candidus: (ν) *Henricus Dux Carinthiæ anno MCCCVIII. Rex factus, quod filiam*

(α) *Calaminus*] in Rudolphottocaro act. 3. Sc. 1.
(β) *Sylvius*] in hiſt. Bohem cap. 7. in fin.
(γ) *Reuſnerus*] in Baſilic. Genealog. in Stirp. Sclav. Princip. & Reg. Bohem. fol. 133.
(δ) *Krantzius*] dict. lib. 1. Wandal. cap. 18.
(ε) *VVenceſlao IV.*] de quo Boregk. in *Chron. Bohem. in Rudolpho I. Rege in princ.* ſcribit: *Nach-* F *dem Kœnig* Venceslaus, *als der einige mannliche Erbe des Kœnigreichs*, &c.
(ζ) *Filiæ ſive ſorores*] Arniſæus eleganter *lib. 2. de Republ. cap. 2. ſect. 12. num.* 31. Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 1310. *fol.* 376. *b. & fol.* 377.
(η) *Heinrico Carinth.*] Carolus IV. Imper. in *Vita ſua.*
(θ) *Adjudicatum*] idem Arniſæus *dict. ſect.* 12. *num.* 31. Boregk. in *Chron. Bohem. in Rudolpho I. Rege, fol.* 265. Hagecius in *anno* 1306. *fol.* 369. *verſ. Anna,* &c. Miræus in *libell. de Rebus Bohem. cap.* 3.
(ι) *Dubravius*] in Hiſtor. Bohem. *lib.* 19. *fol.* 151. Boregk. in *Henrico II. rege, fol.* 267. Miræus in *dict. cap.* 3.
(κ) *Hagecius*] in dict. anno 1306. fol. 369. in princ. & in anno 1307. in princ.
(λ) *Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. 30.
(μ) *Roſieres*] in Stemmat. Lotharing. Duc. tom. 4. in Hiſtor. Capital. 68. fol. 233.
(ν) *Candidus*] Bohemaid. lib. 1. in fin. in notis marginal.

634 *liam Wenceslai ſancti Annam haberet uxorem.* Elias Reuſnerus: (α) *Anna nupſit* A
*Henrico Tyroliorum & Charinorum Tetrarchæ, qui Regnum Bohemiæ capeſſens uxo-
rio nomine aliquandiu adminiſtravit.* Abrahamus Bzovius (β) Polonus Ordinis Præ-
dicatorum: *Eo tempore, quo per matrimonia filiarum Wenceslai, Regnum Boëmiæ
Principes externi ambiebant, Henricus Dux Carinthiæ Regni adminiſtrator, metuens
ne, ſi alicui externo Principi Eliſabetha in matrimonium collocaretur, ipſe æmulum Re-
gni ſe olim fortiorem nanciſceretur, excogitavit illam tali marito jungere, qui præ illo
Regnum petere erubeſceret,* &c.

9. Et quanquam Albertus I. (γ) Imperator, Dux Auſtriæ, Regnum ſibi ſuiſque
filiis ex pacto hereditario & ſucceſſorio deberi contenderet, filiumque Rudulphum (δ)
vi armata introduceret, tradita ei in matrimonium Wenceslai ſenioris vidua, Poloniæ B
Regina, Cracoviæ ac Sendomitiæ Duciſſa; tamen eo intra annum obeunte, Henricus
Carinthius (ε) ad conjugis ſuæ Regnum hereditarium rediens, votum ſuum in electio-
ne Romanorum Regis Friderico Auſtriaco Alberti II. Cæſaris filio, contulit, ab eo-
demque viciſſim confirmationem & inveſtituram impetravit. Teſtatur id Joannes Vil-
lanus (ζ) Florentinus, ſcribens: *Fridericus de Auſtria habebat quoque votum Ducis
Carinthiæ, qui ratione uxoris Wenceslai Bohemiæ Regis filiæ primogenitæ ſe de jure
Regem Bohemiæ prætendebat.* Et Franciſc. Guillimannus (η) Helvetius, Hiſtorio-
graphus Cæſareus: *Statim Henricum Carinthiæ Ducem (quem Henricus Rex ex Boë-
mia, quam vi tenebat, paulo ante ejecerat, data unica ejus Regni herede Joan. filio,
eodemque Rege nominato) Boëmiæ Regem nuncupavit.* C

10. Cur autem Henricus iſte fuerit dotali & uxorio Regno propter neglectam in-
veſtituram ab Henrico VII. Imp. privatus, in ſuperioribus libris (θ) ſemel atque ite-
tum expoſuimus. Excluſa ergo Anna ſeniore, Regnum vacuum non Imperio aperi-
tur, ſed Eliſabethæ ſorori juniori & proximæ heredi confertur, cui facto ſuo ſoror natu
major præjudicare non poterat, ut eſt in jure feudali conſtitutum, & moribus noſtris
obtinet. Albertus Argentinenſis: *Albertus (ι) Rex Romanorum animo obtinendi
idem Regnum, Bohemiam cum potentia eſt ingreſſus. Sed Baronibus Regni terram
pro juniore filia Wenceslai tenentibus, Rex infecto negotio eſt reverſus.* Ea dehinc Jo-
hanni Lucemburgio; Henrici VII. Imper. filio, in matrimonium collocata, maritum
Regni fecit conſortem ac heredem. (κ) Johannes Abbas Aulæ Regiæ: (λ) *Regina* D
*Elizabeth vera hæres Bohemiæ, licet de radice Regum Boëmiæ ſit progenita, heredi-
busque pulcherrimis decorata,* &c. Johannes Nuſſienſis Monachus: (μ) *Anno Domi-
ni MCCCX. Johannes filius Henrici Regis Romanorum accepit in uxorem Eliſabeth
filiam Wenceslai Regis Bohemiæ, quæ erat hæres Regni, unde & ipſe factus eſt Rex
Bohemiæ cum eadem.* Idem Abbas Aulæ Regiæ refert Proceres Regni ad Carolum IV.
Imp. & Bohemiæ Regem, Johannis & Eliſabethæ filium, dixiſſe: *Sicut Luboſſa terræ
Domina incognitum ſibi virum ad ejus connubium legitur invitaſſe, ſic omnes cognovi-
mus Elizabeth virginem, Regis Wenceslai filiam. Regni & hæredem, ſibi alienige-
nam pro maritali conſortio copulaſſe.* Henric. Rebdorffenſis: (ν) *Hainricus Impera-
tor VII.*

(α) *Reuſnerus*] in Baſilic. Genealog. in Stirp. Sclav. Princ. & Reg. Bohem. fol. 142.

(β) *Bzovius*] in Annal. Eccleſiaſt. tom. 14. anno 1307. num. 16.

(γ) *Albertus I. Imperat.*] Dubravius *dict. lib.* 19. Æneas Sylvius *dict. cap.* 30. Roſieres *dict. cap.* 68. *fol.* 233. Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 1306. *fol.* 369. *b.* Boregk. in *Chronic. Bohem. in Rudolph. I. Reg. fol.* 265. Arniſæus *lib.* 2. *de Republ. cap.* 2. *ſect.* 12. *num.* 31.

635 (δ) *Rudolphum*] hoc nomine primum Bohemiæ Regem, quem Elias Reuſnerus imperitè putat Rudolphi I. Imperatoris filium fuiſſe, qui Agnetem Ottocari Regis filiam in matrimonio habebat; in *Baſilic. Genealog. in Stemmat. Auſtriac. fol.* 30.

(ε) *Henricus Carinth.*] etiam in hoc Reuſnerus fallit, dum ita ſcribit: *Henrico Carinthiæ Duci Albertus I. Cæſar Regni Bohemiæ gubernacula, quamdiu viveret, permiſerat, ſucceſſore deſtinato Rudolpho filio primogenito.* E

(ζ) *Villanus*] lib. 9. Hiſtor. ſui tempor. cap. 66. & ex eo Herwart. in *Ludovico IV. Imperat. defenſo parte* 1. *cap.* 2. §. 39. *anno* 1314.

(η) *Guillimannus*] lib. 2. de Reb. Helvetior. cap. ult. fol. 309.

(θ) *Superioribus libris*] lib. 2. & lib. 3. cap. 25. num. 4. & ſeq.

(ι) *Albertus*] in Chronic. Annal. anno 1307.

(κ) *Regni fecit conſortem ac hered.*] Cochlæus F *lib.* 1. *Hiſtor. Huſſitar. fol.* 4. Arniſæus *lib.* 2. *de Republ. cap.* 2. *ſect.* 12. *num.* 31. Georg. Fabricius *lib.* 2. *Rer. Memorabil. Saxon. univerſ. anno* 1310.

(λ) *Johannes Abbas*] in Chronic. Aulæ Regiæ part. 2.

(μ) *Nuſſienſis*] in Magno Chronic. Belgic. anno 1310. fol. 284.

(ν) *Rebdorffenſis*] in Annalibus anno 1310.

A *tor VII. primo anno Regni ſui filio ſuo impuberi Iohanni tradidit in matrimonium filiam*
Wenzeslai Regis Boëmiæ tunc defuncti, unicam hæredem illius Regni, & in Spira
ſunt hujus Regni nuptiæ celebratæ. Johan. Bæmler. (α) Auguſtanus: *In der zeit ſtarb*
der Künig von Peham, und fiel das Künigreich an ein Tochter. Do gab dieſer
Kayſer [Henricus VII.] *ſeinem ſun Johanſen dieſelbe tochter zu der ee: alſo ward*
Johannes Künig zu Peham. Archigrammateus Colonienſis: (β) *Zo derſelben zyt*
quam auch dairſelffs [i. e. Spiram] *perſomlich Elizabeth, Konynecks Wantzels doch-*
ter von Behem, zo belehent werden. Konynenck Henrich beſprach ind beriet ſich mit
ſynen Fürſten ind Herren, ind ward zo rait, want die döchter alleine erffgenäm deſs
vurs Konyneckrychs was, ſo gaff he yr ſyn ſohn zo eine man: und belehntyn mit dem vurs
B *Konyneckrych, ind ſante ſy beyde widerum in Behemerlant.* Hagecius (γ) refert
hoc Imperatoris reſponſum Legatis Bohemicis datum: *Der Jungfrawen Eliſabeth gön-*
636 *nen wir, daſs ſie ihres vattern Königlichen ſtuel, als eine erbin beſitze.* Et de Sena-
tu Populoque Olomucenſi (δ) Regem Johannem ſuſcipiente: *Und dem König als*
ihrem Erbherren, treu und gehorſamb gelobeten. Albertus Krantzius: (ε) *Henricus*
Imperator filium Johannem, evocata Spiram Eliſabetha, illi maritum reddidit, Re-
gemque duxit per arma in Bohemiam. Ita pervenit Corona Bohemiæ ad ſanguinem
Lotharingiæ. Videbatur ita in Henrico R*omanum Imperium pulchre profeciſſe, quum*
etiam Bohemiæ coronam ſanguini ſuo commendaſſet, ita perpetuo futuram ſub Romana
ditione. Hieronymus Oſius (ζ) Turingus de Henrico VII. Imper.
C
Filius inde ſatam Bojemo R*ege puellam*
Ut ſuus uxorem cum divite dote Joannes
Duceret, ac ſocero ſuccederet, ille peregit.

Matthias Caſtritius: (η) *Hendricus VII. Imperator filium Joannem, Comitem Lu-*
cemburgenſem, creavit Regem *Bohemiæ, & dedit uxorem illi Elizabetham,* Regis
Bohemiæ defuncti Wentzeslai filiam unicam, & totius Regni *heredem.* Joannes Slei-
danus: (θ) *Is* [Henricus Imp.] *filio ſuo Johanne per matrimonium facto Bohemiæ*
Rege, &c. Elias Reuſnerus: (ι) *Cum Eliſabetha Johannes Comes Lucemburgius*
Regnum *Bohemiæ adeptus eſt.* Pantaleo Candidus: (κ) *Joannes Comes Lucembur-*
gius Rex *factus, quod filiam Wenceslai ſancti Eliſabetham in uxorem haberet anno*
D 1310. Nicolaus Henelius (λ) JC. Sileſius: *Ioannes Lucemburgius, Henrici VII.*
Imp. filius, per conjugem Eliſabetham poſtremi ex Slavica familia Regis *Wenceslai*
ſororem Bojemiæ Rex. Et poſtea *fol.* 87. *Joannes Comes Lucemburgius, & per*
conjugem Eliſabetham Wenceslai IV. Regis *filiam,* Rex *Bojemiæ, Dux Sileſiæ,* &c.
Franciſcus de Roſieres: (μ) *Henricus Lucelburgius* Romanorum Rex *electus Eliſa-*
betham memoratam, decem & novem annos natam, clam ad ſe venire juſſam, Joan-
ni filio deſpondit, quem etiam Bohemiæ Regem creavit (id eſt, inveſtivit,) *indeque*
Prageuſes illi ſe dedidere. A quo tempore Bohemia fuit, permanſitque in Lucelbur-
giorum poteſtate uſque ad Sigismundum Cæſarem.

11. Patri Johanni Regi in Regno Bohemiæ anno MCCCXLVI. ſucceſſit Carolus
E filius primogenitus, antea Wenceslaus dictus, non ullo electionis, (ν) ſed hereditario
matris

(α) *Bamlerus*] in Chronic. Cæſarum in Heinrico VII. Cæſ. anno 1308.

(β) *Colonienſis*] in Chronica *von der hylligen Stadt van Cœlen,* in Henrico VII. Imp. anno 1310. fol. 247. b.

(γ) *Hagecius*] in Chron. Bohem. part. 1. anno 1310, fol. 377. b. Georg. Beatus in *Chron. Bohem. in Heinrico Carinthio Bohemia Rege:* ibi, *ihme* (Johanni) *die Hertzogin Eliſabeth, vveyland*
F *Kœnigs* Wenceslai *Tochter, als die Erbin des Kœnigreichs, zu vermahlen.* Boregk. in *Chronic. Bohem. in Johanne* Rege, *in pr. fol.* 274. ibi: *VVo er ſich mit Frawlein Eliſabeth, als des Kœnigreichs Erbin verehelichen vvurde,* &c.

637 (δ) *Olomucenſi*] idem Hagecius in anno 1323.

(ε) *Kranszius*] lib. 7. Wandaliæ cap. 46.

(ζ) *Oſius*] in lib. de Reb. Geſtis Cæſarum Romanor. Ducum Auſtr.

(η) *Caſtritius*] lib. 1. de Heroic. virtut. Principum German. cap. 7. exem. 3. Caſpar. Hedio in *Chron. eccleſiaſt. German. & in Paralipomen. ad Chron. Urſpergenſ.*

(θ) *Sleidanus*] lib. 3. de quatuor ſummis Imper. ſive Monarch. in Henrico VII. Imper. & ibi Guil. Xylander in *Annotat.*

(ι) *Reuſnerus*] in Baſilic. genealog. in ſtirpe Sclav. Princip. & Regum Bohem. fol. 142. Hieron. Henninges in *Genealog. tom. 4. in ſtirpe Lucelburg.*

(κ) *Candidus*] lib. 2. Bohemaid. in princ. in notis marginalibus.

(λ) *Henelius*] in Sileſiograph. cap. 7.

(μ) *Roſieres*] in Stemmat. Lotharing. Ducum tom. 4. in hiſtor. capital. 68 fol. 233.

(ν) *Non ullo electionis*] clare id tradunt Æn. Sylvius in *Hiſtor. Bohem. c.* 33. Hagecius in *Chron. Bohem.* anno 1347. part. 2. fol. 1. Boregk. in Chron. Boh. *in Carolo, fol.* 313. Aub. Miræus *de Reb. Bohem. cap.* 3.

Digitized by Google

matris jure. Johannes Abbas (α) Aulæ Regiæ: *Wenceſlaus, Johannis Regis primo-* A
genitus, heres Regni Boëmiæ &c. Hic poſtea in Chriſmate dictus fuit Carolus, eo no-
mine, Quartus Romanor. Imperator. Et *capit.* 22. *Cives de Gorlitz ad Wenceſlaum*
Regis Boëmiæ primogenitum. Nos, ô Domine, qui heres legitimus Regni eſtis Boëmiæ,
ad vos noveritis hereditarie pertinere, &c. Regno Boëmiæ, quod vobis natura &
jura appropriant, reunire. Ipſe Carolus IV. (β) Imperator de quibusdam invidis dela-
toribus, ſe apud Patrem ſuum Johannem Regem accuſantibus, ſcribit eos ſibi voluiſſe
invidiam apud patrem etiam hiſce verbis conflare: *Nam & ipſe heres Regni, & de ſtirpe*
Regum Bohemiæ eſt, & multum diligitur a Bohemis: vos autem eſtis advena. Idem (γ)
poſt aliquanta interpoſita refert Epiſtolam Nicolai Patriarchæ Aquilegienſis ad ſe nec-
dum Regem, vivo adhuc patre Johanne, perſcriptam: *Vobis, Illuſtri Principi Carolo,* B
de progenie Regis *Boëmiæ, Marchioni Moraviæ, &c.*

12. Wenceſlaus Caroli IV. Imperatoris & Annæ Duciſſæ Suidnicenſis & Jaurenſis
filius primogenitus, patri in Regno Bohemiæ ſucceſſit anno MCCCLXXVIII. in De-
cembri, non procerum electione, ſed ſorte naturæ. (δ) Unde Carolus IV. (ε) filios
ſuos Wenceſlaum & Sigismundum vocat, *ſecundos ſuos ſedentes in thronis ſuis.* Et
Hagecius (ζ) inquit: *Wenceſlaus hat ſich ſeines Vatters Böhmiſchen Königlichen*
Stuels angemaſſet, &c. Hic quidem vix bimulus, patre ita volente ac jubente, in
638 Regem coronatus & conſecratus fuit. Abrahamus Bzovius (η) Polonus; *Carolus Im-*
perator, ut filio ſuo Wenceſlao Regna *Boëmiæ & Germaniæ ſtabiliret, annuente Ar-*
neſto Archiepiſcopo Pragano, deinde cæteris Primoribus nihil referre dicentibus, utrum C
infans an adultus filius, quem pater ſuperſtes in conſortium Regni *vocet, inaugurare-*
tur, Regem *illum* Boëmiæ *olim renunciaverat, non plus quam ſesquiannum agentem.*
Arneſtus illum ſolenni ritu unxerat & coronaverat, Joanne Olomucenſi Præſule aſſi-
ſtente.

13. Sigismundus fratri Wenceſlao in Regno Bohemiæ avito ſucceſſit anno
MCCCCXIX. Andreas (θ) Presbyter Ratiſponenſis; *Wenceſlaus* Rex *Bohemiæ,*
quondam Romanorum Rex, ſine heredibus moritur: & Regnum Bohemiæ & Marchio-
natus Moraviæ, ad Sigismundum Regem Romanorum, *fratrem ejus devolvitur.* Er-
phesfurdenſis (ι) Monachus innominatus: *Ipſe verus fuit heres ab utroque parente*
ad hoc genitus: ſed Bohemi *eum in* Regem *nolebant habere, ſed alium Ribaldum inſtitu-* D
tum & ruſticum natum in Regem *erexerunt.* Intelligere Ziſcam videtur, quem Bohemi
contra Sigismundum Regem ſibi Ducem conſtituerunt. Æneas Sylvius (κ) *capit.* 38.
de conventu Bohemorum a Ziſca apud Grueds congregato: *Multa ibi adverſus Sigis-*
mundum Cæſarem, quem Regni *heredem ſuis conatibus infenſum norant, excogitata*
atque decreta. Et *cap.* 52. *Sigismundus Imperator* Regni *Proceres hortatur,* Regni
quietem procurent, ſeque Regem *ſuſcipiant, quem fratri ſucceſſorem jus gentium dede-*
rit. Johannes Huſſus (λ) in Epiſtola ad Johannem de Clum in carcere Conſtantiæ
exarata anno 1414. *Sind erſtlich daran mit ſamt den Behemen, daſs der Künig* (Si-
gismundus) *ein Mitleyden habe mit ſeinem Erbreich* &c. Johannes Stumpfius (μ) Ti-
gurinus: *Kayſer Sigmund beſorgt ſeines* Bruders *Wenceſlai Künigs in* Behem *und der* E
Behemen *Abgunſt, deren Huld er doch nicht gern verlohr, dieweil er deſſelbigen* Reichs
ein künfftiger Erb und Beſitzer *was.* Raphaël Regius Volaterranus (ν) de Sigismundo:

 A Lu-

(α) *Johannes Abbas*] in Chron. Aulæ. Reg. part. 2. cap. 12.

(β) *Carolus IV.*] in Commentar. de vita ſua, fol. 95.

(γ) *Idem*] in dict. comment. fol. 104.

(δ) *Sorte naturæ*] ſeu jure hereditario, ut non obſcure indicat idem Sylvius *cap.* 34. Boregk. in *Chron. Bohem. in Wenceſlao* Reg. *fol.* 332. *& ſeqq.* Miræus *dict. cap.* 3.

(ε) *Carolus IV.*] in dict. Commentar. de vita ſua, ubi id Reineccius & Freherus notandum eſſe monent, quos ſequitur Henr. Zœlnerus in *Diſſ. de Regis Rom. elect. concl.* 5. *lit. e. in fin.*

(ζ) *Hagecius*] in Chron. Bohem. anno 1379. part. 2. fol. 46. Georg. Beatus in *Chron. Bohem, in Wenceſlao Cæſare.*

(η) *Bzovius*) Annal. Eccleſiaſtic. tom. 14. anno 1376. in princ. Addantur Dubravius, Hagecius & Boregkius in *Chron. Bohem.*

(θ) *Andreas*] in Chron. Bavar. anno 1419.

(ι) *Erphesfurdenſis*] in Hiſtor. de Landgraviis Turingiæ cap. 159.

(κ) *Sylvius*] in Hiſt. Boh. cap. 38. & cap. 52.

(λ) *Huſſus*] interprete Johan. Stumpfio in *Deſcription. & actis* Concil. *general. Conſtantienſ. fol.* 38. *in princ.* Nam ipſius Huſſi Latinus Epiſtolarum codex nunc ad manum eſt. F

(μ) *Stumpfius*] in dict. Deſcriptione Concil. Conſtantienſ. part. 1. fol. 21. b. in princ.

(ν) *Volaterranus*] in Anthropologiæ lib. 23. fol. 882. in Sigismundo Imperat. & ex eo Huttichius in *Vitis Imperator. & Cæſar. in Sigismundo.*

A *A Ludovico Pannoniæ* Rege *filiam Mariam in matrimonium una cum* Regno *accepit:*
Bohemiam paterna hereditate obtinebat. Johannes Baptiſta Eghatius: (α) *Wenceslao*
fratre, quod parum utilis haberetur, a ſe capto, Bohemiæ Regnum *hereditarium aſſe-*
quitur. Jacobus Wimphelingus (β) Cathedralis Eccleſiæ Wormatienſis Concionator
de Sigiſmundi jure in Regno Hungariæ; *Ad quod* Regnum *adoptatus fuit a Ludovico*
639 *Hungariæ* Rege *ſine liberis defuncto.* Conradus Peutingerus (γ) JC. *anno* 1420. *ſtarb*
der König Wentzeslaus von Behem, was Kayſer Sigiſmunds Bruder, *der erbt das*
Land. Dubravius (δ) refert Sigiſmundum in Conventu Brunnenſi poſt obitum Wen-
ceslai fratris habito anno 1419. dixiſſe Regni Ordinibus: *Quod ad* Regni *ſucceſſionem*
attinet, fatis ad tempus veniam, illamque jure meo capiam. Et circa finem libri: *Ne*
B *aliter hereditatem* Regni *adire poſſet, niſi hereſi prius illorum confirmata.* Et alibi (ε)
narrat de conventu Bohemorum, pro abrogando Sigiſmundo & novo Rege eligendo,
inſtituto: *Moravi extra paucos indignum ſibi videri dicerent, ut fidem Sigismundo,*
tanquam heredi, datam mutare, ac ſe novo ſacramento Vitoldo (Lithuaniæ Duci) *obli-*
gare deberent. Miſerat autem Witoldus a rebellibus electus fratrem ſuum Koribu-
thum, (ζ) qui a Bohemis ſacramenta fidelitatis ſuo nomine exigeret, & interim Re-
gnum gubernaret. Sed cognito Sigiſmundi jure in Regnum Bohemiæ, & a Principi-
bus Imperii monitus, vitioſæ ſuæ electioni ultro renunciavit, (η) fratremque in Litua-
niam revocavit. (θ) Hugvvaldus Mutius: *Bohemi poſt mortem Regis Wenceslai legi-*
timo heredi Sigismundo rebellabant. Et *fol.* 279. *Sigismundus copiis coactis per totum*
C *Imperium, ducit adverſus Boëmos, ut* Regnum, *quod ad ſe hereditario jure pertinebat,*
reciperet. Hagecius (ι) refert Sigismundum poſt mortem Wenceslai evocaſſe Or-
dines Bohemiæ Brunnam in Moraviam: ibidemque Legatos comparentes Cæſarem
hiſce

(α) *Egnatius*] lib. 3. Romanor. Princip. in Sigiſmundo, & ex eo Daniel Angelocrator Corbachienſis in *Chronolog. lib.* 9. *in Sigiſmundo Imp.*

(β) *Wimpheling.*] in Epitom. rer. Germanic. cap. 48. Boregk. in *Chron. Bohem. in Sigiſmundo fol.* 408.

(γ) *Peutinger.*] in Chronic. Auguſtan. edita
D ſub hoc titulo: Chronica *von viel und mancherley Hiſtorien in viel Landen und Gegenden, geſchehen von dem Jahr* 903. *bis auff* 1521.

(δ) *Dubravius*] in Hiſtor. Bohem. lib. 25. fol. 199. Boregk. in *Chron. Bohem. in Sigiſmundo.*

(ε) *Et alibi*] lib. 26. fol. 219. Boregk. *ibid. fol.* 421. *in fin.* Electus autem Witoldus ab Utraquiſtis Huſſitis anno 1423. ut teſtatur Cromerus *Rer. Polonic. lib.* 18. Videndus Theobaldus in
E tract. *de bello Huſſit. part.* 1. *cap.* 50. *& ſeq.* Neugebaur. *lib.* 5. *Hiſtor. Polon. fol.* 269. Eum Martinus V. Papa ab acceptatione alieni Regni dehortatus eſt, ut infra ſuo loco dicemus.

(ζ) *Koributhum*] qui in ſacro Baptiſmate Sigiſmundi nomen à Sponſore fidei imperatore Sigiſmundo, patre ſuo ſpirituali, accepit. Fuit autem Dux Starodubenſium in Lithuania. Miſſus à fratre in Bohemiam, ut adminiſtrationem Regni interim gereret, donec animis Bohemorum confir-
F matis, & Regno diſpoſito, ipſe coronandus ſubſequeretur; Herburtus *lib.* 14. *Hiſtor. Polon. cap.* 10. Cromerus *lib.* 19. *Rer. Polonic. in Princ.* Neugebaur *lib.* 5. *Hiſtor. Polon. fol.* 271. Cochlæus *lib.* 5. *Hiſtor. Huſſitar. anno* 1423. *fol.* 208. Matth. à Michou in *Chron. Regum Polon. lib.* 4. *cap.* 46. Sed morante & procraſtinante Witoldo, Koributus fuit à Bohemis captus, & Regno expulſus, ut ſcribit Michovius *d. lib.* 4. *cap.* 47. *in princ.* Theobaldus *d. part.* 1. *cap.* 61. *& ſeq.*
G Neugebaur *lib.* 5. *fol.* 285. Qui poſtea Witoldo fratri ſine prole defuncto in Regno Lituaniæ & Ruſſiæ ſucceſſit, fugatis Jagellonis Regis fratribus, Suidrigellone Podoliæ, & Skirgellone Kioviæ in Ruſſia & Trocenſium in Lituania, Ducibus; quos Wladislaus Jagello, Rex Polonorum, Lituaniæ poſt Witoldi obitum, præfecerat; Herburtus *lib.* 12. *cap.* 7. *& d. lib.* 14. *cap.* 9. Michovius *lib.* 4. *cap.* 51: Cromerus *lib.* 11. *fol.* 307. Neugebaur *dict. lib.* 5. *fol.* 237.

(η) *Ultro renunciavit*] cujus ingenuæ renunciationis & ceſſionis Imperator Sigismundus hanc ei gratiam retulit, ut eum Regia dignitate ſublimaret, miſſo Archiepiſcopo Moguntino, S. Rom. Imperii Archicancellario, Germaniarum & Sclavoniarum Patriarcha, qui eum in Regem Lituaniæ & Ruſſiæ conſecraret; Michovius in *Chron. Reg. Polon. lib.* 4. *cap.* 47. *anno* 1429. Sed dum iſte eſt in itinere, Witoldus moritur, ut ſcribit Dubravius *lib.* 26. *Hiſtor. Bohem. fol.* 216. At Poloni affirmant, Uladislaum Regem Poloniæ, qui ſuperioritatem Lituaniæ & Ruſſiæ contra Imperatorem aſſerebat, vias inſediſſe, ne Legati Cæſarei in Lituaniam poſſent ad ſolennia conſecrationis & coronationis peragenda penetrare, Herburtus *dict. lib.* 14. *cap.* 6. *& ſeq. & cap.* 19. *& ſeq.* Michovius *d. cap.* 47. *in fin.* Cromerus *dict. lib.* 19. *Rerum Polon.* Guagninus in *Compend. Chron. Lituania fol.* 339. Neugebaur *d. lib.* 5. *fol.* 274.

(θ) *Revocavit*] ita narrat idem Cromerus *dict. lib.* 19. *Rer. Polon.* Michovius *d. l.* 4. *cap.* 46. *an.* 1422. Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. d. lib.* 5. *anno* 1423. *fol.* 208. *in fin.* Neugebaur *d. lib.* 5. *fol.* 277. Sed regreſſus poſtea ad Bohemos propria auctoritate, tentabat Regnum pro ſe capeſſere & uſurpare; Cromerus *d. lib.* 19. *fol.* 292. *col.* 2. Neugebaur *d. lib.* 5. *fol.* 276. *in fin.* Verum ut diximus, à Bohemis captus & ejectus, dignas injuſtæ uſurpationis pœnas pependit.

(ι) *Hagecius*] in Chron. Bohem. anno 1419. part. 2. fol. 82.

hiſce verbis compellaſſe: *Daſs Ihre Keyſerliche Mayeſtæt, als ihr König und Erb-* A
herr, in ſein Königreich kommen, daſſelbe einnehmen, und ihr gnädigſter Keyſer,
König und Herr ſeyn wolte. Et anno 1420. ſcribit: *der Keyſer kam gen Kuttenberg,*
lieſs die Präger dahin fordern, und gebot ihnen, als ein Erbe und Kænig der Cron
Bæhmen &c. Et *fol* 94. Commemorat querimoniam quorundam Bohemiæ Baro-
num, quorum ditiones Imperator Sigismundus partim devaſtarat, partim confiſcarat:
Und haben dieſes, daſs ſie ſich zwiſchen den Kayſer, als den rechten und natürlichen
Erbherren des Königreichs Bæhmen, und ſeinen Unterthanen gemengt, zum hœch-
ſten beklaget. Idem in anno 1422. *fol.* 114. perfidiam quorundam procerum & civita-
tum Bohemiæ, maxime Pragenſium, Witoldum Lituaniæ Ducem eligentium, hiſce
verbis perſtringit: *Vergaſſen ihres Erbherrn des Kænigs Sigismundi, weyland Kay-* B
ſer Carls Sohns, und des Kænigreichs Erben. Quibus perfidis Bohemis ſeſe meliores
& potiores Proceres ac Nobiles oppoſuerunt, Koributhumque in Gubernatorem aſſu-
mere recuſarunt, hiſce de cauſis: *Zum erſten, dieweil ſie ihren Kænig und Herrn zu-*
vor hetten, nemlich Kayſer Sigmunden, welchem das Kænigreich nach ſeinem leib-
lichen Bruder Kænig Wenceslao angefallen. Zum andern, diweil er ein ordentli-
cher natürlicher Erbe were, nach ſeinem Vater dem Kayſer Carolo, und dazu im
640 *Land geboren. Zum dritten, ſintemahl Keyſer Sigmund eben mit derſelben Bæhmi-*
ſchen Crone, damit ſein Vatter und Bruder gekrænet, auch gekrænet worden.
Dann ihnen nicht wol anſtünde, dieweil ſie einen lebendigen mit der Bæhmiſchen Kro-
ne gekrænten Kænig hetten, daſs ſie ihme zuwider, und ohne ſeine Verſchuldung, einen C
andern krænen ſolten. P.L.P (α) Monachus Brzewnioviensis. (*) *Poſt obitum Re-*
gis Wenceslai, Sigismundus frater Rex Hungariæ regimen regni Bohemiæ jure hære-
ditario affectaret, &c. Carolus Stephanus (β) Pariſienſis: *Sigismundus Imp. fratri*
Vinceslao in Regno Boemico ſucceſsit anno ſalutis 1419. Pantaleo (γ) Candidus:
— *Summa dehinc Regni ceſsit revoluta Fratris ad arbitrium* &c. Scilicet Sigis-
mundi. Sethus Calviſius (δ) Lipſienſis: *Sigismundus Imperator heres Regni Bohe-*
mici poſt fratrem Wenceslaum, &c. Joann Cochlæus (ε) de Baronibus Bohemiæ:
Regem Sigismundum, naturalem & hæreditarium Dominum ſuum, criminabantur
& incuſabant. Et in anno MCCCCXXIII. *Quod per hæreſim usque adeo in repro-*
bum ſenſum decidit, omnis juris & honeſtatis oblita (pars ſcil. Huſſitica) *ut Domino* D
ſuo naturali & hæreditario, Rege Sigismundo, perfide rejecto, alium ſibi Regem de
longinquo quæſierit, ſupplex alienigenæ facta, ut Catholicum Regem ſuum ſuperba re-
bellione abjiceret. (**)

641 14. Eſt autem obſervatione dignum, quod ſcribit Martinus Cromerus, (ζ) Epi-

 ſcopus

(α) *P. L. P.*] lib. 2. de Caſibus & ſeditionibus in Bohemia ſub Ludovico Rege cap. 13. apud Pontanum in *Bohemia pia lib.* 7.

(β) *Carol. Stephanus*] in Dictionar. hiſt. verb. *Sigiſmundus*, Michaël Ritius *de Regibus Hungar. in anno* 1421.

(γ) *Pantaleo*] lib. 3. Bohemaid. Regum fol. 68.

(δ) *Calviſius*] in Chronolog. anno 1420.

(ε) *Cochlaus*] in Hiſtor. Huſſitar. lib. 5. anno 1421. fol. 197. in fin.

(ζ) *Cromerus*] Rer. Polonic. lib. 18. circa fin. & ex eo Neugebaur *lib. 5. Hiſtor. Polon. fol.* 269. *& ſeq.* Cauſſas autem, propter quas Bohemi Sigiſmundum rejecerint, ipſi expoſuerunt in *Articulis exceſſuum & culpar. contra Regem Ungaria*, &c. quos habes in *Appendic.* nec non in *Beylagis German. ſub anno* 1421. & ante nos retulerunt Cochlæus in *Hiſtor. Huſſitar. lib. 5. fol.* 202. Hagecius in *Chron. Bohem. part. 2. an.* 1421. Theobaldus in tract. *de Bello Huſſit. part.* 1. *anno eodem.* Quos Articulos ſi cum iis conferas, quos nuper Bohemi in *Apologiis* & *Deductione* cauſſarum, cur præſentem Imperatorem ac Regem ſuum rejecerint, publicarunt, ovum ovo haud magis ſimile eſſe dices, quàm ſunt ambo iſti Articuli: ut qui Sigiſmundi Cæſaris juſtitiam expurgarunt ac defenderunt, quod fecit Cochlæus *d. lib. 5. fol.* 205. *& ſeq.* iidem pariter noſtrum ſacratiſſimum Imperatorem excuſaſſe videantur. Nam ut Huſſitæ tunc priores arma in Cæſarem ſumpſerunt Sigiſmundum, ita nuper Confeſſiſtæ priores eadem E
in Cæſarem ceperunt Matthiam, continuarunt in Ferdinandum, ut illis objicit Chriſtianus Theodorus Schoſſerus Archiater Hildeſianus in *Laurifol. ſeu Schediaſmat. poetic. lib. 1. Epigram. in tempora iniq. hujus ſecul.*

(*) “ Res eſt ridicula, cùm librum de tumultu Pragenſium ſub Ludovico Rege tribuit Monacho cuidam Brzennovienſi, ex omnibus enim literis conſtat auctorem illum hæreſi corruptum eſſe, Piccardorum ſuorum innocentiam ubique prædicare, eorumque ſacrilega pſephiſmata, velut Evangelium Chriſti jactare. Fuit vero Auctor libri *Burianus* quidam antiquæ urbis Scriba, & ipſe poſtea ob eam hæreſin loco motus; ” Eſt ejus libri autographum cum nomine Auctoris in *Archivo Slavatrio Novodomi.* Balbinus *lib. III. Miſcell. cap.* 22. §. 4. F

(**) Legi merentur, quæ in contrariam partem enarrat Stranskius *de Republ. Bojema c.* 5. §. 21.

A ſcopus Varmienſis, ubi diſſerit de conventu Ordinum Polonorum Lenciciæ anno MCCCCXXI. celebrato: *Conſultatum eſt de Boëmis, an eos* (Rex Poloniæ Uladislaus Jagello) *petentes in fidem ſuam reciperet. Nam ii victo pulſatoque Sigismundo Cæſare, ad Uladislaum Regnum deferre nunciabantur. Re diligenter agitata in Senatu, placuit ut Rex Regnum a Boëmis delatum ne reciperet, propter hæreſes, quæ varie totam Boëmiam infecerant, & propter inteſtina gentis diſſidia factionesque diverſas: & quod inimicus capiendus erat Sigismundus Cæſar, ad quem Regnum illud*
642 *jure pertinere videbatur.* Et quod idem poſtea de reſponſo Legatis Bohemorum in Conventu Lublinenſi, Uladislai Regis & Witoldi Ducis Lituaniæ nomine, dato in hunc modum commemorat: *Licet ambo graviter a Sigismundo læſi ſint, non eſſe ta-*
B *men ſibi in animo, improbitate cum eo certare. Scire ſe, Boëmiam Wenceslai Regnum hæreditario jure ad Sigismundum fratrem pertinere. Meminiſſe ſe fœderum, quæ cum ipſo ſibi conſtent, quamvis non eadem fide utrinque ſerventur.* Quo communi univerſorum Regni Poloniæ & Lituaniæ Ordinum Decreto quid apertius, manifeſtius, dilucidius, rotundius, & καθηγεμονικώτερον pronuntiari potuit, ut declararetur, Regnum Bohemiæ eſſe hæreditarium, & non electivum; nec a rebellibus delatum ſine injuſtitia & hæredum injuria acceptari poſſe?

15. Anno MCCCCXXXVII. obiit Sigismundus electus Romanorum Imperator, & hereditarius Hungariæ ac Bohemiæ Rex: in eoque ſtirps Regia Lucemburgia maſculina in Bohemia concidit, poſtquam centum viginti ſeptem annos ordine ſucceſſivo (α)
C regnaſſet: Regnumque ad Domum Auſtriacam, cui multiplice jure debebatur, tandem connubii feliciſſimi vinculo recidit, ut in capite proximo exponemus.

(α) *Ordine ſucceſſivo*] & hereditario; Arniſæus *lib. 2. de Republ. cap. 2. ſect. 12. num. 31.* Franciſc. de Roſieres in *Stemmat. Lothating. Ducum, in hiſtor. capital. 68. num. 233.*

643

CAPUT VI.

Regnum Bohemiæ, *item Hungariæ, Jure matrimoniali in Domum Auſtriacam translatum. Hereditaria Auſtriacorum ſucceſſio fruſtra a ſeditioſis impugnata. Sigismundo ſucceſſit Albertus Auſtriacus gener jure conjugis, teſtamento ſoceri, & jure confraternitatis, ſeu pacti ſucceſſorii. Ladislaus poſthumus patri Alberto in utroque Regno ſucceſſit jure hereditario. Electiones legitimo exſtante herede, ab Imperatore caſſantur. Albertus* Bavariæ *Dux a* Bohemis *electus refutat, negans fas eſſe*
D *ſubditis a naturali herede, licet impubere, deſciſcere, & alium eligere. Fridericus III. Imperat. Regna* Bohemiæ *& Hungariæ ſibi delata recuſat, & proximiori heredi Ladislao Alberti agnati filio deberi pronunciat. Ipſorum* Bohemorum *propria confeſſio, Regna Hungariæ &* Bohemiæ *eſſe hereditaria, & filio Regis etiam poſthumo deferri.*

Sigismundus ergo ſtirpis Lucemburgiæ ultimus, ſine maſcula prole defunctus, heredem ac ſucceſſorem ſuorum Regnorum reliquit generum ſuum Albertum II. Auſtriæ Archiducem, nequicquam rebellibus quibusdam & ſeditioſis hominibus refragantibus. Et quanquam rerum ipſarum documenta (α) non deſint, tamen pro inſtituto noſtro locupletes etiam & incorruptos teſtes audiamus Raphaël Re-
E gius Volaterranus (β) dicit in hæc verba: *Moritur* (Sigismundus) *ſine virili prole, relicto Regnorum ſucceſſore Alberto Auſtriæ Duce genero ſuo.* Jacob Wimphelingus: (γ) *Moritur Sigismundus morbo ætateque confectus: Albertum Auſtriæ Ducem, generum ſuum, Regnorum relinquens hæredem.* Johan. Baptiſta Egnatius: (δ) *Hic Princeps egregius, cum ſine virili prole deceſſiſſet, Albertum Auſtriæ Ducem, filiæ maritum, & utriusque Regni heredem reliquit.*

2. Diximus, non deeſſe rerum ipſarum teſtimonia. Ejus fidem præſtet Gerardus de Roo (ε) Hiſtoriographus Cæſareus, in anno MCCCCII. ſcribens in hunc modum:

(α) *Rerum ipſarum documenta*] Aub. Miræus in *libell. de reb. Bohemic. cap. 3. fol. 32.*

F (β) *Volaterranus*] in Anthropolog. lib. 23. fol. 882.

(γ) *Wimpheling.*] in Epitom. rer. Germanic. cap. 49.

(δ) *Egnatius*) lib. 3. Romanor. Princip. in Sigismundo Imper. & ex eo Elias Vinetus in *Append. Sexti Aur. Victoris in Sigiſmundo.*

(ε) *Roo*] in Hiſtor. Auſtriac. lib. 4. anno 1402. & iterum anno 1421. Videantur Beatus Wideman-

dum: *Sigiſmundus Hungariæ Rex, Alberto Auſtriaco ſucceſſionem in Regnum ſuum,* A
644 *eique conjunctas ditiones decernit, ſi abſque herede maſculo ipſe moriatur. Quod ſi*
filiam vel unam vel plures ſuſceptas reliquiſſet, iis Albertus conditiones genere dignas
quæreret, centenaque aureum nummum Hungaricorum millia ſingulis in dotem nume-
raret. Hujus rei teſtes ſunt literæ, Vicariatus Imperii ſigillo munitæ, quibus irritas
facit alteras, quas olim Jodoco patrueli ſuper eadem re conceſſerat. Hanc primam de
Regno illo ad Auſtriacos derivando mentionem, inſpectis literis, præterire nolui. Et
iterum in anno MCCCCXXI. *Sigiſmundus, editis publice tabulis, quibus parentis*
ſui, Caroli IV. ſingulare in Auſtriacos ſtudium, & præclara Alberti in ſe merita re-
cenſens, Eliſabethæ heredi filiæ, ejus conjugi, de Hungariæ Bohemiæque & Moraviæ
poſſeſſione cavit, quas unica heres eſſet acceſſura, ſi abſque maſcula prole ipſe decederet. B
Quod ſi alteram adhuc filiam naſci contigerit, tum Eliſabetha, utrum vellet e duobus
Regnis una cum Moravia eligens, alterum ſorori relinqueret. Datæ Poſonii die Do-
minico ante Michaëlis, anno 1421. (*)

3. Et ſucceſſiſſe Albertum jure conjugis ſuæ hereditario in utroque Regno, Hun-
garico & Bohemico, graves præterea & luculenti auctores, qua veteres, qua recentes
affirmant. Ex veteribus eſt Edmundus (α) Belga ita ſcribens: *Albertus hujus nominis*
Secundus, Dux Auſtriæ &c. Iſte per ſucceſſionem nomine uxoris habuit Regnum Un-
gariæ, Bohemiæ, & alia Regna & Dominia, quæ habuit Imperator Sigiſmundus. Et
Wernetus Rolevvinck (β) Carthuſianus Colonienſis: *Iſte Albertus fuit Dux Auſtriæ,*
& gener Sigiſmundi, ideo aſſumptus fuit in Regem Bohemiæ & Ungariæ, propter fi- C
liam ſcilicet ejus, quia alium heredem non reliquit. Æneas Sylvius (γ) hæc refert verba
legatorum ab Alberto ad Bohemos miſſorum: *Natam ex eorum ſanguine Eliſabeth, non*
eſſe paterna hereditate privandam. Archigrammateus Colonienſis: (δ) *Hertzogen*
Albrechten van Oeſterich was angeſtorven van ſyme Schwegerhern Keyſer Sigemonden
ſo vil Landſchafften, als ye eime Hertzogen off Lantzherren zoenquam. Eine ſtarff
an dat Koningrych van Ungarn, dat Koningrych van Behem, dat Koningrych van
Dalmatien, &c. Michael Ritius: (ε) *Ungariæ Bohemiæque Regnum Sigiſmundi ge-*
ner, Auſtriæ Dux, excepit, Eliſabetham unicam Sigiſmundi filiam habens in matri-
monio, quam vivo patre, cum ſpe ſucceſſionis, ad utrumque Regnum ſpoſponderat.
645 4. Recentes (ζ) appello eos, qui intra ſæculum vixere: veluti eſt Caſp. He- D

 dio-

mannus in *Informat. de hereditario Archiducum Auſtria jure in Regnum Hungar.* &c. Richardus Streinius Baro in Schvvartzenaw in *Informat. de hereditar. Archiducum Auſtria jure in Regnum Bohemia* &c. ubi pluribus documentis iſthoc Alberti II. jus in ſucceſſione Regnorum Hungariæ & Bohemiæ illuſtrant.

(α) *Edmundus*] in Chronic. in Alberto II. Imper. apud Johan. Nuſſienſ. in *Magno Chronic. Belg. fol.* 376.

(β) *Rolevvinck*] in Faſcicul. tempor. ætat. 6. in Alberto II. Imper.

(γ) *Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. ex quo libarunt Dubravius, Hagecius & Boregkius in *Chron. Bohem. in Alberto Rege.*

(δ) *Colonienſis*] in Chronica *van der hylligen Statt van Cœllen*, in Alberto II. Imperat. anno 1438.

(ε) *Ritius*) lib. 2. de Regibus Ungariæ in Sigiſmundo Imperat.

(ζ) *Recentes*] quorum dicta comprobant Arniſæus *lib. 2. de Republ. cap. 2. ſect. 12. num. 31.* Nicol. Henelius JC. Sileſius in *Sileſiograph. cap. 7. fol.* 87.

(*) » Difficilius hic error excuſari poteſt, agens » enim de *Alberto Auſtriaco Sigiſmundi Cæſaris* in » Regnis ſucceſſore, ex Gerardo de Roo aſſerit: » Sigiſmundum cum Alberto pactum iniiſſe, ut ſi » unam vel alteram filiam ipſe (Sigiſmundus) ſuſce- » piſſet, iis Albertus Regna ſervaret. Quomodo hæc probare poteſt *Goldaſtus*, qui *toto V. capite* « demonſtrare conatus eſt: *in Bohemiæ Regno* ma- « ribus non extantibus ſuccedere filias! quomo- « do igitur Sigiſmundus filias ſuas, durus pater, « *regni jure* privabat? Balbinus *lib. 3. Miſcell. c.* « 22. §. 4. Probe, quæ de Alberto Auſtriaco a « Sigiſmundo in ſucceſſorem electo ex Gerardo de Roo narrat hoc §. Goldaſtus, ſunt diſcernenda, & eo ipſo hæc Balbini cadet animadverſio, quem forte corruptus annorum numerus, nunc ex Hi- E ſtoriographo illo Cæſareo reſtitutus, (nam male legebatur 1420.) in errorem deduxit. Cum Sigiſmundus nullos liberos haberet anno 1402. Poſonii die exaltationis S. crucis in caſum defectus heredis maſculi Albertum IV. ſucceſſorem in Regno Hungariæ inſtituit, ea tamen lege, ut, ſi forte filias ex uxore ſuſciperet, iis dotem 100000. nummûm Hungaricorum ſolveret. Hæc ſi vera uti veriſſima Sigiſmundi mens, qua fronte alienam huic Regi affingit Balbinus, quaſi præceperit, ſer- F vanda eſſe regna filiabus, ſi ex ſe naſcerentur, & ſi his ſervanda fuerunt, qua ratione Sigiſmundus dici poteſt *Regni jure* privaſſe ſuas filias? Subolui ſtatim fontem hujus erroris, nempe confundit Balbinus conſtitutionem anni 1402. in qua ſucceſſio in Hungaria Alberto IV. patri, & illam anni 1421. in qua hæc Alberto V. filio in Bohemiæ regno a Sigiſmundo decernebatur, ſi enim hæc duo capita recte inter ſe diſcernamus nulla difficultas ſupererit.

A dio (α) [vulgo Bæcklinus] Nobilis Patricius & Eccleſiaſtes Cathedralis Eccleſiæ Argentoratenſis, ita ſcribens: *Jam annus erat 1437. cum Sigiſmundus Romanorum Imperator finem vivendi fecit, multos evacuans Principatus, de quibus oriri contentio plurima formidaretur, ſi unicam filiam non reliquiſſet, quæ nupta Alberto Auſtriæ Duci finem fecit controverſiarum. Nam per illam ſucceſſit in Regnis Ungariæ atque Bohemiæ.* Et poſtea *fol.* 398. in Alberto II. Imp. *Sigiſmundi Imperatoris gener, qui Coronas Ungariæ & Bohemiæ in dotem promeruit per eandem ſuam contboralem.* Sebaſtianus Munſterus: (β) *Eliſabeth unica filia Sigismundi, ducta ab Alberto Duce Auſtriæ & electo Romanorum Imperatore, transtulit Regna Bohemiæ & Ungariæ in Auſtriam.* Franciſcus de Roſieres (γ) Nobilis Lotharingius & Archidiaconus Tullenſis: *Elizabetha unica Sigismundi filia* Alberto Auſtriæ Duci, Romanorum electo Regi, *nupta,*
B *Bohemiæ & Ungariæ Regina, in familiam Auſtriacam utrumque transtulit Regnum.* Georgius Sabinus (δ) Brandenburgius, gentilitio nomine Schülerus dictus, Philippi Melanchthonis gener, & Peuceri ſocer, vir animo integro & recto judicio præditus, ita cecinit de hac Alberti ſucceſſione:

Contulit Alberto Regale Bohemia ſceptrum,
Ac ſubjecit opes Pannona terra ſuas.
Nupta quod illius thalamo lectoque jugali
Nata Sigismundi Regis Eliſſa fuit.

Ejus diſcipulus Joannes Sommerus (ε) Pirnenſis Hungarus de Sigiſmundi Cæſaris filia
C Eliſabetha, Alberti Auſtriaci conjuge:

Altera quam partu dederat fæcundior uxor
Nata, ſuo Regnum tradidit orba viro.

Necnon Hieronymus Oſius (ζ) Turingus Poëta Laureatus de Sigiſmundi Imperatoris obitu memorans, ſubjicit:

Jam vitam nato ſine Regni herede reliquit
Cæſar, erat modo nata patri ſpes una nepotum,
Illa Duci Auſtriadum Alberto fit nupta marito,
Quem facit Hungariæ Regno, Boiusque *potiri*
Hæc fortuna, viro dos hæc uxoria venit.

D Guilielmus Rovillius (η) Lugdunenſis Sequanus: *Hic Sigismundi gener cum eſſet, poſt ejus obitum heres Regnorum* Bohemiæ *& Hungariæ factus eſt.* Johannes Crato (θ) a Craftheim Sileſius, Archiater Cæſareus: *Sigiſmundus Archiducem* Auſtriæ *Albertum, filiæ ſuæ Elizabethæ maritum, & ſibi generum atque ſucceſſorem in Regnis & Imperio eſſe voluit.* Janus Jacobus Boiſſardus (ι) Veſuntinus Burgundus: *Albertus Archidux*
646 *Auſtriæ uxorem duxit Eliſabetham, unicam Sigismundi Imperatoris filiam: ex quo matrimonio Regnum ſimul* Bohemiæ *& Ungariæ obtinuit.* Elias Reuſnerus: (κ) *Eliſabeth heres Regnorum Pannoniæ &* Bohemiæ, *nupſit* Alberto *Auſtriaco.* Sed nimis multa teſtimonia congero: & hoc ſat eſt teſtium, vel neſcio quid ſatis ſit.

5. Accedit Sigiſmundi Cæſaris teſtamentum, (λ) ultimo voluntatis elogio con-
E firmatum. De quo Andreas [μ] Presbyter Ratiſponenſis ita commentatur: *Omnia Regna*

(α) *Hedio*] in Paralipomen. ad Abbatis Urſpergenſ. Chronic. in Sigiſmundo Imp. fol. 397.

(β) *Munſterus*] lib. 3. Coſmograph. cap. 512.

(γ) *Roſieres*] in Stemmat. Lotharing. Ducum, in Hiſtor. capital. 68. fol. 233.

(δ) *Sabinus*] lib. 2. Cæſarum Germanor. in Alberto II. Imper. de cujus integritate diſſerit amicus noſter Johan. Petrus Lotichius in *Biblioth. Poetic. part.* 3. *fol.* 51. & Melch. Adamus Sileſius
F in *Vitis Poëtar.*

(ε) *Sommerus*] in Poëmate de Regib. Ungar. cap. 28. de Sigiſmundo in fin.

(ζ) *Oſius* in lib. de Reb. geſtis Cæſarum Romanor. Ducum Auſtriæ &c.

(η) *Rovillius*] in Promptuar. Iconum part. 2. in Alberto II. Imper. fol. 194.

(θ) *Crato*] in præfat. ad Rudolphum & Erneſtum Archiduces Auſtriæ &c. præfixa Dubravii Chronic.

(ι) *Boiſſardus*) in Hiſtor. rer. Ungaric. fol. 28.

(κ) *Reuſnerus*] in Baſilic. genealog. in ſtirpe Lucemburg. fol. 81. anno. 1420. nec non in ſtirpe Sclavic. Princip. & Reg. Bohem. fol. 141. & fol. 143.

(λ) *Teſtamentum*] de quo præter allegatos auctores, videndus Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. lib.* 8. *anno* 1437. *fol.* 312. Johan. Stumpfius Tigurinus *lib.* 2. *Chron. Helvetiorum, cap.* 36. *in princ.* Philipp. Camerarius JC. *Operar. ſubſecivar. cent.* 3. *cap.* 98. Abraham Hoſmannus Laubanenſ. Luſatus, Hiſtoriograph. Cæſareus in *tract. de Elect. & coronat. Cæſarian. in Sigiſmundo Imp. fol.* 309. Theobaldus de *Bell. Huſſit. part.* 2. *cap.* 2. Miræus de *Reb. Bohem. cap.* 3. Cuſpinianus in *Cæſarib. Roman. in Sigiſmundo Imp.* Calviſius in *Chronolog. anno* 1437.

(μ) *Andreas*] in Chronic. Ducum Bavar. in Sigiſmundo Imper. *Inſcriptiones*, quarum meminit, ſunt Ordinum decreta in tabulas Regni relata & inſcripta.

Regna ſua, ac alios Principatus ubicunque unicæ filiæ ſuæ, Dominæ Eliſabeth, ejusque marito Alberto Duci Auſtriæ, ex teſtamento legavit, quamvis jus ſucceſſionis ſuffeciſſet. Ejusdemque verba, quæ elevatis manibus & oculis lacrymoſis coram omnibus aſtantibus ad Ambaſſiatores in Regnum *Bohemiæ deſtinandos protulit, hujusmodi fuiſſe memorantur: Fideles dilecti, imminere mihi video mortis periculum* &c. *Ideo vobis committo, & ſtrictiſſime mando, ut non obſtante morte mea legationem veſtram omnino perficiatis, rogetis & requiratis univerſum* Regnum *Bohemiæ, ut filiam meam & filium admittant & ſuſcipiant ad gubernacula & dominium* Regni, *attentis juribus hereditatis & ſucceſſionis juxta Bullam Auream, quam* Regnum *deſuper habuit, in qua expreſſe habetur, quod feminæ ſuccedant ſicut & filii. Et ſic avus meus* Rex *Johannes ad* Re*gnum pervenit Bohemiæ, & multi prædeceſſores ſui. Similiter & ego per filiam* Re*giam, Ungariam obtinui. Attentis etiam inſcriptionibus ſolennibus præſtito pro ſe & heredibus & ſucceſſoribus in perpetuum ſervare promiſerunt: quemadmodum & literas reverſales omnium terrarum ſuarum in Caſtro Karlſtain una cum Aurea Bulla reperietis. De quibus inſcriptionibus bene tempore ſuo informabuntur per iſtos nuncios filii mei, quos vobis adjungo. Attento etiam meo ultimo teſtamento eos aviſando, quod ſi hoc fecerint, claram juſtitiam fovebunt,* Regnum *pacificabunt, nobis complacebunt, ſibi & poſteris ſuis benefacient, & erga totam Chriſtianitatem honorem acquirent.*

647 6. Antonius Bonfinius (α) Hiſtoriographus Regius Hungaricus de executione ejusdem teſtamenti ſcribit: *Legati, qui in Bohemiam conceſſere, advocata concione, teſtamentum publice recitarunt. Poſt, ubi omnes hinc utrumque* (Hungariæ & Bohemiæ) *Alberto & Eliſabethæ Regnum a patre jure legatum cognovere, ſubinde adjiciunt, perquam iniquum ac ſummum eſſe nefas, hos paterna hereditate privare: accedere & alia, quæ Sigismundi teſtamentum violare vetant.*

7. Johannes Dubravius (β) Epiſcopus Olomucenſis hæc verba moribundi Sigiſmundi ad Proceres Bohemiæ & Hungariæ ultima refert: *Dei munere Albertum haberent utroque* Regno, *etiamſi gener non eſſet, digniſſimum. Nunc vero hac neceſſitudine accedente, plane nefas eſſe præterire eum, qui utriusque* Regni *heredem in matrimonio obtineat. Sic ſe ante quinquaginta annos Regnum Hungariæ, ducta Maria herede, aſſecutum fuiſſe. Sic item Johannem avum ſuum in* Regno *Bojemiæ ſucceſſiſſe jure uxoris ſuæ, cui, ut nunc filiæ, Eliſabeth nomen fuerit. Sic etiam in præſens ſperare, quod non ad alium, quam oportet, honorem hereditatis ſint translaturi. Annuentibus ultimæ voluntati, qui circumſteterant, illamque referre ad ſuos pollicentibus æquiſſimo inde anno vita exceſſit.*

8. Valerius Anſelmus Ryd (γ) Bernas Helvetius de Sigiſmundo ſcribit: *In Ungariam abiturus, ipſo in itinere vitam clauſit, genero Alberto Auſtriæ Duce teſtato Regnorum herede.*

9. Hugvvaldus Mutius (δ) Stockenſis Turgovio-Helvetius, Profeſſor Baſilienſis: *Ubi Sigismundus finem adeſſe ſenſit, ad ſe Bohemiæ & Ungariæ Primores, quibus plurimum fidebat, vocat, commendat illis* Albertum *Auſtriæ Ducem, appellatque eum ſucceſſorem Regnorum ſuorum, oratque eos, ut extremam ſuam voluntatem exequantur. Vocat quoque* Albertum, *eique commendat* Regna, *ut non mutet animum, hortatur: ſimul docet, quo pacto poſt mortem apud intractabiles Boëmos teſtamentum promulgandum ſit, & nominat, per quos viros promulgari expedit.*

10. Wolffgangus Lazius (ε) Archiater, Conſiliarius & Hiſtoriographus Cæſareus de Alberto loquens: *Ducta Eliſabetha*, inquit, *Sigismundi Imperatoris filia, dote conſtituta Moraviæ Marchionatu, ſedecimo exin anno, teſtamento ſoceri in Bohemia Regem renunciatur.*

648 11. Pantaleo Candidus (ζ) Eccleſiaſtes Bipontinus Sigiſmundi verba Albertum generum Proceribus commendantis hæc refert:

Quem

(α) *Bonfinius*] Rer. Ungaricar. decad. 3. lib. 4. in princ.

(β) *Dubravius*] in hiſtor. Bohem. lib. 27. in fin. Pontanus in *Bohem. pia lib. 2. fol. 29.* Boregk *in Chronic. Bohem. in Sigismundo in fin. fol.* 464. *& ſeq.*

(γ) *Ryd*] in Catal. annor. & Princip. in Sigiſmundo Imper. fol. 55. b.

(δ) *Mutius*] de Reb. geſt. Germanor. lib. 27. fol. 282.

(ε) *Lazius*] *lib.* 2. Commentar. de Genealog. Auſtriac. fol. 252.

(ζ) *Candidus*] lib. 3. Bohemaidos Regum. &c. circa fin.

A *Quem cupiam viduo heredem ſuccedere Regno.*
Ille gubernandas ſtudiis ingentibus urbes
(Mitto, quod hoc inito confirment fœdere leges)
Accipiet patrias, &c.

12. Stephanus Vinandus Pighius (α) Belga, Principis junioris Juliacenſis Moderator: *Sigiſmundus Imperator Albertum generum teſtamento nominavit Regnorum ſuorum Hungariæ ac Bohemiæ heredem, utque ultimam voluntatem exequerentur, Statuum ac Provinciarum Primores rogavit.*

13. Gerardus de Roo: (β) *Legati*, inquit, *quos Sigiſmundus conſtituerat, in Bohemiam profecti, in Procerum conventu teſtamentum Regis recitant, utque ulti-*
B *mam ejus voluntatem exequantur, monent: ita ipſum, ita ipſius fratrem, patrem, ac avum eſſe meritos, neque fraudandam eſſe hereditate Eliſabetham, quæ ex tam Nobili Auguſtaque gente ſola ſupereſſet, in ſpem Regni educata; quem, etſi nulla ad Regnum jura adferentem, optare tamen atque eligere Regem deberent. Jam vero, cum Sigiſmundi filiam unicam Regni heredem uxorem habeat, ipſiusque Legato Rex ſit declaratus, quid tandem obſtare, quo minus in eo creando Hungarorum judicium & exemplum ſequantur ipſi, majori neceſſitudinis vinculo aſtricti? ſcire ipſos, nec diſſimulare poſſe, extare vetera inter Boëmorum Reges & Auſtriæ Principes pacta, Cæſarea approbatione confirmata, quibus ſtatutum eſſe, ſi alterutram gentem abſque prole deficere contingeret, tum alteram ipſius heredem fore.*

C 14. Denique civis meus Mutius (γ) ſuperioribus verbis iſthæc ſubjungit: *In Boëmia teſtamento, quo heres Regni Boëmici Albertus conſtituitur, promulgato, quidam recuſant Albertum, & Caſimiri Regis Poloniæ fratrem Regem ſalutant Boëmorum: ſed illi fuerunt quædam impotens colluvies hominum. Potior autem & major Boëmorum pars Albertum præferunt, Regemque deſignant, in memoria habentes Regum Caroli, Wenceslai, & Sigiſmundi beneficia erga Boëmos, & ſcientes uxorem Alberti Elizabetham ex Boëmis prognatam. Accedebat autem vetus fœdus inter Reges Boëmiæ & Duces Auſtriæ Primorum Boemici Regni & Ducatus Auſtriæ conſenſu & Imperiali autoritate confirmatum, ut domo Auſtriæ carente legitimo maſculo herede, Rex Bohemorum Ducatum accipiat Auſtriacum: rurſum Regno Boëmico deficiente herede maſculi-*
D *no, Regni heres ſit Dux Auſtriacus.* (*)

15. Anno MCCCCXXXIX. moritur Albertus II. Imperator, Hungariæ & Bo-
649 hemiæ Rex, relicta conjuge gravida, quæ ſequenti anno peperit Ladislaum poſthumum, Regnorum Hungariæ & Bohemiæ heredem legitimum. (δ) Caſpar Cropacius: (ε) *Ante*

(α) *Pighius*] in Hercule Prodicio fol. 69.

(β) *Roo*] in dict. Hiſtor. Auſtriac. lib. 4. anno 1437. Boregk. in *Chron. Bohem. in Alberto, fol.* 466. Theobaldus in *Bell. Huſſit. part. 2. cap. 3.*

(γ) *Mutius*] in dict. Chronic. de rebus geſtis German. lib. 18. in princ.

E (δ) *Heredem legitim.*] quod præter allegatos auctores teſtatur Joan. Bæmlerus in *Chronic. Cæſarum in Alberto II.* Caſ. Arniſæus *lib. 2. de Repub. cap. 2. ſect. 12. num.* 31. Hernelius JC. in *Breslograph. c. 5. fol.* 46. Abrahamus Hoſmannus in *tract. de Elect. & coronat. Cæſarian. in Alberto II. Imp. fol.* 313. Hieronym Oſius Thuringus in *lib. de Reb. geſt. Cæſar. Roman. Ducum Au-*
ſtriæ, in eo ſaltem errans, quod Vladiſlai Poloni filium & heredem vocet, quum Uladiſlaus ille Po-
F lonus fuerit, non pater noſtri Ladiſlai, ſed æmulus & adverſarius in Regno Hungariæ, a rebellibus Hungaris intruſus.

(ε) *Cropacius*] in Lib. de Ducib. & Regib. Bohem. in Alberto.

(*) Confer Æneæ Sylvii *in Hiſtor. Bohem. c.* 55. Bonfinium *in Hiſt. Hungarica lib. IV. Decad.* 3. Cuſpinianum *in Vita Alberti*, Cochlæum *in Hiſtoria Huſſit. lib.* 9. quorum integram hac de re narrationem *Informationi* ſuæ inſeruit Baro Strei-
G nius *tom. II. p.* 103. Hæc enim non ſolum hanc ſucceſſionem hereditariam Alberti V. Auſtriaci ex duplici capite, ſuo nimirum ob avitas confraternitates inter Bohemos & Auſtriacos, nec non uxoris nomine, cujus hereditarium in hoc Regnum jus extra omnem controverſiam poſitum erat, certiſſime demonſtrant, verum etiam clariſſime indicant, quid de fide Stranskii hoc in negotio ſit tenendum, cum *in Republ. Bojema cap.* 5. §. 25. ſcribit: libera populi electione ſucceſſiſſe Al- « bertum, quanquam tamen a potiori parte no- « bilitatis & 24. Civitatibus nunquam fuerit Rex agnitus. Recedit hanc ob Cauſam ab eo ipſe Balbinus, qui alioquin ejus veſtigia ſedulo premit, in Vita Alberti, & potius memorat, ultro admiſſum Albertum in Regnum agnoſcentibus eum præcipuis Proceribus & Urbibus, etſi non omnibus. Quicquid ſit, id certo novimus Albertum ſe ſe pro vero & legitimo Bohemiæ Rege geſſiſſe, & a ceteris Regibus ac Principibus eo honore affectum fuiſſe. Denique de pactis illis confraternitatis inter Bohemos & Auſtriacos per erudite egit Beatus Wideman, qui in collectione Goldaſtiana *tom. II. noſtra editionis* primum locum occupat. Conferatur etiam Schlickii Comitis Paſſauvienſis Informatio de ſucceſſione hereditaria Regiæ familiæ & jure electitio ordinum Bohemiæ ibid. *p.* 123.

Digitized by Google

Ante tamen conjunx prægnans de ſemine facta A
Illius, heredem tumida geſtabat in aluo.

Jacobus Piccolomineus (α) Cardinalis Papienſis: *Natus Alberto eſt poſthumus Ladiſlaus, cui nimirum paterno atque avito jure Regnum debitum erat.* Auctor Compilationis Chronologicæ: (β) *Rex Bohemorum ultimus, ejusdem Regni verus heres, veneno intoxicatus occubuit.* Vocat *ultimum* reſpectu ſui temporis, quo Georgius in Bohemia regnabat, quem ut alienum a Regia familia pro vero Rege non videtur agnoviſſe, ſed pro intruſo habuiſſe. Sebaſtian. Munſterus: (γ) *Ladiſlaus utriusque Regni heres, &c.* Franciſcus de Roſieres: (δ) *Quorum* (Alberti & Eliſabethæ) *filius Ladiſlaus, Regnorum heres effectus, ſubitanea captus infirmitate animam efflat anno Domini* 1458.

16. Hinc Regina (ε) vidua noluit Proceribus Hungariæ conſentire, ut Uladiſlao Poloniæ Regi nuberet, niſi cum cautione, ut Regnum filio poſthumo, legitimo heredi, conſervaretur, neque ei jus ſuum quæſitum per Uladiſlaum aut ſecundas illas nuptias auferretur. Hubertus Goltzius (ζ) Herbipolenſis: *Multis precibus* Reginam *obſecrarunt, ut Poloniæ Regi Uladiſlao, qui Regnum tutaretur, nuberet. Non admodum refragata eſt, his tamen legibus, ſi filium peperiſſet, ne quid ille dehinc detrimenti caperet.* B

17. Quin & Ordines Bohemiæ ad electionem alterius Regis proceſſuros, dicitur per Dei atque hominum fidem obteſtata (η) eſſe, oraſſe, obſecraſſe, ne ſibi filioloque
650 fidem debitam infringerent, neve ſibi filioloque nato heredi ac Domino ſuo infideliores eſſe vellent, quam Carolus proavus, Sigiſmundus avus, & Albertus pater illis fuerint. C
Æneas Sylvius: (θ) *Mittuntur ad eam* (Reginam viduam) *Legati, qui dicant, ad eligendum* Regem *diem ſtatutam: ſi quid juris in* Regno *Bohemiæ ad ſe ſpectare confidat, Oratores mittat, qui rem ſuam agant. Regina natum ex Alberto filium in cunabulis oſtendit, orat ne paterna hereditate pupillum exuant.* Et paucis interjectis, ſcribit Legatos a Regina miſſos ſic apud Ordines Bohemiæ in Conventu Regni peroraſſe: *Sigiſmundi & Alberti ſuorum Regum meminerit, nepotem filiumque ne reſpuant, contra jus gentium paternam hereditatem puero ne adimant, fœdera cum Auſtralibus percuſſa ne violent; pupilli atque orphani miſereantur.* Gerardus de Roo: (ι) *Eliſabetha puerum Legatis oſtentans, per omnia ſacra obteſtatur, ne Alberti filium, Sigiſmundi nepotem, paterni ac aviti Regni poſſeſſione deturbent, hunc ſibi Regem natum, Deique munere conceſſum.* Albertus Krantzius (κ) Decanus Hamburgenſis, & D
Regis Daniæ Conſiliarius: *Quum de morte Alberti jam fama volitaret, agebatur Conventus Principum Procerumque tam in Ungaria quam in Bohemia: electioni Regum factum eſſe locum autumant. Relicta Alberti, miſſis Oratoribus, poſtulat expectari diem partus: poſſe donari Regnis legitimum hæredem. Nato autem puero nomen dedit Ladiſlao, tum renovari jubet legationem: mittit oratum, non contemni hæredis legitimi infantiam: miſerantur pupilli, abſtineant injuria, Regem ſe jam habere; quid de alio contendant? electioni nullum eſſe locum, ubi Deus illis Regem dederit. Illi contra magnum eſſe tempus in medio, antequam adoleſcat, vir ſit: Regnum nunc depoſcere virum, in quo vigeat cum conſilio robur: inde Turcos ſævire, inde tumultuari Bohemos: quis inter iſta puero locus?* Ecce, Ordines E
Bohemiæ non negant, Ladiſlaum fuiſſe natum & legitimum Regni Bohemiæ here-

(α) *Piccolomineus*] lib. 6. Commentarior. a Frehero editorum.

(β) *Compilationis*] in anno 1458. apud Piſtorium tom. 1. Scriptor. Germanic.

(γ) *Munſterus*] lib. 3. Coſmograph. in Bohemia.

(δ) *Roſieres*] in Stemmat. Lotharing. Ducum in hiſt. capital. 68. fol. 233.

(ε) *Regina*] Bonfinius Rer. *Ungaricar. decad.* 3. *lib.* 4. Dubravius in *Hiſtor. Bohem. lib.* 28. Boregk in *Chronic. Bohem. fol.* 479. Cromerus Rer. *Polonic. lib.* 21. Neugebaur *lib.* 5. *Hiſtor. Polon. fol.* 307. Calviſius in *Chronolog. anno* 1439. Hageeius in *Chron. Bohem. anno* 1440. *fol.* 136. *b. part.* 2. Theobaldus in *Bell. Huſſit. part.* 2. *cap.* 8. *anno* 1440.

(ζ) *Goltzius*] in Imperatorum Imaginib. in Alberto II. cap. 151.

(η) *Obteſtata*] Dubravius in *Hiſtor. Bohem. lib.* 28. Hageeius in *Chronic. Bohem. anno* 1440. *fol.* 137. *part.* 2. Boregk in *Chronic. Bohem. fol.* 481. Theobaldus in *Bell. Huſſitic. part.* 2. *capite* 9.

(θ) *Sylvius*] in Hiſt. Bohem. cap. 57. & ex eo F
Wimphelingus in *Epitom. rer. Germanicar. cap.* 50. Cochlæus in *Hiſtor. Huſſitar. lib.* 9. *anno* 1439. *fol.* 333. Cromerus *lib.* 21. Rer. *Polon. fol.* 325. *colum.* 1.

(ι) *Roo*] in Hiſtor. Auſtriac. lib. 4. anno 1441.

(κ) *Krantzius*] lib. 12. Wandaliæ cap. 8. Theobaldus *d. cap.* 9. *anno* 1440.

A heredem: ſed imbecillitatem obtendunt ætatis, per quam regendo Regno idoneus eſſe nequeat. Idem Æneas Sylvius tradit, cum ſuperioribus verbis iſta continuans: *Sunt non pauci, qui læto favore legatorum* (Reginæ) *poſtulata ſuſcipiunt. At qui Albertum oderant* (Huſſitæ) *filium Regem negare, cujus patri tanquam Regi non paruiſſent. Infantem Regno inutilem eſſe; Regem a regendo dictum: qui regendus ſit Regem vocari non poſſe, antequam Ladislaus adoleſcat, longum tempus effluxurum; poſſe interim Regem aſſumi, qui per ſe regat. Satis eſſe Ladislao, ſi poſt quatuor & viginti annos* (aliter Aurea Bulla ſtatuit) *ad Regnum vocetur: medio tempore locum alteri faciat. Reges Regno dari, non Regna* Regibus. *Fridericum* Auſtriæ *Ducem, jam* Romanorum *Regem electum, Bohemis indulſiſſe, ut quem vellent Regem ſibi aſciſcerent.*
B Sed hæc poſtrema verba mendacii arguit ipſemet Fridericus III. Imperator, ſanctiſſime negans ſe ullam Bohemis facultatem eligendi alterius Regis conceſſiſſe, ut jam videbimus.

18. Pergit namque Æneas Sylvius (α) infidam Bohemorum (β) conſtantiam, ſeu
651 parum tutam fidem commemorando dicere: *Albertus itaque Bojoariæ Dux, majore Procerum voto Rex declaratur, qui apud Wenceslaum* (Cæſarem) *quondam nutritus, Bohemicæ linguæ non ignarus erat. Mittuntur ad eum Primores Regni &c. Quibus res indigna videretur, hi Procopium ad Fredericum Cæſarem clam ire jubent, rogantes nobile* Regnum *ne pupillo negligat, cujus tutelam ſuſceperit. Fredericus, audito Procopio, miſſis ad* Albertum *Bajoariorum nunciis hortatur, ne* Regnum *ſibi alienum uſurpare præſumat: quod quum difficile, tum ignominioſum fuerit Bohemis, qui-*
C *bus defuncti Regis heres eſſet; non licuiſſe alium eligere, neque ſe poteſtatem eam dediſſe, quemadmodum in* Bohemorum *Conventu nonnulli ementiti fuerant. Procopium vero in Bohemiam remittit, qui jus Ladislai nequaquam ſe necglecturum aſſerat. Albertus ea virtute atque animi moderatione uſus eſt, qua poſtquam Reges eſſe cœpere, rariſſima ſemper fuit. Nam venientibus ad ſe Bohemorum Legatis, amplum & nobile Regnum offerentibus, gratias egit, qui ſe unum ex omnibus elegiſſent, cui parere vellent, dignumque tanto imperio judicaſſent. Multa ſe idcirco debere Bohemis, neque id unquam beneficii oblivioni daturum. At quum Regis Alberti ſoboles extet, indecorum eſſe cum alterius injuria Regnum quærere; paternam hereditatem nulli auferendam: qui pupillos ſuo jure diſpolient. Diis atque hominibus inviſos pœnas aliquando*
D *patrati ſceleris dare: cognoviſſe ſe non vano rumore, fœdus antiquum inter Bohemos & Auſtriales extare, deficiente maſcula ſobole Principem ne foris aſſumant; fidem ſervare pulchrum; ne cui temere noceatur cavendum. Sceleſtam execrabilemque vocem illorum, qui regnandi cauſa jus violandum aſtruunt. Atque ita majorem ſe ſpreto* Regno *monſtravit, & ſi verum fateri licet, clariſſimum egit* Regem. *Nam* Regnum *apud eos eſt, qui ſpernunt, non qui cupiunt.* Cui concinit Antonius Bonfinius, (γ) inquiens: *Quum de creando novo* Rege *ad Proceres referretur, hi majore ex parte* Albertum *Bavariæ Ducem* Regem *declararunt &c. Alii autem, qui id ægre ferebant, rei indignitate arrepti, ad Fredericum Imperatorem clam Procopium mittunt, Cæſaremque orant, ne pupillum paterno* Regno *defraudari patiatur, tutelam infantis, quam nuper ac-*
E *cepit, ſummo nunc ſtudio gerat: ſine infamia* Regnum *Ladislao debitum alio diverti non poſſe reputet. Fredericus rerum admonitus, ad Albertum Ducem repente ſcribit, hominem hortatur & monet, ne qua ductus ambitione alienum ſibi Regnum uſurpet, Boëmos herede ſuperſtite, cui* Regnum *debetur, alium* Regem *creare non poſſe, & creandi poteſtatem, quam ab ipſo in Comitiis impetraſſe prædicabant, ementitos eſſe, per-*
652 *tinacius aſſeverare, nullam ſe Boëmis unquam creandi Regis poteſtatem feciſſe. Albertus Cæſaris Diplomate inhibitus, quum adventantes* Boëmorum *Legati potens amplumque* Regnum *detuliſſent, ingenue abnuit: inhumanum eſſe, pupillorum jura lædere, quibus omnes favere fas eſt, ſine maximo ſcelere lædi non poſſe. Se quoque*
F *fœderis olim inter Boëmos Auſtralesque percuſſi haudquaquam ignarum.* Eadem refert Hugvvaldus Mutius, (δ) ſcribens: *Fridericus* (Imperator) *mittit ad Ducem Bavariæ,*

(α) *Sylvius*] in d. Hiſtor. Bohem. cap. 57. & ex eo Wimphelingus in *Epitom. rer. Germanic. cap.* 50. Cochlæus in *Hiſtor. Huſſitar lib.* 9. *anno* 1440. *fol.* 334. Cromerus *lib.* 21. *Rer. Polon. fol.* 325. *col.* 1. Matth. Michovius in *Chronic. Regum Polon. cap.* 57. Vide exemplum infra *cap.* 10. *n.* 18.

(β) *Infidam Bohemorum*] videatur Dubravius in *hiſtor. Bohem. lib.* 28. Hagecius in *anno* 1440. *part.* 2. *fol.* 137. *b.* & *fol.* 138. Boregk. in *Chronic. Bohem. fol.* 482. Calviſius in *Chronolog. anno* 1440. à quibus Hiſtoria hæc & Alberti Ducis Bavariæ integritas fuſius exponitur.

(γ) *Bonfinius*] Rer. Ungaricar. decad. 3. lib. 4.

(δ) *Mutius*] lib. 28. de Reb. geſt. German. fol. 288. Theobaldus in *Bello Huſſitic. part.* 2. *cap.* 9. *anno* 1440. *fol.* 74.

variæ, & monet eum, ne Regnum alienum ſuſcipiat. Nam pertinere ad Ladislaum A
filium Alberti *Regis. Ubi ergo Primores Boëmorum ad* Albertum *Ducem perveniunt,*
&c. reſpondet Albertus, agens primo gratias, Albertum vita defunctum reliquiſſe fi-
lium, ad quem jure pertineat Regnum. Quare diligenter eos ad fidem puero ſuo præ-
ſtandam adhortatur, ſi velint tranquillum Regni ſtatum. Etiam Pantaleo Candidus (α)
affirmat, Albertum Bavarum a Bohemis poſtulatum recuſaſſe, ajens:

Legitimo heredi deberi ea munia mavult.

Et Albertus Krantzius (β) ſuperiorem ſermonem pertexendo infit: *Igitur Bohemi, re-*
jecta Regiuæ legatione, eligunt ſibi Regem Albertum Ducem Bavariæ. Sed ille præ-
monitus ab Romanorum novo Rege jam Friderico III. gratias agit Regni proceribus,
quod ſe illo dignentur honore: ſe pupillo locum dare. Ungari ſtatim accipiunt parvu- B
lum, Regemque conſalutant. Jam vero mater parvulum ſuum Friderico Romanorum
Regi mittit tutandum. Necidem non aſſerit Gerardus de Roo, (γ) ita ſcribens: *Fri-*
dericus Cæſar Alberto ſcripſerat, Boëmis nullam ſe eligendi Regis poteſtatem facturum,
neque fas eſſe, Ladislao pupillo ſuum paternum & avitum Regnum eripere. Alber-
tus, hac Cæſaris denunciatione accepta, Legatis reſpondet, adeſſe Alberti Cæſaris ſo-
bolem, legitimum Regni heredem, quem ſuo jure diſpoliare, cuique injuriam facere, ne-
que divino neque humano jure liceret. Denique Joachimus Curæus, (δ) Doctor Sile-
ſius Glogovienſis, refert Ducem Bavariæ hoc æterna memoria dignum Bohemis dediſſe
reſponſum: *Non ſe ſpoliaturum infantem Ladislaum ſuo avito Reguo & patrimonio.*
Divinam enim vocem, & exempla omnium ætatum docere, tragicas pœnas talem per- C
fidiam ſequi; & præterea, prohiberi ſe autoritate Cæſaris, qui hoc vetuerit. (*) O fa-
ctum vere Regium, & cunctis Regiis gazis longe honorabilius, longe præſtabilius! ne-
que quiſquam eſt homo catus & ſophus, qui tam conſtantem & magnanimum Ducem
vel centeſimam partem laudare poſſit, quam ipſe meritus eſt, ut laudetur laudibus. Et
laudatur à prudentibus, (ε) & factum hoc in orbe terrarum prædicabitur, quamdiu Sol
iſte cœleſtis inferiorem hanc mundi machinam illucebit.

653 19. Et quando hac non ceſſit, alia Bohemi aggreſſi ſunt via: ipſumque Frideri-
cum (ζ) Cæſarem, pupilli proximum agnatum, Regem dixere, miſſis legatis, qui
illi Regnum offerrent. Quod tamen ille non minori modeſtia ac conſtantia virtutis,
quam Albertus Bavariæ Dux, refutavit. Æn. Sylvius, (η) Cæſaris tum Secretarius, D
ſcribit in hunc modum: *Reverſum* (a Coronatione Aquiſgranenſi Fridericum Cæſa-
rem) *potentiſſimi ex Bohemia Proceres adeunt, inter quos Ptarſco quum eſſet, Alberti*
filio infenſus, ſeorſum Fridericum alloquitur, Regem ut ſe ipſum faciat, hortatur: fa-
cile id futurum, ſi tutelam pupilli rejiciat. Nam quum ceteri deſint, Bohemos ſuopte
ingenio Regnum ſibi oblaturos, cui ex fœdere tanquam ſeniori Auſtriæ Principi debea-
tur. Negavit Fredericus orphani, cujus tutelam gereret, hereditatem ſe quoquo pacto
invaſurum. Johan. Dubravius (θ) paulo luculentius rem explicat hiſce notabilibus ver-
bis: *Inter Legatos Ptaſco erat, qui nactus facultatem ſeorſum alloquendi Friderici,*
ei ſuadet, ut ipſe Regem Bojemiæ ſemet conſtituat, tanquam Princeps Auſtriæ ſenior:
id quod ei antiquo fœdere inter Bojemos & Domum Auſtriacam de ſucceſſione Regni E
icto liceret. Ad quæ Fridericus, alii, inquit, viderint, quid illis adverſus ſanguinem
ſuum liceat: ſe nihil in filium patruelis facere poſſe, quo jus neceſſitudinis officiumque
ſuum expleat, niſi ut illi paterna Regna pro virili conſervet ac reſtituat, nedum ut

 aliquid

(α) *Candidus*] lib. 2. Bohemaid. in Ladislao II. Rege.

(β) *Krantzius*] d. lib. 12. Wandal. cap. 8.

(γ) *Roo*] in Hiſt. Auſtriac. d. lib. 4. anno 1441.

(δ) *Curæus*] in Annalib. Sileſiæ fol. 134. idem Theobaldus *d. cap. 9. anno* 1440. *fol.* 76.

(ε) *A prudentibus*] quos inter Lipſius in *Monit. politic.* & in *Poliorcetic. in Præfat. ad Electorem Colonienſ. Erneſtum Bavariæ Ducem.* Fulgoſius de *dictis & fact. memorabil.* Richterus *in Axiomat. politic.*

(ζ) *Ipſumque Fridericum*] & hanc Hiſtoriam Pontanus in *Bohem. pia l.* 2. Calviſius in *Chronolog. anno* 1445. Hagecius in *anno* 1441. *in princ.* Boregk. in *Chron. fol.* 483. Theobaldus in *Bello Huſſitic. part.* 2. *cap.* 10. *anno* 1440. *fol.* 82. & *cap.* 11. *anno* 1441. exſequuntur.

(η) *Sylvius*] in hiſtor. Bohem. cap. 58. in princ. Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. lib.* 9. *anno* 1440. *fol.* 334. Cromerus *lib.* 21. *Rer. Polon. fol.* 325. *col.* 1. Michovius in *Chron. Regum Pol. lib.* 4. *cap.* 57.

(θ) *Dubravius*] *lib.* 28. *Hiſt. Bohem. fol.* 231. F

(*) Valeat igitur Stranskius cum ſua conjectura qui non tam ex opinione hereditatis alteri debitæ, quam ob Religionem Bohemorum in varia ſtudia diſtractam hoc Regnum repudiaſſe Albertum Bavarum ſcribit *in Republica Bojema cap.* 5. §. 29. & *cap.* 8. §. 45. quotquot enim fere extant monumenta, ea huic ſcriptori ſunt contraria.

A *aliquid adimat.* Et Antonius Bonfinius (α) *Reverſo e Gallia Cæſare, Proceres e Boë-*
mia multi extemplo adfuere, inprimiſque Ptarſco acerrimus infantis Ladislai inimicus:
Cæſarem hortatur, ut pupillari tutelæ renunciet, quod ſi fecerit, eum ſubinde Regno
potiturum eſſe pollicetur, adjicit hoc jure fœderis plane fieri poſſe, ut ſeniorem Auſtriæ
Principem Boëmi ex compacto Regem in Regia orbitate pronuncient. Abnegat Cæ-
ſar, ſe turpiter & facinoroſe pupillum, cujus tutelam ageret, eſſe circumſcripturum,
hereditariumque illius Regnum occupaturum. Albertus Krantzius (β) de Legatis Bo-
hemorum refert: *Suggerunt, ut ſibi ſuoque nomine deſumat Regnum: idque Bohemi*
propenſius orant. Injuriam ſe non facturum legitimo heredi reſpondet. Hugvvaldus
Mutius conſentit, ſcribens: *Erant ex Legatis, qui ſuaſerunt Imperatori, ut ſuo nomi-*
B *ne, non pueri Regnum acciperet. Nam bono titulo poſſe, nempe ex fœdere Boëmiæ &*
Domus Auſtriæ. Sed Imperator Fridericus reſpondet, ſe non uſurpaturum ſibi cujus-
quam pupilli, cujus tutor ſit, hereditatem. Johannes Crato (γ) a Craftheim Doctor
654 Sileſius de Friderico III. Imper. memorat: *Non modo Diadema Hungariæ & Bohemiæ*
ſibi oblatum reſpuit, verum Auſtriam ipſam anno 1457. Ladislao reſtituit. Denique
Æneas Sylvius (δ) alibi affirmat, *Alberto Ladislai patre vita functo, & Bohemi &*
Hungari Fridericum Cæſarem ſibi Regem petiverunt. Quibus ille: abſit a me, inquit,
ſcelus hoc, ut patrueli meo paternam hereditatem auferam. Quod hujus Imperatoris (ε)
præclariſſimum factum ſi nonnulli Reges ac Principes imitari maluiſſent, quam pravis
ſive conſiliis ſive cupiditatibus indulgere, & ſua ſarta tecta conſervaſſent, & ab alienis
C abſtinuiſſent.

20. Quinimo Ipſimet Ordines Bohemiæ non ſemel conteſtati ſunt, Ladislao Re-
gnum Bohemiæ jure hereditario deberi. Hagecius (ζ) illorum Hiſtoriographus &
Presbyter paſſim ingerit: cujus dicta ceu teſtis idonei & domeſtici non permittemus eſſe
indicta. (*) Anno MCCCCXL. in principio anni poſt obitum Alberti II. Cæſaris &
Bohemiæ Regis, convenerunt cuncti Bohemiæ Ordines in Curia Pragenſi, & unanimi
conſenſu concluſerunt, *daſs ſie ſich gedulden wolten, dieweil die Königin Eliſabeth,*
Königs Alberti hinderlaſſene Wittib, ſchwanger blieben, dafern ſie nun einen Sohn
zur Welt bringen würde, ſo wolten ſie denſelben, als den natürlichen Erben, zum
König haben. Anno MCCCCXLIII. *fol.* 141. refert, in conventu Pragenſi ab Ordinibus
D fuiſſe decretam Legationem ad Fridericum III. Imp. *umb zu erkündigen, ob er den*
Böhmen ihren Erben folgen laſſen wolte oder nicht? Addit dein, Cæſarem in Bohemo-
rum petita conſenſiſſe, nempe ut ipſe tanquam patruus & proximus agnatus, ipſius tute-
lam gereret uſque ad legitimam Regis impuberis ætatem. Anno MCCCCXLIV. *fol.*
141. ſcribit, in Conventu Pragenſi ab Ordinibus iterum decretam fuiſſe legationem ad
Ladislaum Regem, *auff daſs er ſich des Königreichs, als ein Erbe, annehmen wolte.*
Et *fol.* 144. refert in conventu habito *zum Böhmiſchen Brod*, ab iiſdem Ordinibus
decretum fuiſſe, *daſs ſie zu Friderico dem Römiſchen Könige abermals abfertigen wol-*
655 *ten, damit er ihnen Ladislaum Alberti Sohn, als des Königreichs Erben, zum Könige*
folgen laſſen wolte. Et anno MCCCCXLVI. fol. 147. b ſcribit de conventu Pragenſi &
E ordinum decretis ibidem factis: *daſs man zum Römiſchen König abfertigen ſolte, damit er*
ihnen Ladislaum *ihren Erbherrn, einmal folgen laſſen wolte.* Denique *fol.* 148. in frequen-
ti omnium Ordinum Bohemiæ, Moraviæ & Sileſiæ conventu Pragæ in feſtivitate S.
Martini

(α) *Bonfinius*] Rer. Ungaric. decad. 3. lib. 4. fol. 421.

(β) *Krantzius*] lib. 12. Wandaliæ cap. 9.

(γ) *Crato*] in dict. Præfat. in Dubravii Hiſtor. Bohem.

(δ) *Sylvius*] in Apophthegmatibus Imperat. de Friderico III. Imper. & in Parallelis Alphoſinis,
F ſeu Antonii Panormitæ *lib.* 2. *Commentarior. de dictis & factis Alphonſi Siciliæ & Arragoniæ Regis.*

(ε) *Hujus Imper.*] ut monet Matthæus Scholaſticus JC. *lib.* 1. *de vero & Chriſtian. Principe cap.* 15.

(ζ) *Hagecius*] in Chronic. Bohem. part. 2. cui conſentientia teſtimonia etiam Dubravius *d. lib.* 28. Boregk. in *Chron. Bohem. in interregno fol.* 478. *& ſeqq. & in Ladislao Poſthumo fol.* 509. *& ſeqq.* Theobaldus *de Bell. Huſſitic. part.* 2. *cap.* 13. *anno* 1442. *fol.* 118. exhibent.

(*) Cum Goldaſtus pro ſe *Hagecium* attu- «
liſſet, conatur homo ſuavis perſuadere leganti- «
bus, quæ Hagecius ſcripſit, ea univerſum Re- «
gnum Bohemiæ ſenſiſſe & ſentire. Quæ conditio «
iniquior eſſe poteſt quam cum *de jure* diſcepta- «
tur, unius Scriptoris, & Hiſtorici, non legisla- «
toris, auctoritate omnia velle finire! Profecto «
ſi id ſemel admittimus, nunquam tuta ſatis erit in- «
nocentia. « Balbinus *lib. III. Miſcell. c.* 22. §.
4. Probarem hanc animadverſionem, ſi unius Hagecii fide & teſtimonio hac in re uteretur Goldaſtus, verum cum idem tradant antiquiſſimi Bohemorum & Germanorum annales, parum hæc ſtrictura placet.

Martini decretum fuiſſe aſſerit, *daſs man zum Römiſchen Kœnige abfertigen ſolte, da-* A
*mit ihnen ihr Erbherr gefolget würde. Dann ſie ohne ihn keines wegs ferner ſeyn wol-
ten.* Quæ propria ipſorum Bohemorum confeſſio eſt, ut Juriſconſulti ajunt, probatio omnium probatiſſima: in qua & nos acquieſcimus.

CAPUT VII.

In Ladiſlai Regis obitu Stirps Auſtriaca ſecundo interciditur. Quinam competitores poſt Ladiſlai mortem, & quibus prætenſionibus Regnum Bohemiæ affectarint. Rex Franciæ Regnum Bohemiæ habuit pro dotali & hereditario, Imperator pro caduco. Archiduces Auſtriæ pro ſucceſſivo ex pacto mutuo. B
Fridericus III. Imp. Regnum Hungariæ in jus familiæ Auſtriacæ conquiſivit. Georgii Pogiebratii & Matthiæ Corvini, Bohemiæ & Hungariæ Regum, humilis origo. Wilhelmus Dux Saxoniæ jus ſuæ conjugis Georgio electo Bohemiæ Regi ceſſit cum pacto ſucceſſorio. Sed Caſimirus Rex Poloniæ jus ſuæ conjugis cedere nolens Regna Hungariæ & Bohemiæ filio ſuo natu maximo conſervavit.

AT Ladiſlaus anno MCCCCLIX. in ipſo nuptiarum apparatu, quas cum filia C
Caroli VII. Francorum Regis ſibi deſponſa celebraturus erat, veneno (α) exſtinguitur, & ſimul in eo altera ſtirps Auſtriaca in ſucceſſione Regnorum Hungariæ & Bohemiæ. Inde magna contentio in Bohemia ſuboritur, Ordinibus in vacatione Regni liberam electionem; Friderico autem III. Imp. Regnum ipſum jure caducitatis; Archiducibus Auſtriæ jure confraternitatis & ex pacto ſucceſſorio: Wilhelmo Duce Saxoniæ & Marchione Miſniæ, jure uxoris ex prærogativa ætatis; Caſimiro Poloniæ Rege, jure uxoris, & originis nationisque conjunctione, Carolo VII. Francorum (β) Rege filiæ ſuæ ex pactis ſponſalitiis, vindicantibus. Sed audiamus ipſos rerum geſtarum auctores.

2. Æneas Sylvius (γ) ſcribit: *Caſimirus Rex Poloniæ ſororem defuncti Regis* D
ſibi nuptam eſſe ajebat, eique Regnum deberi, Pari ratione Gulielmus Saxoniæ Dux
555 *utebatur, cui ſoror natu major nupſiſſet. Fridericus Imperator ejusdem Regni ordinationem ſuam eſſe affirmabat, in qua feudi ſolennia neglecta fuiſſent. Nec ſine ſpe Sigismundus & Albertus Auſtriæ Duces fuere, qui deficiente Rege Bohemiæ ſine virili ſobole, ex Auſtria vocandum ex veteri fœdere Principem norant.*

3. Jacobus Piccolomineus (δ) Cardinalis Papienſis: *Polonorum* Rex, *qui ſororem defuncti duxiſſet uxorem, id ipſum* Regnum *deberi ſibi affirmabat. In eadem erat cauſa Saxoniæ Dux, qui alteram natu majorem ante deſponderat. Fridericus quoque Imperator jus appellandi in Bohemia* Regis *ſuum dicebat. Nec ſine ſpe quærendi-* E

(α) *Veneno*] cujus propinati ſuſpicione Georg. Podiebradskius Regni Gubernator ſive *Statthalter*, & Rockyzanus Archiepiſcopus Huſſita, onerabantur, ut ſcribit Sylvius in *Hiſtor. Bohem. cap.* 69. Math. Michovius in *Chron. Regum Bohem. lib.* 4. *cap.* 56. *in fin.* Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. lib.* 11. *fol.* 405. Joh. Turoczius in *Hiſtor. Ungaric.* Fama vero vulgabar, Ladiſlaum fuiſſe pulvino exſtinctum in lecto ægrotantem, ejusdem Georgii juſſu, ut eſt in *Cantilena Germanica von Kœnig Laſla Tōde*, &c. Sed Georgium ab utroque crimine liberare contendit Theobaldus in *Bello Huſſit. part.* 2. *cap. ult. in fin.* Ladiſlaumque peſte correptum obiiſſe ex aliis ſcriptoribus comprobare nititur. (*)

(β) *Carolum VII. Francor.*] ut teſtatur Dubravius in *Hiſtor. Bohem. lib.* 30. *in princ.* Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 1458. Boregk. in *Chron. Bohem. in Georgio Rege fol.* 541. Bonfinius *decad.* 3. *lib.* 8. *in pr.* Johannes Serranus in *Inventar. hiſtor. Franc. in Carolo VII. Rege.* Ex quibus liquet Regem Franciæ Regnum Bohemiæ pro hereditario habuiſſe.

(γ) *Sylvius*] in Hiſtor Bohem. cap. 72. final.

(δ) *Piccolomineus*] lib. 6. Commentarior. Cui conſentit Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. lib.* 12. *fol.* 408. Aub. Miræus in *libel. de Rebus Bohem. cap.* F
3. *fol.* 33.

(*) Cui etiam adſtipulatur Balbinus in vita Ladiſlai, nam hic memorat peſtem tunc temporis regnaſſe in Bohemia, & quidem Pragæ in cujus meditullio aula nempe regia habitabat Ladiſlaus; hinc in regis demortui ſinu duas venenatas puſtulas adparuiſſe ſcribit.

A *rendique ſtudio erant Sigiſmundus Albertusque Auſtriæ Duces, ſcientes veteri fœ-*
dere, deficiente ſine prole Rege, deberi ſibi ſuceſſionem.
4. Johannes Dubravius (α) Epiſcopus Olomucenſis: *Cæſar in petitione ſua jus,*
quod nunc feudatarium vocant, a Ladislao neglectum & contemptum prætendebat.
Mox Alberto aut Sigiſmundo Auſtriæ Ducibus, ex antiquo fœdere inter Bohemiæ &
Auſtriæ Principes icto Regnum illud alteri eorum aſſerere tentabat. Caſimirus Polo-
niæ Rex, cui ſoror Ladislai nupta erat, & Wilhelmus Saxoniæ Dux, qui alteram
ſororem natu majorem in matrimonio habuit, Regnum ad ſe jure ſucceſſionis pertinere
dicebant &c.
5. Antonius Bonfinius (β) Hungarus: *Caſimirus Rex Poloniæ, qui Ladislai Re-*
B *gis ſororem olim duxerat, uxori ſuæ Regnum Boëmiæ deberi affirmare: pari quoque*
jure Gulielmus Saxoniæ Dux niti, cui altera Ladislai ſoror natu major nupſerat.
Fredericum etiam Imperatorem par ambitio exercere, qui hujuſce Regni inſtitu-
657 *tionem ad ſe pertinere dicebat, quia neglecta (ut ajunt) feudi ſolennia fuiſſent. Si-*
giſmundus item & Albertus Duces Auſtriæ per legatos, Proceres ambire, & veteris
jure fœderis ac pacti, Boëmiam ad ſe pertinere aſſeverare, quando Rege Boëmiæ vi-
ta ſine virili ſobole defuncto, ex compacto ad Auſtriæ Duces recurrere oporteret.
6. Hugwaldus Mutius (γ) Helvetius: *De Regno Boëmiæ contendebant multi:*
Imperator Fridericus jus Regni ejus ſuum eſſe factum, cum nullus hæres legitimus
exiſteret. Albertus & Sigiſmundus ex fœdere, quod Domus Auſtriæ cum Boëmico
C *Regno habebat, Regnum Boemicum ad ſe pertinere affirmabant. Item ſoror Regis*
mortui, uxor Caſimiri Regis Poloniæ aſſerebat ſibi Regnum Boëmiæ. Item Carolus
Rex *Galliarum, ſponſæ Ladislai, filiæ ſuæ, deberi contendit* Regnum.
7. Sebaſtianus Munſterus: (δ) *Indicta ſunt comitia, quo multi competitores de-*
ſcendere, inprimis Caroli Regis *Galliæ Oratores, Caſimirus* Rex *Poloniæ, qui Ladis-*
lai Regis *ſororem olim duxerat, Guilielmus Dux Saxoniæ, qui Annam alteram La-*
dislai ſororem uxorem habuit: item Fridericus Imperator, Sigiſmundus & Albertus
Duces Auſtriæ.
8. Gerardus de Roo Auſtriacus: (ε) *Boëmi Pragæ Comitia* Regi *creando ha-*
buere. Competitores ejus Regni *erant, Fridericus Imperator, Albertus & Sigiſ-*
D *mundus Auſtriaci, Caſimirus Poloniæ* Rex, *& Guilielmus Saxoniæ Princeps. Impe-*
rator ex veteri pacto inter Boemiæ Reges *& Auſtriacos,* Regnum *non tam ſibi, quam*
aut fratri aut patrueli petebat. Polonus & Saxo, quod minorem hic, majorem ille,
Ladislai ſororem ambo haberent, uxorem, jus hæreditarium prætendebant.
9. Sed horum omnium prætenſionibus obſtitit atque offecit auctoritas Johannis
Rockyzani (ζ) Archiepiſcopi Pragenſis Huſſitæ, qui aut Defenſores conſtituendos,
aut Regem ex ipſis popularibus juxta Dei mandatum, (η) eligendum eſſe perſuaſit,
electusque Georgius Pogiebradius Baro Bohemus. Quam rem idem Sylvius (θ) ita
commemorat: *Rochezana venenorum ſator, crebris ſermonibus uſurpare, aut* Re-
gem ſuæ profeſſionis (Huſiticæ) *eligendum eſſe, aut ſi nemo tanto veſtigio dignus vi-*
E *deretur, Hebraico more judices aſſumendos, veteris legis exempla commemorans.*
Ubi dies conſtituta illuxit, auditis legationibus in conventu Procerum, utilitate Regni
diſcuſſa, Georgius Poggiebracius Rex *pronunciatur* &c. Idem fatum Matthiæ (ι)
Corvi-

(α) *Dubravius*] Hiſtor. Bohem. lib. 30. in princ. & ex eo Pontanus in *Bohem. pia lib.* 2. Boregk. in *Chron. Bohem. in Georgio Rege in Princ.* *fol.* 541. Theobaldus de *Bello Huſſit. part.* 3. *cap.* 4. *anno* 1458.

(β) *Bonfinius*] Rer. Ungaric. decad. 3. lib. 8. in fin.

F (γ) *Mutius*] lib. 29. de Reb. geſt. Germanor. fol. 298.

(δ) *Munſterus*] lib. 3. Coſmograph. in Bohem.

(ε) *Roo*] in Hiſt. Auſtr. lib. 6. anno 1458. fol. 234. Adde Henelium in *Breſlograph. cap.* 5. *fol.* 46. Hagecium in *Chron. Boh. anno* 1458.

(ζ) *Rockyzani*] Aubert. Miræus in *libel. de Reb. Boh. cap.* 3. *fol.* 33.

(η) *Dei mandatum*] Deuteron. cap. 17. verſ. 15.

(θ) *Sylvius*] dict. cap. 27. Dubravius d. lib. 30.

(ι) *Matthia*] Sylvius ibid. Calviſius in *Chronolog. anno* 1458. *in princ.* Virtutibus tamen iis præditus fuit, quæ in Rege maximo & conſummatiſſimo requiruntur, ut præter Hungaricarum rerum ſcriptores, teſtantur Dominicus Floccus Florentinus in *præfat. libellor. de Magiſtrat. Roman.* qui à neſcio quo impoſtore L. Feneſtellæ nomine olim publicati fuerunt; Vincent. Obſopœus in *præfat. in Heliodori Æthiopica*, Janus Pannonius & Johan. Sommerus in *Poemat.* & alii numeroſi. Et Ferdinandus I. Imper. dicere ſolitus fuiſſe fertur, in ſummorum virorum natales non eſſe curioſe inquirendum; Nicolaus Reuſnerus in *Symbol. claſſ.* 3. *ſymb.* 40. Chriſtian. Matthias *lib.* 3. *Syſtem. Politic. exercit.* 3. *ſect.* 3. *exempl.* 2.

Corvino, Hunniadis filio, qui a pago quodam in Hungaria ſito ſic dicebatur, evenit, A
ut ex humili loco atque adeo ex ipſo carcere (α) ad Coronam Regni Hungarici ſuſcipiendam vocaretur, & in defuncti Ladislai locum, neglecto Friderico Imperatore, ſurrogaretur. De utroque exclamat Cardinalis Senenſis: (β) *Mira rerum mutatio, &*
658 *novus ſyderum influxus. Duo potentisſima Regna eodem tempore Rege orbata, ex nobilisſimo atque altisſimo ſanguine ad mediocris generis homines pervenere. Sic Deo placuit: ludere fortunam dixiſſet antiquitas. Nos divinæ providentiæ cuncta tribuimus.*

10. Interim tamen Imperator Fridericus III. Archidux Auſtriæ, jus ſuum, quod ad Regnum Hungariæ prætendebat, cedere aut negligere adeo noluit, ut ex eo tempore titulum *Regis Hungariæ* aſſumere & publicitus præſcribere cœperit. Quod in- B
nuiſſe videtur Krantzius: (γ) ſcribens: *Ejus* (Ladislai) *morte Fridericus Imperator, proximus virili genere hæres, Regnum Ungariæ petivit. Nam Behemiam, quæ illi in morte Alberti offerebatur, non magnopere deſideravit propter perniciem Regnicolarum.*

11. Nec magis Wilhelmus Dux Saxoniæ de jure ſuo deceſſit, ſibi conjugis ſenioris ratione, competente: quin Georgio electo Regi Bellum inferre, & jus ſuum gladio vindice perſequi inſtituit. Et licet Bohemi refragarentur electo ſuo adhærentes, Sileſii tamen & Luſatii, conſiderato ejus juſtiſſimo jure, ultro ſeſe ei, ſpreto intruſo Georgio, ſubdiderunt. Teſtatur id Cardinalis Senenſis, (δ) qui tum in Aula Cæſarea a Secretis Imperii Conſiliis erat, hiſce verbis: *Sleſitæ ſub Imperio Bohemorum conſtituti* C
ſunt: nunc tamen imperata facere detrectant, Georgium novum Regem admittere recuſantes, Wilhelmum Saxoniæ Ducem ſecuti, qui Regnum Bohemiæ ad ſe pertinere affirmat propter conjugem, quæ Ladislai Hungariae atque Bohemiae Regis ſoror fuit. Gladius ejus litis arbiter erit.

659 12. Quæ controverſia tandem per interpoſitionem Imperatoris & quorundam Imperii Principum ita componitur & tranſigitur, ut Wilhelmus Georgio Regi de jure ſuo cederet, inito cum eo ſucceſſionis pacto, per connubium confirmato liberorum, cum Regis filiam duceret filius Ducis Wilhelmi. (ε)

13. At Caſimirus Rex Poloniæ, qui alteram Ladislai ſororem in conjugio habebat, hanc Saxonis ceſſionem in commodum ſuum vertens, tandem ſucceſſionem in D
Regno Bohemiæ & Hungariæ ad filios ſuos derivavit, ut in ſequenti capite exponemus. Boregkius (ζ) refert eum Legatis Friderici III. Imperatoris & Matthiæ Corvini Hungariæ Regis, ſe a Bohemiæ invaſione dehortantibus, reſpondiſſe: *Er were der nechſte Erbe zum Königreich Böheim, vermöge der auffgerichten Verträge und Verbindnuſs, und da ſich jemand darum annehmen würde, mit dem wolte er zu ſchaffen haben.*

(α) *Ex ipſo carcere*] Johan. Sommerus in *Poëmat. de Regib. Ungar. cap.* 32. Cochlæus in *Hiſt. Huſſit. lib.* 11. *fol.* 407. Mich. Ritius *de Reb. Ungar. lib.* 2. juxta illud Salomonis in Eccleſiaſt. cap. 4. verſ. 14. *Nam & ex carcere prodit, qui regnet.* Sic Joſephus ex carcere productus ad Regni Ægyptii gubernationem & præfecturam, *Gen.* 41.

(β) *Cardinal Senenſ.*] idem Sylvius ibid. & ex eo Calviſius in *dict. anno* 1458.

(γ) *Krantzius*] Lib. 12. Wandaliæ cap. 36.

(δ) *Cardinal. Senenſ.*] Æneas Sylvius in *Commentar. de Europa ſtat. ſub Frideric. III. Imperat. cap.* 18.

(ε) *Dubravius*] *in Hiſt. Bohem. lib.* 30. Boregk. in *Chron. Bohem. in Georgio Rege fol.* 545. Reuſnerus in *Baſilic. genealog. in ſtemmat. Comitum VVerbini fol.* 40. E

(ζ) *Boregk.*] in Chron. Bohem. in Georgio Rege, anno 1468. fol. 562. Pro quo facit Cromerus *lib.* 21. *Rer. Polonicar.* Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. lib.* 12. Theobaldus *de Bell. Huſſit. part.* 3. *cap.* 4.

CAPUT VIII.

Regnum Bohemiæ & Hungariæ, hereditarium in ſtirpe Polonica, quam Caſimirus Rex Poloniæ jure uxoris in utrumque Regnum intulit. Uladislaus ejus filius natu maximus Rex factus, fratribus junioribus Sileſiæ Ducatus jure apennagii conceſſit. Pactum ſucceſſorium Matthiæ Hungarorum, F
& Uladiſlai Bohemorum Regis. Maximilianus I. Imperator & Rex Hungariæ filiolo Uladiſlai recens nato Regnum ſibi delatum & jam quæſitum ſponte re-

A *te reſignavit: Ludovicus Rex Bohemiæ & Ungariæ hereditarius a Turcis caſus, finem ſtirpi Poloniæ, & poſtliminium Auſtriacæ per Annam ſororem & heredem unicam fecit.*

HInc eſt, quod Albertus Krantzius ſcribit: (α) *Ladislai Regis morte res Bohemis ſecundabant, moltoque magis Polonis. Nam Rex Caſimirus ejus germanam tenebat conjugem. Unde nati filii Regna nunc tenent Ungariæ Bohemiaque, quæ avunculus habuit Ladislaus.*

660 2. Filios intelligit, Uladislaum in Regno, matris jure, ſucceſſorem: & Sigismundum, Caſimirumque Sileſiæ Duces. Quorum frater Rex Uladislaus Sigiſmundo Ducatus Glogoviæ & Oppaviæ; (β) Caſimiro Ducatum Teſchinenſem, pro jure apen-
B nagii in partitione Regni hereditarii conceſſit. Unde eſt, quod Uladislaus Rex in Diplomate ſub anno 1504. (γ) de utroque fratre ſuo in hunc modum aſſignet: *Nomine & vice noſtra Illuſtriſſimum Principem Dominum Sigiſmundum Glogoviæ ac Oppaviæ* &c. *Ducem, germanum noſtrum chariſſimum, ac Illuſtrem Caſimirum Theſchinenſem* &c. Er in Transactione Kollobratica (δ) de anno eodem: *Aus Befehl des Durchleuchtigſten, Groſsmæchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Uladislaen, zu Hungern, Böheim* &c. *Königs, unſers allerliebſten Bruders und gnädigſten Herrn, Wir Sigemund von Gottes gnaden, Kœnig Caſimirs zu Polen Sohn, und Caſimir von derſelben Gottes gnaden Hertzog zu Schleſien, zu Troppaw, Glogaw, Teſchen,* &c. Et quia Ducatus Glogoviæ, ut cæteri in Sileſia, erat & eſt S. Romani Imperii ſubfeuda-
C tarius, inde Dux Sigiſmundus ſe pro libero S. Rom. Imperii Principe gerebat, ut haber Stylus in Diplomate ſub anno 1508. (ε) ita conceptus: *Als wir die ſelbſten, als ein freyer Fürſt zu Glogaw, ohne allen abbruch und verminderung halten, oder halten möchten.* De quo iterum Rex Uladislaus in Diplomate ſub anno 1513. (ζ) ſcribit: *Qualiter jam dudum Illuſtris Princeps & Dominus Sigiſmundus Poloniæ Rex, frater noſter chariſſimus, quondam Dux Sileſiæ & Dominus Glogoviæ* &c. Qui Sigiſmundus fratri Alexandro in Poloniæ Regno ſuccedens, ſeniori fratri Uladiſlao, Bohemiæ & Ungariæ Regi, pro jure prærogativæ in ſucceſſione Regni Poloniæ, renunciavit Ducatus Sileſiæ, Glogoviæ & Oppaviæ anno 1506. Nam Caſimiri Linea Teſchinia pronuper demum extincta eſt, & Ducatus ille ad Regem Bohemiæ feudi jure
D devolutus, & in Principem Liechtenſteinium collatus.

3. Atque ut iſti juniores fratres Ducatus illos Sileſiæ (nam cæteri duo Johan. Al-
661 bertus Lituaniæ, & Alexander Maſoviæ Ducatum nacti erant in paterno Poloniæ Regno (η)) jure apennagii in ſortem acceperunt, ita ipſe Uladislaus inter eos natu maximus Regnum adeptus eſt Bohemiæ jure matris (θ) potius hereditario, quam Ordinum

(α) *Krantzius*] lib. 12. Wandaliæ cap. 36. Succeſſit autem Caſimirus in pleno jure demum poſt Georgii mortem, filioque primogenito Uladiſlao Regnum ceſſit anno 1478. ut teſtantur Michovius *lib. 4. cap. 62.* Dubravius in *Hiſtor. Boh.*
E *lib. 31.* Cromerus in *Hiſt. Polon. lib. 21.* Gerar. de Roo in *Hiſtor. Auſtr. lib. 8. anno* 1478. *fol.* 299.

(β) *Glogovia & Oppavia*] Johan. Herburtus *lib. 20. Hiſtor. Polon. cap. 2.* Matthias Michovius in *Chron. Regnum Polon. lib. 4. cap. 79. anno* 1500. Jodoc. Ludov. Decius *lib. 3. de Sigiſmundi Regis temporibus.*

(γ) *Sub anno* 1504.] Diploma refert Schifordegherus *Diſput. forenſ. lib. 3. tract. 30. quaſt. 5.*

(δ) *Kollobratica*] apud eundem Schifordegh.
F *quaſt. 2.*

(ε) *Sub anno* 1508.] refert Collegium Juridicum Ingolſtadienſe in *Reſponſ. 1. de cauſ. ſucceſſionis vertente inter Sprintzenſtein & Rechenberg. quaſt. 2. num. 40. & num. 59. & reſponſ. 2. quaſt. 2. num. 44. verſ. huic argumentationi & reſponſ. 3. quaſt. 2. num. 80. & reſponſ. 4. num. 51. verſ. tertia principalis, & in reſponſ. 5. quaſt. 1. in pr. verſ. probat hanc, & quaſt. 2. num. 89. verſ. confirmationes:* & collegium Juridicum Roſtochienſe in *Reſponſ. 2. ſuper eadem cauſa cap. 2. num. 36. & num. 38. & reſponſ. 3. cap. 11. num. 732.*

(ζ) *Sub anno* 1513.] apud eundem Schifordegherum *d. tract. 30. quaſt. 2.*

(η) *Paterno Polonia regno*] in quo ipſe Uladislaus, ceu natu maximus, patri hæres legitimè factus, prærogativam tamen ætatis fratri Joh. Alberto ex pacto ceſſit anno 1511. ut ſcribit Wolffgang. Aytinger in *tract. ſuper Methodii revelation. cap. 5. part. 3. §. fin.* cujus verba ſupra *lib. 5. cap. 10. §. 6.* produximus. Matthias Michovius in *Chron. regnum Polon. lib. 4. cap. 80.*

(θ) *Jure matris*] Alexander Guagninus *Rer. Polon. tom. 2.* Theobaldus in *Bell. Huſſit. part. 3. cap. 21. anno* 1471. *fol.* 119. Miræus *de reb. Boh. cap. 3. fol.* 34. Johan. Herburtus *lib. 17. Hiſtor. Polon. cap. 1.* ibi: *de regno Bohemia, quod Cazimiro liberiſque ejus jure optimo debetur.* Arniſæus lib. 2. *de republ. cap. 2. ſect. 12. num. 31.* Henelius in *Sileſiograph. cap. 7. fol. 87.*

num electivo. Raphaël Regius Volaterranus: *(α) Ladiſlao extincto, Bohemorum* A
pars Cazimirum, Cazimiri Poloniæ Regis filium, jure adfinitatis, quod ſororem ipſius Georgius duxerat; pars vero Matthiam Hungariæ Regem *legerunt; tandem Georgium Pogebracium* Regno *præfecere, qui rem diu poſt Ladiſlaum puerum adminiſtraverat. Poſt Georgii mortem ad Uladiſlaum Cazimiri fratrem, Poloniæ* Regem, *res Bohemica pervenit, &c.* Filium debuit dicere, non *fratrem*, ut ex ſequentibus conſtat.

4. Joannes Herburtus (β) de Fulſtin Regni Polonici Senator, de Cazimiro Rege: *Cracoviæ anno MCCCCLVIII. Legatos Georgii Podebradii, novi* Regis *Boëmorum poſt Ladiſlaum, audivit, fœdus petentes,* Regnique *ſucceſſionem Cazimiro (quæ, ſecundum Ladiſlaum, hereditario ad uxorem liberosque ejus pertineret) pollicentes. His reſponſum eſt,* Regem *fœdus & amicitiam cum Boëmis ſemper coluiſſe; Georgium* B
non male facere, ſi Regnum *Boëmorum legitimis heredibus relinqueret.* Et Martinus Cromerus (γ) Epiſcopus Varmienſis, Regni Poloniæ Princeps & Conſiliarius: *Legatos* Georgii *Podiebradii, novi* Regis *Boëmorum, audivit, fœdus petentes,* Regnique *ſucceſſionem Cazimiro, quæ ſecundum Ladiſlaum* Regem *hereditario jure ad uxorem liberosque ipſius, proximos Ladiſlai cognatos, pertineret, pollicentes. Georgium Procerum precibus victum* Regnum *ſuſcepiſſe, ne quis alius præriperet: eo defuncto, ad juſtos heredes rediturum. His reſponſum eſt,* Regem *&c. non commeruiſſe, ut cum uxore & liberis ſuis hereditario* Regno *excluderetur, atque eam injuriam eum ad eam usque diem patienter tuliſſe. Georgium non male feciſſe, facturumque eſſe, ſi aliquam Cazimiri liberorumque ejus rationem in ſuſcipiendo* Regno *duxiſſet, ſique legitimis he-* C
redibus id relinqueret.

5. Idem Cromerus (δ) in iisdem Commentariis ſubſignat: *Jam vero Georgius* Rex *Boëmus, qui magnam retinendi, & ad poſteros ſuos transmittendi Regni Boëmici*
662 *ſpem collocarat, impenſius ſibi liberisque ſuis metuere a Cazimiro Rege incipiebat, quod ejus Regni hereditatem ad ipſum filiosque ipſius per Elizabetham uxorem, Regis Ungarorum atque Boëmorum filiam & ſororem pertinere, intelligebat, &c.* Et iterum alibi: (ε) *Adfuerunt orthodoxorum Boëmorum Legati, petentes ut Cazimirus Regni Boëmici, quod ipſi liberisque ipſius certa quadam ſucceſſione deberetur, curam ſuſciperet: neque id a ſcelerato, perfido, & heretico invaſore occupari pateretur, &c. Nec tamen ſucceſſionis jure ſe & liberos ſuos abdicare volebat: verum ſpectabat, quo fortuna diſſidentium Boëmorum* D
inclinatura eſſet. Et paucis interjectis: *Ad extremum placuit agi gratias Pontifici & Boëmis Proceribus, de oblato Regno, quod Cazimiro liberisque ejus jure optimo deberetur, &c.*

6. Joannes Cochlæus (ζ) Canonicus Vratislavienſis: *Rex Poloniæ Caſimirus, cum eſſet gener Alberti Regis, & ſororius Ladiſlai, cui Georgius ſucceſſerat, fretus antiquo ſucceſſionis jure, quo etiam fœminei ſexus naturales heredes in Regno Bohemiæ ſuccedere poſſunt, deficientibus maſculis, magno cum exercitu ſuperveniens Matthiam e Bohemia diſcedere compulit, pro filioque ſuo Uladiſlao Regnum Bohemiæ obtinuit.*

7. Albertus Krantzius: (η) *Wladiſlaus Bohemiæ & Ungariæ Rex, Caſimiri Poloniæ Regis filius, quod matrem haberet Alberti Imperatoris ejusdem Ungariæ & Bohemiæ Regis filiam, germanam ſororem Ladiſlai noviſſimi de ſanguine Regis.* E

8. Valerius Anſelmus Ryd (θ) ſcribit de Matthia Hungariæ & Bohemiæ Rege electo: *Utrumque Regnum Regibus illis juſtis* (ex ſtirpe Lucemburgia & Auſtriaca) *absque heredibus elatis, Ladiſlao Caſimiri Poloniæ Regis filio, & Alberto Imperatoris ex filia nepoti, pacto reliquit.*

9. Sebaſtianus Munſterus: (ι) *Uladiſlaus, filius Caſimiri Regis Poloniæ & Eliſabethæ ſororis Ladiſlai Regis Ungariæ, poſt mortem Georgii Pogiebracii, qui ſe vi in Regnum intruſerat, fit Rex utriusque Regni Bohemiæ & Ungariæ, genuitque Ludovicum & Annam.*

Iii 10. Pan-

(α) *Volaterranus*] lib. 7. Geograph. in Bohem. quem tamen perſtringit Joh. Ludov. Decius *lib. 2. de Jagellon. famil.* quod dicat Uladiſlaum Georgii fuiſſe affinem.

(β) *Herburtus*] lib. 16. Hiſtor. Polon. cap. 10. ex Johanne Dlugoſſo Canonico Cracovienſi, & Cazimiri Regis liberorum moderatore.

(γ) *Cromerus)* de Rebus Polonorum lib. 24. fol. 362. Neugebaur *lib. 6. Hiſtor. Polon. in Cazimiro II. fol. 351.*

(δ) *Cromerus)* de Rebus Polon. lib. 26. circa fin. Salom. Neugebaur *dict. lib. 6. hiſtor. Polon. fol. 386. in fin.* F

(ε) *Iterum alibi,)* lib. 27. fol. 396. col. 2: & fol. 397. col. 2. idem Neugebaur *dict. lib. 6. fol. 388.*

(ζ) *Cochlæus)* in Hiſtor. Huſſit. lib. 12. anno 1471. fol. 440.

(η) *Krantzius)* lib. 13. Saxoniæ, cap. 17.

(θ) *Ryd)* in Catalog. annor. & Princip. fol. 55.

(ι) *Munſterus)* lib. 3. Coſmograph. in Boh.

A 10. Pantaleo Candidus (α) eodem reſpexit, quum de ſucceſſione Uladislai Re-
gis ita eccinit:

Exin Uladislaus obit data munia Regis,
Cui germana Ladislai pulcerrima mater,
Et genitor Caſimirus erat Rex *ille Polonûm.*

11. Quin ipſimet Bohemiæ Ordines ultro recognoverunt, Uladislao Regnum
663 utrumque jure hereditario deberi. Sic enim Bohemorum Legati ad Hungaros pro re-
cipiendo dicto Rege Uladislao miſſi, inter cætera dixiſſe memorantur: (β) *Si heredi-
tario jure* Regna *dari ſolent, & nemo propria hereditate ſine magno ſcelere defraudari
poteſt, profecto Uladislaus jure ſuo* Regnum *hoc ſibi poſtulabit. Etenim Uladislai* Regis
B *primigenus e ſorore nepos eſt: & Alberti Sigiſmundique pronepos abneposque, qui qui-
dem omnes Ungariæ Bohemiæque partibus imperarunt, inter Divosque relati ſunt.
Quin etiam patrui ſui jure idipſum expoſcit, &c.* Ex quibus verbis luce meridiana cla-
rius eluceſcit, Ordines Bohemicos Regna Hungariæ & Bohemiæ non pro electivis, ſed
aviris & hereditariis tum agnoviſſe.

12. Pactum autem, cujus Rydius meminit, tale fuiſſe Bonfinius (γ) ſcribit:
Convenit inter eos (Matthiam Hungariæ & Uladislaum Bohemiæ Regem) *ut ſua
quisque Regna tuto repeterent. Moravia, Sileſia, quousque viveret, Matthiæ Regi
cederet: poſt mortem, repenſis Matthiæ ſucceſſoribus CCCC∞ numûm aureûm,
Uladislao Regi utraque reciderat: Uladislaus, reſtitutis, quæ capta in ea fuerant,*
C *Bohemia tota potiretur: Boëmici Regni titulo uterque, dum viveret, legitime fruere-
tur: poſt Matthiæ Regis exceſſum, titulus,* Regnum, *& provinciæ ejus appendices,
Uladislao cederent. Contra, ſi forte Uladislaus ante ipſum exceſſerit, his omnibus
Matthias cum poſteritate integro jure potiretur. Multi adjiciunt, adaucta inter eos
mutua benevolentia conveniſſe, ut uter prius vita deceſſerit, alter alteri pari jure
ſuccederet.* Et Matthias Michovius (δ) Canonicus Cracovienſis Polonus: *Anno
MCCCCLXXIV. Februarii XII. conſentiente Rege Hungariæ & Bohemiæ, Ba-
rones apud Pragam concluſerunt, ut Wladislaus Bohemiæ Rex univerſam Bohemiam
cum utraque Luſatia, & duobus Ducatibus Sweidnicenſi & Jaworienſi: Matthias
vero Hungariæ Moraviam cum reſidua Sleſiæ parte habeant. Quod ſi Hungarus prior*
D *obiret, non ſuſcepto pignore, ad Regem Wladislaum univerſa ſimpliciter devolveren-
tur: ſi vero pignore ſuſcepto obiret, ducenta millia florenorum darentur filiis ſuis, &
de omnibus excedere tenerentur. Et eadem viciſſitudo in Rege Bohemiæ obſervetur.*

13. Uladislao defuncto ſucceſſit filius minorennis Ludovicus Rex, ſub tutela
Maximiliani I. Imperatoris futuri ſoceri, & Sigiſmundi Poloniæ Regis patrui,
anno MDXVI. jam annos ante decem adhuc infans coronatus. Succeſſit, in-
quam, non jure electionis, quæ nulla interceſſit, licet coronatio pupilli cum Pro-
cerum conſenſu fuerit peracta, ſed jure puro puto hereditario, ut teſtatur Georgius
664 Sautomanus (ε) JC. & Conſiliarius verbis non obiter notandis, quæ ſic habent:
Quanta celeritate, quam infeſto agmine Pannonias repetiverit, cum Rex Uladislaus
E *ſine herede Regnum relicturus videretur, & eum tanquam diſceptatorem & ſimul
ſucceſſorem accerſiviſſet, quia plerosque Regni Proceres ad id largitione & perni-
cioſis factionibus anhelare compertum eſſet. In qua expeditione præter militarem
laudem, animi ejus quoque æquitas inſigniter enituit. Nato enim Regi in ipſo re-
rum motu, præter omnium ſpem divinitus filio Ludovico, eum ipſum Cæſar primum
hanc lucem aſpicientem coram Regni heredem ultro agnovit, ſumma pietate pronuncia-
vit,*

(α) *Candidus*] lib. 4. Bohemaid fol. 102.

(β) *Memorantur*) apud Bonfinium *rer. Unga-
ric. decad. 4. lib. 9. fol.* 661.

(γ) Bonfinius) dict. decad. 4. lib. 3. fol. 576.
F & ex eo Jacob. Gordonus in *Chronolog. anno* 1479.
Videatur Dubravius *lib.* 31. Hagecius in *Chron.
Bohem. anno* 1490. Boregk. in *Chron. Bohem. in
Uladiſlo Rege, fol.* 588. Ludov. Perſona in *Orat.
de VVitteberga.* At Johannes Sommerus Pirnenſis
Hungarus in *Poemat. de Regibus Ungar. cap.* 33.
ſcribit, Uladislaum ducta Beatrice Aragonia, Mat-
thiæ Regis vidua dotis nomine Regna Pannonica
tuliſſe.

(δ) *Michovius*] in Chronic. Regum Polon.
lib. 4. cap. 70.

(ε) *Sautomanus*] in Orat. funebri Maximilia-
ni I. Imperat. habita anno 1519. Hofmannus in
*tract. de Elect. & coronat. Cæſarian. in Maximi-
liano I. Imper.* Et hoc eſt tertium modeſtiæ, inte-
gritatis & juſtitiæ exemplum, noſtris perverſiſſimis
moribus admirabile, quo Regnum oblatum, &
jam quæſitum, legitimo hæredi refutatur & con-
ſervatur. Ah quantum ab illa majorum noſtro-
rum integritate receſſimus! interim miſeri & inno-
centes cruciabiliter premuntur, & juxta illud Ho-
ratianum lib. 1. Epiſt. 3.

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.

vit, auctoritate armata conſtituit, confirmavit, atque (quod pauci admodum feciſſent) pedem non dubitanter ex tot Regnorum quaſi poſſeſſione retulit, ſimul omnem exercitum provinciæ innoxium reduxit. A

14. Richardus Bartholinus (α) Peruſinus, Poëta Cæſareus, in publica ſolemnitate Uladiſlaum Regem ita compellavit: *Tot rebus a te fortunatiſſime geſtis, hoc etiam felicitatis Deum optimum Maximum addidiſſe video, quod cum jam ætate confectus ſis, præſtantiſſimos liberos, ſereniſſimum ſcilicet Ludovicum, & Annam ſuperſtites habeas, quorum alterum cum jam pene infans eſſet, non ſolum tibi duobus in Regnis ſucceſſorem vivens cooptaſti, ſed etiam Cæſari Principum maximo una cum ſorore Anna, contracta jam diu affinitate, nuper conſtanter firmata, ut jungeretur, curaviſti.*

15. P. L. P. Monachus Brzewnioviensſis (*) ſcribit: (β) *Poſt obitum Regis Wladiſlai, antequam filius & heres Regni regimen ob teneram ætatem adeptus ſit, &c.* Et poſtibi: *Anno Domini MDXXII. Ludovicus Rex pro occupanda ſede ſeu ſolio hereditario, &c.* Hic bonus pater tum in Bohemia & vixit & ſcripſit, quum Ludovicus ad Regnum aſſumeretur, ut cum juſtitia cauſæ ſucceſſoriæ latere minime potuerit, eoque nomine majorem fidem, quam exteri nonnulli & rerum imperiti, mereatur. B

665 16. Sebaſtianus Munſterus: (γ) *Ludovicus utriuſque Regni heres & ſucceſſor, qui anno MDXXVI. periit.* Et Joan. Sommerus (δ) Poëta Hungarus:

Filius in Regnum venit Ludovicus avitum, &c.

17. Hagecius (ι) refert, Ludovicum Regem anno MDXVIII. Legatos ad Conventum Ordinum Bohemiæ miſiſſe cum hac inſtructione: *Daſs Ihre Königliche Majeſtät von allen dreyen Ständen des Königreichs Böhmen, als deren Erbe und gekrönter Böhmiſcher König, ins Land gelaſſen werden möchte.* Et Ordines Legatis reſpondiſſe in hunc modum: *Daſs ſie dem König Ludwig, als ihrem gnädigſten Kænig und Erbherrn, auch gerne vor mündig annehmen wolten, &c.* C

18. Et hactenus quidem ſtirps Polonica in Regnis Bohemiæ atque Hungariæ jure hereditario (**) regnavit. Nam Ludovicus in prœlio Mohacienſi a Turcis interfectus locum ſuccedendi in Regno fecit Annæ ſorori unicæ, & ejus marito Ferdinando Archiduci Auſtriæ, ut jam dicemus.

(α) *Bartholinus*] in Oratione habita in conventu Cæſaris Maximiliani I. & trium Regum Uladiſlai Hungariæ, Sigiſmundi Poloniæ, & Ludovici Bohemiæ, in templo Cathedrali Viennenſi anno 1515. Et ex iſtis Bartholini verbis; qui tum impræſentiarum fuit luculenter conſtat, quo pacto Uladiſlaus Rex voluerit puſillum coronari, & in Regno ſucceſſorem ac hæredem declarari: eodem nimirum, quo & ante eum Sobieslaus Uladiſlaum nepotem, Uladiſlaus I. Fridericum filium, Primiſlaus Wenceslaum, & Carolus IV. itidem Wenceslaum filium coronari & confirmari voluere. Quod non eſſe in Regnis hæreditariis inſolens, infra dicemus.

(β) *Brzewnioviens.*] lib. 1. de caſibus & ſeditionibus in Bohemia ſub Ludovico Rege, cap. 3. Cujus integer tractatus inſertus à Pontano *Bohemia pia lib. 7.*

(γ) *Munſterus*] lib. 3. Coſmograph. in Bohemiæ deſcriptione, Eadem habet Franciſc. de Roſieres in *Stemmat. Lotharing. Ducum, in hiſtor. capital. 68. fol. 233.* Jacob. Boiſſardus in *hiſtor. rer. Ungaricar. anno 1521.* Calviſius in *Chronolog. anno 1516.* Miræus *de Rebus Bohem. cap. 3. num. 50.* D

(δ) *Sommerus*] in Poëmat. de Regibus Ungar. cap. 34. quod compoſuit Coronæ in Tranſſylvania anno 1567.

(ι) *Hagecius*] in Chron. Bohem. anno 1518. part. 2.

(*) Vide quæ de hoc auctore, (quem Burianum vocat) ad *cap. 5. §. 13.* notavit Balbinus. E

(**) Quos hoc capite ex ſtirpe Polonica in Bohemia jure hereditario multis teſtimoniis graviſſimorum Auctorum docet Goldaſtus, illos ordinum decreto & libera electione ad dignitatem regiam perveniſſe ſcribit Stranskius *de Republ. Bojema cap. 5. §. 25.*

CAPUT IX.

Regna Bohemiæ & Hungariæ ad Domum Auſtriacam jure uxorio redierunt. Anna Uladiſlai Regis filia unica fratri Ludovico Regi improli proxima hæres ſuccedens, maritum Ferdinandum Archiducem Regni fecit compotem, qui Regiam ſucceſſionem in ſtirpe Auſtriaca ad hodiernum uſque diem hereditario propagavit & firmavit. Succeſſio fœminina in Regnis Bohemiæ ac Hungariæ quinque præjudiciis comprobatur. F

A Auſtriacos jure uxorio Regna Bohemiæ & Hungariæ eſſe adeptos, conſtans hominum prudentium (α) eſt ſententia, nec ipſa acta (β) publica non idem affirmant. Nos ex potiorum dictis ac ſcriptis excerpemus, quæ ad inſtitutum noſtrum facere videntur.

666 2. Primum dum Ferdinandus Archidux Auſtriæ in ſua inſtructione (γ) Legatis anno MDXXVI. ad Ordines Bohemiæ miſſis data, petit ſe recipi tanquam proximum uxoris nomine heredem, & legitimum ſucceſſorem. Verba hæc ſunt: *Daſs die Hertzogin Anna eine Erbin zu dieſem Königreich ſey, und vermüg des Vertrags, ſo mit Königen Wladiſlao ſeeligſten Andenckens geſchehen, zu dieſem Königreich vor andern den nechſten Zutritt habe.* Et mox: *Derwegen ſo ſey Ihre Fürſtl. Durchl. wie auch* B *die Hertzogin Anna, als der nechſten zu dieſer Cron, bitten und begehren, dieſelbe zu ihren Herren anzunehmen.*

3. Paulus Jovius (δ) Novocomenſis, Epiſcopus Nucerinus, & Summi Pontificis Hiſtoriographus: *Ferdinandus ex veteri controverſia ejus litis, quæ agitata fuerat inter Matthiam Corvinum & Federicum Cæſarem proavum, præclara hereditatis jura proferebat, ducta ſcilicet a Ladislai morte, qui in Bohemia veneno ſublatus ferebatur ambitione malignitateque Georgii Poggibratii, qui Bohemiæ affectans Regnum, id paulo poſt occupavit; videbaturque advenisse tempus, quo Ferdinandus Bohemico auctus Regno, nec oblitus ſui juris, Pannoniam non iniqua ratione repeteret, Auſtriaco ſanguini, ideoque ſibi ab Alberto Principis memoria debitam* &c.

C 4. Hieronymus Gebvvilerus (ε) Argentuarienſis: *Percepta Regis ſui morte Bohemi, e veſtigio Principi Ferdinando legatos ſuos mittunt, ſceptrum Regni ultro illi offerentes, quod utriusque & Pannonici & Bohemici Principatus Regium diadema per Ludovici Regis ſine prole defuncti obitum, ſoli Ferdinando hereditario deberi cognoſceret, quodque præter Dominam Annam Ludovici Regis ſororem, ac Ferdinandi Principis thori conſortem, proximior heres ſupereſſet nemo.*

5. Beatus Rhenanus (ζ) Patricius Seleſtadienſis Ferdinandum Cæſarem hiſce verbis compellat: *Nullus hodie Germaniæ Principum eſt, qui plures provincias poſſideat propriæ ſuæ ditioni ſubjectas, in quas olim tranſcenderint Germani. Nam & Pannoniam ſecundam proximis annis acquiſivisti, juſtiſſimo titulo Rex illius poſt affinis tui Ludovici mortem factus.* D

667 6. Sebaſtianus Munſterus (η) Baſilienſis: ***Anna Soror Ludovici Regis nupſit Ferdinando Hiſpano, qui poſt mortem Ludovici factus eſt Rex utriusque Regni.***

7. Caſpar Cropacius (θ) Poëta Bohemus minime contemnendus de Ludovico ſtirpis Polonicæ ultimo Rege canit.

— — Regnumque ſorori
Poſt obitum caſu miſerando linquit utrumque.
Cæſaris hæc conjux Fernandi reddita, in ipſum
Amborum regimen regnorum tranſtulit hæres.

8. Guilielmus Rouillius (ι) Lugdunenſis Sequanus de Ferdinando: *Uxorem ac-* E *cepit Annam Uladiſlai Hungariæ & Bohemiæ Regis filiam unicam, ſororemque eandem*

(α) *Prudentium*] Arniſæus *lib. 2. de Republ. cap. 2. ſect. 12. num. 31.* Althuſius in *Politic. cap. 17. num. 54.* Trajanus Boccalinus in *politiſchen Probierſtein aus Parnaſſo, part. 1. cap. 27.* Hippolitus à Collibus in *Principe, cap. 2.* Jacob Valdeſius *de Prærogativ. Hiſpan. cap. 14. num. 7.* Martin Magerus *de Advocat. armat. cap. 9. num. 1126.* Chriſt. Matthias *lib. 3. Syſtem. polit. exercit. 1. ſect. 5. theor. 24. fol. 312.* Johan. Gerhardus F *Locor. theologic. tom. 6. de Magiſtrat. Polit. num. 86.* Henelius in Sileſiograph., cap. 7. fol. 87. Doctor Widemannus in *Informat. Hungar.* Baro Streinius in *Information. Bohemic.* Miræus in *libell. de Reb. Bohem. cap. 3. in fin.*

(β) *Acta*] videantur Acta *aller Handlungen zwiſchen König Ferdinanden und etlichen Perſonen, Herren, Ritter und Burger-Standes der Crone Bœhem, ſo aus befelch Ihrer Majeſt. verfaſt, und ſampt dem Land-Tag* anno 1548. *in Druck gegeben worden*, apud Hortlederum *part. 2. vom Teutſchen Krieg, lib. 3. cap. 83. fol. 676.*

(γ) *Inſtructione*] quæ habetur in *dictis actis*, & repetitur à Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem. num. 9.*

(δ) *Jovius*] lib. 28. Hiſtor. ſui tempor. tom. 2. fol. 133.

(ε) *Gebwilerus*] in *Epitom. Regii ac vetuſtiſſimi ortus Archiducum Auſtriæ ac Habsburgenſ. Comitum lib. 3. cap. 9.*

(ζ) *Rhenanus*] in Præfat. ad Ferdinandum Roman. Regem anno 1531. ſcripta & *Commentariis Rer. German.* præfixa.

(η) *Munſterus*] lib. 3. Coſmograph. in Bohemia, cap. 12. Adde Laurentium Surium *lib. 1. Commentarior. ſui tempor.*

(θ) *Cropacius*] in lib. de Ducibus & Regib. Bohem. in Ludovico Rege.

(ι) *Rovillius*] in Promptuario Iconum part. 2. in Ferdinando Imper. fol. 234.

dem Ludovici Hungariæ ac Bohemiæ Regis ultimi, per cujus obitum jure hereditario A
hæc Regna poſſedit.

9. David Chytræus (α) Theologiæ Doctor & Profeſſor Roſtochienſis: *Uladiſ-*
laus Bojemiæ & Ungariæ Rex, filiam Annam, uno ante mortem anno, uni ex Maximi-
liani Cæſaris nepotibus hac conditione deſpondit, ſi filius Ludovicus absque hærede
decederet, ut in utroque Regno gener ſuccederet. Quæ aditum Ferdinando marito ad
Bojemiæ & Ungariæ Regnum poſtea Ludovico a Turcis cæſo, patefecit.

10. Johannes Crato (β) a Craftheim Sileſius, trium Imperatorum Conſiliarius
& Archiater Aulicus: *Ferdinandus, ducta in matrimonium, extincto Rege Ludovi-*
co fratre, Anna Regina, Uladislai Regis Hungariæ & Bohemiæ, Poloniæ vero Sigis-
mundi fratris filia, in Regno Hungariæ & Bohemiæ Ludovico ſucceſſit. B

11. Nicolaus Henelius (γ) Juris utriusque Doctor Vratislavienſis Sileſius: *Anna*
Ludovici fratris hæres unica Ferdinando Imperatori, Regi Hungariæ & Bohemiæ
&c: *nupta*, &c. Et iterum in alio loco: *Cum nullos Ludovicus reliquiſſet liberos,*
Ferdinandus ex pactis connubialibus majorumque ſuorum conventionibus, Regnorum
atque Provinciarum relictarum hæreditatem adiit.

12. Nec aliam mentem ipſa veritas Illuſtri Comiti Slickio (δ) ſuggeſſit, dum in-
genue fateretur, Regi defuncto filium, ejusque poſteros maſculos; iisque non exſtan-
tibus, filiam ſuccedere: & hoc jure Bohemos uti ſtatutis Regni municipalibus con-
firmato.

668 13. Atque hoc eſt quintum exemplum ſive præjudicium ſucceſſionis fœmininæ in C
Regno Bohemiæ. Quorum primum erat Libuſſæ, quæ Croco patri cum marito Pri-
mislao Stadiczio: alterum Eliſabethæ, quæ Wenceslao fratri, ſtirpis Stadiczianæ ul-
timo, cum marito Johanne Lucemburgio: tertium ſimiliter Eliſabethæ, quæ patri
Sigismundo Cæſari, ſtirpis Lucemburgiæ poſtremo, cum conjuge Alberto Auſtriaco:
quartum itidem Eliſabethæ, quæ fratri Ladislao, ſtirpis ſecundæ Auſtriacæ ultimo
cum marito Caſimiro Poloniæ Rege; quintum denique iſthoc Annæ, quæ Ludovico
fratri ſtirpis Polonicæ Jagelloniæ poſtremo, cum conjuge Ferdinando Auſtriaco, in
Regnis Hungariæ & Bohemiæ, jure hereditario & proximitatis, legitime ſucceſſerunt.
Quod præter alios ingerit etiam Johannes Cochlæus (ι) (vulgo Wendelſtein) Norim-
bergenſis, SS. Theologiæ Doctor in hunc modum ſcribens: *Legati igitur quibus ultra* D
privilegium iſtud, & factum & exemplum ſuperiorum temporum, producere proderit,
in generali conventu facile a majori & ſaniori parte conſenſum pro Duce Alberto in Re-
gem aſſumendo, qui & uxorio & ſuo jure ac ſoceri judicio potiebatur, cunctisque præ-
ferendus erat: quandoquidem prius per filiam Wenceslai III. Regis Comes Lucem-
burgenſis Johannes filius Heinrici VII. Imperatoris, pater Caroli IV. in Regem aſſum-
ptus a Bohemis fuerat.

14. Nec Bohemiam tantum, ſed conjunctas etiam provincias, Moraviam, Si-
leſiam & Luſatiam, jure hereditario fuiſſe delatas, priusquam ad reliquas probationes
de Regno ipſo pertendamus, e re eſt inſtituti noſtri, ut interpoſito hoc capite ediſſer-
temus. E

(α) *Chytræus*] in hiſtor. Saxon. & vicinar. gent. lib. 1. fol. 33. in fin.

(β *Crato*] in Præfat ad Rudolphum & Erneſtum Archiduces &c. prævia Dubravii Hiſtor. Boh.

(γ) *Henelius*] in Sileſiograph. cap. 7. fol. 87. & in Breslograph. cap. 5. fol. 53. Eadem habet Theodoricus Pieſpordius Secretarius Archiducalis Burgundius in *Stemmat. Princip. Habſpurgi Auſtriac. in ſchemat. 2. de Ferdinando I. Imper.* Arniſæus *dict. cap. 2. ſect. 12. num. 31.*

(δ) *Slickio*] Joachimus Andreas Slickius Comes in Paſſaun, &c. in *kurtzer* Information *von der Kœniglichen Erb- und der Standen Wahl-Gerechtigkeit in Bœhmen, §. 11. de anno 1617.*

(ι) *Cochlæus*] in Hiſtor. Huſſitar. lib. 9. fol. 314.

CAPUT X. F

Moravia jam inde ab initio jure hereditario deferebatur. Bohemiæ ſub-
jecta cœpit jure apennagii fratribus junioribus eodem jure ſucceſſionis hereditariæ
concedi. Eadem Luſatiæ conditio fuit, nec non & Sileſiæ, quæ fratribus tri-
buta etiam ſub regno Polonico fuit. Hinc Glogoviæ & Ligniciæ Duces ſeſe

A *Heredes Poloniæ ſcripſere. Regnum Poloniæ fuit ſucceſſivum & hereditarium*
in Regiis familiis Lechia, Piaſtia & Jagellonia uſque ad Sigiſmundum Augu-
ſtum Regem poſtremum ex ſtirpe Jagellonia. Wenceslaus Ottocari filius Rex Bo-
hemiæ ad regnum Poloniæ iure uxorio & adoptionis pervenit; idemque ius in fi-
liam ſuam, & eius maritum Johannem Lucemburgium, derivavit Poloniae
Regnum Imperio feudatarium & clientelare. Transactio inter Regem Polo-
niae Caſimirum, & Regem Bohemiae Johannem ſuper Regno Poloniae &
Magno Ducatu Sileſiae. Regnum Poloniae Fridericus Elector Brandebur-
giae, ab Ordinibus electus refutat, exſiſtente fratre herede proximo. Hungar ac
B *regnum ſimiliter Jure hereditario defertur.*

669 ET quidem Moraviam jam inde ab antiquiſſimis temporibus Reges ac Principes
habuiſſe nullo electionis, ſed ſolo κληρονομίας & ſucceſſionis jure, jam ſupra (α)
indicavimus, ubi Tudri Quadorum, Suevicæ ſive Saxonicæ gentis, familiam
Regiam in Moravia jure hereditario regnaſſe docuimus.

2. De Vangione & Sidone Moravorum Regibus ex Regia Tudría familia ſucce-
dentibus ita commentatur Wenceslaus Hagecius: (β) *Deſs andern jahres nach die-*
ſer Schlacht (in qua nimirum Vannius ex Marobodui familia, ut ipſe autumat, in
Moravia tyrannidem occupans fuit a Jubillio victus) *haben Vando und Sido, welche,*
als deſs Vannini Vettern, den anfall gehabt, die Mähriſche und Böhmiſche Länder
C *unter ſich getheilet. Sido aber iſt nach etlicher zeit, als er mit ſeinen feinden geſtritten,*
mit fünffhundert ſeines volcks in der Thonaw erſoffen. Nachmahls iſt auch Vando,
welcher ſeine Unterthanen wol und im frieden regieret, und eine lange zeit zuge-
bracht, endlich geſtorben. Einen Sohn hat er hinder ſich gelaſſen, mit namen Tur-
zo. Und alſo haben nachmals die Mæhrern und Böieni, eine lange zeit, Kœnige
auſs deſs Marckwarts (und Thudri) geſchlechte gehabt: etliche ſchreiben, biſs
auff Kayſer Domitianum und Bapſt Clementem: etliche wœllen, daſs deſs Marck-
warts, Vannini und Vandi geſchlecht, ordentlich gewehret habe biſs auff Kœnig Sua-
topluck, welcher geſtorben iſt nach der geburt unſers Herrn Chriſti, anno 902.

3. De quo Zuantopluco ſive Zuenribolcho ſcribit Rhegino (γ) Prumienſis Ab-
D bas: *Zundibolch Rex Marabenſium Sclavorum diem clauſit extremum, cujus Re-*
gnum filii ejus pauco tempore infeliciter tenuerunt, Ungaris omnia uſque ad ſolum de-
populantibus.

4. Poſtquam autem Moravia, exſtincta illa prima Regia Moymaria familia, fuit
Imperatorum noſtrorum beneficio in Bohemiæ Duces ac Reges ſub Marchionatus di-
670 gnitate translata, (*) cœpit ſub jure apennagii junioribus fratribus, quos *Cadetos*
Galli vocant, & proximis agnatis conferri. Qua de re ſignanter Nicol. Betſius (δ)
JC. Conſiliarius Haſſiacus & Hanovianus: *Hoc jus*, inquit, appanagii, *tametſi pro-*
prie ſpectet ad jus Gallicum, & iſtius Regni ſucceſſionem, tamen non diſſimile jus ob-
ſervatur a reliquis Regibus & magnis Principibus, ſucceſſionem ſolius primogeniti in
ditionibus & Principatibus ſuis obſervantibus, uti manifeſtum eſt in Regnis *Angliæ,*
E *Hiſpaniæ, Portugalliæ, Bohemiæ, Poloniæ: in quibus duobus ultimis tamen nonnun-*
quam integræ ditiones, pleno dominii jure minoribus natu fratribus attributæ fuerunt.
Quo in loco *ditiones*, intelligit Marchionatus Moraviæ Olomucenſem, Brunnenſem,
Znoymenſem: Magni Ducatus Sileſiæ Glogoviam, Oppaviam ſeu Troppaviam, Te-
ſchiniam, Munſterbergam, Glaciam, &c. Marchionatus Luſatiæ Gorlicenſem, Bu-
diſſinen-

(α) *Supra*] hoc lib. 6. cap. 2. §. 5. & ſeqq.
(β) *Hagecius*] in Chron. Bohem. in proœm.
F de origine Bohemor., & ex eo repetit Johannes Sandelius Zluticenſis, civitatis Regiæ Cadanæ Notarius ſive Syndicus, in *Præfat. ad Rudolphum II. Imper. de anno* 1596.
(γ) *Rhegino*] lib. 2. Chronicor. anno 894.
(δ) *Betſius*] in tract. de Pactis familiar. illuſtr. c. 8. fol. 340. Porro de Jure hoc appennagii videndus Franciſc. Raguellus in *Indice des traicts Royaux & Signeuriaux, verb. appennage, & verb. cadet.* Joh. Nicotius in *Dict. Gallico-Latin. in dictis verbis.*
(*) Ipſe Carolus IV. Imperator in collatione Marchionatus Moraviæ tanquam feudi Regum Bohemiæ Johanni fratri ſuo de anno 1355. agnoſcit Bohemiæ Reges Marchionatum hunc a Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus in *feudum tenuiſſe & in feudum præſentialiter tenere.* Vide hanc collationem *in ſupplemento noſtro Actor. Publ.*

diſſinenſem, &c. quas ditiones junioribus fratribus conceſſas fuiſſe, in hiſtoriarum Bo- A
hemicarum monumentis paſſim proditur: e quibus paucula exempla delibabimus.

5. Scribit Dubravius Olomucenſis Epiſcopus: (α) *Uratislaus poſt Spitigneum natu maximus Bojemiæ Princeps declaratur: & ab eodem Moravia ſic inter duos fratres dividitur, ut Olomucium Othoni, Brunna pariter & Znoyma Auſtriæ proxima Conrado deferatur.*

6. Coſmas (β) Pragenſis Epiſcopus: *Rex Uratislaus iratus eſt contra fratrem ſuum Conradum* (Marchionem Moraviæ Brunnenſem) *qui favebat parti filiorum fratris ſui Ottonis* (Marchionis Moraviæ Olomucenſis) *Zuatopluck videlicet & Ortitz, quibus expulſis de paterna hæreditate, filio ſuo Boleslao Rex urbem Olomucz & alias civitates tradiderat.* Et mox illico: *Ingreſſus eſt cum exercitus Moraviam, ut eum ſimiliter expelleret de provincia, quæ ſibi ſorte ac funiculo hæreditatis, & per conceſſionem jure acciderat paternam.* B

7. Wenceslaus Hagecius (γ) Presbyter Bohemus ſcribit de Sobieslao Moraviæ Marchione per fratrem Uladislaum Bohemiæ Ducem expulſo: *Sobieslaus begabe ſich zum Kayſer gen Maintz, und bat, damit ihme durch die Kayſerliche gewalt ſeine Erbſchafft wiederumb eingereumbt würde.*

8. Idem (δ) ſcribit, Johannem Regem Carolo filio primogenito conceſſiſſe Marchionatum Moraviæ ſub nomine Principis Bohemiæ. Verba ejus ſunt: *Der Kö-*
671 *nig Johannes raumbte ſeinem ſohn Carolo das Marggraffthum Mähren erblich ein, damit er ſich deſſen ein Marggraffen ſchreiben ſolte. Deſs Königreichs Böhmen aber machte er ihn zu einem Statthalter,* &c. C

9. Carolus autem, patre mortem obeunte, Rex factus eundem Marchionatum fratri ſuo Johanni, qui Marchionatum Luſatiæ Gorlicenſem a patre acceperat, reſignavit. (*) Qui moriens eundem in filios ſuos Jodocum & Procopium, Luſatiam autem Gorlicenſem in Johannem natu minimum, hereditario derivavit. Nicolaus Betſius (ε) eleganter ad rem diſſerit: *Bohemiæ Reges ſtirpe Lutzelburgica, pariter cum imminutione potentiæ ſuæ, Marchionatum Moraviæ ſecundogenitis conceſſerunt, a quibus primogenitus fuit Jodocus Marchio Moraviæ, cognomento Barbatus, qui poſtea in Regem Romanorum, Wenceslao ejus patruele e ſolio ſuo Imperiali deturbato, Electorum Imperii Septemvirum ſuffragio electus eſt,* &c.

10. Andreas (ζ) Presbiter Ratiſponenſis de Jodoci morte memorans: *Jodocus* inquit, *Marchio Moraviæ & Brandenburgenſis, electus a quibusdam in Regem Ro-* D
manorum, ſine hæredibus moritur: & Brandenburgia ad Sigismundum Regem Ungariæ, Moravia vero ad Wenceslaum Regem Bohemiæ, patruos ejusdem, devolvitur.

11. Æneas Sylvius (η) de Sigismundo Cæſare, tanquam Bohemiæ Rege narrat: *Per idem tempus, Sigismundus Imperator Alberto Duci Auſtriæ genero ſuo Moraviam, ne defenſore careret, dono dedit.* Et Martinus Cromerus (θ) Epiſcopus Varmienſis Polonus: *Ita ut Sigismundus Alberto generoſuo, Auſtriorum Duci, Moraviam donaret, quo eam ab hæreticis vindicaret.*

12. Denique Carolus V. Imp. Ordinesque Imperii de Regis Ferdinandi ditionibus hereditariis ab incurſione Turcorum defendendis, in receſſu Auguſtano, (ι) in E
hunc modum decrevere: *In Hungern, Oeſterreich, Schleſien, Mähren, und andern ihren (Regis Ferdinandi) Erblanden*

13. Quod de Sileſia ſtatuitur, jam ſupra (κ) docuimus, Sileſiacos Ducatus fuiſſe

jure

(α) *Dubravius*] lib. 8. Hiſtor. Bohem. fol. 59. Pontanus in *Bohem. pia lib. 2. fol. 19.*

(β) *Coſmas*] in Chronic. Bohem. lib. 2. anno 1091.

(γ) *Hagecius*] in Chron. Bohem. anno 1123. part. 1.

(δ) *Idem*] dict. part. 1. anno 1333.

(ε) *Betſius*] in dict. tract. de Pact. famil. Illuſtr. cap. 8. fol. 324. Anton. Colerus in *Differt. de Jure Imperii German. ſect. 69.*

(ζ) *Andreas*] in Chronic. de Ducibus Bavar. in anno 1411. Andreas Angelus in *Chronic. Brandenburgenſ.*

(η) *Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. 30.

(θ) *Cromerus*] Rer. Polonicar. ſive de orig. & Reb. geſt. Polonor. lib. 29. *fol.* 296. col. 2. Eadem habet Bonfinius *Rer. Ungar. decad.* 3. *lib.* 3. *fol.* 392. & Abraham Hoſmannus in *tract. de Elect. & coronat. Cæſarian. in Sigiſmundo Imp. fol.* 308. F

(ι) *Receſſ. Auguſt.*] *Reichs-Abſchied zu Augſpurg* anno 1530. §. *Demnach hat ſich.*

(κ) *Supra*] hoc. lib. 6. cap. 8. §. 2. & ſeq.

(*) Inſtrumentum hoc vide in *ſupplemento noſtro.*

A jure apennagii, junioribus fratribus a Rege ſucceſſore conceſſos. Et teſtatur Æn. Sylvius, (α) ſcribens, *Duces Sleſiæ multi numero: inter quos paterna hæreditas per capita dividitur, hinc ſciſſa multas in partes provincia.*

672 14. Verumtamen diviſio hæc Ducatuum Sileſiæ non primum fieri cœpta eſt ſub Regno Bohemico, ſed jam pridem olim obtinuerat ſub regno Polonico in duabus primis Regiis familiis, Lechia (*) & Piaſtia, hereditario in Polonia regnantibus. Et ex Piaſtia quidem Regia ſtirpe adhuc ſuperſunt Duces Lignicenſes & Brigenſes, quibus Regnum Poloniæ poſt exſtinctam lineam Glogovianam, quæ propinquior erat Primislao Poloniæ majoris & Pomeraniæ Tranſuiſtulanæ Duci, a Marchionibus Brandenburgiis interfecto, quam Maſoviana & Cuiaviana, legitimo agnationis & proxi-
B mitatis titulo debebatur, ſi jure magis quam vi agier licuiſſet. Sed in Regnis ac Principatibus vis prævalet juri, juxta illud Poetæ: (β)

Cui vis eſt, jus non metuit, jus obruitur vi.

Nam Uladislaus Locticus, Cuiaviæ & Lanciciæ Dux, a Proceribus ad Regnum vocatus, proximiores illos agnatos per injuriam antevertit & excluſit. Interim tamen ipſi Duces Glogoviæ de jure ſuo nihil decedentes, licet viribus impares, verbis tamen jus ſuum aſſerere & conſervare non neglexerunt. Hinc ille tum Glogoviæ Ducum titulus, *Hæres Poloniæ*; quo de Curæus (γ) teſtatur, ita ſcribens: *Ex vetuſtis monumentis apparet, titulum Henrici III. Ducis Glogovienſis* (qui anno MCCCVII. exſtincto Venceslao Bohemiæ & Poloniæ Rege, Regnum Poloniæ ſibi vindicabat) *fuiſſe*
C *hujusmodi: Henricus D. G. Hæres Poloniæ, Dux Sileſiæ, Dominus Glogoviæ & Poſnaniæ.* Et *fol.* 97. de Primislao Duce Glogoviæ memorat: *Ut apparet ex veteribus monumentis, ipſe etiam ſe Dominum & Hæredem Regni Poloniæ ſcribebat.*

15. Tandem dicuntur Duces iſti jus ſuum ex pacto ceſſiſſe Wenceslao III. Bohemiæ Regi, Ottocari filio, qui & Leskonis Nigri (δ) anno MCCLXXXIX. defuncti & Griffinæ materteræ adoptione jam Cracoviæ & Sendomiriæ Ducatus; & ipſum Poloniæ Regnum cum Ducatu Pomeraniæ ulterioris, (ε) jure conjugis Richſæ, (ζ) unicæ Primislai Regis anno MCCXCVI. a Brandenburgiis cæſi filiæ ac heredis, conſecutus erat. De quo triplici jure Poloniæ Ordines melius informati, rejecto Uladislao

D (α) *Sylv.*] in Comment. de Eur. ſtatu ſub Friderico III. Imp. cap. 18.

(β) *Poeta*] Marcelli Palingenii Stellati in *Zodiaco vita in Capricorno.* Cui ſimile illud Senecæ Tragœdi in Hercul. furent.

Jus eſt in armis, opprimit leges timor.

Ubi Martinus Delrio in *Commentar.* & ante eum Laurentius renatus Barrenſis & Jacob. Pamelius in *Annotat. ad Tertulliani Apologetic. adverſus gent. cap.* 25. Pet. Gregorius Tholoſan. *lib.* 7. *de*
E *Republ. cap.* 17. *& ſeq.* Jacobus Valdeſius *de dignitate Hiſpan. cap.* 18. *num.* 14.

(γ) *Curæus*] in Annalibus Sileſiæ fol. 91.

(δ) *Leskonis Nigri*] Dubravius in *hiſt. Bohem.* Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 1291. Boregk. in *Chron. Bohem. in VVenceslao Rege fol.* 249. Nec diffitentur Polonorum hiſtorici, Herburtus, Dlugoſſus, Michovius, Vapovius, Cromerus, Guagninus, Decius, Dantiſcus, Neugebaur, niſi quod negent Griffinæ adoptionem, donationem & ceſſio-
F nem de jure conſtare aut validam eſſe potuiſſe, in præjudicium agnatorum & hæredum legitimorum.

(ε) *Pomeraniæ ulterioris*] nempe Tranſviſtulanæ, quæ & *Pomerellia* dicitur ad differentiam Pomeraniæ citerioris, quæ hodieque à ſuis Ducibus S. Imperii clientibus gubernatur. Fuiſſe autem Pomeraniam juri ſucceſſivo & hereditario obnexam etiam filiabus ac feminis teſtatur Albert. Krantzius *lib.* 2. *VVandal. cap.* 22. ſcribens; *Ex Adolphis incertum quis, qui ducta uxore filia Miſtvvoi Ducis Pomeraniæ, ſe Ducem ſcriberet Pomeraniæ, ut teſtantur, quæ extant, litteræ cum ſigillis.* Fuit autem Adolphus hoc nomine VII. Holſatiæ & Schaumburgiæ Comes, qui ſibi uxoris jure Ducatum Pomeraniæ & Caſſubiæ poſt Soceri obitum anno 1295. defuncti contra Primislaum Ducem majoris Poloniæ, & ejus ſucceſſorem Uladislaum Locticum Cujaviæ Ducem, implorato Cæſaris Adolphi Ordinumque Imperii auxilio, vindicabat, ut teſtatur Henninges in *Genealog. in ſtirpe Gryphon.* & Reuſnerus in *eadem fol.* 470. Etiam Peterſen in *Chron. Holſat. part.* 2. *fol* 75. & Spangenberg. in *Chron. Schavvenburg. lib.* 2. *cap.* 6. *in princ.* aſſerunt, Adolphum ſeſe ſcripſiſſe, *Herrn zu Pommern, Heredem Pomeraniæ,* id eſt Dominum ac Principem Hereditarium.

(ζ) *Jure conjugis Richſæ*] quæ & Eliſabetha dicta; Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 1300. *fol.* 361. Boregk in *Chron. Bohem. in VVenceſlao Rege fol* 252. Æneas Sylvius in *Hiſtor. Bohem. cap.* 28.

(*) Erravit in hoc Goldaſtus, nam quæ unquam fuit familia *Lechæa*, cum unicum *Lechum*, & nullam ejus prolem, quæ regnarit, adferre poſſimus. Et an quæſo, ii, quos ipſe nominavit ante *Piaſtum* Principes *Lechi* fuerunt? quid de *Wenceslao II. Bohemiæ Rege VI.* dicet, quem omnes Poloni Scriptores *Poloniæ Regem* appellant? ex qua gente is fuit? an *Lechæus*, an *Piaſtæus*, an *Jagellonides?* Idem Goldaſto de *Sigismundo Sueco Uladislai* Patre objici poteſt, qui dum hæc *Goldaſtus* ſcriberet, in *Polonia* regnabat. Balbinus *lib. III. Miſcell. Bohem. cap.* 22. §. 4.

673 lao Loctico, Wenceslaum recipientes, eum Gneſnæ anno MCCC. ſolemniter coro- A
naverunt. Idem Curæus (α) breviſſime rem complectitur; *Uladislaus Locticus*,
inquiens. *Rex Poloniæ venit in odium apud omnes Ordines, & tota Polonia ſeſe Ven-
ceslao Bohemiæ Regi ſubjecit: qui duxit Elizabetham Primislai Regis filiam, & cum
ea adeptus eſt Poloniam majorem & Pomeraniam.*

16. Wenceslaus in Poloniæ Regno inauguratus, illud ſibi heredibuſque ſuis ab
Alberto I. Imperatore, in Comitiis Moguntiæ eodem anno MCCC. habitis confir-
mari voluit, recepto Regno in feudum hereditarium, & præſtito ſolemni homagio in
præſentia Electorum ac Principum Imperii. Exſtant literæ inveſtiturales, (β) in qui-
bus legitur: *Derentwegen vergönnen und verleyhen wir dir, in krafft des Römiſchen
Keyſerthums, daſs du ſampt deinen Erben und nachkommenden Königen in Böheim,* B
*die Länder, welche du nach dem Hertzogen Wladislai in Groſs-Pohlen erlanget und
innehaſt, erweitern, und nach geſtalt des Lehenrechten jetzt und in künfftigen ewi-
gen Zeiten erhalten mögeſt.*

17. Carolus IV. (γ) Imperator & Bohemiæ Rex de Transactione inter Johan-
674 nem Bohemiæ & Caſimirum Poloniæ Regem, arbitrante Carolo Hungariæ Rege,
Wiſſegradi ad Danubium facta, commentatur in hunc modum: *Ibi fecit Rex Caro-
lus pacem inter patrem noſtrum & Cracoviæ Regem, ita quod renunciaret pater noſter
juri ſibi debito in inferiore Polonia, ſcilicet Gneſnenſi & Caliſſienſi, & aliis inferioribus
Provinciis Poloniæ. Rex vero Cracoviæ renunciavit patri noſtro & Regno Bohemiæ* C
*pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, Regibus inferioris Poloniæ, in perpetuum, de omni actione
omnium Ducatuum Sleſiæ & Opoliæ, & civitatis Wratislaviæ. Nam antea erat diſ-
ſenſio inter eos, quoniam avus noſter Wenceslaus II. Rex Bohemiæ poſſederat inferio-
rem Poloniam prædictam cum Ducatibus Cracoviæ & Sandomiriæ, ratione unicæ filiæ
Prziemisl Regis inferioris Poloniæ, Ducis Cracoviæ & Sandomiriæ, quam acceperat
in uxorem. Qui Prziemisl poſt mortem ſuam dederat avo noſtro & Coronæ Regni Bo-
bemiæ in perpetuum, tam Regnum quam Ducatus poſſidendos. Cazimirus vero prædi-
ctus erat patruus ipſius Dominæ, & dicebat ſe jus habere in Regno Poloniæ inferioris,
aſſerendo, quod femina non poſſet hereditare in Regno. Et ſic guerra a longis tempo-
ribus duraverat inter Reges Bohemiæ, & Cazimirum, ac patrem ſuum quondam Wla-* D
dislaum Regem Cracoviæ ſeu inferioris Poloniæ, &c.

18. Sed quia noſtri inſtituti non eſt jura Regni Poloniæ hereditaria perſequi,
finiam eleganti narratione & aureo Cardinalis Senenſis (δ) epiphonemate, quod ſic
habet: *Uladislaus in Regno Poloniæ patri ſuccedens, ad Hungariæ quoque Regnum
accerſitus, in bello Turcorum cecidit. Qua re cognita ſolliciti Poloniæ Proceres de
ſucceſſore, Fridericum Marchionem Brandenburgenſem, qui pueritiam in Regno trans-
egerat, linguamque gentis & mores tenebat, ut Regnum acciperet rogaverunt. Re-
ſponſum datum eſt, Caſimirum Lituaniæ Ducem, qui frater eſſet defuncti, heredem extare.
Sciſcitari ejus animum oportere, cui fraternum paternumque Regnum capienti impedi-
mentum afferre e dignitate ſua Fridericus non duceret. Pari moderatione & Albertus* E
*Bavariæ Dux erga Ladislaum Alberti filium uſus eſt, qui Bohemiæ Regnum ſibi obla-
tum recuſavit. Fridericus quoque Imperator & ab Hungaris & a Bohemis ad here-
ditatem Ladislai vocatus, nunquam audire ſuſtinuit, quod patrueli præjudicium face-
ret. Ingens laus noſtræ ætatis, & magnum decus Germanici nominis, quamvis non
ambigo eſſe aliquos, qui non tam juſtitiæ, quam ignaviæ tradant, alienis Regnis quen-
quam abſtinere. Ego, quod boni ſpeciem habet, non laudare non poſſum.* Quod conti-
nentiæ exemplum (ε) ſi Uladislaus ipſe maluiſſet imitari, quam Regnum Hungariæ legi-
timo heredi pupillo Ladislao, Alberti filio, intervertere & auferre, vitam a divini no-
minis vindicta per Turcos exſecuta conſervare potuiſſet, quam nonnulli putant cum F
Kkk juſto

(α) *Curæus*] in Annalibus Sileſiæ fol. 90.

(β) *Literæ inveſtitur.*] apud Hagecium in *Chron. Bohem. anno* 1300. *& in Beylagis Germanicis ſub eodem anno.*

(γ) *Carolus*] in Commentar. de vita ſua.

(δ) *Cardin. Senenſ.*] Æn. Sylvius Piccolomineus in *Comment. de Europæ ſtatu ſub Frider. III. Imper. cap.* 19.

(ε) *Quod continentiæ Exemplum*] vide ſupra *cap.* 6. *num.* 18. Eleganter Seneca Tragœdus in Thyeſt. monet; *Habere Regnum, caſus eſt: virtus, dare.* Ad Imperium enim multi caſu perveniunt; ſed Regnum alteri ultro concedere, perfectæ virtutis eſt, ut explicat Georg. Fabricius in *Annotation. in Publii Syri ſentent. num.* 381.

A juſto ſupplicio (α) punitum anno MCCCCXLV. amiſiſſe, Regnumque fratri Caſi-
miro reliquiſſe, qui ducta Alberti filia & Ladislai ſorore, aditum ſibi ſuisque filiis fecit
ad Regna Bohemiæ & Hungariæ jure uxorio & materno capeſſenda, ut ſupra dedu-
ximus.

675 19. Dico, Bohemiæ & Hungariæ. Nam & Regnum Hungariæ jure ſucceſſivo
& hereditario ad Ladislaum Auſtriacum ſpectabat. Clare id ingerit idem Cardinalis
Senenſis, (β) de clade Varnenſi ſcribens: *Diu certatum eſt æquis viribus, dum Chri-
ſtiani ſuas acies virtute ſuſtentant: Turcæ vero ſuas numero complent. Cumque per
plures horas nunc illi, nunc iſti cederent, inclinata ad extremum Chriſtianorum acie,
victores evadunt Turcæ, qui juramentum non ſolum domeſticis fidei, ſed etiam hoſti-*
B *bus ſervanda demonſtrant. In hoc prælio adoleſcens Uladislaus* (Rex Poloniæ, uſur-
pator Hungariæ) *occiſus pœnas dedit uſurpati Regni alieni, qui dum ſpoliare paterno
Regno Ladislaum* (Auſtriacum) *quærit, ſuum amittit. Cæca eſt cupiditas hominum,
qui non contenti civitatibus dominari, provincias quærunt poſt* Regnum; *neque etiam
ſic expleti, Regnis Regna cumulare nituntur, neſcientes, quod parva res vitam eri-
piat homini, & omnibus pompis ac dominiis nudum in momento reddat. Corpuſcula
noſtra, ubi ſpiritus evolavit, modico Sarcophago contenta ſunt. Quod ſi Uladislaus
animadvertiſſet, quietus in* Regno *ſuo (nam ſatis divitiarum poſſidebat) nunquam Un-
gariam attigiſſet, &c.* Quibus verbis Abrahamus Bucholcerus (γ) Junior Sileſius ſub-
jungit: *Hoc itaque modo Uladislaus Polonus, qui Ladislaum Poſthumum Regno pa-*
C *terno avitoque ſpoliaverat, quinquennio nondum exacto, & vita & Regno exuitur, ejus-
que morte Ungarici Regni ſceptrum legitimo heredi Ladislao reſtituitur.*

20. Pro quorum verbis Regnum Hungaricum æque eſt electionis neſcium, quam
Bohemicum. Quod & alibi docuimus, (δ) & confirmat Nicolaus Betſius (ε) ita
ſcribens: *Ungariæ autem Regnum, hoc habet ſpeciale, ut filiis Regum exiſtentibus,
illi patri defuncto ſuccedant jure quodam ſucceſſionis: ſi vero hi non ſuperſint, Ordi-
nes liberam habeant electionem: quod tamen in adminiſtratione Regni filiis Regum
in pupillari ætate exiſtentibus nihil mutat.* In eo fallit, quod putat in caſu deficien-
676 tium liberorum, jus eligendi competere Ordinibus Regni, non eſt ita; jus habent aſſu-
mendi (ζ) & declarandi, non autem eligendi, ſi volumus ἀμβολογεῖν. Sed redeamus
D illuc, unde divertimus.

(α) *Nonnulli putant eum juſto ſuppl.*] idem Æneas Sylvius in *Epiſt.* 52. *epiſt.* 81. & *epiſt.* 87. Anton. Bonfinius *lib.* 6. *rer. Ungaric. decad.* 3. Paulus Jovius in *Amurathe*, Johan. Cochlæus in *hiſtor. Huſſitar. lib.* 9. *anno* 1444. *fol.* 337. Mart. Cromerus *rer. Polonicar. lib.* 29. Matth. Dreſſerus in *lib. de Pontificum per German. inſidiis*; Leunclavius in *Pandect. Turcic.* Caudentius de Benbellona in *Suſcitab. Princ.* Abrahamus Bucholce-
E rus in *Indic. Chronolog. anno* 1444. & *ſeq.* Amand. Polanus in *Syntagmat. Theologiæ Chriſt. lib.* 10. Johan. Gerhardus *Loc. theologicor. tom.* 6. *de Magiſtrat. politic. num.* 209. & paſſim noſtri Politici.

(β) *Senenſis*] in Epiſt. 81. & ex eo repetit Bucholcerus in *Indic. Chronologic. anno* 1444.

(γ) *Bucholcerus*] in additionib. ad patris Chronolog. in anno 1445.

(δ) *Alibi docuimus*] in Seniore ſive de Majorat. lib. 2. cap. 23.

(ε) *Betſius*] in tract. de Pact. familiar. illuſtr. cap. 7. fol. 226.

(ζ) *Jus habent aſſumendi*] etiam pupillos & impuberes; Philipp. Melanchton in *Chron. Carion. fol.* 919. & *fol.* 1071. & Sleidanus in *ſcripto ad Cominai hiſtoriam addito fol.* 113.

CAPUT XI.

*Pontificum Romanorum atteſtationes decretales de hereditaria in Regnis
Bohemiæ & Hungariæ ſucceſſione. Papæ poteſtas in Imperio Germanico & Re-
gno Bohemiæ. Religio præfertur Imperio. Papa poteſtatem ſuam in Bohemia*
F *& Polonia obtinuit ex ſola Regum munificentia, & Imperatorum Germano-
rum comitate, non autem ex Donatione Conſtantini Magni. Patriarchæ
Conſtantinopolitani vanus conatus Bohemos in jus ſuum pelliciendi. Pontifi-
cum Romanorum auctoritates & teſtimonia a Bohemis rejici non poſſunt.*

MAxima ſemper fuit Summorum Pontificum Romanorum in Imperio Germanico auctoritas, jam inde a ſuſcepto Chriſtianiſmo ad hæc uſque tempora, comiter ab omnibus Ordinibus obſervata: nec hodie apud potiſſimam eorum partem non conſtanter & religioſe colitur, Imperatoriæ ferme par, & religionis intuitu apud ſuos etiam major. Quo argumento (α) nititur Cardinalis Caruagialla, ut eum Platina (β) appellat, in *Reſponſo ad Bohemorum* (γ) petita, inquiens: *Et ideo antiqui Religionem præpoſuerunt Imperio, ſic, quod poſt Religionem Imperium locum habeat.* A

2. Hac ergo poteſtate uſi Summi Pontifices, quos Papas nuncupamus, decreverunt, *ſuccedere patribus apud Ungaros* (& Bohemos) *in Regno filios, injuſſu populi,* ut teſtatur Æneas Sylvius (δ) Friderici III. Imperatoris ſecretiſſimus Conſiliarius. B

677 3. Eugenius II. Papa in Bulla (ε) ad Turtundum Huniæ & Avariæ, & Moymatum Motaviæ, Pannoniæ inferioris & Mœſiæ Regem, anno DCCCXXVI. ſcripſit in hunc modum: *Qua ex juſtitia & lege præfatus Deo digniſſimus Archiepiſcopus,* (Laureacenſis, id eſt Paſſavienſis) *debito obligatur, ut illi terræ prius Chriſticolæ, atque ſuorum antiquitus anteceſſorum creditæ provinciæ* (male editur *providentiæ*) *quam nunc vos Dei omnipotentis occulto mediante judicio velut hereditariam poſſidetis, ipſe Evangelicus agricola diu negata cæleſtis ſpargat ſemina vitæ, &c.*

4. Clemens VI. Papa in Bulla (ζ) de erectione Archiepiſcopatus Pragenſis: *Dilecto filio noſtro Johanne Rege Bohemiæ, & Illuſtri Carolo Marchione Moraviæ, ſuo Primogenito,* (*) *&c.* Qua in formula Primogenitum accipi pro herede & proximo ſucceſſore, infra dicemus. C

5. Martinus V. Papa in Epiſtola, (η) qua Witoldum Lituaniæ & Ruſſiæ Magnum Ducem ab acceptatione electionis de ſe a rebellibus Bohemis factæ dehortatur: *Nec exiſtimare debes, aliter evenire poſſe, ſi Bohemiæ Regnum occupabis, quod nullo modo per Electores Romani Imperii & Principes Almaniæ tolerabitur, etiam tacente chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo, Romanorum Rege Illuſtri.* Et ſtatim illico: *Alienaper injuriam occupare, & magnam Chriſtianitatis partem novo bello confundere & permiſcere, cum diminutione tui honoris & famæ, & certa animæ tuæ jactura.*

6. Joannes Carvajalus, Cardinalis S. Angeli, Legatus de Latere in Germaniam ad componendos motus Bohemicos miſſus, in Reſponſo (θ) ad petita Bohemorum, Nicolai V. Papæ nomine ac vice inter cætera Bohemis propoſuit: *Magnificaſtis & extuliſtis Sereniſſimum Principem & Dominum, Dominum Sigiſmundum Imperatorem, Regem veſtrum, uſque ad ſydera. Et cum ipſe fuerit avus, & conſequenter* Rex *Albertus, qui ſibi in hoc Regno ſucceſſit, pater iſtius Regis Ladiſlai, & ipſe ejus filius, ergo & heres hujus Regni, juxta illud Apoſtoli: Quod ſi filius, & heres per Deum. Et cum ego ſim Legatus a ſanctiſſimo Domino noſtro ad hoc Regnum, & eidem Domino Apoſtolico & mihi ex officio incumbit, cauſam viduæ & pupilli promovere: quia hoc eſt officium cujuslibet Legati a Sede Apoſtolica, de quo dicitur: Pupillo tu eris adjutor. Suadeo igitur, quod heredem veſtrum non abjiciatis. Nam ſi ſecus feceritis, timendum eſt, ne Dominus Deus faciat in vos pro illo vindictam. Punit enim illos Deus plagis multis, qui* D E
678 *proprium heredem abjiciunt, aut ſibi inferunt injuriam, prout patet per* Roboam, *qui poſtquam cœpit ſævire in populum, decem tribus ſunt ab eo amotæ, pro quo magna indignatio venit ſuper eos. Cum enim Dominus ad eos miſerat Prophetam, præcepit, ne comederet, nec biberet circa ipſos. Sed quia comedit & bibit circa eos, eum ipſum leo in via dilaceravit.*

(α) *Quo argumento*] eodem utitur etiam Æn. Sylvius in *Replica ad Martin. Majorem Cancellarum Elect. Mogunt.* nec non in *Germania cap.* 1.

(β) *Platina*] in vita Nicol. V. Papæ.

(γ) *Reſponſo ad Bohem.*] quod refert Cochlæus in *Hiſt. Huſſit. lib.* 10. *anno* 1448. *fol.* 354.

(δ) *Sylvius*] in Epiſt. 417. & refert idem Cochlæus *lib.* 9. *anno* 1445. *in fin.* Vide *Seniorem ſive de Majoratu lib.* 2. *cap.* 23.

(ε) *Bulla*] quam publicavit Gevvoldus in *Append. ad Chronic. Richerſpergenſ.* Hundius in *Metropol. Salisburgenſ. in Epiſcopis Patavienſ.* & producitur infra in *Appendic. ſub anno* 826.

(ζ) *Bulla*] quam refert Hagecius in *Chronic. Bohem. part.* 1. *anno* 1343. & repetitur in *Beylagis Germanicis ſub anno* 1343.

(η) *Epiſtola*] quam produxit Cochlæus in *hiſtor. Huſſit. lib.* 5. *anno* 1423. *fol.* 210. Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem.* Theobaldus de *Bell. Huſſit. part.* 1. *cap.* 50. *anno* 1421. & repetitur infra in *Appendic. ſub anno* 1422. F

(θ) *Reſponſo*] quod integrum refert idem Cochlæus in *dict. Hiſtor. Huſſit. lib.* 10. *anno* 1448. *fol.* 355.

(*) Non de Regibus in Bohemia hereditario jure ſibi ſuccedentibus, ſed ab ordinibus electis Pontificem loqui in hac ſua bulla vult Stranski in *Republ. Bojema c.* 5. §. 29.

A *vit. Deinde Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cum intraret cum diſcipulis ſuis, ne tranſi-
ret per Samariam, propter hujusmodi peccatum. Et ideo, cum iſte juvenis Ladislaus
eſt verus heres hujus Regni, inſtandum eſt, quod pro Rege ſuſcipiatur. Et ſi quid Se-
reniſſimi* Regis Romanorum, *tutoris ejus, Majeſtas, quæ facere debuit, non fecit, vel
aliqua neglexit, propterea ſecundum jura naturæ, immo ſecundum omnia divina & hu-
mana, iſti juveni in ſua hereditate non poteſt fieri in præjudicium atque damnum, quo-
niam ipſe ſub tutore eſt tanquam ſervus, & non liber, usque ad præfinitum tempus, juxta
ſententiam Apoſtoli: Quanto tempore heres parvulus eſt, nihil differt a ſervo &c. Ideo,
Magnifici & Illuſtres Domini, conformate vos aliis* Regnis *Chriſtianis. Agite ergo pro
honore concordiæ & pace. Etſi, ut prædixi, aliqua Sereniſſimi* Regis Romanorum,
B *tutoris ſui, quæ fuerunt facienda, non fecit, vel aliter fecit, quam debuit, vel facere
neglexit, ego volo fideliter, tanquam unus ex vobis, operam dare, ut talia emenden-
tur. Et confido clementiæ & pietati ipſius, quod faciet, & exaudiet me in hoc facto.
Quod ſi facere nollet, aut forte juſtitiam huic inclyto* Regno *recuſaret, quod tunc Sedes
Apoſtolica ſuper eo eſt imploranda: & Dominus noſter Sanctiſſimus ipſum ad hoc aſtrin-
get, aut huic* Regno *faciet juſtitiam, vel amicabili tractatu interveniente, vel jure
ipſum ad hoc compellendo. Sic enim Ungariæ* Regnum *fecit, quod orta inter eos diſſen-
ſione, pro dicto juvene, & inter Serenitatem* Regis Romanorum, *a Sede Apoſtolica Le-
gatum mediatorem poſtulaverunt, qui ipſos ad pacis & unitatis concordiam reduceret,
quod ſi facere non poſſet, ad Sedem Apoſtolicam recurreret. Et ideo, Magnifici Do-*
C *mini, ſic agite pro herede veſtro Ladislao, qui ex ſemine Sereniſſimorum Principum &*
Regum Romanorum *eſt exortus: qui etiam in toto orbe conſanguinitatem notabilem ha-
bere dinoſcitur, prout pacem, unionem & tranquillitatem hujus* Regni *habere optatis.
Nam ſi aliter feceritis, odium & inimicitias omnium conſanguineorum Majeſtatis ejus
poſſetis incurrere. Heres enim veſter eſt. Iſta dicens, quia multa verba poſui, peto
ignoſcant Dominationes veſtræ. Et ſi aliqua dixi, quæ fortaſſe alicui diſplicerent, con-
fido, cum omnes eſtis Nobiles & Generoſi, quia non imputabitis perſonæ meæ: quia hoc
feci ex officio meo, pro bono pacis & concordiæ hujus* Regni. *Quam pacem & ſalutem
nobis præſtare dignetur in ſæcula ſæculorum benedictus Deus, Amen.*

7. At, inquient Bohemorum patroni, quis Papam Romanum conſtituit judi-
D cem in cauſis Regnorum & Principatuum, quod Chriſtus, cujus ſe Vicarium facit,
ab ſe abdicavit? Non eſt hujus loci, nec inſtituti noſtri, hanc quæſtionem, quæ ad
Theologos ſpectat, diſceptare. Nobis ſat eſt *ſuperiore libro* (α) demonſtraſſe, jus ſu-
premum Eccleſiaſticæ poteſtatis fuiſſe in Papam Romanum jam tum in initio ſuſcepti
679 in Moravia & Bohemia Chriſtianiſmi, communi Regum, Procerum & Populi con-
ſenſu collatum, & inde usque ad noſtra tempora conſervatum: jure an injuria, diſpu-
tant Theologi. Nos de facto loquimur.

8. Interim tamen non audimus eos, qui ex Donatione Conſtantini M. Imp. e-
iam temporalem quandam ſuperioritatem Pontifici Romano in Bohemia, Moravia,
Sileſia, &c. ſatagunt vindicare, & Denarium illum S. Petri, quod tributum Roma-
E num appellant, illiberali manu, & ingrato in Reges (β) animo, aſſerere. Quorum
in numero eſt Auguſtinus Steuchus Eugubinus in *Comment. de Donat. Conſtantini*, &c.
Hieronymus Albanus Cardinalis Bergomenſ. in *tractat. de donat. Conſtant.* Gretſerus
in *Comment. de Munificent. Regum*, &c. in *Sedem Apoſtolic.* Eduardus Caldera JC,
Luſitanus in *libb. Variar. juris lection.* Quibus opponimus ſaniores interpretes Catho-
licos, qui edictum illud Conſtantini in dubium vocant, atque adeo ſubleſtæ & commen-
titiæ fidei arguunt; Bartolus in *proœm. D. n.* 13. *& ſeqq.* Hieronymus Cathalanus
Cubicularius Apoſtolicus in *Practica jur.* Laurent. Valla in *Diſſert. de Donat. Conſtantin.*
Alciatus

(α) *Super. libro*] *lib.* 5. *cap.* 2. nec non *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 13. ubi ſimul in-
F dicavimus, quomodo Patriarcha Conſtantinopolitanus Bohemos Huſſitas tentarit, in idem jus pertrahere, quod jam in Bulgaria, Ruſſia, Moſcovia &c. obtinuerat.

(β) *Ingrato in Reges*] Poloniæ, Sileſiæ, Pomeraniæ, &c. qui nullo Conſtantiniano jure obſtricti, nulla injuſtæ poſſeſſionis conſcientia adacti, nulla illius Edicti obligatione vadati, verum ex ſolo ſpontaneo beneplacito, ultranea voluntate, liberrimo animi arbitrio, & meriſſima in Sedem Apoſtolicam liberalitate Denarii illius annuam penſionem Romanæ Eccleſiæ obtulerunt, & pio affectu donaverunt, ut *lib.* 2. *cap.* 12. *in fin.* docuimus. Quicquid enim ſummi Pontifices juris ac poteſtatis in Bohemia & Polonia obtinent, id non Conſtantino Magno ſed ſolis Regibus accepto habent ferre[illegible]

Alciatus *lib.* 7. *Parerg. cap.* 19: Ludovic. Vives *lib.* 2. *de Corrupt. diſciplin.* Melchior A
Canus Epiſcop. Canarienſ. *de Locis theolog. lib.* 11. *cap.* 5. *fol.* 622. Franciſc. Balduinus in *Comment. ad Legg. Conſtantini lib.* 1. Anton. Contius *lib.* 2. *Subſeciv. lect. cap.* 20. *n.* 3. Cuiacius *lib.* 1. *Reſponſ. Papinian. ad l. Legatus* 20. *D de Offic. Præſid.* Bodinus *lib.* 1. *de Republ. cap.* 9. *num.* 141. Gilbert. Regius *lib.* 1. Ἐναντιοφαν *cap.* 24. Jacob. de Belloviſo in *Proœm. Dig.* Longovallius in *repet. l. Imperium, C. de jurisdict.* Everhardus Middelburg. in *Topic. in loc. a veriſim.* Sichardus *Conſil. feudal.* 6. *n.* 28. Jac. Spiegelius in *Schol. in Guntheri Ligur.* aliique complures, quos allegant Jac. Fuchſius Canonic. Herbipolenſ. in *Collect. de Donat. Conſtantini.* Doct. Hoë in *Comment. in Apocalypſ. lib.* 3. *cap.* 9. Johan. Gerhardus *Locor. theologic. tom.* 6. *de Miniſter. eccleſiaſt. num* 320. *& ſeq.* Marq. Freherus in *Comment. ad Donat. Conſtantini.* Matthias B
Groſius in *Diſſert. de Donat. Conſtantini M. Imp.*

680 9. Unde Novum Calendarium (α) in Bohemia, Moravia, Sileſia, Luſatia, &c. non ex Gregorii XIII. Papæ mandato, ſed Rudolphi II. Imperatoris edicto, receptum fuiſſe certi auctores affirmant. Abrahamus Bucholcerus: (β) *Hoc anno MDLXXXIV. Sileſia univerſa, juſſu Rudolphi II. Imperatoris, Calendarium Gregorianum recepit, idem fecit Luſatia, Bohemia & Moravia.*

10. Et quamquam Pontifices Romani civile ſibi in Bohemia, Moravia & Sileſia &c. dominium, aut temporalem poteſtatem, non modo non arrogarint, verum etiam ab ſua audientia abdicantes, ad Imperatorem (γ) Romanum partes litigantes in regalibus cauſis & civilibus remiſerint, nihil tamen obſtat, quo minus, pro moribus C
illorum temporum, vel ex arbitrio, vel compromiſſo, aut etiam incidenter ac indirecte in Romana Curia potuerit de jure Regni Bohemiæ, hereditarium illud eſſet, an electivum, ex certa informatione, actis publicis, & rerum geſtarum monumentis decernere, aut denique ex ſupremo Paſtorali Officio injuſtos uſurpatores dehortari.

11. Certe profecto ex hoc Primatus Pontificialis jure nonnulli Papæ præſumpſerunt Reges Bohemiæ anathemate percellere. Legimus (δ) enim Uratislaum Regem, quod Henrico IV. Imperatori excommunicato adhæreret, a Georgio VII. Papa; Zitcam Ducem & rebelles Bohemos, a Martino V. Georgium Regem Huſſitam a Pio II. & Paulo IV. Papis, fuiſſe excommunicatos, fideliumque Sanctæ Eccleſiæ & Sacri Imperii ſocietate excluſos. Jure an injuria, etiam de eo Theologi diſputant. Nos nuda tantum exempla referimus, quibus auctoritatem teſtimoniorum Papalium, ex illorum temporum motibus ac inſtitutis, confirmemus. D

12. Et abſque illius eſſet, conſtat nos hoc jure uti, ut quos quis teſtes pro ſe produxit in favorabilibus, eosdem contra ſe teſtantes non poſſit nec debeat rejicere. Quum ergo Bohemi Summorum Pontificum teſtimonia pro ſe (*) priores allegarint ac prætulerint, par & æquum eſt, ut ipſi eorundem contra ſe teſtantium dicta æquis animis audiant atque admittant.

(α) *Novum Calendarium*] quod itidem Gallia, Anglia, Scotia, Hibernia, Hungaria, Polonia, Regum ſuorum juſſu; & Hollandia Ordinum ſuorum decreto receperunt: quod Calendarii emendationem civilis jurisdictionis eſſe, non Eccleſiaſticæ, Doctores noſtri affirment. Unde Imperator Matthias anno 1613. etiam articulum de conformitate unius Calendarii deliberandum propoſuit in propoſitione Articulorum in Comitiis Ratiſponæ anno 1613. habitis, Ordinibus Imperii ad deliberandum propoſitorum in §. *Darneben begehren Ihre Kayſ. Majeſt.*

(β) *Bucholcerus*] in Indic. Chronol. anno 1584.

(γ) *Ad Imperatorem*] ut diximus ſupra *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 13. *& cap.* 14. *circa fin.*

(δ) *Legimus*] apud Dubravium, Hagecium, E
Boregkium, Pontanum, Miræum, Cochlæum, Theobaldum, & alios rerum Bohemicarum ſcriptores.

(*) Vide hæc apud Stranskium *in Republica Bojema cap.* 5. §. 29. qui contrariam Goldaſto ſententiam pariter ex teſtimoniis Paparum probare contendit.

681 # CAPUT XII.

Imperatorum Romanorum Atteſtationes diffinitivæ de hereditaria in Regnis Bohemiæ & Hungariæ ſucceſſione. Verba, Heres, Erben, *in inveſtituris & reſcriptis Cæſareis. Succeſſor de herede feudali uſurpatur. Vitoldus Li-* F
tuaniæ Dux a Summo Pontifice, & Uladislaus Poloniæ Rex ab Imperatore

A *monentur, ab acceptatione prætenſæ rebellium Bohemorum & Hungarorum electionis de ſe factæ abſtinere, ne injuriam faciant legitimis heredibus.* Erbkœnigreich *verbum legitimum & in Imperii Conſtitutionibus comprobatum. Prætenſio Catholici Hiſpaniarum Regis in ſucceſſione Regnorum Bohemiæ & Hungariæ. Exſtantibus maſculis a primo acquirente deſcendentibus, quotocunque diſtent gradu, non datur locus ex fœminino latere prognatis.*

NEgant nonnulli in Decretis, Reſcriptis, Gratiis, Privilegiis & Inveſtituris Romanorum Regum & Imperatorum Regno Bohemiæ conceſſis, ullam fieri heredum aut ſucceſſionis hereditariæ mentionem. Qod quam recte ab il-
B lis abdicetur, prolatis documentis videamus. Fridericus quidem primus Imperator, in privilegio, quod Uladislao Regi Bohemiæ conceſſit Ratiſponæ anno MCLIX. verbo utitur *ſucceſſorum*, quod Sandelius (α) Germanice reddidit *nachkommende*, alibi tamen *heredes* vocat, ut de Friderico Uladislai filio, nec non Sobieslao & Ulrico ejusdem patruis, ſuperius notavimus. (β) Et ita Carolus IV. (γ) Imperator verbum *ſucceſſores* in hoc Friderici I. diplomate diſertis verbis explicat atque interpretatur, ita exponens: *Fridericus Romanorum Imperator Auguſtus, Illuſtri Uladislao quondam Bohemiæ Duci, qui Regnum Bohemiæ ante coronationem ſuam regebat, & ſuis heredibus Bohemiæ Regibus*, &c. Et promiſcue hæc duo verba, *Heres* (δ*) &
C *Succeſſor*, in Imperatorum reſcriptis, etiam in uno eodemque diplomate (ε) ferme uſurpantur. Quod ſemel monuiſſe ſat ſit.

682 2. In privilegio Friderici II. Imperatoris ſub dato Baſileæ anno MCCXII. ſtatuitur: *Sibi & heredibus ſuis concedimus.* Et mox: *Vel heredes ſui.* Et quamvis in Confirmatione aſſumptionis Wenceslai Regis, vivo patre Ottocaro I. factæ, fiat mentio *electionis*, tamen in inveſtitura eidem Wenceslao poſt parentis obitum anno MCCXXI. conceſſa declaratur, quo pacto illa electio ſit intelligenda, dum ita decernitur: *Cum olim vivente dilecto Principe noſtro Ottocaro, Illuſtri Bohemorum Rege, recepto à dilecto Principe & affine noſtro Wenczlao juniore Rege, filio ejus, homagio juxta morem, conceſſerimus ei, tanquam* PRIMOGENITO, *Regnum Bo-*
D *hemiæ de innata liberalitate noſtra, poſt ejusdem patris ſui obitum, ab Imperio poſſidendum*, &c. Ecce *tanquam primogenito*, inquit ſe ſucceſſionem Wenceslao confirmaſſe, non tanquam electo, ut ſuccedere poſſet ex mera liberalitate Cæſarea, non autem Procerum electione. Unde Fridericus, Uladislai Regis filius, ſucceſſione in Regnum fuit privatus, quod patris & Ordinum magis voluntate, quam imperatoris conſenſu, Regnum adminiſtrare præſumpſiſſet, ut ſupra diximus. Quod ſi Imperator prætenſam illam electionem confirmare noluiſſet, ipſa nullius momenti erat futura, ut commode & erudite in gemino caſu Hermannus Vultejus (ζ) diſſerit.

3. In inveſtitura Richardi Cæſaris ſuper Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ,

E (α) *Sandelius*] apud Hagecium in *Chronic. Bohem. anno* 1159. *part.* 1. *fol.* 249.

(β) *Superius*] cap. 4. §. 22. & ſeqq. hujus lib. 6.

(γ) *Carolus IV.*] in Confirmatione incorporationis terrarum Sileſiæ & Poloniæ &c. cum Regno Bohemico factæ, ſub dato Pragæ, anno 1355. in *Conſtitution. Imperial. tom.* 1. *fol.* 345.

(δ) *Heres & ſucceſſor*] eſt enim *ſuccedere* verbum juris, & idem notat quod *hereditare*, unde *ſucceſſio* pro hereditate, & *Regnum ſucceſſivum*
F pro *hereditario*, ſere uſurpari ſolet. vid. Stransk. R. B. cap. 5. §. 26. ubi alia plane in medium profert.

(ε) *Uno eodemque Diplom.*] exempli gratia in Friderici II. *ſub anno* 1212. in renunciatione Leopoldi Archiducis Auſtriæ *anno* 1324. in Caroli Regis Hungariæ *Liga de anno* 1338. in Caſimiri Regis Poloniæ *renunciatione de anno* 1339. & alibi paſſim.

G (ζ) *Vultejus*] Vol. 3. Conſilior. Marpurgenſ. conſil. 35. num. 200. & ſeqq.

(*) In omnem ſe partem, velut anguis pede « preſſus convertit, ut oſtendat *in Imperatorum* « *Reſcriptis aliisque publicis inſtrumentis heredes* « *& ſucceſſores accipi pro eodem & converti.* Ut « philoſophice loquar, omnis quidem heres ſuc- « ceſſor eſt, at non omnis *heres* eſt, qui ſucceſſit. « Ægre iſtud Goldaſto Juriſperiti conceſſerint, « cum videamus *Succeſſores Pontificibus & Imperatoribus*, « & exſtincta *Regia familia* etiam *Regibus* « dari, non tamen omnes *heredes* eſſe. Bal- « binus *lib. III. Miſcellan. cap.* 22. §. 4. Multum ſi non plane cadit, & de ſua vi remittit hæc animadverſio, ſi Excell. Ludewigium ſequimur, qui *in diſſertatione ſua de Jure ſuffragii Regis Bohemiæ cap.* 2. §. 14. *in fin. notar.* obſervat Vocem *Heres* in monumentis medii ævi non aliter accipi, quam de illo, qui nobis ſanguine junctus eſt; quod pluribus exequitur in *Commentario ſuo ad Auream Bullam tit.* 1. §. 8. Vide tamen quæ in contrariam partem diſputat Stranskius *de Republica Bojema cap.* 5. quem in his maxime ſequitur Balbinus.

viæ, anno MCCLXII. facta, diſerte legitur; idem Regnum eundemque Marchiona- A
tum Regi Ottocaro concedi, quemadmodum *pater & progenitores ejus juſte & ratio-
nabiliter ab Imperio tenuerunt.* Quibus verbis ſucceſſivum Regnum ſolet conferri,
non autem electivum. Atque adeo verba ſequentia, *tibi & tuis legitimis heredibus,
non ſunt tantum ad Auſtriam & Styriam reſtringenda*, ſed ad illa præcedentia etiam re-
ferenda, quum *progenitores* & *heredes* ſint verba juris & correlativa, velut aſcenden-
tes & deſcendentes, quæ ſunt reſpectiva, & (ut Ariſtoteles (α) appellat) πρός τι, ad
aliud nempe reſpicientia, (β) ut poſito uno ponatur & alterum: ut, ſi Regnum Bo-
hemiæ habuerunt Ottocari pater & progenitores, habere etiam filium & nepotes æ-
quum ſit. Hoc enim argumento Cæſar Richardus utitur, ab æquitate nimirum rela-
torum deducto, cujus conſequentiam in jure valere etiam interpretes noſtri (γ) aſſeve- B
rant. Divus Paulus Apoſtolus (δ) eodem argumento nixus præcipit: *Si filius, ergo heres.*
Hinc Ottocarus iſte ſe *Dominum* ac *Heredem* Bohemiæ ſcripſit, etiam vivo adhuc pa-
tre, ut capite ſequenti dicemus. Quod & juri civili conſentaneum, quo filius quo-
dammodo dominus (ε) habetur rerum paternarum, quarum dominium poſt patris
683 mortem in eum continuetur, ut non tam videatur Principatum percipere, quam li-
beram conſequi ejus adminiſtrationem, quam non habebat, dum pater vixit.

4. Rudolphus I. Imperator in Decreto Erfordiæ (ζ) facto anno MCCXC. in
Comitiis, ſuper jure eligendi & pincernandi Regibus Bohemiæ competente pronun-
ciat: *Inclyto Regi Bohemiæ Wenceslao, & heredibus ipſius.* Et mox: *Jus ac offi-
cium Pincernatus, apud eum, nec non ejus heredes, jure hereditario reſidere.* Et C
iterum: *Nedum dicto Regi & ſuis heredibus didicimus competere, ſed etiam ſuis pro-
genitoribus, abavis, atavis, proavis & avis*, &c. Quibus verbis ſuperius Richar-
di Cæſaris argumentum a natura relatorum ductum luculenter confirmatur. Tandem
concludit definiendo: *Dicti Regis & heredum ſuorum diſpendiis cavere, jus & offi-
cium Pincernatus in Imperio ſibi & heredibus ejus, & non alii, competere.* Et in con-
firmatione pacti ſucceſſorii inter Heinricum Sileſiæ Ducem & Ottocarum Regem Bo-
hemiæ olim initi, ſub dato ejusdem loci & anni, decernit: *Daſs der Durchleuchtige
Ottogar König in Böheim, oder ſeine erben und nachfolgende Böhmiſche Könige, ih-
me die gantze Landſchafft Schleſien erblich einnehmen und beſitzen mœchten*

5. Albertus I. Cæſar in Inveſtitura (η) Regni Poloniæ, Ducatuumque Sileſiæ, D
Cracoviæ & Sendomitiæ, Wenceslao III. Regi Bohemiæ, ſororio ſuo conceſſa anno
MCCC. apertis & ſignantibus verbis ait: *Verleihen wir dir, daſs du ſampt deinen er-
ben und nachkommenden Kœnigen in Bœhmen*, &c. Idem Cæſar in confirmatione
emptionis venditionis inter Regem Bohemiæ & Epiſcopum Miſnenſem ſuper caſtro Pir-
naw ſub dato Norimbergæ anno MCCXCIX. *Wenceslao Kœnige in Bœhmen und ſei-
nen erben, &c.* Idem in confirmatione Privilegiorum facta Wenceslao IV. Bohemiæ
Regi Norimbergæ in Comitiis anno MCCCCV. expreſſe dicit: *Illuſtri quondam Wen-
684 ceslao Regi Bohemiæ, genitori ſuo, ac ſibi, & ipſorum heredibus, prædictis Regibus
Bohemiæ, a nobis & noſtris prædictis Imperatoribus & Regibus Romanis conceſſa &
conceſſas approbamus &c.* Et in Decreto, quo a banno (θ) Imperiali abſolvit eun- E
dem Wenceslaum, ceu filium & heredem patris ſui Wenceslai banniti & proſcripti,
diſertius adhuc pronunciat: *Primo, quod omnes exceſſus, ſi quos ipſius avunculi
noſtri genitor in nos vel Imperium quocunque modo commiſit, propter quos in ipſum ge-
nitorem*

(α) *Ariſtoteles*] in Prædicament. ubi & *ἀντιςρέφοντα* vocat; quem ſequuntur Joannes Damaſcenus & Nicephorus Blemmida in *Dialectic.*

(β) *Ad aliud reſpicientia*] Amandus de Beljoviſ. *lib. 2. Termin. cap.* 171.

(γ) *Interpretes noſtri*] Pet. Andreas Gammarus in *Dialect. legal. lib.* 1. Hotomannus *lib.* 3. *Dialect.* Johannes à Reberteria in *Topic. jur.* Everhardus in *Topic. in loc. à relat.* Matth. Stephani in *Dialect. jur.*

(δ) *Paulus Apoſtolus*] in Epiſt. ad Roman. cap. 8. ℣. 17. Sic explicat Regum filios Thom. Cajetanus in *Comment. ad Matth. cap. 3. v.* 17.

(ε) *Quodammodo Dominus*] *lib. 2. §. larg. D. de ſucceſſ. edict. lib.* 11. *D. de liber. & poſthum.* Mynſingerus *ad §. ſui autem, Inſtit. de hered. qual. & differ.* adeo ut filiumfamilias Dominellum, id eſt Dominum minorem, appellari aſſerat Edmund. Merillius *lib. 1. Obſervat. cap.* 56.

(ζ) *Decreto Erfordiæ*] ex quo etiam Gewoldus deducit hereditariam & aviam Wenceslai Regis ſucceſſionem, in *Commentar. de S. Rom. Imperii Septemvirat. cap. 9. num.* 1. F

(η) *Inveſtitura*] apud Hagecium in *Chron. Bohem. anno* 1300. *part.* 1. Similem inveſtituram idem Wenceslaus jam ante accepiſſe ab Adolpho Romanor. Rege perhibetur; & innuere videtur Cromerus *lib.* 10. *Rer. Polon. fol.* 18. *col.* 2.

(θ) *Decreto, quo à banno*] Conſtitution. Imperial. *tom. 1. anno* 1305. *fol.* 317.

A *nitorem ſuum noſtra legalis ſententia lata, vel bannum promulgatum fuiſſent, quæ ejus ſe extendunt ad heredes, prædictum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, prædicti quondam Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis filium, heredem & ſucceſſorem, ac heredes ſuos, ab ipſis exceſſibus ſuis & bannis abſolvimus. Promittimus præterea, prædictum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, heredes & ſucceſſores ſuos Bohemiæ & Poloniæ Reges, in ipſis Bohemiæ & Poloniæ Regnis, & omnibus aliis Principatibus* &c. *quæ ad ipſum ex ſucceſſione paterna pervenerunt,* &c. *Sed ipſe Wenceslaus Bohemiæ & Poloniæ* Rex, *heredes ac ſucceſſores ſui Bohemiæ & Poloniæ* Reges, *prædicta* Regna, *Principatus*, &c. *cum pleno dominio, & omnibus* Regnorum, *Principatuum,* &c. *titulis, honoribus, juribus,* &c. *in* Regnis,*Principatibus* &c. *feudalia jure*
B *feudi, propria vero & hereditaria jure proprietatis & hereditario debent obtinere*, &c.

6. Ludovicus IV. Imperator, Dux Bavariæ & Comes Palatinus Rheni, in Inveſtitura Marchionatus Luſatiæ, facta Johanni Bohemiæ & Poloniæ Regi, anno MCCCXIX. *Ihme und ſeinen erben und nachkommenden Kænigen zu Bæhmen*, &c. *in geſtalt eines Lehnrechten*, &c. (α)

7. Carolus IV. Imperator, idemque Bohemiæ Rex, in Confirmatione Privilegii Friderici II. Imperatoris, coſtituit, electionem Regis Bohemiæ *in caſu duntaxat, & eventu, quibus de genealogia, progenie vel ſemine aut proſapia Regali Bohemiæ, maſculus vel femella ſuperſtes legitimus (quod Deus avertat) nullus fuerit oriundus* &c. De quo jure & caſu electionis infra ſuo loco differemus. (β)

C 8. Idem Imperator in Confirmatione (γ) generali omnium Privilegiorum Regni Bohemiæ, ſub dato Romæ poſt coronationem anno MCCCLV. ſtatuit & decernit in hæc verba: *Unſerm Kænigreich Bæhmen, und deſſelben berühmter Crone, uns, unſern erben unnd künfftigen Kænigen in Bæhmen, in krafft unſers* Keyſerlichen *gewalts*, &c. Et aliquantis interjectis ait: *Damit alſo uns, unſern erben, und künfftigen Kænigen von Bæhmen, eine mächtige freyheit*, &c. Nec non in Confirmatione incorpo-
685 rationis (δ) Ducatuum Sileſiæ, & Poloniæ, Marchionatusque Luſatiæ cum Regno Bohemico factæ, ſub datæ Pragæ anno MCCCLV. utitur hiſce ſignantibus verbis: *Prædictum Regem Ottocarum, heredes & ſucceſſores ſuos Bohemiæ* Reges &c. Ibidem: *Noſtris, heredum & ſucceſſorum noſtrorum* Regum *Bohemiæ*, &c. Et poſtea: *Johannis quondam Bohemiæ Regis, genitoris noſtri, tanquam ad ordinarium legiti-*
D *mum & naturalem Dominum ſuum* &c. Et denuo: *A nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris Bohemiæ* Regibus, *& Coronæ* Regni *ejusdem &c.*

9. Idem Auguſtus in Aurea Bulla (ε) de ſucceſſione Regum Bohemiæ ſancit in hunc modum: *Sane generaliter longe lateque eſt publicum, & quaſi per totum orbem notorie manifeſtum, Illuſtres,* Regem *Bohemiæ, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgenſem, virtute* Regni *& Principatuum ſuorum* &c. *Ne inter eorundem Principum ſecularium Electorum filios*, &c. *decernimus, ut poſtquam iidem Principes ſeculares, & eorum quilibet, eſſe deſierint, jus, vox & poteſtas electionis hujusmodi ad filium ſuum primogenitum legitimum laicum, illo autem*
E *non exiſtente, ad ejusdem primogeniti primogenitum ſimiliter laicum, & ſine contradictio-*

(α) Refert Hagecius in *Chron. Bohem. anno* 1319. *part.* 1.

(β) Refert hoc privilegium Joh. Cochlæus in *Hiſtor. Huſſitar. lib.* 9. & deducunt Widemannus & Streinius in *ſuis informationibus.*

(γ) *Confirmatione gener.*] apud Hagecium in *Chron. Bohem. anno* 1355. *part.* 1.

(δ) *Incorporationis*] in Conſtitut. Imperial. tom. 1. anno 1355. fol. 345.

F (ε) *Aurea Bulla*] conſtituta in Comitiis Norimbergenſibus anno 1355. repetita in Metenſibus anno 1356. publicata Norimbergæ anno eod. Habentur autem hæ conſtitutiones *tit.* 7. & *tit.* 25. non ſine ſcitu, conſilio & conſenſu præcipuorum Regni Bohemiæ Principum atque Statuum ſancitæ, qui hiſce Comitiis Norimbergenſibus interfuerunt, quorumve conſilio Imperator, tanquam Rex Bohemiæ, ibidem utebatur, ceu fuerunt Arneſtus Archiepiſcopus Pragenſis; Pretzlaus Vratiſlavienſis & Johannes Luthomiſchlenſis Epiſcopi: Walramus Dux Brabantiæ & Lucemburgiæ, & Johannes Marchio Moraviæ, Regis Bohemiæ fratres; Nicolaus Marchio Troppaviæ: Bulcko Schvvidnicenſis, Wenceslaus Lignicenſis, Nicolaus Munſterbergenſis, Bulcko Opulienſis, Caſimirus Teſchinenſis, Bolcko Falckenbergenſis, Conradus Olnicenſis, Johannes Oſvvetinenſis, Duces. Johannes de Roſenberg, Wilhelmus de Landenſtein, Zdincko de Haſenburg, Jeſco de Wilharteitz, Johannes de Sternberg, Wentzlaus de Schvvanberg, Bulcko de Conſtat, Petrus de Wartenberg, & alii quamplurimi Barones Bohemi. Ut calumnia mera ſit eorum, qui negare audent, Auream Bullam fuiſſe cum conſilio Statuum Regni Bohemiæ deliberatam, conclusam & publicatam.

dictione cujuſpiam devolvatur. Si vero primogenitus hujuſmodi abſque heredibus A
maſculinis legitimis laicis, ab hac luce migraret, virtute præſentis Imperialis edicti jus, vox & poteſtas electionis prædictæ ad ſeniorem fratrem laicum per veram paternam lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur. Et talis ſucceſſio in primogenitis & heredibus Principum eorundem, jure, voce & poteſtate præmiſſis, perpetuis temporibus obſervetur: ea tamen conditione & modo, ut, ſi Principem Electorem, vel ejus primogenitum, aut filium ſeniorem laicum, mori, & heredes maſculos legitimos, defectum ætatis patientes, relinquere contingeret, tunc frater ſenior ejuſdem primogeniti tutor eorum & adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legitimam ætatem attigerit, quam in Principe Electore decem & octo annos completos cenſeri volumus, & ſtatuimus perpetuo haberi: quam dum attigerit, jus, vocem & pote- B
ſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinus aſſignare. Et tit. 25. de ſucceſſione in Regno Bohemiæ amplius conſtituit: *Decernimus, & hoc perpetuis temporibus valituro ſancimus edicto, quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus inſignes & magnifici Principatus, videlicet Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgenſis, terra, diſtrictus, homagia, vaſallagia & alia quævis ad ipſa ſpectantia, ſcindi, dividi, ſeu quavis conditione dimembrari non debeant, ſed ut potius in ſua perfecta integritate perpetua maneant. Primogenitus filius ſuccedat in eis, ſibique ſoli jus & dominium competat, niſi forſitan mente captus, fatuus, ſeu alterius famoſi & notabilis defectus exiſteret, propter quem non deberet aut poſſet hominibus principari. In quo* C
caſu inhibita ſibi ſucceſſione, ſecundogenitum, ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium ſeniorem
686 *fratrem, vel conſanguineum laicum, qui paterno ſtipiti in deſcendenti recta linea proximior fuerit, volumus ſucceſſurum. Qui tamen apud alios fratres & ſorores ſe clementem & pium exhibebit, continuo, juxta datam ſibi a Deo gratiam, juxtaque ſuum beneplacitum, atque ipſius patrimonii facultates: diviſione, ſciſſione ſeu dimembratione Principatus, & pertinentiarum ejus, ſibi modis omnibus interdicta.*

9. Gerardus de Roo (α) facit mentionem Diplomatis a Sigiſmundo Imperatore filiæ ſuæ Eliſabethæ dati Presburgi in Dominica Michaëlis Archangeli anno MCCCCXXI. quo cautum eſſe voluerit dictæ ſuæ filiæ ſuper ſucceſſione in Regno Bohemiæ. In confirmatione quoque Cæſarea inveſtituræ Marchionatus Moraviæ, a ſe tanquam Rege D
Bohemiæ in feudum dotale conceſſi Alberto Auſtriaco genero, & eidem filiæ ſuæ Eliſabethæ idem Imperator eundem Marchionatum confert & confirmat ipſis & eorum heredibus, *und ihren Leibserben*, ut habent verba originalia, ſub dato Budæ anno MCCCCXXIII.

10. Albertus II. Imperator in Decretis (β) Regni Hungariæ decernit: *Quod diſpoſitio pro Sereniſſima Principe, Domina Elizabeth Regina, ex quo eſt heres hujus Regni, fiat, &c.* Fuit Regina Hungariæ & Bohemiæ, filia atque heres Sigiſmundi, conjux Alberti II. Romanorum Imperatorum, Hungariæque & Bohemiæ Regum.

11. Fridericus III. Imperator in Epiſtola (γ) ad Eugenium IV. Papam ſub dato

(α) *Roo*] in hiſtor. Auſtriac. lib. 4. fol. 161. videantur Acta *aller Handlung zwiſchen Kænig Ferdinanden und etlichen Perſonen &c. der Cron Bœheim* de anno 1548. & Baro Streinius in *Information. Bohemic.*

(β) *Decretis*] articul. 11. ſancitis Budæ in Comitiis anno 1439.

(γ) *In Epiſtola*] exſtat apud Æneam Sylvium in *Epiſtola* 118. apud Ortvvinum Gratium in *faſciculo rer. expetendar.* Johan. Cochlæum in *Hiſt. Huſſitar. lib. 9. anno* 1445. *fol.* 339. & infra in *Appendic.* Eſt autem ſcripta contra impietatem Uladislai Poloniæ Regis, qui Ladislao huic poſtremo Regnum Hungariæ cum rebellibus conſpirans per ſummum nefas eripuit. Cujus injuſtitiæ paulo poſt meritas pœnas luit. Nam qui auctoritate Summi Pontificis contra Imperatorem abuſus orphano pupillo Regnum hereditarium abſtulit, is Juliani Cardinalis inſtinctu fidem Turcis violans ab eisdem caſus eſt, ut ſupra indicavimus: & confirmat Jacobus Philippus Monachus E
Bergomenſ. Italus in Suppliment. Chronic. ſcribens: *Uladislaus juvenis magni ſpiritus, non ſuo judicio, ſed ſuorum ſuaſu, ex pacifico Regno in alienum, non ad pacem, ſed ad bellum, non ad opes acquirendas, ſed ad mortem vel captivitatem fuit tractus.* Cladem memorat Cyprianus Leovitius in *Indic. Aſtrolog. anno* 1443. & Theobaldus in *Bell. Huſſit. part. 2. cap. 12. anno* 1443. Igitur multo ſanius ſapiebat Vitoldus Magnus Dux Lituaniæ, qui à rebellibus Bohemis electus F
in Regem, cognita eorum injuſtitia, maluit fidem inique præſtitam ejurare, quam Sigiſmundi Cæſaris jus hereditarium involare, ſeu (ut habent Martini V. Papæ verba dehortatoria) *aliena per injuriam occupare.* Ex quibus verbis aperte conſtat, ab ipſo Summo Pontifice Regnum Bohemiæ fuiſſe pro hereditario habitum, & non pro electivo. Bullam hanc refert Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem.* & Germanice translatam idem Theobaldus *part. 1. cap. 50. anno* 1421.

A Viennæ anno MCCCCXL. *Jus Sereniſſimi Principis Ladiſlai Ungariæ Regis, pa-*
687 *truelis noſtri chariſſimi, pueri pupilli & orphani, commendatum efficiamus, & eorum, qui ficta pro veris referunt, impiis reſiſtamus conatibus. Scit enim tua Beatitudo, patruelem noſtrum præfatum, qui poſt obitum Divæ memoriæ patrui & anteceſſoris noſtri Alberti Romanorum atque Hungariæ Bohemiaeque Regis, in utero materno poſthumus remanſerat, ut primum natus fuit, & ſacri fontis unda renatus, adhibitis ex more ſolennitatibus, veram Hungariae & ſcientem ſuſcepiſſe coronam. Nunc autem, ſicut accepimus, magnopere quidam inſtant, ut ſua ſanctitas titulum Regni hujus in alium* (Uladislaum Poloniæ Regem) *transferat &c. Mirandus eſt eorum conatus, qui altiſſimi ſanguinis puerum, & paterno & avito Regno cupiunt ſpoliare. Iniquum pro-*
B *fecto & abominabile ſcelus.* Et pauculis verbis interpoſitis: *Nulla tamen ratio ſuadet, huic puero ſuum adimi Regnum.* Et mox: *Quis tandem non compati deberet innocenti puero, parentibus orbato, vero Hungariae Regi ac heredi? Inſanae profeſſo mentis, & animi trucis ſunt, ac totius hoſtes juſtitiae, qui tam generoſum puerum Regno privare, & jus tam clarum conculcare nituntur. Sciunt tamen & illi ipſi, qui talia petunt, inhumanum eſſe, quod optant, &c.*

12. Idem Imperator in Confirmatione Privilegiorum (α) Regni Bohemiæ, & inveſtiturarum Uladislao Regi factarum, ſub dato Viennæ anno MCCCCLXXVII. utitur verbis: *Unſern lieben Sohne und Oheim den König zu Böheim, und ſeine Erben, an den obbeſchriebenen Gnaden* &c.

C 13. Maximilianus I. Imperator in Contractu Matrimoniali (β) inter Ferdinan-
688 dum Infantem Hiſpaniæ & Annam Uladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis filiam facta Viennæ anno MDXV. hereditarium eorundem Regnorum jus hiſce verborum formulis deſignat: *Ad propagationem Regalis ſanguinis.* Et paulo poſt: *Nos* (Maximilianus Cæſar tamquam Archidux Auſtriæ) *aut heredes noſtros, de Domina Anna* (Regina Hungariæ & Bohemiæ) *aut heredibus ſuis &c.* Iterum; *Ad Regna paterna.* Denique: *Non tam præfatis Majeſtatibus Sacratiſſimi Caeſaris, & fratris noſtri Hungariae Bohemiaeque Regibus, Regnis & eorum liberis*, &c. *profuturam.* Et in Pactis conventionis (γ) inter Regnum Bohemiæ & Archiducatum Auſtriæ factis anno MDXI. de prædicto Uladislao Rege inſerit: *Weder Seiner Lieb Cron Böheim, noch*
D *Seiner Lieb Erben, nachkommen*, &c.

14. Carolus V. Imperator in Diplomate (δ) ſuper petita inveſtitura Ferdinando Regi Bohemiæ dato Coloniæ anno MDXXXI. *Und daſs auch daſſelbe* (quod ſcilicet realiter nondum fuerit inveſtitus) *ſeiner Lieb und dero Erben und Nachkommen, ohn einigen Nachtheil und Schaden ſeyn ſolt.* Et mox: *Daſs ſeiner Lieb, und derſelben Erben und Nachkommen, daſs ſein Lieb ſo viel des berührten Königreichs und der Cron Böheim &c.* Et negabimus adhuc, verbum Heredum, *Erben*, in inveſtituris Regni Bohemiæ non reperiri?

15. Idem Imperator in Decretis Comitiorum (ε) Ratiſponæ anno MDXLI. habitorum: *Hungern, Oeſterreich, und andern unſers freundlichen lieben Bruders,*
E *des Römiſchen Königs anſtoſſenden Erbkönigreich und Landen.* Et in Decretis Comitiorum Auguſtæ (ζ) frequentatorum anno MDXXX. *In Hungern, Oeſterreich, Schleſien, Mähren, und andern ihren Erblanden.* Et contendere etiam pergemus, verbum *Erbkönigreich* eſſe novitium, & a Secta noſtri temporis primo inventum? quod annos ante quaſi centum jam fuit uſitatum, & a S. Cæſar. Majeſtate, communibusque S. Romani Imperii Ordinibus in pragmatica ſanctione, & publica generalive Imperii Romani lege, comprobatum.

16. Maximilianus II. Imperator in Decretis Comitialibus Auguſtæ (η) anno MDLXVI.

(α) *Confirmat. Privileg.*] quam Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem.* prætermiſit: nos producimus
F in *Beylagis German. ſub anno* 1477.

(β) *Contractu matrimoniali*] quem edidit Johan. Sambucus cum *Decretis Regni Hungariæ* Bonfinio ſubjunctis, & repetiit Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem. num.* 40.

(γ) *Pactis Conventionis*] idem Doct. Eyſen *num.* 35. & nos in *Beylagis Germanic. ſub tit. Erbeinungen.*

(δ) *Diplomate*] in Beylagis Germanic. ſub anno 1531.

(ε) *Decretis Comit.*] *Reichs-Abſchied zu Regenſp.* 1541. §. 45. *Und vviewol Churfurſt. fol.* 256.

(ζ) *Auguſta*] *Reichs-Abſchied zu Augſpurg* 1530. §. 120. *Demnach hat ſich.*

(η) *Auguſta*] *Reichs-Abſchied zu Augſpurg* 1566. §. 72. *So halten s vvir nicht fur unziemlich* &c. fol. 564.

MDLXVI. ſancitis, de Regno Hungariæ in jus Imperii reducendo ſtatuit: *Da unſer* A
689 *Königreich Hungern &c. ſondern auch unſer Erben und Nachkommen* (heredes &
ſucceſſores noſtros Hungariæ & Bohemiæ Reges) *dahin mit allem Fleiſs zu weiſen be-
dacht ſeyn wöllen.*

17. Rudolphus II. Imp. in Conſtitutione de pace religionis in Regno Bohemiæ
ſancita anno MDCIX. *Pro nobis & heredibus noſtris ſubſequentibusque Bohemiæ Re-
gibus.* Sed clariora ſunt verba vernacula originalia; *Weder von uns, noch unſern Er-
ben und künfftigen Königen in Böheim.* (α)

18. Matthias Imperator in Confirmatione tranſactionis factæ inter Catholicum
Hiſpaniarum Regem Philippum III. & Archiducem Auſtriæ Ferdinandum, ſuper ſuc-
ceſſione Regnorum Hungariæ & Bohemiæ, de dato Pragæ anno MDCXVII. *Quod* B
*Sereniſſimus Hiſpaniarum Rex Catholicus, Philippus III. nepos, affinis & frater noſter
chariſſimus, ab aliquo tempore cœperit rationes quasdam & prætenſiones proponere,
quarum vigore Serenitas ſua ad ſucceſſionem Regnorum Hungariæ & Bohemiæ, poſt
extinctam Divi Maximiliani II. Imperatoris ac Hungariæ & Bohemiæ Regis, Domini
genitoris noſtri obſervandi, maſculinam lineam, ſecluſa quoque Ferdinandi Imperato-
ris & Regis Domini & avi noſtri colendiſſimi, maſculina proſapia, in ſtatuendo legitimo
ſucceſſionis ordine, modo & tempore ſemper habuimus &c.* Et paucis interjectis: *Con-
ſentit inſuper memoratus filius & patruelis noſter, Archidux Ferdinandus, ut futuris
temporibus, caſuque ita eveniente, dicta Regis Catholici linea maſculina præferatur
fœmineæ lineæ paternæ ſtirpis memorati Archiducis Ferdinandi. Quam quidem præ-* C
*cedentiæ conditionem nos autoritate noſtra Imperiali ac Regia confirmamus & robora-
mus.* Et ita quidem habet Cæſarea confirmatio, ad inſtantiam partium controver-
tentium facta. Si tamen pace Summorum Principum liceat nobis verum profiteri, qui
ſolam veritatem in univerſo hoc tractatu ob oculos habemus, non ſpei, non timori,
non ulli perſonæ usquam indulgentes, ut res ipſa vel me tacente loquitur; dicendum
erit, Catholici Regis, Domini mei Clementiſſimi, prætenſionem non modo non fun-
dari in fundamentalibus Imperii noſtri juribus ac legibus, & inſecuris declarationibus
Cæſareis, ſed iis potius e diametro repugnare. Aliter enim jura Hiſpanica & Franco-
Burgundica de ſucceſſione Regnorum & Principatuum, aliter ganerales Imperii Ro-
mani conſtitutiones, diſponunt. Nam per leges noſtras Imperiales, exſtantibus ma- D
ſculis, (β) quotocunque ſint gradu, (γ) non datur locus ex fœminino latere deſcen-
dentibus. Et linearum ordinem (δ) ſucceſſivum (ε) Carolus IV. Imperator & Bohe-
miæ Rex in Aurea Bulla ita dilucide ac perſpicue explicuit, ut nihil magis eſſe poſſit.
690 Verum hæc diſceptatio ad majorum gentium Deos pertinet: nos ad cætera pertexenda
properemus.

(α) In Appendice ſub anno 1609 & in Beylagis Germanic. ſub anno eod.

(β) *Exſtantibus maſculis*] Hieronym. Gartzonius in *tract. de Fœminis ad feuda recip. num.* 32. *& num.* 59. Nicol. ab Eberbach Cancellarius Electoralis Palatinus in *tract. de Feud num.* 226. Pachineus *lib.* 5. *Contreverſ. Jur. cap.* 45. Vulrejus *lib.* 1. *de Feud. cap.* 9. *num.* 52. *& conſ.* 35. *vol.* 3. *Conſil. Marpurgenſ.* Græværus *lib.* 2. *concluſ.* 148. Quæ Leges Imperii conformatæ ſunt ad inſtar Legis Divinæ Moſaicæ, quæ fœminæ in defectu demum maſculorũ paternam hereditatem ſortiri permittuntur, ut auctor eſt Melcior Canus Epiſcop. Canarienſis Ord. Prædicator. & Primarius Theologus in Academ. Hiſpan. Salmantie. *lib.* 2. *de Loc. theolog. cap.* 14. *fol.* 122.

(γ) *Quotocunque gradu*] Baldus in *cap.* 1. *de Feud. March. num.* 5. Zaſius *de Feud. part.* 8. *num.* 5. Gail. *lib.* 2. *Pract. Obſervat. cap.* 50. Mynſingerus *centur.* 2. *Obſervat. Cameral. cap.* 95. *num.* 4. Weſembecius in *Parat. D. unde cognat. num.* 4. Duarenus *de Feud. cap.* 11. *num.* 15. Hartman. Hartmanni in *Practic. obſervat. tit.* 14. *Obſ.* 16. *num.* 10. *& ſeq.* Hamelius in *tract. de Feud. cap.* 4. *concluſ.* 2. *num.* 41. Beſoldus *de Regia ſucceſſ. lib.* 1. *diſſert.* 8. §. 6. *& ſeq.* Ranchinus *de ſucceſſ. ab inteſt.* §. 15. *num.* 7.

(δ) *Linearum ordinem* tit. 7. & tit. 25. vide ſupra hoc *cap.* 12. §. 8. & adde Caroli IV. Wenceslai & Sigiſmundi *Declarationes de Succeſſione Bohemica, Palatina & Saxonica.* E

(ε) *Succeſſivum*] eſt enim Regnum Bohemiæ non propriè hereditarium, ut ſunt Hiſpaniæ, Franciæ Angliæ, &c. nec feudum proprie hereditarium, ut eſſe perhibentur, principatus Galliæ & Burgundiæ; Sed eſt feudum ex pacto & providentia, agnationi, & in defectu agnationis à primo acquirente deſcendentis, cognationi quæſitum. Unde licet verbum, *Heres, Erben*, legatur in inveſtituris & aliis inſtrumentis, intelligendum tamen eſt F cum qualitate de herede feudali. Nunc in herede feudali moribus noſtris Germanicis non inſpicimus ſucceſſionem civilem, ut in Hiſpania, Gallia, Anglia fieri conſuevit ſed tantum ſucceſſionem, quæ venit ex natura feudi: idem Zaſius in *tit. de Feud. ſucc. n.* 30. Quæ natura Feudi explicatur in *Aurea Bulla*, & dictis *declarationibus Cæſareis*;

A

CAPUT XIII.

Regum Bohemiæ atteſtationes de Hereditaria in Regno ſucceſſione. Primogenitus, Heres, Dominus Regni Bohemiæ, intitulabatur proximus ſucceſſor, ut filius, frater, agnatus, id eſt, Princeps Regni hereditarius. Heredes, Erben, *in inveſtituris, Reſcriptis, conſtitutionibus & Diplomatibus Regiis, Regum ſucceſſores legitimi de Regia Bohemica ſtirpe & proſapia intelliguntur. Electio*
691 *filii aut fratris, vivo Rege facta, abuſive ponitur pro deſignatione & aſſumptione. Id exemplis Regnorum Hiſpaniæ & Galliæ declaratur.*

B NEc Imperatores tantum & Reges Romanorum, directi & ſupremi Bohemiæ Domini, Regnum illud pro ſucceſſivo & hereditario in ſuis inveſtituris, decretis, reſcriptis & ordinationibus tam pragmaticis & generalibus, quam ſpecialibus & privilegiariis agnoverunt & habuerunt, ſed ipſi etiam quoque Reges ac Duces Bohemiæ pro tali illud ſemper reputaverunt & recognoverunt, ut eorum leges, ordinationes, ſtatuta, diplomata inveſtiturarum, inſtrumenta pactorum, fœderum, & id genus alia documenta ad oculum demonſtrant. Quorum cum non ſit numerus, nos ex infinitis paucula quædam, ut inſtituto noſtro ſatisfaciamus, delibabimus.

2. Et primum quidem occurrunt Sobeslai I. Ducis Statuta (α) Pragæ anno
C MCXXV. in Conventu Ordinum ſancita, in quorum articulo 2. ſtatuitur in hæc verba: *Wann kein Erbe oder Hertzog im Land wäre, ſo ſoll der Bürgermeiſter der groſſen Stadt Prag das Fürſtenthum Böhmen regieren, und demſelben, ſo lang es alſo verweyſet, vorſtehen, bis ein Fürſte erwehlet wird.* Habemus ergo primam definitionem, quando Bohemis electio competere poſſit, nempe nullo exiſtente herede Ducali, nunc Regali, qui defuncto Duci vel Regi in regimine ſuccedere debeat. Hic Sobeslaus Dux in Diplomate (β) ſub dato Pragæ anno MCXXX. hunc ſibi titulum arrogat: *Quod ego Sobeslaus Dei gratia* Boëmorum *Monarcha, &c.* Et in calce: *Sub Chriſtianiſſimo Duce Sobeslao, filio Regis Wratislai.* Quo ipſo non obſcure indicat, patri ſe jure filiationis, non autem electionis, ſucceſſiſſe.

D 3. Fridericus I. Rex, Uladislai Regis filius primogenitus & ſucceſſor, in Diplomate (γ) quodam decernit: *Fridericus Dei gratia Boëmorum* Rex *Primus &c. ut nullus fratrum meorum, præſentium nec futurorum, praeter illum, qui Dux vocatur Principalis, &c.* Quibus verbis jus majoratus in ſucceſſione regiminis exprimitur, ut nimirum ex fratribus is tantum præficiatur Regno, quem ordo naturæ & ætatis primo loco poſt obitum ſuum vocaturus ſit. Hic Fridericus alibi (δ) ſe præſcribit: *Fridericus Dei gratia Dux Bohemiae,* Rector *Moraviae in terminis Hungariae &c.*

692 4. Primislaus Ottocarus II. Rex Bohemiæ, vivo adhuc fratre ſeniore, Wenceslao Luſco Bohemiæ Rege, a quo Marchionatum Moraviæ in apennagium acceperat, ſeſe *Heredem*, item *Dominum Bohemiae* ſcribebat. Sic enim orditur ſua diplomata: (ε)
E *Przemisl Dei gratia Heres* Regni *Boëmiae, Dux Auſtriae, Dominus Stiriae, Moraviae Marchio.* In alio Diplomate (ζ) de anno MCCLVIII. verbum *Heredis* interpretans ita præſcribit; *Ottokarus, qui & Praemizl, Dei gratia Dominus* Regni Bohemiae, *Dux Auſtriae, Marchio Moraviae &c.* Et in literis ad Alexandrum (η) Papam ſub dato Pragæ anno MCCLX. *Primislaus Ottagar eadem gratia Dei Dominus* Regni Bohemiae,

(α) *Statuta*] quæ refert Hagecius in *Chron. Bohem. part. 1. anno* 1125. & Georg Beatus in *Chron. Bohem.* ſubjuncto *Ordinationibus Regni in Sobeslao Duce fol.* 27.

(β) *Diplomate*] apud Pontanum à Braitenberg
F in *Bohem. pia lib. 5. fol.* 71.

(γ) *Diplomate*] quod idem Pontanus profert in *d. lib. 5. fol.* 73.

(δ) *Alibi*] apud Hagecium in *Chron. Bohem. part. 1. anno* 1184. ubi Sandelius Teuthonice reddidit. *VVir Friderich Hertzog in Bœhmen, und Regent in Mahrern bis an die Hungariſche Granzen.*

(ε) *Diplomata*] quæ refert Pontanus in *Bohem. pia lib. 5. fol. 83. & lib. 6. fol. 86.*

(ζ) *in alio Diplom.*] apud eundem Pontan. d. *lib. 5. fol.* 60.

(η) *Literis ad Alex.*] quas recitat Hagecius in *Chron. Bohem. part. 1. anno* 1260. & reproducitur in *Beylagis Germanicis ſub anno* 1260.

Bohemiae, Marchiae Moraviae, Dux Auſtriæ & Styriae. Pro cujus verbis *Heres* (α) A
idem eſt, quod Dominus, (β) ſi non in re, ſaltem in ſpe & jure quæſito, ut ſignetur proximus & legitimus in Regno ſucceſſor, (γ) qui vulgo in Regnis ſolet κατ' ἐξοχὴν *Princeps* appellari, quemadmodum ſupra explicuimus. (*)

693 5. Wenceslaus III. Ottocari filius unicus, dum adhuc minorennis ſub tutela viveret, hoc titulo (δ) utebatur: *Wenceslaus Dei gratia Dominus & Heres Regni Bohemiæ, & Marchionatus Moraviæ*, &c. anno MCCLXXXIV. Qui poſtea ſui juris factus & in Regno inauguratus more progenitorum ſuorum ſcribebat: (ε) *Nos Wenceslaus Dei gratia Rex Bohemiæ, Dux Cracoviae & Sandomiriae, Marchioque Moraviæ, S. Rom. Imperii Princeps & Archipincerna*, &c. anno MCCXCI. Idem in Diplomate (ζ) Eccleſiæ Pragenſi dato jus ſibi hereditarium in Regno Bohemiæ hiſce verbis videtur vindicare: *Ut Eccleſiarum* Regni *noſtri*, &c. *cujus etiam ab Illuſtribus progenitoribus noſtris recolendæ memoriae, piiſſimis ipſius Eccleſiae fundatoribus jus Patronatus habemus, & in qua tanquam in captivitate* Regni *noſtri tam Progenitores ipſi, quam nos coronari*, &c. B

6. Johannes Rex Bohemiæ & Poloniæ, prædicti Wenceslai gener & ſucceſſor, in Diplomate, quo Leskonem Ducem Ratiborienſem (η) inveſtit anno MCCCXXVII. jus ſucceſſorium & hereditarium hiſce verbis aſſignat; *Ipſum in noſtram, heredum & ſucceſſorum noſtrorum*, Regum *Bohemiæ praedictorum, protectionem, tanquam Principem & vaſallum noſtrum, recipimus*, &c. Idem in Diplomate, quo Nicolaum Ducem Troppaviæ, (θ) Ottocari Regis filium nothum, conjugiſque ſuæ fratrem illegitimum, conceſſa immediata in cæteris libertate in fidem recipit & inveſtit, anno C

 MCCC-

(α) *Heres*] igitur hæc verba, *heres & Dominus*, in materia ſucceſſionis Regnorum ac Principatuum æquipollent. Unde filius Regis etiam vivo dum patre quodammodo Rex habetur & dicitur, ut docet Servius Honoratus in *Virgil. Eclog. 3. in fin.* Johannes Seneca in *gloſſ. ad cap. denique 9. cauſ. 7. quæſt.* 1. Hieroym. Balbus in *tract. de Coronat. cap.* 13. Ludovicus Molina *lib. 1. de Hiſpan. primogenit. cap.* 2. Didacus de Simancis *lib. 1. de primogenit. Hiſpan. cap.* 1. Bignonius in *Not. ad Marculphi Formul. lib. 1. cap.* 39. Quo reſpexit Hieronymus Rubeus *lib. 3. Hiſtor. Ravennat. anno* 515. de Theodorico Gotho Romanor. & Germanor. Rege ſcribens: *Eutharicum Theodericus cum unice diligeret, non ut generum, ſed filii loco, cum ipſe maribus careret, ſemper habuit, & in ſpem* HEREDITATIS *Italici Regni apud ſe voluit eſſe.* Quibus verbis declaratur, cur Regius filius, frater agnatus proximus, *Heres* dictus fuerit. Sic Conradus IV. Cæſar, Friderici II. Imperatoris filius, vivo patre ſe *Heredem Regni Hieruſalem* ſcripſit, ut videre eſt in *Privilegiis Eccleſia Mindenſ. num.* 17. Sic Duces Sleſvigiæ & Holſatiæ ex Regia Danorum familia ſeſe *Heredes Norvegia* propter ſpem ſucceſſionis præſcribunt. Wladislaus Boliſlai II. Poloniæ Regis in exilium pulſi frater, *Principis & Heredis Regni Polonia nomen ſibi ſumpſit*, ut ſcribit Herburtus *lib. 4. Hiſtor. Polon. cap.* 1. & de Wladislao Loctico ſcribit idem lib. 9. cap. 2. *Diſtulit is coronationis ritum, nec Regis, ſed Heredis Regni Polonia nomen uſurpavit.* Et hinc adeo manſit ille Regum Poloniæ titulus, quo *Ruſſia, Pruſſia*, &c. *Heredes & Domini* ſalutantur, licet jam actu & re ipſa poſſideant.

(β) *Dominus*] ita Adolphus Holſatiæ Comes, gener Miſtyboi Pometelliæ & Caſſubiæ Ducis ſe *Dominum Pomerania* ſcripſit propter ſpem ſucceſſionis, quam jure uxoris ad eum Ducatum prætendebat, ut ſupra diximus.

(γ) *Prox. & legit. ſucceſſ.*] quo pacto exponit Baro Streinius in *Reſponſ.* ſive *Bedencken, ob Bœheim erblich oder ein VVahl-Kœnigreich ſeye*, pro Matthia tum Archiduce Auſtriæ ſcripto *anno* 1599. *in princ.* Unde in Regno Judæorum filius Regis, vel nepos, aut proximus agnatus ex primi acquirentis lumbis deſcendens, non ungebatur, quippe particeps paternæ vel avitæ D
unctionis, niſi forte lis à competitoribus aut æmulis mota id poſtulaſſet, ut ex antiquis Hebræorum Rabinis docet Wilhelm. Schickartus in *tractat. de Jur. Reg. Hebræor. cap. 6. theor.* 20.

(δ) *Hoc titulo*] apud Pontanum in *Bohemia pia lib. 5. fol.* 56.

(ε) *Scribebat*] apud Gewoldum in *Comment. de S. Rom. Imperii Septemvirat. cap.* 9.

(ζ) *Diplomate*] apud eundem Pontanum *dict. lib. 5. fol.* 57. E

(η) *Ratiborienſem*] Diploma profert Schifordegherus *Diſput. forenſ. lib. 3. tract. 30. quæſt.* 11.

(θ) *Troppaviæ*] Diploma habet Hagecius in *Chronic. Bohem. part. 1. anno* 1318.

(*) Sic & Wenceslaus IV. vocatur anno 1283. *Dominus & hæres Regni Bohemia* in diplomate Johannis de Michelsberg, vi cujus Wenceslao concedit villam Tuchlowiz & Zerbi. Vid. Balbini *Codex Epiſtol. Public. num. 117. p.* 159. Quæ cum certiſſima fide nitantur, neſcio qua fronte Stranskius affirmet neminem ex Regum Bohemiæ liberis ſe vocaſſe *Bojemia Principem in Republ Bojema cap.* F
5. §. 26. & cap. 10. §. 1. Præterea cum clariſſima contra ſe militare videret argumenta, & indubitatæ fidei teſtimonia, in quibus *heredes* Bohemia vocabantur Regum liberi, præſertim primogenitus, nobis perſuadere conatur *cap. 5. §.* 29. nomen *heredis* irrepſiſſe Notariorum oſcitantia in acta publica. Sed mihi non fit veroſimile, quanquam aliis id commentum placeat.

A MCCCXVIII. *Uns, und unſern nachkommenden Erben, Kænigen in Bæheim.* Et ipſe
Dux in Reverſalibus ſeſe obligans inquit: *Ihrer Majeſtat und deren erben und nach-
kommenden, als unſern Herren*, &c. Et in privilegio Ducibus Lignicenſibus (α) ac
Brigenſibus conceſſo anno MCCCXXIX. *Und unſer, unſer erben und nachkomlin-
gen Kænigen von Bæheimb, auch unſers Reichs zu Bæheimb, mann davon worden*,
&c. Et poſtea: *Undgeloben wir von unſer, unſer erben und nachkomlingen wegen,
den ehegenannten unſern ſchwagern* (Boleslaum Ducem Lignicenſem) *ſeine erben und
nachkommlingen*, &c.

694 7. Carolus IV. Imperator, tanquam Rex Bohemiæ, ſcribit: (β) *Qui* (Johan-
nes Rex) *duxit uxorem nomine Elizabeth, filiam Wenceslai II. Bohemiæ Regis, &
B obtinuit Regnum Bohemiæ cum ea, quia maſculinus ſexus in progenie Regali Bohemo-
rum defecerat: & expulit Henricum Carinthiæ Ducem, qui habebat in uxorem ſoro-
rem ſeniorem uxoris ſuæ dictæ, quæ mortua eſt in poſterum ſine prole. Qui Regnum
Bohemiæ cauſa ejusdem ſororis ante eum obtinebat.* Et poſtea *fol.* 95. aſſerit Proceres
Bohemiæ de ſe patri ſuo Johanni dixiſſe: *Nam & ipſe HERES Regni, & de ſtirpe Re-
gum Bohemiae eſt.* Hinc iſte ejus titulus, quem ante ſuſceptum Regnum vivo patre
gerebat: *Nos Carolus Domini Regis Bohemiae Primogenitus, Marchio Moraviae*,
&c. in Confirmatione libertatis & privilegiorum Boleslao Duci Brigenſi (γ) facta anno
MCCCXLIII. Et Clemens VI. (δ) Papa in Bulla ſuper erectione Archiepiſcopatus
Pragenſis eodem anno Avenione in Galliis conceſſa, eundem titulum confirmans, re-
C ſcripſit: *Johanne Illuſtri Rege Bohemiae, & Nobili viro Carolo Marchione Mora-
viae, filio ejus Primogenito*, &c. Quem Nicolaus Patriarcha Aquilegienſis (ε) hac
periphraſi interpretatur; *Vobis, Illuſtri Principi Carolo, de progenie Regis Boëmiae,
Marchioni Moraviae*, &c. Ex qua titulorum paritate & identitate, ut Doctorum
noſtrorum verbis utar, colligitur, hæc tria nomina, *Primogenitus, Heres* & *Domi-
nus*, eſſe ſynonyma, & in jure ſuccedendi pro uno eodemque ſumi atque poni.

8. Idem Carolus in Diplomate (ζ) ſub dato Pragæ anno MCCCLV. ſucceſſio-
nem in Regno hereditariam hiſce verbis conſignat: *Tunc enim glorioſi Boëmiae Prin-
cipes, de quorum alto ſanguine traxiſſe nos conſtat originem*, &c. Et in Conſtitutio-
nibus (η) Regni Bohemiae a ſe promulgatis in proœm. ait: *Regno noſtro Boëmiae no-
bis ſucceſſione legitima devoluto.* Et *tit.* 4. §. *hac perenni*, &c. ſancit: *Singuli Reges
D Illuſtres, heredes ſucceſſoresque noſtri, ad quos ſucceſſivis temporibus Regnum no-
ſtrum Boemiæ ex deſcendenti vel collaterali linea ſucceſſionis legitime devolvetur, vel
ea deficiente (quod propitius Deus avertat) electionis jure pervenerit, juxta menſem
continuum, quemcunque a die ſucceſſionis aut electionis hujusmodi numerandum*, &c.
Item *tit.* 8. *In & ſuper quibus, heredibus noſtrisque ſucceſſoribus, in poſterum Illuſtri-
bus Boëmiæ Regibus*, &c. ut quidem hunc locum Geſchinius recte εὐστόχως ſupplevit.
Et *tit.* 37. *Dudum ſiquidem Illuſtris quondam Regina Boëmiæ, Rege marito ſuo defun-
cto, relictisque liberis in Regno ipſo ſucceſſuris*, &c. Denique *tit.* 38. *Quod ſucce-
695 dentes pro tempore in Regno Bohemiæ, ſinguli futuri Reges Illuſtres infra ſex menſes
continuos a die ſucceſſionis inantea numerandos* &c. Et licet auctoritas harum Conſti-
E tutionum a Bohemis in dubium vocetur, quod ſine Ordinum ſcitu & Conſilio editæ
nunquam in Bohemia legum vigorem obtinuerint, hanc tamen inſtantiam ſupra (θ)
diluimus; & faciamus ita eſſe, ut illi prædicant, tamen vel id inde conſtare arbitror,
Reges Bohemiæ ſemper regnum ſuum non pro electivo, ſed ſucceſſivo & hereditario
habuiſ-

(α) *Lignicenſ.*] idem Schiſordegher. *d. quaſt.* 11. & reproducitur in *Beylagis German. ſub. anno* 1329.

(β) *Scribit*] in Commentar. de vita ſua fol. 94. in *Bohemic. à Frehero collectis*: & refert Cochlæus *lib.* 1. *Hiſtor. Huſſit. fol.* 5. *in fin.*

F (γ) *Brigenſi*] in Append. hujus tractatus *ſub anno* 1343.

(δ) *Clemens VI.* refert Hagecius in *Chron. Boh. part.* 1. *anno* 1343. & in *Beylagis German. ſub anno eod.*

(ε) *Aquilegienſ.*] in Epiſtola, quam refert ipſemet Carolus in *d. Commentar. de vita ſua, fol.* 104.

(ζ) *Diplomate*] quod refert Pontanus in *Bohpia lib.* 5. *fol.* 59.

(η) *Conſtitutionibus*] quas anno 1617. in lucem produxit præſtantiſſimus Dominus Paulus Geſchinius Bohemus & Conſil. Cæſareus, eo nimirum ipſo tempore, quum ſucceſſio agnatorum Regis familiæ controverti cœpiſſet; ea etiam quomodo mihi perſuadeo, intentione, ut diſſentientes Bohemos per haſce ſui Regni Ordinationes in viam reduceret. Quod ejus ſtudium merito à prudentibus & laudatur & approbatur.

(θ) *Supra*] lib. 4. cap. 15. §. 9.

habuiſſe, extra quam ſi ſtirps Regia maſculina & feminina defecerit. Quo in caſu A Regnum Imperio non fiat caducum, ſed ad Ordines Bohemiæ jus electionis recidat.

9. Wenceslaus Cæſar, & Rex Bohemiæ hoc nomine V. in Inveſtitura (α) Ducibus Brigenſibus facta Pragæ anno MCCCLXXIX. hac ſolenni Regnorum hereditariorum formula utitur; *Von uns, als einem Kœnig zu Bœheim, unſern erben unnd nachkommenden Kœnigen, und der Cron des Kœnigreichs Bœheim*, &c.

10. Sigismundus Imperator, Wenceslai fratris in Regno Bohemiæ proximus heres & ſucceſſor, ad ordines Regni Czieslaviæ congregatos anno MCCCCXXI. in hunc modum ex Trenſcino Hungariæ oppido perſcripſit: (β) *Wider die jenigen, die vns von vnſer Erbgerechtigkeit abdringen wolten.* Et poſtibi: *Von vnſerm erblichen Bœhmiſchen Kœnigreich dringen wolte.* Et mox: *Und vns von vnſerm eigenthümb-* B *lichen, und von Rechts wegen gebührendem Königreiche Böheim, nicht verdringen laſſen.* Quibus verbis invehitur in Bohemos rebelles, qui ſe rejecto Vitoldum Lituaniæ & Ruſſiæ Magnum Ducem elegerant. Qui cauſas rejectionis easdem propemodum prætendebant, quas nuper divulgari in rejiciendo Ferdinando II. vidimus. Eas in *Appendice ſub anno* MCCCCXXI. reproducimus. Facit earundem Æneas Sylvius (γ) mentionem, hiſce verbis: *Quod Dalmatiæ linguæ hoſtis eſſet: nec alia cura teneretur, quam Regni perdendi: qui Marchiam novam Prutenorum Ordini jure pignoris obligaſſet, Brandenburgenſem autem a Corona Bohemica alienaſſet; Ioannem ac Hieronymum in Conſtantienſi Concilio cremari non ſolum permiſiſſet, verum etiam procuraſſet, dogmata fidei, quæ ipſi ſequerentur, totis conatibus oppugnaret.* Et capite C 47. in fine: *Se armis ab eo ſine cauſa impeditos dicebant, cives ſuos in Conſtantia con-*
695 *tra publicam fidem exuſtos inauditos, Bohemiae Primores tanquam hæreticos a Romana Eccleſia damnatos, Rengum ſacris contumelioſe interdictum, non eſſe tam exiguam Bohemorum potentiam, quæ ſuo nequeat honori conſulere.*

11. Idem Sigismundus in Diplomate, (δ) quo Compactata Iglaviana Civitatibus Regni confirmantur anno MCCCCXXXVI. *Uns mit ihnen, gedachten Böhmiſchen Abgeſandten, anlangend unſere Herrſchung und Regiment, als der natürliche Erbe und Landsherr verglichen*, &c.

12. Ladislaus, Alberti II. filius Rex Bohemiæ & Hungariæ; Archidux Auſtriæ &c. in Oratione (ε) ad Nicolaum V. Papam Romæ habita anno MCCCCLII. *Majo-* D *res etiam mei*, inquit, *qui vel Ungariæ vel Bohemiæ, vel Auſtriæ præfuerunt, hujus divinisſimæ Sedis præcipui ſemper amatores & cultores fuerunt.* &c. *Cumque omnes homines Deo referre gratias debebant, ego illi maxime regratiari & ſervire teneor, cujus munere factum eſt, ut ego Rex naſcerer.* &c. Et in fine Orationis: *Ego tandem meipſum, Dominia & Regna, quæ mihi hereditario jure debentur, Tuæ Clementiæ, tuæ fidei, tuæque protectioni commendo.* Fuerat tum Ladislaus adhuc minorennis, & nec dum coronatus Bohemiæ Rex, patruelem & tutorem ſuum Fridericum III. Imperatorem Romam comitatus, ut ſolemnibus coronationis Imperatoriæ intereſſet,

13. Idem Ladislaus ab expeditione Romana redux anno MCCCCLIII. Pragæ coronandus juramentum (ζ) præſtitit, non ut electus, ſed ut Rex aſſumptus, ſcili- E cet

(α) *Inveſtitura*] quam produximus in *Beylagis Germanic. ſub anno* 1329.

(β) *Perſcripſit*] apud Hagecium in *Chron. Bohem. part. 2. anno* 1421. *fol.* 103. Theobaldum in *Bello Huſſit. part. 1. cap.* 48. *anno* 1421. *in Beylagis German. ſub anno eod.*

(γ) *Sylvius*] in hiſtor. Bohem. cap. 39. ex correctione Martini Frechti, quum in aliis exemplaribus legatur; *Qui antiquam Prutenorum civitatem ordini*, &c. nullo plane ſenſu. Intelligitur autem Marchia Prutenica verſus Lituanos, quam Ottocarus Rex Bohemiæ conquiſivit, conditisque Kœnigsberga & Brunsberga urbibus, juris Bohemici eſſe voluit.

(δ) *Diplomata*] apud eundem Hagecium *dict. part. 2. anno* 1436. & Theobaldum in *Bello Huſſitic. part. 1. cap. ult.* Adde ejusdem Imperatoris Inveſtituram Marchionatus Moraviæ, Alberto genero conceſſam, & ejusdem Alberti Reverſales in *Beylagis German. ſub anno* 1423. adde Epiſtolam Norimbergæ anno 1431. ad ordines Bohemiæ & Moraviæ perſcriptam, in qua hæc verba leguntur: *Daſs ich euer Kœnig und natürlicher Erbe*, &c. apud eundem Theobaldum *dict. part. 1. cap.* 77. *anno* 1431.

(ε) *Oratione*] quam compoſuit Albertus de Eyb JC. Cubicularius Apoſtolicus & Canonicus F Bambergenſ. in *Margarita poëtic. part. 2. tract. 2. orat. 4.* & refert. Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. lib.* 10. *anno* 1452. *fol.* 380.

(ζ) *Juramentum*] quod habet Hagecius in *Chron. Bohem. part. 2. anno* 1453. Theobaldus *in Bell. Huſſitic. part. 2. cap.* 20. *anno* 1453. Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem. num.* 6. & nos in *Beylagis Germanicis ſub anno* 1453.

A cet ad regimen, quod hactenus per Gubernatorem adminiſtrabatur. Sic enim habent
verba juramenti: *Nachdem wir jetzo einſchreiten, und in gedachtes Kœnigreich Bœh-
men angenommen ſeynd*, &c. Quibus verbis luculentiſſime declaratur, quo pacto ver-
bum *eligere erwehlen*, tum in principio hujus juramenti, tum in aliis formulis & re-
verſalibus intelligendum atque interpretandum ſit:

697 14 Uladislaus Polonus, Alberti ex filia nepos, Ladislai ſororius, Rex Hungariæ
& Bohemiæ, in Privilegio (α) Ducibus Lignicenſibus & Brigenſibus conceſſo Budæ
anno MDV. *Von uns, unſern erben und nachkommen*, &c. Et in alio Privelegio Du-
ci Friderico Lignicenſi & Goldbergenſi ſpeciatim dato in eodem loco & anno: *Von
uns und unſern nachkommenden Kœnigen zu Hungern und Bœheim*, &c. Et mox ſe-
B ipſum interpretans; *Soller uns, unſern erben und nachkommen, ſchuldig und pflichtig
ſeyn*, &c. Nec non in conſenſu ejusdem, ut liceat Henrico Duci Lignicenſi in Teſta-
manto ſuper Ducatu ſuo pro ultima voluntate libere diſponere, ſub dato Uratislaviæ
anno MDXI. *Von uns, unſern erben, und nachkommenden Kœnigen zu Bœheim, und
ſonſt jedermänniglichen ungehindert*, &c.

15. Ex quibus loquendi formulis evidenter conſtare arbitramur, quo pacto ele-
ctio (β) & coronatio impuberis Ludovici, vivo & volente patre Uladislao facta, ſit
intelligenda & interpretanda. Quum enim formalia verba dicant, Ludovicum ele-
ctum & coronatum fuiſſe, tanquam Uladislai Regis filium & heredem, *als zu ihrem
Herrn und deſſen Erben*, non potuit pura, libera & mere voluntaria eſſe electio, ſed
C tantum aſſumptio & declaratio proximi in Regno ſucceſſoris, (γ) cum conſilio & con-
ſenſu Ordinum Regni ordinata & publicata. Quod aperte ſenſiſſe Bohuslaus de Haſ-
ſenſtein (δ) Baro Bohemus videtur, de hac infantis vix trimuli coronatione ſcribens,
*Huic verba adhuc dimidiata magis balbutienti, quam proferenti, pro veteri gentium
more, ne dicam ſuperſtitione, inſigne Regium impoſuimus, non ſolum Bohemiæ Mora-
viæque Proceribus, ſed etiam Ducibus Sileſiæ, & plerisque Epiſcopis partim aſtanti-
bus, partim miniſterium tantæ ſolennitati exhibentibus*, &c. Habemus teſtimonium
omni exceptione majus ab eo, qui actui illi interfuit non ut ſpectator, ſed ut pars. De
electione ne gry quidem: & coronationem factam aſſerit *pro vetere gentium more*. Eſt
enim hæc conſuetudo coronandi infantes heredes in Regnis hereditariis nec nova nec
D inſolens, noſtris quoque moribus in Electoratibus & Principatibus Germaniæ uſurpata.
Exemplum ſuppetit vel unus Palatinus, in quo Fridericus IV. Elector filiolum Frideri-
cum V. adhuc puerulum, juſſit ab Ordinibus ac ſubditis, præſtitis homagiis, in Prin-
cipem & Dominum recipi, quum Sedanum ad Duce Bullionæo educandus ablegare-
tur. Eodem more Henricus Rex Galliæ filium ſuum Philippum puerum ſeptennem, (ε)
698 juſſit coronari Regem Rhemis anno MLIX. non autem eligi, licet verbo *eligere* Archi-
epiſcopus Rhemenſis in conſecratione fuerit uſus, ut Maſſonus (ζ) teſtatur. Pluria
exempla Hiſpaniæ, Angliæ, Scotiæ, & aliorum Regnorum ac Principatuum hiſtoriæ
paſſim ſuppeditant.

E 16. Et hanc magis fuiſſe aſſumptionem, quam liberam electionem, claris aper-
tisque verbis declarat ipſemet Uladislaus Rex in diſpoſitione (η) ſua de Annæ filiæ ſuc-
ceſſione, ſi forte Ludovicum, gnatum unicum, ſine liberis decedere contingeret. Nam
quod

(α) *In privilegio*] quod, ut & ſequentia duo, producitur in *Beylagis Germanicis ſub anno* 1505. *& anno* 1511.

(β) *Electio*] in Diplomate, quod producit D. Eyſen in *Deduct. Bohem. num.* 8. & reproducitur in *Beylagis German. ſub anno* 1509.

F (γ) *Proximi in Regno ſucceſſoris*] cui per ſce-ptrum & coronam Regni poſſeſſio ac proprietas traditur, ut inter privatos traditione clavium transferri ſolent rerum dominia. Ita olim quibus Regium Romanorum Imperium adoptione decernebatur, certiſſimam ipſius Imperii præſumptionem habebant. Quod argumentum tractat doctiſſimus Salmaſius in *Notis ad Spartiani Severum*; & Bignonius in *Not. ad Marculphi Formul. lib.* 1. 24. *& cap.* 39.

(δ) *Haſſenſtein*] Epiſtolar. lib. 5. Theobaldus in *Bell. Huſſit. part.* 3. *cap.* 30. *anno* 1509.

(ε) *Philippum Septennem*] Floriacenſis Monachus *in Annal. Regum Franc. anno* 1059. Rigordus in *Commentar. de Geſtis Philippi Gall. Regis*, Guillermus Brito *lib.* 1. *Philppid.* Guillermus de Nangis Monach. S. Dionyſii Pariſienſis in *Hiſt. Franc.* Paulus Æmilius *de Regibus Francor. in Henrico I.* Robert Gaguinus in *Hiſtor. Francor.*

(ζ) *Maſſonus*] in Annal. Francor. in Henrico I. Rege, Johannes Serranus in *Inventar. general. Hiſtor. Francor.*

(η) *Diſpoſitione*] quam habet idem Doct. Eyſen in *dict. Deduct. Bohem. num* 9. & repetitur in *Beylagis German. ſub anno* 1510.

Digitized by Google

quod in priore Diplomate dixerat, *zu einem Böhmiſchen König erwöhlet und gekrö-* A
net, hoc in iſto poſteriore ita interpretatur, *gekrönet und angenommen.* Et ut omnem
dubietatem & calumniandi occaſionem tollat, ſignanter ſubjicit: *Im fall aber* König
*Ludvvig ohne Erben mit Todt abgehen möchte, ſo würde, vermög des Königreichs
Böhmen* Rechte, *Aufſſatzung und Privilegien, unſere Tochter, die Hertzogin Anna,
eine rechte Erbin des Kænigreichs Böhmen verbleiben.* Stat ſententia, quidquid alii
cavillentur aut fruſtrentur, dum & vera ſubdole impugnant, & falſa ſcienter propu-
gnant.

17. Ludovicus quoque ipſus in Confirmatione (α) Privilegii paterni de non alie-
nandis Regni Bohemiæ provinciis & terris, ſub dato Pragæ anno MDXXII. ſtatuit:
Wir wöllen auch daſs unſere Erben und Nachkommen demſelben allem, wie obbemelt B
gleicher maſſen nachſetzen, &c.

18. Ferdinandus I. Ludovici ſororius & jure matrimoniali proximus heres, in In-
ſtructione (β) Legatis ad Ordines Regni Bohemiæ miſſis, data anno MDXXVI. *Daſs
die Hertzogin Anna eine Erbin zu dieſem Kænigreich ſeye, und vermög des Vertrags,
ſo mit Kænig Wladislao geſchehen, zu dieſem Kænigreich den nächſten Zutritt habe.*
699 Et mox: *Derwegen ſo ſey Ihr. Fürſtl. Durchl. wie der Hertzogin Anna, als der nähe-
ſtin zu dieſer Cron, bitten und begehren, dieſelben zu ihren Herrn anzunehmen.*

19. Quod jus hereditarium non obſtante prætenſa quadam Recognitione (γ) li-
beræ electionis a Bohemis de ſe factæ, ſemper Ferdinandus Rex ſuſtinuit, ut ex Diplo-
matibus ejus variis demonſtrare in promptu eſt. Nobis unum atque alterum produxiſſe C
ſufficiet. In Confirmatione Privilegiorum Ducis Lignicenſis (δ) anno MDXXIX.
Linciæ reſcripta, legitur: *Für uns, unſere Erben und nachkommende Kænige zu Hun-
gern und Bæheim*, &c. id eſt, *pro nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris Hungariæ
& Bohemiæ Regibus, &c.*

20. Quin anno MDXLV. eandem Recognitionem ſeu Reverſalem, ut appel-
lant, veluti vitioſam & partim vi in turbis illis Hungaricis, partim falſa informatione
ab ſe extortam, caſſari, & ex tabula Regni juſſit eradi, in ejusque locum ſubſtitui Re-
verſalem Conſtitutionibus Imperii, & ſtatutis Regni conformem; in qua diſertis, cla-
ris, ſignificantibus & dilucidis verbis declaratur, Ludovico Regi ſine liberis deficienti
ſororem Annam in Regno ſucceſſiſſe tum ex antiqua Regni & obſervata conſuetudine, D
tum Caroli IV. Imperatoris *Declaratione*, & Uladislai Regis *Diſpoſitione:* quemadmo-
dum hæc in dicta Reverſali (ε) fuſius exponuntur.

21. Quæ correcta & mutata Reverſalis recognitio non modo anteceſſis, verum
etiam ſubſecutis Ordinationibus Regni, & Regiis Ferdinandi ipſius Confirmationibus,
haud temere, ſed publice & ſolemniter confirmatur. Namque in Ordinatione Metal-
lica (ζ) Regni Bohemiæ anno MDXLVIII. Pragæ ſancita legitur: *Bekennen für uns,
unſer Erben und nachkommenden Kænigen zu Bæheim, &c.* Et aliquanto poſt: *Wir
behalten uns auch für uns, unſere Erben und Nachkommen, bevor, dieſe Ordnung,
wann uns ſolches gelegen ſeyn würde, zu beſſern, zu ändern, &c.* Quæ cum ſit
pragmatica Regni conſtitutio, eſſe nobis debet probatio omnium probatiſſima, eoque E
magis, quod aliis documentis poſterioribus confirmetur.

700 22. Sic enim legitur in Confirmatione Privilegiorum Ducis Lignicenſis (η) & Bri-
genſis ſub dato Pragæ anno MDXLIX. *Bekennen für uns und unſere Erben nach-
kommende Kænige zu Bæheim.* Et mox: *Er und ſeine Erben, uns, unſern Erben*

(α) *Confirmatione*] in Beylagis German. ſub anno 1522.

(β) *Inſtrnctione*] Doct. Eyſen in *Deduct. Boh. num.* 11. & reproducitur in *Beylagis German. ſub anno* 1526.

(γ) *Recognitione*] quam producit Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem. num.* 13. & nos reproducimus *in Appendic. ſub anno* 1625.

(δ) *Lignicenſis*] in Beylagis German. ſub anno 1529.

(ε) *In dicta Reverſali*] apud eundem D. Eyſen *num.* 36. & nos in *Beylagis Germanic. ſub anno* 1545. Videantur Acta *aller Handlungen zwiſchen Kænig Ferdinanden nhd etlichen Perſonen, Herrn-Ritter- und Burger-Stands der Cron Bæheim*, de anno 1548. apud Hortlederum *part. 2. vom Teu-* F
ſchen Schmalkaldiſchen Krieg, lib. 3. cap. 83.

(ζ) *Ordinat. Metallica*] *Berg-Ordnung des freyen Kæniglichen Bergwercks St. Joachimsthal*, &c. in proœm.

(η) *Lignicenſis*] in Beylagis Germanicis ſub anno 1549.

A *nachkommenden Kænigen, und der Cron Bæheim, hinfüran wol thun können,* &c. Et in Reverſalibus literis ipſius Ducis Friderici eodem anno ſcriptis: *Alsdann mein Fürſtenthum und Land an niemand anders, dann an Hochſtgedachte Ræmiſche Kænigliche Majeſtæt, und derſelben Erben nachkommende Kænige und die Cron zu Bæheim, ſtammen und fallen ſollen* Et mox: *Alle meine Unterthanen und Leute, Ihr. Ræm. Kænigl. Majeſt. deroſelben Erben und nachkommenden Kænigen zu Bæheim, Eyd, Pflicht und Huldigung thun,* &c.

23. Etiam Maximilianus II. Cæſar, quaſi electionem de ſe, vivo adhuc patre Ferdinando, factam non aliter acceptare voluit, quam ut primogenitus Regis regentis,
B & heres naturalis ac conſanguineus. Sic enim habent verba Reverſalium (α) ejus literarum: *Uns, als I rer Kænigl. Majeſt. Leibserben und ältiſten Sohn,* &c. Jam autem paulo ſuperius explicuimus, *Heredis & Primogeniti* voce in Regno Bohemiæ denotari proximum ac legitimum ſucceſſorem.

24. Quid ſacratiſſimus Imperator Rudolphus II. Auguſtus, tanquam Rex Bohemiæ, de hereditaria ſucceſſione in Regno Bohemiæ ſtatuerit, facile eſt colligere ex his, quæ ſubjungemus, probatis & authenticis documentis. In Pactis (β) confœderationis inter Regnum Bohemiæ & Domum Electoralem Saxonicam ſancitæ anno MDLXXXVII. in hunc modum ſciſcit ac decernit: *Welcher maſſen Wir, unſere Erben, Erbnehmen und nac kommende Kænige in Bæ eim, bemeldten C ur-Furſten,*
C *S. L. Vettern, und derſelben Erben, Erbne men und nachkommene Hertzogen zu Sac ſen.* Item: *So ſollen und wollen Wir, unſere Erben, Erbne men, und nachkommende Kænige zu Bæ ein, und unſere Cron Bæheim, auf Ihr. L. und derſelben Erben, Erbne men und nac kommenden Hertzogen zu Sac ſen,* &c. Et rurſus: *Daſs Ihr. L. derſelben Erben, Erbnehmen und nachkommende Hertzogen zu Sachſen, uns, unſern Erben, Erbnehmen, und nachkommenden Kænigen zu Bæheim.* Denique (nam omnium deliberare nimis operoſum foret:) *Ob auch Wir, unſere Erben, Erbnehmen, nachkommende Kænige, und die Cron zu Bæheim, andere Einigung oder Bindnuſs,* &c. *darinnen ſollen Wir, unſere Erben, Erbnehmen, nachkommende Kænige und die Cron Bæheim, dieſe Einigung, auch den Churfürſten, S. L. Vettern,*
D *und derſelben Erben, Erbnehmen und nachkommende Hertzogen zu Sachſen,* &c.
701 Nunquid magis perſpicuum, clarius aut dilucidius dici aut ſcribi potuit, quo hereditaria Regum Bohemiæ ſucceſſio exprimeretur & declararetur? Eadem verba, iidem termini, utrimque uſurpantur, ut intelligamus eodem jure, eodemque ſucceſſionis ordine, Regnum Bohemiæ Regiæ ſtirpi deberi, quo Ducatus Saxoniæ ſolet deferri. Namque per verbum *Erben*, ſui & deſcendentes; per *Erbnehmen* autem collaterales & transverſi heredes, qui Latinis *Coheredes* intelliguntur.

25. Eisdem verborum formulis idem Imperator utitur in Pactis (γ) confœderatoriis inter idem Regnum Bohemiæ & Domum Electoralem Palatinam anno MDXCV.
E ictis & confirmatis, ita conſtituens: *Bekennen für uns, unſere erben, nachkommende Kænig unſer Cron zu Bæheim* &c. Mox addit: *welche* (antiqua Uladislai & Ludovici Regum Compactata) *ein beſchluſs vermag, daſs Ihre Königliche Würden, auch Chur- und Fürſten Liebden erben, wann ſie zu ihrer Regierung kommen, ſich verſchreiben und verſichern ſollen, für ſich, ihre erben und nackommen, berührte vereinigung, erblich und ewiglich ſtät und veſt zu halten* &c. Et rurſum: *Sollen noch wollen wir, unſer Cron Bæheim, erben und nachkommende Kænig* &c. Item, *Wir verheiſſen und verſprechen auch für unſere erben, nachkommende Kænig und Cron Bæheim* &c. Et iterum: *Das ſol uns, und unſern erben nachkommenden Kænig, und Cron Bæheim, zuſtehen.* Poſtibi: *Und damit dieſe unſere Kænigl. freundliche vereinigung durch uns, all unſere erben, nachkommende Kænig und Cron zu Bæheim, zu ewigen zeiten deſto*
F *ſtattlicher gehalten wird.* Rurſus in ſequenti articulo: *Dem ſollen und wöllen wir, all un-*

(α) *Reverſalium*] quas profert idem Doct. Eyſen *num.* 44. & nos repræſentamus in *Beylagis Germanic. ſub anno* 1554.

(β) *Pactis*] videatur *Vertrag und Erbeinigung der Cron Bæheim mit Sachſen,* anno 1587. *auffgericht*, renovirt *und* confirmirt.

(γ) *Pactis*] videatur *Erbeinigung der Cron Bæheim mit dem Chur- und Fürſtlichen Hauſs der Pfaltzgraffen am Rhein* anno 1595. *auffgericht und* confirmirt.

all unſer Erben, nachkommende König, und Cron zu Böheim, Königlich, getreu-und A
erbarlich ungeweigert nachkommen, vollſtrecken und halten. Poſtremo concludit hac
finali clauſula: *Er ſollen auch all unſer Erben und nachkommende Könige zu Bœheim,*
ſo künfftig kommen und angenommen werden, ſich verſchreiben und verpflichten für
ſich, ihre Erben und nachkommende Kœnige zu Bœheim, dieſe Vereinigung erblich
und ewiglich ſtät und veſt zu halten &c. Et hinc condiſcimus, eodem jure Regnum
Bohemiæ cum Comitatu Palatino Rheni quoad ſucceſſionem cenſeri, ut, ſi Comita-
tus Palatinus Rheni eſt hereditarius, etiam Bohemiæ Regnum eſſe hereditarium conſe-
quatur: & vice verſa; ſi Regnum Bohemiæ dabimus eſſe electivum, etiam Comitatus
Palatinus Rheni electivus ſit neceſſe eſt: quia uterque Principatus in eodem Prædica-
mento qualitatis hereditariæ & ſucceſſoriæ pariter ſimulque collocantur. Eſt enim Pa- B
ctum hoc reciproci fœderis de mutuis auxiliis ferendis non modo inter præſentes, ſed
702 futuros utrimque heredes & ſucceſſores tam deſcendentes quam collaterales, & ami-
ciria ſempiterna inter ſubditos utriusque Principatus concilianda, rate, religioſe, ſa-
croſancte & inviolabiliter ictum & confirmatum. Quod qui violat, haud dubium quin
ſit fœdifragus dicendus, & pœna rupti ſacri fœderis non immerito plectendus. Sed
ad reliqua documenta procedamus.

26. In Reverſali obligatione Friderici Ducis Lignicenſis (α) & Brigenſis ſub dato
Vratiſlaviæ anno MDXCVI. idem Dux profitetur, obligare ſeſe *gegen hochgedachte*
Röm. Kayſ. Majeſt. Ihr. Keyſ. Majeſt. Erben, nachkommenden Königen und der Cron
Böheim, daſs ihm, ſeinen Erben und Erbnehmen &c. Et in Renunciatione Confra- C
ternitatis ſucceſſoriæ Brandenburgicæ de anno eodem: *Daſs alsdann mein Fürſtenthum,*
Land und Leute an niemand anders, dann an Hochgedachte Röm. Keyſ. Majeſt. und
derſelben Erben nachkommende Könige, und die Cron zu Böheim ſtammen und fallen
ſollen: Und gedachte meine Unterthanen Ihr. Röm. Keyſ. Majeſt. deroſelben Erben
nachkommende Könige zu Böheim, undſonſten keinen andern, für ihre rechte natür-
liche Herren auffnehmen, halten und erkennen ſollen. Cujuſmodi loquendi formu-
las nuſquam reperimus in ullo Regno electivo uſurpari, quum puræ electioni e diame-
tro repugnent, & familiam certam, ſucceſſivam & hereditariam deſignent, ut vel ipſa
verba formalia evidenter demonſtrant.

27. Quin ipſemet Rudolphus (β) ſatis perſpicue eandem formulam explicare vi- D
detur in Reverſali ſuo Diplomate Ordinibus Bohemiæ dato Pragæ anno MDCVIII. in
qua Archiducem Matthiam, ut fratrem ſeniorem & proximum heredem, deſignat in
Regno ſucceſſorem, ſi forte contingat ſe ſine legitimo herede maſculo e lumbis ſuis pro-
ſato ex hac vita decedere. Quum enim dixiſſet ſe (non electum, ſed) a Deo & na-
tura Bohemis datum & conſtitutum eſſe Regem, *als der allmächtige Gott uns ihnen*
zur Obrigkeit und zu einem König und Herrn vorgeſtellt und gegeben ſubjicit dein, ſe
Matthiam deſignare ſucceſſorem, *als den ältiſten Bruder*, tanquam ſeniorem fratrem,
cui nimirum ipſo jure ſucceſſivo, ceu proximo heredi, competat, *wofern Gott der*
Allmächtige uns ohne mannliche von uns im heiligen Eheſtand entſproſſenen Leibserben
von dieſer Welt abfordern würde, &c. Et ne dicis cauſa hanc futurorum heredum E
exceptionem adjeciſſe videatur, eandem hiſce emphaticis & prægnantibus verbis repe-
tit: *Jedoch mit dieſer gewiſſen und obangezeigten gewaltigen und groſſen Exception,*
wofern wir, wie gemelt, keine eheliche Leibs-Erben hinder uns verlaſſen würden.
703 Tandem concludens ſtipulando, *wir vor uns, unſere Erben, und kunfftige Könige*
zu Böhmen &c. Ut liquido appareat, in hac conſueta & ſolemni Regum Bohemiæ for-
mula per verbum *Erben*, intelligi heredes naturales legitimos conſanguineos, non
autem extraneos & electos ſucceſſores, nequis forte gliſcat in hoc verbo ludere &
cavillari.

28. Eadem ipſiſſimis verbis profitetur Matthias frater, tanquam deſignatus Rex
& Heres Regni Bohemiæ, in Reverſali (γ) ſuo Diplomate Ordinibus Bohemiæ dato F
in caſtris inter Srertoholtzium & Undermecholipum poſitis, eodem anno MDCVIII.
in hunc modum reſcribens: *In dieſer obgedachten Geſtalt, wofern Ihre Keyſ. Majeſt.*
Mmm 2 *ohne*

(α) *Lignicenſis*] Vide Beylagas Germanic. ſub anno 1596.
(β) *Rudolphus*] in Beylagis Germanic. ſub anno 1608.
(γ) *Reverſali*] in dictis Beylagis Germanic. ſub anno 1608.

A *ohne mannliche Erben von Ihr. Majeſt. im heiligen Eheſtand erzeuget, von dieſer Welt durch den zeitlichen Tod abgienge, ſo ſolten wir, als Ihrer Keyſ. Majeſt. ältiſter Bruder, künfftig zum König in Bœheim erwehlet werden.*

29. Iterum Rudolphus II. Imperator in Conſtitutione (α) de pace religionis in Bohemia, ſub dato Pragæ anno MDCIX. ter hanc formulam repetit: *Von uns, unſern Erben und künfftigen Künigen in Bœheim &c.* Certum namque eſt conſtatque inter omnes, Rudolphum Imperatorem tum temporis conſilia de matrimonio ineundo, & prole ſuſcipienda, aut in defectum prolis legitimæ de adoptando in ſpem ſucceſſionis Archiduce Leopoldo cogitaſſe. Sed Matthias ut frater ſenior & heres proximior, conſilia hæc diſturbavit, ſibique jus quæſitum contra patruelem Leopoldum etiam armis B conſervavit, & adoptato ſeniori patruele, Ferdinando Archiduce, Regni ſucceſſionem eidem, cui ordo naturæ & legis deferebat, more modoque legitimo reliquit. Is nunc rerum feliciſſime potitur, & ut æviternum cum poſteris ſuis potiatur, id Deum Opt. Max. ex animo veneramur.

(n) *Conſtitutione*] in *Reichs-Satzungen* part. 2. anno 1609. fol. 351. Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem. num.* 58.

CAPUT XIV.

S. Romani Imperii electorum, Principum atque Ordinum communium C *atteſtationes de hereditaria Regum Bohemiae ſucceſſione.* Erb Kœnigreich *verbum eſt ſolemne & legitimum in ſucceſſione Regni Bohemiæ & Moraviæ, nec hodie primum aut heri natum. Moymari dicti ſunt Moraviæ Reges, ut Chagani Hungariæ &c. Reges hereditarii.*

704 NEque non etiam S. Romani Imperii Archiprincipes Electores, cæterive Status atque Ordines tam antiquis, quam noſtris temporibus legitime recognoverunt, Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ Regio ſanguini jure hereditario deferri. Et de Moravia quidem Theotmarus (α) Archiepiſcopus Salisburgenſis cum cæteris Germaniæ Epiſcopis ad Johannem IX. Papam anno Chriſti nati DCCCCI. ſcripſerunt in hæc verba: *Progenitores Sereniſſimi ſenioris* (id D eſt Domini) *noſtri Ludvvici videlicet Imperatoris* (hoc nomine Quarti, Arnulphi Imperatoris filii) *& Regis, ex Chriſtianiſſima Francorum gente prodierunt: Moimarii vero Schlavi a Paganis & Ethnicis venerunt &c.* Comparantr genus Regum Francorum cum proſapia Regum Moravorum; ſive Regiam familiam Pippingiam ſeu Carlingiam in Francia, cum ſtirpe Regia Moimaria (β) in Moravia. Unde liquido conſtat, eodem pacto Reges in Moravia κατὰ γένος & ſanguinis jure ſucceſſiſſe, quo Carlingii in Francia, quos jure hereditario regnaſſe (γ) in confeſſo eſt.

2. Archiepiſcopi Moguntinus & Colonienſis in arbitramento facto ſuper Controverſia Epiſcopi Bambergenſis & Ducis Bavariæ in comitiis Spirenſibus anno MCCCLIII. ita decernunt: *Carolo Romanorum Imperatori & Bohemiæ Regi, & heredibus* E *ac ſucceſſoribus ſuis Regibus* Bohemiæ *&c.* Et pauculis interjectis: *Antedictum Dominum noſtrum Regem Bohemiæ ementem parte ab alia ad manus heredum & ſucceſſorum ſuorum,* Regum Bohemiæ *&c.* Et in calce: *Cameræ præfati Domini noſtri Regis, heredum & ſucceſſorum ſuorum Regum Bohemiæ &c.* Et in Emologatione (ut illorum verbo utar) ejusdem arbitramenti, facta a Lepoldo Epiſcopo Bambergenſi, feudi Domino, in eodem loco & anno: *Domino Carolo Romanorum Imperatori &* Bohemiæ *Regi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis* Bohemiæ Regibus. Et poſtea: *Ad præfatum Dominum*

(α) *Theotmarus*] in Epiſtola, quam edidit Gewoldus poſt Chronic. Reicherſpergenſ. fol. 53. & habetur in *Append. ſub anno* 910.

F (β) *Moimaria*] videntur Moymari dicti omnes Moraviæ Reges, ut eodem tempore *Chagani* omnes Hungariæ Reges, quod amicum noſtrum Erudiriſſimum Barthium in *Adverſariis* fugiſſe miramur. Nam & ante eos *Decebali* omnes Dacorum Reges dicti, obſervante id Caſaubono in *Not. ad Trebell. Pollion.*

(γ) *Hereditario regnaſſe*] quod etiam Hatto Archiepiſcopus Moguntinus in eadem cauſſa ad eundem Papam teſtatur, ſcribens; *Reges Francorum ſemper ex uno genere procedebant.* Vide *Seniorem ſive de Majorat. lib. 2. cap. 19. & lib. 3. cap. 11.*

Dominum Regem, heredes & ſucceſſores ſuos Reges Bohemiæ, & ejusdem Regni Coronam juſto proprietatis & hereditatis titulo rite pertinent. Iterum ibidem: *Antedictum Dominum noſtrum Regem ementem parte ab alia ad manus heredum & ſucceſſorum ſuorum* &c. (α) A

705 3. Rupertus ſenior Elector Palatinus & Dux Bavariæ in Renunciatione jurium ſuper terris Bavariæ in Carolum IV. Imperatorem, tanquam Bohemiæ Regem, translatis, ſub dato Hagenoviæ in comitiis anno MCCCLIII. *Domino Carolo Romanorum Imperatori & Bohemiæ Regi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ, & ejusdem Regni Coronæ, hereditarie & perpetuo* &c. Et mox: *Pro nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris, præfato Domino noſtro Regi Bohemiæ, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus* &c. (β)

4. Electores Moguntius, Trevirenſis, Colonienſis, Saxo & Brandenburgius, in Confirmatione feudorum Imperialium in Bavaria Regi Bohemiæ venditorum, facta Norimbergæ in Comitiis anno MCCCLV. *Domino Romanorum Imperatori Carolo & Bohemiæ Regi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus, & ejusdem Regni Coronæ, &c. in verum feudum hereditarium rite & rationabiliter vendiderunt* &c. (γ) B

5. Gerlacus Elector Moguntinus in Confirmatione incorporationis Ducatuum Sileſiæ & Poloniæ Regno Bohemico unitorum, ſuo & Coëlectorum ſuorum nomine facta Norimbergæ in comitiis eodem anno MCCCLV. *Regem Ottocarum, heredes & ſucceſſores ipſius, Bohemiæ heredes*, &c. Et ibidem: *Domini noſtri Imperatoris, heredum & ſucceſſorum ipſius Regum Bohemiæ, & Coronæ Regni ejusdem* &c. Et iterum: *A præfato Domino noſtro Imperatore, tanquam a Rege Bohemiæ, ac heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus, & Coronæ Regni ejusdem*, &c. (δ) C

6. Idem Elector Moguntinus in conſenſu ſuper permutatione Tumbſtauff a Carolo IV. Imperat. & Bohemiæ Rege facta cum Epiſcopo Ratisbonenſi, & ſuo ſuorumque Coëlectorum nomine confirmata Norimbergæ anno MCCCLVI. quum Aurea Bulla promulgaretur: *Pro ſe, heredibus ac ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ*, &c. Et mox: *Idem Dominus noſter Imperator, aut ejus heredes & ſucceſſores Reges Bohemiæ*, &c. Et iterum: *Donec ſibi aut ejusdem heredibus & ſucceſſoribus Boëmiæ Regibus*, &c. Et in fine: *Præfatus Dominus Imperator pro ſe, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus* &c. (ε)

7. Idem Elector Moguntinus ſuo ſuorumque Coëlectorum nomine confirmans emptionem venditionem caſtri Stirberg, contractam inter Archiepiſcopum Trevirenſem & Landgravium Leuchtenbergium, ut Regi in feudum offerretur, in eodem loco & anno ſcribit: *Dem ebegenannten unſerm Herrn dem Keyſer, als einem Kænig zu Bœheim, ſeinen erben und nacgkommenden Kænigen zu Bœgeim* &c. (ζ) D

706 8. Rupertus Senior Elector Palatinus & Dux Bavariæ in Diplomate (η) de jure eligendi Regibus Bohemiæ competente, ſuo ſuorumque Coëlectorum nomine edito in comitiis Metenſibus anno MCCCLVI. jus avitum & ſucceſſorium Regis Bohemiæ manifeſte aſſerit, decernens in hunc modum: *Licet de juribus Sereniſſimi Principis, Domini Regis Bohemiæ Illuſtris, Coëlectoris, Comprincipis & Collegæ noſtri, nulla ſit juris ſeu facti dubietas, quin ipſe ab atavis, proavis, avis & progenitoribus ſuis* &c. Ex quibus verbis hereditariam in Regno ſucceſſionem etiam interpretes (θ) concludunt. E

9. Et ne antiquos tantum in teſtimonia citemus, legimus in Relatione (ι) Senatus Electoralis in Comitiis Ratiſponenſibus anno MDCVIII. Commiſſario Cæſareo oblata: *Daſs der fried, ſonderlich mit den Hungern* anno 1606. *geſchloſſen, non Ihr. Keyſ. Mayeſt. confirmirt, und mit andern Kænigreichen, und mit Ihr. Mayeſt. Erblanden,*

 Bœheim,

(α) Videantur hæc documenta in *Append. ſub anno* 1353.

(β) Videatur idem Appendix *ſub anno* 1353.

(γ) Habetur in eodem Appendice *ſub anno* 1355.

(δ) Constitution. Imperial. *tom.* 1. *anno* 1355. *fol.* 348. & in d. Append. *ſub anno* 1355.

(ε) In Appendice ſub anno 1356.

(ζ) In Appendice ſub eodem anno 1356.

(η) *Diplomate* in Conſtitut. Imperial. tom. 2. anno 1356. fol. 19. & in append. ſub anno 1356.

(θ) *Interpretes*] Gewoldus in *Commentar. de S. R. Imperii Septemvirat. cap.* 9.

(ι) *Relatione*] in Actis Comitiorum Ratiſponenſium de anno 1607. *in des Churfürſtlichen* Collegii voto *oder* Relatione, *ſo vvoll* ordinem procedendi, *als* punctum *ob zu* contribuiren *ſeye oder nicht, betreffend, dem hochanſehenden Kayſ.* Commiſſario, (præſenti nunc Imperatori Auguſtiſſimo) *aus dem Churfurſten Rath zu Regenſpurg, den* 5. Febr. ſtyl. veter. anno 1608. *ubergeben.* F

A *Bœheim, Mæhrern, und andern Landen verbürget* &c. Ecce Electores Imperii Bohemiam & Moraviam, in Senatu Collegiali & unanimi conſenſu recognoſcunt, & fatentur eſſe Rudolphi Cæſaris, tanquam Regis Bohemiæ, terras hereditarias & patrimoniales.

10. Et ne quis putet Catholicos Electores tum præſentes, Proteſtantium Electorum Legatos ſua auctoritate viciſſe, ut hanc hereditariam clauſulam voto communi Electorali infererent, audiamus quid anno deinceps MDCIX. ipſi Ordines Proteſtantes uniti Illuſtriſſimo Chriſtiano (*a*) Principi Anhaldiæ &c. commiſerint ſacratiſſimo Rudolpho II. Imperatori & Bohemiæ Regi proponendum; *Wann es nicht* (verba ſunt commiſſionis) *durch Ew. Keyſ. May. Bruder, der jetzige Kœnigl. Würde zu Hun-*
B *gern, ſampt denen bewuſten Ew. Keyſ. May. Erbkœnigreich und Landen, verhindert worden* &c. Et audemus adhuc eſſe tam perfricta fronte, ut negemus, verbum *Erbkœnigreich* unquam fuiſſe ante Ferdinandi II. aſſumptionem ullis in ſcriptis vel uſurpatum, vel auditum?

11. Quod Electores & Principes Imperii Deputati, quos vocant, in conventu
707 Pragenſi anno MDCX in Replica (*b*) ad Matthiam Hungariæ Regem, Archiducem Auſtriæ, &c. non modo repetunt & unanimiter recognoſcunt, verum etiam amice, fideliter & (ut ita loquar) auctorabiliter monent, ne per fraternam diſcordiam Archidux Matthias cauſetur, ut ſibi ſuæque familiæ Regiæ Bohemo-Auſtriacæ jus hereditarium imminuatur, & in extraneam familiam transferatur. Verba hæc ſunt: *Und ebe-*
C *nergeſtalt hat es auch, wie es ſich anſehen leſt, mit dem Kœnigreich Bœhmen. Denn Chur- und Fürſten nicht wiſſend, daſs auf künfftige fälle das Hauſs Oeſterreich ſich einiger Succeſſion ſolte zu getræſten haben. Und alſo durch oberzehlte verlauffene handel, die beyde Erbkœnigreiche in Wahlkœnigreiche transmutirt werden mæchten. Und müſte das Hauſs Oeſterreich, weil man mit gefæhrlichen Practicken umgienge, halb in gefahr ſtehen, ob in künfftig einer von dem Hauſs Oeſterreich wieder darzu kommen würde*, &c. Et aliquanto poſt ſubjiciunt hanc benevolam admonitionem: *Dieweil nit allein Ih. May. dadurch der Königreich und Lande, ſo ſie lange jahr unter ihrer Regierung gehabt, und zu dero nutz als Erblender gebraucht, alſo in momento derſelben, wie auch der mittel, davon ſie ihren Keyſerlichen ſtand führen ſollen, gantz-*
D *lich entwendet worden* &c. Quorum cordatis ac prudentibus adeoque ex publico Imperii Romani & Regni Bohemiæ jure ac conſuetudine depromptis monitoriis qui detrectat fidem adhibere, is mehercule vel ipſi Deo Armipotenti inter homines ſi forte converſanti, vel Angelo ejus legato, fidem negare non dubitabit: ut jam res ipſa quodammodo loquitur.

(*a*) *Chriſtiano*] *in Fnrſt Chriſtians von Anhalt* Commiſſion *nnd Furtrag an die Rœm. Kayſ. Maj. vvegen der unirtenChur-und Fnrſten und Standen, den* 18. Julii anno 1609. *zu Prag ubergeben.*

(*b*) *Replica*] quæ producitur à Duce Brunſuicenſi Henrico Julio in *gründlichen und vvarhafften Bericht vvegen der zvviſchen der Rœm. Kayſ. Majeſt.* Rudolphi II. &c. *und der Kœnigl. VVürd. zu Hungern* Matthiæ &c. *gertoffener Vergleichnng* fol. 29. & fol. 54.

E

CAPUT XV.

Ordinum Regni Bohemiæ ipſorum atteſtationes propriæ de hereditaria Regiæ prolis ac ſtirpis ſucceſſione. Verbum* Erben *in Statutis Regni poſitum quid deſignet ac operetur. Poloniam æque, ac Bohemiam, Regiæ ſtirpi deberi Bohemi cenſuerunt.

CUm Electoribus, Principibus atque Statibus Imperii concorditer in hoc puncto juris ſucceſſivi & hereditarii conſpirant atque conſentiunt Principes, Ordi-
F neſque Regni Bohemiæ, Moraviæ ac Sileſiæ, olim ſanius, quam nunc poſteri eorum nonnulli degeneres, ſapientes. Namque in Atteſtatione (*a*) Johannis Marchionis Moraviæ, quam ſuo communiumque Bohemiæ & Moraviæ Ordinum nomine fecit anno MCCCLV. de abrogato Codice legum fratris Caroli IV. Imp.

(*a*) *Atteſtatione*] quam profert Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem. num.* 39. & repetitur in *Append. ſub anno* 1355.

Imp. & Bohemiæ Regis, hac ſolemni formula utitur: *Ipſi domino noſtro Imperatori & A*
708 *Regi Bohemiæ, nobis & aliis Principibus ac Baronibus, necnon ſuis* (ſc. Bohemiæ Regis) *noſtris* (Moraviæ Marchionis) *& eorum* (Bohemiæ, Moraviæ & Sileſiæ Principum ac Baronum) *heredibus & ſucceſſoribus ſuis, Bohemiæ Regibus*, &c. Quibus verbis non obſcure innuitur, ut Principum Sileſiæ & Baronum Bohemiæ, ita Regum quoque ſucceſſionem eſſe hereditariam, quum in eodem ponantur prædicamento, ut vulgo loquuntur.

2. Ordines Moraviæ in ſupplicatione ad Imperatorem Sigismundum, prædicti Caroli Regis filium, & Wenceslai Regis fratrem, ex conventu Brunnenſi per Legatos Conſtantiam anno MCCCCXV. miſſa, pro Johanne Huſſo captivo intercedentes, ingenue, libere, dextre & aperte fatentur: *Demnach unſert halben, als deren Wür-* B
digkeit Ew. May. Würdigkeit verwand und vermiſcht iſt, als dem die Erbſchafft dieſes Reichs zugehöret. Et circa finem: *Daſs Ew. Mayeſt. hierinn ſchaffe und handele das jenige, ſo einem gütigen Fürſten und erben deſs Behemiſchen Reichs wol gebühre.* (α)

3. Ordines Regni Bohemiæ in ſupplicatione ad Patres Concilii Conſtantienſis, ſub dato 14. Maji an. MCCCCXV. in eandem ſententiam conſpirantes ſcribunt: *Wie der allerdurchlæuchtigeſt Künig und Herr, Herr Sigmund Ræmiſcher Künigen vernommen hat die zweytracht im Reich Bæheim, do hat er als ein ankünfftiger* (vivente tum adhuc fratre Wenceslao Rege) *erb*, Künig *und Herr, ſeiner eigener Herrſchafft wællen zu hülff kommen* &c. (β) C

4. Idem Bohemi in alia ſupplicatione ad eundem Regem Sigismundum: *Deſs Reichs zu Behem, welches Reichs E. Mayeſt. ein kunfftiger erb und Herr erkennt wird.* (γ)

5. Univerſi Bohemiæ & Moraviæ Ordines in ſupplicatione eidem imperatori & generali conventu Metzericenſi (δ) per Legatos transmiſſa, & Conſtantiæ oblata anno MCCCCXV. pro liberatione ejusdem Huſſi: *E.* Kun. *May. als ein* Kunig *der gerechtigkeit, und ein Herr des Bæhmerlands* &c. Sed tum temporis Sigismundus nondum erat Rex Bohemiæ, fratre Wenceslao adhue vivente & Regnum obtinente. Quamobrem verbum *Herr* accipi debet pro *Herede* (ε) qui etiam vivo poſſeſſore Dominus & dicitur & habetur, ut ſupra docuimus. D

6. Iidem Ordines Bohemiæ & Moraviæ in Decretis Zſeaſſavianis poſt obitum
709 Wenceslai Regis anno MCCCCXXI. ſtatutis, & in tabulam Regni relatis, *artic.* 5. *Sollen wir Sigismundum den* Kænig *aus Hungarn, &c. vor einen* Kænig *und Erbherrn der Cron Bæheim, deren er ſich ſelbſt mit ſeiner* unwürdigkeit *geunwürdiget, keines wegs annehmen*, &c. (ζ)

7. Albertus Archidux Auſtriæ & Marchio Moraviæ in Reverſalibus literis ſuper feudo Moraviæ datis anno MCCCCXXIII. ſeſe ſocero Sigismundo Cæſari, tanquam Bohemiæ Regi obligans, inquit: *Der hochgenannt unſer Herr der* Kænig, *oder ſeine Leibserben, das Sæhne weren*, &c. Et poſtibi: *Ob aber wir Albrecht Hertzog vor der vorgemelten unſer gemahl mit dem todt abgiengen, und nicht Leibserben, die wir mit ihr hetten, hinder uns verlaſſen*, &c. *ſo ſoll es* (*Moravia ſcilicet*) *an den hochgenannten unſern Herrn unnd Vatter, oder ſeine nechſte erben fallen und er-* E
ben. (η)

8. Ordines Regni Bohemiæ & Moraviæ in Reſolutione data Legatis Reginæ Eliſabethæ pro jure filioli ſui Ladislai poſthumi contendentis: *So were es auch nicht billich, darneben in andern* Kænigreichen *unerhært, daſs man einen rechten natürlichen erben, wegen ſeiner kindheit und unmündigen jahren, ſolte verſtoſſen, und einen andern erwählen*, &c. (θ)

9. Ordi-

(α) Refert Johan. Stumpfius in *Beſchreibung des groſſen allgemeinen* Concilii *zu Coſtentz gehalten*, part 1. fol. 54.

(β) Idem Stumpfius in *dict. tract. ſeſſione* 10. *fol.* 65.

(γ) Idem in *ſeſſione* 12. *fol.* 64. *b.*

(δ) *Metzericenſi*] apud eundem fol. 30. b.

(ε) *Herede*] Lubecenſis Canonicus in Chron. Sclavic. cap. 14. *Critonem non heredem terræ, Heredem fecerunt, ſcilicet per totam terram Nordalbingiam, quæ Holſatos, Stormarios & Thedmarios includit.* Loquitur de Critone Slavo Wagriæ Principe, ut eum appellat Krantzius *lib.* 3. *VVandal. cap.* 9. & 18. *in princ.* qui Holſatiæ incubans ſeſe *Dominum Holſatiæ* ſcribebat. F

(ζ) Refert Hagecius in *Chronic. Bohem. part.* 2. *anno* 1421. & nos in *Beylagis Germanic. ſub anno* 1421.

(η) In Beylagis Germanic. ſub anno 1423.

(θ) Zachar. Theobaldus Bohemus in Bell. Huſſitic. part. 2. cap. 9. anno 1440.

A 9. Ordines Regni in Decretis Pragenſibus anno MDXX. ſtatutis, & in Tabulam
Regni relatis, conſciſcunt: *Wann auch gleich ſchon ein Sohn und Leibserb vorhanden, ſoll derſelbe doch bey deſs Kœnigs Leben nicht gekrœnt werden* &c. Aperta confeſſio, filium Regis eſſe quidem heredem ac legitimum ſucceſſorem, ſed vivo adhuc patre ob certas cauſſas non coronandum. (α)

10. Capitanei Regni Bohemiæ & Civitatum Legati in Epiſtola (β) ad Fridericum Marchionem Miſniæ ſcripta Pragæ anno MCCCCXXI. Regi *Ungariæ Sigiſmundo, qui nos noſtramque linguam Chriſtiani Regni Bohemiæ, quod ipſe merito defendere deberet, ac velut verus hereditarius Dominus protegere*, &c.

11. In Ordinationibus Regni Bohemiæ, quas vulgo *Landtafel* appellant, in li-
B tera A. 1. ſtatuitur: *So offt es dahingereicht, daſs nach laut der Privilegien dieſes Kœnigreichs, als der Gülden Bull Keyſer Caroli deſs Vierten, und der Majeſtät deſs Kœnigs Uladislai, und der jetzigen Keyſerlichen Majeſt. (Ferdinandi I.) Brieffs, der den Stænden darüber gegeben, ein Kœnig zu Bœheim gewöhlet ſoll werden, ſo ſoll die Wahl geſchehen, wie vor alters geweſen, auf dem Prager Schloſs*, &c. *Und der Hauptmann deſs Präger Schloſſes, der jetzige und künfftige, ſo die Kœnigliche Ma-*
710 *jeſt. ohne Erben mit todt abgienge, ſoll die Zeit, biſs der Kœnig wieder erwæhlet, mit dem Schloſs zu dem oberſten Prägeriſchen Burggraffen, und zu keinem andern, Zuflucht haben*, &c.

12. Et litera A. 3. *Fürnemlich hat die Kœnigl. Majeſt. ſolche Macht, Gewalt und Hoheit, alles das, was der Kœnigl. Majeſt. und Ihrer Majeſtæt Erben, und al-*
C *len Einwohnern dieſes Kœnigreichs Nutz und frommen iſt, gleich wie die vorgehende Kœnige zu Bœheim auch gehabt haben, zu ordnen, thun und regieren.*

13. Nec non in litera B. 3. in Juramento ſupremi Burggravu Regni Bohemii: *Ich ſchwœre GOtt dem HErrn, allen Heiligen, dem Durchlauchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Ferdinanden, Rœmiſchen, Ungariſchen Kœnig*, &c. *als einem Bœheimiſchen Kœnig, und ſeiner Kœnigl. Majeſt. Erben, und wer darnach ein Kœnig ſeyn wirdt*, &c.

14. Item in litera B. 5. in Juramento ſupremi Capitanei arcis Pragenſis: *Ich ſchwere GOtt dem HErrn, allen Heiligen, dem Allerdurchlauchtigſten*, &c. *als einem Bœhmiſchen Kœnige, und ſeiner Kœniglichen Majeſt. Erben*, &c. *und ſo die Kœ-*
D *nigl. Majeſt. durch Verhængnuſs Gottes, Todes halben ohne Erben abgienge, welches GOtt der HErr verhüten wolle*, &c.

15. Sequitur in eadem litera B. 8. juramentum Burggraviorum Caroloſteinianorum, in hunc tenorem: *Wir ſchweren GOtt dem HErrn, allen Heiligen, dem Allerdurchläuchtigſten* &c. *Ferdinando*, &c. *als Bœheimiſchen Kœnig, und ſeiner Majeſt. Erben ordentlich von ſeiner Majeſt. auſsgangen*, &c. *und ſo GOtt über die Kœnigl. Majeſt unſern allergnædigſten Herrn, verhienge, daſs Ihr. Kœnigl. Majeſt. ohne Erben Todes halben abgieng, ſo ſollen wir das Schloſs Carlſtein niemand abtretten, noch die Cron herauſsgeben, es ſey dann die Herrſchafft, Ritterſchafft, und die*
E *gantze Gemeine deſs Kœnigreichs Bœheim, hetten ſich eintræchtig eines Kœnigs halben entſchloſſen, den erwöhlet, und zu einem Herrn, wie vor alters geweſen, nach vermœg der Rechte, Freyheit und Gebræuche dieſes Kœnigreichs Böhœm, angenommen*, &c.

16. Item in litera D. 49. ita ſtatuitur: *Der Durchläuchtigſte Fürſt und Herr, Herr Ferdinand, Rœmiſcher, Ungariſcher und Bœheimiſcher Kœnig*, &c. *zuförderſt mit ſeiner Cammer, das iſt mit den Prägern und andern ſeinen Stætten, Clœſtern, Lehenmannen, ſeinen Schlœſſern, und mit aller ſeiner Macht, zugeſagt mit ſeinem Kœniglichen Mundt, vor ſich und ſeiner Majeſt. Erben und künfftige Kœnige zu Bœheim, das Recht zu ſchützen und handhaben*, &c.

17. Denique in litera W. 1. in tranſactione Regis Ferdinandi anno MDXXXIV.
F cum Statibus Regni conciliata: *Dardurch unſer, und unſerer Erben, und künfftigen Königen zu Bœheim* &c. Et mox ibidem: *Wie es auff ewige künfftige Zeit von uns und unſern Erben und nachkommenden Bœheimiſchen Königen, und von jedermänniglich*
711 *ohne Abbruch gehalten*, &c. Et W. 12. *Wir verſprechen auch für uns ſelbſt, und für unſere Erben, und künfftige Kœnige zu Bœheim*, &c. Et hæc quidem ex ipſis Regni

(α) Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem. num.* 10. & nos in Beylagis Germanic. ſub anno 1520.

(β) *Epiſtola*] quam refert Johan. Cochlæus *lib.* 5. *Hiſtor. Huſſit. anno* 1421. *fol.* 198.

Regni Ordinationibus (α) & Statutis legalibus vim, robur & auctoritatem publicam A
obtinentibus, eo prolixius extrahere & adſcribere placuit, ut inde condoceamus, Officiales Regni Bohemiæ non ipſi tantum Regi regenti, ſed ejus ſimul heredibus obſtringi: nec Ordinibus Regni ullam competere electionem, dum ultimo defuncto Regi exſtent ſui heredes & legitimi ſucceſſores. Nec enim verbum *Erben*, Heredes, in generalibus Regni Statutis fruſtra poſitum aut ſuperflue totiens repetitum eſſe cenſendum eſt; ſed de induſtria & ex certa ſcientia a Regia Majeſtate & Regni Ordinibus inſertum, ut per illud Regiæ familiæ jus ſuum avitum & ſucceſſorium ſartum tectum in omnem poſteritatem conſervetur. Quod notione verbi conſiderata nemo opinor ſanæ mentis inficiaturus eſt.

18. Ordines Regni Bohemiæ in Oratione (β) ad Ordines Regni Poloniæ habita anno
MDLXXIII. in qua Erneſtum Archiducem, Maximiliani II. Imperatoris & Bohemiæ B
Regis filium ſecundogenitum, commendant Polonis, ut ſanguine Regio Polonorum prognatum Principem; inter cætera perſuaſoria argumenta proponunt, dicentes: *Has duas gentes* (Polonicam & Bohemicam) *duo fratres ab initio condiderunt, atque earundem potentiam ſtipatam legibus & armis ad heredes demiſerunt.* Et poſtea: *Primislai & Libuſſæ poſteris; Qui cum Ducalem ſtirpem ad multam poſteritatem propagaſſent, decus Regni perpetuo circa domeſticos remanſit.* Et de Polonorum Regum ſucceſſione: *Ad Uladislaum, quem hiſtoriæ Locticum appellant, & poſteros ejus viciſſim* (diadema Regium) *delatum.* Et mox: *Quin & Caſimiro II. in quo primum poſt DCCCC. & amplius a Piaſti temporibus annos, Ducalis & Regia poſteritas apud Polonicam gentem præciſa*
eſt, Ludovicus Ungariæ Rex erat ſuccenturiatus. Huic etſi Jagello Magnus Lithua- C
norum Dux in Regno ſucceſſerit, cujus Regia propago usque ad Sereniſſimum nuper Regem Sigismundum Auguſtum pie defunctum fuit extenſa: tamen de mutua & fraterna Polonorum cum Bohemis benevolentia nihil fuit imminutum, Regno & Regibus Bohemiæ cum illius poſteritate & liberis arctiſſimæ amicitiæ intercedentibus obligationibus. Et cum ſubjeciſſent, Uladislaum Caſimiri Poloniæ Regis filium in Regno Bohemiæ ſucceſſiſſe, addunt: *Ejus* (Uladislai) *ex filia nepos adhuc eſt in vivis Imp. Maximilianus II. patruelis nuper defuncti Regis Sigismundi: hinc quoque pronepotes, quorum natu maximus Rodolphus, proximus ab eo Erneſtus,* &c.

19. Denique in Ordinationibus (γ) Regni Bohemiæ anno MDCXVI. ſtatutis, &
712 Tabulæ Regni inſertis legitur: *Und die Keyſerl. Majeſtät ſo wol derſelben Erben und* D
nachkommende Könige zu Bœheim, auch die Stände dieſes Kœnigreichs, &c.

(α) *Regni Ordinationibus*] *Bœheimiſche Land-Ordnung, durch die verordneten von den Standen des Kœnigreichs verfaſſet* anno 1564. *und erſtlich in Bœheimiſcher Sprache in Druck verfertiget durch VVolff von VVizeſowitz, oberſten Landſchreiber im Kœnigreich Bœheim, und hernach in Teutſcher Zungen überſetzet durch* Petrum Sturbam civem Cadanenſem.

(β) *In Oratione*] à Legatis Ordinum Regni Bohemiæ illuſtri Domino Wilhelmo à Roſenberg, Rectore Domus Roſenbergicæ, Burggravio, &c. & Wratislao Domino à Pernſtain, &c. Milite Ordinis Aurei Velleris, Cancellario Regni Bohemiæ, &c. habita Warſaviæ in conventu Regni Poloniæ anno 1573. Eam habes in *Appendic. ſub dicto anno* 1573.

(γ) *Ordinationibus*] unde extractus articulus refertur in Imperat. Matthiæ *Achts-Erklarung über den aus der geſanglichen Haffe entkommenen VVentzel Kintzky und Tettau,* ſub dato Pragæ, 13. Januar. anno 1617. & producitur in Beylagis Germanic. ſub eodem Anno 1617.

E

CAPUT XVI.

Regum Hungariæ & Poloniæ atteſtationes de hereditaria Regum Bohemiæ, Poloniæ & Hungariæ ſucceſſione. Primogenitus de Principe & herede proximo ſucceſſore. In dictis Regnis collaterales æque ac deſcendentes, ex utroque ſexu ſuccedunt. Primogenitus pro herede Principe & ſucceſſore proximo.

QUandoquidem memorati Ordines Bohemiæ in dicta Oratione ad Polonos ha-
bita aſſeverant, Regna Hungariæ & Poloniæ (α) tam arcta neceſſitudine eſſe F
cum Regno Bohemico conjuncta, non tantum proximitate viciniæ, verum etiam ſanguinis & originis jure, morumque & legum ſimilitudine, totiusque

(α) *Hungaria & Polonia*] Verba Oratorum hæc ſunt: *Erat Wenceſlaus Poloniæ, Hungariæ & Bohemiæ Rex ſimul conſtitutus. Unde poſtea hæc tria Regna arctiſſimis conſuetudinis & fœderum vinculis in hodiernum uſque diem ſunt colligata, nec multum aut crebro factum eſt, ut Regni Hungariæ poteſtas ab hoc Polonico vel noſtro Bohemico divelleretur.*

A vitæ conſuetudine, ut propemodum tergemina germana eſſe videantur, non ab re factu-
rum me arbitror, ſi Regum quoque Hungariæ ac Poloniæ ſententias de hereditario &
Regiæ ſtirpi debito ſucceſſionis jure appingam: eoque magis, quod Bohemos ipſos videa-
mus ad eorum teſtimonia provocare.

2. Primo, dum exſtat Caroli Hungariæ Regis Pactum (α) cum Carolo Bohemiæ
Primogenito & Marchione Moraviæ anno MCCCXXXVIII. ſancitum, in hunc te-
norem: *Quod cum nos ex nova parentelæ contractu inter Excellentem Principem, Do-
minum Carolum, Incliti Principis Domini Joannis Boëmiæ Regis PRIMOGENI-
TUM, Marchionem Moraviæ, heredes ſuos ab una; & nos noſtroſque filios, parte ex*
713 *altera; pro Domino Ludovico, noſtro PRIMOGENITO, & in ejus perſona nunc*
B *inito & firmato, exaltationem & augmentum honoris ipſius Domini Caroli Marchionis,
heredumque ſuorum, ut noſtrum commodum proprium; & e converſo ipſe noſtrum, &
heredum noſtrorum, ſimiliter ut ſuum proprium, merito reputemus, quia nobis noſtris-
que heredibus bona & ſincera fide promittit, ſub virtute ad ſancta Dei Evangelia per
eum præſtiti juramenti, quod ſi quandoque Magnificum Principem, Dominum Caſimirum
Regem Poloniæ abſque heredibus maſculis decedere contingeret ab hac vita, quod tunc
pro ſuis viribus omnibus & poſſe nobis Regi Hungariæ noſtriſque heredibus ſuum exhi-
bebit & præſtabit auxilium & juvamen, ut nos noſtrique heredes ipſum Regnum Poloniæ,
ex eo nobis debitum ſeu debendum, ſuo adjuti ſubſidio aſſequamur, ut noſtram deveniat
in poteſtatem, ac pleno juri noſtro vel heredum noſtrorum Regnum ſit ſubjectum.* Ecce
C tibi trium Regnorum jus hereditarium ſub uno obtutu aſſertum. Nam *Primogenitus* (β)
tam in Regno Hungariæ, quam Bohemiæ, heic ponitur pro Principe, ut nunc loqui-
mur, id eſt proximo herede & ſucceſſore. Poloniæ autem Regnum Carolus Hungariæ
Rex jure uxoris, quæ erat ſoror Caſimiri Poloniæ Regis, vindicabat, ſi levirum ſuum
Caſimirum contingeret ſine legitimis liberis decedere.

3. Et ipſemet Caſimirus Rex Poloniæ prædictus Regna Bohemiæ & Poloniæ pro
hereditariis agnovit in Renunciatione (γ) juris ſui, quod prætendebat in Ducatus Si-
leſiæ & Maſoviæ &c. ſub dato Cracoviæ anno MCCCXXXIX. ita inquiens: *Promit-
tentes, ipſos Dominos, Regem Johannem & Marchionem Carolum, aut heredes, co-
heredes vel ſucceſſores eorum ſuper prænominatis Ducibus & Ducatibus eorum, per*
D *nos vel heredes, coheredes & ſucceſſores noſtros, nullo unquam tempore impedire, &c.
nec nobis aut heredibus noſtris vendicare in ipſorum Regis, Marchionis vel heredum
eorum præjudicium, &c.* Quibus in verbis *Heredes* intelliguntur deſcendentes; *Co-
heredes* autem ex transverſo venientes ſive collaterales: ut fruſtra ſint, qui Regiam ſuc-
ceſſionem ſaltim ad liberos conantur, excluſis collateralibus, adſtringere.

4. Ludovicus Rex Hungariæ, Caroli Regis filius & ſucceſſor, in Ceſſione (δ)
Principatuum Beuten & Creutzberg in Sileſia, ſub dato Budæ anno MCCCLIII. *Sibi*
(Carolo Regi Bohemiæ) *heredibus & ſucceſſoribus ſuis, Regibus Bohemiæ, & ejus-
dem Regni Coronæ, oppida Beuten & Creucenburg, &c.* Et in Renunciatione juris
714 ſibi in Ducatibus Swidniciæ & Jauræ jure materno in Sileſiam & Poloniam competen-
E tis, ſub eodem dato teſtatur, ſe tenuntiare *ipſi tanquam Regi Bohemiæ, heredibus &
ſucceſſoribus Bohemiæ Regibus, & ejuſdem Regni Coronæ in perpetuum.* Et mox:
*Reunciantes expreſſe pro nobis, fratribus, heredibus & ſucceſſoribus noſtris, Regi-
bus Hungariæ, &c.* Et ibidem: *Promittimus ſupradicto Romanorum & Bohemiæ Re-
gi, tanquam Regi Bohemiæ, fratri & amico noſtro, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bo-
hemiæ Regibus, &c.* En iterato jus ſucceſſorium in tribus iſtis Hungariæ, Poloniæ &
Bohemiæ Regnis confirmari, nec deſcendentibus tantum, ſed ipſis etiam collateralibus
heredibus, ceu ſunt fratres verbi gratia & patrueles, vindicari.

5. Idem Caſimirus Rex Poloniæ in Renuntiatione (ε) juris, quod prætendebat
in eoſdem Ducatus Swidnicenſem & Jaurenſem, Carolo IV. Imperatori & Bohemiæ
Regi

F (α) *Pactum*] in Appendice ſub anno 1338.
(β) *Primogenitus*] diximus ſupra hoc *lib.* 4. *cap.* 12. §. 2. Adduci ſolet à Doctoribus noſtris textus *Apocalypſ. cap.* 1. ℣. 5. ubi Chriſtus dicitur *Primogenitus mortuorum & Princeps Regum terræ.* Videatur Hieronym. Balbus Epiſcopus Gurcenſis & Conſiliar. Cæſ. in *tractl. de Coronat. cap.* 13.

(γ) *Renuntiatione*] in dict. Appendice *ſub anno* 1339. Adde unionem inter eundem Regem Caſimirum & Carolum Bohemiæ primogenitum ſancitum, *ſub anno* 1341.
(δ) *Ceſſione*] in dict. Append. ſub anno 1353.
(ε) *Renuntiatione*] in dict. Appendice ſub anno 1356.

Regi facta Pragæ anno MCCCLVI. *Ipſi tanquam Regi Bohemiæ, heredibus & ſucceſ-* A
ſoribus ſuis Regibus Bohemiæ, & ejusdem Regni Coronæ, Ducatus Svvidnicenſem & Jaurenſem, &c. *Renuntiantes expreſſe pro nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris, Regibus Poloniæ, omni juri, &c.* Et in Ceſſione Principatuum Beuten & Creutzburg, facta eodem anno & loco: *Quia Sereniſſimus & Invictiſſimus Princeps & Dominus, Dn. Carolus Roman. Imp. & Boëmiæ Rex, occaſione ſinceræ dilectionis & favoroſi affectus, quo perſonam noſtram, necnon Magnifici Principis Domini Ludovici Regis Hungariæ Illuſtris, fratris noſtri dilecti, pia benignitate proſequitur, nobis ambobus, heredibus & ſucceſſoribus noſtris Poloniæ & Hungariæ Regibus, Ducatum Plocenſem* &c. *ſibi* (Carolo Regi Bohemiæ) *heredibus & ſucceſſoribus ſuis, Regibus Bohemiæ, & eorundem Regni Coronæ, oppida Beuthen & Crucenburg, &c.* Et hæc eſt tertia con- B
firmatio juris in Regnis Hungariæ, Bohemiæ & Poloniæ hereditarii, non ſimul & ſemel, ſed temporibus ſucceſſivis, atque adeo præmeditate, publice & ſolemniter facta, ut ipſamet Diplomata affatim teſtantur.

6. Et ne diutius in alienis Regnis immoremur, in mundo eſt legatio Joannis III. Suecorum Regis, qui filio Sigiſmundo Regnum Poloniæ jure materno, ceu proximo Sigiſmundi Auguſti ultimo defuncti heredi, anno MDLXXXVII. vindicavit, & obtinuit. (α)

(α) Videatur Oratio nomine Johannis III. Suecorum & Gothorum Regis, nec non ejus filii Sigiſmundi Principis hæreditarii & Regis electi, per Ericum Sparre & Ericum Brahe Legatos habita in Comitiis Regni Poloniæ Warſovienſibus, anno 1587. & Thuanus *in Hiſtor. ſui tempor. anno eodem.* C

715

CAPUT XVII.

Prudentium & Claſſicorum Scriptorum atteſtationes de hereditaria Regum & Regia familia in Regno Bohemiæ ſucceſſione. Regnum Bohemiæ ex jure Primogenituræ defertur. In defectu maſculæ prolis, Regna Bohemiæ & Hungariæ eodem jure & ſucceſſionis ordine devolvuntur.

Regna Occidentalia, cujusmodi ſunt Bohemiæ, Poloniæ, Sueciæ, Norvvegiæ, D
&c. magis ex ſucceſſione Regiæ ſtirpis, quam electione populi, deferri, præter alios adſtruit Lupoldus de Bebenburg, (α) Epiſcopus Bambergenſis, ſcribens: *Carolus M. Regnum Francorum habuit ex ſucceſſione paterna, more & conſuetudine quaſi generali omnium aliorum Regnorum Occidentalium, quæ tunc, ſicut & nunc, per ſucceſſionem generis utplurimum debebantur.* Et *cap. 15. in princ.* ſcribit: *In Regnis Occidentalibus de conſuetudine habet locum ſucceſſio generis.*

2. Et Bohemiam quidem Prudentes noſtri partim expreſſis (β) verbis Regiæ ſucceſſioni & hereditati aſſerere ſine ulla cunctatione aut dubitate auſi ſunt, partim obliquis (γ) indicaſſe ſat habuerunt.

 3. Quot-

(α) *Bebenburg*] in tract. *de Juribus Regni Francor. & Imperii Roman. cap. 5.* & ei concordans Hieroymus Balbus Epiſcopus Gurcenſ. in *tract. de Coronat. cap. 13.* Qua de re nos late in *Seniore ſive de Majorat. lib. 2. & lib. 3.* diſſeruimus.

(β) *Expreſſis*] Nicol. Ciſnerus in *Oratione de Ottone III. Imper. & inſtit. Elector.* Vincent. Cabotius *lib. 1. Var. juris diſputat. cap. 14.* Calaminus in *Rudolphottocaro tragœdia act. 3. ſcen. 1.* Trajanus Boccalinus in *Politiſchen Probierſtein ex Parnaſſo part. 1. cap. 27.* Arniſæus *lib. 2. de Republ. cap. 2. ſect. 12. num. 31.* Anton. Colerus in *Diſſertat. de Jur. Imper. German. ſect. 69.* Gewoldus in *Comment. de S. Rom. Imperii Septemvirat. cap. 9.* Matthias Bortius in *Juriſprud. publ. typo cap. 2. concluſ. 16.* Jacob. Valdeſius JC. Hiſpanus in *tract. de prærogat. Hiſpan. ſive de dignit. & præeminentia Reg. Hiſpan. cap. 18. num. 16.* ubi Poloniam ponere pro Bohemia videtur. E

(γ) *Obliquis*] ut ſunt, qui quatuor ſæculares Electores, includendo Regem Bohemiæ, aſſerunt jure ſanguinis ſuccedere, & Electoralem dignitatem eſſe gentilem honorem, à genre & familia venientem; Johannes Cammannus in *Diſputat. de ſubjecto regal. ſeu perſon. quibus illa compet. th. 24. juncta th. 22.* Nicol. Betſius *de Pact. famil. illuſtr. cap. 8. fol. 491.* ubi dicit hoc jus ſucceſſorium eſſe impræſcriptibile, Michaël Schiferer F
Hungarus in *Diſputat. de Orig. & Poteſt. Elector. th. 18.* Philip. Neidlingerus in *Diſcurſ. de Juriſdict. SS. Cæſar. Majeſtat. Camera Imper. & Statuum Imper. concluſ. 13. lit. f.*

A 3. Quotquot inſuper genealogias & ſucceſſiones Ducum atque Regum Bohemiæ conſcripſerunt, eo ipſo teſtati ſunt, ſe Regnum Bohemiæ pro ſucceſſivo & hereditario habuiſſe, ut Volaterranus, (α) Munſterus, (β) Lazius, (γ) Pantaleo, (δ) Roſie-
716 res, (ε) Panvinius, (ζ) Menlius, (η) Henninges, (θ) Chytræus, (ι) Reuſnerus, (κ) Albizius, (λ) Scioppius, (μ) alii, (ν) quorum nonnulla teſtimonia ſparſim in hoc tractatu produximus.

4. Quibus omnibus ac ſingulis optimum & candidiſſimum interpretem adducam eundem Onuphrium Panvinium (ξ) ita ſcribentem: *Laicis jus eligendi hereditarium conceſſum eſt. Sicut enim Regnum Bohemiæ hereditarium eſt, ita & omnis, qui eo Regno legitime potitur, ubi primum Rex defunctus eſt, ſtatim jus electionis obtinet, qui*
B *Primogenitus Regis defuncti, vel major filiorum vveventium: vel, ſi mortuus ſine liberis fuerit, ejus propinquior eſſe ſolet. Idem uſu venit cæteris tribus Electoribus laicis, quorum Primogeniti vel grandiores natu filii, ſicut in paternis ditionibus ſuccedunt, ſic & in Electoris dignitate.*

5. Cui adſtipulatur Lottinus (ο) Legatus Venetus, qui in Aula Cæſarea inter Bohemos diu multumque verſatus ſucceſſionis hujus hereditariæ conditionem exactius ex-
717 ploravit. Ita autem ſcribit: *Ordines quidem ſive ſtatus Regni jus eligendi Regis ſibi aliquando vindicare non dubitarunt. At poſtea diploma ſive inſtrumentum inter Bohemos & Carolum IV. factum, repertum eſſe ajunt, quo filius Regis natu maximus poſt patrem Rex declaratur, & deinceps alii maſculini ſexus, quibus deficientibus, feminæ*
C *quoque ſubſtitui jubentur.*

6. Æneas Sylvius (π) Cardinalis & Archiepiſcopus Senenſis in Reſponſo ad Sbigneum Cardinalem & Epiſcopum Cracovienſem de Uladiſlao Poloniæ Rege a rebellibus Hungaris, contra Ladiſlaum poſthumum Alberti Cæſaris filium, heredem legitimum, in Regem Hungariæ electo & vocato, ita ſcribit: *Quis, excluſo Regis filio, Regnum poſſidens non dicitur occupator? Aut ſucceſſioni locus eſt apud Ungaros, aut electioni, cum Rege mortuo filius in promptu eſt. Si patri ſuccedit filius, non video, quid juris in Uladiſlaum popularis electio transfuderit. Si Regem electio facit, attribuo tuæ parti victoriam. Mihi tamen, qui Regni ſe mores noſſe affirmant, ſuccedere patribus apud Ungaros in Regno filios, injuſſu populi, dicunt; idemque Romanum Pontificem*
D *diffinivisse, Apoſtolicis demonſtratur apicibus &c.*

7. Hoc etiam amplius in Bohemiæ & Hungariæ Regnis, quam cæteris tribus Electoralibus obtinuit Principatibus, ut maſculis a primo adquirente deſcendentibus extinctis, feminæ eodem ordine atque gradu vocentur. Quod de Regno Bohemiæ non eſt ut

(α) *Volaterranus*] Raphaël Regius Volaterranus Italus *lib. 7. Geograph. in rub. Boemia.*

(β) *Munſterus*] Sebaſtianus Munſterus Profeſſor Baſilienſis *lib. 3. Coſmograph. in Bohemia.*

(γ) *Lazius*] Wolffgangus Lazius Archiater, Hiſtoriographus & Conſiliarius Cæſareus *lib. 8. de*
E *Migration. gent. in Genealog. Regum. Bohem.*

(δ) *Pantaleo*] Henricus Pantaleo Helvetius, Medicus & Profeſſor Baſilienſis *part. 2. Von den teutſchen Helden.*

(ε) *Roſieres*] Franciſcus de Roſieres Nobilis Barrenſis, Archidiaconus & Canonicus Tullenſis in *Stemmat. Lotharing. Ducum tom. 4. in hiſtor. capital. 68. fol. 233.*

(ζ) *Panvinius*] Onuphrius Panvinius Soranus Italus, Summi Pontificis Hiſtoriographus, *lib. 3.*
F *Imperator. Romanor.*

(η) *Menlius*] Jacobus Menlius Brigantinus, Hiſtoriographus Cæſareus in *Genealogia de Majorum D. Maximiliani II. Imper. vita defunctor. monument.* edita à Georgio Barreutho cum *append.*

(θ) *Henninges*] Hieronymus Henninges Superintendens Lunæburgenſis in *Opere Genealogic.*

(ι) *Chytræus*] David Chytræus Theologiæ Doctor & Profeſſor Roſtochienſis in *Hiſtor. Saxon. & vicinar. gent. lib. 1. fol. 34.*

(κ) *Reuſnerus*] Elias Reuſnerus Leorinus Sileſius, Medicus & Profeſſor Jenenſis in βασιλικῶν *Genealog. in Stemmat. Sclavic.*

(λ) *Albizius*] Antonius Albizius Nobilis Florentinus in *Principum Chriſtianorum Stemmatib.*

(μ) *Scioppius*] Caſpar Scioppius Bambergenſis Franco-Palatinus, Civis Romanus & Eques S. Petri, Conſiliarius Auſtriacus in *Conſilio Regio, in Stemmat. Auguſtæ Domus Auſtriæ, in fin. in ſtemmat. Regum Bohemiæ.*

(ν) *Alii*] ut ſunt Ladislaus Suntheimius in *Genealog. Auſtriac.* Garibay in *Genealog. Regis Philippi II. Hiſpan.* Valdeſius *de Prærogativ. Hiſpan. cap. 14. num. 7.* Miræus in *libell. de reb. Bohem. cap. 2. & ſeqq.* Theobaldus in *Genealog. & Chronoligic. ſerie Judicum, Ducum & Regum Bohem.* Martin. Cromerus *lib. 3. Rer. Polonic. fol. 32. col. 1.*

(ξ) *Panvinius*] in tract. *de Comitiis Imperat. cap.* 10. Quibus verbis illuſtratur titulus Caroli IV. Imperatoris & Bohemiæ Regis, qui ſeſe, vivente Patre & rerum adhuc potiente, *Primogenitum* vocari & ſcribi voluit, ut ſupra docuimus.

(ο) *Lottinus*] in Relation. de Aula & Regno Imperatoris Romani, in *Practica ſeu theſaur. Polit. ſapient. part. 1. fol. 59.*

(π) *Sylvius*] Epiſtol. 417. & excerpſit Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. lib. 9. anno 1445. fol. 340.*

eſt ut plutibus deducamus. De Regno Hungariæ affirmat Joh. Michaël Brutus (α) A
hiſce elegantibus verbis: *Ludovicus Rex* (Caroli filius & ſucceſſor) *alteram natu majorem filiam Sigismundo collocavit, qui Boëmorum atque Ungarorum Rex per longum annorum ſpatium magna cum laude præfuit Imperator Chriſtiano orbi. Cujus judicium Caſimirus ſecutus, Jageloni filius, uxorem duxit Alberti Cæſaris filiam, Sigismundi generi, cui, per Mariæ filiæ nuptias, in Ungarorum Regnum ſucceſſit.* (*)

8. Et hæc quidem hactenus de ſucceſſione legitima, naturali, conſanguinea & hereditaria Regiæ in Bohemia Hungaria, Polonia familiæ, quam diligentiſſime & ſtudioſiſſime, ut tes ipſa loquitur, exſecuti ſumus, ejusque certitudinem ac veritatem teſtimoniis (ut opinamur) irrefragabilibus, & interpoſitis, ubi ratio ſuadebat, argumentis neceſſariis, ita evicimus, ut contra ſi quis ſentiat, hiſce pellectis nihil ſe ſentire ingenue faſſurus ſit. Supereſt, ut de altero quoque jure ſucceſſionis confraternæ & pa- B
ctitiæ diſſeramus.

(α) *Brutus*] *in Cenſura* in Lucæ Chawalkovvſki *Orationem de Sueci Principis laudibus in Regem Polener. eligendi, fol.* 56.

(*) His Auctoribus claſſicis, quos in partes *hoc capite* vocat Goldaſtus, pariter alios opponit Stranskius *in Republica Bojema cap.* 5. §. 29. & 31. qui plenam eligendi Reges poteſtatem Bohemis ex ejus ſententia vindicant. Num ſatis recte, viderint alii.

718

CAPUT XVIII. C

De Pacto reciprocæ ſucceſſionis inter Regiam Bohemiæ & Archiducalem Auſtriæ familiam mutuis ſtipulationibus contracto. Ejus juſtitia defenditur. Confirmatum ab Imperatore, S. Rom. Imperii Electoribus & Statibus, & ipſius Regni Bohemiæ Ordinibus Pactum hoc fuiſſe aſſeritur. Potuit contrario pacto mutari vel prorſus ſolvi, & in reſtipulationem rurſus deduci. Hungaria initio excepta, tandem & ipſa Pacto huic inſerta eſt. Hinc Carolus V. Imper. titulum Regis Hungariæ in lineam Auſtrio-Hiſpanicam intulit. Tandem & Polonia eidem Pacto acceſſiſſe auctorum teſtimoniis docetur. Erb-Verbrü- D
derung & Erb-Einigung *quid differant.*

Etenim Bohemiæ Regnum Archiducibus Auſtriæ non modo ex lege & edicto Prætoris, ut ita loquar, ſeu jure matrimoniali deberi, verum etiam ex fœdere & pacto gentilitio, (α) quod Vernaculo noſtro ſermone *Erbverbrüderung* vocamus, juſtiſſime vindicari, omnes univerſim prudentes, cordati & conſultiſſimi noſtri intetpretes ac politici, unanimi conſenſu & concorditer ſtatuunt. Quo fœdere ſeu pacto inter Reges Bohemiæ & Archiduces Auſtriæ ſemel, iterum iterumque convenit, ut alterorum ſtirpe exſtincta, ad alteram familiam Regnum Bohemiæ, aut Archiducatus Auſtriæ, jure pleno & integro totaliter devolvatur. Et hoc pactum mu- E
tuæ ſucceſſionis, quum fuerit ab utriusque Principatus Ordinibus comprobatum, atque ab Imperatoribus, directis feudotum & ſupremis dominis, de conſilii Procerum Imperii ſententia confirmatum, non eſt cur de juſtitia (β) ejus porro addubitemus.

719 2. Hoc autem pactum reciprocæ ſive mutuæ ſucceſſionis primus Rudolphus

 Habſpur-

(α) *Pacto gentilitio*] cujus jure Bohemiam Auſtriæ accreviſſe ſtatuunt Renatus Choppinus *lib.* 3. *de Doman. Franc. tit.* 1. *num.* 8. Waremundus ab Erenberg in *Meditament. de fœderibus part.* 1. *cap.* 2. *num.* 36. Henning. Arniſæus *lib.* 2. *de Republ. cap.* 2. *ſect.* 12. *num.* 31. Ludovicus Perſona in *Orat. de Wittenberga,* Muſculus in *Diſp. de confraternit. ſive Pacto ſucceſſor. illuſtr. perſon. concl.* 9. & *concl.* 46. Auguſtus Viſcherus in *Diſcurſ. de Elect. Regis & Imper. Roman. concluſ.* 1. *fol.* 5. Johan. Paulus Windeckius in *Comment. de Princ. Elector. origin. cap.* 15. Georg. Schœnborn. *lib.* 2. *Politic. cap.* 13. *num.* 4. & *num.* 6. Kekermannus *lib.* 2. *Polit. cap.* 4. *fol.* 122. & *ſeqq.* Johan. Althuſius in *Politic. cap.* 17. *num.* 54. Dan. Otto in *Differt. de jure publ. Imper. Rom. cap.* 11. *fol.* 417. *in princ.* Azarias Sturcius in *Prælud. rer. politic. diſput.* 4. *th.* 4. *lit. e. in fin.*

(β) *Juſtitia ejus*] quam in genere & theſi defendunt propugnantque Decius, Alexander Imolenſis, Boërius, Zaſius, Hotomannus, Gailius, Schraderus, Theſaurus, alii allegati ab eodem Lud. Perſona in *d. Orat. de Witteberga,* Rumelino *ad Aur. Bull.* Muſculo in *d. Diſput. de Confraternit.* Adde Chriſt. Matthiam *lib.* 3. *Syſtem. polit. exerc.* 1. *ſect.* 5. *fol.* 312. F

A Habſpurgius Romanorum Rex cum Ottocaro (α) II. Bohemorum Rege Viennæ anno
MCCLXXVII. inſtituit, quum idem Ottocarus cogeretur Auſtriacas provincias Im-
perio reſignare, ut per hoc pactum indignatio ejus quodammodo deliniretur, ac ſi eas
non tam abdicarit, quam ſibi ſuiſque poſteris juſtiore titulo recipiendas conſervarit.

3. Cæſo in acie Ottocaro, idem pactum cum Wenceſlao Ottocari filio, ſtipu-
lante Ottone Electore Brandenburgio ejus tutore, & primariis Regni Bohemiæ ac Mo-
raviæ Proceribus conſentientibus, fuit renovatum & confirmatum Iglaviæ (β) anno
MCCLXXXI. quum Rudolphus Cæſar Regnum Bohemiæ & Marchionatum Mora-
viæ, quorum utrumque jure victoris in manu ſua habebat, & pro lubitu poterat diſpo-
nere eidem Wenceſlao pupillo ac deſponſo genero ex mera liberalitate & clementia Cæ-
B ſarea reſtitueret. Quam ob cauſam videtur pactio hæc & conventio ſucceſſoria magis
in commodum & utilitatem ipſius Wenceſlai Regis pupilli, quam Alberti Auſtriaci,
Cæſaris filii primogeniti, inventa, accordata, depecta & tranſacta fuiſſe. Erat enim
in liberrimo Cæſaris arbitrio, Regnum illud vel ſibi, ut victori, retinere, vel Alberto
filio, aut cuicumque voluerit, conferre. Nec queo aut poſſum ſatis eorum admirari
temeritatem, qui clementiſſimam hanc laudatiſſimi Cæſaris gratiam Regi pupillo ei-
demque genero ſuo tam benigne & liberaliter factam, audent violentiæ ac fraudis in-
cuſare.

Tu pacta ſanctis tot viris fraudem voces?

Inquit egregie cordatus homo Georgius Calminus. (γ) Neque enim cum pupillo *ini-*
C *tum* fuit fœdus hoc ſucceſſorium, aut inter ipſa arma, ſilentibus legibus, contractum,
ſed cum Regni ipſius Proceribus pro pupillo ſtipulantibus, & quadriennio poſt partam
victoriam, depoſitis jam armis, & pacato Bohemiæ Regno. Quod ita eſſe, uti prædi-
co, fidem facit Wolfg. Lazius, (δ) de hac pactione ſcribens: *Conſtitutus dies* (Pro-
ceribus Bohemiæ) *ad Iglaviam* (vulgo perperam legitur *Trigloviam*) *Moraviæ fuit,*
ad quem Imperii Principes frequentes quoque convenere; Salisburgenſis, Patavien-
ſis, Friſingenſis, Baſilienſis, Gurcenſis, & Olomuceuſis Epiſcopi, Maynhardus Ty-
720 *rolenſis, & Albertus Hohenbergenſis Comites. Qui interpoſita auctoritate alternis*
agendo, pacem ad eam formulam retulere; uti Wenceſlaus interfecti Regis Ottocari
filius, Guetam Cæſaris natam, uxorem caperet: cujus ſoror Agnes Rudolpho Impera-
D *toris nato ſecundo nuberet, cum ea ſpe, ut ſine maſcula prole Wenceſlao extincto, Bo-*
hemiæ ad Auſtrios Regnum devolveretur. Et rurſus idem Lazius *lib. 2. fol. 221.* com-
mentatur de pacto eodem: *Dicta erat ad Iglaviam Moraviæ formula concordiæ, Ot-*
tochаro Bohemiæ Rege occiſo, in præſentia multorum Principum: Ut ſi Venceſlai Re-
gis ſoboles, qui Ottochari filius erat, & Rudolphi Cæſaris filiam Guetam conjugem ea
in tranſactione acceperat, ſexu meliori deſtitueretur, ad Rudolphi Cæſaris ſtemma Re-
gni Bohemici gubernacula transferrentur.

4. Anno MCCCVI. exſtincto ſine liberis Wenceſlao IV. ſuperioris Wenceſlai fi-
lio, Ottocari nepote, inter ſororium defuncti Heinricum Carinthiæ Ducem, & Al-
bertum Auſtriacum Imperatorem vehementiſſima contentio de jure ſucceſſionis (ε) ob-
E orta eſt, Carinthio ad jura legum & naturæ, Auſtriaco ad pacta hereditaria, pro-
vocantibus. Qua de re ita commentatur idem Lazius (ζ) ſuperioribus verbis hæc
ſubnectendo: *Itaque Venceſlao altero interfecto, duæ tantum fœminæ ſupererant*
eo in Regno, Eliſabetha & Agnes, quam Henricus Carnorum Dux, Cæſaris Alberti ſo-
rorius, ſibi deſponſaverat, coronaque redimitus conſilia Auſtriacorum formula veteri
reſciſſa

(α) *Cum Ottocaro*] Theodoric. Pieſpordius in *Stemmat. Principum Habſpurgi-Auſtr. in Schem. 4. in Rudolpho I. Duce, Rudolphi I. Cæſaris filio.*

(β) *Iglavia*] videatur Gerardus de Roo in *Hiſtor. Auſtriac. lib. 1. anno* 1281. Johan. Crato in
F *præfat. in Dubravii Hiſtor. Bohem.* David Chytræus in *Hiſtor. Saxon. & vicinar. gent. lib. 12. fol.* 304. Franc. Guillimannus in *Habſpurgiac.* Nic. Henelius in *Sileſiograph. cap. 7.* Pieſpordius in *Stemmat. Princip. Habſpurgi-Auſtriac. in ſchem. 4. in Rudolpho I. Imp.*

(γ) *Calaminus*] in Rudolphottocaro tragœdia act. 5. ſcen. 1.

(δ) *Lazius*] lib. 1. Commentar. in genealogiam Auſtriac. cap. 11. fol. 182.

(ε) *Contentio de Jure ſucceſſ.*] Æn. Sylvius in *Hiſtor. Bohem. cap. 30. & ſeq.* Hugvvaldus Mutius *lib. 12. de Reb. geſtis German. fol.* 210. Johann. Crato in *Præfat. in Dubravii Hiſtor. Bohem.* Elias Reuſnerus in *Baſilic. Genealog. in ſtemmat. Auſtriac. fol. 30. & in ſtemmat. Princip.* & *Regum Bohem.* Pieſpordius in *dict. ſtemmatibus Princip. Habſpurgi-Auſtr. in ſchem. 4. in VVenceſlao III. Rege, in Anna ejus ſorore, & in Rudolpho III. Auſtriaco* &c.

(ζ) *Lazius*] lib. 2. Commentar. in genealog. Auſtriac. fol. 223.

Digitized by Google

reſciſſa antevertit. Qua de injuria queſtus ad Proceres Imperii Cæſar Albertus, ea A
rata ac firma cupiebat, in quæ ſemel Bohemi tam ſolennibus inſtrumentis conſenſiſſent,
juramentoque ſe ſuosque nepotes obligaſſent. Viſa erat juſta Principibus in comitio hæc
Cæſaris querela, & de ſororii ſui injuria expoſtulatio. Itaque communicatis conſiliis,
Bohemici Regni habenæ Carno abrogatæ ſunt, auxiliaque publico ſumptu ad eripiendam
illi provinciam decreta, &c. Et Gerardus de Roo (α) ei conſentiens ſcribit: *Boëmiæ*
Proceres, extincta in Venceslao Regum *familia virilis ſeminis, de novo creando* Rege
conſilia Pragæ ineunt: nominantur duo, Rudolphus Alberti Cæſaris filius, & Henri-
cus Carinthius Tyrolenſium Dominus. Diſſidentibus Procerum ſtudiis, Venceslai Re-
gis ſorores, Anna Eliſabetha, in Comitia veniunt, ut ſui ratio habeatur, orant. Ita-
que Henricus Annæ maritus in Regem *eligitur. Cæſar vero relicta Bohemia Norim-*
bergam conventu indicto Principes convocat, & in eorum concilio pactum, quod Au- B
ſtriacis cum Venceslao, poſt occiſum ejus patrem Ottocarum, interceſſerat, comme-
morat, electionem non accedente imperii auctoritate factam, nullius momenti eſſe docet,
Henricum proſcribit, & Rudolphum filium ſuum declarat Regem. Denique, ut alios
721 ponam ad compendium David Chytræus (β) Theologus Roſtochienſis: *Imperator*
Albertus, memor qua ratione Boemi ex pactione Iglavienſi conſtricti Auſtriacis eſſent,
Regnum filio Rudolpho *juſte & legitime appetebat, & cum Henricus Carinthius cedere*
nollet, armis illum e Bohemia expulit, & ut Rudolphus filius occuparet, perfecit. Ha-
bemus ergo Comitialia S. Romani Imperii ordinum Decreta, quibus juſtitia hujus Pa-
cti ſucceſſorii Bohemo-Auſtriaci adverſum calumniatores ejus liquido probari ac defen- C
di debet.

5. Nihilominus tamen abundantioris cautelæ gratia idem Pactum reciprocæ
ſucceſſionis fuit anno MCCCVII. ab univerſis Bohemiæ & Moraviæ Ordinibus in pu
blico & generali conventu ſolemniter repetitum, ultro citroque renovatum, & ſancte
confirmatum, quum Rudolphus (γ) ille Auſtriæ Dux in Regem ex Compactatis Igla-
vianis aſſumeretur. Quod in Annalibus Auſtriæ (δ) manuſcriptis antiquiſſimis me-
moriæ proditum fertur in hanc conditionem; *Rudolphus ergo* Regis (Romanorum
Alberti) *filius levatur, ita tamen, quod Bohemorum Nobiles jurarunt, pactaque fir-*
miſſima literis atque privilegiis firmarunt, Regisque (Romanorum Alberti) *manibus*
obtulerunt, quod ſi hic filius decederet ſine fructu, non alium quempiam, niſi unum D
filiorum ſuorum ſive ſui Germani, Regem *conſtituerent*, Quod ergo ſemel placuit, (ε)
amplius ut diſpliceat, juris communis auctoritas non patitur.

722 6. Qui tamen eodem jure conſtitutum eſt, ut omnia, quæ jure contrahuntur, con-
trario jure pereant; *l.* 100. *D. de Reg. jur.* & quod vi pacti cujuspiam obligatum eſt, alio
pacto in contrarium (ζ) acto rurſus tolli poſſit; *l.* 35. *& l.* 153. *D. eod.* ita hoc pactum
ſucceſſionis Auſtriacæ fuit anno MCCCXXIV. pacto diverſo inter Johannem Bohe-
miæ Regem, & Leopoldum atque Heinricum Auſtriæ Duces contracto ſublatum, ut
teſtatur Johannes Abbas (η) Aulæ Regiæ ſcribens: *Promiſit vero idem Henricus Dux*
Auſtriæ, Johanni Regi Boëmiæ *novem millia marcarum argenti dare* (ſcilicet pro li-
beratione E

(α) *Roo*] in Hiſtor. Auſtriac. lib. 2. anno 1206.

(β) *Chytræus*] in Saxon. ſeu Hiſtor. Saxon. & vicin. gent. lib. 12. fol. 304.

(γ) *Rudolphus*] quo tamen *ſine fructu*, id eſt nullis relictis liberis defuncto, Dux Carinthiæ jure conjugis, & poſt eum Johannes Lucemburgius itidem matrimoniali fœdere, & Cæſaris auctoritate, in Regno ſucceſſerunt. Nam quod nonnemo ex Thomæ Ebendorfferi Canonici & Profeſſoris Viennenſis *Chron. Auſtriæ lib.* 3. *anno* 1307. eidem Rudolpho filium heredem aſſignant, eadem facilitate à nobis reſpuitur, quo ab illis aſſeritur, quum omnium probatiſſimorum auctorum teſtimoniis repugnet. & in tam arduo negotio ne ipſe quidem Imperator ſtatuere poſſit, ut uni teſti credatur; ceu ſentit Ludovicus Pontanus Romanus in *ſingular. Reg.* 361. Petrus Ant. Petra *de fidei-commiſſ. quæſt.* 12. *num.* 561. Ludovic. Rudolfinus de Sablonneta in *tract. de Suprem. & abſol. Princip. poteſt. cap.* 6. *num.* 24.

(δ) *Annalibus Auſtriæ*] quos producit Baro Streinius in *Informatione und Bedencken von des Hauſes Oeſterreichs erblichen* Succeſſion *in der Cron Bœheim* &c. & Goldaſtus in *Seniore ſive de Majorat. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 23. Quibus conſentanea tradit Otto Abbas Aulæ Regiæ Bohemus in *Chron. part.* 1. *cap.* 12.

(ε) *Semel placuit*] *reg. quod ſemel* 21. *Ext. de regul. Jur. lib.* 6. & ibi Dynus Mugellanus in *Comment.* Contractus namque ab initio quidem eſt voluntatis, poſtea autem fit neceſſitatis, *l.* 5. *C. de Obligat. & act.* F

(ζ) *Pacto in contrarium*] adde *l.* 80. *D. de ſolution. l.* 1. *C. quando lic. ab empt. §. ult. Inſtit. quibus modis toll. oblig. cap.* 1. *Ext. de reg. jur.* Eclog. *lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 98.

(η) *Johanes Abb.*] in Chron. part. 2. cap. 12. anno 1323.

A beratione & dimiſſione ſua ex cuſtodia, in qua captivus tenebatur) *& quædam ardua privilegia reſignare. Habebant enim apud ſe Duces Auſtriæ privilegia quædam fortiſſima, in quibus ipſis majores Barones Boëmiæ, temporibus Alberti Romanorum Regis, Ducis Auſtriæ genitoris, plura incaute juramenta fecerant, & promiſſa. Hæc omnia ſimul cum privilegiis Henrici Ducis Karinthiæ, quæ ſuper* Reguum *habuit* Boëmiæ, *reſignare Duces Auſtriæ promiſerunt*, &c. Et Thomas Ebendorffer (α) Canonicus Viennenſis: *Inſuper literas & inſtrumenta, quæ de Bohemis Rex Albertus extorſerat, de filiorum ſuorum in* Regno *Bohemiæ ſucceſſione, reddebat.* Quin ipſemet Leopoldus (β) Dux Auſtriæ in inſtrumento renunciationis eidem Regi Johanni factæ, fatetur: *ſe ſponte & libere & ex maturo & deliberato conſilio, ſuo & heredum*
B *ſuorum nomine, renunciare omni juri omnique actioni & quæſtioni, quod vel quæ in* Regno *Bohemiæ, vel Marchionatu ſeu terra Moraviæ in toto vel in parte, ex quacunque cauſſa, quocunque jure vel titulo aut modo nobis & heredibus noſtris competebat hactenus, competeret in præſenti vel poſſet quomodo libet competere in futurum, & nihil juris vel actionis fatemur in eisdem, dicimus & recognoſcimus nos habere*, & quæ ſequntur.

7. Eandem renuntiationem Rudolphus (γ) Dux Auſtriæ, Leopoldi frater, Carolo IV. Imperatori, tanquam Bohemiæ Regi, & fratri ejus Johanni Moraviæ Marchioni, anno MCCCLX. confirmavit, in hæc verba: *Animo deliberato, ſano amicorum & fidelium noſtrorum accedente couſilio, & ex certa ſcientia, renuntiamus pro nobis, & Illuſtribuı Friderico, Alberto & Leupoldo, fratribus noſtris, nec non he-*
C *redibus & ſucceſſ.ribus noſtris & eorum, perpetuo omni juri, impetitioni & actioni, quas ſuper Regno & Corona Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ, terris & Princi-*
723 *patibus eorum in Polonia, in terra de Sultzbach, & aliis terris, quas ipſi in Alemania obtinent, quæ ad Regnum* Bohemiæ *ſpectant, & cum ipſo confinant, & ſuper omnibus aliis eorum terris, Principatibus atque Dominiis, & eorum pertinentiis univerſis ubicuuque ſitis, quovis modo habuimus, habemus vel habere poſſemus* &c. quæ latius in ipſo inſtrumenro exponuntur.

8. Sexennio tamen poſt, nempe anno MCCCLXVI. pactum illud reciprocum ſuper ſucceſſione Bohemica & Auſtriaca fuit a Carolo IV. Imperatore, tanquam Bohemiæ Rege, cum eisdem Alberto & Leopoldo Auſtriæ Ducibus renovatum, & ſempiterno fœdere confirmatum, ut teſtatur inſtrumentum (δ) Caroli Imperatoris, in quo
D verba de ſucceſſione Auſtriaca in Regno Bohemiæ hunc ad modum concepta leguntur: *Ob das geſche/e, daſs wir, Keyſer Carl von* Rom *und* Kœnig *zu* Bœheim, Kœnig *Wentzla von* Bœheim, *und Marggraff Johann von Mährern, und unſer aller eheliche Kind, Sœhn und Tœchter, die wir nun haben oder hernach gewinnen, abgiengen und verführen ohne eheliche Leibserben: und auch ob dieſelben unſere* Kind *Leibserben gewinnen, die auc' fürbaſs ohne Leibserben verführen, und unſere Land alſo rechter Leibserben, die von uns, unſern Kindern und Kindskindern, kommen mœchten, erbloſs würden, daſs dann alle die vorgenannten, und andere unſere erblich Land und Fürſtenthum, Kœnigreiche, Hertzogthumb, Marggraffſchafften,* &c. *auff die*
E *vorgenannten Hertzogen von Oeſterreich, und auff ihr beeder Leibserben, Sœhne und Tœchter, die ihn GOtt noch geben mag, und auff derſelben Kind und Kindeskind, nach dem rechtenſtammen, ewiglich, die von ihren Leiben kommen mœchten, ohn alle Gefehrde*, &c. In quibus verbis notetur formula illa: *erblich Land und Fürſtenthumb, Kœnigreiche, Hertzogthum, Marggraffſchafften*, &c. cui hodiernus Aulæ Cæſareæ ſtylus *Kœnigreich und Erblande*, vel ſignantior iſta formula, *Erbkœnigreich und Lande*, æquipollent. De Regno autem Hungariæ ſubjicitur iſthæc clauſula reſervatoria: *Haben wir auff beden Theilen wiſſentlich vorgehabt und auſsgenommen, das Kœnigreich zu Hungarn, mit ſolchem Unterſcheide, ob der Durchleuchtige Fürſt, Herr Ludwig, jetzund* Kœnig *zu Hungarn, daſſelbe ſein Kœnigreich, keinem unter uns machen und geben wolte, daſs er das ſo wol auffnehmen mag, in ſolcher maſſe,*
F *daſs es demſelben, deme es alſo gegeben und gefüget wird, und deſſelben rechten Erben beleibe, und von krafft wegen dieſer vorgeſchriebenen Gemachtnüſſe, auff keinen andern*

(α) *Ebendorffer*] in Chron. Auſtriac. lib. 3. anno 1224.

(β) *Leopoldus*] in *Append. ſub anno* 1324. & apud Doct. Eyſen in *Deduct. Bohem. num.* 28.

(γ) *Rudolphus*] in dict. append. ſub an. 1360. & apud eundem Eyſen num. 29.

(δ) *Inſtrumentum*] in Beylagis German. ſub an. 1366. & apud eundem Eyſen num. 30.

dern Theil fallen ſolle noch möge, ohn alle Geſehrde &c. Ex quo Regnum Hungariæ A
eſſe hereditarium, & in diſpoſitione Regis poſitum, liquido apparet.

9. Ex quo renovati fœderis & confraternitatis ſucceſſoriæ æternum manſuræ
pacto, Albertus Auſtriacus, Sigiſmundi Imperatoris gener, Regnum Bohemiæ ſibi le-
gitur anno MCCCCXXXVIII. poſt ſoceri obitum, vindicaſſe. (α) Hanc enim Lega-
724 torum Alberti orationem Æn. Sylvius (β) refert, ita memorans: *Inter Bohemiæ Reges
& Auſtriæ Principes fœdus extare Procerum conſenſu & Imperiali auctoritate confir-
matum, ut deficientibus in altera domo maſculis heredibus, altera Regnum accipiat:
defeciſſe maſculos in* Bohemiæ *Regia ſtirpe: ſucceſſorem ex Auſtria vocandum, neque
alium idoneum viderent quam Albertum, qui & uxoris & ſuo jure, & ſoceri judicio præ-
ferendus ſit.* Quem ſequitur Anton. Bonfinius (γ) de hisdem Legatis ſcribens: *Item* B
interjicere, inter Boemiæ Reges, Auſtriæque Principes inviolatum (id eſt perpetuum)
*extare fœdus, Auguſtali auctoritate munitum, ut utra prius Domus Regali ſtirpe, ma-
ſculove ſucceſſore defecerit, ex altera Regem accipere ex compacto cogatur. Succeſſo-
rem igitur ex Auſtria vocandum, nec eo* (Alberto) *potiorem alterum optari poſſe: quip-
pe qui & ſuo, & uxoris jure, & D. Sigiſmundi judicio eſt omnibus anteferendus. Boëmi
tandem his rationibus victi, Albertum II. Non. Majas Regem crearunt.* Et Johannes
Cuſpinianus (δ) Conſiliarius Cæſareus: *Quod vetus extaret inter Bohemiæ Reges &
Auſtriæ Duces fœdus, Procerum conſenſu & Imperiali auctoritate jam dudum corrobo-
ratum, quo cavetur, deficiente in altera Domo maſculo herede, ex altera fore* Regem
poſtulandum, hoc fœdere Regnum *ad Albertum eſſe delatum.* Necnon Johannes Coch- C
læus (ε) Noricus, Decanus Collegiatæ Eccleſiæ ad D. Mariam, Francofurti, & Ca-
nonicus Vratislavienſis: *Erat*, inquiens, *antiquum inter Bohemiæ Reges & Auſtriæ
Duces fœdus, Procerum conſenſu & Imperiali auctoritate confirmatum, de alterutra
ſucceſſione in Principatu, deficientibus heredibus maſculis.* Joachimus item Curæus (ζ)
Glogovienſis Sileſius: *In conventu Ordinum Bohemiæ, cum expoſitum eſſet, Elizabe-
tham natam ex præſtantiſſimis Bohemiæ Regibus longo ordine, & inter Bohemiam &
Auſtriam fœdus ſolenne conceptum extare, ut maſcula ſobole in altera familia deficien-
te, altera ſuccederet, Albertus publice* Rex *Bohemiæ eſt renunciatus.* Wolfgangus
Lazius (η) inter Legatos numerat Comitem Schlickium, dicens: *Quibus* (Proceribus
Bohemiæ) *Caſpar Schlyckius commemorare non deſinebat, veteres conjunctiones, ac* D
725 *fœdus jam tum a Rudolpho Cæſare inter Domos (ut vocant) Auſtriæ Bohemiæque
initum, ſi unam videlicet prolis maſculæ ſterilitatem pati contingeret, altera mox he-
reditatem adiret.* Pantaleo Candidus (θ) eundem Schlickium inducit perorantem in
hunc modum:

Suadeat hoc initum ſolenni fœdere pactum
Auſtriacos inter Proceres Regesque Bohemos,
Ut primam e geminis ſoboles quancunque virilis
Deficeret gentem fatis, ſive illa Bohema,
Seu foret Auſtriadum ille Domus, ſive ille Bohemæ,
Non erit is Regno indignus &c. E

Errat ergo Hubertus Goltzius (ι) Herbipolenſis, autumans, tunc temporis fœdera
primum fuiſſe inter Bohemos & Auſtrios de mutua ſucceſſione icta, dum ita ſcribit: *In
Bohemia quisque Albertum poſtulabat, conſultabantque ut cum Auſtriaca Domo perpe-
tuum fœdus inirent, & ſi quando Auſtria vel Bohemia ſine herede maſculo eſſet, tum
morte Principis Regnum hoc ad illud devolveretur, quemadmodum & poſtea contigit.*
Namque ex pacto ſucceſſio petita, non autem petitio pro pacto ſucceſſorio initiata fuit,
ut ex iis, quæ uſquedum deduximus, ſatis eluceſcit.

(α) *Vindicaſſe*] Jacob Wimphelingus in *Epitom. rer. Germanicar. cap.* 50. Mutius *de Reb. geſt. German. lib.* 28. *in princ.* Gerard de Roo in *Hiſtor. Auſtriac. lib.* 6. *anno* 1458. *fol.* 234. Munſterus *lib.* 3. *Coſmograph. cap.* 12. Stumpfius *lib.* 2. *Chronic. Helvet. cap.* 36. *in princ.* Elias Reuſnerus in *Baſilic. Genealog. in Stemmat. Auſtr. fol.* 30.

(β) *Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. 55.

(γ) *Bonfinius*] Rerum Ungaric. decad 3. lib. 4. in princ. fol. 435.

(δ) *Cuſpinian.*] in Auſtria, in vita Alberti V. Ducis. fol. 500.

(ε) *Cochlæus*] in Hiſtor. Huſſitar. lib. 9. anno 1434. in princip. fol. 314. F

(ζ) *Curæus*] in Annalib. Sileſiæ fol. 129.

(η) *Lazius*] lib. 2. Commentar. in Genealog. Auſtriac. fol. 233.

(θ) *Candidus*] lib. 4. Bohemaid. Regum fol. 92.

(ι) *Goltzius*] in Imperator. imaginibus in Alberto II. Imperat. cap. 151. Theobaldus in Bell. Huſſit. part. 2. cap. 3.

A 10. Euit tamen Huſſitarum factione pactum hoc Bohemo-Auſtriacum aliquandiu per quorundam Regum violentas electiones interruptum, uſque ad annum Chriſti MCCCCLXXVII. quo Uladislaus Poloniæ Regis filius primogenitus de Regno Bohemiæ inveſtitus (α) fuit a Friderico III. Imp. cum conditione & pacto expreſſo, *daſs wann Uladislaus ohne mannliche Erben abſtürbe, die Länder wieder auf das Haus von Oeſterreich fallen ſolten.* Renovatum idem pactum anno MCCCCXCI. in Comitiis Imperii Ratiſponæ habitis, in quibus nova Concordata (β) inter eundem Fridericum III. Imperatorem, Auſtriacæ Domus caput, & Maximilianum I. Romanorum Regem ejus filium, nec non eundem Uladislaum Hungariæ & Bohemiæ Regem, de conſilio S. Romani Imperii Electorum, Principum atque Statuum, & utriuſque Regni Statuum,
B inita, & Viennæ anno eodem concluſa atque in ſcriptum redacta fuerunt, quibus inter alia hic articulus (γ) inſertus legitur: *Inſuper pro ſolidiori perpetuæ hujus unionis fundamento conventum eſt, quod idem Dominus Uladislaus Rex circa Regnicolas Regni Bohemiæ laborare, & omni ſibi poſſibilitate dare debebit operam, & ſtudium impendere, quo eosdem inclinet, & in hanc ſententiam trahat, ut eo* (Rege Uladislao) *ſine liberis maſculis decedente, tunc Maximilianum* Regem, *aut heredes ſuos legitimos ex lumbis ſuis deſcendentes, Regem ſibi præficiant; idque quantocyus fieri poterit, incipere & omnes favores & ſtudia ſibi poſſibilia adhibere debebit, ut ipſe Rex Romanorum, & nemo alius, in hoc Bohemiæ Regno ſibi in tali caſu ſuccedat.* Atque in hiſce renovatis Pactis (*Compactata* illi vocant & *Concordata*) fuiſſe etiam Hungariæ Regnum (δ) com-
C prehenſum, fidem nobis facit Michaël Ritius (ε) Neapolitanus, ita ſcribens: *Cum Maximiliano pactus, ut ſi decederet absque legitima prole, Ungariæ Boëmiæque Regna ad eum ejusque ſucceſſores pervenirent.*

726 11. Hinc eſt, quod Maximilianus I. (ζ) Cæſar Regnum Hungariæ defuncto Matthia Hungariæ Rege, ſibi, contra Uladislaum Bohemiæ Regem etiam armis aſſereret, ductoque in Pannoniam exercitu victor omnia occuparet, dominaturus indubie, niſi ſupplici Uladislao indulgens, ſummorum Regum atque Principum factas pro eo interceſſiones admiſiſſet, Pactis Presburgi (η) ſucceſſoriis rurſum renovatis & arctius obligatis. *Auf Bitte der Unterhandlung* (inquit Hoſmannus (θ) Luſatus) *hat er das Königreich*

(α) *Inveſtitus* &c.] Theobaldus in *tract. de*
D *Bell. Huſſit. part. 3. cap. 24. anno* 1477.

(β) *Concordata*] quorum etiam mentionem facit Sleidanus in *Commentar. de ſtatu relig. & Reipubl. lib. 6. anno* 1528. Ludovic. Perſona in *Orat. de VVitteberga.*

(γ) *Articulus*] quem refert Baro Streinius in *d. Informat. de Succeſſione heredit. in Regno Boh.*

(δ) *Hungaria Regnum*] idem Theobaldus *d. part, 3. cap. 28. anno* 1490. Non tamen tunc primum Hungaria Auſtriacis deberi cœpta eſt, quum
E ex Receſſibus Imperii conſtet Fridericum III. Imperatorem, titulo *Regis Hungariæ* &c. jam annos ante triginta uſum fuiſſe, ex pactis (ut dicitur) cum Matthia I. Rege & Proceribus Regni initis, priusquam electio Matthiæ confirmaretur, & corona, quam Imperator in poteſtate ſua habebat, reſtitueretur. Hinc Janus Pannonius Epiſcopus Quinqueeccleſienſis Hungarus in Epigrammat. ad Fridericum III. Imperator. de Corona Regni reſtituenda:

F *Nec tanti facit tam vani nominis umbram.*

Innuit enim titulum Regni Hungariæ &c. Et Matthias Michovius in Chron. Regum Polon. lib. 4. cap. 67. ſcribit: *Anno Dom. 1459. quidam Barones* (Regni Hungariæ) *quorum Princeps Nicolaus Friſtaczki erat, Matthia rejecto, Fridericum Imperat. & Auſtriæ Ducem, in Regem aſſumpſerunt. Qui electioni à paucis facta conſentiens, totam Hungariam bello civili involvit, exercitibus utriusque Regis concurrentibus atrox bellum fuit, ad extremum tamen Cæſarianis victoria ceſſit. Tandem pace perpetua compoſita ſub his conditionibus, ut Cæſar Fridericus titulo Regni Hungariæ ſibi & ſuis ſucceſſoribus retento, coronam materialem Regni Hungariæ ad vitam duntaxat Matthiæ cederet. poſt mortem ſibi ſucceſſurus. Pro reſtitutione quoque Coronæ Matthias Rex Friderico LXXX. millia aureorum ſolveret. Dum pax ſub his conditionibus completa eſt, Rex Matthias à Cæſare in filium ſuſceptus tum primum ſe coronari in Regem in Alba Regali hujusmodi corona obtinuit & procuravit.* Neque aliter Matthias inveſtituram Regni Bohemiæ ab eodem Imperatore potuit impetrare, quam ſub conditione & pacto, ſi absque liberis decederet, ut Regnum utrumque tam Hungariæ, quam Bohemiæ, ad familiam Auſtriacam recederet. *Daſs ſich Kœnig Matthias nicht verheurathen ſolt, auff daſs nach ſeinem Todt das Kœnigreich Hungern und Bœheim, ſampt den in*corporirten *Lendern, zurück auff das Hauſs von Oeſterreich fiel,* ut teſtatur Theobaldus in *Bello Huſſitic. part. 3. cap. 17. anno 1467. fol.* 100.

(ε) *Ritius*] de Regibus Ungariæ lib. 2. in fin.

(ζ) *Maximilianus I.*] Jodoc. Ludovic. Decius *lib. 2. de Jagellon. famil. fol.* 291.

(η) *Pactis Presburgi*] Henric. Panthaleo in *Heldenbuch part. 2. fol. 5.* Caſpar. Peucerus in *Chronic. Philip. fol.* 310. Levinus Hulſius in *Chron. Hungar. fol.* 19.

(θ) *Hoſmannus*] *in tract. de Electiom. & Coronation. Cæſarian. in Maximiliano I. Imper.*

nigreich Ungern Uladiſlao aus Pohlen dem König in Böheim überantwortet, der Kö- A
nig Matthiæ Wituer gefreyet, und zu Presburg einen Friedesbund mit ihme beſchloſ-
ſen, daſs wann er keinen männlichen Erben verlieſſe, Ungern und Böhmen an Oeſter-
reich fallen ſolte.

727 12. Anno denique MDXV. Pactum hoc reciprocæ ſucceſſionis (α) inter eundem
Maximilianum I. Imperatorem, tanquam Auſtriæ Archiducem, eundem Uladiſlaum
Hungariæ, Sigiſmundum Poloniæ, & Ludovicum Bohemiæ, Reges, in illuſtriſſimo
illo Viennenſi Conventu fuit non modo arctiſſimis fœderis conditionibus confirmatum,
ſed ad Poloniæ quoque Regnum (ut nonnulli graves & fide digni auctores aſſerunt) de
novo extenſum Johannes Cuſpinianus, (β) Conſiliarius Cæſareus, & urbis Viennæ
Præfectus, qui & in conſilio arcano hujus Conventus aſſedit, & formulam ipſam fœ- B
deris ſuis verbis concepit, recitat Decretum, (γ) quod tum fuerit ſolemniſſime in tem-
plo Cathedrali, in præſentia non modo Teutonicorum & Auſtriacorum, verum etiam
Hungarorum, Bohemorum & Polonorum, frequentiſſima & populoſiſſima, publica-
tum, cujus hic eſt tenor: *De mandato Sacratiſſimæ Cæſareæ Majeſtatis, & Sereniſſi-*
morum Uladiſlai & Ludovici Hungariæ & Boëmiæ, ac Sigismundi Poloniæ Regum, no-
tum ſit univerſis, &c. Et quo magis hæc unio inter eos ſtabiliatur, ultra neceſſitudi-
nem, quæ alias inter HEREDITATES *eorum intercedit, etiam nova affinita-*
tem & connubium inter ſe & nepotes & liberos eorum contraxerunt. Quod felix fau-
ſtumque Majeſtatibus præfatis, Regnis *& Dominis eorum ſit*, Amen. Cui conſentit
Richardus Bartholinus (δ) Peruſinus Italus, qui & ipſe impræſentiarum fuit, oratio- C
nemque Panegyricam in dicto templo, poſt memorati Decreti publicationem, juſſu
Cæſaris inſtituerat, Uladiſlaum, Hungariæ & Bohemiæ Regem, hiſce verſibus com-
pellat:

Nec mora, utrumque ſubit tædis conjungere Regna
Irrequietus amor, ſtabilique innectere vinclo
Hic Mariam poſcit, contra ſibi Cæſar habendum
Eſſe Ludovicum, nodoque augenda jugali
Regna putat, pariterque inceſſit corda cupido.

Quibus nunc potior fides eſt habenda, illiſne, qui conſultationibus ipſis interfuerunt,
& pacto hoc matrimoniali Regna Hungariæ, Bohemiæ & Auſtriæ conſociata fuiſſe affir- D
mant, an vero iſtis oblocutuleis, qui centenos demum poſt annos illud pactum audent
inficiari? Namque pro vocabulo, *Hic*, innuitur Ludovicus Uladiſlai filius, qui ſibi Ma-
riam Cæſaris filiam ibidem deſpondit. Viciſſim Anna Ludovici ſoror fuit vel ipſi Cæ-
ſari Maximiliano, aut uni ex nepotibus ejus, Carolo nempe an Ferdinando, ſub pacto
ſucceſſorio deſponſata. Quod magis confirmat Joachimus Curæus (ε) Sileſius, homo
integræ & incorruptæ fidei, de hoc Conventu commemorans: *Nobilis Conventus Cæ-*
ſaris cum Regibus *Hungariæ & Poloniæ fuit anno MDXV. ad Viennam, ubi alteri*
728 *ex nepotibus Cæſaris promiſſa eſt Anna Hungarica, Ludovico autem Maria Burgun-*
dica, filia Regis Philippi. Actum etiam de ſucceſſionibus, & certa inita pacta, ſi Regna
illa carerent ſobole maſcula ex ſtirpe Regum, *ſucceſſionem transferri debere ad Principes* E
Auſtriacos, nepotes Cæſaris, & de eo ſolennes literæ conſignatæ ſunt.

(α) *Reciproca ſucceſſionis*] de qua in hoc conventu inter Reges conveniſſe, teſtatur etiam Ludovic. Perſona in *Orat. de VVitteberga*, Caſpar. Peucerus in *Chronic. Melanchtonis in Maximiliano I. Imper. fol.* 1114. Arniſæus *lib.* 2 *de Republ. cap.* 2. *num.* 31. Nicol. Henelius in *Breſlograph. cap.* 5. *fol.* 51. Boregk. in *Chron. Bohem. in Uladiſlao Rege fol.* 613. *& fol.* 614. *in princ. & fol.* 618. Theobaldus in *Bell. Huſſitic. part.* 3. *cap.* 33. *anno* 1515.

(β) *Cuſpinian.*] in Diario de Conventu Cæſaris Maximiliani, & trium Regum, Uladiſlai Hungariæ, Ludovici Bohemiæ, & Sigiſmundi Poloniæ in Urbe Vienna Auſtriæ, 17. Julii anno 1515.

(γ) *Decretum*] ex quo conſtat alia tum pacta inter Cæſarem & Reges illos fuiſſe ſuper mutua ſucceſſione conſtituta & ſancita, quam ſint illa matrimonialia, quæ in *Append. ſub anno* 1515. producimus. Ea ſunt, quæ Bernard. Vapovius Canonicus Cracovienſis, qui cum Rege ſuo Sigiſmundo ut Secretarius ab arcanis huic conventui interfuit, vocat ſecretiora, in *Fragment. de reb. geſt. Polon. fol.* 562. *col.* 1. idem facit Jodoc. Ludovic. Decius *lib.* 3. *de Sigiſmundi Regis temporibus.* F

(δ) *Bartholinus*] in Idyllio ad Uladiſlaum Hungariæ & Bohemiæ Regem, de matrimonio Sereniſſimor. Principum, Ludovici Regis & Mariæ Reginæ.

(ε) *Curæus*] in Annalibus Sileſiæ fol. 235.

A 13. Quod de Polonia dixi, eam quoque in Pactum reciprocæ ſucceſſionis veniſſe,
ejus rei auctorem laudo Johannem Cratonem (α) Archiatrum & Conſiliarium Cæſa-
reum, ita teſtantem: *Cujus* (pacti Iglavienſis) *Dubravius, quemadmodum etiam illius,
quæ de ſucceſſione in Regno Poloniæ hac ipſa in urbe Vienna, cum trium Regnorum,
Hungariæ, Bohemiæ & Poloniæ Reges hic cum Imperatore Maximiliano conveniſſent,
laudabiliter conflata eſt, nullo verbulo in ſua hiſtoria meminit.* Cui Bartholomæus Muſcu-
lus (β) JC. conſentiens aſſerit: *Inter Poloniæ, Bohemiæ & Ungariæ Reges confraternita-
tem eandem intercedere.* Et Sethus Calviſius (γ) adhuc apertius ſcribit: *Maximilianus
Imperator, Sigismundus Poloniæ Rex, & Ladislaus Bohemiæ ac Hungariæ Rex, Viennæ,
ubi convenerant, pactionem de ſucceſſione Auſtriacæ familiæ in Regno Hungarico, Bohe-*
B *mico & Polonico, ſi Ladislai maſcula progenies extingueretur, communi conſenſu reno-
vant. Maximilianus contra promittit Polono, ſe pacificandi cauſa cum Moſcho acturum,
& Albertum Boruſſiæ Magiſtrum non defenſurum, ſi Polono nollet fidelitatem jurare.*

729 14. Certe horum pactorum jure ac vigore Carolus V. Imperator, Rex Hiſpania-
rum, Archidux Auſtriæ &c. ſibi titulum (δ) *Regis Hungariæ ac Bohemiæ* aſſumpſiſſe
legitur, quanquam neutrum illorum Regnorum unquam adeptus fuerit. Et ad eadem
reſpexiſſe videtur Aloyſius Marlianus (ε) in Panegyrico Bruxellis anno MDXVII. di-
cto, de Auſtria familia diſſerens: *Helvetiæ imperavit; Sueviæ deinde partem occupa-
vit; demum Noricum, Pannoniam inferiorem, Auſtriam, Dalmatas, Illyricos, Rhetos;
eoque devenit, ut Ungarorum & Bohemorum Regna teneret.* Sed id novennio demum
C poſt contigit, quum anno MDXXVII. Ludovico Regi a Turcis cæſo Ferdinandus in
utroque Regno ſuccederet.

15. Sed propius ad inſtitutum noſtrum accedunt, quæ de Ferdinandi I. ſucceſſione
memoriæ prodidit Gerardus de Roo (ζ) in hanc ſententiam perſcribens: *Per eosdem
dies pax & fœdus promulgatum, ex quo maximæ Provinciis illis & Regnis commoditates
redundarunt; inprimis vero Auſtriacis Principibus ad Hungariæ Boëmiæque Regna
ſtratus eſt acceſſus. Nam undecimo anno poſt, Ferdinandus qui Annam duxerat, Lu-
dovico a Turcis cæſo, utrumque Regnum ex fœderis & matrimonii jure adeptus eſt.*
Cui conſentiens David Chytræus: (η) *In Conventu*, ait, *trium Regum, Maximiliani*
D *Imperatoris, Sigismundi Poloniæ, & Uladislai Boëmi & Ungarici, Viennæ pactio de ſuc-
ceſſione Auſtriacæ familiæ in Boëmia & Ungaria, ſi Uladislai poſteritas extingueretur,
communi Regum & Senatorum conſenſu renovata eſt. Cujus vigore Ferdinandus Ar-
chidux Auſtriæ, Ludovico Uladislai filio, ſine liberis extincto, in Boëmiæ Regno ſucceſſit.*

16. Sane Ferdinandus ipſe poſt Ludovici obitum ad pacta illa reciprocæ ſucceſſio-
730 nis provocabat, quum a Bohemis peteret in Regem aſſumi, ut acta (θ) indicant. (ι)
Et con-

(α) *Cratonem*] in præfation. in Dubravii Hiſt. Bohem. ad Rudolphum & Erneſtum Archiduces, &c.

(β) *Muſculus*] in Diſſertat. de Confraternitat.
E ſive pacto ſucceſſ. illuſtr. perſon. concluſ. 9. ubi pro hac opinione citat David. Chytræum in *Chronic. Saxon. lib. 12. fol. 355.* Andr. Knichen *de jure Sax. verb. Elect. cap. 2. num. 73. & num. 76.* Waremund. ab Erenberg *de Fœder. cap. 2. num. 35.* eandem ſequitur Chriſt. Matthias *lib. 3. Syſtem.* politic. exercit. 1. *ſect. 5. fol. 312.*

(γ) *Calviſius*] in Chronolog. anno 1515. ubi auctorem laudat Pirckheimerum, qui Maximiliani I. Cæſaris Conſiliarius in dicto Conventu præſens
F adfuit. Porro pactum hoc reciprocæ ſucceſſionis inter Hungariam & Poloniam jam olim erat utriuſque Regni Ordinum conſenſu Caſſoviæ an. 1383. initum cum Ludovici Hungariæ & Poloniæ Regis filiabus Maria Sigiſmundo Lucemburgio, Caroli IV. Imperat. filio, & Hedvigi Jagelloni Lituaniæ Magno Duci nupta, cujus tenor erat, ut Hedvigis minor natu Poloniam, Maria autem primogenita Hungariam haberet & ad maritos ſuos transferrent: *Quod ſi Hedvigis, nullis relictis liberis decederet, ut Maria ſoror cum ſua poſteritate ipſi in Regno Polonorum ſuccederet; viciſſimque idem jus eſſet Hedvigi ſecundum Mariæ mortem in Hungaria, ita ſempiternum fœdus inter Polonos & Ungaros ſancitum*, ait Neugebaur lib. 5. Hiſtor. Polon. fol. 225.

(δ) *Titulum*] ut videre eſt in *Receſſibus Imperialibus* ſive *Reichs-Abſchieden* in corpus Novellarum Conſtitutionum relatis, in quibus ſe *Regem Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ*, &c. præſcripſit dum ad vixit.

(ε) *Marlianus*] in Oratione habita in Comitiis Ordinis Aurei Velleris Caroli Regis Catholici anno 1517.

(ζ) *Roo*] in Annal. Auſtriæ lib. 12. anno 1515.

(η) *Chytræus*] in Hiſtor. Saxon. & vicin. gent. lib. 12. fol. 304.

(θ) *Acta*] apud Hortlederum *part. 2. lib. 3. cap. 83.* & Inſtructionem Ferdinandi producimus in *Beylagis Germanic. ſub. anno 1526.*

(ι) *Indicant*] nec Acta ſolum, ſed & rerum auctores, Johan. Cochlæus in *Comment. de Act. & ſcript. Lutheri, an. 1526. fol. 151.* Ludovic. Perſona in *Oration. de VViteberga*, Arniſæus *lib. 2. de Republ.*

Et conteſtatur Johannes Cochlæus, (α) ita ſcribens: *Equidem multiplici jure, & ſuo ut Archidux Auſtriæ, & Nobiliſſimæ conjugis ſuæ, Sereniſſimæ Dominæ Annæ, filiæ & ſororis Regum Hungariæ & Bohemiæ, jure, juxta vigorem atque expreſſum tenorem atque Conſtitutionem antiquiſſimorum fœderum atque diplomatum, Regnum utrumque feliciter poſſidere capit.* Nec non Joannes Sleidanus (β) ei conſentiens: *Ferdinandus Rex*, inquit, *nitebatur transactione, quam Cæſar Maximilianus anno MCCCCXCI. cum Ungaris & Ladislao Rege fecerat, qua cautum fuit, quod ſi Ladislaus abſque ſobole maſcula decederet, ut tum Maximilianus, & ipſius heredes recta linea deſcendentes, Regnum illud obtinerent. Cum ergo Ladislai filius Ludovicus eſſet extinctus, non relictis liberis, Ferdinandus, qui & Maximiliani eſſet e filio nepos, & Auſtriæ Princeps, & præterea Ludovici ſororem haberet in matrimonio, jure ſibi, Regnum illud deberi confirmabat.* Et in hujus quidem viri prudentiſſimi, rerumque noſtrarum Imperalium peritiſſimi, teſtimonio lubentes merito acquieſcimus. A B

17. Et hæc quidem de Confraternitate hereditaria, ſeu pacto reciprocæ ſucceſſionis Bohemo-Auſtriaco, *Erbverbrüderung*, *Erbpacten*, quantum inſtituti noſtri ratio exigebat, diſſeruiſſe ſufficiat. Non eſt tamen ſilentio prætereundum, ab hiſce pactis ſucceſſoriis diverſa eſſe fœdera (γ) inter Reges Bohemiæ & Auſtriæ Archiduces, & utrorumque ſubditos, ratione vicinitatis & mutui auxilii contracta; qualia iidem Reges etiam cum Electoribus Palatino, Saxone, (δ) & Brandenburgio, eorumve agnatis Principibus, & ſubditis, pari eademque conditione inivere. Hæc enim fœdera nihil prorſus commune habent cum dictis pactis ſucceſſoriis, licet & ipſa vernaculo ſermone *Erbeinigung*, *Erbvertræg*, *Erbbund*, &c. appellitentur. Et puerilitet errant, qui ſequius opinantur. C

731 18. Et hæc quidem de jure ſuccedendi in Regno Bohemiæ, Marchionatibus Moraviæ & Luſatiæ, Magno Ducatu Sileſiæ, &c. Regiæ familiæ competente, quantum inſtituti noſtri ratio exigebat, diſſeruiſſe ſufficiat. Reliquum eſt ut de tutela Regiorum pupillorum, & adminiſtratione ipſius Regni quam breviſſime poterimus, paucis exponamus.

Republ. cap. 2. ſect. 12. num. 31. Pieſpordius in *Stemmat. Principum Habſpurgi-Auſtr. in ſchem. 4. in Ferdinando I. Imper.* Theobaldus in *Bell. Huſſit. part. 3. cap. 24.*

(α) *Cochlæus*] in Hiſtor. Huſſit. lib. 12 fol. 440.

(β) *Sleidanus*] in Commentar. de Statu Relig. & Reipubl. lib. 6. anno 1528.

(γ) *Fœdera*] quæ in Beylagis Germanicis ſub indice, *Erbeinigung*, producimus.

(δ) *Saxone*] cujus *Erbeinigung mit Bœheim* parum politicè de hereditaria ſucceſſione interpretatur Waremund. ab Erenberg in *Meditament. pro fœderib. lib. cap. 1. num. 36.* Quem auctorem *Protenm in nomine* vocat Dan. Otto in *Diſſert. de Jure publ. cap. 10. in princ*, quippe qui nunc Durus de Paſcolo, nunc Warem. de Erenberg, nunc Mirabilis de bona Caſa, nunc aliter appellari voluerit. Clariſſimus Vice-Cancellarius Reinkingk, eum vult eſſe *Doctorem VVeihe*, per aphæreſin privativæ præpoſitionis. Quibus conſentiens Chriſtophorus ab Ungerſtorff ſcribit; *Der naaſsweiſe Hoffſchulfuchſige* Doctor *Edelmann Eberhard VVeihe*, &c. Quod monere ſemel placuit, ne quis tanta nominis varietate & inconſtantia propter auctoritatem viri turbetur. D

CAPUT XIX. E

De legitima agnatorum Tutela & Adminiſtratione in Regno Bohemiæ. Ea etiam cognatis proximis in defectu agnatorum delata. Teſtamento tutores quando dati. Fridericus III. & Maximilianus I. Imperatores ad tutelam & adminiſtrationem ſuſcipiendam vocati ſuo nomine Regentes conſtituerunt. Plena in Rege Bohemiæ legitimave ætas eſt. XVIII. annorum.

DE legitima agnatorum tutela in quatuor ſæcularium Archiprincipum Electorum familiis multi (α) multa dixere, quorum runcare ſpinas non eſt noſtri inſtituti.

 In Au-

(α) *Multi*] in Controverſia tutelæ Electoralis Palatinæ, quam anno 1583. obortum pro Johan. Caſimiro patruo legitimo adverſus Richardum Simerenſem agnatum, teſtamentarium tutorem, defendebant Chriſtophorus Ehemius Cancellarius & Juſtus Reuberus Conſiliarius, quorum ſcripta adhuc exſtant. Et Caſimiro anno 1592. defuncto, quum Friderico IV. Electori bini tantummodo menſes F

A In Aurea Bulla (α) Caroli IV. Imperatoris & Bohemiæ Regis ſtatuitur: *Si Regem Bohemiae, ſeu ejus primogenitum, aut filium ſeniorem laicum, mori & heredes maſculos legitimos laicos, defectum aetatis patientes, relinquere contigerit, tunc frater ſenior ejusdem primogeniti, tutor eorum & Adminiſtrator exſiſtat, donec ſenior ex eis legitimam aetatem attigerit; quam in principe Electore decem & octo annos completos cenſeri volumus, & ſtatuimus perpetuo haberi, quam dum attigerit, jus, vocem, & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinus reſignare.* Sed hic textus fratri duntaxat ſeniori ſive patruo tutelam legitimam deferr: at ſubſecutæ Bullæ declaratoriæ ejusdem Caroli IV. Wenceslai & Sigismundi Romanorum Cæſarum ac Bohemiæ Regum, ad agnatum quoque proximum

B extendunt, ut alibi (β) docuimus.

732 2. Res exemplis fiet clarior, quæ tam ante quam poſt Auream Bullam in Bohemia contigere. Ex horum namque obſervantia (γ) prudentes noſtri uſitata jura & conſuetudines interpretari ſolent.

3. Anno Chriſti nati DCCCIV, ſcribit Dubravius: (δ) *Mnatha mortuus, filio adoleſcentulo herede relicto, cui Vogeno nomen. Huic tantiſper datus tutor, dum poſita prætexta virilem togam ſumeret. Robovitius autem Verſovicenſis Comes erat, cui tutela illa ac plane totius Principatus adminiſtratio demandata fuit.*

4. Anno Chriſti nati DCCCXCVIII. dicitur Arnulphus Imperator Suatobogii vel Zuentebaldi, ſui ex ſorore nepotis, Moraviæ Regis impuberis, occiſo patre Suatopluco Rege, tutelam & adminiſtrationem Regni, tanquam avunculus ejus, ſuſcepiſſe

C & geſſiſſe. Rem ita narrat Hagecius: (ε) *Der Keyſer zoge in Mehrern biſs gen Welegrad, das iſt Olmitz. Daſelbſt fand er ſeine Schweſter die Kœnigin, und ihren Sohn, ſeinen Vettern, mit Namen Swatobog. Nam alſo das Landt ein, beſetzte es mit Amptleuten und Vormünden, biſs zu deſs Junglings vollkommenen Jahren.*

5. Anno DCCCCIV. Spitigneo I. Bohemiæ Duci pater Borſivogius vel Borivorius Ducatum reſignans & cedens, eidem tutores & adminiſtratores adjunxit Dertonem & Mirſonem Comites Bohemos. (ζ)

733 6. Anno MXCII fertur Uratislaus Rex Bohemiæ Conradum fratrem Moraviæ Marchionem, exheredato filio primogenito Bretislao, filiis ſuis cæteris minorennibus tutorem teſtamento & Adminiſtratorem Regni ordinaſſe. (η)

D 7. Anno MXCIX. Bretislaus, mortuo Conrado patruo, patrisque teſtamento ut inofficioſo irrito facto, ad Regnum admiſſus, Borivorium fratrem liberis ſuis tutorem deſignavit, uſque ab Imperatore Henrico IV. confirmaretur, in Comitiis eodem anno

menſes ad complendam decem & octo annorum ætatem deeſſent, litem de Adminiſtratione idem Richardus reſuſcitavit, ſuas Johanne Knaufio à Rudesheim Cancellario; Electoris autem partes Ludovico Culmanno Vice-Cancellario & Marquar. Frehero Conſiliario agentibus: Sed omnium acerrime controverſia hæc anno 1016. agi-

E tata fuit, legitimam Philippi Ludovici Neoburgici agnati proximi tutelam Johanne Zeſchlino Cancellario, Simone Tœlmanno Advocato Auguſtano, Friderico N. Profeſſore Laugingano, &c. teſtamentariam autem Johannis Bipontini agnati remotioris adminiſtrationem Michaële Lœſenio, Ludovico Camerario, eodem Frehero & Dionyſio Gothofredo publicis ſcriptis contentioſiſſime propugnantibus.

(α) *Aurea Bulla*] tit. 7. §. 6. ubi conſulendi interpretes.

(β) *Alibi*] in Seniore ſive de Majorat. lib. 2. cap. 2. Videantur ipſæ declarationes in *Conſtit. Imperial.*

F *tom. 1. anno* 1376. §. 7. *fol.* 374. *& anno* 1413. §. 7. *fol.* 400.

(γ) *Obſervantia*] arg. *l. minime & l. ſi de interpret. D. de legib.* Baldus in *cap. 1. in princ. tit. de feud. ſine culpa non amit.* cumque ſecutus Cravetta *Conſil.* 211. *in fin.* dicunt, veram eſſe eam interpretationem, quæ à practica & obſervantia deſumitur.

(δ) *Dubravius*] in hiſtor. Bohem. lib. 2. fol. 9. Boregk. in *Chron. Bohem. in Vogeno ſeu Vorcio Duce, in princ. fol.* 20. Theobaldus in *Genealog. & Chronolog. Ducum & Regum Bohem.* Videntur autem Comites *Verſovicenſes* ex parentela Zechi & Lechi primorum Ducum fuiſſe, qui dicuntur ſex fratres ſecum in Bohemiam duxiſſe, ut ex Pulkawa & Chronic. Bolislavienſ. tradit idem Theobaldus in dict. libello. Nam & Popieli II. Poloniæ Ducis impuberis tutelam & adminiſtrationem geſſiſſe patruos ejus, refert Cromerus *lib.* 2. *Rer. Polon. in Popielo junior. fol.* 25. *col.* 2. *in princ.*

(ε) *Hagecius*] in Chron. Bohem. part. 1. anno 900. fol. 74. b.

(ζ) Hagecius *in d. Chron. anno* 905. *& ſeq.* Dubravius in *Hiſtor. Bohem.* Boregk. in *Chronic. Bohem. in Spitigneo I. Duce in princ. fol.* 416. Videntur & iſti duo Comites ex eadem parentela Ducali fuiſſe, quum illo tempore nulli dum alii eſſent Comites aut Barones in Bohemia, quam ex Ducali ſanguine oriundi.

(η) Dubravius in *Hiſtor. Bohem. lib.* 9. Boregk in *Chronic. Boh. in VVratiſlao Rege fol.* 104. *in fin.*

annò Ratiſponæ celebratis impetravit. Dubravius: (α) *Approbat diplomate ſuo Cæſar* A
fraternam hanc inter ipſos compoſitionem, ut ſi quid humanitus Bretislao, priusquam
Borivorio, eveniret, tutelam liberorum Bretislai, *ac* Regni *ſucceſſio, ad neminem*
quenquam niſi ad Borivorium, pertineret.

8. Anno MCCLXXVIII. ſcribit Franeiſcus de Roſieres (β) Archidiaconus Tul-
lenſis: *Othocaro ſucceſſit Venceslaus filius annos ſeptem natus. Qua ratione Otho*
Brandenburgenſis Marchio tutoria functione annis quinque Regnum gubernavit. Ot-
to iſte (γ) Brandenburgiæ Elector in matrimonio habebat amitam Veneëslai, ſoro-
rem Ottocari Regis: cujus jure quaſi avunculus ad legitimam tutelam & adminiſtratio-
nem Regni ab Rudolpho I. Imperatore admiſſus, & confirmatus fuit. Æneas Syl-
vius (δ) memorat, *Venceslaum Othocari filium ſeptem annos natum, ab Othone Mar-* B
chione Brandenburgenſi in Franconiam abductum, Regnumque tutorio nomine ab eo
quinque annis gubernatum: reverſum puerum ſub matris imperio fuiſſe. Sed Dubra-
vius (ε) expreſſe ſcribit: *Venit in Bojemiam Otho Marchio Brandenburgenſis una*
cum uxore ſua, quæ ſoror Othogari erat, tutelam Venceslai ſuſcepturus, ſi ei per Ru-
dolphum Imperatorem conceſſa foret. Et poſtea: *Ita ſolus Marchio tutelæ ſimulque*
Regno *gubernando, quoad puer adoleſceret, præpoſitus.* Et Elias Reuſnerus: (ζ)
Octennis amiſit patrem. Regnum autem interea ad pubertatem uſque ejus, tutorio
nomine adminiſtravit Otho Marchio Brandenburgicus, anno ætatis XV. uxorem du-
xit &c. nempe Juditham Rudolphi I. Cæſaris filiam, venia ætatis a ſocero Imperatore C
prius impetrata, ut ſupra diximus. Nec non Gerardus de Roo: (η) *Venceslai tutela,*
inquit, & Regni adminiſtratio Ottoni *Marchioni Brandenburgio, quoad* Rex *adoleſce-*
ret, committitur. Denique Barthold. Pontanus (θ) a Braitenberg Canonicus Pragen-
ſis: *Rege Wenceslao* Bohemiæ *& Poloniæ adhuc impube, cujus fovendi curam Marchio*
Brandenburgenſis conſenſu omnium Ordinum habuit, tanquam Gubernator Bohemiæ.
734 Ex quorum dictis explanari debent, quæ ſcribit Matthæus Mareſcalcus de Bappenheim (ι)
& Canonicus Auguſtanus, inquiens, *Poſt occiſionem incliti Regis Boëmiæ Domini Otto-*
cari felicis recordationis, Primizlaus (leg. Wenceзlaus) *filius ejus adhuc puer, ſub*
tutoribus & actoribus uſque ad præfinitum tempus nutriebatur. Et cum jam adoleviſſet,
cœpit regere anno MCCLXXXVI. Nam quia Regnum Bohemiæ ſolum ex quatuor ſæ- D
cularibus S. Rom. Imperii Electoratibus in defectu maſculæ agnationis ad filias ſeu feminas,
& eorum maſculos heredes, devolvitur, ſolum etiam avunculos & cognatos proximos
ad legitimam tutelam admittit. Et ita jure conſtitutum eſt. (κ)

9. Anno MCCCXI. Johanni Regi Bohemiæ, dicti Wenceslai genero & ſucceſ-
ſori, a patre Heinrico VII. Imperatore tutor (λ) & Gubernator datus fuit Petrus Ar-
chiepiſcopus & Elector Moguntinus. Quo de præclarum hoc elogium refert Johannes
Abbas (μ) Aulæ Regiæ: *Tempore, quo Dominus Petrus S. Moguntinæ Eccleſiæ Ar-*
chiepi-

(α) *Dubravius*] in dict. lib. 9. fol. 70. Boregk. n *Borivorio II. Duce fol.* 110. *in fin.*

(β) *Roſieres*] in Stemmat. Lotharing. Ducum tom. 4. in hiſtor. capital. 68. fol. 233.

(γ) *Otto iſte*] de cujus legitima tutela, & adminiſtratione Regni à Cæſare confirmata, atteſtatur etiam Matthæus Mareſchalcus de Bappenheim in *Hiſtor. Auſtral. part. 2. anno* 1278. Heinricus Stero Altahenſ. in *Annal. anno* 1277. Munſterus in *Coſmograph. lib. 3. in Bohemia*, Hagecius in *Chron. Bohem. part. 1. anno* 1279. Boregk. in *Chron. Bohem. in Ottogaro Rege fol.* 241. *in fin.* Arumæus ad *Auream Bullam diſcurſ. 5. concluſ.* 3. Buxdorffius *ad Aur. Bull. concluſ.* 88. *lit. c. in fin.* Author *Reſponſi in cauſſa VValdeck* contra *Heſſen* &c. Auguſtus Viſcherus in *Diſcurſ. de Elect. Regis & Imper. Rom. concluſ.* 10. *num.* 44. *quaſt.* 2. *rat.* 11.

(δ) *Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. 28.

(ε) *Dubravius*] in Hiſtor. Bohem. lib. 17. in fin. Pontanus in *Bohem. pia lib. 2. fol.* 22. Boregk. *dict. fol.* 241.

(ζ) *Reuſnerus*] in Baſil. Genealog. in ſtirpe Sclavic. Princip. & Regum Bohem. fol. 142.

(η) *Roo*] in Hiſtor. Auſtriac. lib. 1. an. 1278.

(θ) *Pontanus*] in Bohem. pia lib. 3. in Thobia E Epiſcop. Pragenſ. fol. 43.

(ι) *Bappenheim*] in Hiſtor. Auſtral. part. 2. anno 1286.

(κ) *Jure conſtitutum*] quo Electorale illud diſcrimen inter agnatos & cognatos in Regno Bohemico modificatum eſt tam in ſucceſſionibus, quam in tutelis legitimis, ut nec antiquiſſimo Romanorum jure cognati prorſus excludantur, neque novo Juſtinianeo agnatis remotioribus præferantur, ſed cum temperamento, ut deficientibus omnibus F maſculis à primo acquirente deſcendentibus, demum ad tutelam, & ipſam etiam ſucceſſionem Regni ex antiqua conſuetudine, & Caroli IV. Imperatoris conſtitutione, admittantur.

(λ) *Tutor*] Hagecius in Chron. Bohem. part. 1. anno 1311. fol. 380. Boregk. in *Chron. Boh. in Johanne Rege fol.* 279.

(μ) *Abbas*] in Chron. part. 2. cap. 1.

A *chiepiſcopus in Regno Boemiæ manebat, & Johannem Regem Reginamque Eliſabeth regebat, florebat pax in Bohemia, juſtitiaque vivebat* &c.

10. Anno MCCCC. Wenceslao Cæſari exauctorato, ſed Regi Bohemiæ hete-
735 ditario, tanquam prodigo & inutili, curator (α) a Ruperto Imperatore & S. Rom. Imperii Electoribus, datus fuit Sigismundus frater, Rex Hungariæ Marchioque Brandenburgiæ, &c. licet junior & natu minor. Unde in Decretis Budenſibus anno MCCCCIV. ſtatutis legitur: *Nos Sigismundus Dei gratia Rex Hungariæ* &c. *Sacri Romani Imperii Vicarius generalis, & Regni Bohemiæ Gubernator: memoriæ commendamus, quemadmodum nos alias extra Regnum noſtrum in partibus Bohemiæ pro Sacri Romani Imperii honore, & jure noſtri PATROCINII, pro poſſe inſudavimus & labo-*
B *ravimus* &c.

11. Anno MCCCCXXXIX. de Alberti II. Cæſaris Bohemiæ & Hungariæ Regis teſtamentaria diſpoſitione ſcribit Abrahamus Hoſmannus (β) Luſatus: *Weil ſein Gemahl Eliſabeth hoch ſchwanger war, und er gute Hoffnung hatte, ſie würde einen männlichen Erben bringen, ſatzte er ihr und der Frucht zu Vormünden, ſeines Vatters Bruder Hertzog Friederichen in Oeſterreich, der hernach Keyſer ward, daſs er ſie bey Oeſterreich ſchützen ſolte: Huldrichen Graffen zu Cilien, ſeiner Frauen Mutter* Bruder, *daſs er ſie bey Bæhmen und Croatien erhielte, Johannem Huuniadem, daſs er Hungern, Boſnen und Siebenbürgen beſchirmen ſolte.*

12. Et de Friderici quidem proximi agnati, Archiducis Auſtriæ, Romanorum
C Imperatoris eo nomine Tertii, tutela (γ) & adminiſtratione legitima, plerique rerum geſtarum auctores conſentiunt. Ex quorum numero unum atque alterum in teſtimonium ſelegiſſe ſufficiet. Primas teneat Jacobus Piccolomineus (δ) Cardinalis Papienſis, ita ſcribens: *Tutelam ejus, velut conſanguinitate proximus, Fridericus Cæſar Imperator ſuſcepit: non tamen adminiſtrandum quidquam in Bohemis putavit, tan-*
736 *tum promiſit, ut ex ſuorum numero Præſidem illic deligeret.* Sequitur Albertus Krantzius (ε) Decanus Hamburgenſis, ſcribens: *Apud quem* (Fridericum III.) *Bohemi inſtant, ut eorum etiam Regnum (quod apud illum educaretur parvulus eorum Rex Ladislaus) ſuſciperet tutandum. Recuſat legitimis ex cauſis, homo quieti promptus: quod ſua tempora minime voluerunt.* Et Johannes Crato (ζ) Archiater & Conſiliarius
D trium Cæſarum Romanorum, inquiens: *Cujus tutelam Friderici III. ſingulari fide ſuſcepit,* &c. Denique Jacobus Wimphelingius (η) Eccleſiaſtes Cathedralis Eccleſiæ Wormatienſis & Theologiæ Profeſſor in Academia Heidelbergenſi: *Fridericum Auſtriæ Ducem Electores Cæſarem decernunt, qui & tutorem Ladislao ſe præſtitit, magnaque cum integritate ei muneri præfuit.*

13. Anno MCCCCXLI. narrat Æneas Sylvius: (θ) *Bohemi Legatos ad Cæſarem mittunt, petentes tutorio nomine uti Regnum accipiat,* &c. *Nec tamen Bohemiam tutorio nomine adminiſtrare voluit, quam ſine profuſione magna pecuniarum retinere non poterat* &c. *Suaſit igitur Imperator, ipſi per ſe provinciam regerent, donec pupillus adoleſceret,* &c. Antonius Bonfinius: (ι) *Boëmi iterum conventum habent,*
E *Legatosque ad Cæſarem mittendos eſſe decernunt, qui ipſum exorent, ut donec Ladislaus*

(α) *Curator*] *Gubernator* dicitur in Decretis Regni Hungariæ in annis 1403. & 1404.

(β) *Hoſmannus*] in tract. de Election. & Coronation. Cæſarian. in Alberto II. Imper. fol. 47. Non erat autem Fridericus Alberti II. Imperatoris frater, nec Ladislai patruus, ut pleriqui hiſtorici falluntur, ſed alberti patruelis, ut in ſequenti ſchemate eſt videre:

F Albertus II. Auſtriacus, Alberti I. Imper. filius, Rudolphi I. Imper. nepos,

Leopoldus.	Albertus III.
Erneſtus	Albertus IV.
Fridericus III. Imper.	Albertus V. Imperator hoc nomine II.
	Ladislaus Rex.

Videndus Theobaldus in *tract. de Bell. Huſſitic. part. 2. cap.* 18. *anno* 1451. *fol.* 174.

(γ) *Tutela*] Krantzius lib. 12. *VVandaliæ cap.* 8. Hagecius in *Chron. Bohem. part. 2. anno* 1441. Boregk. in *Chron. Bohem. in Ladiſlao Rege*, Cromerus *lib. 3. Rer. Polonic. in Boleſlao I. Rege fol.* 57. *col. 2. in fin.*

(δ) *Piccolomineus*] lib. 6. Commentarior.

(ε) *Krantzius*] lib 12. Wandaliæ cap. 9.

(ζ) *Crato*] in præfat. in Dubravii Hiſtor. Boh. ad Rudolphum & Erneſtum Archiduces &c.

(η) *VVimphel.*] in Epitom. rer. Germanic. cap. 51.

(θ) *Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. 58. Theobaldus in *tract. de Bell. Huſſitic. part. 2. cap.* 11. *anno* 1441.

(ι) *Bonfinius*] Rer. Ungaricar. decad. 3. lib. 5. fol. 421. Turoczius in *Hiſtor. Ungaric.*

diſlaus adoleat, tutorio nomine Regnum accipiat, &c. Abnegat Cæſar Boëmiam tu- A
torio nomine adminiſtrare, quando non ignorabat, eam ſine inſano ſumptu haudquaquam
gubernari poſſe, &c. Quare ipſi per ſe Boëmi Regnum gubernarent, quousque La-
diſlaus adoleſceret, plane ſuaſit. Ubi ad populum id relatum eſt, ut hoc interregni tem-
pore Gubernatores Boëmiam regerent, veluti Cæſar ipſe ſuaſerat, inprimis Ptarſco,
Mainardusque creati, &c. Johannes Dubravius (α) Epiſcopus Motaviæ: *Legatos*
Boëmi decernunt, qui eant ad Fridericum Romanorum Regem, petitum, ut tutorio
Ladiſlai nomine Regnum Bojemiæ tuendum regendumque ſuſciperet, &c. Reſpondit,
nec tutelam Regni ſe recipere, ſed curam illam Bojemis delegare, qui ut Regni com-
moda incommodaque notiora habeant, ita utrisque ſe melius conſulere poſſe, relaturi
olim a Domino ſuo bene aut ſecus adminiſtratæ tutelæ gratiam aut odium. Denique B
Hugwaldus Mutius: (β) *In eo,* ſcribit, *conventu placeat ſententia eorum, qui ad Fri-*
dericum mittendam cenſebant legationem, petentem, ut ipſe nomine pueri, tanquam tu-
tor, Regnum accipiat. Legati ad Fridericum veniunt, mandata Primorum Regni
conſentientium exponunt. Erant etiam ex Legatis, qui ſuaſerunt Imperatori, ut ſuo
nomine, non pueri, Regnum acciperet. Nam bono titulo poſſe, nempe ex fœdere Boë-
miæ & Domus Auſtriæ. Sed Imperator Fridericus reſpondet, ſe non uſurpaturum ſibi
737 *cujusquam pupilli, cujus tutor ſit, hereditatem: nec etiam ſibi vacare tutoris nomine*
Regnum adminiſtrare, jubet eos Magiſtratus eligere, donec ætas pueri matura Regno
reddatur. Ex quorum dictis, & ipſorum Bohemorum confeſſionibus apparet, Fride-
rico, ut agnato proximo, non modo tutelam pupilli perſonæ, ſed & Regni Admini- C
ſtrationem, ipſo jure competiviſſe. Sed quia ſumptibus parcebat, noluit tam onero-
ſam & damnoſam provinciam adire, ſed Ordinibus Regni facultatem conceſſit, unum
pluresve Gubernatores (γ) ſive Regentes eligendi & præſentandi, quibus Regnum ſuo
nomine adminiſtrandum committeret, non tamquam tutoribus, ut perperam nonnulli
ſentiunt, ſed tanquam Regentibus, ut ipſi Bohemi eos appellant. Electi autem & præ-
ſentati fuerunt duo Barones Placzeckius a Birckſtein, & Mainardus de Newhuſen, at-
que ab Imperatore ſolemniter confirmati: huicque non diu poſt defuncto ſurrogatus
Georgius (δ) Pogiebracius Baro & Dominus in Cunſtat, qui tandem Regnum ipſum
legitimis heredibus ſub hac potentiæ occaſione eripuit.

14. Anno MCCCCXLIII. refert Hagecius (ε) Fridericum Cæſarem Legatis La- D
diſlaum Regem in Bohemiam mitti poſtulantibus reſpondiſſe, ſe Ladiſlaum pupillum
non modo in Bohemiam ducturum, ſed & tutorio nomine Regnum ipſum eſſe admini-
ſtraturum, Pragæque ſedem Aulæ ſuæ collocaturum: idque ſe facturum diplomate ſi-
gillato illis caviſſe, in quo & Compactata Sigiſmundi atque Alberti, tanquam tutor &
Adminiſtrator, ſimul pro more confirmaverit, ut hæc latius ab eodem exponuntur.

15. Anno MCCCCLVII. ſcribit Albertus Krantzius: (ζ) *In Regno Bohemiæ jam*
738 *Ladiſlaus Rex in urbe Regia Praga ſedebat, annum agens ætatis decimum octavum,*
jam plenam attingens pubertatem, &c.

16. Anno MDXVI. De Uladiſlao Rege, Ludovici patre, & Ferdinandi ſocero, E
aſſerit Joachimus Curæus: (η) *Filio ſuo nondum decenni, conſtituit tutores, Cæſarem*
& Sigismundum fratrem. Intelligit Maximilianum I. Imperatorem, Ludovici ſoce-

(α) *Dubravius*] in Hiſtor. Bohem. lib. 28. fol. 231.

(β) *Mutius*] lib. 28. de rebus geſtis German. fol. 288.

(γ) *Gubernatores*] Nicolaus Henelius in *Breſlegraph. cap. 5. fol. 46.* Hagecius in *Chron. Bohem. part. 2. anno 1441.* Boregk. in *Chron. Bohem. in Interregno fol. 484.* Cochlæus in *Hiſtor. Huſſitar. lib. 9. anno 1440. in fin. fol. 334.*

(δ) *Surrogatus Georgius*] non tam à tutore Friderico Cæſare, quam ipſis ordinibus Utraquiſtis in Regno prævalentibus. Sic enim narrat M. Simon Slanæus in Hiſtor. Bohem. de Georgio Gubernatore: *Non tantum Rex* (Ladiſlaus) *ſed & Ordines Regni fuere mandantes.* Quia nempe Ordinibus poteſtatem Cæſar fecerat Regentes ordinandi. Sic enim teſtatur Cochlæus in Hiſtor. Huſſit. *lib. 9. anno 1440. fol. 334.* & lib. 10. in princ. anno 1448. ſcribit. *Sub Mainardo, qui Friderici III. Regis & Cæſaris authoritate Regni Gubernator erat.* &c.

(ε) *Hagecius*] in dict. Chron. Bohem. part. 2. anno 1443. fol. 141. b. Theobaldus *de Bell. Huſſitic. part. 2. cap. 14. anno 1443. fol. 123. & cap. 16. anno 1444. fol. 145.* F

(ζ) *Krantzius*] lib. 12. Wandaliæ cap. 36.

(η) *Curæus*] in Annalib. Sileſiæ fol. 236. Conſentit Hagecius in *Chron. Bohem. part. 2. anno 1516. fol. 213.* Bernard. Vapovius Canonicus Cracovienſ. in *Fragment. hiſtor. Polon. fol. 564. col. 1.* Boregk. in *Chron. Bohem. in Uladiſlao Rege in fin. fol. 619. & in Ludovico Rege in princ.* Theobaldus in *Bell. Huſſitic. part. 3. cap. 33. anno 1515.*

A rum, & Sigiſmundum fratrem Poloniæ Regem, cui tanquam patruo legitimam tutelam Aurea Bulla deferebat, qui ante adeptum Regnum Poloniæ, Ducatum Glogoviæ & Oppaviæ in Sileſia jure matris Bohemiæ Reginæ hereditario tenebat, eoque nomine ſe pro extraneo & alienigena non eſſe habendum magnis contentionibus aſſerebat, ut & ipſius reverſales (α) literæ Bohemis datæ, quum in tutorem & protectorem ſuſcipetetur, oſtendunt. Neuter tamen Regni Adminiſtrationem adivit, ſed Regentes conſtituerunt, qui ſuam vicem Regno præeſſent, & jura populo redderent: quanquam Sigiſmundus jam Sileſiam in fidem ſuam Adminiſtratoriam adegiſſet, & mortuo Maximiliano Cæſare Legatos ad conventum Electoralem anno MDXIX. Francofordiam miſiſſet, qui ſuo ceu legitimi tutoris nomine electioni novi Cæſaris intereſſent. Sed
B quia Regni adminiſtrationem realiter non poſſidebat, (β) rejecti Legati ejus fuerunt, & Regentes (γ) a defuncto Cæſare confirmari, ad actum electorium admiſſi, ut ſupra diximus.

(α) *Reverſales*] in Append. ſub anno 1517. & apud Doct. Eyſen in *Dedntl. Bohem. num.* 45.

(β) *Non poſſidebat*] alii affirmant Sigiſmundum tanquam extraneum & inhabilem, fuiſſe ab Electoribus rejectum; Arumæus *ad Aur. Bullam. diſc.* 5. *concl.* 2. Reinh. Kœnig in *Theatr. polit. part.* 1. *cap.* 30. *num.* 28.

(γ) *Regentes*] ex conceſſione & permiſſione Dominorum Tutorum à Bohemis electi, & ab iisdem Tutoribus confirmati, quum maximè Cæſare Maximiliano, cujus præter tutoriam, Cæſarea quoque confirmatio acceſſit.

CAPUT XX.

Verba, Eligere, Wehlen, *Woliti, abuſive uſurpantur pro declarare & aſ-*
C *ſumere. Electio qualis fuerit in regnis & Principatibus Germaniæ hereditariis, Regnum mixtæ electionis non deſinit eſſe ſucceſſivum. Electionem Bohemis conceſſam fuiſſe negavit Fridericus III. Imper. Et quæ prætendebatur, ſemper fuit*
739 *per Auſtriacam contradictionem interrupta. Imaginariam & putativam eſſe electionem, quam Bohemi prætendunt, exemplis Hiſpaniæ & Galliæ Regum edocetur.*

QUod ſi Regnum Bohemiæ, inquiet aliquis, eſt ſucceſſivum & hereditarium in Regia familia, quid ergo ſibi volunt verba Latina, *Eligere* & *Electio*, Teu-
D tonica *kieſen*, *wehlen*, *wahl*, & Slavicum *Woliti*, in actis & monumentis tam Regni Bohemici, quam Imperii Germanici, ſi Regnum magis per ſucceſſionem generis, quam liberam Ordinum optionem, deferri debet? Eſt quidem hic nodus, quem illi, qui innexuerunt, Gordium, hoc eſt, indiſſolubilem vocant: & qui hactenus plerorumque (α) hominum animos ita involuit, ut in alia omnia, quam in veram ſententiam, perducerentur. Non ſum ego Alexander: quid ſi tamen parili ictu inexplicabilem hunc nexum diſſolvam?

2. Fuit hoc olim in more, inſtituto & conſuetudine gentium Germanicarum (β) poſitum, ut licet ſucceſſio extra familiam primi acquirentis non permitteretur exorbitare, tamen Ordinibus liceret ex Regis, Ducis, Principis, Comitis aut Baronis alicu-
E jus filiis, vel (iis non exſtantibus) agnatis proximis unum aliquem digniorem & magis idoneum optare atque eligere, qui rerum ſummæ præeſſet, quemve vernaculi noſtri politici

(α) *Plerorumque*] qui Bohemiam eſſe Regnum electivum ſeu optativum, & quidem liberi voti, tum ipſi ſenſerunt, tum aliis non invitis perſuaſerunt; Paulus Jovius *lib.* 30. *Hiſtoriar. ſui tempor. tom.* 2. *fol.* 555. *in princip.* Bodinus *lib.* 1. *de Repl. cap.* 1. Joh. Zeſchlinus in *Comment. de Tutela E-*
F *lectoral. legit. in indic. verb. Bohemiæ Rex*, Buxdorffius *ad Auream Bullam cap.* 6. *concluſ.* 87. *lit. g.* Joach. Cluten in *Syllog. rer. quotid. concluſ.* 24. *lit. e. verſ. purum etiam votum*, Beſoldus *lib.* 1. *Politic. cap.* 5. *n.* 33. Auguſt. Viſchetus in *Diſc. de Elect. Regis & Imper. Rom. concluſ.* 10. *num.* 45. Jacob. Lampadius in *Diſſert. de Juriſd. jurib. Principum & ſtatuum Imperii concluſ.* 59. Philip. Johannes Treutlerus à Kroſchwitz in *Diſput. politic. de ſtatu & form. Rerumpubl. th.* 13.

(β) *Gentium Germanicarum*] quem morem ingerit Tacitus in *lib. de Morib. Germanor.* & latius exſequuntur ejus interpretes, nec non Cabotius *lib.* 1. *var. jur. diſputat. cap.* 9. & *cap.* 13. Nicol. Betſius in *tract. de Pact. famil. illuſtr. cap.* 7. *fol.* 227. Lehmannus *lib.* 2. *Chronic. Spirenſ. cap.* 3. Beſoldus *lib.* 2. *de Regia ſucceſſ. diſſert.* 1. *n.* 12. Keckermannus *lib.* 1. *Politic. cap.* 4. Falcetus *de orig. dignitat. cap.* 2. Bodinus *lib.* 6. *de Republ. cap.* 5. Goldaſtus in *Seniore ſive de Majorat. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 3. & *ſeq.*

politici *regierenden Herrn* indigetant. Quo jure non Bohemiæ tantum & Poloniæ, A
ſed & Franciæ, (α) Gothiæ, Sueciæ, (β) Regnorum; nec non Brunſuigiæ, (γ) Lu-
neburgiæ, (δ) Holſatiæ, (ε) Lawenburgiæ, (ζ) Bergarum (η) ad Rhenum &c. Du-
catuum: denique Schawenburgiæ, (θ) Oldenburgiæ, (ι) Lippiæ, (κ) Friſiæ, (λ) &c.
Comitatuum Ordines, ſeſe etiamnum gaudere gloriantur, liberamque ſuorum Prin-
cipum electionem in manu & poteſtate ſua eſſe palam jactitant, prolatisque probant
inſtrumentis haud paulo potioribus, quam ſint ea, quæ a Bohemis producuntur. Ec-
quis tamen erit tam perfrictæ frontis, ne dicam inſanæ mentis, ut auſit aſſerere, Fran-
cis, Suecis, Brunſuigiis, Luneburgiis, Holſatis, Lawenburgiis, Bergenſibus, Scha-
740 wenburgiis, Oldenburgiis, Lippienſibus, &c. Ordinibus licere pro liberrimo & illi-
mitato ſuo arbitrio eligere quemvis, etiam extraneum, etiam exoticum? quum hoc jus B
fuerit ad filios duntaxat, fratres & agnatos proximiores adſtrictum, ut leges loquuntur,
& ipſa eorum documenta perhibent.

741 3. Fuit enim ut illorum omnium ac ſingulorum, ita Bohemorum quoque miſcella
quædam quaſi electio, ex electionis & ſucceſſionis confuſione conflata, ut electio non
utique libera, ſed Regio generi (μ) ſtirpi & familiæ Bohemicæ, a primo acquirente de-
ſcendenti, eſſet alligata atque adſtricta, ea conditione & pacto, ut ex ultimo defuncti
filiis, (ν) iisve non exſtantibus, ex fratribus; quibus item deficientibus, ex agnatis pro-
ximis eligeretur ab Ordinibus, qui magis placeret & dignior eſſet futurus. Quod ideo
introductum, & ab ipſiſmet Principibus confirmatum videtur, ut ſucceſſionis benefi- C

cio

(α) *Franciæ*] in Caroli M. Imperatoris Conſtitution. Theodoniſuillan. de pac. publ. & diviſ. Regni, §. 7. apud Goldaſt. *Conſtitut. Imperial. tom.* 1. *fol.* 145.

(β) *Sueciæ*] in Legiſterio Regni Sueciæ, id eſt Legibus Suecor. & Gothor. in Latinum ſermonem traductis à Ragualdo Ingemundo JCto. & Archidiacono Upſalenſi. Nec aliter intelligendus Olaus Magnus *lib.* 8. *Hiſtor. ſeptemtrional. cap.* 1. ſcribens. filios & conſanguineos *non hereditatis, ſed electionis jure* fuiſſe cæteris prælatos. Et ſecus interpretantes calumniæ convincunt Regiæ Gothorum Sueonumque familia Amala & Gothia, de quibus in *d. ſeniore lib.* 3. *cap.* 9. & ſupra in *hoc libro* diſſeruimus. Quin ipſius Olai frater Johan. Magnus, ex Regia Suecorum familia oriundus, Archi-Epiſcopus Upſalenſis, *lib.* 1. *Gothor. Sueonumque hiſtor. cap.* 5. tradit, Suecorum Gothorumq; Regna jam inde ab initio fuiſſe ſucceſſiva, & quidem ex prærogativa ætatis in Familia Regia, ut *d. cap.* 9. *in Senior.* docuimus: & comprobat Joh. Meſſenius Suecus, Profeſſor Upſalenſis in *Specula Suecor. & Gothor.*

(γ) *Brunſuigiæ*] vidimus documenta à Conſulibus & Senatu civitatum Hannoveræ & Einbeckæ producta, quibus probare contendebant, nullum Principem eligi aut aſſumi debere ſine eorum ſuffragiis & conſenſu.

(δ) *Luneburgiæ*] documentum mihi legendum exhibuit illuſtriſſ. Princeps Erneſtus, Holſatiæ & Schawenburgiæ Comes, &c. quum jura ejus in Holſatiam deducenda injungeret.

(ε) *Holſatiæ*] Krantzius *lib.* 12. *VVandal. cap.* 22. Johan. Peterſen in *Chron. Holſat. part.* 2. Cothmannus *Conſil.* 3. & *Conſil.* 4. *vol.* 4. Qualis autem fuerit electio hæc, docet abunde Vultejus in *Conſil. Marpurgenſ. vol.* 3. *conſil.* 3.

(ζ) *Lawenburgiæ*] cujus Ordines palam jactitant, ſibi jus eligendi & aſſumendi Principem antiquitus competere, ut idem Illuſtriſſ. Princeps mihi conſtanter affirmavit, exhibiturus ipſa documenta, ni mors eum præverti ſſet.

(η) *Bergarum*] Ordines Ducatus Montium ad Rhenum, antequam cum Juliacenſi per pacta matrimonialia uniretur, ſibi electionem arrogaſſe, ex nuperis Actis conſtat.

(θ) *Schawenburgiæ*] Cyriacus Spangenbergius *Chronic. Schawenburgenſ.* & exſtant penes me Ordinum privilegia, quibus nuper innitebantur, quum defuncto Erneſto Principe præſens meus D Dominus, Illuſtriſſimus Comes Juſtus Hermannus, Gehmæ & Bergæ Hollandicæ Dominus, in Regentem eſſet aſſumendus.

(ι) *Oldenburgicæ*] Diplomata quondam in Actis inſpeximus & legimus. Sed nunc jus primogenituræ à Sacratiſſimo Rudolpho II. Imperatore confirmatum & ſtabilitum in Domo Oldenburgica prævalet.

(κ) *Lippiæ*] quorum privilegiis cautum eſt, ut ne filii quidem admittantur ad ſucceſſionem, præ- E terquam is, quem ipſi ut digniorem & regimini magis idoneum elegerint, vel quem Civitates Horna & Lemgovia ſuis ſuffragiis deſignaverint.

(λ) *Friſiæ*] quorum privilegium aliquoties impreſſum proſtat, & habemus Friſiorum epiſtolam ad Franciſcum I. Reg. Galliæ, qua eum in Dominum ac Protectorem contra Carolum V. Imp. hereditarium ſuum principem, eligunt & adoptant; in *Reichs-Satzungen* part. 1. fol. 304. De Hollandia diſſerit Hugo Grotius in *tract. de Antiquit.* F *Reipubl. Batav.*

(μ) *Regio generi*] Beſoldus *lib.* 1. *Politic. cap.* 5. *num.* 36. & *lib.* 2. *de ſucceſſ. Reg. diſſert.* 1. *num.* 10. Fridenreichius in *Politic. cap.* 10. *fol.* 83. Matthias Bortius in *Diſputat. de Natura jurium Majeſt. & regal. cap.* 2. *concluſ.* 9. Gumpeltzhaimerus in *Diſput. de Regalib. th.* 50. Nicol. Henelius in *Sileſiograph. cap.* 7.

(ν) *Defuncti filiis* &c.] Arniſæus *lib.* 2. *de Republ. cap.* 2. *ſect.* 5. *num.* 1.

A cio (α) bellorum civilium ſtirpes eliderentur; tum ut jura majeſtatis, Regna ipſa &
Principatus melius a ſucceſſoribus conſervarentur, quæ ab avis & majoribus ſuis acce-
pta ſcirent & cuſtodita. Quo inſtituto (β) nihil ſapientius, aut Reipublicæ ſalutarius
excogitari potuit, ut nimirum parentes ſpe ſucceſſionis illius ad filios ſuos præclare in-
ſtituendos adducerentur.

4. Et hanc ſucceſſionem mixtam hereditario quidem (γ) jure in Bohemia factam
fuiſſe, ſed majoris favoris gratia ſubditorum electionem & conſenſum acceſſiſſe, corda-
riores arbitrantur. Quin auctores (δ) habeo, qui aſſerant, ſucceſſionem nullam inve-
niri puram, ut non potiſſimas partes ſibi conſenſus ſubditorum vindicet.

5. Cujus juris & conſuetudinis antiquæ ignorantia (ε) in errorem perducti viden-
B tur illi, (ζ) qui Regni Bohemiæ Ordinibus liberam & abſolutam electionem adſcripſe-
741 runt, quos vel Friderici III. Imperatoris Sacroſancta auctoritas erroris convincere, &
in viam rectam reducere debebat, cujus hoc reſponſum (η) fertur Bohemis ſuper inutili
Ladislai Regii heredis electione datum: *Electione opus non eſt in eo, quem natura Re-
gem dedit.*

6. Nec movere quemquam debet Bohemorum jactatio de jure & privilegio eli-
gendi Regis. Nam quæ vera produeuntur documenta, eandem habent conditionem,
quam in ſupra memoratorum Regnorum & Principatuum diplomatibus obſervamus:
ſin conficta, ſuapte ſponte ruunt & evaneſcunt. Quod ſub eodem Friderico III. conti-
giſſe animadvertimus, quum iidem Bohemi ſe privilegium eligendi Regis ab eo impe-
traſſe gloriarentur. Namque literæ ad Albertum Bavariæ Ducem perſcriptæ referun-
C tur, (θ) in quibus Bohemos vanitatis & falſi arguens, negat ſe illis ullum eligendi Regis
privilegium aut dediſſe aut confirmaſſe.

7. Hinc eſt, quod jam pridem olim Domus Regia Auſtriaca litem (ι) Bohemis
ſuper prætenſis eligendi Regis privilegiis moverit: & contraria legitimæ ſucceſſionis, &
hereditarii ſui juris documenta, (κ) in archivis reperta, iis nunc opponat.

8. Et quid per Deum immortalem non malorum univerſæ Europæ immineret,
ſi Ordines Holſatiæ, Brunſuigiæ, Luneburgiæ, Lawenburgiæ, Saxoniæ, Weſtphaliæ,
Friſiæ, &c. Bohemorum exempla (λ) imitati ad liberam electionem, quam prætenden-
dunt, recuperandam convolarent? Nam eorum privilegia cum Bohemicis planiſſime
conſpirant. Sed valeat pernicioſiſſima hæc Reipublicæ & ſeditionum genitrix doctrina,
743 dum modo Reges ac Principes valeant, & in Status ſui integritate, in quo a Deo col-
D locati ſunt, tuti perſiſtant. Sit namque ita; habuerint olim antiquis temporibus ima-
ginem illam electionis, quam diximus, certe noſtris moribus & Imperatorum reſcriptis
tum dicti principatus, tum ipſa adeo Bohemia, (μ) ad purum putum jus hereditarium,
con-

(α) *Succeſſionis benef.*] Bodinus *lib. 6. de Repl. cap. 5. fol.* 1131. Azarias Sturcius in *Pralud. rer. politicar. diſp. 3. theſ. 2. lit. a. fol.* 115.

(β) *Quo inſtituto*] Hotomannus in *Francogallia, cap. 6.* Wilhelm. Schickardus *de Jure Regio Hebraor. cap. 3.*

(γ) *Hereditario quidem*] Chiſtianus Matthi-
E as *lib. 3. Syſtem. politic. exercit. 2. ſect. 5. fol.* 294. & probat hunc ſuccedendi modum Zaſius *conſil.* 8. *num.* 10. *lib.* 1.

(δ) *Auctores*] Gulielmus Roſſæus *de Authoritat. Republica in princ. cap. 1. in fin. & cap. 2. num. 2.*

(ε) *Ignorantia*] quæ mater eſt omnium delictorum; *c. ignorantia.* 1. *diſt.* 38. & cauſſa omnium malorum; Averroes in *Comment. in Ariſtotel. de Cælo & mundo lib.* 4. & Johan. Barelete Ordinis
F Prædicatorum in *Sermon. quadrageſim. fer. 6. hebdom. 1. de peccato ſuſpicionis.*

(ζ) *Illi*] relati ſuprà §. 2.

(η) *Reſponſum*] quod recitat Krantzius *lib.* 12. *WVandal. cap.* 8. Cabotius *lib. 1. Var. juris diſput. cap.* 14. Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. lib. 9. anno* 1445. *fol.* 338. ubi hæc refert verba à Cæſare Legatus data; *Recte Ungaros egiſſe, qui Regem ſuum tandem recognoverint; electione proinde haudquaquam opus fuiſſe ei, quem jus gentium dediſſet Regem, neque coronandum eſſe, qui ſemel coronatus ſit.*

(θ) *Referuntur*] ab Ænea Sylvio in *Hiſtor. Bohem. cap.* 57. Bonfinio *Rer. Ungaricar. decad. 3. lib. 4. fol.* 446. Cochlæo in *Hiſtor. Huſſit. lib. 9. fol.* 334. Theobaldo in Bell. *Huſſitic. part. 2. cap. 9. fol. 73. & fol. ſeq. in fin.*

(ι) *Litem*] Beſoldus *lib. 1. Politic. cap. 5. n.* 31. *in fin.*

(κ) *Documenta*] Lottinus in *Relat. de Aula & Regno Imperatoris Rom. in Practic. politic. ſapient. fol.* 59.

(λ) *Bohemorum exempla*] quemadmodum ipſi Bohemi Helvetiorum & Batavorum exempla ſecuti, qui & ipſi Auſtriacos jure hereditario ſpoliarunt, præſentem calamitatem univerſo Imperio Germanico immiſerunt.

(μ) *Bohemia*] Richard. Dieterus in *Diſſert. de Summa ſummi Imperii poteſt. concluſ.* 181. Marquar. Freherus in *Commentar. de Teſtament. tutel. curaque Electoral. cap. 12. num.* 8. in enumeratione eorum, quæ in Aurea Bulla hodie per mutationem aut correctionem non amplius obſervantur.

conditionem ſucceſſoriam, ordinem naturalem, & qualitatem primogenialem deve- A nerunt. Et hoc jure Reges ac Principes ultra omnium hominum memoriam utuntur, nec niſi per ſummum nefas ab ejus poſſeſſione deturbari poſſunt.

9. Dixi, imaginem electionis: & vere dixi. Non enim propria erat electio, ſed potius declaratio legitimi ſucceſſoris, & approbatio ejus atque aſſumptio, ut verba *eligere*, *wehlen*, (α) *woliti*, hoc in caſu καταχρηστικῶς & abuſive uſurpentur, pro declarare, approbare, recipere & aſſumere in Dominum; (*) quod fit, (β) quando heres legitimus ſuccedit & inauguratur, & fidelitas atque ſubjectio ipſi promittitur ac præſtatur, quemadmodum prudentiores, humaniores, doctiores & peritiores interpretes (γ) eleganter jam dudum animadverterunt, & explanarunt. Quid enim quæſo de Hiſpaniæ (δ) & Galliæ (ε) Regibus dicemus, de quibus verbum *eligere*, & *electionis* ad- B modum frequentatur, non tantum in hiſtoriis, verum etiam in ipſis legibus & Canonibus? Et exſtat formula (ζ) inaugurandi Regis Francorum, in qua Archiepiſcopus Remenſis nomine totius populi dicit, *ſe eligere eum Regem.* Quod commodiſſime explicat Yuo (η) Carnotenſis Epiſcopus Gallus de Caroli Groſſi aſſumptione loquens: *Communi conſenſu Epiſcoporum ac Procerum jam pridem ipſum electum, & tamen hereditario jure Regnum adiiſſe.* Et in genere inquit ſummo judicio ſummaque doctrina præditus Cabotius: (θ) *De more plerumque recipitur in Regnis ſucceſſivis quædam electionis forma; quæ tamen non efficit, ut propterea Regna electiva habeantur.* In cujus ſententia merito acquieſcimus.

(α) *VVehlen*] hinc Doctor Widemannus in ſu: *I formation. Hungaric. num. 3. in fin.* verbum *kieſen*, *wehlen*, interpretatur *annehmen und erkennen*, id eſt aſſumere. Et ipſe adeo imperator Rudolphus II. Auguſt. *in Erbeinigung* cum Domo
741 Electorali Palatina hiſce emphaticis verbis utitur: *Es ſollen auch all unſer Erben und nachkommende Kœnige zu Bœheim, ſo kunfftig kommen und angenommen werden*, &c. Et Hagecius quoque in *Chronic. Bohem.* verba Sclavica *Woliti*, id eſt eligere, & *Wzyti*, id eſt aſſumere, indifferenter ponit, ut ex Sandelii translatione Germanica apparet, & a Boregkio comprobatur.

(β) *Quod fit, quando* &c.] ita ſignanter Gewoldus in *Commentar. de S. Rom. Imperii Septemvirat. cap. 7. num. 7.* & ante eum Cabotius *lib. 1. var. juris Diſputat. cap. 9. & cap. 12.*

(γ) *Interpretes*] Lupoldus de Bebenburg in *tract. de juribus Regni Francor. & Imp. Roman. cap. 12. fol. 89.* Onuphrius Panvinius in *Comment. de Comitiis Imperator.* Guil. Barclaius *lib. 3. contra Monarchomach. cap. 3.* Zepperus *lib. 3. de Legib. Moſaic. cap. 7.* Althuſius in *Politic. cap. 19. n. 90. & ſeqq. & num. ult.* Arniſæus *lib. 2. de Republ. cap. 2. ſect. 4. n. 57. & cap. 6. ſect. 5. n. 34.* Lœlius Biſciola *lib. 3. Horar. ſubſeciu. cap. 17.* Joh. Bapt. Gramaye in *Aſia ſive hiſt. univerſ. Aſiatic. in Analect. antiquit. Judaic. ſect. 9.* Anton. Clarus Sylvius *en la Defenſe des puiſſances de la terre, cap. 2. fol. 111. in fin. & fol. ſeq.* Joh. Paul. Windeckius in *Comment. de Princip. Elector. orig. cap. 6. fol. 19.* Goldaſtus in *Seniore ſive de Majorat. lib. 3. cap. 11. num 3. & ſeq.*

(δ) *Hiſpania*] Natal. Comes in *Hiſtor. ſui temp. lib. 14. anno 1564. in fin.* Garſias Loaiſa. in *Not. ad Concil. Toletan. IX. cap. 10. & XII. cap. 1.* Joan. Lupus de Palacios Ruvios *de Obtent. Navarr. part. 6. n. 10.* F. Joſephus Texera Ordinis Prædicatorum in *Anticriſi ad Inquiſitores Portugalliæ de electionis jure, quod competit Portugallenſibus in inaugurandis ſuis Regibus ac Principibus.* I. I. F. a V. in *Annotation. ſive Reſponſ. ad Duardi Nonii Leonis JC. Luſitani Cenſuras.* Jacob Valdeſius *de Prærogativ. Hiſpan.* Goldaſtus in *Senior. ſeu de Majorat. lib. 3. cap. 9. num. 6. & ſeqq.* Lindenbrogius in *Var. lect. & not. in Legg. Wiſigoth. lib. 1. tit. 1. l. 6.* Beſoldus in *Diſcurſ. de Monarch. cap. 4. num. 8.*

(ε) *Gallia*] Bodinus *lib. 6. de Republ. cap. 5. fol. 1029. & ſeqq.* Arniſæus *d. cap. 2. ſect. 4 n.* D *47.* Cabotius *d. cap. 9.* Clarus Sylvius *d. cap. 2. fol. 111.* Goldaſtus *d. cap. 11. num. 3. & num. 4.* Optime Andreas Favynus JC. & Advocatus in Parlamento Pariſienſi interpretatur in Hiſtor. Navarræ lib. 1. fol. 27. dicens: *Ce mot d'election en la formule du ſacre de nos Roys, & la demande, que l'Eueſque faict au peuple, n'eſt pris, que pour le conſentement & l'approbation, que faict le peuple François au ſacre de ſes Roys, leſquels parviennent a la Couronne de France non par election,* E *voix & ſuffrages de leurs ſuiects, ains par ſucceſſion*, &c.

(ζ) *Formula*] apud Papir. Maſſonum in *Annalib. Franc. in vita Henrici I. Regis.* Unde habent Arniſæus *d. ſect. 4. num. 47.* & Thomas Bozius *lib. 6. de Jure natur. & divin. eccleſiaſt. libert. & poteſt. cap. 13. fol. 675.*

(η) *Yuo*] in Apolog. de Carolo Groſſo Rege Franciæ.

(θ) *Cabotius*] d. lib. 1. Var. jur. diſputat. cap. F 13. & cap. 14.

(*) Idem ſentit Baluzius *in Not. ad Capitularia Reg. Franc. Tom. II. p. 1082.* ubi multis diſputat formulam hac loquendi *eligere Regem* eſſe in monumentis Hiſtoriæ Gallicæ frequentiſſimam, nihil tamen aliud eam notare, quam ſubjectionem, obedientiam, & fidem a populo Regi promiſſam. Confer Stranskium *de Republ. Bojema cap. 5. §. 25. & 26.* qui aliter ſentit, & verbi *eligere* vim atque uſum maxime urget.

A

CAPUT XXI.

Electio vera quando, & quibus in caſibus Bohemiæ Ordinibus competat. Superſtite herede, ſive maſculo ſive femella, non datur locus electioni. Vacare quando Regnum intelligi debeat. Electiones ſtudio & ut factæ non debent tra-
745 *hi in conſequentiam. Electionum factitiarum confirmationes Papales & Cæſareæ quid operentur. Pacta & fœdera a Bohemis inita pro manutenendo electionis jure, nihil illis poſſunt patrocinari.*

B

Diximus de ficta, ſimulata & imaginaria illa Regis Bohemiæ electione, qua Regiæ familiæ ſucceſſio magis confirmatur, quam ut everti poſſit: nunc de vera & legitima electione, quam Bohemis tum antiqua inſtituta, tum Imperatorum privilegia indulſerunt, eſt ut videamus. Qua de Carolus IV. (α) Imperator & Bohemiæ Rex, poſtquam ordinem ſuccedendi in Regno Bohemiæ ſecundum ſanguinis jus & ætatis prærogativam diſpoſuiſſet, in hunc modum ſancivit: *Si vero aliquem ex hujusmodi Principatibus ipſorum* (Electorum) *Imperio Sacro vacare contingeret, tunc Imperator ſeu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipſo providere debebit & poterit, tamquam de re ad ſe & Imperium legitime devoluta. Salvis ta-*
C *men ſemper privilegiis, juribus & conſuetudinibus Regni noſtri Bohemiæ, ſuper electione Regis, in caſu vacationis per Regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Bohemiæ, facienda, juxta continentiam eorundem privilegiorum, & obſervatam conſuetudinem diuturnam, a Divis Romanorum Imperatoribus ſive Regibus obtentorum, quibus ex hujusmodi ſanctione Imperiali in nullo præjudicare volumus; imo ipſa decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus in omni ſuo tenore & forma, indubiam tenere roboris firmitatem.* Ait *in caſu vacationis*. At vacare Regnum (β) Bohemiæ non intelligitur, quamdiu aliquis ſuperat e Regiæ ſtirpis ſanguine, ut habet præcedens diſpoſitio, quam ſuo loco protulimus. Uno enim eodemque verbo caſum electionis in Regno Bohemiæ deſignat, quo caducitatem in Comitatu Palatino Rheni, Ducatu Sa-
D xoniæ, & Marchionatu Brandenburgiæ. Sicut ergo tres iſti Electoratus Imperio vacare dici non poſſunt, donec ſuperſtes quis (γ) exſtat a primo acquirente deſcendens, ita nec Electoratus Bohemiæ Ordinibus Regni vacare, & electioni locum facere poteſt, dumad perſona germinat legitima laica, quæ genus ſuum a primo poſſeſſore ſeu acquirente in vera linea geniture deducit.

2. Quod clarius atque lucidius apparet ex ejusdem Imperatoris Bulla declarato-
746 ria (δ) & interpretativa, quam ad preces Ordinum Bohemiæ, Moraviæ, Sileſiæ & Luſatiæ edidit anno MCCCXLVIII. in qua hiſce ſignificantibus, expreſſis & notabilibus verbis decernit: *Electionem Regis Bohemiæ in caſu duntaxat & eventu, quibus de genealogia, progenie, vel ſemine, aut proſapia Regali Bohemiæ, maſculus vel femella ſuperſtes legitimus nullus fuerit oriundus, vel per quemcunque alium modum vacare*
E *contigerit dictum* Regnum, *ad Prælatos, Duces, Principes, Barones, Nobiles, & Communitatem Regni præfati, & pertinentiarum ejusdem, habita cum nonnullis Regis Romani futuri Imperatoris Coëlectoribus, ac aliis Principibus, qui tunc temporis noſtræ Celſitudinis præſentiæ aſſiſtebant, deliberatione matura, ipſorumque ſano digeſti conſilio, volumus, decernimus, pronunciamus, interpretamur, & præſentis ſcripti patrocinio declaramus, rite, juſte & legitime in perpetuum pertinere: ipſiusque Regni Bohemiæ electionem, in caſu & eventu prædictis, & non aliis, præfatis Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Nobilibus, & Communitati dicti Regni & pertinentiarum*

F

(α) *Carolus IV.*] in Aurea Bulla tit. 7. in fin.

(β) *Vacare Regnum*] ita ſentire videtur Arumæus *ad Aur. Bull. diſcurſ.* 4. *concluſ.* 18. Anton. Colerus *de Jure Imper. German. ſect.* 23. Beſoldus in *Diſcurſ. polit.* 5. *de Stat. Reipubl. ſubalt. cap.* 7. *num.* 10.

(γ) *Donec ſuperſtes quis*] quod erudite & ſolide explicant Freherus in *Comment. de ſucceſſ. Elector. ad cap.* 7. *Aur. Bull.* Arnoldus Engelbrecht in *Quæſt. de Succeſſ. in Electoratib. ad d. cap.* 7. *Aur. Bull.* Arumæus & Rumelinus in *Diſcurſib. ad Aur. Bull.*

(δ) *Bulla declaratoria*] quam refert Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. lib.* 9. *anno* 1438. *fol.* 314. & exhibemus in *Append. ſub anno* 1348. Germanicè tranſlatam edidimus in *Reichs-Satzungen* part. 2. anno 1348. fol. 39. ex Hagecio in *Chron. Bohem. part.* 2. *anno* 1348. *fol.* 4.

tiarum ejuſdem, de noſtræ Regiæ Romanæ plenitudine poteſtatis, ac ex certa ſcientia A
domus, concedimus, confirmus, & donamus, dictamque electionem meliori, ſalubriori & ſaniori, quo poteſt modo fieri, confirmamus & transferimus in eundem. Sed quia Conſtitutio hæc declaratoria ſolet cavilloſis quorundam & ſubdolis rationibus corrumpi, impugnari, & furcillari, res ipſa poſtulat ut eam a calumniantium injuriis, ſaltem gravioribus, vindicemus.

3. Principio dicunt, non carere doli ſuſpicione reſcriptum confirmatorium, in quo plus continetur, quam in precibus nblatis petitum ab impetrantibus fuerit: & fraudi proximam eſſe declarationem, ampliationem & extenſionem ejus actus, qui confirmari petitur. Quod quidem verum eſt in illis caſibus (α) de quibus jura allegata loquuntur, nempe inveſtiturarum, protectionum, patronatuum, & conſimilium: at B
non in hoc noſtro, in quo jura illa impertinenter adducuntur. Sed faciamus jura illa etiam in hoc noſtro caſu locum invenire, num inde conſequitur, Imperatorem illis teneri ad actum dubium & controverſum confirmandum, ſi confirmatio vetgat in præjudicium tertii? Impetator Fridericus II. in literis, quas ſibi Bohemi petiverunt a Carolo IV. ut Romanorum Rege confirmari, utitur verbis *eligere*, & *electionis*, de quorum vero ſenſu atque intellectu inter Principes Regii ſanguinis, & Ordines Regni Bohemiæ controvertebatur, illis de conſenſu, approbatione & aſſumptione, iſtis de vera, propria & genuina electione, ea interpretantibus. Itum eſt ad Imperatorem, (β) cui dubias (γ) partium interpretationes ſoli & oportet & licet inſpicere, & miſſi ex generali Ordinum Regni Conventu Proceres Primarii, & cum iis Johannes Regis frater, C
qui confirmationem earundem literarum ab eo peterent. Imperator Carolus, ut erat
747 Princeps pacis publicæ & concordiæ ſtudioſiſſimus, ne tanquam Rex Bohemiæ parti ſuæ magis, quam æquitati, favere videretur, rem ad conſilium Electorum, Principum & Statuum Imperii, Conſiliariorumque Imperialium, detulit, qui unanimi ſententia decreverunt, ad præcavendas ſeditiones opus eſſe declaratione, eamque Cæſareæ confirmationi inſerendam. Quod decretum Legatis Ordinum minime diſplicuiſſe, exinde colligitur, quia Bullam declaratoriam non tantum gratam acceptamque ſine ulla contradictione aut proteſtatione inretpoſita habuerunt, ſed & ipſi Ordines in archivo Regni reponendam, quam diligentiſſime cuſtodiendam, & poſteris ſuis, ſi forte dubium hoc a maleferiatis hominibus reſuſcitaretur, pro deciſione relinquendam curaverunt. D
Namque rationem, qua Imperator motus hanc declarationem & interpretationem interpoſuerit, & confirmationi inſeruerit, hanc fuiſſe ipſemet aſſignat: *Veruntamen ſi circa contenta in præfatis literis nonnulli CALUMNIARI, aut ea interpretari ſiniſtre, ſeu in ſenſum reprobum declarare, imo verius obſcurare niterentur; ad tollendum de medio omne dubium vel obſcurum, quibus dictarum ſeries aſpergitur literarum, ut Regni Bohemiæ præfati, ipſiusq; incolarum ſtatus, in ſincera Imperii dilectionis perſeveret concordia, & unitatem in vinculo pacis ſervet, ac incolæ dicti Regni his, quæ diſſidentiæ materia poſſint eſſe temporibus futuris, & animarum ac corporum inde naſcituris periculis, rerumque diſpendiis proventuris, ſolerti præventione, antequam ordiantur, tam prudenter quam ſalubriter præciſis, tanquam manſueti terram hereditent, & in pacis multitudine delectentur*, &c. Quibus verbis perſpicue probatur id, quod dixi, diploma Friderici II. Imperatoris fuiſſe in dubitationem adductum. E
Et interpretationem atque declarationem iſtam cum cauſæ cognitione factam fuiſſe, planum fit ex iſtis Bullæ verbis: ***Habita cum nonnullis Coëlectoribus, ac aliis Principibus, deliberatione matura***, &c. Fuerunt autem præſentes ex Electoribus, Moguntinenſis & Saxo; ex Principibus Duces Saxoniæ junior & Deckenſis, Burggravius Norimbergenſis, & Landgravius Leuchrenbergenſis; ex Comitibus, Orlemundius, Helffenſteinius, Wertheimius; ex Baronibus Imperii, Hewenus, Hohenlochius,

(α) *In illis caſibus*] ut teſtatur Hopingk. in *Diſſert. de jure protect. concluſ.* 35. *lit. l.* & Mart. Magerus *de Advocat. armat. cap.* 14. *num.* 103. *& ſeqq.*

(β) *Itum eſt ad Imperatorem*] ut ſupremum Bohemiæ Dominum: in cujus præſentia quod actum eſt, omnes ſolennitates ſuperat: Bignonius in *Not. ad Marculphi Formul. lib.* 1. *cap.* 13. Immo qui reſcriptum Imperatoris abſque contrario reſcripto falſi accuſaverit, in Majeſtatem ejus delinquit, & capitis pœna tenetur, juxta *Leg. Ripuar. tit.* 62. §. 7. F

(γ) *Cui dubias*] ex Conſtantini Magni Imper. reſcripto in *l.* 1. *C. de legibus.* ubi Sichardus & Gilken in *Comment.* & Freherus in *Sulpitio* ad noſtrum propoſitum accommodarunt. Eluſoriam magis quam declaratoriam hanc Caroli IV. Bullam eſſe, vult Stranskius R. B. cap. 5. §. 29.

A chius, Bruneckius, Waltſeenſis, Fribergenſis, & Erlibachius. Et reperiri debet quiſquam animi tam perditi & profligati, ut ſententiam tot tantorumque S. Rom. Imperii Procerum auſit doli fraudiſque incuſare? prætertim eam, quæ in præſentia partium facta & pronuntiata fuit, ut ipſa Bulla indicat, dum præſentes fuiſſe aſſerit Ordinum univerſorum nomine, Archiepiſcopum Pragenſem; Epiſcopos Olomucenſem, Vratislavienſem & Lutomiſchlenſem; Marchionem Moraviæ Regis fratrem, & Oppaviæ ac Ratiboriæ Ducem; *aliosque Prælatos, Barones & Nobiles Regni Bohemiæ & pertinentiarum ejusdem*, id eſt Moraviæ, Sileſiæ & Luſatiæ &c. Qui profecto nunquam erant hanc Bullam a Cæſare accepturi, ſi declaratio iſta abſque ipſorum conſenſu & ſubmiſſione inſerta fuiſſet, nec magnam gratiam a reliquis Ordinibus iniviſſent, ſi eo-
B rum in præjudicium illa tendere videretur. (*)

748 4. Verum ut res melius comprehendi poſſit, proponam ipſum caſum. Primislaus Ottocarus, ut filio ſuo Wenceslao ſtabile & quietum relinqueret Regnum, ſeditioſis hominibus omnem turbarum ac ſeditionum anſam præcideret, eum in conſortium Regni vivus adſcivit, & cum conſenſu, approbatione & aſſumptione Ordinum Regni coronandum curavit. Sed quia hoc ſine Imperatoris confirmatione, ex cujus nutu (α) Regnum Bohemiæ dependet, fieri non licebat, miſſus a Rege Primislao & Regni Ordinibus, Benedictus Archidiaconus Belinenſis, qui a Cæſarea Majeſtate confirmationem hujus aſſumptionis impetraret. Quemadmodum autem Ordines Regni in aſſumptione Primogeniti Regii filii, & ſupplicatione ad Cæſarem, ita ipſemet Imperator in ſuo
C reſcripto verba *eligere* & *electionis* uſurpant. Hanc ambiguitatem in reſcripto Cæſaris Friderici ut explanaret Imperator Carolus, decrevit verba illa in Regiæ ſtirpis ſucceſſione tam directa, quam obliqua; tam maſculina quam feminina, pro aſſumere & aſſumptione eſſe accipienda & interpretanda. Quod in Conſtitutionibus (β) Regni Bohemiæ dilucidius adhuc idem Imperator exponens, ita ſtatuit: *Hoc perenni & irrefragabili conſtitutione præſenti, prævia noſtri matura deliberatione conſilii, decernimus ſanciendum, quod ſinguli Reges Illuſtres, heredes ſucceſſoreſque noſtri, ad quos ſucceſſivis temporibus Regnum noſtrum Bohemiæ ex deſcendenti vel collaterali linea ſucceſſionis legitimæ devolvetur, vel ea deficiente electionis jure pervenerit, juxta menſem continuum quemcunque a die ſucceſſionis aut electionis hujusmodi numerandum*, &c.
749 Ad quam Imperatoris mentem explicandam repeti debent, quæ antecedenti capite expli-
D cuimus.

5. Vera ergo, propria & genuina electio tum demum Bohemis competet, quando de progenie aut proſapia Regali, maſculus vel femina ſuperſtes legitimus laicus nullus fuerit oriundus, (**) ut tam in Aurea Bulla pragmatica, quam ſpeciali declaratoria, conſtituitur. Quod autem additur in Declaratoria: *vel per quemcunque alium modum vacare contigerit dictum Regnum*, &c. non eum habet ſenſum, quem nonnulli comminiſcuntur, ac ſi in caſu mortis cujusvis Regis poſſeſſoris Regnum Bohemis vacet, & electioni locus fiat, minime gentium; Sed *alius modus* intelligitur, quicumque per feloniam, neglectionem inveſtituræ, crimen læſæ Majeſtatis Cæſareæ, & id genus

E (α) *Ex cujus nutu*] qua de re diſceptatum fuit in Conſilio Imperatoris Lotharii II. inter Ottonem Marchionem Moraviæ, & Sobieslaum Bohemiæ Ducem ſine Cæſaris auctoritate electum & inſtitutum. Pro Cæſaris ſupremo in Bohemiam jure proferebatur, ut refert Continuator Coſmæ Pragenſis; *Quaſi Ducatus Bohemiæ ab initio in poteſtate Imperatoris conſtiterit, nec fas fuerit unquam electionem aut promotionem cujusquam Ducis in illa terra fieri, niſi quam Imperialis Maje-*
F *ſtas ſua auctoritatis gratia initiaret, conſummaret & confirmaret.* Quod jus quanquam Sobieslaus tum & Ordines Bohemiæ Imperatori contradicerent, &, *in tua poteſtate ſola eſt Bohemiæ electionis confirmatio*, &c. dicerent, tamen in expeditione iterata Cæſar eos ad obſequium reduxit, & Fridericus I. Imperator jus illud Cæſareum in Bohemiam juſte ac potenter aſſeruit, ut ſuis locis indicavimus. Et jure conſtitutum eſt, ne populus ſuperiorem agnoſcens, poſſit ſine ipſius licentia novum Dominum eligere; Paulus de Caſtro in *l. ex hoc jure, D. de juſt. & jur.* Et jus ac poteſtas eligendi & creandi Regem Bohemiæ olim penes Imperatores Romanos fuiſſe, affirmat Theobaldus in *Genealog. & Chronolog. Ducum & Regum Bohem. in Premyſlao Rege anno* 1201.

(β) *Conſtitutionibus*] tit. 6. in Majeſtate Carolina per Geſchinium in Lucem producta.

(*) Eluſoriam magis quam declaratoriam eſſe hanc Caroli IV. Bullam vult Stranskius *de Republ. Bojema c.* 5. §. 29.

(**) Negat id quam maxime Stranskius *de Republ. Bojema cap.* 5. §. 28. cujus argumenta vide, ſi lubet.

nus pariles feudi amittendi caſus (α) in jure feudali ſtatutos, evenire poſſet. Quibus A
in caſibus ſi vacare contingat Regnum Bohemiæ, non aperitur Imperio, nec Cæſareæ cadit diſpoſitioni, ſed liberæ Ordinum Regni (β) cedit electioni, ſi ipſi ſint innocentes (γ) & a crimine Regis ſui immunes. Quod quia in ipſis Bullis ſat perſpicue explanatur, non eſt cur diutius in eo immoremur.

6. Nec denique obſtare atque officere legitimæ Regii ſanguinis ſucceſſioni debent præſumptæ quædam & factioſæ Bohemorum electiones. Quum enim ſtudio ac vi contra jura notoria ſint factæ a rebellibus, non poſſunt heredibus legitimis præjudicare. (δ) Id quod de Georgii Podiebracii & Matthiæ Corvini electionibus expreſſe affirmat Æneas Sylvius (ε) Cardinalis Senenſis, Friderici III. Imperatoris Conſiliarius, poſtea Papa
Pius II. dicens; *Utriusque Regis electionem nonnulli calumniantur, vim adhibitam* B
dicunt, neque jure valere, quod metus extorſerit.

750 7. Multo minus factioſis illis electionibus patrocinari poſſunt Papæ & Imperatoris (ζ) confirmationes atque inveſtituræ, Podiebraico & Corvino conceſſæ: quia privilegia ſingularibus perſonis contra jus indulta non debent trahi ad conſequentiam. In tempeſtuoſo illo & tumeſcente pelago vela ventis danda (η) erant, ne navis Reipublicæ Chriſtianæ prorſus perclleretur & peſſum iret. Papa Matthiam (θ) confirmavit, ut æmulum excitaret Georgio, quem ob hæreſim Huſſiticam: ut hiſtoricorum (ι) verbis utar, excommunicaverat. De Imperatore autem ſcribit Joach. Curæus (κ) Sileſius.

Qqq

(α) *Feudi amitt. caſus*] de quibus conſulendi Feudiſtæ ad *tit. Quibus cauſis feud. amit. lib.* 1. *tit.* 17. & *tit. Quæ fuit prima cauſa feud. amitt. lib.* 2. *tit.* 24. Ardizo in *ſumma feud. rubr.* 55. & *rubr.* 95. Nicol. Mozzius *de feud. tit. final.* Curtius junior *de feud. part.* 4. *num.* 61. Hannetonius *lib.* 3. *de jure feud. cap.* 9. Hattiſerus in *Analyſ. feud. cap.* 11. Duarenus *de Feud. cap.* 14. Weſembecius *de Feud. cap.* 15. Borcholten *de Feud. cap.* 8. Vultejus *lib.* 1. *de Feud. cap.* 11.

(β) *Ordinum Regn. ced. elect.*] videatur Henelius in *Sileſiograph. cap.* 7.

(γ) *Innocentes*] nam ſi nocentes, & ejusdem ſceleris cum Rege participes, non poſſunt gaudere hoc privilegio, quod per reatum amiſere, ut *lib.* 3. *cap.* 15. *in fin.* docuimus.

(δ) *Hered. præjudicare*] Johannes Lupus de Palacios Ruvios in *tract. de Obtention. Regni Navarræ part.* 6. *num.* 10. quia facta ſubditorum non debent Dominis hereditariis præjudicare; Baldus in *l.* 1. *Cod. de ſerv. fugitiv.*

(ε) *Æn. Sylvius*] in Hiſtor. Bohem. cap. ult. in fin. Videatur Aub. Miræus in *lib. de reb. Bohem. cap.* 3. *fol.* 32. *in fin.* & *fol. ſeq.*

(ζ) *Papa & Imperator.*] Nauclerus in *Chronolog.* Funccius in *Chronolog. anno* 1459. Cochlæus in *Hiſtor. Huſſit. lib.* 12. *anno* 1471. *fol.* 440. Cromerus *lib.* 27. *Rer. Polon. fol.* 198. *col.* 1. *in fin.* Videantur Pii II. Papæ, qui antea Æneas Sylvius dictus, & Friderici III. Imper. Diplomata in *Appendic.* Sapientes Hebræorum tali in Caſu diſtinguunt inter proprietatem & uſum Regni; illum dicunt eſſe Regiæ familiæ in perpetuum, hunc vero ad tempus illis conceſſum, quos prophetæ inunxerint & ſubintroduxerint. Moſes Maymonides in Melachim cap. 1. §. 12. &c. ſeqq. ſcribit; *Si Propheta Regem conſtituit è reliquis Tribubus, qui ambulat in via legis, & præliatur bella Domini, ecce is eſt quidem Rex verus, & omnia Regalia competunt ipſi, at fundamentum Regni manet penes familiam David* (Auſtriacam) & *debetur poſteris illius.* Adſcripſimus locum, ut eum convertit Schickardus in *Diſſert. de Jur. Reg. Hebræor. cap.* 6. *theor.* 20. *fol.* 179. Quod ille de C
Prophetæ unctione, nos non abſurde de Papæ confirmatione, & Imperatoris inveſtitura, affirmare poſſumus, ut Regi extraordinario uſum quidem Regni ad vitam concedant, proprietatem autem Regiæ familiæ immotam & perpetuam eſſe velint.

(η) *Vela ventis danda*] id eſt, ut Valdeſius in ſimili caſu loquitur, juxta calamitatem temporis,
inſtante occaſione, non in vim decreti, ſed per vim D
cujusdam compoſitionis temporariæ, hæ confirmationes factæ fuerunt, *de Prærogativ. Hiſpan. cap.* 3. *num.* 16. Quam temporiſationem in cauſſa Veneta prudenter Papæ demonſtravit illuſtriſſ. Cardinal. David Perona Archiepiſcopus Eboraceuſ. in *Epiſtol. ad Regem Franc.* quæ excuſa exſtat.

(θ) *Papa Matthiam*] Papa Paulus II. electionem Matthiæ Corvini ab Unaquiſtis ſeu Catholicis Bohemis factam confirmavit jure Pontificio,
feudatarium Cæſari reſervans, ut expreſſe teſtatur E
Theobaldus in *Bello Huſſit. part.* 3. *cap.* 17. *anno* 1467. *fol.* 99.

(ι) *Hiſtoricorum*] Dubravii in *Hiſtor. Bohem. lib.* 31. Boregkii in *Chron. Bohem. in Georgio Rege*, Cromeri *Rer. Polon. lib.* 25. *fol.* 405. Turoczii in *Hiſtor. Ungar. cap.* 66. Inveſtitus autem Matthias à Cæſare fuit anno 1469. Ut nonnulli memoriæ prodiderunt: ſed alii habent annum 1467. Theobaldus *d. cap.* 17. *fol.* 100. confirmationem autem ſolenniorem poſt Georgii mor-
tem ab eodem Imperatore vi armata extorſit an- F
no 1478. ut ſcribit Michovius *lib.* 4. *cap.* 72. Titus Veſpaſianus Strozza in *Epigrammat. in Epitaph. Matthiæ Regis.* Cromerus *lib.* 25. *fol.* 425. *col.* 2. *in princ.*

(κ) *Curæus*] in Annal. Sileſ. Adde Hondorffium in Promtuar. exemplor. in 5. præcept. rubr. de ſeditionib. & pugnis.

A Sileſius: *Georgius Rex recepta Moravia, invenit rationem, qua ſibi conciliaret Cæſarem Fridericum, Auſtriacos, qui paruerant Ladislao Regi, contractis copiis terruit, ut Friderico Cæſari ſeſe dederent. Impetravit igitur a Cæſare diplomata, quæ teſtabantur, authoritate Cæſaris Georgium in Regnum collocatum: & mandabant ſubditis Regni, ut eum agnoſcerent.* Vera loqui Curæum, fidem facit ipſum Cæſaris Friderici III. diploma, quod in *Appendice* produximus.

751 8. Poſtremo Regiæ familiæ ſucceſſioni fruſtra opponuntur Ordinationes Regni, & Statuta in Conventibus Ordinum facta de libera electione contra quorumcumque heredum prætenſiones manutenenda: quia pacta ſubditorum (α) privatim inter ſe ſtatuta non debent Dominis ſuis hereditariis præjudicare: quum præſertim Bohemia, B Moravia, Sileſia & Luſatia ſint feuda Imperii, ſuper quibus omnes diſpoſitiones, tractatus, & obligationes, ſine conſenſu Imperatoris contractæ & pactæ, nullius ſunt roboris & momenti, ut eſt jure feudali (β) conſtitutum.

9. Quum enim Ordines Bohemiæ, inſcio Rege ſuo, conventus habere (γ) non poſſint, multo minus poterunt rata eſſe, (δ) quæ contra ipſum Regem, Dominum ſuum & Regiam familiam, ſtatuerunt.

10. Et quid poſtremo juvare Bohemos debent fœdera cum vicinis Principibus aut aliis pro jure ſuo defendendo pacta, & inita? quum hujuſeemodi fœdera ipſo jure interdicta (ε) ſint, ut publicæ quieti, tranquillitati, ac utilitati (ζ) repugnantia; nec C ſubditis Bohemis umquam competierint, aut licere per omnium gentium jura par æquumve fuerit.

(α) *Pacta ſubditorum*] Baldus in *l. 3. §. illud quoque num. 2. D. Quod quisque jur.* Knichen de *Saxon. non provocand. jur. verb. jus cap. 2. n. 63.*

(β) *Jur. feudali*] *cap. 1. de prohib. feud. alien. per Frideric. & cap. 1. de prohib. feud. anlien. per Lothar.* ubi interpretes monuerunt.

(γ) *Conventus hab.*] Acta Bohem. apud Hord-
D ledet. *de Bello German. part. 2. lib. 3. cap. 83.* Heigius *Illuſtr. queſt. part. 1. qu. 4. num. 44.* Ventura de Valentia in *Parthen. litigioſ. lib. 2. cap. 3. num. 22.*

(δ) *Rata eſſe*] Mart. Magerus *de Advocat. armat. cap. 6. num. 312.*

(ε) *Interdicta*] Cujacius *lib. 27. Obſervation. cap. 33.* Rulandus *de Commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 3. num. 1.*

(ζ) *Publicæ utilitati*] Menochius *conſil. 28. num. 7.* Magerus *dict. cap. 6. num. 113. & ſeqq.*

EPI-

EPILOGUS.

ATque hæc illa ſunt, Candide & Sincere Lector, quæ de juribus ac privilegiis A
tum ipſius Regis, tum Regni Bohemiæ Ordinum, incorporatarumque Provinciarum Moraviæ, Sileſiæ, Luſatiæ, Egerlandiæ, &c. non carptim curſimque cenſuimus ediſſertanda, ſed pro S. Cæſareæ Majeſtatis Superioritate, pro Sacri Romani Imperii Dignitate, pro Sereniſſimæ Domus Auſtriæ Juſtitia, denique pro eorum omnium, qui in Cæſaris ac Imperii fide conſtantes perſtitere, defenſione, quam accuratiſſime potuimus ſummo ſtudio, exactaque diligentia, prout ſe nobis obtulerunt, inſtituenda, deducenda, perpendenda, examinanda, exſequenda, ac perverſis quorundam nec recte ſentientium ſcriptis reponenda eſſe duximus. Vellemus equidem, ut Deus vellet eorum mentes, qui hactenus a cauſa rebellium contra Sacræ
Cæſareæ Majeſtatis juſtitiam, ſteterunt, ita informare atque illuſtrare, ut non modo B
ipſi ex errore in viam veram reducerentur, ſed & aliorum animos ſuis perſuaſionibus ſeductos ad Deum optimum maximum & ab eo ſecundum Clementiſſimum Imperatorem, ſtuderent convertere & bellum iſtud maximum humanitate & ſapientia potius ad pacem concordiamque conciliare, quam perniciosis machinationibus in pejus indies magis magisque vertere, nec tantum patriam terram, communem omnium parentem, ſed & ipſam Rempublicam, funditus evertere. Non judicamus facta ex eventu,

— careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab eventu facta notanda putat:

Sed ex cauſæ juſtitia ac bonitate non tam facta, quam fata notanda eſſe ſapientes monent. Nos fecimus, quod debuimus & potuimus; eventus in Dei manu poſitus eſt. Et licet non parvo nobis labor iſte conſtiterit, quem nulla ſponte noſtra ducti, multo minus curioſitate aliqua aut πολυπραγμοσύνη, quam aliorum exemplis cavendam & fu-
giendam eſſe, ceu peſtem quandam, didicimus, verum ſupremæ Cæſareæ Majeſtatis C
juſſu & mandato ſuſcepimus; minime tamen nos fugit, calumniis eum fore plurimorum obnoxium, nec quidquam tam probe, aut provide a nobis dici, quod non pravorum hominum vellicare malignitas poſſit; & obtrectatores nobis paratos eſſe non ignoramus: ſubivimus tamen hoc diſcrimen tum excuſatione Divalium juſſorum, tum quod nihil ex nobis aſſeramus, ſed ea tantum ponamus, quæ ab aliis tradita ſparſim atque ſcripta invenimus. Ecce enim adferimus Decreta Pontificum, Reſcripta Imperatorum, Conciliorum Sanctiones, Comitiorum Receſſus, Regum ac Principum auctoritates, Doctorum teſtimonia, ſapientum ſententias, & Hiſtoriarum fidem: in quorum omnium ac ſingulorum dictis penſum noſtrum abſolvimus. Rectam viam necne inſtiterimus, re-
ctumve clavum tenuerimus, tuum eſto, Lector, candide & ſincere, quod rogamus, D
judicare. Nos nobis conſcii ſumus, omnia hæc a pia puraque mente profecta eſſe: quæ ſequius videbuntur, Pontificiæ Sanctitatis & Cæſareæ Majeſtatis Commiſſariorum, tum prudentium hominum cognitioni & cenſuræ, nos & omnia noſtra obœdientes & lubentes ſubmittimus.

Regius Vates Davides in Pſalmo XCIV.

Juſtitiæ tandem victricis ſigna ſequentur
Pectora, juſtitiæ flagrantia amore, bonorum.

MELCHIORIS GOLDASTI *HEIMINSFELDII*

CONSULTATIO

DE

OFFICIO ELECTORIS BOHEMIÆ,

Jureque in Conventibus S. Rom. Imperii Electorum, tam electorali in Acta eligendi, quam collegiali in Conſilio Reipublicæ, ſibi competente.

SERENISSIMI

MATTHIÆ HUNGARIÆ & BOHEMIÆ REGIS, &c. ARCHIDUCIS AUSTRIÆ, &c.

Legatis petentibus extemporaliter ſcripta Norimbergæ in Conventu Collegiali Anno MDCXI. *menſe Octobri.*

ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,

DN. JOHANNI ULRICO,

PRINCIPI COMOVIÆ ET EGGENBERGÆ,
Comiti Adelſpergæ, Domino Petaviæ, Ehrenhauſæ & Straſſiæ; Supremo Mareſcalco hereditario Auſtriæ ſupra & infra Anaſum; Supremo Camerario Styriæ; Supremo Pincernæ hereditario Carniæ & Marchiæ Venedicæ; Equiti Aurei Velleris; S. Cæſareæ Majeſtatis Conſiliario intimo, Auſtriacarum Provinciarum Locumtenenti Plenario, Camerario, & Capitaneo Provinciali Styriæ atque Carniæ, &c.

CLEMENTISSIME PRINCEPS,

A ANnus jam agitur decimus quintus, ex quo ab Illuſtriſſimis Saxoniæ Ducibus Vinarienſibus, Norimbergam ad Collegialem S. Romani Imperii Electorum Conventum ablegatus, in Illuſtris Domini Gundackari Polheimiæ Baronis, S. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarii, & Sacræ Cameræ Directoris, notitiam, parario & proxeneta itidem Illuſtri Domino Maximiliano Bappenheimiæ Barone, Landgravio Tulingiæ, S. Rom. Imperii Mareſcalco Hereditario, perveni. Cujus opera ac miniſterio factum eſt, ut ab Illuſtriſſimo Cardinali Viennenſi, tum Legato Regio, & CELSITUDINIS TUÆ in Directura ſacri ſupremi & intimi
B Conſiſtorii anteceſſore, invitatus rogatusque brevem quandam *Conſultatiunculam*

tiunculam de jure Regis Bohemiæ in Conventu Archiprincipum Electorum ex- A
temporaliter & αὐτοσχεδίως deproperarem. Quam deinceps Pragæ, poſt Imperatoris Divi Rudolphi II. Auguſti feliciſſimæ memoriæ inopinatum deceſſum, juſſu Regiæ Majeſtatis, quantum per ſummas occupationes & librorum inopiam licuit, rurſum revidi ac recenſui, & eidem Illuſtriſſimo Cardinali in Domo Archiepiſcopali inſinuandam curavi. Quæ brevicula Conſultatio adeo grata acceptaque tum Regiæ Majeſtati, tum in primis eidem Illuſtriſſimo Cardinali Vienneſi accidit, ut non honorifico tantum elogio meam induſtriam eisdem Illuſtriſſimis Principibus commendare quam clementiſſime & gratioſiſſi- B
me dignati ſint; ſed & Francofordiæ in Conventu Electorio mox ſubſecuto Clariſſimum virum, Doctorem Joan. Baptiſtam Eyſen a Lehrberg, Regiæ Majeſtatis Conſiliarium, voluerint mihi adjungi, ut de rebus occurrentibus communicato conſilio una ſimul deliberaremus; prœmium præterea decreverint, tum Cæſareæ Majeſtatis liberali gratia non indignum, tum meæ virtuti (liceat quæſo ejusdem Illuſtriſſimi Cardinalis judicio de me & verbo uti) admodum quam conſentaneum & honorificum, id erat, ex Doctoris Eyſeni, quem modo memoravi, indicio, torques aureus Sacræ Cæſareæ Majeſtatis appenſa icone honoratus. Quia vero, cum honoraria in Aula pro more inter bene præ- C
clareque meritos diſtribuebantur, ad Antecameram Cæſaream, graviſſimo & periculoſiſſimo morbo decumbens, interviſere vocatus nequirem, prœmium quoque gratiæ, quaſi adverſitatis meæ ſentiens συμπάθειαν apud eos, quibus commiſſum erat, tam acerba cœpit ægritudine conflictari, ut mecum pariter pro deſperato uſque in præſentiarum relinqueretur. Et hæc quidem anno CIↃIↃCXII. in hunc modum geſta ſic ſeſe habuere.

Interea motus exoritur Bohemicus, & mutatio varia animorumque inclinatio in ipſo fit Imperio. Unde iterum expetiſci parva mea opella in Aula cœpit, quum anno CIↃIↃCXIX. ad Sacratiſſimum Do- D
minum noſtrum Electum Imperatorem Cæſarem Ferdinandum II. Auguſtum, a Principe meo Erneſto Holſatiæ & Schaumburgiæ Comite Francofordiam miſſus, ejusdem Sacræ Cæſareæ Majeſtatis mandatum de juſtitia cauſſæ Bohemicæ deducenda, Illuſtris Dominus Joannes Ludovicus Ulmius, Sacri Romani Imperii Vicecancellarius, mihi injungeret. Quæ res quibus de cauſſis fuerit tamdiu dilata, & a quibus toties impedita, totiensque fruſtrata, in iis ad Illuſtres Barones, Dn. Vicepræſidem Stralendorffium, & Dn. Commiſſarium generalem Re- E
ckium, &c. perſcriptis epiſtolis dedicatoriis, ordine expoſui. Tandem enim, ſuperatis omnibus illis moleſtiis, & perruptis cunctis, quibus undique diſtinebar, obſtaculis, opus tantopere expetitum, Deo miraculoſe juvante, conſummavi, & ad optatum exodium ita deduxi, ut ſperem ac confidam CELSITUDINI TUÆ fidem atque induſtriam meam non improbatum iri. Eo magis, quia ut ſupremæ Majeſtatis judicio es omnium digniſſimus judicatus, qui in ejusdem Cardinalis remoti Romamque exciti locum, in Archipræſidatu Sacri ſuperioris

A rioris & interioris Imperialis Conſiſtorii ſuffeceris, nec plenipotentem in Archiducatu Auſtriæ Vicariatum adminiſtrares, ita animum quoque geris optime erga eos affectum, qui de S. Cæſar. Majeſtatis, & Divinæ Domus Auſtriacæ incolumitate, Reique publicæ ſalute, bene præclareque mereri, quod in ſe eſt, non intermittunt.

Quorum in numero me eſſe profiteor; & teſtem laudare audacter poſſum meam aſſiduam & locupletem operam, quam perdius atque pernoxiam ab ipſo biennio, dum alius Cæſ. Majeſtati devotus, corporis robore atque viribus valens, in arma incumbit, ego, qua valetudine qua natura imbecilior, ut tamen pro munere divinitus delegato vocationis meæ
B officium facerem, literis, quas ſolas tractare & novi & didici, quando rem & armis & literis ſimul geri videmus, velut umbratilis pugnator totam impendi. Sic Deus Deorum, ideſt Regum ac Principum, mentem meam imbuit: ſic juſſit S. Cæſ. Majeſtas a Deo ſecunda in terris: ſic CELSITUDO TUA me per Dominum Doctorem ab Eluer, præcl. mem. S. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarium & Legatum monuit: ſic in ſcriptis S. Rom. Imperii Vicecancellarius a me petivit. Et quoniam illius meæ primæ Conſultatiunculæ in operoſo noſtro Commentario fit mentio, placuit eam inſtar ſciagraphiæ cujusdam in anteceſſum dare integri illius & abſolutiſſimi operis de juribus & privilegiis Regni Bohemiæ, in tragicam iſtam præſen-
C tem controverſiam ſine tamen ullo livore aut ſiniſterioris mentis affectu, ex ſola rerum ipſarum veritate, inſtitutis atque compoſitis. In quo aut vehementer animi fallor, aut CELSITUDO TUA omnia illa argumenta, quæ tum publicis in ſcriptis tum privatis in colloquiis, maxima minima ab adverſariis objectantur, aut objici, quantum in Aulis Principum animadvertere licuit, a diſſentientibus poſſunt, infirmata ut frivola, & diluta ut levia deprehendet. Quod an recte ſim exſecutus, & an ſacro mandato rite paruerim, CELSITUDINIS TUÆ erit arbitrari, cujus celſiſſimo & omnibus prudentiæ numeris abſolutiſſimo judicio univerſam hanc diſſertationem meam lubens merito ſubmitto; meque ſimul ut ſuæ gratiæ atque
D favori eadem CELSITUDO habere commendatum velit, etiam atque etiam obſecro. Deus Optimus Maximus CELSITUDINEM TUAM S. Cæſar. Majeſtati, Sacrove Romano Imperio, & Divinæ Domui Auſtriacæ, quam diutiſſime ſalvam, incolumem & ſuperſtitem præſtet. Perſcribebam Francofordiæ a d. XV. Kalend. Novembr. A. C. N. CIƆIƆCXXVI.

CELSITUDINIS VESTRÆ

Obedientiſſimus Cliens

Melchior Goldaſtus
Heiminsfeldius &c.

MEL-

MELCHIORIS GOLDASTI *HEIMINSFELDII*
CONSULTATIO
DE
OFFICIO ELECTORIS BOHEMIÆ,
IN IMPERIO ROMANO-GERMANICO.

DUo inprimis in hac quæſtione ambigi animadverto. Primum eſt, An A
Rex Bohemiæ ſit juſtus ac legitimus Elector, an vero tanquam extraneus,
veluti inſuſpectus arbiter, ad paria Electorum vota decernenda
& definienda tantum adhiberi debeat. Alterum eſt, an, ſi concedatur,
juſtum eſſe Electorem, in ordinario Electorum Conventu Collegiali,
in quo de rebus Imperii gravioribus deliberandum eſt, ſeſſionem ac ſuffragium
habeat.

I. *IN CONVENTU ELECTORIO.*

1. QUod ad primum membrum hujus quæſtionis attinet, non miror dubitari a vulgo
Doctorum, qui rerum Imperialium ſunt imperitiſſimi, & in Republica B
noſtra non magis ſapiunt, quam (ut Plautino verbo utar) occiſa ſus: illud miror, reperiri
quoſdam inter Archiprincipum Electorum Conſiliarios, qui tam hoſpites in Imperio
noſtro ſunt, ut jura ejus, quæ tamen profitentur, ignorent. Etenim ex Actis
publicis, monumentis antiquis, probatis hiſtoriis, & receptis Imperii Conſtitutionibus
manifeſtum eſt, Regem Bohemiæ jam inde ab initio Septemviralis Collegii pro juſto
ac legitimo Electore ſemper fuiſſe habitum. Hinc eſt, quod Rudolphus I. Imperator
in Conſtitutionibus de Jure Electoratus in Romano Imperio, Regibus Bohemiæ
competente, §. 3. ait: *Hæc vero jura Pincernatus & Electoratus, nedum dicto Regi
& ſuis heredibus didicimus competere, ſed etiam ſuis progenitoribus, abavis, atavis,
proavis, & avis, pure pleniſſime competebant.* Et in Edicto Germanice propoſito, C
§. 2. *Derwegen wir das hiermit genugſam erklären, daſs der Böheimiſch König und
alle ſeine Nachkommene ſeyn und bleiben ſollen die Keyſerliche Churfürſten, deren jeglicher
bey der Wahl eines Keyſers die vollkommene Macht und Gewalt haben ſoll, ſo wol
als der andern Churfürſten einer: wie dann ſolches bey des jetzigen Durchleuchtigſten
Wenceslai Königs in Böheim, unſers allerliebſten Sohns, An- und Uranherren
löblicher Gedächtnuſs jederzeit löblichen im Brauch geweſen.* Quo vidit indubie Rupertus
Comes Palatinus Archiprinceps Elector, qui in diplomate ſuo, quo jura Electoris
Bohemiæ in Comitiis Metenſibus anno 1356. confirmavit, §. 2. ait: *Licet de juribus
Sereniſſimi Principis, Domini Regis Bohemiæ Illuſtris, Coëlectoris, Comprincipis
& Collegæ noſtri, nulla ſit juris ſeu facti dubietas, quia ipſe ab atavis, proavis, avis,* D
*& progenitoribus ſuis, ad inſtar noſtri & quorumlibet aliorum Coëlectorum Principum,
in electione Romani Regis ad Imperium promovendi pleno jure fretus ſit hactenus &
fruatur, ſicut hoc luce clarius ſemper apparuit ab eo tempore, cujus apud homines memoria
non exiſtit, &c.* Et hoc Carolus IV. Imperat. in Aurea Bulla paſſim ingeminat,
obtineri *ex antiqua approbata & laudabili conſuetudine.*

2. Quæ conſuetudo etiam antequam Collegium Electorale inſtitueretur, in uſu
fuit, ut Dux ſive Rex Bohemiæ eandem poteſtatem in electione Imperatoris haberet,
quam cæteri Germaniæ Principes habere conſueverunt. Exſtat Diploma Electorale,
quo Germaniæ Principes electionem Philippi Imperatoris, Erfordiæ anno 1198. peractam
Pontifici Romano inſinuant; in cujus ſubſcriptione inter ſæculares Principes pri- E
mo loco legitur: *Rex Boëmiæ, Dux Saxoniæ, Dux Bavariæ, Dux Auſtriæ, Dux*

Moraviæ,

A *Moraviæ, &c.* Et infra: *Magnitudini veſtræ duximus declarandum, quod mortuo
inclito Domino noſtro Henrico Romanorum Imperatore Auguſto, collecta multitudine
Principum, Illuſtrem Dominum noſtrum Philippum in Imperatorem Romani ſolii rite &
ſolemniter eligimus, &c.* Et in electione Friderici II. Imperatoris primas partes Re-
gem Bohemiæ tenuiſſe ex ipſius Imperatoris confeſſione liquet. Nam in Conſtitut. de
Privilegiis Regis Bohemiæ edit. §. 2. in hunc modum ſcribit: *Und dieweil wir je und
allwegen geſpüret, was dem Romiſchen Keyſerthum vor fleisſige und herrliche Dienſt
von aller Böheimiſchen Nation, von Alters her, in der Zeit geleiſtet: unter welchen
dann dieſer nicht für den geringſten Dienſt zu achten, indem uns der Durchleuchtige
Primislaus Ottokar, König in Böheim, eben mit ſo viel Treu als Fleiſs, vor allen an-
B dern Fürſten, beſonders vorgezogen, und unſerer Wahl alſo ſtandhafftig, fleisſig und
nützlich beygeſtanden, &c.* Electionem item Wilhelmi Comitis Hollandiæ, qui anno
1247. Coloniæ Agrippinæ electus fuit, Rex Bohemiæ ſua auctoritate, ut primarius
Germanici Imperii Princeps, non modo peregiſſe, ſed & ipſum Comitem ante ele-
ctionem more apud majores noſtros uſurpato, in Ordinem Equeſtrem ictu gladii in
collum impacto adſcivit, ut videre eſt in Regula Militaris Ordinis, quæ habetur *Tom.
2. Conſtitut. Imper. fol.* 400. Matthæus Paris, qui Richardo Imperatori a conſiliis
fuit, *in Hiſtor. Reg. Angliæ* ſcribit ad annum 1258. *Hi ſunt maximi Principes in
Alemania, ad quorum nutum pendet electio ipſius Regni, quod eſt quaſi arrha Impe-
rii Romanorum, Archiepiſcopus Coloniæ, Archiepiſcopus Moguntinus, Archiepiſco-
C pus Treverenſis: Rex Bohemiæ, Comes Palatinus de Rheno, Dux Auſtriæ, Dux
Sueviæ, qui & Comes Burgundiæ, Dux Poloniæ, Marchiſius de* Brandeborg, *Dux
de Meran, Dux Brabantiæ (qui & Lovaniæ) Landgravius Thuringiæ, Marchio
Miſniæ.*

3. Inſtituto deinde Septemvirorum Imperii Electorali Collegio, (cujus originem
referunt ad diuturnum illud ſchiſma, quo Alphonſus Hiſpanus & Richardus Anglus de
Imperio litigabant, & vulgo non ab ratione Interregnum appellari ſolet) Rex Bohe-
miæ ſemper primum locum inter ſeculares Principes occupaſſe memoratur. Namque
in Conſtitut. Rudolphi I. Imperatoris qui ab Electoribus, ſpreto Alphonſo, in locum
defuncti Richardi ſurrogatus fuit, §. 1. ſcribitur: *Inquiſitionis circumſpectæ præhabita
D indagine, ſcrutinioque ſolerti ſcire deſideravimus, quid quantumve juris in Romano
competat Imperio & in electione Romanorum* Regis, *futuri Imperatoris, inclyto Regi
Bohemiæ, Principi & filio noſtro chariſſimo, & heredibus ipſius. Quo facto Princi-
pum, Baronum, Nobilium & Procerum Imperii, nec non veteranorum communi aſſer-
tione & concordi teſtimonio comperimus aſſonante, ipſum Regem Bohemiæ, Imperii de-
bere Pincernam exiſtere, & jus ac officium Pincernatus apud eum, necnon ejus here-
des, jure hereditario reſidere.* Et §. ſeq. 2. *Extitit etiam dilucide declaratum, præ-
dictum Regem Bohemiæ & ſuos heredes, in electione Regis* Romanorum, *futuri Impe-
ratoris cum cæteris Electoribus habere debere ad ſimilitudinem aliorum Electorum,
eligendi plenarium jus & vocem.* Et §. 4. *Volentes dicti Regis & heredum ſuorum di-
E ſpendiis cavere, jus & officium Pincernatus in Imperio ſibi & heredibus ejus, & non
alii, competere, & in electione* Regis Romanorum, *futuri Imperatoris, habere jus &
vocem clare recognoſcimns, approbamus, & præſentium teſtimonio profitemur.* Hanc
conſtitutionem, ne quis confictam, aut incertam putet, Carolus IV. Imperator ad
ſupplicationem Ordinum Bohemiæ, Sileſiæ, & Moraviæ, anno 1378. Pragæ exiſtens
confirmavit, in cujus diplomatis §. 2. verba leguntur, quæ fidei faciendæ cauſa ad-
ſcribam: *Ad noſtræ Celſitudinis* (inquit Imperator) *venerabiles Archiepiſcopus Pra-
genſis, Olomucenſis, Wratislavienſis, & Lytomislenſis Epiſcopi, necnon Illuſtres Jo-
hannes Carinthiæ, Comesque Tyrolis & Goriciæ, germanus noſter chariſſimus, ac
Nicolaus Opaviæ & Ratiboriæ Duces, cæterique Prælati, Duces, Principes, Baro-
F nes, Proceres & Nobiles Regni noſtri Bohemiæ, & pertinentiarum ejusdem, præſen-
tiam accedentes, Nobis humiliter ſupplicarunt, ut quasdam literas Rudolfi Divi Ro-
manorum Regis, prædeceſſoris noſtri, Nobis per ipſos exhibitas, noſtra confirmare au-
ctoritate dignaremur, &c.*

4. Defuncto poſt annum Rudulpho Cæſare, cum Electores anno 1292. Fran-
cofordiam conveniſſent, & Wenceslaus Bohemiæ Rex per Legatos ſuos, jus ac vocem
ſuam Archiepiſcopo & Electori Moguntino, ad cujus Metropolim tunc Bohemia per-
tinebat,

tinebat, & a quo Rex etiam inungi ac coronari conſueverat, delegavit. Teſtis eſt ipſe A
Gerhardus Archiepiſcopus in inſtrumento ea de re confecto, quod ſic habet: *Nach-
dem wir im verſchienen* 1291. *Jahr unſern Mit-Churfürſten zur Wahl eines Ræmi-
ſchen Königs einen Tag zu Franckfurt angeſtellet haben, allda dann mit unſerer und
unſer Mit-Churfürſten, denen ſolche Wahl gehörig, Bewilligung, die berühmte Män-
ner, &c. des Königs aus Böheim beſondere, mit voller Macht und Gewalt Abge-
ſandte, von uns und unſerer Mit-Churfürſten Gegenwärtigkeit, des Grosmächtigen
Fürſten und Herrn, Wenceslai Königs in Böhmen, Marggraffen zu Mähren, und
Hertzogen zu Krackaw und Sandomirien, Entſchuldigung vorgebracht, und ſol-
ches, daſs er zu dieſer Wahl eines Römiſchen Königes ſelbſt perſœnlichen, aus ehe-
hafften, nicht erſcheinen können, mit ihrem Eyde bekräfftiget und erhalten, und uns* B
*deſſelbigen ihres Königes Stimme, deren er ſich ſonſten, als ein Churfürſt und bey der
Keyſerlichen Wahl der Ertzſchenck, Macht zu gebrauchen hat, anheim geſtellet ha-
ben, wir auch mit Willen unſerer Mit-Churfürſten ſeine Stelle angenommen, alſo ha-
ben wir ſo wol vor unſer Perſon, als an ſtatt und von wegen vorgemelten Kœnigs in
Bœhmen, den Durchleuchtigſten Fürſten und Herrn Adolphum Graffen von Naſſau
zu einem Ræmiſchen Kœnig erwählet.* Johannes Rex Bohemiæ in Diplomate, quo
jura Electoratus Rudolfi Comiti Palatino confirmat, eum vocat *Principem & noſtrum in
ipſa electione Coëlectorem.*

5. Cujus declarationi adſtipulatur etiam Rupertus Elector Palatinus in diplomate,
quo Regem Bohemiæ declarat eſſe legitimum Electorem, §. 3. *Sereniſſimi Principes* C
*& Illuſtres Domini, Bohemiæ Reges, ab atavis, proavis, & progenitoribus ſuis, ab
eo tempore, cujus apud homines memoria non exiſtit, habuerunt continuo, habent &
habere debent jus & vocem plene & omnimode ad inſtar noſtri & aliorum Comprincipum
& Coëlectorum noſtrorum, tam ſpiritualium quam ſecularium, in electione Romano-
rum Regis ad Imperium promovendi, ita videlicet, ut quotiescunque caſus talis ele-
ctionis emerſerit, Sereniſſimus Princeps Dominus Rex Bohemiæ, qui pro tempore fue-
rit, ad celebrandam electionem ipſius ſolenniter vocari debeat, & in ipſa electione
omnibus juribus ſuis, voce videlicet & loco, & aliis quibuslibet ad hæc ſpectantibus, per
ſe vel Nuncios ſuos legitimos & Ambaſiatores, & ad inſtar noſtri & aliorum omnium
Comprincipum, Coëlectorum & Collegarum noſtrorum, tam ſpiritualium quam ſecula-* D
*rium, qui ſunt, & qui fuerunt pro tempore, ſic cum omni reverentia & honore gaude-
re, ſicut de jure & more Sacri Imperii Principes Electores talibus freti ſunt retroactis.*
Necnon Carolus IV. Imperator in Aurea Bulla *cap.* 7. §. 1. *Generaliter longe late-
que eſt publicum, & quaſi per totum orbem notorie manifeſtum, Illuſtres Regem Bo-
hemiæ, necnon Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Bran-
denburgenſem, virtute Regni & Principatuum ſuorum, in electione Regis Romano-
rum in Cæſarem promovendi, cum cæteris Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus ſuis
Coëlectoribus, jus, vocem, & locum habere, & una cum ipſis cenſeri & eſſe veros &
legitimos Sacri Imperii Principes, Electores, &c.* Et *cap.* 4. §. 3. *Primo quidem inter-
rogabit* (ſcilicet Moguntinus Archicancell.) *a Treverenſi Archiepiſcopo, cui primum* E
*vocem competere declaramus, ſicut invenimus hactenus competiiſſe: ſecundo a Colonien-
ſi, cui competit dignitas, nec non officium Romanorum Regi primum Diadema Regium im-
ponendi: tertio, a Rege Bohemiæ, qui inter Electores Laicos ex Regiæ dignitatis faſtigio,
jure & merito obtinet primatiam: quarto a Comite Palatino Rheni: quinto a Duce Sa-
xoniæ: ſexto a Marchione Brandenburgenſi: Horum omnium vota, præmiſſo jam or-
dine dictus Archiepiſcopus Moguntinenſis perquiret.*

6. In diplomate publico Electorum, quo Caroli V. Imper. electio Francofordiæ
per Decanum Moguntinum promulgata fuit, legitur: *Haben unſere gnädigſte Herren
die Churfürſten, geiſtlich und weltlich, mit ſampt des Kœnigs von Bœhems Willen und
Wiſſen, als Oberſten Churfürſten des heiligen Reichs, &c.* F

7. Et memorabile eſt, quod Hartmannus Maurus quondam Electoris Colonienſ.
Cancellarius, in tract. de Coronatione Caroli V. Imperatore apud Aquiſgranos facta
memorat. Verba ejus digniſſima ſunt quæ adſcribam. Sic autem habent: *Rex Bo-
hemiæ eſt Elector Imperii, & tertium in Conſilio Electorum tempore Electionis Regis
ſuffragium adhibet: ita quod impune præteriri non poterit ob pœnam, quæ in Aurea
Bulla exprimitur. Et cum tempore electionis Divi Maximiliani, eo quod forte non ſa-*

A *tis conveniebat inter Fridericum Cæſarem & Regem, præteritus fuiſſet, adeo non diſſimulanter tulit, ut pœnam Aureæ Bullæ, in quam inciderunt Principes, acerrime interpellando poſtulare non ceſſaret, armaque præter hoc ſe illaturum minaretur, redireque aliquandiu in gratiam litique renunciare pertinaciter recuſaret, niſi ea conditione, ut remitteretur Regibus Bohemiæ jus illud Imperatorum, quod Reges Bohemiæ, Imperatores in Italiam in perſonis euntes ſequi coguntur, aut loco ejus Servitii octingentos Ducatos, quoties Imperatorem alpes tranſcendere contigerit, exoluere. Illo negato, a Cæſare Friderico tandem ſub pacto atque conventione, ulterius ipſos nequaquam prætereundi Reges Bohemiæ, ſub pœna quingentarum marcarum auri, deciſum tranſactumque fuit, & Ladiſlaus Rex, ratificata electione Maximiliani, quæſitis juri liti-*
B *que renunciavit, Principibus hac etiam excuſatione utentibus, electionem Maximiliani non ex prædeſtinato Francfordiæ, ſed urgentibus de cauſis perceleriter atque ſubitarie celebratam.*

8. Ex quibus documentis & ordinationibus publicis Imperii, cuivis jam liquere arbitror, quanto errore hactenus plerique in Imperio noſtro ducti exiſtimarint, Regem Bohemiæ in electione Regis Romanorum non habere ſuffragium, ſed tantummodo arbitrium in diſcordia Electorum. Hi nunc melius edocti errorem ſuum licet corrigant, ſanius porro ſapiant, diſcantque Regem Behemiæ & legitimum eſſe Electorem, & tertiam habere vocem in ſuffragiis, & votando antecedere Comitem Palatinum, Ducem Saxoniæ, Marchionem Brandeburgenſem, & Archiepiſcopum Moguntinum, qui tanquam Collegii Decanus pro more habet ultimum votum.
C

9. Sed nobis forte objicient auctoritatem Juris Saxonici, in quo expreſſis verbis legitur, *Regem Bohemiæ Electorem non eſſe, quod Theutonicus non ſit.* Sic enim ſtatutum dicitur in ſpeculo Saxonum, in Wichbildo, Magdaburgenſi, in jure feudali &c. Necnon etiam in libro, qui intitulatur, *Keyſerlich Land-und Leben-Recht*, *lib.* 1. *c.* 29. §. 2. *in fin.* exſertim ſcribitur: *Doch iſt zu wiſſen, daſs der König von Böhem kein Kur hat, wann er nit ein teutſcher Mann iſt.* Idem repetitur *lib.* 2. *c.* 8. §. 5. *in fin.* Quorum textuum falſa auctoritate factum fuit, ut Sigiſmundus Rex Poloniæ, Ludovici Hungariæ & Bohemiæ Regis impuberis patruus, qui anno 1519. Legatos ſuos cum ingenti pompa Francofordiam ad conventum Electoralem miſerat, ut
D Adminiſtratorio nomine vicem ſuam in electione Regis Romanorum gererent, tanquam extraneus & inhabilis, a jure ac poteſtate ſedendi, ſuffragandi & eligendi excluſus fuit, ut ex Actis electionis Caroli V. Imper. manifeſtum eſt.

10. Verum hi, quicunque ita præcepti ſentiunt, ſi cum animo ſuo perpenderint, non eandem eſſe fidem privatis collectionibus adhibendam, quantam publicis Ordinationibus & perpetuæ conſuetudini, facile originem erroris iſtius deprehendent. Doctores, inquam, Itali, iidemque maximam partem Canoniſtæ fuerunt, a quibus falſiſſimam iſtam opinionem Germani hauſerunt. Quum enim belli iſti Juris-Conſulti *in c. venerabilem. Ext. de elect. & electi pot. & in Clement. de jurejur. c. un.* legiſſent, Romanum Imperium a Græcis translatum fuiſſe in Germanos, & ad Germanos
E Principes jus ac poteſtatem perveniſſe, ita argumentari cœperunt: Rex Bohemiæ non eſt Germanus, ſed Sclavus: ergo non eſt Elector. Quæ ridicula ratiocinatio facili inſtantia refelli poteſt, ſi ad hunc modum reponamus: Dux Lotharingiæ non eſt Germanus, ſed Gallus: ergo non eſt Princeps Imperii: quum tamen conſtet inter Hiſtoricos, Ducem Lotharingiæ olim jus ac poteſtatem eligendi Romanorum Regem tam activam quam paſſivam habuiſſe, quum adhuc eligendi facultas penes univerſos Imperii Principes eſſet. Deinde in confeſſo eſt, Bohemiam cum Moravia ab omni ævo Germaniæ fuiſſe annumeratam, quemadmodum ex Cæſare, Plinio, Tacito, Mela, Solino, Ptolomæo, aliis, Coſmographi tradunt. Atque Germanico Imperio conſtituto eandem Bohemiam cum Moravia initio ad Salisburgenſem, poſtea Moguntinam Metropolim
F ſpectaſſe, nemo opinor inficiabitur, qui Bohemorum Chronica legit. Et Carolus M. omnes Gentes Sclavicas, Bohemos, Moravos, Siluſos ſive Sileſios, Luſatios, Polonos, &c. Germanico Imperio incorporaſſe, non ex hiſtoriis tantum, verum etiam Capitularibus ejus conſtitutionibus patet. Quin immo non Regem modo Bohemiæ, ſed & Marchionem Moraviæ, qui interdum etiam Dux vocatur, vocem ac ſuffragium in electione Regis Romanorum habuiſſe, ex ſubſcriptione Diplomatis Electoralis, & aucto-

auctoritate Matthæi Paris ſuperius laudata manifeſtum fit. Quid multis verbis opus? A
Audiamus Carolum IV. Imperatorem, qui in conſtitut. Romæ data anno 1355. ex conſiliü Principum decreto ſancivit: *Durch die Durchläuchtigen Königen zu Bœhmen, derſelben Cron zu nutz und frommen, dem Römiſchen Keyſerthum aber nicht allein zu dergleichen Nutz, ſondern auch Ehr und Ruhm, dienlich erkennet werden, und damit die Böhmiſche Künige aus ihren Landen zu der Wahl eines Römiſchen Künigs neben andern Churfürſten zu ſeiner Zeit einen deſto beſſern Zutritt haben, und mit beſſerer Gelegenheit durchkommen köndten: dann dem Königreich Böhmen, als einem vortrefflichen Gliede des Keyſerthums, eine ſolche Breite des Lands wol anſtehet, &c.*
Et in Aurea Bulla *cap.* 25. §. 2. *Decernimus & hoc perpetuis temporibus valituro ſan-* B
cimus edicto, quod ex nunc inantea perpetuis futuris temporibus inſignes & magnifici Principatus Imperii, videlicet Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ & Marchionatus Brandenburgenſis, &c. Et §. 5. de iisdem Electoribus ait: *Qui propinquiora Sacri Imperii membra eſſe noſcuntur.* Sed clarius *in conſtit. de Jure Electoratus Bohemiæ* §. 3. ubi de Proceribus Bohemiæ, Moraviæ & Sileſiæ, qui jura Regni ſui confirmari ab Imperatore ſupplicabant, ſic ſcribit: *Quos honoris & felicis ſtatus Romanorum Regni & Sacri Romani Imperii fideles & ſollicitos præ cæteris novimus Zelatores, ipſumque* Regnum Bohemiæ *Romanorum* Regni *nobilius membrum fore, &c.*

11. Quum ergo ex prædictis conſtet, Regnum Bohemiæ cum annexis ſuis Prin- C
cipatibus feudum eſſe Imperiale, teſte Friderico II. Imperatore *in Reichs-Satzungen, fol.* 30. & Carolo IV. Imperatore in *Aur.* Bull. *cap.* 2. & in *Reichs-Satzungen fol.* 150. & quidem Germanico corpori inſertum, ut paſſim ex *Aurea Bulla* & *Conſtitut. Friderici II. Imperatoris* §. 7. eluceſcit; atque in *Matriculis* taxatum, ut videre eſt *in Reichs-Handlungen*, *fol.* 65. & *Actor. Brunſuicenſ. tom.* 2. ubi aliquot Matriculæ referuntur, in quibus Rex Bohemiæ cum cæteris Electoribus contribuere decernitur, maxime ad expeditionem Romanam ſive *Römerzug*, juxta ſanctionem *d. Friderici II. Imperatoris* §. 7. mirari ſatis nequeo Doctorum noſtrorum ſimplicitatem, qui ſibi ab imperitis Italis tam turpiter imponi paſſi fuerint, ut aſſeruerint, Regem Bohemorum
Imperii noſtri Civem non eſſe, cujus præcipuum membrum jam annos amplius octin- D
gentos extitit. Nam quod ad fundamenta illorum attinet, quod ponunt in *d. c. venerabilem*, ſciendum eſt, illud capitulum eſſe Innocentii III. Papæ, qui Fridericum II. Imperatorem in Concilio Lugdunenſi circiter annum Chriſti 1245. habito abdicavit, & ſimul etiam Regem Bohemiæ Imperatori adhærentem ac fidelem jure ſuo defraudare annisus eſt, ut patet ex *Actis Concilii*, & fragmento ex Matthæo Paris relato in *Conſtit. Imp. tom.* 3. *fol.* 386.

12. Ex ejuſmodi autem lutulentis ac turbidis Doctorum Italorum commentis, Prudentes noſtri, Ecko de Repkaw ſpeculi Saxonum, Burckhardus a Mangelfeld Wichbildi Saxonum, & Anonymus Juris Feudalis Saxonum compilatores errorem illum
imbiberunt, ut ſcripſerint, Regem Bohemiæ Electorem non eſſe, quod Theutonicus E
non ſit. Ex quorum dictis ille etiam, quicunque tandem fuit, qui *das Keyſerliche Land-und Leben-Recht* conſcripſit, opinionem ſuam exſtruxit, quam paulo ante adduximus. Et fere inter Doctores noſtros ita fieri ſolet, ut alter alterius errorem, ceu grus gruis, ſectetur, nec oculos ſuos in rem ipſam conferat, ut quid verum ſit, & quid non, accuratius conſideret.

13. Hinc tot turbæ in Imperio noſtro ab imperitis Conſultis & rerum Imperialium expertibus & olim datæ fuerunt, & hodie excitantur. Quemadmodum in hoc negotio Regis Bohemiæ factum legimus, adeo ut in Aulis Principum exſtiterint, qui e Scholis Italicis prodeuntes jura Regis controvertere auderent. Unde Principes Electores con-
venientes, controverſiam illam componere ac decidere coacti fuerunt, ut ex conſtitu- F
tionibus Rudolphi I. & Caroli IV. Impp. & Ruperti Electoris Palatini colligitur. Qui Rupertus quid de Doctoribus Italiæ, de Juris Saxonici Auctoribus eorumque aſſeclis determinaverit, non ab re erit commemorare. Sic autem ait §. 2. circa medium in *Declarat. de Jure Electoratus Regibus* Bohemiæ *competente: Nonnulli filii tenebrarum oculis cæcutientibus, a divina luce remoti, in meridiana claritate palpitant, ſicut in noctibus, & offendicula laqueosque præparant iniquitatis & ſceleris, Diabolica me-*

 dia

A *dia ſuggerente jugum veritatis deferre præ mole graviſſimi ponderis coagulati mendacii nequeuntes, ſuper ipſis offendiculis corruunt, & ſuorum laqueis iniquorum conceptuum ſe involvunt, ut lucem tenebras judicent, & tenebras ipſam lucem. Igitur ad abundantioris cautelæ præſidium, ut præfato Sereniſſimo Principi, Dn. Regi Bohemiæ, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ, in perpetuum ſecurius caveatur, & omnes dubietatum amputentur calumniæ, & ne quibuslibet otioſe loquentibus malignandi materia relinquatur, &c.* Num quid plura cupiemus dici in eos, qui Regem Bohemiæ negant eſſe juſtum ac legitimum Germanici Imperii Archiprincipem & Electorem?

II. *IN CONVENTU COLLEGIALI.*

B 1. Nunc ad alterum propoſitæ quæſtionis membrum accedamus. Sunt quidam Principum noſtrorum Conſiliarii, qui minime quidem eunt inficias, Regem Bohemiæ in electione Imperatoris, jus, vocem, locum, & omnia ad eam ſpectantia obtinere: Sed nolunt concedere, eidem quidquam juris competere in congregationibus ſive conventibus Collegialibus Principum Electorum. Qui profecto quid dicant, mihi non magis ſcire videntur, quam ſuperiores illi, qui de jure Electoratus ambigunt. Omnis enim Conventus Electorum eſt Collegialis, ſive ſuper electione peragenda, ſive ſuper rebus Imperii deliberandis indicatur & inſtituatur. Nec ullum diſcrimen, quod illi confingunt, in ordinationibus Imperii demonſtrari poterit inter Electoralem & Collegialem Conventum, id eſt, *Wahl-und Collegial-Tag*, quoad hoc, ut aliqui huic C interſint, aliqui excludantur, quod diſcrimen abſurdum eſt, & nuperrime demum ſine ulla fundamenti ratione excogitatum. Ubi enim lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Atqui Lex Aureæ Bullæ non diſcernit hos duos conventus, ſed utrumque eodem loco habet, & ad utrumque omnes Electores pariter vocat, ut paulo poſt demonſtrabitur.

2. Equidem Regem Bohemiæ jam ab antiquiſſimis temporibus, & cum adhuc Dux exſtiterer, ad graviores quasque Imperii cauſas deliberandas adhiberi ſolitum eſſe, ex priſcis monumentis obſervavi. Namque anno 1106. cognitionem cauſæ vertentis inter Henricum IV. Imperatorem & ejus filium Henricum V. Regem Romanorum, non potuiſſe abſente Duce Bohemiæ decerni ipſe Imperator edixit in Reſcripto ad Prin-D cipes Imperii miſſo Coloniæ congregatos, in quo legitur: *Oportet nos habere ſaltem tales inducias, intra quas poſſemus convocare, & precibus invitare ad hanc eandem cauſam, ut ſint nobiſcum, Moguntinum & Treverenſem & Bremenſem Archiepiſcopos; Friſingenſem, Auguſtenſem, Curienſem, Baſilienſem, Epiſcopos: Ducem Magnum Saxoniæ cum Duce Theodorico, & Ducem Bohemicum, & Comitem Flandrenſem, cum Comite Burgundiæ, & alios qui ad præfatum negotium, ut bene ſcitis, ſunt valde neceſſarii.* Et anno 1162. indictis Biſantii Comitiis, ad dijudicandam cauſam vertentem inter Fridericum I. Imperatorem & Alexandrum Papam, Rex Bohemiæ cum *primis Imperii Principibus* vocatus comparuit, & conſilio atque arcanis deliberationibus præſens interfuit, ut auctor eſt præter alios Radevicus Canonicus Friſingenſis, qui illa ætate E te vixit. Quæ tanta Regis Bohemiæ in Imperio auctoritas atque poteſtas, permovit ſcribam illum, qui diploma de privilegiis Friſiorum a Carolo M. conceſſorum confinxit, ut primo loco pro reſtibus induceret, qui conceſſionem illam ſubſcriptionibus ſuis roborarint, *Wenceslaum Regem Bohemiæ*, & *Ludolfum Ducem Moraviæ*, quod nimirum in pleriſque vetuſtis inſtrumentis ſibi notaſſet Regis Bohemiæ adſtipulationem ſemper fuiſſe requiſitam. Mirum autem quin Rex Bohemiæ, cum locum, ſeſſionem ac ſuffragium in Comitiis Imperii generalibus tanquam Princeps ejusdem Imperii olim habuerit, & adhuc habere debeat, nullam facultatem in Particularibus Archiprincipum conventibus, ut Elector, occupare poſſit.

3. Nec obſtat Friderici II. Imp. privilegium, quo Reges Bohemiæ ad certa tan-F tum loca Bohemiæ vicina in Comitiis adeſſe tenentur. Verba privilegii hæc ſunt: *Wir befreyen ſie auch in krafft unſers Keyſerlichen Gewalts mit dieſem, damit der vorgenannte Durchläuchtige Künig in Bæhmen, und alle ſeine Nachkommende, zu unſerm Keyſerlichen Hoff* (Latine Curiam Imperialem, id eſt, Comitia) *nirgends hin zu ziehen*

ziehen verbunden ſeyn ſollen, es were dann Sach, daſs wir unſere Hoffhaltung oder Zuſammenkunfft gen Bamberg, Nürnberg oder Merſsburg anſtellen würden, daſelbſt hin ſollen ſie zu erſcheinen verpflichtet ſeyn. Idem jus ex beneficio Friderici I. Imperatoris profitentur Archiduces Auſtriæ, ut in conſtitutione Ratisbonæ promulgata §. 6. legitur: *Dux etiam Auſtriæ non tenetur aliquam Curiam accedere, edictam per Imperium, ſeu quemvis alium, niſi ultro de ſua fecerit voluntate.* Quam conſtitutionem poſtea idem Fridericus II. Imperator confirmavit, ut videre eſt *Conſt. Imper. tom. 1. fol.* 85. Et tamen etiamnum Auſtriaci ſolent Comitiis intereſſe & ſuffragari, quantumvis privilegiati. Rationem afferunt ex privilegio quodam Julii Cæſaris, quod ſic habet ab Imperatore Henrico IV. confirmatum Dürnpuchi, anno 1058. *Über das ſo nemmen wir denſelben unſern Oheim und all ſein Nachkommen, zu Rathherren in den heimlichſten Ræmiſchen Rath, alſo daſs hin und hin kein ewig Ding oder Sach geſchehen ſoll, ohn ſein Wiſſen.* Nec exiguum hoc Senatoriæ facultatis privilegium reputari debet. Intereſt namque potentis in Republ. Principis atque Civis, ne quid ſine ejus præſentia atque conſilio temere deliberetur, quod in perniciem ſtatus ſui vergere poſſit. Ideo non ſine graviſſima cauſſa Carolus V. Imper. privilegium Fridericianum hac adjecta conditione limitavit, §. 11. *ſuæ Conſtitutionis: Er iſt auch nicht ſchuldig auff die Reichstäg zu kommen und zu erſcheinen, dann mit gutem Willen: So aber der Hertzog auff einer Reichsverſammlung iſt, ſoll er als ein Pfaltzer Hertzog gehalten werden, und nichts weniger im Sitz und Gang zu der rechten Seiten deſs Reichs, die erſte Statt, nach den Churfürſten haben und behalten.* Sane non minoris refert Regis Bohemiæ, quam Archiducis Auſtriæ, ut antiquum locum in Comitiis Imperialibus ſive renovet; ſive retineat; quem ei & perpetua immutabilisque pragmatica ſanctio concedit, & prudentes noſtri ſummorum Imperii Principum Cancellarii & Conſiliarii vulgi aſſignant; ut ſunt Paurmeiſterus Brunſuigius, Stephanus Pomeranus, Schönbornerus Sileſius, alii Juris publici interpretes, qui de Jurisdictione libros compoſuerunt. Quorum opinionem Carolus IV. Imperator *in Aurea Bulla c.* 4. quod *de Principibus Electoribus in communi* titulatur, confirmare videtur in hunc modum edicens: *Statuimus, ut quotiescunque Imperialem Curiam* (id eſt, Comitia) *ex nunc inantea celebrari contigerit, in qualibet ſeſſione, videlicet tam in Conſilio & Curia, quam in menſa, & locis aliis quibuscunque, ubi Imperatorem vel Regem Romanorum cum Principibus Electoribus ſedere contigerit, &c.* Rex *Bohemiæ cum ſit Princeps coronatus & unctus, primum & poſt eum continuo Comes Palatinus Rheni ſecundum ſedendi loca debeant obtinere.* Ecce ait, *tam in conſilio*, id eſt, Senatu Electorum Imperii, &c.

4. At enim ne longius a propoſita quæſtione evager, Regem Bohemiæ in quacunque Curia Archiprincipum Electorum Collegiali, jus, vocem, ac locum non minus obtinere, quam cæteros Coëlectores, indubitati juris eſt. Et quanquam Hartman. Maurus, quondam Electoris Colonienſis Cancellarius, *in tractat. de Coronat. Caroli V. Imperatoris apud Aquiſgranum facta* ſcribat, *Regem Bohemiæ perraro adeſſe Conventibus tractatibusque Electorum*, tamen ex illis ipſis verbis evidenter colligitur, eum aliquando adfuiſſe & adeſſe debere: & Carolus IV. Imperator *in Aurea Bulla cap.* 12. quod *de congregatione Principum Electorum* inſcribitur, ubi in genere de ſeptem Electoribus, Behemo minime excluſo ita conſtituit: *Inter illas multiplices Reipubl. curas, quibus aſſidue mens noſtra diſtrahitur, multa conſideratione neceſſarium fore proſpexit noſtra ſublimitas, ut ſacri Imperii Principes Electores ad tractandum de ipſius Imperii orbisque ſalute, frequentius ſolito congregentur: qui ſolidæ baſes Imperii & columnæ immobiles, quemadmodum per longinquas adinvicem terrarum conſiſtunt diſtantias, ita de incumbentibus regionum ſibi cognitarum defectibus, referre ſimul & conferre noverunt, ſanisque providentiæ ſuæ conſiliis non ignorant ac commodis talium reformationibus ſalubriter opem dare.* Et ne quis hoc caput ad conventum Electoralem trahat potius quam Collegialem, ſubjicit continuo §. 2. *Duximus ordinandum, quod iidem Principes Electores de cætero per ſingulos annos ſemel, transactis a feſto Paſchæ Reſurrectionis Dominicæ quatuor ſeptimanis continue numerandis, in aliqua civitate Sacri Imperii perſonaliter congregentur, &c.*

5. Nemo opinor tam præfractæ frontis erit, ut velit aſſerere, Imperatores noſtros more Conſulum Romanorum annuatim eſſe eligendos. Itaque de Collegiali communium Electorum conventu inſtituendo prorſus debet intelligi. Et concordare videtur *cap.* 20. ubi ordinatur, quod *Poſſeſſor cujuslibet Principatus, etiam juris, vocis,*

A *officii, dignitatis & pertinentiarum omnium ad illum ſpectantium, quieta debeat & libera poſſeſſione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipſeque & nemo alius, per cæteros Principes Electores ad electionem & omnes actus alios pro Sacri Imperii honore vel opportunitate gerendos, omni tempore aſſumi ſine contradictione qualibet, & admitti, &c.*

6. Huic conventui Reges Bohemiæ, ut Archiprincipes Electores, interfuiſſe, & vocem deciſivam habuiſſe, exempla verificant. Cum Rudolpho Comiti Palatino Rheni ac Duci Bavariæ Electoratus controverteretur, Joannes Rex Bohemiæ in conventu Electorum Collegiali Francofordiæ poſt Chriſtum natum, anno 1339. interfuit, & cum Coëlectoribus ſuis eam cauſſam pari poteſtate dijudicavit. Exſtat Regis diploma,
B in quo ita legitur: *Nos Johannes Dei gratia Bohemiæ Rex ac Lucemburgenſis Comes, notum eſſe volumus, &c.* Et inferius; *Nos tanquam is, ad quem hoc de jure, ſicut ad Principem & Electorem Imperii, ſpectare dinoſcitur, &c.*

7. De controverſia quoque, quæ inter Rupertum Seniorem, & Rupertum Juniorem, Comites Palatinos acerrime & hoſtiliter agitata fuit, & in conventu Nurmbergenſi per Collegium Electorale deciſa, exſtant ſeptem Electorum diplomata ſingulatim eodem tenore data. In Caroli Regis Bohemiæ, qui ſimul etiam Imperator fuit, ſententia hunc ad modum præſcribitur: *Recognoſcimus publice per præſentes, & notificamus, &c. quod nos cum omnibus Principibus Electoribus Eccleſiaſticis & ſecularibus, & ipſi nobiſcum voluntate communi & unaniniter in Imperiali noſtra Curia Nu-*
C *renbergiæ deliberavimus & concordavimus, & cum jure & ſententia invenimus: invenimus, declaramus, & pronunciamus pro jure, tanquam Rex Bohemiæ, Sac. Imp. Rom. Archipincerna & Coëlector præfatorum Principum, &c.* Et in Germanica editione vetuſta: *Daſs wir mit allen Churfürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, und ſie mit uns mit gemeinem Willen, und einmüthiglichen in Keyſerlichem Hoffe zu Nürnberg zu rath worden und übereinkommen ſeyn, und mit Recht und Urtheil funden haben, und finden, und ſprechen für ein Recht, als ein Künig in Böheim, des heyligen Reichs obriſter Schenck und ein Mit-Churfürſt der ehegenannten Fürſten:* Et in altero diplomate in eadem Curia Norimbergenſi eodemque anno 1356. data, quod in Archivo Palatino aſſervatur circa finem legitur: *Durch mehrer Sicherheit geben und thun wir darzu un-*
D *ſer Gunſt, Wort und Willen, als ein Kænig zu Bæheim, des heyligen Reichs obriſter Schencke und ein Kurfurſte uff die Rede, daſs die obgenannte Ding in ihren Kräfften blieben, &c.* Et in Aurea Bulla, in qua agitur de univerſi Imperii reformatione, idem Rex, in proëmio edicit: *Futuris diviſionum & diſſenſionum periculis inter Electores ipſos, de quorum numero, ut Rex Bohemiæ eſſe dinoſcimur, ratione duplici, tam ex Imperio, quam electionis jure, quo fungimur, occurrere teneamur, &c.*

8. In Actis Reipubl. Nurembergenſis contra Marchionem Brandenburgenſem ſuper Burggraviatu Norico ad revidendum prolatis, exſtant aliquot diplomata ſeptem Electorum, quibus eidem Reipubl. confirmantur jura ac privilegia ab Imperatoribus obtenta. Et inter alia quoque Wenceslai Regis Bohemiæ, quo tanquam Archiprin-
E ceps Elector Reipub. ratificat conceſſionem foreſti Imperialis, juriſdictionis in Zeidlarios, Ducatus per viam Regiam, & aliarum eidem Repub. ab Imperatore conceſſarum libertatum.

9. In Actis etiam Civitatis Imperialis Fridbergenſis adverſus Burggravium ejuſdem loci nuper evulgatis itidem quædam ſeptem Electorum inſtrumenta leguntur, ubi Regis Bohemiæ, tanquam (ut dictum eſt) Archiprincipis Electoris, non omiſſum eſt. Unde liquido conſtare poteſt, & mens ac ſententia Aureæ Bullæ, & par eademque Regis Bohemiæ cum Coëlectoribus conſtans ac perpetua auctoritas: quippe ſine cujus conſenſu vel aſſenſu nihil in Imperio agi, ordinari, concedi ac decerni poterat, quod ratum eſſe deberet. Et dubitabitur adhuc, an ei locum in Collegiali Electorum congre-
F gatione habere liceat?

10. Sed videamus quibus rationibus nitantur, qui Regem Bohemiæ ab Collegiali Electorum conventu ordinario excludere geſtiunt. Principio ajunt, eum fœdera (quæ Germanice *der Churfürſten Einung*, id eſt, Concordata Electorum appellantur) cum cæteris Electoribus pro manutenenda communi dignitate proximis ſæculis non percuſſiſſe, neque ejus ullam rationem aut mentionem in concordatis illis exprimi. Reſpondeo, etiam ab electione olim excluſum fuiſſe, neque in Capitulationibus Imperialibus, ſive Pactis inter electum Imperatorem & Archiprincipes Electores ſancitas ullam ejus ra-

tionem

tionem aut mentionem fieri, num ideo eum hodie a Conventu Electorali arcendum pu- A
tabunt? Minime id vero; & rationem cur olim excluſus fuerit, aſſignat Albertus Kran-
tzius *lib, 8. Metropol. Saxon. cap.* 5. hiſce verbis: *Regem Bohemiæ annumerant in diffe-
rentia cæterorum ſextum. Ab initio annumeratus erat Teutonis, quia in ſolo Germa-
nico ſedet, circumfuſus Germanis: ſed nunc, quia nationem ſpecialem fovet, & Re-
gnum ejus in ſchiſmate eſt, ad electionem non vocatur.* Videmus duas cauſſas, propter
quas Rex Bohemiæ ad Electotalem conventum non fuerit accitus. Prima, quod pro
ſchiſmatico & hæretico, quippe Huſſita, haberetur: altera ex communi illo errore na-
ta, quem ſupra refutavimus, quod nimirum Theutonicus non eſſet.

11. Eædem ipſæ cauſſæ, accedente Romani Pontificis inſtinctu, Electores quon-
dam permoverunt, ut Regem Bohemiæ ad Collegiales ſuos cœtus noluerint admittere, B
aut accerſere. Quod minime obſcure indicat idem Krantzius in eodem loco, ſubjiciens:
*Ottonis quidem Tertii Imperatoris tempore paruit Imperio, & quoniam Quartus Karo-
lus, qui eam rem ponebat in ordinem, dans Auream deſuper Bullam ſuper ordine, offi-
ciis, miniſterio ſingulorum, Rex erat Bohemiæ, non præterivit* Bohemiæ *Regem in hac
deſignatione, licet filius ejus Wenceslaus eum ordinem primus ruperit, per ignaviam
ſuam, etiam Romanorum Regno deſtitutus, ut ſuccederet Robertus Bavarus; & de-
inde frater ejus Sigismundus, qui adeo reperit rem Bohemicam turbatam ſchiſmate,
ut reparari non poſſit. Inde eſt illa in electione omiſſio Regis Bohemiæ: nec ille, credo,
magnifecit.* Ita quidem ætate Krantzii; ſed quo pacto id poſt ea cum Ladislao Rege
Bohemiæ ac Poloniæ bellum Electoribus minitante tranſactum, ordinatum ac conſtitu- C
tum fuerit, ſupra ex Hartmanno Mauro retulimus.

12. At rurſum inſtant aliqui, dicentes, etiam ante Bohemorum ſchiſma, &
Huſſi ætatem Regem a Conventibus Collegialibus fuiſſe amotum. Conjecturam opina-
tioni ſuæ ducunt ex Archiprincipum Electorum Epiſtol. ad Benedictum XII. Papam, in
qua ſex tantum Electores, omiſſo Bohemo, de graviſſimo Imperii negotio inter Imperato-
rem & Papam controverſo, more ſolenni conſenſiſſe & conſtituiſſe commemorantur? Re-
ſpondeo; tum Johannem Regem Bohemiæ a partibus Papæ contra Imperatorem Ludovi-
cum Bavarum & Coëlectores ſuos ſteriſſe, ut ex omnibus hiſtoriis noſtris notum eſt.
Qui tamen eodem ipſo anno 1388. Imperatori reconciliatus, una cum Karolo Marchio-
ne Moraviæ ad Collegialem conventum Rheinſæ indictum acceſſit, conſilio interfuit, D
& decreto ſubſcripſit. Docet id Aventinus *lib. 7. Annal. Bojor. fol.* 621. ſcribens: *In
pomario vici Rhenoſe in ripa Rheni amnis, ubi fere Septemviri Cæſariani Electores
convenire, atque de ſummis Imperii rebus colloqui ſolent.* Ecce ait: *Septemviri*; ergo
& Rex Bohemiæ cum ſex Coëlectoribus ordinario illi Senatui Collegiali, in quo de gra-
viſſimis Imperii rebus conſultare ſolebant, intereſſe conſueverat. Exſtat ipſum Electo-
rum commune decretum, & in eorum numero ante Palatinos refertur Joannes Rex Bo-
hemiæ & Comes Lucenburgenſis.

12. Oggerunt iterum adverſarii, Regem Bohemiæ non operas Imperio volunta-
riasque collationes præſtare, neque gratuita onera ferre, nec Otdinationes Imperii le-
gesque ſervare; & ea de cauſſa pro ſtatu Imperii non eſſe habendum. Reſpondeo, ea- E
dem de cauſſa nec Archiducem Auſtriæ pro ſtatu Imperii eſſe habendum, qui eadem
præſtare non ſolet. Nempe Rex Bohemiæ per Reſcripta Imperarorum ac Principum
oneribus illis ſolutus atque exemptus eſt. Cur ergo Privilegiis ac libertatibus ſuis uti frui
prohibeatur? Dux Saxoniæ apellationes ad Cameram aut Imperatorem non admittit:
num ideo Elector Imperii cenſendus non eſt! Deinde falſum eſt, quod ajunt, Regem
ſolennes contributiones detrectare: cum certum ſit conſtetque inter omnes, ab indi-
cto expeditionis Romanæ tributo, eum non magis eſſe liberum, quam cæteros Electo-
res. Si ad hanc conditionem cum Principibus Imperii agere volunt, quid quæſo de Du-
cibus Burgundiæ & Lotharingiæ ſtatuendum putabunt, qui paulo minoribus privilegiis,
quam Rex Bohemiæ, muniti ſunt? Certe nuſquam vidi eos a Comitiis Imperii genera- F
libus arceri. Staus liberi atque exempti, non ideo Status eſſe deſinunt: nec privilegia
cuiquam damnoſa eſſe debent, quæ non in præjudicium aut fraudem utentium, ſed ho-
norem atque dignitatem, ad demerendam ipſorum in fide conſtantiam, ob bene præ-
clareque de Imperio merita, Imperatores noſtri introduxerunt. Comes Hollandiæ
olim ſemper pro Principe Imperii habitus fuit, & in Comitiis calatis ſuffragium habuit:
& tamen liberrimus fuit, atque a cunctis oneribus immunis. Unde Wilhelmus cum in or-
dinem Equeſtrem ante unctionem Imperialem a Rege Bohemiæ reciperetur, in hæc
verba

A verba juramentum ſuum orſus eſt: *Ego Wilhelmus Comes Holandiæ, Militiæ Princeps, Sacrique Imperii vaſallus liber*, &c. Talis etiam eſt Rex Bohemiæ, qui in juribus ſuis juxta ordinationes Imperii, & Auream Bullam, Cæſareamque Capitulationem, manutenendus eſt, non oppugnandus.

13. Denique objiciunt, Regem Bohemiæ, quod in circulis illis, in quos Imperium digeſtum atque partitum eſt, non comprehendatur, ad Imperii negotia tractanda accerſeri non debere? Quod profecto non minus imprudenter, quam imperite ab illis adſtruitur. Quaſi vero Circulus Bohemicus, Imperii Circulus non ſit, nec ſeparatus a cæteris Regnum conſtituat, in eoque contineatur ipſe Rex, Archiepiſcopus Pragenſis, Epiſcopi Olomucenſis, & Uratislavienſis: Marchiones Moraviæ & Luſatiæ: Du- B ces Sileſiæ: Comites, Glaciæ, Slickii in Stein Elenbogen &c. Civitates, Egra, Joachimivallis, &c. qui olim immediata Imperii membra extiterunt, & ſuos conventus circulares non minus, quam reliqui in Imperio circuli, in commune celebrare hodieque ſolent, & a vicinis circulis, neceſſitate urgente, evocari poſſunt, juxta pacta ſingularia cum vicinis inita, quas *Einungas* ſeu *Erbeinigungas* vernacula voce appellant; & Imperii noſtri Conſtitutiones, in quibus Regnum Bohemiæ cum incorporatis Provinciis non modo ad ſubſidia Reipublicæ neceſſaria miniſtranda obligatur, verum etiam ad opem periclitantibus Imperii Statibus ferendam conjunctiore quodam fœdere, ceu membrum unius ejusdemque corporis ſub capite Imperatore, obſtrictum nexumque tenetur.

C 14. Atque hæc ſunt, quæ ad propoſitam quæſtionem in loco alieno, breviſſimo & temporis ſpatio, carptim extemporaliterque, ut memoria fugax atque labilis dictabat, reſpondere nunc potui. Quæ ſi præſenti Scenæ nonnihil inſervire poterunt, erit ut gaudeam me occaſionem eſſe nactum Sereniſſimæ Regiæ Majeſtati devotum animi mei affectum declarandi; ſin, paratus ſum omnia & ſingula ſuo loco & tempore accuratius exactiusque conſummare? ſalvo interim rectius ſaniusque ſapientium judicio, quum maxime Illuſtrium & Conſultiſſimorum Regiæ Majeſtatis Conſiliariorum, quorum æquiſſimæ cenſuræ hanc Conſultationem meam extemporalem lubens merito ſubmitto, eorumque favori me ſubnixe commendo.

Perſcriptum Norimbergæ in Conventu S. Rom. Imperii Archiprincipum Electorum Collegiali, a. d. IV. Eid. Octobr. A. N. C. ∞ I Ↄ CXI.

APPEN-

APPENDIX,

In quo continentur Privilegia, Inſtrumenta, & alia Documenta, quorum in tractatu fit mentio, pro ejus certitudine ac veritate comprobanda in hanc ſeriem chronologicam digeſtus & appoſitus.

I.

Symmachus Papa confert Archiepiſcopo Laureacenſi pallium Archiepiſcopale cum legatione vicis Apoſtolicæ in Pannonia & Moravia, anno 501.

SYMACHUS ſanctæ Apoſtolicæ ſedis gratia Dei Epiſcopus, reverendiſſimo & ſanctiſſimo fratri *THEODORO* ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopo. Diebus vitæ tuæ pallii uſum, quem ad ſacerdotalis officii decorem, & ad oſtendendam unanimitatem, quam cum beato PETRO Apoſtolo univerſus grex dominicarum ovium, quæ ei commiſſæ ſunt, habere dubium non eſt: ab Apoſtolica ſede, ſicut decuit, popoſciſti, quod utpote ab eiſdem Apoſtolis fundatæ Eccleſiæ majorum more libenter indulſimus ad oſtendendum te Magiſtrum & Archiepiſcopum, tuamque ſanctam *Lauriacenſem* Eccleſiam provinciæ *Pannoniorum* ſedem fore Metropolitanam. Idcirco pallio, quod ex Apoſtolica cari-
A tate tibi deſtinamus, quo uti debeas ſecundum morem Eccleſiæ tuæ, ſolerter immonemus, pariterque volumus, ut intelligas quia ipſe veſtitus, quo ad Miſſarum ſolemnia ornaris, ſignum prætendit Crucis, per quod ſcito te cum fratribus debere compati, ac mundialibus illecebris in affectu crucifigi. Unde cum te foris hujus- 2
modi inſignio indueris, intus in animo conſidera, quod hoc ſit magis oneris quam
B honoris, atque cor tuum DEO tegente ab appetitu iſtius ſeculi ſic tempera, ut & commiſſam exequi gubernationem ſtudeas, & adeptæ dignitati, cujus ſublimaris officio & probitate morum & vivacitate ſollicitudinis ac cuſtodia integerrimæ fidei congruas, quatenus tu ipſe a remuneratore omnium bonorum DEO, & benedictionis gratiam, vitamque æternam conſequi merearis, Amen.

II.

Eugenius II. Papa commendat Archiepiſcopo Laureacenſi *vices ſuas in Pannonia & Moravia, anno 826.*

EUGENIUS Epiſcopus ſervus ſervorum DEI *RATHFREDO* ſanctæ *Favianenſis* (α) Eccleſiæ, & *METHODIO* Eccleſiæ *Speculi Julienſis*, quæ & *Soriguturenſis* (β) nuncupatur, atque *ALEWINO* ſanctæ *Nitravienſis* Eccleſiæ, parique modo *Annoni S. Vetuarenſis* (γ) Eccleſiæ Epiſcopis, ſimul etiam *TUTTUNDO*, nec non *Moymaro* Ducibus, & Optimatibus, Exercitibuſque plebis *Huniæ*, quæ & *Avaria* dicitur, & *Mora-*
C *via*. Deſiderio ſalutis animarum veſtrarum filii in Chriſto chariſſimi. Cum audivimus Chriſtianiſſimam converſationem veſtram, & ſanctæ fidei bonorumque operum veſtrorum proceſſum, ſummo gaudio atque lætitia fuimus exhilarati, quia divina in vobis operante clementia, ut Apoſtolus ait, *ubi habundavit delictum, ibi ſuperhabundat gratia*, atque quomodo ſancta DEI Eccleſia noſtris temporibus quoti-
D dianum in electione veſtra ſuſcipit incrementum.

(α) Stredovvsky antiqua hæc locorum nomina ita interpretatur *lib. I. c. 11. Morav. Sacra*: *Favianenſis* ipſi eſt *Viennenſis*. (β) Olomucenſis. (γ) Wehleradenſis.

mentum. Cujus optabilis rumoris index fuit reverendiſſimus *TROLFUS* ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus & ſanctiſſimus frater noſter, veſter autem ſpiritualis pater, qui per ſuam ſanctam prædicationem adoptivos DEO vos genuit filios. Is itaque ad Apoſtolorum limina orationis cauſa veniens novam Eccleſiam noſtris Apoſtolicis benedictionibus informandam ſubnixe commendavit, quia Domino auxiliante, Catholice gubernandam in veſtris partibus ſuſcepit. In quibus etiam quondam *Romanorum* quoque *Gepidarumque* ætate ut lectione certum eſt, in ſeptem Epiſcoporum parochias anteceſſores ſui jure Metropolitano obtinuerant diœceſin. Qua ex juſtitia & lege præfatus DEO digniſſimus Archiepiſcopus debito obligatur, ut illi terræ prius Chriſticolæ, atque ſuorum antiquitus anteceſſorum creditæ providentiæ, quam nunc vos DEI omnipotentis occulto mediante judicio velut hæreditariam poſſidetis ipſe Evangelicus agricola diu negata cœleſtis ſpargat ſemina vitæ, atque in lucrandis Chriſto animabus redivivam de
3 vobis nutriat ſegetem. Quem nos doctiſſimum divini oraculi miniſtrum ſaluti veſtræ cognoſcentes, per omnia neceſſarium fide & exemplo probatum merito erga illum Apoſtolicam ſervantes ſententiam, qua dicitur: *Quomodo credent ſine prædicante, aut quomodo prædicabunt niſi mittantur*, ab hac ſancta Romana matre Eccleſia vobiſcum (*b*) Rectorem tranſmiſimus, atque in præfatis regionibus *Hunniæ*, quæ & *Avaria* appellatur, ſed & *Moraviæ*, provinciarum quoque *Pannoniæ* ſive *Meſiæ*, Apoſtolicam vicem noſtram & diœceſin, atque jus Eccleſiaſticum exercendi, & uſum ac poteſtatem anteceſſorum ſuorum, videlicet ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ Archiepiſcoporum ſibi ſucceſſoribusque ſuis canonica authoritate committimus, atque hujus conſtitutionis noſtræ decretum ſubſcriptionis privilegio roboramus. Pallium præterea juxta conſuetudinem antiquam ſanctitati ſuæ dedimus, quod ita ſibi conceſſimus, ſicut prædeceſſores noſtri, ſuis prædeceſſoribus conceſſere, privilegiorum ſuorum ſcilicet integritate ſervata. Cujus dilectioni quamvis hoc debito permitteremus, propter veſtras autem petitiones ſuper hac re flagitantibus ad honorem ſuum noſtram Apoſtolicam vicem & auctoritatem inſuper accumulavimus, quod numquam ſuis permiſſum eſt prioribus.

A Quatenus & vos Confratres & Coepiſcopi deinceps ei reverentiam ampliorem exhibere ſciatis, & in ſana doctrina cœleſtis eruditionis ad ædificationem veſtram ut filii ſapientes obediatis, atque vos laici primates & vulgus ſaluberrimis præceptis ſuis non velut homini, ſed tanquam DEO humiliter obtemperetis & in fide Catholica, quam per Dominum JESUM conſecuti eſtis, fortes permaneatis. Nam totius
B doli artifex Diabolus, cujus dominio & populis in Baptiſmate abrenunciatis, jacturam & damnum veſtræ ſalutaris ſurreptionis moleſte patitur, ac per varias occaſiones Zizania perfidiæ ſeminando velut multa injuria bacchatur, & ut veſtrum aliquis terga vertat ſanctæ profeſſioni inceſſanter molitur. Quapropter ſæpe dicti Archiepiſcopi, videlicet paſtoris veſtri a DEO deſtinati, inſtitutionibus benignas aures
C præbete, qui vos & verſutiam ſathanæ cavere, atque ejus æternos cruciatus evadere inſtruit, ac ipſe in die judicii de bonis operibus veſtris, ſeculorum Domino perpetua remunerandos gloria præſentabit. Ad perfectam autem & neceſſariam eruditionis veſtræ ſalutem, ut comperimus non ſufficiant pauci, qui modo conſtituti ſunt vobis Epiſcopi, quia plures ſunt adhuc gentilitatis errore ibidem detenti, ad quos
D propter inopiam præconum divini verbi nondum pervenit notitia Chriſti. Idcirco enim, ut accreſcat turba fidelium, ſtudeat ſolertia veſtra pro mercede & remiſſione peccatorum veſtrorum adminiculum atque juvamen præbere Reverendiſſimo *IROLFO* Archiepiſcopo, quatenus dudum illic conſtitutorum Epiſcoporum numerus impleatur, qui congrue conſtituti, & vobis poſteriſque veſtris poterunt eſſe proficui,
E ſi ad reſtaurationem Eccleſiarum propter 4
nomen Domini de poſſeſſionibus veſtris, quas reditus doteſque earum fama divulgante quondam fuiſſe noveritis, æternam ſufficientiam vobis comparantes, eiſdem Eccleſiis ipſi conferatis, idoneis viris ad hoc miniſterium electis, maxime in illis locis, ſi oportunitas & utilitas commendaverit, ordinentur antiſtites, ubi indicia Eccleſiarum & ædificiorum ſedes Pontifi-
F cales olim fuiſſe demonſtrant, ſin autem illius arbitrio & deliberationi qui vel ubi diſponantur Epiſcopi concedimus, cui vicem noſtram apud vos Eccleſiaſtici regiminis per omnia commiſimus.

III.

(*b*) Peſſina in *Mart. Morav. lib. 1. c. 3.* legit *vobis tunc.*

III.

Querimonia ad Dominum Papam, quod Moraviam Metropolitano Bavariæ juri ſubtraxerit, proprioque Archiepiſcopo ſubdiderit, anno 900.

DOmno (α) ſanctæ & Apoſtolicæ & univerſalis Romanæ Eccleſiæ Papæ HATHO indignus præſul Moguntienſis Eccleſiæ, cum univerſis ſuffraganeis noſtræ exiguitati adjunctis, debitum orationis obſequium, & fidelem ſervitutem. Noverit igitur ſublimitas ſanctitatis veſtræ, quod nulla fratrum unanimitas ſanctæ Romanæ Eccleſiæ poteſtati ſubjecta fidelior atque devotior ac ſubjectior apparet, quam nos, qui veſtræ Dominationi & capiti omnium Eccleſiarum omni mentis intentione ſubjicimur, plurimum gaudentes in Domino, & in dono gratiæ ipſius, quod per veſtram ſanctitatem & ſapientiam magnifice & ampliſſime ſedes ejuſdem Eccleſiæ dilatatur in religione divina, & in hoc inſtantiſſime precibus incumbimus, deprecantes divinam clementiam, ut ad altiora ſemper conſcendere vos, & de die in diem meliora ſectari atque perficere concedat. De cætero veſtræ clementiæ innoteſcimus, ſeniorem noſtrum ARNOLPHUM Imperatorem de hujus vitæ exilio migraſſe. Sed quod quamdiu in hoc mundo ſubſiſtimus per incerta ferimur, neſcientes ubi quorundam animæ poſt hanc lucem manſionem recipiant, veſtris quaſi provoluti veſtigiis ſubnixe poſcimus, ut animam ipſius veſtræ authoritatis poteſtate a vinculis peccatorum abſolvatis, quia *quæcunque ſolveritis ſuper terram erunt ſoluta in cœlo.* Tali vero Domino Rectore & gubernatore amiſſo in noſtris partibus vacillavit navis Eccleſiæ. Quem Regem eligeret parvo tempore inſcia manſit, & quia timor magnus aderat, ne ſolidum regnum in partes ſe ſcinderet, divino, ut credimus, inſtinctu factum eſt, ut filius ſenioris noſtri, quamvis parviſſimus, *communi conſilio Principum & totius populi conſenſu in Regem elevaretur, & quia Reges Francorum ſemper ex uno genere procedebant*, maluimus priſtinum morem ſervare, quam nova inſtitutione inſidere. Sed cur hoc ſine veſtra juſſione & permiſſione factum ſit, veſtram haud dubitamus latere prudentiam, nulla ſcilicet alia cauſa actum conſtat, niſi quia paganis inter nos & vos conſiſtentibus impeditum eſt iter noſtrum ad ſanctam matrem noſtram Romanam Sedem, ita ut nec legati a noſtra A parvitate ad veſtram dignitatem dirigi potuiſſent, Sed quia tandem occaſio & tempus advenit, quo noſtra Epiſtola veſtris obtutibus præſentaretur, rogamus noſtram communem conſtitutionem, veſtræ dominationis benedictione roborari. Inſuper etiam pietati veſtræ intimamus, quod Fratres & Patres, & Coepiſcopi noſtri *Bauvarienſes* ſe apud nos conquerentes, & alta ſuſpiria trahentes gemebant, qualiter B *Maravenſes* populi *Francorum* poteſtati rebelles, jactant ſe ab illorum conſortio eſſe diviſos, & ſeorſum Metropolitano gloriantur a veſtra conceſſione eſſe ſublimatos, cum nunquam Metropolitana ſedes inter illos haberetur, ſed ſemper illorum provinciæ & (β) diœceſi cohererent. Dolebant ſe etiam apud nos, quod quorundam machinatione magna infamia circa veſtram celſitudinem eſſent denotati, ſcilicet, ut (γ) C cum paganis fœdus & pacem inirent, & ipſi pagani conſilio eorum agerent tam multa nefaria & illicita. De his omnibus conſilium a nobis querentibus *Bauvarienſibus* Epiſcopis juſtum reſpondimus eſſe fratrum ſolatio ſemper adherere: quia Propheta inquit: *Ecce quam bonum & quam jocundum habitare fratres in unum.* Illi vero non in unum habitant, qui fratrum ſe ſolatio ſubtrahunt, aut fratribus inſidias D præparant. Nos illorum triſtitiæ compatientes, nolumus illis conſilium de talibus objectionibus præbere, priuſquam ad veſtram interrogationem per Epiſtolam noſtram veniremus. Semper nos ſcimus carnales ſpiritales ſolere perſequi, & malivolos benevolos infamare & lacerare. Prævidere ergo ſummopere debent, omnes qui ſacerdotes Domini perſequuntur tam occulte quam manifeſte: Ne ad illos pertineat, quod E Propheta dicit: *Cogitaverunt malitias in corde ſuo, tota die conſtituebant prælia, exacuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venena aſpidum ſub labiis eorum.* Et paulo poſt: *Cadent ſuper eos carbones, in igne dejicies eos.* Et iterum: *Vir linguoſus non dirigetur in terra. Virum injuſtum mala capient in interitu.* Et per Jeremiam inquit Dominus: *Omnes in ſanguine judicantur unuſquiſque proximum ſuum tribulat. Omnes in malum* F *manus ſuas præparant.* Non debent enim alieni Epiſcoporum aut accuſatores, aut judices

(α) *Johann IX.* (β) Balbinus legit *huic diœc.* (γ) Balb. *quod*

dices fieri. Unde de Loth eſt ſcriptum: A *Ingreſſus es, ut advena, nunquid ut judices.* Accuſator autem Epiſcoporum nullus ſit ſervus, aut libertus, nullaque perſona ſuſpecta, aut infamis, repellantur inimici & omnes laici. Iſti fratres & Coëpiſcopi noſtri *Bauvarienſes* veraces Dei cultores & boni paſtores pervigili cuſtodia cuſtodiunt gregem ſibi commiſſum, ne lupi rabies aliquam ſancti gregis oviculam rapiat in prædam ſuam. Stant pro muro domus B

6 Iſraël, ne aliqua vis inimica firmamentum Eccleſiæ diſſolvat. Qui tales inquietat, & ſua malitia impugnat, licet præſentem, futuram tamen non evadet pœnam, quia ſcriptum eſt: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Hæc autem omnia perſcripta vobis ideo dirigimus, quia eſtis caput totius ſanctæ Eccleſiæ, quacunque per orbem diffunditur, & ſolamen moerentium, quæcunque triſtia vobis contigerunt mem- C bris veſtris, quia ipſi ſanctiſſimi Paſtores Chriſti ſuperius dicti in nulla re a Catholica fide deviantes, ſed eandem ſanctis operibus & Eccleſiaſticis officiis ornantes apud nos conquerentes poſtulaverunt, ut veſtræ notitiæ manifeſta faceremus, quia & illi per ſeipſos vobis eadem innoteſcere vita comite promittebant. Unde poſcimus, ut veſtra conſolatio illorum mœrorem ad lætitiam reformet, & ſemper talia membra D ſummo capiti, quod eſtis vos, ſe gaudeant adhærere. Illi autem *Maravenſes*, ut noſtris auribus illatum eſt, in occaſionem ſuperbiæ ſuæ aſſumunt, quia a noſtra conceſſione dicunt ſe Metropolitanum ſuſcipere, & ſingulariter degentes aliorum Epiſcoporum conſortia refutant, ſi hac confidentia diutius inſtantur, uſque ad ſanguinis effuſionem, ut multi arbitrantur, proſilient. In quantum præſumimus, admonemus, quatenus veſtra auctoritas, priuſquam hoc contingat, ad humilitatis viam illos corrigendo deponat, ut tandem cognoſcant, cui dominatui ſubjici debeant. Nos ſiquidem debitores eſſe cognoſcimus, ſi quid a ſanctæ matris Romanæ Eccleſiæ ſcilicet contigerit elabi, vos inde certificari, ut veſtra potentia ad rectitudinis lineam perducatur. Quod ſi veſtra admonitio illos non correxerit, velint, nolint, Francorum Principibus colla ſubmittent, & credimus abſque effuſione ſanguinis & mutua cæde ex utraque parte tunc poſſe bene contingere. Iterum iterumque veſtræ dignitatis auribus replicamus, quod tam Epiſcopi quam laici *Bauvarienſes* in religione Chriſtianitatis nulla gente inferiores eſſe probantur, neque unquam *Franci* abſque illorum auxilio, aut in Eccleſiaſticis rebus, vel in bellicis negotiis nominatim vel fama dignum aliquid peregerunt. Sicut neque illi abſque iſtis.

IV.

Archiepiſcopi Juvavenſis & ſuorum Suffraganeorum litera ad Joannem IX. Papam, de Jure Patavienſis Eccleſiæ in Moravia, anno 901.

SUmmo Pontifici & univerſali Papæ, E non unius urbis, ſed totius orbis, Domino *JOANNI* Romanæ ſedis gubernatori magnifico, humilimi paternitatis veſtræ filii. *THEOTMARUS Juvavenſis Eccleſiæ* Archiepiſcopus, *WALDO Friſingenſis*, *ERCHEN-*

7 *PALDUS Eyſtatenſis*, *ZACHARIAS Sebonenſis*; *TUTTO Ratiſponenſis*, *RICHARIUS Patavienſis* Eccleſiæ Epiſcopus; Nec non & univerſus clerus, popu- F luſque Chriſtianus per totam *Noricam*, quæ & *Bavaria* converſatur, proſperum in Salvatore noſtro profectum, Catholicæ pacis augmentum, & regnum optamus æternum. Anteceſſorum veſtrorum Decretis & Catholicorum patrum inſtitutis pleniſſime inſtruimur in omnibus noſtro miniſterio ſacerdotali obſtantibus & adverſantibus Romanum appellare Pontificem, ut quod ad unitatem concordiæ, & ad cuſtodiam pertinet diſciplinæ, nulla diſſentione violetur, ſed ab ipſo ſumma proviſione decernatur. Nequaquam enim credimus, quod coacti quotidie audimus, ut de illa ſancta & Apoſtolica ſede, quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis & origo Chriſtianæ religionis, profluxerit quippiam perverſitatis, ſed doctrina & auctoritas Eccleſiaſticæ rationis. Sed venerunt ut ipſi promulgaverunt de latere veſtro tres Epiſcopi, videlicet *JOANNES Archiepiſcopus*, *BENEDICTUS & DANIEL* Epiſcopi in terram *Schlavorum*, qui *Maravi* dicuntur, quæ Regibus noſtris & populo noſtro, nobis quoque, cum habitatoribus ſuis ſubacta fuerat, tam in cultu Chriſtianæ religionis quam in tributo ſubſtantiæ ſecularis, quia exin-

exinde primum imbuti, & ex Paganis Chriſtiani ſunt facti. Et idcirco *Patavienſis* Epiſcopus civitatis, in cujus diœceſi ſunt illius tempore populi ab exordio Chriſtianitatis eorum, quando voluit & debuit, illuc nullo obſtante intravit, & ſynodalem cum ſuis & etiam ibi eventis conventum frequentavit, & omnia quæ agenda ſunt potenter egit, & nullus ei in faciem reſtitit, etiam & noſtri *Comites* illi terræ confines placita ſecularia illic continuaverunt, & B quæ corrigenda ſunt correxerunt, tributa tulerunt, & nulli eis reſtiterunt, uſque dum inceſſante corda eorum diabolo Chriſtianitatem abhorrere, & omnem juſtitiam detrectare, belloque laceſſere & obſiſtere ſæviſſime cœperunt, adeo, ut via Epiſcopo & prædicatoribus illo non eſſet, ſed libitu ſuo egerunt quæ voluerunt. Nunc vero quod nobis grave videtur, & incredibile in C augmentum injuriæ jactitant ſe magnitudine pecuniæ id egiſſe, qualia de illa Apoſtolica ſede nunquam audivimus exiſſe, neque Canonum decreta ſanxiſſe, ut tantum ſchiſma una pateretur Eccleſia. Eſt enim unus Epiſcopatus in quinque diviſus. Intrantes enim prædicti Epiſcopi in nomine veſtro, ut ipſi dixerunt, ordinaverunt in uno eodemque Epiſcopatu unum Archiepiſcopum, ſi tamen in alterius Epiſcopatu D Archiepiſcopium eſſe poteſt, & tres ſuffraganeos ejus Epiſcopos abſque ſcientia Archiepiſcopi, & conſenſu Epiſcopi, in cujus fuerunt diœceſi. Cum in Concilio Africano *cap. XX.* decretum ſit, *ut plebes, qui in diœceſibus ab Epiſcopis retinentur,* 8 *quæ nunquam Epiſcopos habuerunt, non niſi cum voluntate ejus Epiſcopi, a quo tenentur proprios accipiant Rectores, vel Epiſcopos.* Et item in eodem Concilio *cap.* E *LXV. Ut plebes, quæ nunquam habuerunt proprios Epiſcopos, niſi ex Concilio plenario unius cujus provinciæ & primatis, atque conſenſu ejus, ad cujus diœceſin eadem plebs pertinebat, Epiſcopos minime accipiant.* In Decretis Papæ Leonis cap. XV. ſcriptum eſt: *Nulla ratio ſinit, ut inter Epiſcopos habeantur, qui a provincialibus Epiſcopis cum Metropolitani judicio non conſecrantur.* Item *cap. XLIX. Si indignis quibusque &* F *longe extra ſacerdotale meritum conſtitutis paſtorale faſtigium & gubernatio Eccleſiæ detur, non eſt hoc conſulere populis, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen.* Et in *eodem capite* poſt pauca: *Difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio.* Et in decreto Papæ *CÆLESTINI* anteceſſoris veſtri, *cap. XVII.* continetur; *ne alicui locus con-*

A *cedatur ſacerdoti in alterius injuriam.* Anteceſſor veſter ZVENTIBALDO Duce impetrante, WICHINGUM conſecravit Epiſcopum, & nequaquam in illum antiquum *Patavienſem* Epiſcopatum eum tranſmiſit, ſed in quandam Neophitam gentem, quam ipſe Dux domuit bello, & ex paganis Chriſtianos eſſe patravit. Cum autem eiſdem *Slavis* locus familiaritatis apud legatos veſtros dabatur, accuſabant nos & diffamabant nos in multis & verbis mendacibus inſtabant, quia nemo eis vera reſpondebat, dicentes, nos & cum *Francis* & *Alemannis* ſcandalum & diſcordiam habuiſſe, cum hoc falſum eſſe ex hoc convincitur, quia amiciſſimi noſtri ſunt, & caritative cooperatores, & etiam cum ipſis impacatos eſſe accuſabant.

Quod non noſtra culpa exigente, ſed C ſua protervia faciente ita fatemur eſſe, quia quando Chriſtianitas illis cœpit vileſcere, & inſuper debitum tributum ſenioribus noſtris regibus, & principibus eorum ſolvere reſpuerunt, belloque reſiſtere, & gentem noſtram cœperunt laceſſere, orta eſt ſeditio inter illos, & quoniam armis ſibi eos defenderunt, & in ſervitium redigerunt: Idcirco *jure proprio tributarios* habere debuerunt & debent, & ſive velint ſive no- D lint regno noſtro ſubacti erunt: Quapropter oportet vos ab alto ſpeculari, & moderaminis temperiem præ omnibus tenere, ne pejor pars confortetur, & melior infirmetur. Progenitores namque ſereniſſimi ſenioris noſtri, *LUDWICI* videlicet Imperatoris & Regis, ex Chriſtianiſſima *Francorum* gente prodierunt: *Moimarii* vero *Schlavi a Paganis & Ethnicis venerunt. Illi potentia Imperiali Romanam rempubli- E cam ſublimaverunt, iſti damnaverunt; illi Chriſtianum regnum confortaverunt, iſti infirmaverunt: Illi toti mundo ſpectabiles apparuerunt; iſti latibulis, & urbibus, occultati fuerunt. Illorum conſilio Apoſtolica ſedes pollebat: iſtorum perſecutione Chriſtianitas dolebat. In omnibus his Juvenculus Rex noſter, nulli prædeceſſorum ſuorum inferior, ſecundum virtutem a Deo ſibi datam, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & vó- F bis ſummo Pontifici, cum omnibus regni 9 ſui Principibus adjutor optat eſſe fortiſſimus. Omne namque regnum divinitus ſibi commiſſum ad DEI ſervitium, ſuumque adjutorium unum vult & operatur. Unde & pace viget & concordia gratulatur, atque ad veſtram paternitatem, ſicut patris ſui, ſe pertinere lætatur. Quod nos præfati *Schlavi* criminabantur cum *Ungaris* fidem Catholicam violaſſe, & per *Canem* ſeu

Lupum aliaſque nefandiſſimas & Ethnicas A res ſacramenta & pacem egiſſe, atque ut in *Italiam* tranſirent, pecuniam dediſſe, ſi vobis coram poſito ratio inter nos agitaretur ante Deum, qui cuncta novit antequam fiant, & coram vobis, qui vicem ejus Apoſtolicam tenetis, eorum falſitas manifeſtaretur, & noſtra innocentia probaretur. Quia enim Chriſtianis noſtris longe a nobis poſitis ſemper imminebant, & perſecutione nimia affligebant, donavimus illis nul- B lius pretioſæ pecuniam ſubſtantiæ, ſed tantum noſtra linea veſtimenta quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus, & ab eorum perſecutione quieſceremus. Talia namque, ut præſcripſimus juxta malitiam cordis ſui argumentantes, & Pontifices veſtros ad injuriam noſtram incitantes, adeo, ut directa nobis epiſtola, quaſi ab Apoſtolica Sede hæc omnia improperabant, & diverſas injurias ingerebant, at- C que inter alia divino gladio feriendos dignos dicebant. Impletur enim in nobis quod quidam ſapiens ait: *Juſtus tulit crimen iniqui*. Ipſi enim crimen, quod nobis falſo ſemel factum impoſuerunt, multis annis peregerunt. Ipſi *Ungarorum* non modicam multitudinem ad ſe ſumpſerunt, & more eorum capita ſuorum Pſeudo-Chriſtianorum penitus detonderunt, & ſuper nos Chriſtianos immiſerunt, atque ipſi D ſupervenerunt, & alios captivos duxerunt, alios occiderunt, alios ferina carcerum fame & ſiti perdiderunt, innumeros vero exilio deputaverunt, & nobiles viros ac honeſtas mulieres in ſervitium redegerunt, Eccleſias Dei incenderunt, & omnia ædificia deleverunt, ita ut in tota *Pannonia* noſtra maxima Provincia, tantum una non appareat Eccleſia, prout Epiſcopi a vobis deſtinati, ſi fateri velint, enarrare poſſunt, E quantos dies tranſierunt, & totam terram deſolatam viderunt. Quando vero *Ungaros Italiam* intraſſe comperimus, pacificari cum eiſdem *Schlavis*, teſte Deo, multum deſideravimus, promittentes eis, propter Deum omnipotentem ad perfectum indulgere omnia mala contra nos noſtroſque acta, & omnia reddere, quæ de ſuis noſtros conſtaret habere, quatenus ex illis ſecuros nos redderent, & tamdiu ſpatium darent, quamdiu *Longobardiam* nobis intrare, & res ſancti Petri defendere, populumque Chriſtianum divino adjutorio redimere liceret: Et nec ipſum ab eis obtinere potuimus, & poſt tanta maleficia haberent beneficia, & ſunt falſi accuſatores, qui ſemper fuêre Chriſtianorum perſecutores. Si quis in toto mun- 10 do aliorſum nos oberraſſe & juſtitiæ reſtitiſſe probare conetur, veniat præſens, & eum ludificaſſe, noſque de hac re ſentietis puriſſimos eſſe. Idcirco ſinguli omneſque admonendo precamur, ne ullo modo alicui falſo de nobis aliquam ſuſpicionem referenti creduli ſitis, antequam oportunitas exigat, ut hujus rei gratia miſſus de veſtra celſitudine nobis aut a noſtra parvitate directus appareat vobis. Communis gemitus & generalis dolor anguſtat, quos *Germania* & tota tenet *Norica*, quod unitas Eccleſiæ dividitur ſciſſura. Eſt enim, ut præmiſimus, unus Epiſcopatus in quinque diviſus. Ideo ſi quid fraus maligni *Schlavorum* calliditate adduxerat, juſtitia vertat, Voſque virtute ex alto induti, & Apoſtolica poteſtate armati juxta Prophetam: *Quod fractum eſt alligate, quod infirmum conſolidate, quod abjectum reducite*, ut deinceps populus & fidei integritate gratuletur, & Sancta Eccleſia tranquilla devotione lætetur.

V.

Controverſia inter Laureacenſem & Juvavenſem Eccleſias ſuper jure Metropolitico in Regnis Pannoniæ & Moraviæ, anno 936.

AGAPITUS Epiſcopus Servus ſervorum Dei, fratri dilectiſſimo & reverendiſſimo *GERARDO*, ſanctæ Lauriacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, in Chriſto ſalutem. Petitiones tuas pro renovandis ſive approbandis Eccleſiæ tuæ privilegiis, venerabilis Fuldenſis Monaſterii Abbas *HADEMARUS* huc cauſa orationis veniens cum magna benevolentia noſtræ experien- F tiæ ſuggeſſit, pariterque jurgia & diſceptationes graviſſimas inter te & *Heroldum* Archiepiſcopum pro utrinque ſuſcepta in una provincia pallii auctoritate exortas, flebiliter nunciavit, quod & ipſi ex debita paſtorali cura nimio cordis mœrore dolemus, deteſtabiliterque profanamus. Quippe ſancta & univerſalis Eccleſia, cui authore Deo præſidemus, a religioſis atque pacatis ſacerdotibus ſuis, & in caritate non ficta ſolidatis

ſolidatis, quaſi totidem columnis innixa ful- citur; diſcordantibus autem & adverſum ſe hoſtiliter inſtante ſuperbia animum tollentibus, præſertim tantis Pontificibus velut evulſis ſuſtentaculis caſura, non ſine magno periculo, & vigoris ſui detrimento a proprio ſtatu concutitur. Inſuper etiam dum de foris inter vos pro pallii honore pertinaciter hujuſmodi contentio exercetur, agitur ut in fraterna æmulatione decor ſacerdotii intus evacuetur.

Inde ergo frater officium noſtrum illud eſſe perpendentes, ne inimicitiarum fomite in vobis ſuccreſcente, diſſidium
11 ſanctæ Dei Eccleſiæ atque ſcandalum ſine conſilii & utilitatis veſtræ reſpectu diutius nutriatur, ad ſequeſtrandum litem veſtram accedimus nos arbitros tam ex ſollicitudine a Domino regiminis injuncti, quam amborum veſtrorum amore ad hoc permoti, ita videlicet ut & de prælibata conflictus veſtri querimonia rationabilibus judiciis rite juſtitiæ ſatisfaciamus, & vos omni exploſa controverſia in fraternam concordiam Chriſto moderante revocemus.

Notum eſt igitur, literiſque penes nos commendatum, quibus Eccleſiarum locis dignitas pallii ab hac Apoſtolica ſede debeatur. *Lauriacenſem* autem urbem antiquitus *Metropolitanam* fore, & *Archiepiſcopii* ſedem cui ſanctitas tua præeſſe dignoſcitur, ſicut in privilegiis authenticis ad nos uſque a te directis legimus, ita quoque inventis quibuſdam exemplaribus chartæ eſt; & vetuſtate admodum attritis in Archivo S. Petri reperimus. Hanc etiam in exordio naſcentis Eccleſiæ & immaniſſima Chriſtianorum perſecutione a Doctoribus iſtius ſedis Catholicæ fidei novimus rudimenta percepiſſe, & exinde a ſuccedentibus prædicatoribus in *ſuperioris atque inferioris Pannoniæ* provincias ejuſdem fidei emanaſſe gratiam. Quibus etiam duabus provinciis illarumque Pontificibus uſque ad tempora *Hunnorum* non alius, quam ſanctæ *Lauriacenſis* præfuit Archiepiſcopus, quorum barbarica feritas non ſolum prædictam *Lauriacenſem* Civitatem, verum etiam in circuitu adjacentes regiones depopulavit, atque funditus deſolavit. Inde quidem contigit, ut Epiſcopi hac neceſſitate compulſi, ſede illa deſerta atque alio tranſlata, ſimul etiam Archiepiſcopalem ipſius ſedis deſererent honorem. Modernis autem, nec multum retro elapſis temporibus vacante ab Apoſtolico Vicario *Bavariorum regno*, ARNO primus ſanctæ *Saltzburgenſis* Eccleſiæ ſubrogatur Archie-

A piſcopus. Hæc teſtatur annoſa memorialis ſacri ſcrinii hiſtoria. Modo autem mortalibus propitiante Chriſto ab hoſtibus ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ quiete, & inhabitandi ſecuritate conceſſa, non alibi, quam ibidem fraternitatis tuæ cathedra oportet haberi. Quapropter reintronizamus te eidem Eccleſiæ ſanctorum Patrum videlicet prædeceſſorum noſtrorum, ſed & beatæ memoriæ Domini *LEONIS* Papæ, a quo B Excellentia tua pallio ac privilegio donata eſt, ſanctiones atque ſtatuta exequentes, ac ſæpedictam ſanctam *Lauriacenſem* Eccleſiam poteſtate & vice Beati *PETRI* Apoſtolorum Principis abſolvimus, & *Archiepiſcopamus*, & in *culmen Metropolitanum* ſublimamus, & privilegia nobis tranſmiſſa manu propria munimus & corroboramus, ac rata eſſe firmamus, denuoque tibi pallium cum præſenti præcepto ſecundum uſum C prius conceſſum, ſucceſſoribuſque tuis perpetim tenendum tradimus. Hiſque ex amuſſi ita ad juſtitiam reintegratis, decre- 12
vimus rixas veſtras, & diſſenſiones præfata ex cauſa derivatas dirimere, atque in fraternum amorem vos reconciliare, ſic ut utrique veſtrorum modo ſuſceptus ſervetur pallii honor illæſus, hortantes quatenus Apoſtolice inſtituti a modo non in contentione & æmulatione maneatis. Con- D ſtat quidem, quod canonice ſingulis provinciis ſinguli ordinantur *Metropolitani*, proinde diſtribuere, atque determinare ita vobis parochias, bonum & pacificum æſtimamus, ut diviſis *duabus Noricæ regionis provinciis*, *Heroldo* Archiepiſcopo *Occidentalis Pannoniæ* cura committatur & cuſtodia; tibi autem ſucceſſoribuſque tuis, propter emeritam antiquitatem ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ, cui jure juniorum reve- E rentia aſſurgit in benedictionis & ſedis ordine Prælatis atque Præpoſitis providentiam *Orientalis Pannoniæ*, regionemque *Avarorum* atque *Marahavorum*, ſed & *Schlavorum*, qui modo Chriſtiani, vel adhuc per baptiſma Chriſto lucrandi ſunt, circumquaque manentium credimus, noſtramque Apoſtolicam vicem in illis partibus prædicandi, & pro arbitrio veſtro, ubi opus eſt, Epiſcopos conſtituendi, omniaque diſpo- F nere atque ordinare tali authoritate atque poteſtate delegamus, ac ſi ipſi præſentes affuiſſemus. Quod ſi jam dictus *Heroldus* Archiepiſcopus deinceps ſuorumve quiſpiam ſucceſſorum minime diffinito limite contentus, ſed interdictam atque a ſua poteſtate ſeparatam Diœceſin repetere pervicaciter conatur, nec a prohibitæ contentionis ſchiſmate per iſtas noſtras Apoſtoli-

cas

cas traditiones atque determinationes compeſcitur: Ipſe etiam pie conceſſa dignitatis munificentia penitus privetur, atque ſecundum jus priſtinum, *ſuperior Pannonia* continuetur *inferiori*, atque tuæ tuorumque ſucceſſorum ambæ perpetualiter ſubjaceant ditioni. Allubeſcentes autem, aſſenſumque præbentes iſtis noſtris ſaluberrimis decretis, benedicimus, & Catholicos appro- **A** bamus; reſiſtentes vero atque infirmare, vel omnino pervertere contendentes, anathemate maranatha Sanctæ Trinitatis diſtricte percutimus, & Apoſtolica ſententia, qua multati Anania & Saphira exſpiraverunt, damnamus, & cum blaſphematoribus Sancti Spiritus ſempiternis cruciatibus puniendos deſtinamus.

VI.

13 *Benedictus VI. Papa confirmat Archiepiſcopo Salisburgenſi legationem Apoſtolicam in Pannonia & Moravia, anno 971.*

BENEDICTUS divina favente **B** gratia atque totius populi Romani electione Apoſtolicus. *FRIDERICO Salzburgenſis* Eccleſiæ Archipræſuli, una cum ſuis fratribus, videlicet *Noricæ provinciæ* Epiſcopis manſuram in CHRISTO felicitatem. Protoplaſto generis humani atque ejus ſemine ſerpentina ſuaſione in gemina cadente morte multas DEUS miſericordia ductus medicinas miſit in hunc mundum, Patriarchas ſcilicet juſtos, Prophetas veridicos, legiferum cum lege. Et his omnibus mundum ſalvare non valentibus noviſſime filium ſuum humana carne indutum ad redemptionem generis humani ad terras tranſmittere dignatus eſt. Eo itaque inter homines converſante duodecim elegit Apoſtolos, quos ad ſeminandum verbum DEI in corda fidelium per univerſum tranſmiſit orbem, quorum atque totius Eccleſiæ ſanctum conſtituit PETRUM Principem, cuique gregem commiſit Eccleſiaſticum tertio ei dicens: *Paſce oves meas.* Cui etiam ligandi atque ſolvendi tradidit poteſtatem dicens: *Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Et non ſolum ſancto talis conceſſa eſt PETRO potentia, ſed etiam ſuis ſucceſſoribus, ejus vicem in Eccleſia tenentibus, eadem ligandi atque ſolvendi a DEO tradita eſt poteſtas. Sancti itaque PETRI Apoſtoli ſucceſſores per loca, prout opus erat atque decuit, conſtituerunt Archiepiſcopos, qui eorum vicem tenerent in Eccleſiis, quia ipſi univerſas regere non poterant Eccleſias. Hos quoque vicem beati PETRI Apoſtoli, prout hominibus iſtius temporis poſſibile eſt, in Eccleſia tenentes ſtatuta illorum Anteceſſorum noſtrorum confirmare quantum poſſumus libenter deſideramus.

Concedimus itaque vicem Apoſtolicam *FRIDERICO Saltzburgenſis* Eccleſiæ antiſtiti, ejuſque ſucceſſoribus in tota *Norica provincia* & in tota *Pannonia ſuperiori* videlicet & *inferiori*, quomodo ſui anteceſſores eandem poteſtatem a noſtris habuere anteceſſoribus, ita ſcilicet ut nulli **C** liceat in præfatis provinciis ſibi uſurpare pallium, nec Epiſcopos ordinare, nec ullum officium quod ad Archiepiſcopum pertinere debet, præter præfatum Archiepiſcopum ejuſque ſucceſſores. Quicunque autem huic refragari vel contendere voluerit decreto, quam nos vice beati PETRI Apoſtoli fungentes conſenſu noſtrorum Epiſcoporum ac totius cleri Romanæ Eccleſiæ decrevimus, ſciat ſe beato PETRO ejuſque **D** Vicario eſſe contrarium atque fore anathema 14 uſque ad ſatisfactionem, ſive ſit Epiſcopus aut Presbyter ſive Clericus cujuſcunque ordinis, ſive laicus, cujuſcunque fuerit dignitatis, quia ſancta ſanctorum anteceſſorum noſtrorum ſolvere nolumus neque valemus. Sed quomodo illi conſenſu ſuorum Epiſcoporum ac totius Cleri conſtituerunt, fiat ex eorum pariter & noſtro decreto firmum atque perpetuum. **E** Quicunque autem Epiſcopi per amicos ſive clam per aliquam fraudem aliquando ejuſdem dignitatis petierint, ſive petierunt privilegium, illos ſuſpendimus ab ea dignitate, quia illicitum judicamus, ut aliquis Epiſcopus ſine totius ſuæ Provinciæ atque ſuffraganeorum ſuorum conſenſu pallium, ſive aliquod Archiepiſcopatus privilegium a Romano Pontifice acquirere præſumat.

VII.

Archiepiſcopi Laureacenſis litera ad Benedictum VII. Papam de jure ſuo Metropolitico in Pannoniam Orientalem, Mœſiam & Moraviam, anno 976.

ORdinis ac nominis cariſmate prærogato ſanctæ Romanæ ſedis univerſali **BENEDICTO** Pontifici **PILGRIMUS** ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ humilis ſervitor. Fidelitatem precum devotumque ſervitium. Notum fieri dignetur vobis ſumme ſacerdotum præſul, quod ſuper omne animi mei deſiderium nunc delectaret, & Apoſtolorum viſitare limina, veſtraque optabili perfrui præſentia, & ea facie ad faciem, quæ literis & internuntiorum committo indiciis. Sanctiſſimæ paternitati veſtræ coram rationari, niſi quod a Neophita *Vngarorum* gente huc ire prohibeor, apud quam fœdere pacto ſub occaſione pacis fiduciam ſumpſimus operam exercere prædicationis. Cujus enim terror gentis ex longo tempore etiam aliarum provinciarum prædicatoribus meæ diœceſis hactenus aditum clauſit, ad quas nihilominus præſentis oportunitas temporis ire me vocavit. Quibus Deus omnipotens quoniam ſolita ſua pietate ſemper diſperſa congregat, aperire dignatus eſt januam cordis ſui, diu clauſam, ut diſciſſo velamine duritiæ ſuæ, depoſitaque ferina crudelitate leni jugo Domini colla ſubmittant. A qua ergo præfata *Vngarorum* gente multis precibus ipſe invitabar venire, aut miſſos meos in opus Evangelii illuc dirigere. Ad quos dum tranſmitterem ſatis idoneos viros ex Monachis, Canonicoſque Presbyteros, atque de ſingulis Eccleſiaſticis gradibus clericos & vita omnique converſatione illorum ſic ordinata, quemadmodum in *geſtis Anglorum* didici, tantum divina gratia fructum ſtatim miniſtravit, ut ex eiſdem nobilioribus *Vngaris*
15 utriuſque ſexus Catholica fide imbutos, atque ſacro lavacro ablutos circiter quinque millia, Chriſto lucrarentur. Chriſtiani autem quorum major pars populi eſt, qui ex omni parte mundi illic tracti ſunt captivi, quibus nunquam ſoboles ſuas licuit niſi furtive Domino conſecrare, modo certatim nullo obſtante timore offerunt eos baptizare, & gratulantur omnes tanquam de peregrinatione ſua in patriam reducti, quod Chriſtiano more oratoria audent conſtruere, & licentia percepta linguam ligatam in laudem Salvatoris præſumunt ſolvere. Ipſi enim barbari mira omnipotentis Dei ope- A rante clementia quorum licet adhuc gentilitate ſint quidam detenti, nullum tamen ex illorum ſubditis vetant baptizari, nec ſacerdotibus invident, quocunque libet proficiſci. Sed ita concordes ſunt pagani cum Chriſtianis, tantamque ad invicem habent familiaritatem, ut illic videatur Iſaiæ impleri Prophetia: *Lupus & agnus paſcentur ſimul. Leo & bos comedent paleas.* Factum eſt ergo, ut pene cuncta *Vngarorum* natio B ſit prona ad percipiendum fidem ſanctam, ſed & aliæ *Schlavorum* Provinciæ ad credendum promptæ. Et eſt ibi *meſſis quidem multa, operarii autem pauci.* Inde quoque viſum eſt jam neceſſarium eſſe, quatenus ſanctitas veſtra illic jubeat aliquos ordinari Epiſcopos, quia & quondam *Romanorum Gepidarumque* tempore proprios VII. antiſtites eadem *Orientalis Pannonia* habuit & *Meſia* meæ ſanctæ *Lauriacenſi*, cui ego C indignus miniſtro, Eccleſiæ ſubjectos, quorum etiam quatuor uſque dum *Vngari regnum Bavvariorum* invaſerunt, ſicut præſenti cognitum eſt ætati, in *Maravia* manſerunt. Quod nimium grave ac valde oneroſum eſt mihi, ut tot mei Pontificii parochias ſolus prædicando circumeam, quibus neceſſitate & adjutorii inopia cogor nunquam meam ſubtrahere præſentiam. Ecce Dominorum amantiſſime hujuſmodi Eccle- D ſiaſticis mancipatus officiis detineor, & ne feciſſem moram ſæpe dictæ gentis converſioni, ire & proſterni ad veſtra ſanctiſſima veſtigia diſtuli. Legtaos autem meos præſentium ſcilicet portitores ad veſtram deſtinavi ſerenitatem, quos audire dignetur quæſo clementia veſtra, & eorum meiſque mixtim precibus præbere aſſenſum, quatenus pallium, infulamque pontificalem, quod ſpeciale munus honoris ab hac ſede tantum E dirigitur Metropolitanis: quod etiam mei prædeceſſores, a glorioſis hujus principalis Cathedræ Primatibus accipere ſoliti erant: mihi vero hoc ipſum benigno animo per illos dirigere dignetur, pariterque etiam privilegia Apoſtolicæ authoritatis meæ Eccleſiæ per eoſdem miſſos meos veſtris præſentata ſacris obtutibus more prædeceſſorum veſtrorum roborari ſupplicio & confirmari, ut hac Apoſtolica ſanctione & F benedictione munitus, mihi commiſſi populi gubernationem canonice exequi valeam,

valeam, & veſtris in die judicii rationibus imputetur, quod in illis finibus ex A paganis nova Eccleſia Domino lucratur.

VIII.

16 *Benedicti VII. Papæ Litera ad Imperatorem & Archiepiſcopos Germaniæ de Laureacenſis Eccleſiæ jure in Pannoniam Orientalem & Moraviam, anno 977.*

DIlectiſſimis nobis in Chriſto filiis *HRODBERTO* ſanctæ *Moguntinæ* Eccleſiæ, & *DIOTRICO*, ſanctæ *Treverenſis* Eccleſiæ, atque *ADALBERTO* ſanctæ *Magdaburgenſis* Eccleſiæ: parique modo *GEREONI* ſanctæ *Colonienſis* Eccleſiæ; atque *FRIDARICO* Sanctæ *Juvavenſis* Eccleſiæ: ſed & *ADALDAGO* ſanctæ *Bremenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopis: pariterque Domino *OTTONI* glorioſiſſimo *Imperatori* Auguſto, atque nepoti ſuo *HENRICO* Præcellentiſſimo *Duci Bauvariorum*: cæteriſque omnibus Epiſcopis & Abbatibus, Ducibus atque Comitibus Galliæ atque Germaniæ: *BENEDICTUS* divina gratia præditus Apoſtolicæ ſedis Pontifex, ſervus autem ſervorum Dei in Domino ſalutem. Oportet juſtis ſupplicationum petitionibus nos ſemper faciles & humiles exhibere, & præcipue cum fraternis religioſorum conſacerdotum precibus ſollicitamur, qui paſſim ab omni mundi termino tenorem & regulam, atque proprii officii vigorem ab hac univerſali ſancta Romana matre Eccleſia, ejuſque ſortiuntur Miniſtro, Vicario ſcilicet beati Petri Principis Apoſtolorum, cujus quamvis indigni, ejuſdem tamen gratia & dono poteſtati ſucceſſimus & ordini: Cui voce dominica dicitur, *Tu es PETRUS, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Quapropter dignum æſtimabimus, aſſenſum præbere congruis poſtulationibus Reverendiſſimi Archiepiſcopi, quas per probabiles perſonas nobis intimavit, reſponſalium ſuorum duorum Presbyterorum, quatenus ſibi pallium & Metropolitanum honorem Cathedræ ſuæ, ſanctæ *Lauriacenſi* Eccleſiæ reſtitueremus confinio *Ungrorum* adjacenti, quod omnino nos eidem Eccleſiæ debere teſtantur antiquiſſima ſecum apportata privilegiorum teſtimonia. In quibus enim continebatur, quod ætate Pontificatus beati *SYMACHI* hujus almæ ſedis Apoſtolici Præſulis præfata ſancta *Lauriacenſis* habetur Eccleſia Metropolis & in quantum tam exinde quam etiam de B paſſionibus beatorum Martyrum, qui illic plures in tempore perſecutionis pro fide Chriſti variis ſunt tormentis multati colligere poſſumus ex omnibus Eccleſiarum Diœceſibus *Pannoniæ*, hæc *antiquitate & Archiepiſcopii dignitate eſſe primitiva* creditur, quæ jam multis retro actis temporibus ex vicinorum frequentia populatione barbarorum deſerta & in ſolitudinem redacta, nullum Chriſtianæ profeſſionis C habitatorem meminit: uſque dum invictiſſimus 17 Auguſtus & pater patriæ, genitor quippe Pii Imperatoris noſtri, quem adhuc ſupereſſe & diu dominari mundus exoptat, bellico trophæo eorum vires retundit. Nunc autem quamobrem votis exultantibus in laudem omnipotentis Dei erumpimus, non ſolum ſæpe dicta ſancta *Lauriacenſis* Eccleſia hoſtium ceſſante terrore cum accolis ſuis pace & tranquillitate potitur, verum etiam ipſi D dudum inimici, illum quem perſecuti ſunt more gentili, jamjam Chriſtum baptizati profitentur, & ſacerdotes modo habere deſiderant, ac prout ſcire rudes poterunt, venerantur, & Eccleſias quaſdam in ſua terra, quas patres incendio dederunt, poſteri reſtaurare videntur. Hac ergo ſuadente ratione: Quod prænominati ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopi poſtulatio, antiqua Apoſtolica authoritate E commendatur & præterea, quod cum juſtum eſſet, pariter etiam utile viſum eſt, ut ad fructificandas Deo gentes, ex novitiis cultoribus fidei *Ungrorum* atque *Maravorum* ſive etiam aliis multis provinciis *Schlavorum* ſuæ parochiæ finitimis illic ordinatis Epiſcopis ſecundum quod antiquitus diſpoſiti erant, eis hunc conſtitueremus Archiepiſcopum. Quoniam autem *Saliſburgenſis Eccleſia Metropolis* abuſa eſt F ſubjectione ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ Pontificii obliterata & attenuata ſua dignitate ex devaſtatione Barbarorum, quam propterea perceptis Apoſtolicis privilegiis nequaquam patimur privari, cum & priora ſint *Salzburgenſibus*, & ideo auctoritativa, vel auctorabiliora. Quæ conditio teſtimonii etiam apud

ſecularia

ſecularia judicia viget & prævalet. Nos vero in hujuſmodi conſtitutionibus omnem calumniam atque contentionis occaſionem Domino adjuvante facile propulſamus, ambabus parochiis ab invicem certis limitibus ſequeſtratis, & tamen Apoſtolicis ſanctionibus ubique ſtabilitis, quas noſtrum eſt ſemper defendere, & ſecundum Evangelicam ſententiam nihil ex eis ſolvere, ſed adimplere. Unde ergo auctoritate & poteſtate B. PETRI Principis Apoſtolorum atque exemplo beatorum Pontificum ſcilicet prædeceſſorum noſtrorum eandem ſanctam *Lauriacenſem* Eccleſiam, ejuſque rectores jam Archiepiſcopos ammodo, perpetim ab omni *Saltzburgenſis* Eccleſiæ, ejuſque Præſulum ſubjectione ac ditione abſolvimus, & *honore Metropolitano* ſublimamus, & ſicut modernis temporibus ſanctæ memoriæ *AGAPITUS* Papa terminos earundem parochiarum ab invicem diſtinxit, ſic & ipſi diffinimus; ita quoque ut ſancta *Saltzburgenſis* Eccleſia *ſuperioris Pannoniæ* Epiſcopos habeat ſuffraganeos, quibus uſque huc ſui Pontifices præeſſe videbantur, cum tanta talique diœceſi, quali hactenus in *inferiori* uſi ſunt *Pannonia*.

Sancta autem *Lauriacenſis* Eccleſia in *inferioris Pannoniæ* atque *Meſiæ* regiones, quarum provinciæ ſunt *Bawaria* (a) atque *Maravia*, in quibus *ſeptem Epiſcoporum parochiæ* antiquis temporibus continebantur,
18 ſuique antiſtites Archiepiſcopalem deinceps habeant poteſtatem, cum tanta tali-A que diœceſi, quali hactenus in *ſuperiori* uſi ſunt *Pannonia*. Quibus utique inſuper in præceptis injungimus, ut juxta beati *GREGORII* propter decretum Anglorum Archiepiſcopis directum *alter illorum, qui prior ſit in ordinatione tempore, & quo ad vivat prioratum teneat & in ordine*. Penitus enim determinatis utriuſque Eccleſiæ diœceſibus, omnique excluſa altercandi occaſione cannonica ſub diſtrictione interdi- B cimus, ut neuter earundem Eccleſiarum Archiepiſcopus invadere alterius parochiam præſumat, vel quibuſcunque jurgiis, aut diſceptationibus ſuper diffinitis a nobis modo rebus alter alterum ſollicitare audeat. His igitur ſedatis venerabilem confratrem noſtrum *PILGRIMUM* Archiepiſcopum Canonicis literis munitum ſedi ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ intronizavimus, palliumque ei ſecundum antiquum ejuſdem Eccle- C ſiæ ſuæ uſum direximus, atque in provinciis *Bawariæ* & *Maraviæ*, regionum quoque *inferioris Pannoniæ* ſive *Meſiæ*, & in contiguis ſibi *Schlavorum* nationibus circumquaque manentium, noſtram Apoſtolicam authoritatem & vicem exercere committimus atque delegamus, quatenus illic more anteceſſorum ſuorum ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ Archiepiſcoporum habeat poteſtatem Presbyteros & Epiſcopos ordi- D nare, atque conſtituere, & ex prædictis gentibus ſua ſancta prædicatione parare Domino plebem perfectam.

(a) Gold. II. c. 9. ſ. 10. l. *Avaria*.

IX.

Henrici IV. Imperatoris Decretum Evindicatorium de finibus Epiſcopatus Pragenſis in Bohemia, Moravia & Polonia, anno 1086.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. HEINRICUS III. Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Regio nomini & Imperatoriæ dignitati congruere novimus, ut Eccleſiarum Dei utilitatibus ubique opitulantes damna vel injurias earum, quacunque neceſſe fuerit, propulſemus. Quapropter univerſis Dei noſtrique regni fidelibus tam futuris quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter fidelis noſter *Pragenſis Epiſcopus Gebehardus* ſæpe confratribus ſuis & Coepiſcopis, cæteriſque Principibus noſtris, ac noviſſime nobis conqueſtus eſt, quod *Pragenſis* Epiſcopatus, qui E ab initio *Boemiæ* ac *Moraviæ Ducatuum* unus & integer conſtitutus, & tam a Papa *Benedicto* quam a *primo OTTONE* Imperatore ſic confirmatus eſt; poſtea anteceſſorum ſuorum conſenſu, ſola dominantium poteſtate, ſubintronizato intra terminos ejus novo Epiſcopo, diviſus eſſet & imminutus. Qui cum *Maguntiæ* coram Legatis Apoſtolicæ ſedis, præſentibus nobis ac pleriſque Regni noſtri Optimatibus F eandem querimoniam intuliſſet, ab Archiepiſcopis, *Wezlone Maguntino*, *Sigewino* 19
Colonienſi, *Egilberto Treverenſi*, *Liemaro Bremenſi*; ab Epiſcopis quoque *Liederico Virdunenſi*, *Chunrado Trajectenſi*, *Udalrico Eiſteten-*

co *Eiſtetenſi*, *Ottone Ratiſponenſi*, cum aſſenſu laicorum, *Ducis Boëmorum Wratizlai, & fratris ejus Chunradi*, *Ducis Friderici*, *Ducis Lutoldi*, *Palatini Comitis Rapothonis*, & omnium, qui ibidem convenerant, primitiva illa parochia cum omni terminorum ſuorum ambitu *Pragenſi ſedi* eſt adjudicata. Termini autem ejus Occidentem verſus hi ſunt: *Lugaſt*, quæ tendit ad medium fluminis *Chub*, (a) *Zelza*, & *Liuſena*, & *Daſena*, *Liutomerici*, *Lemuci*, uſque ad mediam ſilvam, qua *Boëmia* limitatur. Deinde ad Aquilonem hi ſunt termini: *Pſowane*, *Chrowati*, & *altera Chrowati*, *Ziaſane*, *Trewobanė*, *Boborane*, *Dedoſeſe* uſque ad mediam ſilvam, qua *Milcianorum* occurrunt termini. Inde ad Orientem hos fluvios habet terminos; *Buo* ſcilicet, & *Ztir*, cum *Krakova* civitate, provinciaque cui *Wag* nomen eſt, cum omnibus regionibus ad prædictam urbem pertinentibus, quæ *Krakova* eſt. Inde *Vngarorum* limitibus additis uſque ad montes, quibus nomen eſt *Tritri*, dilatata procedit. Deinde in ea parte, quæ Meridiem reſpicit, addita regione *Moravia*, uſque ad flumen cui nomen eſt *Wag*, & ad mediam ſilvam, cui nomen eſt *Mure*, & ejuſdem montis, eadem parochia tendit, qua *Bawaria* limitatur. Mediantibus itaque nobis, & communi Principum aſpi-
A rante ſuffragio, factum eſt ut *Dux Boëmiæ Wratizlaus, & frater ejus Chunradus*, ſupradicto *Pragenſi Epiſcopo*, *fratri ſuo*, parochiam judicario ordine requiſitam ex integro reprofiterentur, & redderent. Proinde nos rogatu ejuſdem Epiſcopi rationabiliter inducti, *Pragenſis Epiſcopatus* redintegrationem noſtræ Imperialis auctoritatis edicto illi & ſucceſſoribus ejus confirmamus & ſtabilimus: inviolabiliter decernen-
B tes, ne ulla poſthac cujuslibet conditionis perſona, vel ulla ſocietas hominum, *Pragenſi* Eccleſiæ quicquam ſui juris in prænotatis terminis alienare præſumat. Cujus redintegrationis ' ʒ confirmationis auctoritas, ut omni ævo ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc cartam inde conſcribi, quam (ſicut infra apparet) manu propria laborantes impreſſione ſigni noſtri juſſimus inſigniri. *Data III. Kal. Maji*, *Anno ab*
C *incarnatione Domini MLXXXVI. indictione VIII. Anno autem Domini Heinrici*, *regni quidem XXXII. Imperii vero tertio.*

Signum Domini HEINRICI Tertii Romanorum Imperatoris Auguſti:

Quod ego vidi ipſum Cæſarem ſuis manibus annotantem in privilegio Pragenſis Epiſcopatus,

Coſmas Pragenſis Decanus.

(a) Balb. l. *Cheb.*

X.

156 *Privilegium Friderici I. Imperatoris Regno Bohemiæ datum, anno 1157.*

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, amen. *FRIDERICUS* Divina favente clementia Imperator Romanorum Semper-Auguſtus. Cum tam Lege Naturæ, quam ſcripta, bonum operari monemur (α) ad omnes, præcipue ad [β] eos, qui in adminiſtratione Imperii & Reipublicæ [γ] veraci conſilio, & indefeſſo laboris ſtudio nobis aſſiſtunt, & pro gloria Imperii propaganda ſtrenuiſſime decertando, in (δ) omnibus inimicorum incurſibus, & quibuslibet periculis ſe objiciunt, prærogativa ſpeciali (ε) honoris ſublimare dignum duximus, ut de virtutum præmiis, & gloriæ (ζ) corona diffidere non debeant, qui legitime certaverunt. (η) Noverit igitur omnium Chriſti Imperiique noſtri fidelium tam præſens ætas, quam ſucceſſura poſteritas, qualiter nos *Vladislao* Illuſtri & ſtrenuiſſimo *Duci Bohemiæ*, ob inſignia ſervitii, & devotionis tam ejus,
E quam omnium *Bohemorum* merita, honoris inſignia (ϑ) quo nos (ι) & cæteri progenitores ejus Duces *Bohemiæ*, beneficio Imperialis Excellentiæ *cæteris Ducibus præeminebant*; (κ) videlicet *circulum* geſtandum concedimus (λ) & per eum omnibus ſucceſſoribus ſuis in perpetuum. Decernimus itaque & irrefragabili edicto ſtatuimus, (μ) ut liceat præfato *Duci Bohemiæ Vladislao*, illis

(α) Balbin. *moneamur.* (β) Balbin. *ad* omittit. (γ) Balbin. *Regibus.* (δ) Balbin. *in* omittit. (ε) Balbin. *ſpecialis.* (ζ) Balb. *gloria corona.* (η) Balb. *certaverint.* (ϑ) Balbin. & Peſſina *inſigne* (ι) ita & Balbin. ſed Peſſina meliori ſenſu: *avus.* (κ) *præminebat*. Balbin. (λ) Balbin. & Peſſina *conceſſimus.* (μ) Balbin, *itaque & infragabili lege ſtat.*

illis temporibus, quibus nos coronam & A diadema (υ) portamus, in *Nativitate Domini* videlicet, & *in Paſcha*, & *in Pentecoſte*, *Circulum* portare, & amplius in Feſtivitatibus, videlicet *S. Wenceslai* glorioſi Martyris, & *S. Adelberti*, eo quod illas ſolennitates propter patronos ſuos majori reverentia & celebritate (ξ) venerantur. Sicut itaque celebratio & impoſitio coronæ noſtræ non debet fieri, niſi per manus Ar-
157 chiepiſcoporum & Epiſcoporum, ita præ- B fato *Duci Bohemiæ* a nullo hominum *Circulus* imponatur, niſi a dilecto noſtro *Daniele*, Venerabili *Pragenſi Epiſcopo*, & *Joanne Olomucenſi Epiſcopo*, eorumque Succeſſoribus. Quod ſi forte *Olomucenſis* defuerit, nihilominus *Pragenſis*, pro ſede & dignitate excellentiore, vices compleat amborum: ſimiliter autem *Olomucenſis*, ſi forte *Pragenſis* defuerit.

Adhæc prædicto Duci Bohemiæ, & C ſucceſſoribus ejus, *addimus & concedimus cenſum de terra Poloniæ, quem anteceſſores ejus Duces Bohemiæ a Polonis* (ο) *retroactis temporibus, accipere ſolebant.* Vt autem hæc noſtra donatio, & confirmatio, & conſtitutio (π) ſupra nominato Duci Vladislao chariſſimo noſtro, ejusque Succeſſoribus, omni tempore rata & inconvulſa permaneat, præſentem inde paginam conſcribi, & Sigillo noſtro inſigniri juſſimus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina hæc ſunt; *Eberhardus Salzburgenſis*, *Wicmannus Magdeburgenſis*, Archiepiſcopi; *Henricus Ratisbonenſis* Epiſcopus *Eberhardus Babenburgenſis* Epiſcopus, *Conradus Pataviensis* Epiſcopus, *Otto Friſingenſis* Epiſcopus, *Daniel Pragenſis* Epiſcopus, *Henricus Auſtriæ Dux*, *Fridericus Dux Suevorum*, *Ludovicus Landgravius Turingiæ*, & *Albertus Marchio Saxoniæ*, *Otto Marchio Miſnenſis*, *Otto & Fridericus Comites Palatini.*

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Datum *Ratisbonæ XV. Calendas Februarii*, *indictione V. anno Dominicæ incarnationis MCLIX.* (ϱ) *Regni noſtri anno VI. Imperii autem III.*

(υ) Balbin. addit: *gloria.* (ξ) Balbin. *tota Bojemia venerentur.* (ο) Balbin. *Polonia.* (π) Balbin. non habet hanc vocem. (ϱ) Nec indictio, nec annus Regni, nec Imperii convenit cum anno æræ Chriſtianæ, quapropter potius cum Balbini editione annus 1157. præferendus eſt, qui memoratis characteribus reſpondet. Peſſina in hoc capite cum Goldaſto conſpirat.

XI.

20 *Innocentii III. Papæ Commiſſio in cauſa divortii inter Ottocarum Regem Bohemiæ & Adelam conjugem ejus dimiſſam, vertente in curia Romana, anno 1206.*

Magdeburgenſi Archiepiſcopo & Præpoſito Seburgenſi.

Conſtitutis in præſentia noſtra D procuratore *Adelæ* ſororis *nobilis viri Marchionis Miſnenſis* & nuncio illuſtris *Principis Bohemorum*, &c. d. ſt. n. P. S. Marcelli presbyterum Cardinalem conceſſimus auditorem, coram quo propoſuit procurator Nobilis memoratæ, quod cum olim ea ſignificante ad noſtram audientiam perveniſſet, quod prædictus princeps eam duxiſ- E ſet legitime in uxorem, & XIV. annis & amplius velut conjugem legitime pertractaſſet, & filiis & filiabus ſuſceptis ex ea, &c. *Pragenſis Epiſcopus* ad petitionem ejuſdem principis ipſa volente ad ipſum accedere, ut ſuas coram eo proponeret actiones, ſed a ſatellitibus ejuſdem prohibita, qui ei bis vel tertio prohibuerunt ingreſſum, poſt adpellationem ad nos interpoſitam divortii ſententiam promulgavit: a qua ipſa fecit ad noſtram præſentiam provocari: & infra: Mandamus, quatenus partibus ad locum idoneum convocatis, recipiatis teſtes, quos vel Nobilis ipſa pro ſe, vel Princeps pro parte ſua (cum nondum teſtificata dixerint) ſuper proceſſu *Pragenſis Epiſcopi* vel poſteriorum judicum duxerit producendos, & Nobilis ipſa pro ſe, vel teſtes, quos induxit prius, vel alios ſi voluerit inducere non vetetur, cum non renunciaverit teſtibus producendis.

XII.

XII.

Innocentii III. Papæ Decretum, quo ſilentium imponitur Canonico Pragenſi Epiſcopum ſuum diffamanti, quaſi homagium Regi Bohemiæ feciſſet.

VEniens ad ſedem Apoſtolicam A. Pragenſis Canonicus contra Pragenſem Epiſcopum inter alia propoſuit coram nobis, quod cum eſſet filius ſacerdotis, in Eccleſiam fuerat Pragenſem intruſus, & contra ejuſdem Eccleſiæ privilegium homagium *Duci Bohemiæ* præſtitiſſet, ſic ſubjiciens Pragenſem Eccleſiam ſervituti, & infra: Unde prædictum Epiſcopum ad feſtum Reſurrectionis dominicæ peremptorie nos meminimus citaviſſe. Idem vero ad ſuam
21 adcuſationem (a) viarum diſcrimina, conſecrationem chriſmatis imminentem, & quod *filius Bohemiæ Principis* eſſet per ipſum baptizandus, tunc temporis per nuncios & literas allegavit. Licet autem excuſationes hujusmodi (ſicuti erant) frivolas æſtimantes, ipſum reputavimus contumacem: nec procuratores ejus in cauſſa poſſemus recipere criminali, eis tamen conceſſimus auditores, ut ſi poſſent, illum aliquatenus A excuſarent. Cumque prædictus A. coram eis repetiſſet objecta, fuit ex adverſo reſponſum, quod cum olim ſuper hoc ad *Magdeburgenſem Archiepiſcopum* literæ fuerant impetratæ: idem A. in objectorum ſe videns probatione deficere, ad pedes ejus ſe humiliter proſternens, veniam poſtulavit: & quod adverſus eum calumnioſe proceſſerat, eſt confeſſus. Cæterum cum ſuper hoc mandato ſtare ejuſdem Archiepiſ- B copi juraviſſet: ipſe præcepit eidem, ſub debito præſtiti juramenti, ut contra eundem Epiſcopum de cætero proponere talia non auderet. Cum igitur nobis ex ipſius A. confeſſione conſtaret ipſum juramentum hujuſmodi præſtitiſſe, ac tale recepiſſe mandatum: ſuper impetitione dicti Epiſcopi ſilentium ei duximus imponendum: propter contumaciam tamen eidem Epiſcopo citationem & purgationem propter in- C famiam indicentes.

(a) leg. *excuſationem*.

XIII.

Friderici II. Imper. Auguſti Conſtitutio de juribus ac privilegiis Regni Bohemiæ, anno 1212.

FRidericus divina favente clementia *Romanorum Imperator Electus & Semper-Auguſtus, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.*

1. Cum decor & poteſtas Imperii noſtrum præceſſerit ſtatum, ut non ſolum cæterorum Principum dignitates, verum etiam ſceptra regalia a noſtra conferantur majeſtate, glorioſum reputamus & magnificum, quod in tanto noſtræ largitatis beneficio & aliis creſcit Regiæ dignitatis augmentum, nec ob hoc eminentia noſtra aliquod patitur detrimentum. Inde eſt, quod nos attendentes præclara devotionis obſequia, *quæ Bohemorum univerſa gens ab antiquo tempore Romano exhibuit imperio, tam fideliter quam devote*, & (a) quod Illuſtris Rex eorum *Ottocarus* a primo inter alios Principes, ſpecialiter præ cæteris in Imperatorem nos elegit, & noſtræ electionis perſeverantiæ diligenter & utiliter aſtitit, ſicut dilectus patruus noſter piæ memoriæ, *Rex Philippus* omnium Principum conſilio habito per ſuum privilegium inſtituit ipſum Regem, conſtituimus & confirmamus, & tam ſanctam & dignam con- D ſtitutionem approbamus, *regnumque Bohemiæ liberaliter & abſque omni pecuniæ exactione & conſueta Curiæ noſtræ juſtitia* 22 *ſibi ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum concedimus, volentes ut quicunque ab ipſis in Regem electus fuerit, ad nos vel ſucceſſores noſtros accedat, regalia debito modo accepturus.* Omnes enim (β) terminos, qui prædicto Regno attinere videntur, *quocunque modo alienati* ſint, ei & *ſucceſſoribus ſuis* E poſſidendos indulgemus. *Jus quoque & authoritatem inveſtiendi Epiſcopos* regni ſui integraliter ſibi & *hæredibus ſuis* concedimus: ita tamen *quod ipſi ea gaudeant libertate & ſecuritate, quam a noſtris prædeceſſoribus habere conſueverunt.*

De noſtra autem Imperialis liberalitatis mu-

(a) Balb. leg. *eo quod.* (β) Balb. leg. *etiam.*

tis munificentia ſtatuimus, quod *Illuſtris* A *Rex* prædictus, vel *hæredes ſui* ad *nullam curiam noſtram* venire teneantur: niſi quam nos apud *Bamberg* vel *Nürnberg* celebrandam indixerimus, vel ſi apud *Merſenburg* curiam celebrare decreverimus.

Quod ſi *Dux Poloniæ* vocatus acceſſerit, ipſe ſibi ducatum præſtare debeat, ſicut anteceſſores ſui quondam *Bohemiæ Reges* facere conſueverunt: ſic tamen, ut ſpacium ſex hebdomadarum veniendi ad B dictas curias eis antefigatur. (γ) Salvo tamen, quod ſi *nos* vel ſucceſſores noſtros *Romæ coronari contigerit*, ipſius *prædicti Regis Ottocari*, vel ſucceſſorum ſuorum relinquimus arbitrio, utrum ipſi *trecentos armatos* tranſmittant, vel *trecentas marcas* perſolvant. Ad hujus autem noſtræ conſtitutionis & confirmationis memoriam, & robur perpetuo valiturum præſens *privilegium* per manus *Henrici de Pariſiis* Nota- C rii & fidelis noſtri ſcribæ, & *Bulla noſtra aurea* juſſimus communiri, *Anno, Menſe & Indictione ſubſcriptis*. Hujus rei teſtes ſunt:

Archiepiſcopus Barenſis. Epiſcopus Tridentinus. Epiſcopus Baſilienſis. Epiſcopus Conſtantienſis. Epiſcopus Curienſis. Abbas Augienſis, Abbas Sancti Galli. Abbas de Viceberre. (δ) (*Leg. Wiſſenburg.*) *Bertholdus de Niuphen, Regalis Curiæ Protonotarius. Comes Ulricus de Chiburg. Comes Rudolphus de Habsburg & Landgravius de Alſatia. Comites Ludovicus & Hermannus de Friburg. Comes Wernerus de Hohemberg. Arnoldus Nobilis de Wart. Rudolphus Advocatus noſter...... Rudol-* 23 *phus de Ravenſburg. Albertus de Tanhauſen* Camerarius, & alii quamplures Magnates, & Nobiles, & Liberi, quorum teſtimonio hoc Privilegium conſtat eſſe confirmatum. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis *milleſimo, ducenteſimo duodecimo*, *menſe Septemb. XV. indictione*; *Regni vero Domini noſtri* FRIDERICI *Illuſtriſſimi Romanorum Imperatoris Electi & Semper-Auguſti primo, Regis Siciliæ quintodecimo*. Datumque in *nobili Civitate Baſilea*, per manus *Ulrici Vice-Protonotarii*, *VI. Kal. Octob.* feliciter, amen.

(γ) Balbin. *ante præfigatur.* (δ) Balb. l. *Viterbio.*

XIV.

Fridericus II. confirmat Electionem Venceslai I. Regis Bohemiæ, anno 1216.

FRIDERICUS *Secundus* Divina D favente clementia *Romanorum Rex Semper-Auguſtus, & Rex Siciliæ.* Si ſpecialibus & expertis fidelibus & dilectis noſtris gratiam facimus ſpecialem, non eſt indignum, ſed conſonat omnimodis æquitati. Ea propter univerſis Imperii fidelibus tam præſentibus, quam futuris, in perpetuum notum eſſe volumus: quod miſſo ad præſentiam noſtram *Benedicto* venerabili *Archidiacono* E *Belinenſi* expoſuerunt Celſitudini noſtræ dilecti fideles noſtri, *Henricus Marchio Moraviæ*, & *Univerſitas Magnatum & Nobilium Bohemiæ*: quod communi voluntate, & adſenſu dilecti noſtri *Odacrii* Illuſtris *Regis Bohemiæ*, *elegerunt in Regem* eorum *Venceslaum*, filium ipſius *Regis Bohemiæ* primogenitum; propter quod Majeſtati noſtræ attentius ſupplicarunt: ut *electionem* ipſius *Venceslai* ratam haberemus, & fir- F mam, & eidem noſtrum benignum impertiremur aſſenſum. Nos autem, quia votivæ ſupplicationis hujus affectum ex magnæ fidelitatis ardore novimus provenire, conſiderantes ſinceritatem fidei & puræ devotionis ipſius *Odacrii Regis Bohemiæ*, quam erga Majeſtatem noſtram hactenus habuiſſe dinoſcitur, attendentes etiam obſequia filii ſui *Venceslai*, dilecti ſororii noſtri, quæ Nobis & Imperio fideliter poterit exhibere, de ſolita gratia noſtra, & conſilio Principum & Magnatum Imperii, qui tunc circa nos exiſtebant, *electionem* præfatam ratam habemus & firmam; & concedimus eidem *Venceslao totum regnum Bohemiæ*, cum terminis & omni jure, & honore ac rationibus eidem Regno pertinentibus, ſicut ipſum Regnum *Pater ſuus*, *& alii Prædeceſſores ſui*, tam Duces, quam Reges, antea tenuerunt. Mandamus itaque & firmiter ſtatuimus, ut, quæcunque perſona Eccleſiaſtica vel ſecularis hanc noſtram confirmationem & conceſſionem infringere vel evacuare præſumſerit, mille libras auri puri componat: quarum medietas Curiæ noſtræ, altera vero injuriam paſſis perſolvatur. Ut autem hæc rata & firma in perpetuum perſeverent, præſens privilegium 24 ſcribi, & bulla aurea typario noſtræ Majeſtatis

ſtatis impreſſa præcepimus communiri. Hujus A rei teſtes ſunt *Syffridus Auguſtenſis Epiſcopus*; *Vlricus Abbas S. Galli*; *Cono, Abbas Elwacenſis*; *Henricus, Abbas Campidonenſis*; *Rodulphus, Palatinus Comes de Tuingen*; *Comes Hartemannus de Virtenberk*; *Comes Ludovicus frater ejus*; *Hermannus Marchio de Baden*; *Hugo junior, Palatinus Comes de Tuingen*; *Comes Ludovicus de Ottingen*; *Bertholdus de Nyſen*; *Anſelmus de Juſtingen, Mareſcalcus*: *Valterus de* B *Sypf, Pincerna* & alii quam plures. Ego *Conradus Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis aulæ Cancellarius*, vice Domini *Syffridi, Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopi & totius Germaniæ Archi-Cancellarii*, recognovi. Acta ſunt hæc *Anno Dominicæ in carnationis Milleſimo, Ducenteſimo, Sextodecimo, ſeptimo Kal. Auguſti, Indictione quarta*. Regnante Domino noſtro *Friderico Secundo* Dei gratia *Romanorum Rege Semper-Auguſto, & Rege Siciliæ, Anno Romani regni ipſius quarto, & Siciliæ octavodecimo*, Feliciter, Amen. *Datum apud Vlmam, per manus Bertholdi de Nyffen, Imperialis aulæ Protonotarii, Anno, menſe, & Indictione prætitulatis*.

XV.

Inveſtitura Wenceslai I. ſuper Regno Bohemiæ

anno 1231.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. C *FRIDERICVS II.* Divina favente Clementia *Romanorum Imperator Semper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex*. Tunc Imperiale faſtigium ſua rutilat dignitate, ac potentiæ ſuæ ſceptra clarificat, cum ad Reges & Principes, ſuo ſubjectos imperio, ſuæ radios claritatis effundit, & ipſis paterna regna munifica largitione confirmat. Hinc eſt igitur, quod D per præſentem Auguſtalem paginam notum eſſe volumus tam modernis quam poſteris Vniverſis: Quod, cum olim vivente dilecto Principe noſtro *Ottokaro*, Illuſtri *Bohemorum Rege*, recepto a dilecto Principe & affine noſtro *Waczlao* juniori Rege, filio ejus, homagio juxta morem, conceſſerimus ei, *tanquam primogenito*, de innata liberalitate noſtra, *Regnum Bohemiæ* poſt ejuſdem patris ſui obitum ab *IMPERIO* E poſſidendum: Attendentes, ad præſens Rege prædicto *Ottokaro* patre ipſius rebus humanis exempto; qualiter ipſe, dum vixit, Nobis, Illuſtri *Romanorum Regi Henrico*, chariſſimo filio noſtro, & *IMPERIO* devotus extiterit; & memoratus filius ejus *Waczlaus*, Rex junior, paternæ devotionis erga Nos, dilectum Regem filium noſtrum, & *IMPERIVM*, imitator & ſucceſſor exiſtat, atque jugiter grata & ardua ſervi- F tia exhibeat, & inantea exhibere poterit gratiora; nec non etiam ob majoris dilectionis gratiam, qua ſuo incremento tenemur, cum Illuſtrem Reginam *Catharinam*, dilectam conſobrinam noſtram, habeat feliciter in conſortem; Conceſſionis dudum habitæ munera liberaliter perſequentes, Regnum *Bohemiæ* cum omni honore ac dignitate, Civitatibus, Caſtris, Villis & Terris eidem Regno pertinentibus, & cum omni jure, quo dictus Rex, pater ejus, idem regnum rationabiliter noſcitur poſſediſſe, Imperialis authoritatis munimine confirmamus, præfato *Waczlao* juniori Regi tenendum & poſſidendum, ſicut tenere debet a Nobis & Imperio: Præſentis privilegii authoritate mandantes, quatenus nullus Princeps, Dux, Marchio, Comes, Legatus, nullaque ſublimis perſona vel humilis, Eccleſiaſtica vel mundana, contra præſentis confirmationis noſtræ divalem paginam venire præſumat. Quod qui præſumſerit, pœnam mille librarum auri ſe compoſiturum agnoſcat: quarum medietatem Curiæ noſtræ, & reliquam, parti paſſæ injuriam ſe noverit ſoluturum. Ad hujus itaque noſtræ confirmationis memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens privilegium fieri, & Bulla aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſa juſſimus communiri. Hujus autem rei teſtes ſunt: *Lando Reginus, Ja: Capuan: & Marnius Baruenſis*, Archiepiſcopi, familiares & fideles noſtri: *Salnicanus, & Petrus Brunduſinus*, Archiepiſcopi: *R. Melſienſis*, & *P. Ravelnenſis* Epiſcopi: *Frater Hermannus, Magiſter Hoſpitalis S. Mariæ Teutonicorum in Jeruſalem*: *Gebardus de Arneiſtein, Legatus in Italia*: *Lantgravius de Luckimbere*: *Comes Gerardus de Saumes*: *Fridericus de Karo*; *& Conradus de Smidelvelt*: *Manfridus Marchio Lanz*: *Thomas Comes Acerrarum*: *Ricens Mareſcalcus*: *Ricardus Camerarius*: *Henricus magnæ Curiæ Imperialis Magiſter Juſticiarius*; & alii quamplures.

res. Acta ſunt hæc *Anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XXXI. Menſe Julio, Quartæ Indictionis, Imperante Domino noſtro Friderico D. G. Illuſtriſſ. Rom. Imperatore Semper Auguſt. Jeruſalem & Siciliæ Rege. Anno Imperii ejus XI. Regni Jeruſalem* A *VI. Regni vero Siciliæ XXXIV.* Feliciter Amen. *Datum in Civitate Melfie, Anno, Menſe, & Indictione prætitulatis.*

Signum Domini noſtri FRIDERICI II. D. G. Invictiſſimi Roman. Imper. S. Aug. Jeruſal. & Sicil. Regis.

XVI.

26 Ottocari & Wenceslai Bohemiæ Regum Atteſtatio, quod Reges Bohemiæ debent conſecrari & coronari ab Archiepiſcopo Moguntino, Regni Metropolitano, anno 1228.

IN nomine Domini, amen. *Ottocarus* & *Wentzlaus* Reges Inclyti, univerſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum intuentibus ſalutem perpetuam. Confitemur & publice proteſtamur, quod tam nos, quam omnes *ſucceſſores noſtri*, conſecrationem Regalem & Diadematis impoſitionem, de Sacroſanctæ *ſedis Moguntinæ* Archiepiſcopo, *terræ noſtræ Metropolitano*, in perpetuum tenemur recipere. Si vero idem Archiepiſcopus requiſitus pro C B motu animi ſui ſubtraxerit, alteri Epiſcopo, quem nos vel *ſucceſſores noſtri poſtulaverint*, vicem ſuam ad id exequendum committat. Vt autem hoc ratum & inconvulſum permaneat, hanc paginam de conſenſu venerabilium *Pragenſis* & *Olomucenſis* Epiſcoporum ſigillorum noſtrorum appenſione firmavimus. Datæ *Pragæ*, *anno Dominicæ incarnationis* MCCXXVIII. *indictione prima.*

XVII.

Inveſtitura de Regno Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ, & infeudatio Ducatus Auſtriæ, & Marchionatu Styriæ, anno 1262.

RICHARDVS Dei gratia *Romanorum Rex Semper-Auguſtus*, Illuſtri *Ottocaro Boemiæ Regi*, chariſſimo Principi ſuo gratiam ſuam & omne bonum. Cum Regalis dignitas (α) poteſtatis quandam quodammodo divinæ in terra Majeſtatis imaginem repræſentet: & quanto quis ſua (β) voluntate innititur, tanto copioſioribus gratiæ ſuæ donis & inſignioribus illuſtratur; decens & congruum æſtimamus, ut ad imitationem illius, qui omnibus dat, & nulli imperat, (γ) illi noſtra benignitas gratioſior atque benignioſior ſemper illuceat, qui noſtræ beneplacitæ (δ) voluntatis cum majori liberalitate & promtitudine ſe conformat. Hinc eſt, quod (ε) cum nullius gratificationis muneribus, ſed propriæ duntaxat virtutis & liberalitatis inſtinctu pellectus, liberalitatis (ζ) ad noſtri cultum Domini ſi (η) converſus, & promit- D tas legaliter etiam deinceps noſtræ devotionis obſequiis & mandatis conſtanter & fideliter inhærere: Nos te (ϑ) ob hoc condignioribus honoribus & gratioſioribus beneficiis proſequi cupientes, (ι) te de Principatibus Regni *Bohemiæ* & Marchionatus *Moraviæ*, ac omnibus feudis dictis duobus Principatibus (κ) attinentibus, quos & quæ claræ memoriæ *pater & progenitores tui*, (λ) juſte & rationabiliter ab Imperio tenue- E runt, auctoritate præſentium inveſtimus, 27
tibique (μ) dictos Principatus & feuda ſimpliciter auctoritate Regia confirmamus.

Et quia non multum gratiæ tantæ potentiæ & claritatis viro (ν) per iſta videmus impendere, quæ conſtituit (ξ) claros *progenitores tuos* (ο) officioſis laboribus & glorioſis actibus meruiſſe: Nos te (π) pro tuæ devotionis meritis plenius & inſignius honorare volentes, tibi & *tuis* (ρ) *legitimis hæ*- F *dibus*, qui tibi (σ) in bonis feudalibus ſe-

(α) Balbin. *divinitas*, (β) Balbin. *divina voluntati*, (γ) Balbin. *improperat*, (δ) Balbin. *noſtro beneplacito*, (ε) Balbin. *Illuſtris Ottocarus Bohemorum Rex*. (ζ) Balbin. *liberaliter*. (η) Balbin. *Dominus ſic converſus, & promittat legaliter ſe deinceps adhæſurum*. (ϑ) Balbin. *ipſum*, (ι) Balbin. *noſſe vos volumus univerſos, quod eundem Regem de Princ.* &c (κ) Balbin. *Principatus attingentibus*, (λ) Balbin. *ejuſdem*, (μ) Balbin. *eique*. (ν) Balbin. *Viris*, (ξ) Balbin. *conſtat*, (ο) Balbin. *ſuos*, (π) Balbin. ipſum pro ſuæ, (ρ) Balbin. *eidem Regi & ſuis*. (σ) Balbin. *ei*,

cundum jus & conſuetudinem Sacri Imperii de jure poterunt & habebunt ſuccedere, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Imperatoribus & Regibus Rom. illos duos nobiles Principatus, *Ducatum* videlicet *Auſtriæ*, & *Marchionatum Stiriæ*, ad manum Imperii & noſtram de jure libere devolutis, (τ) cum omnibus feudis ad dictos duos Principatus pertinentibus, ab Imperio debitis & conſuetum teneri, integraliter & ſimpliciter in feudum concedimus (υ) & donamus, tibique & *legitimis tuis hæredibus*, quemadmodum eſt præſcriptum, jure & titulo feudali perpetuo poſſidentes. Nulla igitur perſona, ſublimis vel humilis, Eccleſiaſtica vel mundana, præſumat hujus noſtræ inveſtitionis, confirmationis, & conceſſionis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Quod qui fecerit, ipſo facto ſe noverit bannum Imperii & noſtræ offenſam Celſitudinis incurriſſe. In iſtorum autem omnium teſtimonium & evidentiam pleniorem præſens (φ) inde conſcribi, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum *Aquiſgrani. IX. die Auguſti, Indictione V. Anno Domini* MCCLXII. *Regni vero noſtri anno* VI.

(τ) Balbin. *devolutos.* (υ) Balbin. *Eique & hujusmodi ſuis heredibus in perpetuum præſentis ſcripti patrocinio ſtabilimus ab ipſo & ſuis heredibus ___ poſſidendos.* (φ) Balb. *ſcriptum exinde deſcribi.*

XVIII.

Feuda Dapiferiæ, quæ Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ ab Eccleſia Bambergenſi tenet & ſuſcipit, anno 1269.

BERCHTOLDUS Dei gratia Epiſcopus *Eccleſiæ Bambergenſis.* Univerſis hanc literam inſpecturis ſalutem in omnium Salvatore. Quia diurnitas temporis oblivionem ingerit rebus geſtis, ne facta hominum dubietate vel varietate aliqua infirmentur, neceſſe eſt ea ſcripturarum teſtimonio perhennari. Tenore ſiquidem præſentium recognoſcimus, & notum facimus univerſis præſentibus & futuris, quod nos conſiderantes grata & laudabilia ſervitia, quæ Illuſtris Princeps Dominus *Ludovicus Comes Palatinus Rheni*, *Dux Bavariæ*, dilectus conſanguineus noſter, nobis & Eccleſiæ noſtræ fecit, & inantea eſt facturus, eidem & heredibus ſuis officium *Dapiferatus* Eccleſiæ noſtræ, quod ad nos eſt libere
*18 devolutum, cum omnibus honoribus dignitatibus & juribus prout inclytæ recordationis *Fridericus Rom. Imp.* ab Eccleſia noſtra tempore quondam Domini *Ekeberti Bambergenſis* Epiſcopi prædeceſſoris noſtri tenuit, cum omnibus feudis ipſi officio annexis *feudali titulo* duximus conferendum. Feuda autem ſunt hæc, *Caſtrum Hochinſtain*, *Advocatia bonorum & hominum oppidi Harſpruck*, *Vilſeck*, *Aurpach*, *Pägenz*, *Velden*, & omnia attinentia eorundem. Ab hac autem collatione noſtra *Advocatiam Civitatis Vilſeck* cum agris, pratis, paſcuis & aquis, ipſam civitatem ſpecialiter reſpicientibus, & ſervitia, quæ *Tagdienſt* vulgariter nuncupantur, excipimus, ea deinceps pro noſtris & Eccleſiæ noſtræ ſervitiis reſervantes. Includimus etiam, quod in omnibus poſſeſſionibus & juribus noſtris Eccleſiarum, Monaſteriorum ac miniſterialium Eccleſiam noſtram reſpicientium, in poſterum non per ſe, vel heredes ſuos, ultra jus debitum non impediat vel moleſtet. Utetur etiam prædicta *Advocatia*, ſicut præfatus Imperator ea tempore Domini *Ekperti Epiſcopi* uſus fuit, nec munitionem vel Caſtrum aliquod eriget in bonis, quæ ipſi contulimus nunc de novo. Ad hujus itaque noſtræ collationis robur perpetuo valiturum præſens ſcriptum prædicto *Duci* cum ſubnotatis teſtibus dedimus, ſigillis noſtri & Domini *Henrici* Venerabilis Spirenſis Epiſcopi fratris noſtri, munimine roboratum. Teſtes autem ſunt Dominus Venerabilis *Spirenſis* Epiſcopus. *Walrabus* Præpoſitus majoris Eccleſiæ *Wormatienſis*. *Emetio Comes de Eyningen frater noſter. Fr. de Polandia Præpoſitus S. Stephani Bambergenſis. Fr. Burggravius de Nurinberg*, *Reinhardus de Hagenawe*, *Hermannus & Rudolphus de Hurnheim*, *Hadmarus de Labir*, *Meinhardus Comes de Roteneck*, *Gebhardus de Wilhaym*, *Erchingerus de Maginheim*, *Cl. unerus & Otho de Richenbach*, *Gerlacus de Brieberck*, *Otto de Bruchſella*, *Engelhardus de Winſperch*, *Philippus & Gerhardus Dapiferi de Alzeia*, *Wolframus Dapifer de Nuevanſtorf*, *Chuerus de Alkersdorf*, *Berchtoldus de Vochinberge*, *Antonius Dapifer de Chriwiler*, *Chunerus & Eberhardus*

Eberhardus Pincerna de Erpach, Chonerus de Priſingen, Henricus de Rorpach, Lupoldus Coquinarius de Rotinburch, Berchtoldus de Geboltſpach, Wernherus de Huſen, Fridericus Notarius Curiæ noſtræ, & alii A quamplures. Actum & datum in *Campis apud novam civitatem, anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo ſexageſimo nono, tertio decimo, Kalendas Julii, duodecima Indictione.*

19 XIX.

Decretum Rudolphi I. Imperatoris, quod Ducibus Bavariæ jus eligendi Romanorum Regem, ratione Ducatus Bavariæ competat, anno 1275.

RUDOLFUS Dei gratia *Romano-* B
rum Rex ſemper Auguſtus, uni-
verſis præſentia inſpecturis, in
perpetuum declaramus, quod
præſidentibus nobis Curiæ apud
Auguſtam Idibus Maji ſolemniter celebra-
tæ, & conſtitutis ibidem in præſentia no-
ſtra Illuſtrium Principum *Ottokari Regis Bohemiæ* nunciis, & *Henrici Ducis Bavariæ*
procuratoribus, ſubortaque inter eos quæ-
ſtione ſuper quaſi poſſeſſione *juris eligendi* C
Romanum Regem, per Procuratores prædi-
cti Ducis *Henrici* & Illuſtrem *Ludovicum
Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bavariæ*, filium noſtrum chariſſimum, fuit
propoſitum, ratione Ducatus *Bavariæ*,
hoc eis competere ex antiquo. Idemque
noſter filius *Ludovicus* coram nobis, cun-
ctiſque Principibus, Prælatis, Baronibus,
Militibus, & univerſo populo, qui eidem
Curiæ aſſidebant, extitit publice proteſta- D
tus, quod prædictus *Dux Henricus*, frater
ipſius olim *electioni Inclyti Richardi Romanorum Regis* noſtri prædeceſſoris, una cum
ipſo præſentialiter cum cæteris Principibus
Coëlectoribus interfuit, & in eum uterque
direxit legaliter votum ſuum, eundem in
Romanum Regem, una cum aliis Com-
principibus jus in hoc habentibus eligendo.
Deinde vero electionis tempore apud *Franckenfurt* de nobis ab omnibus Principibus E
jus in electione habentibus concorditer ce-
lebratæ, per Nuncios & Procuratores ejuſ-
dem Ducis *Henrici*, videlicet *Henricum
Præpoſitum Oetingen*, & *Fridericum Rectorem Eccleſiæ de Lantshud*, ipſius abſen-
tiam propter impedimenta legitima legiti-
me excuſantes, præſente venerabili *Berchtoldo Babenbergenſi Epiſcopo*, procuratore
prædicti *Regis Bohemiæ*, & contradicente
quidem ipſis Procuratoribus, ſed ipſius F
contradictione a Principibus Electoribus o-
mnibus, tam Eccleſiaſticis quam ſeculari-
bus non admiſſa, in dictum *Ludovicum
Comitem Palatinum Rheni* noſtrum filium,
una cum aliis Principibus omnibus, qui in
nos direxerant ſua vota, prout jam dicti
Procuratores in mandatis receperant, con-
corditer extitit compromiſſum, qui com-
miſſum hujuſmodi in ſe recipiens, ſuo, &
dicti *Henrici Ducis*, fratris ſui, ac omnium
aliorum Principum jus in electione haben-
tium auctoritate & nomine, in Romanum
Regem ſolemniter nos elegit, vocibus eo-
rundem fratrum *Ducum Bavariæ, Comitum Palatini Rheni*, ratione *Ducatus* pro 30
una, in ſeptem Principum jus in *electione
Regis Romani* habentium numero compu-
tatis, prout etiam in prædicta curia Augu-
ſtenſi vivæ noſtræ vocis eloquio, utrique
ipſorum in præſentia nunciorum præfati *Regis Bohemiæ*, videlicet venerabili, *Wernhardo Seckovienſi* Epiſcopo, Magiſtro *Henrico Præpoſito Werdenſi, N. Commendatore
Domus Theutonicæ* per *Auſtriam*, & *Wolfingo Magiſtro Hoſpitali S. Johannis de Murperge*, ac omnium ibidem præſentium Prin-
cipum, Prælatorum, ac Baronum reco-
gnovimus, recognoſcimus manifeſte, in hu-
jus rei teſtimonium, & perennem memo-
riam prædictorum, præſentes eis literas do-
navimus, noſtro Regali ſigillo, nec non
ſubſcriptorum teſtium ſigillis munitas. Qui
ſunt: *Hartmannus Auguſtenſis Epiſcopus.
Hiltbrandus Eiſtetenſis, Henricus Tridentinus Epiſcopus. N. de ſancto Gallo: de Augea Abbates. Rudolfus Cancellarius noſter.*
Ex Laicis vero, filius noſter *Ludovicus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ: Philippus Dux Karinthiæ: Meinhardus Comes
Tyrolenſis, Fridericus Burggravius de Nürnberg, Henricus Marchio de Burgave. Ulricus de Helfenſtain, Ludovicus de Oetingen, Albertus & Burchardus de Hochenberg, Henricus de Furſtenberg, Tybaldus
de Pirreto & Ludovicus de Honberg*, Co-
*mites. Henricus & Berchtoldus de Niffen,
Albertus de Pruckperch, Hermannus de
Haginberch, Volkmarus de Chemnaten, &
Marquartus filius ſuus, Winhardus de Rorbach, Henricus de Priſingen*, & alii quam-
plures. Actum & Datum *Auguſtæ, Anno
Dominicæ*

Dominicæ Incarnationis Milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo quinto, Regni vero

A *noſtri Anno ſecundo.*

XX.

Inveſtitura Regis Ottocari ſuper Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ, cum ſuis attinentiis,

anno 1276.

RVDOLPHVS Dei gratia *Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Tenore præſentium recognoſcimus publice profitentes, quod nos illuſtrem *Ottocarum Bohemiæ Regem*, Principem noſtrum chariſſimum *de Regno Bohemiæ* ſuiſque attinentiis, nec non de *Marchionatu Moraviæ*, cæteriſque omnibus,

B quæ a nobis & Imperio in feudum obtinere de jure dinoſcitur, ex Regali dignitate conſueta inveſtimus, ac eidem Principatus prædictos cum omnibus ipſorum obtinentiis (*a*) duximus concedendos a nobis & Imperio in feudum perpetuo obtinendum. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communi- 31 ri. Datum *in caſtro ante Viennam, VII. Calend. Decembr. Indictione V. Anno Domi-*

C *ni* MCCLXXVI. *Regni vero noſtri anno* IV.

(*a*) Balbin. *attinentiis.*

XXI.

Rudolphus I. Imperator confirmat Regi Bohemiæ Privilegium Pincernatus & Electoriæ dignitatis,

anno 1290.

RVDOLPHVS Dei gratia *Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Quanto jura perſonarum prodierint in lucem notitia clariore, tanto liquidius poſteritati ſucceſſuræ materia altercandi tollitur. Inquiſitionis igitur circumſpectæ præhabita indagine, ſcrutinioque ſolerti ſcire deſideravimus, quid, quantumve ju-

E ris in Romano competat Imperio, & in electione Romanorum Regis, futuri Imperatoris, inclyto *Regi Bohemiæ*. Principi & filio noſtro chariſſimo, & *heredibus ipſius*. Quo facto, Principum, Baronum, Nobilium, & procerum Imperii, nec non veteranorum communi aſſertione & concordi teſtimonio comperimus aſſonante, ipſum *Regem Bohemiæ* Imperii debere *pincernam* exiſtere, & jus ac officium *Pincer-*

F *natus* apud eum, nec non *ejus heredes jure hæreditario* reſidere. Extitit etiam dilucide declaratum, prædictum Regem Bohemiæ & *ſuos hæredes* in *electione Regis Ro-*

D *manorum*, futuri Imperatoris, cum cæteris Electoribus habere debere, ad ſimilitudinem aliorum Electorum *eligendi* plenarium jus & vocem. Hæc vero jura pincernatus & Electoratus, ne dum dicto Regi & *ſuis hæredibus* didicimus competere, ſed etiam *ſuis Progenitoribus*, *Abavis*, *Atavis*, *Proavis*, *Avis* pure pleniſſime competebant. Volentes itaque dicti Regis & *hæredum ſuorum* diſpendiis cavere, jus & officium *Pincernatus* in Imperio, *ſibi & hæredibus ſuis*, & non aliis competere, & in *electione Regis Romanorum* futuri Imperatoris habere *jus* & *vocem* clare recognoſcimus, approbamus, & præſentium teſtimonio profitemur. Si quid autem diminutionis vel calumniæ, quod non credimus, cavilloſe, malitioſe, vel ſubdole poſſit opponi, ſupplemus de plenitudine poteſtatis. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datum *Erfordiæ VI. Kal. Octobr. Indict. III. Anno Domini* M.CC.XC. *regni vero noſtri* XVII.

XXII.

32

XXII.

Confirmatio VVenceslai Regis Bohemiæ, tanquam Electoris & Archipincernæ, &c. Conceſſionis factæ Ludovico Comiti Palatino & Duci Bavariæ, a Rudolpho I. Imp.

anno 1291.

NOs *VVenceslaus* Dei gratia *Rex Bohemiæ*, *Dux Cracoviæ & Sandomiriæ*, *Marchioque Moraviæ*, *Sacri Romani Imperii Princeps & Pincerna*, notum facimus univerſis tenorem præſentium inſpecturis, tam præſentibus quam futuris, quod nos confirmationem, ratihabitionem & approbationem Sereniſſimi Domini noſtri & patris kariſſimi, Domini *Rudolphi* Incliti *Romanorum Regis ſemper Auguſti*, quas Illuſtri Principi *Lodvvico Comiti Palatino Rheni*, *Duci Bavvariæ* conſanguineo & affini tanquam fratri nobis kariſſimo, fecit de bonis quondam *Conradi* filii olim Regis *Conradi* nati piæ memoriæ *Friderici* quondam *Imperatoris Romanorum*, videlicet oppido *Schongovv*, *caſtro Peittengovv*, *Ambergovv*, *curia ſuper Monte*, *curia Stauffe*, *villa Iglingen*, *villa Durncheim*, *villa Möringen cum toto Heybiſche*, *caſtro Svvabekke*, *caſtro oppido Svvebisvverde*, *caſtro Capfheym*, *oppido Novoforo cum toto Officio*, *Perengovv*, *Novocaſtro*, *& caſtro Schonenberch*; quæ prædictus *Rex Conradus* pro dote & in dotem *Elizabeth uxori ſuæ*, matri videlicet *Conradi* ſui filii prædicti, ac Illuſtrium Prin-

A cipum prædicti Domini *Lodvvici*, & felicis recordationis Domini *Henrici Ducum Bavvariæ*, ſorori aſſignavit, & de omnibus bonis ſuis aliis Patrimonialibus, ſive aliis quibuſcunque ad ipſum de jure proprietatis titulo pertinebant, eidem Duci *Loduvico* per prædictum *Conradum* nepotem ſuum prædicti *Regis Conradi* filium datis & traditis, nec non ceſſionis & donationis omnium bonorum ſuorum feudalium
B factæ eidem Duci *Lodvvico* per prædictum nepotem ejus *Conradum*, *de Advocatia Herſprukke*, *& Viljekke*, *Amberch*, *Avvrbach*, *cum caſtro Hohenſtain*, & omnibus pertinentiis omnium prædictorum tam in bonis quam hominibus, quæ prædictus *Rex Conradus*, pater *Conradi* prædicti, a *Babenbergenſi Eccleſia* habuit in feodata. Sicut hæc omnia in ipſius Domini noſtri Regis *Rudolphi* patentibus inſtrumentis expreſſa, &
C per eundem Dominum Regem *Rudolphum* facta ſunt, approbamus, & noſtrum eis præbemus aſſenſum, præſentium literarum teſtimonio, quas ad majorem cautelam ſigillis noſtris juſſimus ſigillari. Datum *Pragæ anno Domini 1291. XVII. Kal. Maji, indictione IV.*

33

XXIII.

Infeudatio & Inveſtitura Regis Bohemiæ per Adolphum, anno 1292.

ADOLPHVS Dei gratia *Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, inclyto *Venceslao Regi Bohemiæ*, Principi ſuo dilecto, ſalutem, & ſynceræ Regiæ benignitatis affectum cum deſiderio complacendi. Multarum virtutum amica ſocietas, morum ac vitæ laudabilis converſatio & commendabilis fidei tuæ præſentia, quibus te præeminenter adornari comperimus, nos inducunt, ut te tanquam *Principem Imperii præinſignem* amplioribus præ cæteris noſtræ beneficentiæ radiis illuſtremus: Hinc eſt, quod ex ſpeciali favore ad provehenda tui honoris auſpicia, omnia feuda, quæ a no-

D bis & Imperio debes ſuſcipere & tenere, per virum Spectabilem *Rubinum de Coronee* affinem & fidelem noſtrum dilectum, tibi tranſmittenda duximus, & tranſmittimus præſentium ſerie literarum. Volentes tamen, ut cum commodius noſtris poſſis præſentari conſpectibus, a nobis *perſonaliter ſuſcipere debeas feuda* memorata. In præmiſſorum igitur omnium teſtimonium ac evidentiam præſentes literas noſtræ
E Majeſtatis Sigillo fecimus communiri. Dat. *Francfurt III. Idus Maji*, *Indictione V. Anno Domini* MCCXCII. *Regni vero noſtri anno primo.*

XXIV.

Inveſtitura per interpoſitam Perſonam ſuper omnibus feudis Regis Bohemiæ, anno 1292.

ADOLPHVS Dei gratia *Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, univerſis ſacri Imperii fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Ob ſuorum meritorum inſignia glorioſa, quibus erga nos & Imperium ſacrum Illuſtris Dominus *Venceslaus Rex Bohemiæ*, inclytus *Princeps* noſter & *pincerna* multipliciter relucet, ſuis cupientes parcere laboribus & expenſis, omnia feuda quocunque ſita, ſeu quocunque nomine cenſeantur, quæ a nobis & ſacro Rom. Imperio dictus Rex (α) habet, tenet, poſſidet, vel A poſſidere debet, eidem Regi (β) per Nobilem virum *Rubinum de Toucrna* affinem noſtrum exhibitum (γ) præſentium ex ſpeciali gratia noſtræ Regiæ Majeſtatis, quamquam abſenti, duximus porrigenda. Volumus tamen & annectimus hanc formam, ut Rex Illuſtris jam prædictus, cum commode noſtri præſentiam habere poterit perſonalem, perſonaliter nos accedat, jura ſuorum feudorum, prout mos expoſtulat, 34
B accepturus. Dat. *apud Francfort*, VI. (δ) *Idus Maji*, *Anno Domini* MCCXCII. *Indictione* V. *Regni noſtri anno I.*

(α) Balb. in ea quæ (α) & (β) incluſa ſunt, non habet. (γ) Balb. *exhibitorem*. (δ) Balbin. IV.

XXV.

Generalis Confirmatio omnium Privilegiorum & jurium Regis Venceslai, anno 1305.

ALBERTVS Dei gratia *Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus, præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Quanquam noſtræ benignitatis Regia Celſitudo quoslibet, quos Romanum ambit Imperium, teneatur dulcoroſis favoribus & benignis promotionibus amplexari, tamen dignum judicat noſtra Serenitas, & congruum arbitratur, ut eorum, quos nobis carnalis unit affectio, & identitas ſanguinis propagat & ſociat, honoribus adaugendum & commoditatibus procurandis ferventius & vigilantius intendere debeamus. Ad hoc itaque conſideratione habita & reſpectu in Illuſtrem *Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem*, avunculum & Principem noſtrum chariſſimum, ampliori benevolentia & gratioſiori affectu præ cæteris proſequi cupientes, omnia pri- E
C vilegia, feuda, jura, libertates & gratias Illuſtri quondam *Wenceslao Regi Bohemiæ*, genitori ſuo, ac ſibi, & *ipſorum heredibus*, *prædictis Regibus Bohemiæ* a nobis & noſtris prædictis Imperatoribus & Regibus Romanis conceſſa & conceſſas approbamus, innovamus, ratificamus, & præſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ confirmationis paginam infringere, vel ei in D aliquo, auſu temerario, contraire: quod qui facere præſumpſerit, gravem noſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit incurriſſe. In cujus noſtræ approbationis, innovationis, ratificationis & confirmationis teſtimonium, hoc ſcriptum exinde fieri, & Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus communiri. Datum *apud Nurmberg*, XIII. *Calend. Septemb. Indictione* III. *Anno Domini* MCCCV. *regni vero noſtri anno* VIII.

XXVI.

35 *Alberti Imper. Aug. Decretum de Abſolutione Regis Bohemiæ a Banno Imperiali: anno 1305.*

NOs ALBERTVS Dei gratia *Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire. Quod ſuper diſcordia, quæ inter Nos ex una parte, & Illuſtrem quondam *Wenceslaum Bhoemiæ Poloniæque Regem* ex altera, vertebatur, dum ad vixit cum ejus filio Illuſtri *VVenceslao Bohemiæ Poloniæque Rege*, avunculo & Principe noſtro chariſſimo,

Digitized by Google

mo, concordiæ, quam cum eo cunctis diebus vitæ noſtræ ſervare bona fide promittimus, devenimus unionem.

Primo quod omnis exceſſus, ſi quos ipſius avunculi noſtri *Bohemiæ* & *Poloniæ Regis* genitor prædictus in nos vel imperium quocunque modo commiſit, propter quos in ipſum genitorem ſuum noſtra legalis ſententia lata, vel bannum promulgatum fuiſſent, quæ ejus ſe extenderent *ad heredes*, prædictum *Venceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem* avunculum noſtrum, prædicti quondam *Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis filium heredem & ſucceſſorem ac heredes ſuos*, ab ipſis exceſſibus ſuis & bannis abſolvimus & in perpetuum auctoritate regia reddimus & eſſe volumus omnimode abſolutos.

Promittimus præterea in Regia fide prædictum *VVenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem*, avunculum noſtrum, *heredes & ſucceſſores ſuos Bohemiæ & Poloniæ Reges* in ipſis Bohemiæ & Poloniæ Regnis, & omnibus aliis Principatibus & terris ac juribus ac omnibus aliis, quæ ad ipſum *VVenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem*, avunculum noſtrum, *ex ſucceſſione paterna*, vel quocunque alio titulo, pervenerunt, nec de jure, nec de facto, toto vitæ noſtræ tempore aliquatenus impedire, etiamſi aliquod jus, quod vulgariter dicitur *Anſpruch*, nobis vel Imperio in eis competeret, vel diceremus competere vel nobis aut imperio aliqua competere videretur. Sed ipſe *VVenceslaus Bohemiæ & Poloniæ* Rex, avunculus noſter, *heredes ac ſucceſſores ſui Bohemiæ & Poloniæ Reges*, prædicta regna, Principatus, terras ac omnia ſupradicta cum pleno dominio, & omnibus regnorum, Principatuum & terrarum ipſarum titulis, honoribus, juribus, juriſdictionibus, utilitatibus, in terra & ſupra terram, in regnis, Principatibus ac omnibus prædictis & ex eis provenientibus, feudalia jure feudi, propria vero & hereditaria jure proprietatis & hereditario debent obtinere in perpetuum, &
36 ea libere & pacifice poſſidere.

Illuſtres præterea, *Otthonem* & *Stephanum Duces Bavariæ*; *Ottonem*, *Hermannum*, *Joannem & Valdemarum Marchiones de Brandeburg*, qui in querra & diſcordia prædicta, quæ inter nos & prædictum quondam *VVenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem* vertebatur, ipſius Regis Bohemiæ & fautores & adjutores fuerint; inſuper omnes alios, qui notabiliter & actualiter adjutores vel fautores prædicti Regis *Bohemiæ & Poloniæ* contra nos in eadem diſcordia ſunt vocati & inventi, ſive ſint banniti, ſive proſcripti vel ablitigati per nos vel per alios, prædictæ concordiæ & unioni includimus, & incluſos eſſe volumus præſentium tenore, & eos omnibus bonis in prædicta concordia, propter præſtitum contra nos prædicto Regi Bohemiæ adjutorium vel favorem eis ablatis, & honoribus & juribus eorum reſtituimus & eſſe volumus, plene & integre reſtitutos; nec quod eis ex hoc in ipſis bonis & eorum juribus & honoribus ulla diminutio vel læſio aut præjudicium aliquod generetur.

Promittimus inſuper ſuper terris, hominibus, bonis & juribus terræ *Vratislavienſis* ſtare dictis & ordinationi ſpectabilium virorum, *Bertoldi Comitis de Henneberg* & *Burckhardi Burggravii de Magdeburg* per nos & prædictum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum noſtrum, ad hoc concorditer electorum.

De munitionibus autem, ſi quas ipſius *Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis*, avunculi noſtri, progenitores in *terra Egrenſi*, quam cum ſuis pertinentiis ipſe *Wenceslaus Bohemiæ & Poloniæ Rex*, avunculus noſter, ea integritate, qua ipſa terra genitori ſuo, per felicis memoriæ Adolphum Romanorum Regem, præceſſorem noſtrum, olim fuit * commiſit reſtituere, ſua pecunia comparamus, (a) inter nos & ipſum *VVenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem*, avunculum noſtrum, taliter eſt ordinatum, ut eædem munitiones diſcuſſioni juris ſubjaceant: utrum videlicet ad nos, vel ad ipſum *VVenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem*, avunculum noſtrum, debeant pertinere, niſi ipſas idem *VVenceslaus Bohemiæ & Poloniæ Rex*, avunculus noſter, a nobis in feudum voluerit obtinere. In cujus rei teſtimonium præſentes exinde conſcribi, & Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus communiri litteras. Datum *apud Nurmberg, XV. Cal. Septemb. Indict. III. Anno Domini* M. CCC. V. *Regni vero noſtri Anno* VIII.

(a) Hic mendum ſubeſſe monet Balbinus.

XXVII.

XXVII.

37 # *Renunciatio Succeſſionis Bohemicæ, facta per*

LEOPOLDUM *Ducem Auſtriæ, anno* 1324.

NOs *LEOPOLDVS*, D.G. *Dux* A *Auſtriæ & Stiriæ*, ad univerſorum notitiam tenore præſentium cupimus devenire: Quod, quia mediante Illuſtri Principe, *D. Carolo Hungariæ Rege*, Fratre noſtro chariſſimo, inter Magnificum Principem D. *Johannem Bohemiæ & Poloniæ Regem*, ac *Comitem Lucemburgenſem*, & Nos ac Illuſtres Principes, *Duces Auſtriæ & Stiriæ*, Fratres noſtros chariſſimos, ſuper omnibus diſcordiis, B litibus, & controverſiis, quæ hinc inde vertebantur, compoſitio amicabilis & firma concordia intervenit; ſponte & libere, & ex maturo & deliberato conſilio, noſtro & hæredum noſtrorum nomine, renunciamus *omni juri, omnique actioni & quæſtioni, quod vel quæ in Regno Bohemiæ vel Marchionatu ſeu terra Moraviæ, in toto vel in parte, exquacunque cauſſa, quocunque jure vel titulo aut modo, nobis &* C *hæredibus noſtris competebant* hactenus, competeret in præſenti, vel poſſet quomodo libet competere in futurum, & nihil juris vel actionis fatemur in eiſdem, dicimus & recognoſcimus, nos habere; & ſi quid juris vel actionis habuiſſemus vel habere potuiſſemus in ipſis, de hoc ſpontanea & libera voluntate noſtra, & ex maturo & deliberato conſilio præhabito ſuper hoc ſæpius cum *Baronibus & Nobilibus* D noſtris, totaliter conceſſimus & concedimus D. *Regi Bohemiæ* ante dicto ita, quod nunquam ſibi, vel *Hæredibus aut ſucceſſoribus ſuis*, de hoc aliquam brigam movebimus, nec aliquam quæſtionem. Imo potius ipſum Dominum *Regem Bohemiæ* & *Hæredes & ſucceſſores ſuos*, de eo ſemper quietos ſtare & pacificos, promittemus; Promittentes ſub corporali præſtito juramento, & omni fraude ac dolo excluſis, E ipſi Domino *Regi Bohemiæ* omnes literas omniaque privilegia & inſtrumenta quæ habemus ſeu habere dignoſcimur, ſub quibuſcunque formis ſeu tenoribus verborum, ſuper quibuſcunque conceſſionibus & donationibus, obligationibus, vel aliis quibuſcunqne modis ac contractibus, nobis & hæredibus noſtris, per quaſcunque perſonas, cujuſcunque ſtatus, conditionis, vel præeminentiæ extiterint, etiamſi Imperiali F vel Regali præfulſerint dignitate, & per D. *Regem Bohemiæ, de Regno ipſo Bohemiæ, vel Marchionatu Moraviæ*, vel aliqua parte ipſorum factis, ſtatim ſibi reſignare, & in ſuam tradere poteſtatem, ſic quod nullam de ipſis literis ſeu privilegiis nobis unquam reſervabimus vel retinebimus quoquo modo: & nihilominus caſſantes, annullantes & irritantes, ac caſſas, nullas, & irritas decernentes & eſſe volentes hujuſmodi literas & privilegia & inſtrumenta, ita quod nunquam nobis vel hæredibus noſtris aliquid juris, utilitatis, commodi vel honoris, in judicio vel extra judicium, alicujus roboris obtineant firmitatem, nec etiam 38 nobis afferant, vel conferant, aut afferre vel conferre poſſint, aliqualiter ullo tempore ſuffragari, nec non a nobis & hæredibus noſtris aſtrinxerunt, & pro quibus nos, vel ipſorum aliquos, vel aliquem, nos vel hæredes noſtri poſſemus quocunque modo impetere vel movere, etiam per quæ poſſemus, quomodo libet *nobis vel hæredibus noſtris, ſibi vel nobis, in regno Bohemiæ & terra Moraviæ, vel aliqua parte ipſorum, jus aliquod vendicare.* Cæterum promittimus ſub debito præſtiti juramenti, & ſine omnis doli & fraudis admixtione, procurare fideliter & efficere cum affectu, quod frater noſter, Dominus *Fridericus, Dux Auſtriæ*, poſtquam a captivitate dimiſſus fuerit, intra duos menſes immediate ſequentes, rata & firma habebit omnia & ſingula ſupradicta, & nihilominus ſuper his omnibus per eum inviolabiliter obſervandis & plenarie adimplendis, ſuas ſpeciales conſimiles & patentes literas, ſuo ſigillatas ſigillo dabit D. *Regi Bohemiæ* antedicto, & nihilominus jurabit tactis ſacroſanctis Evangeliis corporaliter omnia & ſingula ſupradicta, omni fraude & dolo ſemotis, perpetuis temporibus tenere firmiter & ſervare. Præmiſſa autem omnia & ſingula, prout ſuperius exprimuntur, promittimus ſub virtute præſtiti juramenti, & etiam omni fraude & dolo excluſis, ſemper tenere ac habere ac inviolabiliter obſervare, & contra ea vel eorum aliquod, ullo unquam tempore, de jure aut facto non facere nec venire; renunciantes ſponte & expreſſe in his omnibus & ſingulis, noſtro & hæredum noſtrorum nomine, exceptioni doli mali; & in factum actioni, beneficio reſtitutionis in integrum, conſtitutioni & conſuetudini cuilibet in omnibus literis A-

ris Apoſtolicis, & aliis ab Imperatoribus A ſeu Regibus Romanorum, vel ab aliis quibuſcunque nobis conceſſis vel concedendis, omnique Juris tam Canonici quam Civilis auxilio, quod & contra præmiſſa vel eorum aliquod poſſent nobis aut noſtris hæredibus, quocunque modo vel tempore, in aliquo ſuffragari. In quorum omnium teſtimonium & robur perpetuo valiturum literas præſentes noſtro ſigillo fecimus communiri. Datum in *Bruka*, *die Dominica*, *qua cantatur Eſto mihi*, *Anno Domini* M. CCC. XXIV.

XXVIII.

Liga & Promiſſio inter Carolum Regem Hungariæ, & Carolum Marchionem Moraviæ, quod, ſi Rex Caſimirus Poloniæ decederet, Rex Hungariæ Regnum ipſius obtinebit cum ſubſidio prædicti Marchionis, &c. anno 1338.

NOs *CAROLUS* Dei gratia *Rex Hungariæ*, tenore præſentium, quibus expedit, ſignificamus univerſis, memoriæ commendamus. Quod cum nos ex novæ parentelæ contra-
39 ctu inter excellentem Principem Dominum *CAROLUM*, inclyti Principis, Domini *Joannis*, *Boëmiæ Regis primogenitum*, *Marchionem Moraviæ*, *heredes ſuos* ab una, & nos noſtroſque filios parte ex altera, pro Domino *Ludovico* noſtro *primogenito*, & C in ejus perſona nunc inito & firmato, exaltationem & augmentum honoris ipſius Domini *Caroli Marchionis heredumque ſuorum*, ut noſtrum commodum proprium i. e. e converſo ipſe noſtrum, & *heredum noſtrorum*, ſimiliter ut ſuum proprium, merito reputemus, quia nobis *noſtriſque heredibus* bona & ſincera fide promiſit, ſub virtute ad ſancta Dei Evangelia per eum præſtiti juramenti, quod ſi quandoque ma- D gnificum Principem Dominum *Caſimirum Regem Poloniæ* abſque *heredibus maſculis* decedere contingeret ab hac vita, quod tunc pro ſuis viribus omnibus & poſſe nobis *Regi Hungariæ noſtriſque heredibus* ſuum exhibebit & præſtabit auxilium & juvamen, ut nos *noſtrique heredes ipſum Regnum Poloniæ*, ex eo nobis debitum ſeu debendum ſuo adjuti ſubſidio aſſequamur, ut noſtram deveniat in poteſtatem, ac pleno juri no- E ſtro, vel *heredum noſtrorum* regnum ſit ſubjectum. Et quia etiam ſub eodem præſtito juramento nobis promiſit, quod ſi deceſſionem prædicti Domini *Caſimiri* abſque *herede*, ante conſummationem matrimonii inter Dominum *Ludovicum*, noſtrum *primogenitum* præfatum, & præcellentem virginem Dominam *Margaritam* filiam ſuam de novo firmati fieri contingat, non minus ad præmiſſa obtinenda ſuum F B poſſe exponet, quibus jam ipſum matrimonium eſſet conſummatum.

Nos e converſo pro nobis noſtriſque filiis & *heredibus* memoratis, ſub virtute per nos ſibi præſtiti juramenti, ſimiliter promittimus & ſincera fide aſſumimus: quod ſi præfatus Dominus *Caſimirus*, *Rex Poloniæ*, (α) *heredes aut ſucceſſores ſui*, Duces in Polonia (β) reſidentes, Principes & Vaſallos, civitates, caſtra, homines ſeu quæcunque jura ſuo genitori & ſibi, ac inclyto Principi Domino *Joanni Duci Carinthiæ*, ac fratri ejuſdem Marchionis, in ipſo *Regno Poloniæ*, quoad ipſos Duces, Principes, & Vaſallos, competentia, quibuſcunque cenſeantur nominibus ſibi vindicare & attrahere conarentur, ipſos forſitan Duces & Vaſallos *Regis Bohemiæ* & Domini *Marchionis*, ac fratris ſui prædicti ſeu homines hoſtiliter invadendo. Et ſi ab his conatibus ad diligentem requiſitionem noſtram, quam cum diligentia nos interponere promittimus, deſiſtere non curarent, ex tunc nos præfato Domino *Caſimiro*, *Regi Poloniæ*, *heredibus & ſucceſſoribus ipſius*, adverſum Duces, Vaſallos & homines prædictos nullum debemus dare auxilium & juvamen. Præterea nos pro nobis & *noſtris* 40
heredibus ipſi Domino *Marchioni*, *ſuiſque heredibus* ſub eodem fidei juramento ſincere promittimus, quod ſi proceſſu temporis Regnum *Poloniæ*, ut præmittitur, in noſtram aut ſucceſſorum noſtrorum devenerit poteſtatem, quod tunc nos vel noſtri *heredes* dictos Duces præfato Domino *Joanni Regi Boëmiæ*, genitori ejuſdem Marchionis, ſibi & ſuo fratri ſubjectos, civitateſque, caſtra, homines & vaſallos, ſeu alia jura quæcunque ipſis Ducibus, Principibus & vaſallis competentia in dicto *Regno Poloniæ*, quibuſcunque diſtinguantur nominibus,

(α)—(β) Balbinus non habet.

bus, nobis vel noſtris *heredibus* vindicare, uſurpare & attrahere non debeamus per nos vel alios quovis ingenio, publice vel occulte: Imo, ſi ſæpedicti Duces, Principes & vaſalli, civitates, caſtra & homines, memorati *Regis Boëmiæ*, *Marchionis* & fratris ejuſdem prædicti, ſe nobis aut noſtris *heredibus Regnum Poloniæ* tunc habentibus, ſubjicere vellent & appeterent eorum propria voluntate, hos in vaſallos & homines noſtros acceptare & recipere non debebimus, nec quicquam cum eiſdem diſponendo quoquo modo in eorundem Regis *Boëmiæ*, ipſius *Marchionis* ac fratris ſui præjudicium & gravamen; hoc ſpecialiter adjecto, quod nos noſtrique *heredes*, nulli penitus Principum ſeu hominum cujuſcunque conditionis exiſtant, noſtrum impendemus ſeu exhibebimus auxilium, qui præ- A dictos Duces, Principes & vaſallos, patronos ipſius *Marchionis* & fratris ſui, ab ipſis & eorum poteſtate alienare quomodolibet attentarent: imo ipſos Dominum *Regem Boëmiæ*, Marchionem, & ſuum fratrem in juribus in dictis Ducibus, Principibus & vaſallis, ipſis competentibus favorabiliter proſequemur. Hæc igitur omnia & ſingula, & quodlibet præmiſſum, prout de verbo ad verbum præſentibus ſunt inſerta, B ſub virtute prius præſtiti juramenti ad ſancta Dei Evangelia attendere & cuſtodire promittimus, & firmiter ac inviolabiliter obſervare. In cujus rei geſtæ memoriam noſtrum ſigillum præſentibus duximus appendendum. Datum ut ſupra, in *Wiſegrad*, *Dominica Invocavit*, *Anno Domini 1338.*

XXIX.

Recognitio & Renunciatio Caſimiri Regis Poloniæ, quod nullum jus habeat, nec ſibi competat perpetuo in Ducatibus Sileſiæ & Poloniæ, qui hic exprimuntur, anno 1339.

CASIMIRUS Dei gratia Rex Poloniæ, &c. Univerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutem & notitiam ſubſcriptorum. Salus, vita & perennis tranquillitas, benedictio pacis irradiata claris fulgoribus, per orbis clarius refulget clymata, dum Regnorum ſub-
41 ditis & terrarum incolis providetur de commodis, & inter Principes deſiderata gratiæ unio, ac indiſſolubilis caritatis fœdera gratioſius amplexantur, cum ita, ſicuti ſtatus præcedentium temporum demonſtrat, inter Magnificos Principes, Dominos *Joannem Boëmiæ Regem*, & *Carolum* ipſius *primogenitum*, *Marchionem Moraviæ*, illuſtres, fratres noſtros cariſſimos, ac *progenitores* & *prædeceſſores* ipſorum, parte ex una; noſque ac *progenitores noſtros*, parte ex altera, nonnullæ ſeductiones, afflictiones & multiplices calamitates, cædeſque perſonarum ac rerum hinc inde per tempora agitatæ noſcantur, ac damna perpetrata, propter quæ & Regnorum & terrarum gubernacula utrobique gravia pertulere diſpendia, & jacturas innumeras quotidie habuerunt: noſque his tot & tantis cupientes ſalutiſere obviare periculis, & eis finem imponere ſalutarem affectantes: attentis affectibus cum jam dictis Dominis Rege & Marchione firmam & perpetuam amicitiæ gratiam, ac fraternæ dilectionis vinculum irrefraga- C biliter colligare, in hoc votis eorum & noſtris ſatisfacientes libenti animo recognoſcimus, dicimus & publice proteſtamur, nos in magnificis Principibus, Dominis Ducibus, *Boleslao Legnicenſi & Bregenſi*, *Henrico Saganenſi & Croſnenſi*, *Conrado Olſnenſi*, *Joanne Stinavienſi*, *Scleſiæ* Ducibus: necnon *Bolckone Opolienſi*, *Bolckone de Falckenberg*, *Alberto de Strelitz*, *Vladislao Teſchinenſi*, Ducibus: *Vladislao Coz-* D *lenſi & Butenſi*, Principe *Maſoviæ*, Domino in *Plotzck*, *Leskon*, *Ratiboris*, & *Joanne Oſuicienſi*, Ducibus: & vaſallis eorum, cum ipſorum Ducatibus & dominiis, terris, diſtrictibus, juriſdictionibus, pertinentiis, metis, appendiis, limitibus antiquis quibuſcunque; necnon civitatibus *Vratiſlavia & Glogovia*, cum diſtrictibus, limitibus, affinibus & pertinentiis earum univerſis, nullum jus, proprietatem vel domi- E nium, poſſeſſionem aut titulum habere, aut habuiſſe, competere vel competiiſſe aliqua in eiſdem. promittentes ipſos Dominos Regem & Marchionem, aut *heredes*, *coheredes*, *vel ſucceſſores eorum*, ſuper prænominatis Ducibus & Ducatibus eorum, ſeu etiam civitatibus *Vratiſlavienſi* & *Glogovienſi*, cum pertinentiis ſuis, per nos vel *heredes*, *coheredes*, & *ſucceſſores noſtros*, aut alios quoſcunque nullo unquam tem- F pore impedire, moleſtare, vel impetere, nec Duces

Duces ac Ducatus ipſos, & ipſorum pertinentias, nobis aut heredibus noſtris vendicabimus, aut etiam aſſumemus in ipſorum Regis, Marchionis vel *heredum* eorum præjudicium vel gravamen: quin imo placet nobis, & optime favemus eis in eoſdem: renunciantes inſuper & cedentes pro nobis, & *heredibus*, *coheredibus & ſucceſſoribus* noſtris, omni juri, actioni, quæſtioni, proprietati & titulo in perpetuum, ſi quæ nobis aut *heredibus vel ſucceſſoribus* noſtris competebant, competerent, vel competere poſſent quomodo libet in futurum: promittentes etiam ſub fide præſtiti 42 juramenti, tactis Sacroſanctis Evangeliis, & nihilominus ſub pœna excommunicationis prolatæ ſententiæ, contra hanc noſtram renunciationem, ceſſionem & promiſſionem, aliqua actione, impetitione, ſuggeſtione, ſtudio, ingenio, jure, facto, atque verbo nequaquam venire: non obſtantibus aliquibus pactis, pactionibus, ſtatutis, reformationibus, ordinationibus, con- A ſuetudinibus, præſcriptionibus, conventionibus, munimentis, indulgentiis, privilegiis, vel literis Apoſtolicis, Imperialibus, vel aliis quibuſcunque ſcripturis, impetratis ſeu impetrandis in poſterum: nec non juribus quibuſcunque tam Juris Canonici quam Civilis, aut etiam Municipalis, ſub quacunque forma verborum & prolatione conceptis vel in poſterum concipiendis: Et etiamſi talia forent, in quibus de verbo ad B verbum ſpecialem & expreſſam oporteret fieri mentionem. Quæ omnia & ſingula, & quodlibet eorum caſſa & irrita, vacua, inania, eſſe & intelligi volumus, nulliusque fore efficaciæ penitus & momenti: ipſis etiam ex certa noſtra ſcientia per omnia derogamus: in quorum teſtimonium omnium atque robur perpetuum præſentes ſcribi fecimus, & noſtrorum ſigillorum munimine roborari. Datum *Cracoviæ*, *in* C *octava Purificationis B. Mariæ Virginis*, *Anno Domini 1339*.

XXX.

Liga Regis Poloniæ Caſimiri, quod nullum matrimonium velit contrahere abſque licentia Cæſaris, anno 1341.

IN nomine Domini, Amen. Laudabile fore probatur permaxime honeſtumque, ubi vota Principum ad concordiæ flectuntur unionem, per quam pax nutritur & commodis providetur ſubditorum provide. Nos *Caſimirus Dei gratia Rex Poloniæ*, indiſſolubile vinculum inter nos & Sereniſſimum Principem Dominum *Carolum*, *Marchionem Moraviæ* Illuſtrem, fratrem & ſororium noſtrum cariſſimum, perpetuis permanere temporibus, & ipſum in viſceribus gerentes caritatis, ac noſtro toto conamine proſequi in omnibus cupientes: non obſtante, quod ejuſdem Domini Marchionis ſoror, Domina *Margaretha Comitiſſa Palatinatus Rheni*, *Duciſſa Bavariæ*, &c. quæ nobis matrimonialiter debuit copulari, ſit univerſæ D carnis viam ingreſſa: & ne propter hoc Ligæ dilectionis & amicabilis conjunctio, & fidei puritas videatur disjungi inter nos & diſſolvi, ſibi animo ingenti ac deſiderabili, perpetuæque unionis ſic factæ, promittimus bona fide, tanquam fratri uterino, in omnibus conſiliis, auxiliis, placitationibus & tractatibus adhærere, & maxime in contrahendis amicitiis matrimonialibus; quas Deus nobis concedet, faciendum, de no- E ſtra propria perſona & puerorum noſtrorum ipſum proſequi, & ſine ejuſdem voluntate 43 nihil facere & attentare quoquo modo, niſi prius ipſius conſilio, auxilio, conſenſu, ac ſpeciali ſuper hoc requiſita voluntate: quæ omnia promittimus, & ſingula in his ſcriptis inviolabiliter obſervare. Actum *Pragæ*, *Anno Domini 1341*.

XXXI.

Privilegium Ducum Bregenſium & Lignicenſium a Rege Bohemiæ, anno 1343.

NOs *CAROLUS Domini Regis Bohemiæ primogenitus*, *Marchio Moraviæ*, recognoſcimus, & ad univerſorum noticiam volumus F pervenire: quod quia per facti evidentiam bene conſtet, Illuſtrem Principem Dominum *Boleſlaum Ducem Sleziæ*, *Dominum Bregenſem*, ſororium noſtrum cariſſimum, ſuas

ſuas terras, caſtra, civitates, munitiones A & oppida, quas & quæ habet & habuit, cum ſuis diſtrictibus, territoriis, villis, hominibus, Nobilibus, Militibus, feudalibus & vaſallis, necnon aliis pertinentiis & appendiis univerſis, ab Excellentiſſimo & Magnifico Principe, Domino *Johanne Bohemiæ Rege*, genitore noſtro cariſſimo, & a *Regno Bohemiæ*, ſui ac *heredum ſuorum* nomine dudum ſuſcepiſſe, ſibique de ſervando perpetuæ fidelitatis homagio præſti- B tiſſe ſolitum juramentum, prout in literis ſuper hoc per ipſum Dominum genitorem datis plenius continetur. Ideoque promittimus bona fide, vice & nomine juramenti, prædictum Ducem *Boleslaum*, necnon Illuſtres Principes, Dominos *Wenceslaum & Ludovicum*, *Duces Sleziæ*, *Dominos Lignicenſes*, ipſorum filios & heredes legitimos, avunculos noſtros cariſſimos, necnon terras, bona, poſſeſſiones & homines eorundem, quas habent & obtinent, aut obtinebunt in poſterum & habebunt circa quaslibet dignitates, honores, gratias, libertates & jura, quibus progenitores ipſorum ac ipſi ſunt uſi pridem quomodolibet & gaviſi: & ſpecialiter circa puncta, clauſulas & articulos, ut in dicti Domini genitoris noſtri literis continetur, quantum noſtri ad præſens intereſt, aut intererit in futurum, ubilibet conſervare, & nunc ut antea manutenere, necnon proſequi favorabilius & tueri, ipſis & cuilibet in eorum opportunitatibus & neceſſitatibus, noſtris conſiliis & auxiliis, prout decet & expedit, aſſiſtendo. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri, & ſigillorum noſtrorum voluimus appenſione muniri. Actum & datum *Pragæ*, *Anno Domini* MCCCXLIII. *3. Calend. Auguſti.*

44 XXXII.

Caroli IV. Confirmatio Privilegii Friderici II.

de Immunitate, Exemtione & Electione Regum & Incolarum Bohemiæ, anno 1348.

CAROLUS D. G. *Romanorum Rex*, C *Semper-Auguſtus*, *& Bohemiæ Rex*. Ad perpetuam rei memoriam. Innata cordi noſtro benignitas, circa fidelium & devotorum noſtrorum honores & commoda continuis intenta vigiliis, votis ipſorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poſcentium vox eſt juſta. In hoc enim liberalitatis noſtræ non errat intentio, ſed Regalis ſceptri faſtigium extollere ſalubriter arbitratur. Sa- D neæ ad noſtræ Celſitudinis Venerabilis Archiepiſcopus *Pragenſis*, *Olomucenſis*, *Vratislavienſis*, *Lithomiſchelenſis* Epiſcopi, necnon Illuſtres *Johannes Carinthiæ*, *Comesque Tyrolis & Goriciæ*, germanus noſter chariſſimus, ac *Nicolaus Oppaviæ & Ratiboriæ* Duces, cæterique Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres & Nobiles Regni noſtri Bohemiæ & pertinentiarum ejuſdem, præſentiam accedentes, nobis E humiliter ſupplicarunt: ut quaſdam literas *FRIDERICI Divi Romanorum Imperatoris* electi, prædeceſſoris noſtri, nobis per ipſos exhibitas, quarum tenor & ſeries ſequitur in hæc verba:

FRIDERICUS *divina favente clementia, &c. Vide num. XIII.* Noſtra confirmare auctoritate Regia dignaremur: Nos utique præfatorum Prælatorum, Ducum, Principum, Baronum, Procerum & Nobi- F lium, quos honoris & felicis ſtatus *Romani Regni & S. Imperii* fideles & ſolicitos præ cæteris novimus zelatores, ipſumque *Regnum Bohemiæ*, *Romani Regni membrum fere nobilius*, ſupplicationibus benignius inclinati, præfatas literas, ac omnia & ſingula contenta in eiſdem, laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, & de novo, ex certa ſciéntia, de noſtræ Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis, præfatis Regni Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Proceribus, & Nobilibus, ac univerſitati Regni ipſius & pertinentiarum ejuſdem, ad uſum & opus *Regum Bohemiæ* in perpetuum damus, tenore præſentium conferimus, donamus; Omnem diminutionem & defectum, ſi quis in præmiſſis fuerit, de uberiori dono Majeſtatis Romanæ Regiæ & plenitudine poteſtatis, reparantes omnimode & ſupplentes. Veruntamen ſi circa contenta in præfatis literis nonnulli calumniari, aut ea interpretari ſiniſtre, ſeu in ſenſum reprobum declarare, imo verius obſcurare forſitan niterentur; ad tollendum de medio omne dubium vel obſcurum, quibus dictarum ſeries aſpergitur literarum; ut *Regni Bohemiæ* præfati, ipſiuſque Incolarum ſtatus, in ſincera Imperii dilectionis perſeveret concordia, & unitatem in vinculo pacis ſervet, ac Incolæ dicti regni his, quæ 45 diffidentiæ materia poſſint eſſe temporibus futu-

futuris, & animarum ac corporum inde naſcituris periculis, rerumque diſpendiis proventuris, ſolerti præventione, antequam ordiantur,(α)tam prudenter quam ſalubriter præciſis, tanquam manſueti terram hæreditent, & in pacis multitudine delectentur, *Electionem Regis Bohemiæ* in caſu dutaxat & eventu, quibus *de genealogia, progenie, vel ſemine aut proſapia Regali Bohemiæ, maſculus vel femella ſuperſtes legitimus* (quod Deus avertat) *nullus fuerit oriundus*, vel per quemcunque alium modum *vacare* contigerit dictum Regnum, ad Prælatos, Duces, Principes, Barones, Nobiles, & communitatem Regni præfati & pertinentiarum ejuſdem, habita cum nonnullis Regis Romani, futuri Imperatoris Coëlectoribus, ac aliis Principibus, qui tunc temporis noſtræ Celſitudinis præſentiæ aſſiſtebant, deliberatione matura, ipſorumque ſano digeſti conſilio, volumus, decernimus, pronunciamus, interpretamur, & præſentis ſcripti patrocinio declaramus, rite, juſte, & legitime in perpetuum pertinere. Ipſiusque Regis Bohemiæ Electionem, in caſu & eventu prædictis, & non aliis, præfatis Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Nobilibus, & Communitati dicti Regni & pertinentiarum ejuſdem, de noſtræ Regiæ Romanæ plenitudine poteſtatis, ac ex certa ſcientia damus, concedimus, conferimus, & donamus, dictamque *Electionem* meliori, ſalubriori, & ſaniori, quo poteſt modo fieri, confirmamus, & transferimus in eoſdem: Volentes etiam, ut quicunque in *Regem Bohemiæ electus fuerit*, ad Nos & Succeſſores noſtros, *Romanorum Reges & Imperatores*, *accedat*, ſua a Nobis & ſucceſſoribus noſtris *modo debito & ſolito Regalia* recepturus; non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus, vel communibus ſtatutis, ſeu edictis factis & editis in contrarium quibuſcunque, quas & quæ quantum ad hæc, ac ſi forent nominatim, & de verbo ad verbum ſcripta, & præſentibus inſerta, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & de dicta Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis decernimus, firmitatis fore nullius penitus vel momenti. Inſuper ad Univerſorum & ſingulorum cupimus notitiam pervenire, quod prædictæ Literæ bulla aurea typario Majeſtatis præfatæ *Friderici Rom. Imp.* electi impreſſa, qua ipſe *Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ*, ante coronationis Regni Romani ſolennia ute-

A batur, prout nobis conſtat, & ſumus plenarie informati, & ſicuti glorioſæ memoriæ *Henricus* avus noſter, quondam *Romanorum Imperator*, ſigillo *Comitatus Lucemburgenſis*, & cæteri Divi Romanorum Electi, prædeceſſores noſtri, ſuorum titulorum, Noſque etiam *Marchionatus Moraviæ* Sigillo, ante ipſorum & noſtræ coronationis ſolennitatem, uſi fuimus: In cujus bullæ aureæ circumferentia a parte Ma-

B jeſtatis ſcripta ſunt verba iſta: *Fridericus* 46 *D. G. Siciliæ Rex, Ducatus Auſtriæ, & Principatus Capuæ*, & ab alia parte, ubi eſt impreſſio cujuſdam caſtri; *Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat*: exiſtunt ſanæ & integræ, nullo vitio, communitæ.

Nulli ergo hominum liceat, hanc noſtræ laudationis, ratificationis, approbationis, confirmationis, donationis, repara-

C tionis, ſupplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, caſſationis, irritationis & annullationis paginam infringere, vel ei auſu temerario in aliquo contraire. Contrarium vero facientes ſi qui fuerint, quod abſit, ultra indignationem noſtræ Celſitudinis Romanæ, quam ob hoc ſe noverint graviter incurſuros mille Marchas auri puri *noſtro & Romani Regis fiſco* componant; ipſam videlicet medietatem no-

D ſtræ & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Regum & Imperatorum Curiæ ſeu Cameræ, & reliquam paſſis injuriam irremiſſibiliter applicandam. In quorum omnium teſtimonium, & ad certitudinem pleniorem, præſentes fieri juſſimus, & bulla aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſa præcepimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt, *Gerlacus Archiepiſcopus Moguntinenſis*, S. Imperii per Germaniam Archican-

E cellarius; *Rodulphus ſenior Dux Saxoniæ*, S. Imperii Mareſchalcus: *Rodulphus junior Saxoniæ & Fridericus de Deck* Duces: *Joannes Burggravius Nuremburgenſis*: *Ulricus Landgravius de Luiktenberg*: *Fridericus de Orlemund*, *Ulricus de Helffenſtein*, (β) *& Rodulphus de VVertheim*, Comites: *Petrus de Hewy*: *Crafto de Hohenloch*: *Gotfridus de Prunek*; *Eberhardus de Waltſe*: *Fridericus de Waltſe*: *Eglolf de*

F *Friberg, & Burchardus de Elibach*, Romani Regni Præfati Principes & Barones. Datum *Pragæ, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Quadrageſimo octavo, Indictione prima, VII. Idus April. Regnorum noſtrorum anno ſecundo.*

(α) Balbin. *oriantur.* (β) Balb. *Herſ*

XXXIII.

Caroli IV. Imp. Confirmatio inveſtituræ Richardi Cæſaris ſuper Regno Bohemiæ & Ducatu Auſtriæ, anno 1348.

C*AROLUS* Dei gratia *Romanorum* A
Rex, *ſemper Auguſtus*, & *Bohe-*
miæ Rex, ad perpetuam rei me-
moriam. Innata cordi noſtro be-
nignitas, circa fidelium & devotorum no-
ſtrorum honores & commoda continuis in-
tenta vigiliis, votis ipſorum annuere jugi-
ter nos inducit, quoties poſcentium vox
eſt juſta. In hoc enim liberalitatis noſtræ
non errat intentio: ſed Regalis ſceptri faſti-
gium extollere ſalubriter arbitratur. Sane B
ad noſtræ Celſitudinis, Venerabilis Archi-
epiſc. *Pragenſis*, & *Olomucenſis*, & *Lutho-*
muſchelenſis Epiſcopi, nec non Illuſtres
47 *Joannes Carinthiæ Comeſque Tyrolis & Go-*
ritiæ, Germanus noſter chariſſimus, ac
Nicolaus Oppaviæ & Ratiboriæ Duces,
Prælati, Duces, Principes, Barones, Pro-
ceres, & Nobiles regni noſtri Bohemiæ &
pertinentiarum ejuſdem, præſentiam acce-
dentes, nobis humiliter ſupplicarunt: ut C
quaſdam literas Ricardi Divi Romanorum
Regis Prædeceſſoris noſtri nobis per ipſos
exhibitas, quarum tenor & ſeries ſequitur
in hæc verba: *(a)* RICARDUS *D. G. Ro-*
manorum Rex ſemper Auguſtus, *univerſis*
Chriſti & Sacri Imperij Romani fidelibus,
ad quos præſentes literas pervenire conti-
gerit, *habere notitiam rei geſtæ. Cum re-*
galis dignitas poteſtatis quandam quodam-
modo divinæ in terris Majeſtatis imaginem D
repræſentet, *& quanto quis divinæ vo-*
luntati magis innititur, *tanto copioſioribus*
gratiæ ſuæ donis & inſignioribus illuſtratur,
decens & congruum æſtimamus: ut ad imi-
tationem illius, *qui omnibus dat & nulli*
improperat, *illi noſtra benignitas gratioſior*
atque benignior ſemper illuceat, *qui noſtræ*
beneplacito voluntatis cum majori liberalita-
te & promtitudine ſe conformat. Hinc eſt,
quod, *cum Illuſtris Ottoc. Bohemiæ Rex*, E
nullius gratificationis muneribus, *ſed pro-*
priæ duntaxat virtutis & liberalitatis in-
ſtinctu pellectus, *liberaliter ad noſtri cultum*
Dominij ſit converſus, *& promittat legali-*
ter, *deinceps noſtræ devotionis obſequiis &*
mandatis conſtanter & fideliter adhæſurum.
Nos ipſum ob hoc condignioribus honoribus
& gratioſioribus beneficiis proſequi cupientes,
noſſe vos volumus univerſos: quod eundem
Regem, *de Principatibus Regni Bohemiæ &*
Marchionatus Moraviæ, *ac omnibus Feu-*
dis dictis duobus Principatibus attinentibus,
quos & quæ claræ memoriæ Pater & pro-
genitores ejuſd. juſte & rationabiliter ab IM-
PERIO tenuerunt, *authoritate præſentium*
inveſtimus; *eique dictos Principatus & Feu-*
da ſimpliciter authoritate Regia confirma-
mus. Et quia non multum gratiæ tantæ
potentiæ & claritatis viro per iſta videmur
impendere, *quæ conſtat claros progenitores*
ſuos officioſis laboribus & glorioſis actibus
meruiſſe, *Nos ipſum*, *pro ſuæ devotionis me-*
ritis, *plenius & inſignius honorare volentes*,
eidem Regi & ſuis legitimis HEREDIBUS, *qui*
ei in bonis Feudalibus ſecundum jus & con-
ſuetudinem ſacri Imperij de jure poterunt
& habebunt ſuccedere, *pro nobis & noſtris*
ſucceſſoribus Imperatoribus & Regibus Ro-
manis, *illos duos nobiles Principatus*, *Du-*
catum videl. Auſtriæ, *& Marchionatum*
Stiriæ, *ad manum Imperij & ad noſtram*
de jure libere devolutos, *cum omnibus feu-*
dis ad dictos duos pertinentibus Principatus,
ab Imperio debitis & conſuetis teneri, *inte-*
graliter & ſimpliciter in feudum concedi-
mus: eique & hujuſmodi ſuis HEREDIBUS
in perpetuum præſentis ſcripti patrocinio ſta-
bilimus, *ab ipſo & ſuis* HEREDIBUS, *quem-*
admodum eſt præſcriptum, *jure & titulo*
feudali perpetuo poſſidendos. Nulla igitur
perſona ſublimis vel humilis, *Eccleſiaſtica*
vel mundana, *præſumat hujus noſtræ In-*
veſtitionis, *Confirmationis & Conceſſionis no-*
ſtræ paginam infringere, *vel ei auſu teme-*
rario contraire. Quod qui fecerit, *ipſo fa-*
cto ſe noverit bannum Imperij & noſtræ of-
fenſam Celſitud. incurriſſe. In iſtorum au-
tem omnium teſtimonium & evidentiam ple-
niorem, *præſens ſcriptum exinde conſcribi*,
& ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus commu-
niri. Datum Aquisgrani, *Nona die Aug.*
Indictione quarta. Anno Domini Milleſi-
mo, *Ducenteſimo*, *Sexageſimo ſecundo. Re-*
gni vero noſtri ſexto:

Noſtra confirmare authoritate regia 48
dignaremur: Nos utique præfatorum Præ-
latorum, Ducum, Principum, Baronum,
Procerum, & Nobilium, quos honorum
& felicis ſtatus Romani Regni, & ſacri Im-
perii

(a) Vide hanc inveſtituram ſupra *num.* 17. ubi tamen nonnihil diſcrepat ab hoc diplomate.

perii fideles & ſollicitos præ cæteris novimus Zelatores, ipſumque *Regnum Bohemiæ, Romani regni membrum fere nobilius*, ſupplicationibus benignius inclinati, præfatas literas ac omnia ac ſingula contenta in eiſdem laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, & de novo, ex certa ſententia, de noſtræ Romanæ regiæ plenitudine poteſtatis damus, tenore præſentium conferimus & donamus, volentes de uberiore dono gratiæ Romanæ regiæ, & concedentes expreſſe: quod tam in judicio quam extra, ubicunque neceſſarium fuerit, aut etiam opportunum, noſtris præſentibus, velut prædictis originalibus literis, adhibeatur ab omnibus & ſingulis plena fides: noſtrasque præſentes dictis æquipollere originalibus per omnia, decernimus, præcipimus, & mandamus. Hujus rei teſtes ſunt: *Gerlacus* Archiepiſcopus *Mogunt*. S. Impe-
A rii per Germaniam Archicancellarius: *Rodulphus ſenior Dux Saxoniæ*, S. Imperii Mareſcalcus: *Rodulphus junior & Fridericus de Deek* Duces; *Joannes Burggravius Nurmbergen*: *Ulricus Lantgravius de Luiktenberg*: *Fridericus de Orlemund*: *Ulricus de Helffenſtein*: & *Rodulphus de Werthem*, Comites; *Petrus de Hewy*, (β) *Crafto de Hohenloch*: *Gotfridus de Prumczk*: *Eberhardus de Walkſe*: *Fridericus de Walkſe*: B *Egolff de Friberg*: & *Burchardus de Erlbach*: Romani Regni præfati Principes & Barones. In quorum omnium teſtimonium, & ad certitudinem pleniorem, præſentes fieri juſſimus, & noſtræ Majeſtatis ſigilli appenſione communiri. Datum *Pragæ*, *Anno Domini*, *Milleſimo*, *Trecenteſimo*, *Quadrageſimo octavo*, *Indictione prima*. *Septimo Idus April. Regnorum noſtrorum Anno ſecundo*.

(β) Balbin. *Herſi.*

XXXIV.

Caroli IV. Imperatoris Auguſti Conſtitutio de jure Electoratus in Romano Imperio, Regibus Bohemiæ competente, anno 1348.

CAROLUS Dei gratia *Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex*, ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi noſtro benignitas circa fidelium & devotorum noſtrorum honores & commoda continuis intenta vigiliis, votis ipſorum annuere nos jugiter inducit, quoties poſcentium vox eſt juſta, in hoc enim liberalitatis noſtræ non errat intentio, ſed Regalis ſceptri faſtigium attollere ſalubriter arbitratur.

49 Sane ad noſtræ Celſitudinis, venerabiles, Archiepiſcopus *Pragenſis*; *Olomucenſis*, *Wradislavienſis*, & *Lythomislenſis*, Epiſcopi, nec non Illuſtres, *Johannes Carinthiæ*, *Comeſque Tyrolis & Goriciæ*, germanus noſter chariſſimus, ac *Nicolaus Opaviæ & Ratiboriæ* Duces, ceterique Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres, & Nobiles Regni noſtri *Bohemiæ* & E pertinentiarum ejuſdem præſentiam accedentes, Nobis humiliter ſupplicarunt, ut quaſdam literas *Rudolphi Divi Romanorum Regis*, prædeceſſoris noſtri, Nobis per ipſos exhibitas, quarum tenor & ſeries ſequitur in hæc verba: *Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, &c. Quanto jura perſonarum &c.* noſtra confirmare auctoritate Regia dignaremur.

C Nos itaque præfatorum Prælatorum, Ducum, Principum, Baronum, Procerum & Nobilium (quos honoris & felicis ſtatus Romanorum Regni & Sac. Imperii fideles & ſollicitos præ cæteris novimus Zelatores, ipſumque Regnum *Bohemiæ* Romanorum Regni nobilius membrum fore) ſupplicationibus benignius inclinari, præfatas literas, ac omnia & ſingula contenta in eiſdem, laudamus, ratificamus, D approbamus, confirmamus, ac de novo ex certa ſcientia de noſtræ Romanorum Regiæ plenitudine poteſtatis, præfatis Regno, Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Proceribus & Nobilibus, ac univerſitati Regni ipſius, & pertinentiarum ejuſdem, ad uſum & opus *Regum Boëmiæ* in perpetuum damus tenore præſentium, conferimus, & donamus; omnem diminutionem & defectum, ſi quis in præmiſſis fuerit, reparantes omnimode & ſupplentes, ac omne dubium & obſcurum pro parte & in favorem ipſorum Regni & *Regum Boëmiæ*, de uberiore dono Majeſtatis Romanorum Regiæ & plenitudine poteſtatis, interpretantes, & etiam declarantes, non obſtantibus Legibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus vel communibus ſtatutis ſeu edictis, factis & editis in contrarium quibuſcunque; quas & quæ,

quantum

quantum ad hæc, ac ſi forent nominatim & de verbo ad verbum ſcripta præſentibus & inſerta, renovamus, caſſamus, irritamus, annihilamus, & de dicta ratione Regiæ plenitudine poteſtatis decernimus firmiter fore nullius penitus momenti.

Nulli ergo liceat hanc noſtræ laudationis, ratificationis, approbationis, confirmationis, donationis, reparationis, ſupplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, caſſationis, irritationis, & annullationis paginam infringere, vel ei auſu temerario aliquo contraire. Contrarium vero facientes ſi qui fuerint (quod abſit) ultra indignationem noſtræ Celſitudinis Regiæ, quam ob hæc ſe noverint graviter incurſuros, mille marcas auri puri noſtro & Romani Regni fiſco componant: ipſarum videlicet medietatem noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum, Romanorum Regum & Imperatorum, Curiæ ſeu Cameræ, & reliquam
50 paſſis injuriam irremiſſibiliter applicandas.

In quorum omnium teſtimonium, & ad certitudinem pleniorem, præſentes fieri juſſimus, & Bulla Aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſa præcepimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt: *Gerlacus Archiepiſcopus Mogunt.* per Germaniam S. Imperii Archicancellarius, *Rudolphus ſenior Dux Saxoniæ*, S. Imperii Mareſcalcus, *Rudolphus junior Saxoniæ & Fridericus de Deck* Duces: *Johannes Burggravius Norimbergenſis*, *Ulricus Lantgravius de Luyckenburg. Fridericus de Olremund*, *Ulricus de Helfenſtein*, *& Rudolphus de Wertheim*, Comites; *Petrus de Hedwig*, *Craffto de Holoch*, *Gotfridus de Prunes*, *Eberhardus de Walſe*, *Fridericus de Walſe*, *Egloff de Fryberg*, *& Burchardus de Elrbach*, Romani Regni præfati Principes, & Barones. Datum *Pragæ*, *anno Domini* M. CCC. XLVIII. *Indictione prima. Sept. Idus April. Regnorum noſtrum Anno ſecundo.*

XXXV.

Confirmatio Generalis Feudorum, Jurium, libertatum & privilegiorum, Principum Regni Bohemiæ, anno 1348.

CAROLUS Dei gratia *Romanorum Rex* &c. ad perpetuam rei memoriam. Innata cordi noſtro benignitas circa fidelium & devotorum noſtrorum honores & commoda continuis vigiliis, votis ipſorum annuentes jugiter nos inducit, quotiens poſcentium vox eſt juſta. In hoc enim liberalitatis noſtræ non errat intentio, ſed Regalis ſceptri faſtigium extolli ſalubriter arbitratur. Sane ad noſtræ Celſitudinis, Venerabiles Archiepiſc. *Pragenſis*, *Olmucenſis* & *Wratislavienſis & Luthomislenſis* Epiſcopi; necnon Illuſtres *Joannes Carinthiæ Comeſque Tyrolis & Goriciæ*, Germanus noſter chariſſimus, ac *Nicolaus Opaviæ & Ratiboriæ Duces*; cæterique Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres, & Nobiles regni noſtri Boëmiæ & pertinentiarum ejuſdem, præſentiam accedentes nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus privilegia, jura, feuda, & libertates cæteraque a nobis & Divis Regibus & Imperatoribus Romanis, prædeceſſoribus noſtris, Regibus Boëmiæ conceſſa & conceſſas confirmare & approbare auctoritate Romana Regia dignaremur.

Nos itaque præfatorum Prælatorum, Ducum, Principum, Baronum, Procerum & Nobilium, quos honoris & felicis ſtatus Romani Regni & ſacri Imperii fideles ſollicitos & ſedulos præ cæteris novimus delatores, ipſumque *Regnum Bohemiæ* Romani Regni præfati fore membrum nobilius, ſupplicationibus benignius inclinati, omnia & ſingula privilegia, feuda, jura, libertates, oppida, caſtra, donaria, & gratias a nobis & Divis Regibus & Imperatoribus Romanis, prædeceſſoribus noſtris, Regibus Boemiæ conceſſa & conceſſas, ſub te- 51
nore & ſerie quibuſcunque de noſtra auctoritate Romana regia & plenaria poteſtate ac ex certa ſcientia innovamus, approbamus, ratificamus, laudamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio de novo conferimus & donamus, omnem diminutionem & defectum, ſi quis in præmiſſis fuerit, reparantes omnimode & ſupplentes omne dubium & obſcurum pro parte & in favorem Regni & Regum *Boëmiæ* de uberiori dono noſtræ Majeſtatis Romanæ Regiæ, & plenitudine poteſtatis interpretantes & etiam declarantes, non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, obſervantiis, juribus communibus, municipalibus ſtatutis ſeu edictis, factis & editis in contrarium quibuſcunque, & cujuſcunque tenoris exiſtant, quas & quæ in quantum præſentibus vel effectu præſentium forent contraria aut con-

contrariæ, ac ſi forent nominatim de verbo ad verbum ſcripta & ſcriptæ, inſerta præſentibus vel inſertæ, & de quibus præſentibus oporteret fieri mentio ſpecialis, revocamus, caſſamus, irritamus, annihilamus, & de dictæ Rom. Regiæ plenitudine poteſtatis volumus & decrevimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti. Nulli ergo omnino liceat hanc noſtræ laudationis, ratificationis, approbationis confirmationis, donationis, reparationis, ſupplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, caſſationis, irritationis, & annihilationis paginam infringere vel auſu temerario in aliquo contraire. Contrarium vero facientes, ſi qui fuerint, quod abſit, ultra indignationem noſtræ Celſitudinis Romanæ, quam ob hoc ſe noverint graviter incurſuros, mille marcas auri puri noſtro & Romani Regni fiſco componant: ipſarumque videlicet medietatem noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Regum & Imperatorum, Curiæ ſeu Cameræ,

A & reliquam paſſis injuriam, irrevocabiliter applicandam.

In quorum omnium teſtimonium & ad certitudinem pleniorem præſentes fieri juſſimus, & noſtræ Majeſtatis ſigilli muniri appenſione. Hujus rei teſtes ſunt *Gerlacus Archiepiſcopus Moguntinenſis* S. Imperii per Germaniam Archicancellarius; *Rudolphus ſenior Dux Saxoniæ*, ſacri Imperii Mareſcalcus: *Rudolphus junior Saxoniæ*,

B *Fridericus de Teck*, Duces: *Joannes Burggravius Norimbergenſis*: *Ulricus Landgravius de Lutemberg*: *Fridericus de Orlemund*, *Ulricus de Helfenſtein*, & *Rudolphus de Wertheim*, Comites: *Petrus de Herſii*, *Craffto de Hohenloh*, *Godfridus de Bruneck*, *Eberhardus de Valſe*, *Eglof de Friburg*, *Burckcardus de Erlbach*, Rom. Regni præfati Principes & Barones. Datum *Pragæ*, *Anno Domini* MCCCXLVIII. *Indictione pri-*

C *ma*, VII. *Idus Aprilis*, *Regnorum noſtrorum* II.

52

XXXVI.

De Immunitate & Poteſtate Archiepiſcopi

Pragenſis in temporalibus: anno 1352.

KAROLUS Dei gratia *Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex* ad perpetuam rei memoriam. Quamquam de juvante Regiæ benignitatis clementia, & ex aſſumpta cura regiminis, univerſorum ſaluti ex quodam debito teneamur intendere, per amplius tamen ad procurandam quietem ſanctæ Pragenſis Eccleſiæ nos obligatos fore conſpicimus, quæ per ſacrum regenerationis lavacrum nos a contracta originalis inquinamenti peſte mundificans habitavit, ad gloriam & in ſpem beatæ repoſuit lætitiæ ſempiternam. Sane venerabilis *Arneſti Pragenſis Archiepiſcopi*, Principis, & devoti noſtri dilecti, nuper Serenitati noſtræ oblata ſupplicatio continebat litteras quaſdam claræ memoriæ Illuſtris *Ottogari*, quondam *Bohemiæ Regis*, *proavi noſtri dilecti*, quas ſuper certis juribus, gratiis & honoribus dictæ *Pragenſis Eccleſiæ* venerabilium Antiſtitum ibidem obtinuit, operoſa ſedulitas approbare, ratificare & confirmare de benignitate Regia dignaremur: quarum tenor per omnia ſequitur in hæc verba.

In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, amen. Nos Ottogarus *Dei gratia* Bohemorum Rex *univerſis Chriſti fidelibus, præſentis privilegii literas inſpecturis. Hu-*

D *manæ naturæ conditio ſemper trahit ad ſe hominis miſeriam & defectum, & quanto plus homo in hoc mundo foris tranſitoriis rebus involvitur, tanto magis virtus interior enervatur. Unde veram credimus ſalubris conſilij medicinam, ut ſicut quis cadit per vitium, ſic aſſueſcat reſurgere per virtutem, maxime jus reſtituens alienum, quod nullum poſſe abſque peccato & mortis interitu detinere, credere jure poſſumus & debemus.*

E *Hinc eſt igitur, quod univerſos volumus non latere, quod cum inter nos & venerabilem Patrem Dominum* Andream Pragenſem *Epiſcopum ſuper libertate* Pragenſis Eccleſiæ, *& aliis articulis, apud examen ſedis Apoſtolicæ quæſtio verteretur, per ſanctiſſimi Patris Domini* Honorii Tertii *Pontificis providentiam, de voluntate partium eſt ſtatutum, ut deperdita privilegia noſtra & anteceſſorum noſtrorum, quorum tenorem idem*

F *Epiſcopus ſuo juramento probarat, nos reſtaurare* Pragenſi *Epiſcopatui & Eccleſiæ deberemus, pro quo ſiquidem & aliis adimplendis cum venerabilis pater Dominus* Gregorius de Greſcentio *S. Theodori Diaconus Cardinalis in* Regno Boemiæ *Legationis officio fungeretur, & idem Epiſcopus in ipſius venerabilis Patris Domini Legati præſentia, multis aſtantibus Epiſcopis, Abbatibus,*

aliis

aliis Eccleſiarum Prælatis, & majoribus Baronibus Regni noſtri, ſecundum tenorem infra poſitum præſtitit juramentum. Nos omnia, quæ juravit, adimplere volentes, Epiſcopatui & Eccleſiæ Pragenſi *privilegium deperditum taliter reſtauramus.* A

53 *Ad honorem igitur Dei patris & Beatorum Martyrum* Viti, Wenceslai & Adalberti, *patronorum noſtrorum, pro remiſſione peccatorum, & anteceſſorum noſtrorum omnium animabus, concedimus & donamus* B *Epiſcopatui & Eccleſiæ, & hominibus eorundem, omnem exactionem, ſive inquietationem, venditionem*, narok, zwod, hlawam, wrziez, *collectas generales, ædificationes caſtrorum, foſſata* przieſſicke, prewod, *natzuz*, [α] *& omnia alia gravamina.*

Et ſi quis de hominibus Epiſcopatus vel Eccleſiæ Pragenſis furtum, vel rapinam, vel aliam hujuſcemodi grandem culpam perpetrator perpetraverit, criminis ſententiæ Regiæ poteſtatis ſubjacet, & Pragenſis *Eccleſia vel Epiſcopatus, cujus homo erit, ipſius vindicet facultates.* C

Si quis etiam in bonis Epiſcopatus vel Eccleſiæ Pragenſis *homicidium præſumpſerit perpetrare, & homicida evaſerit, conſanguinei interfecti reum jure terræ requirant: ita tamen quod homines Eccleſiæ & Epiſcopatus conſerventur inde impunes.* D

Ponimus etiam, quod aliquando ejuſdem fuit Eccleſiæ cum omnibus juribus ſuis, acceſſionibus & pertinentiis de Regia munificentia eidem Eccleſiæ concedimus & donamus.

Ad hujus igitur noſtræ reſtaurationis, conceſſionis, & donationis notitiam & inviolabile firmamentum, coram infraſcriptis teſtibus præſens privilegium per manum Hermanni Notarii *&* Capellani *noſtri, fecimus fieri, & ipſum ſigillum munimine noſtro mandavimus inſigniri: anno Dominicæ incarnationis MCCXXI. nono Julii, Indict. IX. in monte S. Iſaac, præſidente in Romanorum Eccleſia Domino* Honorio Tertio, *regnante vero in Imperio Domino* Friderico, *in præſentia Domini* Gregorii de Greſcentio *S. Theodori Diaconi Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legati. Teſtes autem ſunt hi: Dominus* Robertus Epiſcopus Olomucenſis, *Dominus* Joannes Nictrienſis Epiſcopus, *Dominus* Laurentius Wratislavienſis Epiſcopus, *Dominus* Lipoldus Auſtriæ & Stiriæ Dux, *Comes* Condactus (β) de Gradeck, *Dominus* Poppo Præpoſitus Sambergenſis, (γ) Dluhomil Abbas de Brewnow, (δ) Germanus Abbas de Wileniore, Rinerius Abbas de Inſula, Joannes Abbas de Kradiſt, Bertholdus Abbas de Siloa, Germanus Abbas de Luthomisl, Bonifacius Abbas de Cradiſt, Florianus Abbas de Luca, Wernſtrus Abbas Sanctæ Crucis, Walcherus Præpoſitus Numburgenſis, Wedo Abbas de Cocinio, Gerhardus Abbas de Luvielde, Marquardus Abbas de Swietla, Henricus Ducis Auſtriæ Protonotarius, Marquardus Præpoſitus Suipoliti, (ε) Bavarus Budywoy, Borſuta Jaroſs, Witko, Henricus *frater ejus*, Bohuslaus, Swatoslaus, Sulislaus, Solak Diwiſs, *Barones* Boemiæ. E F 54

Nos igitur intuitu omnipotentis Dei, & in beatorum *Viti*, *Wenceslai*, *Adalberti*, & aliorum Patronorum *Bohemiæ* gloriam & honorem, nec non ad præfati Epiſcopi devotam ſupplicationis inſtantiam, meritis ipſius, quibus pro magnificatione dignitatis Regiæ, & tranquillo Regnicolarum ac fidelium noſtrorum ſtatu, conſtanti fortia (ζ) fideliſſime laboravit, diligenter & gratioſæ deliberationis affectu dignanter aſpectis ſupradictas litteras in omnibus ſuis ſententiis, capitulis, punctis, clauſulis & tenoribus, de verbo ad verbum, prout exprimuntur ſuperius, animo deliberato, non per errorem aut improvide, ſed nonnullorum *Sacri Imperii* & *Regni Bohemiæ* Principum, Baronum & Procerum, fidelium noſtrorum accedente conſilio, ac de certa noſtra ſcientia approbamus, ratificamus, & de Regiæ poteſtatis * (η) confirmamus, ſupplentes omnem defectum, ſi quis in præmiſſis litteris obſcuritate & defectu verborum aut ſententiarum ſeu interpretationis dubio, aut alio quovis modo compertus fuerit, de Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis.

Nulli ergo penitus hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, confirmationis, & defectuum ſuppletionis paginam infringere, vel ei auſu quovis temerario contraire ſub pœna mille marcarum puri argenti, quos ab eo, qui contravenerit, irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem noſtri Regalis ærarii ſmefici, reſiduam vero injuriam paſſorum uſibus applicari.

Illuſtri *Rudolfo Duce Saxoniæ*, *Sacri Imperii Archimareskallo*, Venerabili *Preczlao Magdeburgenſi Burggravio*, *Wladislao Duce Theſſinenſi*, Principibus: *Willhelmo*

(α) Balbin. *narez.* (β) Balbin. *Gondakerus.* (γ) Balbin. *Nambergenſis.* fort. leg. *Bambergenſis.* (δ) Balbin. *Brzevvnovv.* (ε) Balbin. *S. Hippolyti.* (ζ) Balbin. *fortitudine.* (η) Balbin. *plenitudine* inſerit; nullus ergo hic hiatus.

no de Lantſtein Burggravio Pragenſi, *Ioſtone de Rozenberck Camerario*, *Andrea de Duba Sudario*, *Wankone de Wartenberk*, *Pincerna Regni Bohemiæ*, *Thobia de Camentz*, *Burkhardo de Cziburk*, (ϑ) *Boczkone de Kunſtat*, (ι) *Saskone* (κ) *de Suerzeticz*, *Buskone de Wilarticz*, (λ) Baronibus, fidelibus noſtris, teſtibus ad præmiſſa, præſentium etiam ſub noſtræ Majeſtatis ſigillo A teſtimonio literarum, Datum *Pragæ*, per manus Venerabilis *Preczlai VVratislavienſis Epiſcopi*, Aulæ Regiæ noſtræ Cancellarii, vice Venerabilis *Gerlaci Moguntini Archiepiſcopi*, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii, *anno Domini* MCCCLII. *Indict. V. quarto Idus Maji*: *Regnorum noſtrorum anno* VI.

(ϑ) Balbin, *Cimburk*. (ι) Balbin. *Kunſtat*. (κ) Balbin. *Jaskone*. (λ) Balbin. *VVilharticz*.

XXXVII.

Rupertus Senior compromittit in Archiepiſcopos Moguntinum & Colonienſem ſuper jurisdictione feudi Hartenſtein & Neidenſtein, quod Epiſcopus Bambergenſis contendebat habere, anno 1353.

Nos *RVPERTVS* ſenior Dei gratia *Comes Palatinus Rheni*, & *Dux Bavariæ*, *Sacri Imperii Archidapifer*: Notum facimus univerſis, quod animo deliberato, & ſacro noſtrorum fidelium accedente conſilio, in cauſa, quæ pendebat, ſeu vertebatur inter nos & Illuſtrem Principem Dominum *RVPERTVM* juniorem, *Comitem Palatinum Rheni*, *& Ducem Bavariæ*, patruum noſtrum chariſſimum ab una; & Reverendum in Chriſto Patrem, & Dominum *Leupoldum Bambergenſem* Epiſcopum, & ejus Eccleſiam, Dominum noſtrum dilectum parte ab alia, ſuper caſtrum *Hartenſtein & Neidenſtein*, & eorum pertinentiis, quæ & quas nos, & patruus noſter prædictus, cum aliis quibuſdam munitionibus, caſtris, villis & prædiis in *Bavaria* ſituatis, Sereniſſimo ac Invictiſſimo Principi ac Domino, Domino *CAROLO*, *Romanorum Imperatori Semper-Auguſto*, *& Bohemiæ Regi*, &c. Domino noſtro gratioſo, *heredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ*, & ejuſdem Regni Coronæ, pro certa ſumma pecuniæ, juſto hereditatis & proprietatis titulo vendidiſſe dignoſcitur, ad quorum ſeu quarum aliquam partem dictus Dominus Epiſcopus ſuo & Eccleſiæ Bambergenſis nomine, titulum & juriſdictionem feudi contendebat habere, in Reverendiſſimos in Chriſto Patres, Dominos, Gerlacum Moguntinum & Colonienſem Archiepiſcopos, noſtros conſanguineos & Dominos, tamquam in arbitros, arbitratores, ſeu amicabiles compoſitores compromiſimus, & compromittimus de certa noſtra ſcientia & libera voluntate: dantes & concedentes eiſdem auctoritatem plenam & liberam poteſtatem in cauſſa prædicta, B & in omnibus ab eadem dependentibus & connexis arbitrandi, pronunciandi, diffiniendi, ſententiandi, & amicabiliter componendi, nec non de alto & baſſo omnia & ſingula faciendi, quæ circa præmiſſa neceſſaria fuerint, ſeu quomodo libet opportuna, etiamſi jure vel conſuetudine mandatum exigatur ſpeciale, etſi de his in præſentibus deberet nominatim & expreſſe fieri mentio ſpecialis, & ſpecialiter eis C facultatem & poteſtatem tribuimus, quod ipſi arbitrium, compoſitionem, ſententiam, ſeu diffinitionem, prædictas pronunciare, dicere & publicare poſſint & valeant, die feriato vel non feriato, ſtando vel ledendo, in ſcriptis vel ſine ſcriptis, ſimpliciter & plene, juris ordine ſervato, vel etiam non ſervato, ſicut eorum diſcretioni videbitur expedire, promittentes & ſpondentes noſtro, heredum & ſucceſſorum noſtrorum D nomine atque vice, bona noſtra fide, ſine omni dolo, gratum & ratum habentes tenere & obſervare, & efficaciter adimplere, quicquid per antedictos Dominos noſtros Moguntinum & Colonienſem Archiepiſcopos in cauſa prædicta, arbitratum, pronunciatum, diffinitum, ſententiatum, vel compoſitum fuerit quovis modo, ſub pœna mille marcarum auri puri, quam a noſtris heredibus & ſucceſſoribus noſtris E Ducibus Bavariæ, in eventum ubi contravenerimus, irremiſſibiliter exigi volumus, & Cameræ præfati Domini noſtri Regis *heredum & ſucceſſorum ſuorum Regum Bohemiæ*, & ejuſdem Regni coronæ abſque diminutione qualibet integraliter applicari præſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum. Datum *Spiræ*, *Anno Domini* MCCCLIII. *indictione VI. XVIII. die Novembr.*

XXXVIII.

Arbitramentum Archiepiſcoporum Moguntin. & Colonienſ. inter Duces Bavariæ, & Epiſcopum Bamberg. ſuper Hartenſtein & Neidenſtein, anno 1353.

NOS GERLACUS Dei gratia *Sanctæ Moguntin. Eccleſiæ Archiepiſcopus*, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, una cum Reverendiſſimo in Chriſto Patre, Domino WILHELMO Colonienſi Archiepiſcopo, arbiter, arbitrator, & amicabilis compoſitor de communi infra ſertarum partium voluntate electus concorditer in cauſa, quæ pendebat ſeu vertebatur hactenus inter Reverendum in Chriſto Patrem Dominum Leopoldum Bambergenſem Epiſcopum & Eccleſiam ſuam ab una; nec non Illuſtres Principes Dominum RUPERTUM ſeniorem, & RUPERTUM juniorem, Comites Palatinos Rheni & Duces Bavariæ, conſanguineos noſtros parte ab altera, ſuper caſtris Hartenſtein & Neidenſtein, & eorum pertinentiis, quæ & quas prædicti Comites ac Duces cum quibuſdam aliis
57 munitionibus, & caſtris, villis & prædiis in Bavaria ſituatis, Sereniſſimo & Invictiſſimo Principi ac Domino noſtro CAROLO Romanorum Imperatori Semper-Auguſto, & Bohemiæ Regi, Domino noſtro gratioſo, & *heredibus ac ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ*, & ejuſdem Regni Coronæ, pro certa ſumma pecuniæ, *juſto hereditatis & proprietatis titulo*, evendidiſſe noſcuntur, & ad quorum ſeu aliquam partem dictus Epiſcopus Bambergenſis, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ nomine, titulum & juriſdictionem feudi contendebat habere, & ſuper quibus in nos, & antedictum Dominum Colonienſem Archiepiſcopum, velut arbitros & amicabiles compoſitores dictæ partes compromiſerunt, ſicut in literis compromiſſi plenius eſt expreſſum, informatione ſufficienti recepta, & de ſano conſilio peritorum, & fide dignorum, qui talis negotii ab experientia plenam & familiarem habebant notitiam, cauſæ ipſius meritis diligenter inſpectis, & in examen providæ diſcuſſionis adductis, DEI nomine invocato, dicti etiam coarbitri pleno & libero accedente conſenſu, arbitramur, pronunciamus, dicimus, & ſententialiter diffinimus, inprimis ſiquidem ante dicto Epiſcopo Bambergenſi & Eccleſiæ ſuæ in prædictis caſtris Hartenſtein & Neidenſtein, & eorum pertinentiis nihil juris competiiſſe, ſeu etiam competere: Imo quod Illuſtres Du-

A ces Bavariæ a tempore, cujus memoria non exiſtit, eadem duo caſtra, ad juſtam caſtrorum munitionem Schulerbach, Roſtenberg, Hilpackſtein, Lichteneck, Franckenberg, & aliorum, juſtitiæ, proprietatis, & hereditatis titulo tenuerunt & poſſederunt pacifice & quiete: pronunciantes & definientes etiam ad abundantis cautelæ præſidium, quod prædictus Epiſcopus Bambergenſis ſuo & Eccleſiæ ſuæ Bambergenſis
B nomine, ex nunc renunciabit, & renunciare debebit perpetuis temporibus affuturis, omni juri, juriſdictioni, impetitioni, titulo, proprietati, quæſtioni, ſi quid, vel ſi quæ ſibi & Eccleſiæ prædictæ Bambergenſi in prædictis caſtris Hartenſtein & Neidenſtein, ac eorum pertinentiis, ſeu aliqua parte ipſorum competebant, ſeu poſſent competere oppido Feldenſi, & tertia parte Vorſtate Feldenſi duntaxat excepta, ſuper
C quibus titulus & juriſdictio feudi, apud antedictum Bambergenſem Epiſcopum, & ejus Eccleſiam remanebunt, promittet etiam pro ſe, ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſia Bambergenſi, in perpetuum numquam contra facere, jure vel facto, ullave aliqua ratione, vel cauſa, quibuslibet ingenio ſeu colore quæſitis, in judicio vel extra, directe vel indirecte, per ſe vel per alium, publice vel occulte.

D Renunciabit etiam pro ſe, ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſia ſua prædicta, omni canonum vel legum auxilio, conſtitutionibus, conſuetudinibus, municipalibus publicis vel privatis, beneficio in integrum reſtitutionis, doli mali, vel cauſa metus 58
exceptioni, & omnibus juris beneficiis, ſcriptis vel non ſcriptis, privilegiis indultis, libertatibus, donationibus ſeu conceſſionibus ſub quacunque forma verborum conceſſa,
E expreſſa ſeu exprimenda noſcantur, etiamſi de his ſeriatim & diſtincta deberet fieri mentio ſpecialis, & omnibus ſimpliciter munimentis, obviationibus, cautelis & occaſionibus, quibus contractui venditionis inter præfatos Comites ſive Duces vendentes ab una, & antedictum Dominum noſtrum Regem ementem parte ab alia ad manus *heredum & ſucceſſorum ſuorum Regum Bohemiæ*, & ejuſdem Regni Coronæ
F ſuper antedictis caſtris, munitionibus, præſidiis, poſſeſſionibus & pertinentiis celebratæ poſ-

tæ poſſet in aliquo derogari ſub pœna mille marcarum puri auri, quam a parte contraſaciente ſeu contraveniente irremiſſibiliter exigi volumus, & Cameræ præfati Domini noſtri Regis, *heredum & ſucceſſorum ſuorum Regum Bohemiæ*, & ejuſdem Regni Coronæ abſque diminutione qualibet applicari, præſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum. Datum Spiræ, Anno Domini MCCCLIII. Indictione VI. in die S. Eliſabethæ.

XXXIX.

Emologatio & Confirmatio Prædicti Arbitrii

facta per Epiſcopum Bambergenſem, anno 1353.

LEOPOLDUS Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Bambergenſis Epiſcopus. Notum facimus univerſis, quod ſicut pridem in cauſa, quæ vertebatur inter nos, Eccleſiam noſtram ex una; & Illuſtres Principes noſtros Dominos, Rupertum Seniorem & Rupertum Juniorem Comites Palatinos Rheni & Duces Bavariæ, parte ab altera: ſuper caſtris Hartenſtein & Neidenſtein, & eorum pertinentiis, quæ & quas prædicti Comites ac Duces, cum quibuſdam aliis caſtris, villis & prædiis in Bavaria ſituatis, Sereniſſimo ac Invictiſſimo Principi & Domino, Domino CAROLO, Romanorum Imperatori Semper-Auguſto, & Bohemiæ Regi, Domino noſtro gratioſo, *heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus*, & ejuſdem Regni Coronæ, pro certa ſumma pecuniæ, *juſto hereditatis & proprietatis titulo* vendidiſſe noſcuntur, & ad quorum ſeu quarum æquam partem noſtro & Eccleſiæ noſtræ Bambergenſis nomine, titulum & juriſdictionem feudi contendebamus habere in Reverendos in Chriſto Patres & Dominos, Gerlacum Moguntin. & Wilhelmum Colonienſ. Archiepiſcopos, tanquam in arbitros ſeu arbitratores & amicabiles compoſitores, compromiſimus de certa noſtra ſcientia & libera voluntate, ſicut in literis compromiſſi plenius eſt expreſſum. Et ſicut prædicti Domini Moguntinenſis & Colonienſis Archiepiſcopi informatione recepta, & de ſano conſi-
59 lio peritorum, & fide dignorum, qui talis negotii ad experientiam plenam & familiarem habebant notitiam, cauſæ meritis diligenter inſpectis, & in examen providæ diſcuſſionis adductis rationabiliter arbitrati ſunt, dixerunt, pronunciarunt, & finaliter diffinierunt, nobis & Eccleſiæ noſtræ Bambergenſ. in prædictis caſtris Hartenſtein & Neidenſtein, & omnibus eorum pertinentiis, nihil juris competiiſſe, ſeu etiam competere: immo quod etiam Illuſtres Duces Bavariæ, a tempore cujus memoria non exiſtit, eadem duo caſtra adinſtar caſtrorum & munitionum Sultzbach, Roſenberg, Hilpoldſtein, Liechteneck, Franckenberg, & aliorum juſto proprietatis & hereditatis titulo tenuerunt & poſſederunt pacifice & quiete, ſic & nos noſtro & Eccleſiæ prædictæ Bambergenſis nomine, animo deliberato, & de certa ſcientia publice profitemur nobis in eiſdem caſtris Hartenſtein & Neidenſtein & eorum pertinentiis nihil juris competiiſſe ſeu competere, ſed quod ad præfatos Dominum Regem, heredes & ſucceſſores ſuos Reges Bohemiæ, & ejuſdem Regni coronam juſto proprietatis & hereditatis rite pertinent, ſicut eadem caſtra præfatus Dominus Rex cum aliis prædictis caſtris & munitionibus, legitimo proprietatis & hereditatis titulo a prædictis Comitibus Palatin. & Ducibus Bavariæ comparavit, & ob hoc pronunciationem, arbitrium, diffinitionem & ſententiam ipſorum, in omnibus ſuis punctis, ſententiis, clauſulis, & verborum expreſſionibus, & de verbo ad verbum, ſicut in litteris deſuper editis invenitur expreſſum, emologamus, laudamus, approbamus, & de certa noſtra ſcientia, & libera voluntate, & ad abundantioris cautelæ præſidium renunciamus expreſſe pro nobis, ſucceſſoribus noſtris, & Eccleſia noſtra prædicta, animo deliberato, non vi, nec ullo metu compulſi, non per errorem aut improvide, ſed de certa ſcientia ut præfertur, omni juri, juriſdictioni, impetitioni, titulo, proprietati, ſeu quæſtioni, ſi qui vel quæ nobis ſucceſſoribus noſtris, & Eccleſiæ noſtræ Bambergenſi prædictæ, in præfatis caſtris Hartenſtein & Neidenſtein, & eorum pertinentis ſeu aliqua parte ipſorum competebant, ſeu poſſent competere, quovis modo, oppido Feldenſi & tertia parte Foreſtaten Felden. duntaxat exceptis ſuper quibus titulus & juriſdictio feudi apud nos, ſucceſſores noſtros, & antedictam Eccleſiam remanebit, promittentes etiam bona noſtra fide, ſine omni dolo, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, & Eccleſia

 Bamberg.

Bamberg. in perpetuum dictas, pronunciationem, diffinitionem, ſententiam ratas & gratas habere, & numquam contra facere vel venire aliqua ratione, vel cauſa ſeu jure quibuslibet ingenio ſeu colore quæſitis in judicio vel extra, directe vel indirecte, per nos vel alium, publice vel occulte. Renuntiamus etiam pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & Eccleſia Bambergenſ. prædictis, omni canonum & legum
60 auxilio, conſtitutionibus, conſuetudinibus, pactis, reformationibus & ſtatutis communibus, municipalibus publicis vel privatis, beneficio in integrum reſtitutionis, doli mali, vel cauſæ metus exceptioni, & omnibus juribus beneficiis, ſcriptis vel non ſcriptis, privilegiis, indultis, libertatibus, donationibus ſeu conceſſionibus ſub quacunque forma verborum expreſſa, ſeu expreſſæ noſcuntur, etiamſi de his jure vel conſuetudine ſeriatim & diſtrictim de verbo ad verbum deberet in præſentibus fieri mentio ſpecialis, & omnibus ſimul muni-
A mentis, obviationibus, cautelis & occaſionibus, quibus contractui venditionis, per præfatos Comites ſive Duces vendentes ab una: & antedictum Dominum noſtrum Regem ementem parte ab alia, ad manus *heredum, & ſucceſſorum ſuorum Regum Bohemiæ*, & ejuſdem Regni Coronæ, ſuper antedictis caſtris Hartenſtein & Neidenſtein, & aliis munitionibus, prædiis, poſſeſſionibus & pertinentiis celebrato poſſet in ali-
B quo penitus derogari, ſub pœna mille marcarum auri puri, quam a nobis & Eccleſia noſtra Bambergenſ. prædicta, in eventum, ubi contraveniremus, irremiſſibiliter exigi volumus, & Cameræ præfati Domini noſtri Regis, *heredum, & ſucceſſorum ſuorum Regum Bohemiæ*, & ejuſdem Regni Coronæ, abſque diminutione qualibet integraliter applicari, præſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum. Datum
C *Spiræ, Anno Domini* MCCCLIII. *indictione* VI. *in die Beatæ Celiciæ Virginis & Martyris.*

XL.

Ludovicus Rex Hungariæ renunciat omni juri ſibi competenti in Ducatu Swidnicenſi, anno 1353.

NOs *Ludovicus* Dei gratia *Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramiæ, Serviæ, Galliciæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, Princeps Salernitanus, & Honor. Montis S. Angeli Dominus*, notum facimus univerſis: quod nos ob amoris ſinceri puritatem, quo Sereniſſimum & Invictiſſimum Principem & Dominum, Dominum *CAROLUM Romanorum Regem Semper-Auguſtum & Boëmiæ Regem*, ſpecialis dilectionis favore proſequimur, *ipſi tanquam Regi Boëmiæ, heredibus & ſucceſſoribus Boëmiæ Regibus*, & ejuſdem Regni Coronæ in perpetuum, *Ducatus Swidnicenſem & Jaurenſem* cum omnibus eorum appendentiis, dominiis & pertinentiis, necnon omnia jura, quæ *nobis, Regno* ſeu *Coronæ Hungariæ* in dictis *Ducatibus* quavis ratione competunt, ſeu valebunt competere, rite dedimus, & præſentibus ſponte & liberaliter erogamus, re-
D nunciantes expreſſe pro nobis, *fratribus, heredibus & ſucceſſoribus noſtris Regibus Hungariæ*, omni juri, impetitioni, juriſdictioni, ſanctioni, & omnibus ſimpliciter reſpectibus, *nobis & Regno* ac *Coronæ Hungariæ* competituris & competentibus in eiſdem. Promittimus etiam bona & ſincera 61
fide ſupradicto *Rom. ſemper Auguſto & Boëmiæ Regi*, tanquam *Regi Boëmiæ*, fratri & amico noſtro, *heredibus & ſucceſſoribus*
E *ſuis Boëmiæ Regibus*, dum & quotiens requiſiti ſeu moniti fuerimus, adverſus quoſlibet invaſores ſeu æmulos eorundem, qui eos in prædictorum Ducatuum, appenditiorum, dominiorum, jurium & pertinentiarum poſſeſſione impedire ſeu moleſtare contenderent opportunum, impendere auxilium & juvamen, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis Sigillo teſtimonio literarum. Datum *Budæ, anno Domini* 1353. *Calend. Jun.*
F *Regni autem noſtri anno* 12.

XLI.

Ludovicus Rex Hungariæ dat Regi Boëmiæ

oppida Beuten & Creutzberg, cum Vaſallis & diſtrictibus: & e converſo Rex Boëmiæ dat Regi Hungar. Ducatus Plotzen & etiam Mazovi: & Rex Hung. quitat omnia debita, quæ Dux Swidnicenſis Regi Poloniæ quomodolibet tenebatur, anno 1353.

NOS *Ludovicus* Dei gratia *Hungariæ, &c. Rex*, &c. Notum facimus univerſis: quia Sereniſſ. ac Invictiſſ. Princeps & Dominus, Dominus *CAROLUS Rom. ſemper Auguſtus & Boëmiæ Rex*, occaſione ſinceræ dilectionis & favoroſi affectus, quo perſonam noſtram, nec non Magnifici Principis Domini *Caſimiri Regis Poloniæ* Illuſtris, fratris noſtri dilecti, pia benignitate proſequitur, nobis ambobus, *heredibus & ſucceſſoribus noſtris Hungariæ & Poloniæ Regibus, Ducatum Plocenſem* cum appenditiis, dominiis & pertinentiis ſuis, nec non omnia jura, quæ ſibi in prædicto *Plocenſi Ducatu*, & aliis *Principatibus Maſoviæ* competunt, rite donavit, ſicut in literis factis deſuper lucidius continetur: nos tanto favori volentes rependere vicem, & benignis ac fraternis exhibitionibus ipſius relativæ dilectionis ſtudio reſpondere, ſibi, *heredibus & ſucceſſoribus ſuis, Regibus Boëmiæ*, & ejuſdem Regni *Coronæ, oppida Beuten & Creuczenburg*, cum Vaſallis, diſtrictibus, metis, dominiis & circumferentiis ſuis, deliberatione prævia, & ſano fidelium noſtrorum accedente conſilio, auctoritate procuratoria, qua in hoc in omnibus infra inſertis, & eorum quolibet, nomine & vice dicti *Regis Poloniæ*, Noſtri fratris, plene potimur, reddimus & reſtituimus univerſos & ſingulos Vaſallos, cives, homines, & inhabitatores oppidorum & pertinentiarum hujuſmodi noſtri & dicti Regis Poloniæ nomine ab omni fidelitatis & ſubjectionis homagio, juramentis & promiſſionibus nobis utrobique præſtitis virtute præſentium
62 abſolventes, ipſumque *Regem Rom. & Boëmiæ*, necnon Illuſtrem Principem Domi-

A num *Bolkonem Ducem Swidnicenſem*, conſanguineum noſtrum, fidejuſſores & compromiſſores ipſorum ab omnibus debitis, in quibus præfato *Regi Poloniæ* per litteras, ſeu alio quovis modo obligati noſcuntur, nomine & vice, quibus ſupra, liberos & quitos dimittimus, & penitus abſolutos, nominatim & expreſſe cives *Swidnicenſes* ſeu alios quoſcunque homines Ducatus ejuſdem, ab omnibus promiſſis, quæ occa-
B ſione talium debitorum pro parte Ducis præfati Regi prædicto *Poloniæ* fecerunt voce vel ſcripto, præſentibus abſolventes. Inſuper promittimus nos efficaciter obligantes prædicto fratri noſtro *Rom. & Bohemiæ Regi*, omnino facere & actualiter procurare, quod præfatus frater noſter *Poloniæ Rex*, infra ſpatium quatuor menſium a dato præſentium computandum hujus (a) ordinationem, compoſitionem, donatio-
C nem, ceſſionem, & omnia alia & ſingula per nos ordinata, & facta, & donata, ſive ceſſa, cum dicto fratre noſtro *Rom.* & *Bohemiæ Rege*, noſtro proprio & ejuſdem fratris noſtri *Regis Poloniæ* nomine & vice ratificabit, acceptabit & approbabit, & in nullo penitus contradicet vel faciet, ſeu etiam deviabit: imo prædictis omnibus & ſingulis ſe conformando ſuum conſenſum & aſſenſum expreſſe adhibebit, ac ſuper pro-
D miſſis eidem fratri noſtro *Rom. & Bohemiæ Regi* literas ſuas dabit, & exhibebit qualibet occaſione revelata. In quorum omnium teſtimonium & evidentem firmitatem præſentes fieri fecimus literas, ſigillique noſtri & autentici appenſione muniri. Datum *Budæ, anno Domini 1353. 6. Calend. Jun. Regni autem noſtri 12.*

(a) Balbin. *hanc*.

XLII.

Renunciatio Jurium ſuper terris Bavariæ,

anno 1353.

NOS *RUPERTUS* Dei gratia *Comes Palatinus Rheni*, &c. Notum
E facimus tenore præſentium univerſis, quod nos animo deliberato amicorum noſtrorum

rum conſilio & de certa noſtra ſcientia Se-reniſſimo Principi & Domino, Domino *Carolo Romanorum ſemper-Auguſto*, *&* *Bohemiæ Regi*, Domino noſtro gratioſo, *heredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ*, & ejus *Regni Coronæ hereditario & perpetuo* pro 12000. marcarum puri argenti, quibus ipſe Illuſtrem Principem Dominum *Rupertum juniorem* filium noſtri fratris a captivitate ſua de partibus *Saxoniæ* liberavit, infraſcriptas munitiones *Neunſtat*, *Sternſtein*, *Hirſchavv & Liechtenſtein*, & demum pro 20. millibus marcarum puri argenti, quas in uſus congruos felicis me-
63 moriæ Illuſtris Principis Domini *Rudolphi* olim *Comitis Palatini*, *Rheni & Ducis Bavariæ*, patris noſtri dilecti, de certa noſtra ſcientia impendiſſe, & mutuaſſe dignoſcitur infraſcriptas munitiones *Neunſtat*, *Sternſtein*, *Sulzbach*, *Roſenberg*, *Hertenſtein*, *Neidſtain*, *Thurndorff*, *Hilpoldſtein*, *Hohenſtein*, *Liechteneck*, *Franckenberg*, *Lauffen*, *Eſchenbach*, *Hersbruck*, *Averbach*, *Velden*, *Regnitur & Bleth*, & quicquid prædictus frater noſter in *Bavaria* tenuit & poſſedit, cum omnibus villis, hominibus, dominio, bonis, judiciis, bannis, teloniis, conductibus, Foreſtariis, inhibitionibus, ferina, reditibus, cenſibus, utilitatibus, pœnis, ſylvis, rubetis, venationibus, aucupationibus, pratis, piſcinis, aquis, molendinis, aquarumve decurſibus, piſcaturis, montibus, vallibus, planis, metis, circumferentiis, diſtrictibus, & omnibus utilitatibus ſuper & ſub terra, quibus etiam nominibus exprimantur, militibus, clientibus, vaſallis, vaſallagiis, feudis, feudatariis, bonis feudalibus, juribus patronatus Eccleſiarum, collationibus beneficiorum, ſervitoribus, proprietariis, pignoribus ab Imperio ſeu quocunque alio modo, nec non omnibus pertinentiis hereditates, & proprietates ſuo jure pignora, & obligationes ſub omnibus conditionibus & modis, ſicut eadem prædictus frater noſter poſſedit & tenuit, & ſicut ad nos per mortem ipſius fuerunt hereditarie devoluta, renunciantes expreſſe pro nobis & ſucceſſoribus ac heredibus noſtris, in perpetuum arreſtationibus, (α) ſi qua nobis ad prædictas munitiones, civitates, oppida & pertinentias; ſicut exprimuntur ſuperius, competierunt, hactenus competunt ſeu poſſent competere, quomodolibet in futurum renunciantes omni canonum & legum auxilio, legibus, conſtitutionibus, ſanctionibus, decretis & decretalibus Imperatorum vel Apoſtolicorum

A conſuetudinibus, ritibus, & obſervantiis quarumlibet provinciarum ſive terrarum, quibus præſenti contractui in toto vel in aliqua ſui parte poteſt aliquo modo derogari. Quibus etiam omnibus pro nobis, *heredibus & ſucceſſoribus noſtris* numquam aliquo tempore uti proponimus ſeu debemus, jure vel facto, verbis, operibus ſeu modis aliis quibuſcunque. Promittimus etiam bona fide ſine dolo pro nobis, he-
B redibus & ſucceſſoribus noſtris præſato Domino noſtro Regi Bohemiæ, *heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus*, quod ipſis & *Coronæ Regni* præfati omnes prædictas munitiones, civitates, oppida, & pertinentias, ſicut exprimuntur ſuperius, auctoritate, quarentire, & tueri volumus, & tenemur nominatim & expreſſe ab impetitione patruorum noſtrorum filiorum divæ memoriæ Imperatoris *Ludovici*, Ducis
C *Ruperti* junioris filii noſtri fratris, ab omni arreſtatione (β) univerſitatis & perſonarum quarumlibet, quibus etiam appellentur no- 64
minibus, ſicut in terris ſive provinciis juris eſt, & conſuetudinis generalis. Et ad ampliores cautelæ præſidium, Reverendos Principes & Dominos, Dominum *Gerlacum Archiepiſcopum Moguntinum*, Dominum *Albertum Herbipolenſ.* Dominum *Gerardum Spirenſ. Epiſcopum*: & Illuſtres
D Principes, Dominum *Rudolphum Ducem Auſtriæ*, Dominum *Albertum Comitem Palatinum Rheni*, *& Ducem Bavariæ*, patruum noſtrum; nec non viros nobiles, *Johan. de Catzenelenbogen*, *Ludovicum & Fridericum de Ottingen* Comites, & *Luzonem de Hohenlohe* attente rogavimus, quod ad perpetuam rei memoriam, & in teſtimonium contractus hujus ſigilla ſua una cum noſtro vellent præſentibus ap-
E plicare. Et nos *Gerlacus* Dei gratia *Archiepiſcopus Moguntinus Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*, *Albertus Herbipolenſ*, *Gerardus Spirenſis Epiſcopus*, *Rudolphus Auſtriæ Dux*, *Albertus Comes Palatinus Rheni*, *& Dux Bavariæ* Dei gratia ſupradicta, *Johan. de Catzenelenbogen*, *Ludovicus & Fridericus de Ottingen Comites*, & *Luzo de Hohenlohe* expreſſe recognoſcimus, quod ad Illuſtris Principis Domini
F *Ludovici Senioris Comitis Palatini Rheni*, *& Ducis Bavariæ*, *Sacri Romani Imperii Archidapiferi*, &c. prædicti ſpecialis petitionem, inſtantiam, ſigilla noſtra præſentibus de certa ſcientia appendenda duximus, ad perpetuam rei memoriam, & in evidens teſtimonium præmiſſorum præſentium ſub noſtris ſigillis teſtimonio literarum.

(α) *Balbin. atteſtationibus.* (β) *Balbin. atteſtatione.*

rum. Datum *Hagenoviæ*, *Anno Domini* MCCCLIII. *feria tertia proxima ante feſtum* A *omnium Sanctorum*, &c.

XLIII.

Atteſtatio Johannis Marchionis Moraviæ de Abrogatione Codicis Carolini Bohemici,

anno 1355.

NOs *JOHANNES* Dei gratia *Marchio Moraviæ*, Notum facimus tenore præſentium univerſis. B Quod licet jam dudum Sereniſſimus ac Invictiſſimus Princeps & Dominus, Dominus *CAROLUS*, *Romanorum Imperator ſemper Auguſtus*, & *Bohemiæ Rex*, Dn. noſter gratioſus, de conſilio, voluntate, ſcientia & conſenſu ſuorum, noſtrorum, & aliorum *Regni ſui Bohemiæ* Principum & Baronum, jura quædam adinve- C nienda duxerit, & etiam ſtatuenda; eademque, quorundam Principum & Baronum prædictorum accedente conſilio, ac expreſſo conſenſu in ſcriptis redacta, & in uno
65 volumine fuerint ſigillata; prout hoc in notoriam & publicam prodiit notionem. Quia tamen præfatum Volumen, quod videlicet ſicut præfertur, fuerat inde confectum, una cum ſigillis eidem appenſis, fortuito caſu fuit igne conſumptum, in ni- D hilumque redactum; Et quia nihilominus, tam præfatus Dominus noſter Imperator & *Bohemiæ Rex*, quam nos alii Principes ac Barones, prædicta jura ſervare non promiſimus, nec aliqua ſuper his præſtitimus juramenta: Et adhuc in præfati Domini noſtri Imperatoris & *Regis Bohemiæ* noſtro & aliorum Principum ac Baronum libero pendebat arbitrio, ſi Jura ipſa promiſſionibus & Juramentis in talibus opportunis confir- E mare, approbare & valere vellemus: quod uſque hodie non eſt factum, a præfato Domino Imperatore & *Rege Bohemiæ*, Domino noſtro, nobis, vel aliis Principibus ac Baronibus antedictis: dictaque Jura a tempore, quo illa præfatis D. noſter Imperator & *Bohemiæ Rex* condidit, uſque modo nunquam publicata, intimata ſeu nunciata fuerunt nec in terris, civitatibus, ſeu foris, publice proclamata. Ideoque F idem Dominus noſter Imperator & *Rex Bohemiæ*, rite decrevit, & auctoritate Regia ex certa ſcientia declaravit, rite ſemet ipſum, nos, & omnes Principes ac Barones ſuos, ac *Regni & Coronæ Bohemiæ* antedictos, ſuos noſtroſque inſuper & *ipſorum hæredes & ſucceſſores*, perpetuo ad dictorum Jurium obſervantiam non eſſe ligatos, quomodolibet vel aſtrictos, ſed potius ſolutos eſſe ac liberos ab eiſdem, nec non ab omnibus ſententiis, punctis & Articulis, quæ & qui in dictis erant juribus comprehenſi: Quodque tam Eum quam Nos, & alios Principes & Barones, ſuoſque ac noſtros & *ipſorum hæredes & ſucceſſores*, ſicut præmittitur, in honore, ſtatu & perſonis, & bonis, quæcunque in ipſis Juribus ſeu dicto Volumine olim, ut præmittitur, obligare, contingere, vel notare non poſſint aut debeant, ullo umquam tempore, quovis modo, ullumve ipſi Domino noſtro Imperatori & *Regi Bohemiæ*, nobis & aliis Principibus ac Baronibus, nec non ſuis, noſtris, & eorum *hæredibus & ſucceſſoribus ſuis*, *Bohemiæ Regibus*, & auctoritate Regia ſtatuit, & ſua Regali Conſtitutione perpetuo duratura ſancivit, ut ipſe Dominus noſter Imperator, noſque & alii prædicti Principes & Barones ſui, ac *Regni & Coronæ Bohemiæ* ſubditi & fideles, ſuique, noſtri & ipſorum *hæredes & ſucceſſores*, perpetuo antiquis & conſuetis Juribus, omni impedimento ceſſante, frui pacifice, & perpetuis gaudere temporibus debeamus. Sicut in literis præfati Domini noſtri Imperatoris & *Regis Bohemiæ*, quas ſub Imperialibus ſignis & teſtibus de conſuetæ benignitatis munere erogaſſe dignoſcitur, plenius ac lucidius eſt expreſſum. Nos igitur, de cujus conſilio, voluntate & conſcientia, omnia prædicta ſic geſta ſunt, prout exprimitur ſuperius, prædictis omnibus & eorum cuilibet, prout in literis præfati Domini noſtri Imperatoris, & *Regis Bohemiæ* datis deſuper, ſicut prædicitur, inveniuntur expreſſa, noſtrum voluntarium 66
conſenſum grato animo præſentibus adhibemus; gratum, ratum, firmum & incommutabile volentes habere perpetuo, quicquid præfati Domini noſtri ſancivit auctoritas, vel ſua prudentia ſtabilivit. Et hoc ipſum bona fide, cæteris principibus Regni Bohemiæ præfati & ipſius Coronæ fidelibus, duximus promittendum, præſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum. Datum *Pragæ*, *anno Domini* M. CCC. LV. *Indictione* VIII. II. *nonas Octob.*

XLIV.

Caroli IV. Imper. Aug. Conſtitutio de Incorporatione Ducatuum Poloniæ & Sileſiæ & Marchionatus Luſatiæ,

quod perpetuo Regno Bohemiæ ſint indiviſibiliter counita:

anno 1355.

IN nomine Domini ſanctæ & individuæ Trinitatis. *CAROLVS* Dei gratia *Romanorum Imperator ſemper Auguſtus*, &c. ad perpetuam rei memoriam. Inſignes laudabilis famæ titulos moderni temporis meretur glorioſa poſteritas, ſi quod prædeceſſorum Illuſtrium circumſpecta pridem inſtauravit proviſio, vigilanti cura proſequitur, & gratæ ſolicitudinis munit officio, ut fructuoſi laboris ſolertia perenni ſucceſſorum commendentur memoriæ, & ex perfectione bonorum operum, quaſi ex relucenti ſpeculo vetuſtatis ſurgat de felicibus mortuis felix memoria rediviva.

Sane licet pridem recolendæ memoriæ Divus *Fridericus Romanorum Imperator Auguſtus*, prædeceſſor noſter, de ſingulari ſuæ benignitatis munere, claræ recordationis Illuſtri *Vladislao* quondam *Bohemiæ duci, qui regnum Bohemiæ ante coronationem ſuam regebat, & ſuis heredibus Bohemiæ Regib. cenſum* de terra *Poloniæ* quem anteceſſores ejus Duces *Bohemiæ a Polonia* multis temporibus accipere conſueverant, quemque *Poloniæ & Sileſiæ Duces ſacro. Imperio ſolvere* tenebantur, prout in litteris Imperatoris præfati evidenter exprimitur, liberaliter duxerit erogandum. Ipſi quoque *Duces Poloniæ & Sileſiæ eundem cenſum Illuſtribus progenitoribus & prædictis noſtris Bohemiæ Regibus*, in ſignum ſubjectionis debitæ, & in recognitionem ſui ſuperioris Domini rite perſolverint multis temporibus retroactis: tamen ad abundantius cautelæ præſidium tractu temporis dicti Duces ſuorum heredum & ſucceſſorum nomine atque vice, Principatus, terras ac dominia ſua, a claræ memoriæ Illuſtri *Joanne* quondam *Bohemiæ Rege*, genitore noſtro cariſſimo defuncto, & *a Corona Regni Bohemiæ* præſtiterunt ſolemnitatis, obedientiæ, homagii, ſubjectionis & fidelitatis debitæ juramenta corporalia.

67 Et licet inſignis *Ducatus Vratislavienſis & Sileſiæ*, cum ſuis omnibus pertinentiis, ad *utilem & immediatum Dominum* illuſtrem quondam *Bohemiæ Regem*, progenitorem noſtrum, & *coronam Regni Bohemiæ* ſpectaverit ab antiquo, ſicut hoc litteræ recolendæ memoriæ Domini *Rudolphi Romanorum Regis*, prædeceſſoris noſtri, oſtendunt. In quarum prima quandam ordinationem inter Illuſtrem *Ottocarum*, quondam *Bohemiæ Regem*, proavum noſtrum cariſſimum ex una, & *Henricum Ducem Vratislavienſem* parte ex altera: videlicet quod dictus *Ottocarus Rex* eidem *Henrico* [α] *Vratislavienſi & Sileſiæ Duci*, in caſu, ſi Ducem præmori contigerit, in præmiſſo Ducatu *Vratislavienſi & Sileſiæ*, terris, & omnibus dominiis ſuis deberet ſuccedere, per ſe factam adſerit, & in ſede ipſarum dicto *Henrico* (β) *Duci* jam ſublato de medio, prædictum Regem *Ottocarum, heredes & ſucceſſores ſuos, Reges Bohemiæ*, de Ducatu *Vratislavienſi & Sileſiæ*, terris & dominiis præfatis, tanquam actu vacantibus, propter multa grata ſervitia, quæ Illuſtres *Bohemiæ Reges ſacro Romano Imperio* fecerant, ſolenniter inveſtivit, lucidius atteſtantur: tamen Illuſtris quondam *Joannes Bohemiæ Rex*, genitor noſter præfatus, cum *Henrico ſeptimo & ultimo Vratislaviæ & Sileſiæ Duce*, ſororio noſtro, dum uterque ipſorum vitam ageret in humanis, quandam ordinationem inüt & tractavit: videlicet quod dictus *Dux Henricus* terram & diſtrictum *Glacenſem* cum vaſallagiis, feudis, dominüs & aliis omnibus pertinentiis ſuis, de conſenſu dicti genitoris noſtri, ad vitæ duntaxat tempora habere deberet, ut tamen eo moriente, Ducatus ſui, puta *Vratislavienſis & Sileſiæ* ac prædictum *Glacenſe Dominium*, ad uſum & poſſeſſionem *genitoris noſtri, heredum & ſucceſſorum ipſius Regum*, & *Coronæ Regni Bohemiæ*, ſine difficultate qualibet revenirent. Sic hoc proceſſu dierum ad finem devenit intentum. Eoque dictus genitor noſter, dum viveret, moriente Duce præfato, Ducatum *Vratislavienſem* & terram *Glacenſem* præfatam tenuit & poſſedit, & nos utrumque de præſenti, velut *Bohemiæ Rex*, in poſſeſſione tenentes, utrobilibet dominamur.

Et quamvis *Marchia Budiſſinenſis & Görlicenſis*, quæ cum cæteris civitatibus oppidis & pertinentiis ſuis ad regnum & *Coronam Bohemiæ* ab anti-

(α) — (β) Omiſit Balbinus.

antiquo pertinuerunt, per Illuſtrem *Ottocarum* quondam *Regem Bohemiæ* proavum noſtrum, in perſonas quondam Illuſtrium *Brandeburgenſium Marchionum* ex certis cauſſis & rationibus alienata fuerit: aliquando tamen Marchionibus prædictis, abſque *ſexus Maſculini heredibus*, decedentibus ex hac vita, Nobiles, Milites, Clientes, Cives, univerſæque incolæ *Marchiæ Budiſſinenſis & Görlicenſis* præfatæ, animadver-
68 ſione debita cognoſcentes, qualiter ad *Coronam & Regnum Bohemiæ*, tanquam ad immediatum & naturalem Dominum, dudum pertinuerant, ad ſubjectionem & obedientiam illuſtris Johannis, quondam Bohemiæ Regis, genitoris noſtri, tanquam *ad ordinarium legitimum & naturalem dominum ſuum*, & ad *coronam Regni Bohemiæ*, de cujus gremio jam dudum conſtiterant, ut præfertur, deliberatione non improvida redierunt.

Nos igitur indefeſſam ſolicitudinis operam, & diligentiam exquiſitam quam ſæpedicti proavus, pater ac *progenitores noſtri* cariſſimi, quondam *Bohemiæ Reges*, ad obtinendum ſubjectionis Vaſallagium, & obedientiam Illuſtrium *Sileſiæ & Poloniæ* Ducum, videlicet *Lignicenſis*, *Brigenſis*, *Munſterbergenſis*, *Olſnenſis*, *Glogovienſis*, *Saganenſis*, *Opolienſis*, *Falckenbergenſis*, *Strelicenſis*, *Teſchinenſis*, *Olſnenſis*, *Buthimienſis*, *Stenavienſis*, *Oſuetienſis*: *Principatus Maſſoviæ & Ducatus in Plotzka*, Principum & fidelium noſtrorum: Principatus ſeu Ducatus *Vratislavienſis & Sileſiæ*: nec non Civitatis videlicet *Vratislaviæ*, *Novumforum*, *Franckenſtain*, *Stinaviam*, *Graw*, & mediam partem *Glogoviæ* & pertinentiarum ipſius, & etiam *Budiſſinenſem & Görlicenſem Marchiam*, ut præfertur, non abſque magnis impenſis & infinitis laboribus habuerunt, in noſtræ Majeſtatis acie continuo revolventes, ut virtutum ipſorum frequentia & ſolicitudo laborum, præteriti ſub felice noſtro regimine ſolidetur, ſicut dudum de plenitudine Romanæ Regiæ poteſtatis ſtatuendum duximus, ita & nunc ex certa ſcientia ſtatuimus de noſtræ imperialis plenitudine poteſtatis, quod omnes ſupradictæ ſententiæ & Clementiæ Imperialis & Regalium literarum, quas ad probationem dictarum intentionum adduximus, ſemper & ubique in judicio & extra, & in ſingulis actibus publicis & privatis, quotiens tenorem præſentium legi & publicari contigerit, ejuſdem efficaciæ, vigoris & auctoritatis exiſtant, ac ſi in ſignis propriis originalia viderentur; & præcipue cum eadem originalia per nos ac nonnullos Sacr.
A Imper. Principes, Barones, Proceres, auſcultata & examinata fuerunt diligenter, & demum communicato ſuper omnibus præmiſſis nonnullorum Sac. Imper. Principum, Baronum, & Nobilium Conſilio ſpeciali prædictis omnibus de verbo ad verbum, prout ſuperius exprimitur intellectis & in examine deliberate & provide diſcuſſis adductis, ne ex interpretatione ſiniſtra quorumlibet, *noſtris heredibus, & ſucceſſo-*
B *rum noſtrorum Regum Bohemiæ*, & Coronæ regni ejuſdem, juribus, hominibus & ſtatui valeat in poſterum derogari: auctoritate imperiali dictos *Sileſiæ*, *Poloniæ*, & cæteros prædictos duces, noſtros Principes & Vaſallos, cum principatibus, feudis & vaſallagiis ipſorum, præſertim cum a *Corona Regni* præfati immediate dependeant: 69
dictum quoque Ducatum *Vratislavienſem*, cum *civitate Vratislavia*, *Noviforenſi*,
C *Franckenſtein*, *Stinavienſi*, *Gorenſi*, *Glogovienſi* & cæteris oppidis ibidem: nec non *Marchiam Budiſſinenſem & Görlicenſem*, cum vaſallis, vaſallagiis, feudis, feudatariis, utilitatibus, fructibus, obventionibus, juriſdictionibus, judiciis, honoribus, juribus, conſuetudinibus, & omnibus dictorum *Ducatuum & Marchiæ* pertinentiis, velut utile & immediatum dominium noſtrum, & *Regni Bohemiæ* præfati, eidem
D Regno & ejus felici Coronæ, in perpetuum adjungimus, incorporamus, inviſceramus, adſcribimus, adpropriamus, & indiviſibiliter conjungimus, counimus.

Speciali etiam ex nomine interpretamur, pronuntiamus, diffinimus, proteſtamur, & dicimus, ac de certa noſtra ſcientia declaramus, quod præfati *Duces Sileſiæ & Poloniæ*, *heredes & ſucceſſores ipſorum*, in perpetuum, quotiens Ducatus
E eoſdem aut alterum ex eis vacare contigerit, ipſos vel ipſum a Nobis, *heredibus & ſucceſſoribus noſtris Bohemiæ Regibus*, & Coronæ ejuſdem Regni, homagii, obedientiæ, fidelitatis & ſubjectionis debitæ teneantur, ac debeant præſtare & facere corporalia juramenta, ſupplentes omnem defectum, ſi quis in literis vel privilegiis dictorum Imperatorum & Regum Romanorum memoriæ recolendæ, aut etiam in or-
F dinatione ſeu tractatu dicti genitoris noſtri, quem cum præfato *Henrico ſeptimo* & ultimo *Vratislavienſi & Sileſiæ* Duce habuiſſe dignoſcitur, ſeu in reditu Nobilium, Militum, clientum, civium & incolarum, *Budiſſinenſis & Görlicenſis Marchiæ*, qui ad Regnum Bohemiæ, ut præmittitur, ex cauſſis legitimis redierunt, vel in præſentibus noſtris literis verborum defectu, interpretatio-

terpretatione dubia, ſententiarum obſcuritate, vel alia quavis occaſione, compertus fuerit, de certa noſtra ſcientia, ac de prædicta Imperialis plenitudine poteſtatis, non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus, vel communibus ſtatutis ſeu edictis, publicis vel privatis, factis & editis in contrarium quibuſcunque; quas & quæ, quantum adhæc, ac ſi nominatim de verbo ad verbum præſentibus inſcripta & inſerta conſiſterent, etiamſi de his jure vel conſuetudine deberet fieri mentio ſpecialis, revocamus, caſſamus, irritamus, annihilamus, & de prædictæ Imperialis poteſtatis plenitudine decrevimus firmitatis fore nullius penitus & momenti.

Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ adjunctionis, appropriationis, conjunctionis, incorporationis, inviſcerationis, adſcriptionis, interpretationis, pronunciationis, deffinitionis, proteſtationis, declarationis, decreti defectus ſuppletionis, revocationis, caſſationis, irritationis & annihilationis paginam infringere. Contrarium vero facientes, ſi qui fuerint, quod
70 abſit, ultra indignationem noſtræ Celſitudinis, quam ob hoc ſe noverint incurſuros, mille marcas auri puri noſtro & Ro-
A mani Regni fiſco componant: ipſarum videlicet medietatem noſtræ ſeu ſucceſſorum noſtrorum Curiæ ſeu Cameræ, reliquam paſſis injuriam irremiſſibiliter applicandam.

Signum Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini Karoli Quarti Romanorum Imperatoris Semper-Auguſti.

Teſtes hujus ſunt Venerabilis *Erneſtus Pragenſis Archiepiſcopus*: Illuſtris *Rudol-*
B *phus ſenior Dux Saxoniæ, Sacri Imperii Archimarſchallus*, avunculus noſter, ac Venerabilis *Pretzlaus Vratislavienſis Cancellarius aulæ noſtræ, Johannes Olmicenſis, Joannes Luthomislenſis, Theodoricus Mindenſis, Henricus Lunudenſis* (α) *Epiſcopi*: Illuſtres *Rudolphus junior Saxoniæ & Johannes Opaviæ Duces*: Spectabilis *Burghardus Magiſter Curiæ* noſtræ, *Burggravius Magdeburgenſis*, & *Albertus de Anch-*
C *tal.* (β) *Comites*: & Nobiles, *Johannes de Roſenberg, Johannes de Sternberg, Ztrincko* (γ) *de Haſenberg, Conſtaus de Schwanberg, Butzcko de Conſtat, Dionyſius de Romnitz*, (δ) *& Vlricus de Viſa*: (ε) Et alii quam plures noſtri fideles, præſertim ſub Bulla Aurea. Datum *Pragæ, Anno Domini 1355. Indictione 8. ſeptimo Idus Octobris.*

(α) Balbin. *Lubecenſis.* (β) Balbin. *Anhalt.* (γ) Balbin. *Zbincko.* (δ) Balbin. *Lomniz.* (ε) Balbin. *Uſta.*

XLV.

Confirmatio Feudorum Imperialium in Bavaria Regi Bohemiæ factorum, anno 1355.

NOS *LUDOVICUS*, dictus *Romanus*, Dei gratia *Marchio Brandenburgenſis & Luſatiæ, Sacri Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ.* Notum facimus univerſis: Quia Illuſtres Principes & Domini *Rupertus ſenior & junior, Comites Palatini Rheni, & Duces Bavariæ*, animo deliberato amicorum ſuorum accedente conſilio & de certa ſcientia Sereniſſimo Principi ac Domino Romanorum Imperatori *CAROLO Semper-Auguſto & Bohemiæ Regi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus* & ejuſdem *Regni Coronæ* ſubſcriptam munitionem *Hoenſtein*, & oppida *Hirsberg & Averpach*, quæ a Sacro Imperio in feudum dependent, cum omnibus juribus, dominiis, utilitatibus, & pertinentiis ſuis, quibuſcunque appellentur nominibus, *in verum feudum heredi-*
D *tarium*, rite & rationabiliter vendiderunt, ſub omnibus conditionibus & incolis, ſicut in literis ſuper eadem venditione factis & editis plenius eſt expreſſum. Nos intuentes affectuoſum deſiderium *Comitum Pala-* 71
tinorum Rheni, & Ducum Bavariæ prædictorum conſiderantes, & in morte fidelitatis conſtantiam, qua Illuſtres *Boëmiæ Reges* Sacrum Imperium continuatis crebro ſtudiis honorarunt, præfatæ venditioni, ad-
E inſtar aliorum Principum Electorum, & prout ipſi deſuper ſuas literas erogaſſe noſcuntur, etiam benevolum conſenſum adhibere decrevimus, ipſamque ſub omnibus conditionibus & modis, ſicut in literis deſuper editis invenitur, expreſſum approbamus, & animo deliberato de certa noſtra ſcientia, velut *Marchio Brandenburg. Luſatiæ Princeps, Elector, & Archicamerarius Sacri Imperii* ſupradicti confirmamus

præ-

præſentium ſub noſtri ſigilli teſtimonio literarum. Datum *Nurnberg*, *Anno Domini* A MCCCLV. *Indict.* VIII. *Feria poſt Feſtum S. Andreæ Apoſtoli.*

Similes habentur ab omnibus Principibus Electoribus.

XLVI.

Archiepiſcopus Moguntinenſis, tanquam Princeps Elector, confirmat incorporationem Bavariæ cum Regno Bohemiæ, anno 1355.

NOS GERLACUS Dei gratia Sanctæ *Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopus*, *Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*, ad perpetuam rei memoriam. Sereniſſimus ac Invictiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus *CAROLUS Quartus divina favente clementia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus*, *& Bohemiæ Rex*, inter alias ſolicitudinum operoſas vigilias, quibus pro ſubditorum grata quiete, Imperiali benignitate hinc inde diſtrahitur, ad deſideratam quietem, & felix augmentum inſignis ſui Regni Bohemiæ oculos ſuæ deliberationis convertit, & tanto ſolertius de ipſius meditari curavit augmento, quanto ex dilatatione ſuarum propaginum, velut a membro nobili, Sacrum Romanum Imperium novit indubie laudabilius honorari, ſicut ex diviſione calamitates horrendæ conſurgunt, & odioſa ſeditionis ſcandala, fidelium regnicolarum quies deſiderata confunditur, ſic adjutis Regni viribus in pacis pulcritudine, in fiduciæ tabernaculis, & opulenta requie fidelis populus conquieſcit, & gratis lætatur commodis ſub grato regimine Principis gratioſi: ſane conſiderans, ut Regni ſui prædicti *Bohemiæ* multipliciter dudum ſperata felicitas & ubertas com-
72 modi augmento felici proficiat, quibus tam naturæ proceritas, ſingulari quadam influentia, quam claræ memoriæ Illuſtrium Principum Dominorum quondam Regum *Bohemiæ*, *parentum & prædeceſſorum ſuorum*, laudabilia quidem & veneranda ſtudia providerunt eidem, & conſiderans etiam & ad hoc præcipue aciem ſuæ mentis convertens, qualiter infra inſertæ civitates, munitiones, caſtra, terræ, diſtrictus & territoria, quorum & quarum nomina inferius exprimuntur, qui & quæ cum præfato Regno ſuo Boëmiæ, immediate confirmata, pro Illuſtrium Principum Dominorum Regum *Boëmiæ*, & eidem Regni coronæ commodis & profectibus ad honorem *Sacri Imperii Romani* non ſolum expediant, imo neceſſaria videantur, tum quia Regibus *Boë-*
B *miæ* ex terris hujus (α) *ad electionem Romani Principis cum cæteris Coëlectoribus* ſuo tempore faciendam, præſtetur accedendi ſecuritas, tum quia adminiculo ipſarum Reges *Boëmiæ* Curiam Imperialem, quæ de more in *Nurnberg* celebrari conſuevit, pro tractandis Imperii commodis, profectibus, & neceſſitatibus opportunis, ampliori conatu & promptiore voluntate, non tam valebunt, quam etiam delecta-
C buntur accedere; tum quia terrarum hujuſmodi ſpatia, *Regni Boëmiæ*, velut inſignis membri Serenitatis Cæſareæ, inſignis requirit nobilitas; tum quia civitates, caſtra, munitiones & loca, quorum inferius annotatio fiet ſpecifica, contra rapinas, ſpolia, ſtrages & ſeditiones innumeras, & periculoſa diſcrimina, quibus ſingulis viatoribus tranſitus vetabatur, nunc divino propitiationis munere, Regis *Boëmiæ*, Regni
D & Nobilium regnicolarum ibidem diſponente potentia, in tranquillitatem optatæ pacis regimine grato conducit amœna tranquillitate gaudentes, quibuslibet mercatoribus, peregrinis, viatoribus, & perſonis aliis, tutum acceſſum, tranſitum & ſtatum indubie pollicentur, ut ex hoc non ſolum dicti Regni ſui Boemiæ, verum multorum Regnorum & Principatuum, necnon Reipublic. commoda continuatis proſperitati-
E bus augeantur. Ideoque præfatus Dominus noſter *CAROLUS Imperator*, animo deliberato, noſtro & Coelectorum noſtrorum conſilio accedente, ac de certa ſua & noſtra ſcientia, literas erogare providit, prout in his lucidius & diſtinctius continetur. Nos igitur, qui ſupra, *Gerlacus dictæ Sedis Moguntinen. Archiepiſcopus*, ex eiſdem rationabilibus & evidentibus cauſis, quibus antedictus Sereniſſimus Princeps, Dominus
F noſter Imperator *CAROLUS*, circumſpecta ſua providentia motus fore dignoſcitur, & ex omnibus prædictis tamquam motivis legitimis, Sacri Romani Imperii magnificum ſtatum conſpicientibus, (β) propenſius animati, ſupradictis incorporationi, adjunctioni, attributioni, inviſcerationi, unioni,

(α) Balbin. *hic.* (β) Balbin. *concernentibus.*

unioni, decreto, inhibitioni, ſtatuto, derogationi, & pœnarum adjectioni, & omnibus aliis, quæ expreſſantur, aut ſunt expreſſa ſuperius, velut *Archiepiſcopus Moguntin. Sacri Imperii per Germaniam Archi-* 73 *cancellarius & Princeps Elector*, animo deliberato, & ſano præcedente conſilio, noſtrum benevolum conſenſum & adſenſum adhibemus præſentibus, & ſupradicta omnia & ſingula, & eorum quodlibet A in omnibus ſuis tenoribus, ſententiis, punctis & clauſulis, de verbo ad verbum, prout ſupra videntur expreſſa, ex officii noſtri debito laudamus, approbamus, & de certa noſtra ſcientia confirmamus, pleniſſime perpetuis temporibus valitura, præſentium ſub noſtro ſigillo & teſtimonio literarum. Datum *in Nurnberg, anno Domini 1355. in die B. Luciæ Virginis.*

XLVII.

Infraſcriptæ Literæ ſunt obtentæ a Principibus Electoribus in ſolenni cura Imperiali in Nuremberg, anno 1355.

Gerlacus Archiepiſcopus Moguntinenſis, tanquam Princeps Elector, confirmat incorporationem & declarationem Domini Caroli Imperatoris factam ſuper Ducatibus Poloniæ & Sileſiæ, & Marchionatu utriusque Luſatiæ.

NOS *GERLACUS* Dei gratia *Sanctæ Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopus, & Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*, ad perpetuam rei memoriam. Sereniſſimus ac Invictiſſimus Princeps & Dominus, Dominus *CAROLUS* divina favente clementia *Romanorum Imperator Semper-Auguſtus & Boëmiæ Rex*, Dominus noſter gratioſus, provida ſua circumſpectione advertens, qualiter inſignes & laudabiles famæ titulos moderni temporis meretur glorioſa poſteritas, quod prædeceſſorum Illuſtrium circumſpecta pridem inſtauravit proviſio, vigilanti cura proſequitur, ac gratæ ſolicitudinis, munit officio, ut fructuoſi laboris ſolertia, perenni ſucceſſorum commendetur memoriæ, & ex conſequentia bonorum operum, quaſi ex relucenti ſpeculo vetuſtatis, reſurgat de felicibus mortuis felix memoria, rediviva.

Licet pridem recolendæ memoriæ Sereniſſimus Princeps, Dominus *Fridericus Romanorum Imperator Semper-Auguſtus*, prædeceſſor præfati Domini noſtri Imperatoris, de ſingulari benignitate claræ recordationis, Illuſtri Principi Domino *Wenceslao* quondam *Boëmiæ Duci*, *qui Regnum Bohemiæ ante coronationem ſuam regebat, & ſuis heredibus Regibus Bohemiæ*, cenſum de terra *Poloniæ*, quem anteceſſores ejus *Duces Boëmiæ a Polonia* multis temporibus accipere conſueverunt, quemque 74 *Poloniæ & Sileſiæ* Duces Sacro Imperio ſolvere tenebantur, prout in literis Domini *Friderici Imperatoris* præfati evidenter exprimitur, liberaliter duxerit erogandum.

B Ipſi quoque Duces *Poloniæ & Sileſiæ* eundem cenſum *Illuſtribus progenitoribus & prædeceſſoribus prædicti Domini noſtri Imperatoris in Regno Bohemiæ, ejuſdem Regni Bohemiæ Regibus* in ſignum ſubjectionis, & in recognitionem ſui ſuperioris dominii rite perſolverint multis temporibus retroactis: tamen ad abundantius cautelæ præſidium, tractu temporis dicti Duces, ſuo heredum ac ſucceſſorum ſuorum nomi- C ne ac vice, Principatus, Terras ac Dominia a claræ memoriæ Illuſtri Principe, Domino *Joanne*, quondam *Bohemiæ Rege*, genitore dicti Domini noſtri Imperatoris, dum viveret, & demum ab eodem Domino noſtro Imperatore *Karolo* tanquam *Bohemiæ Rege*, præfato ipſius genitore defuncto, & a Corona Regni *Bohemiæ*, in feudum cum ſolennitate debita ſuſceperunt, dictoque Domino Imperatori, ac ipſius D genitori, dum viveret, tanquam *Bohemiæ* Regibus, & Coronæ Regni *Bohemiæ*, præſtiterunt ſolemniter obedientiæ, homagii, ſubjectionis & fidelitatis debitæ corporalia juramenta.

Et licet inſignis Ducatus *Vratislaviæ & Sileſiæ*, cum ſuis omnibus pertinentiis, ad utile & immediatum dominium Illuſtrium quondam *Bohemiæ Regum*, progenitorum & prædeceſſorum antedicti Domi- E ni noſtri Imperatoris & Coronam Regni Bohemiæ ſpectaverit ab antiquo, ſicut hoc literæ recolendæ memoriæ Sereniſſimi Principis Domini *Rudolphi*, quondam *Romanorum Regis*, prædeceſſoris dicti Domini noſtri Imperatoris, in quarum prima quandam Ordinationem inter Illuſtrem Principem

pem

pem Dominum *Ottocarum* quondam *Bohemiæ Regem*, proavum ipſius Domini noſtri Imperatoris ex una, & Dominum *Henricum Ducem Vratislavienſem* parte ex altera; videlicet quod dictus *Rex Ottocarus* eidem Domino *Henrico Vratislavienſi & Sileſiæ Duci*, in caſu, ſi *Ducem præmori contingeret, in præmiſſo Ducatu Vratislavienſi & Sileſiæ terris, & omnibus dominiis ſuis, ſuccedere*, pro ſe factum adſerit. Et in ſecunda ipſarum dicto Domino *Henrico Duce* jam ſublato de medio, prædictum Regem *Ottocarum*, *heredes & ſucceſſores ipſius*, *Bohemiæ Reges*, de Ducatu *Vratislavienſi & Sileſiæ terris* & dominiis præfatis, tanquam actu vacantibus, propter multa grata officia, quæ Illuſtres *Bohemiæ Reges*, Sacro Romano Imperio fecerant ſolemniter inveſtivit, lucidius atteſtantur. Cum Illuſtris quondam *Joannes Bohemiæ Rex*, genitor dicti Domini noſtri Imperatoris præfatus, cum Illuſtri Domino *Henrico Septimo & ultimo Vratislavienſi & Sileſiæ Duce*, ſororio ipſius Domini noſtri Imperatoris, dum uterque 75 ipſorum vitam ageret in humanis, quandam ordinationem iniit & tractavit, videlicet quod dictus Dux *Henricus* terram & diſtrictum *Glacenſem*, cum vaſallagiis, feudis, dominiis & omnibus pertinentiis ſuis, de conſenſu genitoris dicti Domini noſtri Imperatoris, ad vitæ ſuæ duntaxat tempora habere deberet, ut tamen eo moriente Ducatus ſui, *Vratislavienſis & Sileſiæ*, ac prædictum Dominium *Glacenſe*, ad uſum & poſſeſſionem dicti *Genitoris Domini noſtri Imperatoris*, *heredum & ſucceſſorum ipſius*, *Regum Bohemiæ*, & Coronæ Regni ejuſdem ſine difficultate qualibet revenirent, ſicut hoc proceſſu dierum ad finem pervenit intentum: eo quod prædictus Rex *JOHANNES*, præfati Domini noſtri Imperatoris genitor, dum viveret, moriente Duce præfato, & *Ducatum Vratislavienſem & terram Glacenſem* præfatam tenuit & poſſedit, & ipſe Dominus Imperator de præſenti, velut *Bohemiæ Rex*, poſſeſſionem tenens utrobilibet dominatur.

Et quamvis *Marchia Budiſſinenſis & Görlicenſis*, quæ cum ceteris civitatibus, oppidis & pertinentiis ſuis ad Regnum & *Coronam Bohemiæ* ab antiquo pertinuerunt, per Illuſtrem Dominum *OTTOCARUM* quondam *Bohemiæ Regem*, proavum dicti Domini noſtri, in perſonas Illuſtrium Principum & Dominorum quondam *Brandeburgenſium Marchionum*, ex certis & rationabilibus cauſis alienatæ fuerant; aliquando tamen Dominis *Marchionibus* prædictis, *abſque heredibus ſexus Maſculini decedentibus ab hac vita*, Nobiles, Milites, Clientes, Cives & univerſi incolæ *Marchiæ Budiſſinenſis & Gorlicenſis* præfatæ, animadverſione debita cognoſcentes, qualiter ad Regnum & Coronam *Bohemiæ*, tanquam ad immediatum & naturale dominium dudum pertinuerant, ad ſubjectionem & obedientiam dicti Illuſtris Domini *Joannis* quondam *Bohemiæ Regis*, genitoris antedicti Domini noſtri Imperatoris, tanquam ad *ordinarium, legitimum & naturalem Dominum ſuum*, & ad Coronam *Regni Bohemiæ*, de cujus gremio dudum conſtiterant, ut præſcribitur, deliberatione non improvida redierunt.

Supradictus itaque Dominus noſter Carolus Imperator exquiſitam diligentiam & ſolicitudinem quam ſæpedicti *proavus, pater & progenitores ſui quondam Bohemiæ Reges*, ad obtinendum ſubjectionem, vaſallagium & obedientiam Illuſtrium Principum Dominorum *Sileſiæ & Poloniæ Ducum*, videlicet *Lignicenſis*, *Brigenſis*, *Münſterbergenſis*, *Olſnenſis*, *Glogovienſis*, *Saganenſis*, *Oppolienſis*, *Falckenbergenſis*, *Strelicenſis*, *Teſſinenſis*, *Gozlenſis*, *Butinenſis*, *Stinavienſis & Oswicenſis*: *Principatus Maſſoviæ & Ducatus in Plaſzk*, Principum & fidelium ejuſdem Domini Imperatoris, tanquam Regis Bohemiæ: 76 Principatus ſeu Ducatus *Vratislavienſem & Sileſiæ*: necnon Civitates, videlicet *Vratislaviam*, *Novumforum*, *Franckenſtein*, *Stinaviam*, *Sorow*, *Glogoviam*, *Nambslaviam*, & pertinentiarum ipſarum: & etiam *Budiſſinenſem & Görlicenſem Marchiam*, ut præfertur, non abſque magnis impenſis, & infinitis laboribus habuerunt, in ſua mentis acie, intima meditatione revolventes, ut virtutis ipſorum frequentia, & ſicut dudum cum plenitudine Romanæ Regiæ poteſtatis ſtatuendum duxerat, ita & nunc ex certa ſcientia ſtatuit, & de ſuæ Imperialis plenitudine poteſtatis, quod omnes ſupradictæ ſententiæ & clauſulæ imperialium & regalium literarum, quas ad probationem dictarum intentionum adduxit, ſemper & ubique, in judicio & extra, & in ſingulis actibus publicis & privatis, quotiens tenorem præſentium legi ſive publicari contigerit, ejuſdem efficaciæ, vigoris & auctoritatis exiſtant, ac ſi in figuris propriis originalia viderentur: eo præcipue, cum eadem originalia per eundem Dominum Imperatorem, Nos ac nonnullos Sacri Romani Imperii Dominos, Principes, Barones, Proceresque auſcultata & examinata fuerint diligenter, ac demum communicato per eundem

dem dictum Dominum noſtrum Imperatorem ſuper omnibus præmiſſis, noſtro & nonnullorum Sacri Imperii Principum, Baronum & Nobilium conſilio ſpeciali, prædictis omnibus de verbo ad verbum, prout ſuperius exprimuntur, & in examen deliberatæ & providæ diſcuſſionis adductis, ne ex interpretatione ſiniſtra quorumlibet prædicti Domini noſtri Imperatoris, tanquam Regis Bohemiæ, heredum & ſucceſſorum ſuorum, *Regum Bohemiæ* & Coronæ Regni ejuſdem juribus, honoribus & ſtatui valeat in poſterum derogari, ipſe Dominus Imperator auctoritate Imperiali dictos *Sileſiæ & Poloniæ* & ceteros prædictos Duces, ipſius tanquam Regis *Bohemiæ Principes & Vaſallos*, cum Principatibus, feudis & vaſallagiis ipſorum, præſertim cum a Corona Regni immediate dependeant: dictum quoque *Ducatum Vratislavienſem*, *Glogovienſem* & cetera oppida ibidem: nec non *Marchiam Budiſſinenſem & Görlicenſem*, cum Vaſallis, Vaſallagiis, feudis, feudatariis, utilitatibus, fructibus, obventionibus, juriſdictionibus, judiciis, honoribus, juribus, conſuetudinibus, & omnibus dictorum Ducatuum & Marchiæ pertinentiis, velut utile & immediatum dominium ſuum & Regni *Bohemiæ* præfati, eidem Regno & ejus felici Coronæ, in perpetuum noſtro & aliorum Dominorum Principum Electorum accedente conſenſu, adjunxit, incorporavit, inviſceravit, adſcripſit, appropriavit; indiviſibiliter & inſeparabiliter counivit.

Specialiter etiam & ex nomine prædictus Dominus noſter Imperator interpretatus eſt, diffinivit, pronunciavit, prote-
77 ſtatus eſt, & dixit, ac de certa ſcientia ſua declaravit, quod præfati Duces *Sileſiæ & Poloniæ*, heredes & ſucceſſores eorum in perpetuum, quotiens Ducatus eoſdem, aut alterum ex eis vacare contigerit, ipſos vel ipſum a præfato Domino noſtro Imperatore, tanquam a *Rege Bohemiæ, ac heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ duntaxat Regibus*, & a Corona Regni *Bohemiæ* præfati, abſque retinentia ſeu difficultate in feudum teneantur ſuſcipere, dicto Domino Imperatori, tanquam *Regi Bohemiæ, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus*, & Coronæ Regni ejuſdem, homagii, obedientiæ, fidelitatis & ſubjectionis debitæ teneantur & debeant præſtare & facere corporalia juramenta. Supplevit etiam præfatus Dominus noſter Imperator omnem defectum, ſi quis in litteris & privilegiis, aut etiam ordinatione ſeu tractatu dicti genitoris, quem cum præfato Domi-

A no *Henrico VII. & ultimo Vratislavienſi & Sileſiæ Duce* habuiſſe dignoſcitur: ſeu in reditu Nobilium, Militum, Clientum, Civium, incolarum *Budiſſinenſis & Görlicenſis Marchiæ*, qui ad Coronam *Regni Bohemiæ*, ut præmittitur, ex cauſſis legitimis redierunt; vel in conſiliis, tenore, literis ſuis, verborum defectu, interpretatione dubia, ſententiarum obſcuritate, vel alia quavis occaſione compertus fuerit, de
B certa ſua ſcientia, ac de prædictæ Imperialis plenitudine poteſtatis, non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus vel communibus, ſtatutis ſeu edictis, publicis vel privatis, factis & editis in contrarium quibuſcunque, quas & quæ, quantum ad hæc, ac ſi nominatim de verbo ad verbum ſuis literis inſcripta & inſerta conſiſterent, etiamſi de his jure vel conſuetudine deberet fieri
C mentio ſpecialis, revocavit, caſſavit, irritavit, annihilavit, & de dictæ Imperatoriæ poteſtatis plenitudine decrevit firmiter, fore nullius penitus momenti.

Inhibuit etiam præfatus Dominus noſter Imperator *Carolus*, quod nulli hominum liceat ſui imperialis indulti ſuper præmiſſa editi paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire. Et voluit auctoritate ſua contrafacientes quoslibet
D pœnam mille marcarum puri auri incurrere, & earum medietatem fiſco Romani Imperii, reſiduam vero *Regni Boëmiæ & ſucceſſorum ſuorum* Cameris irremiſſibiliter applicari, ſicut in originalibus literis dicti Domini noſtri Imperatoris, quas ſub Bulla Aurea typario ſuæ Majeſt. deſuper erogaſſe dignoſcitur, plenius & diſtinctius eſt expreſſum.

Nos igitur, qui ſupra, *Gerlacus ſedis*
E *Moguntinenſis Archiepiſcopus*, ex iiſdem rationalibus & evidentibus communis, quibus antedictus Sereniſſimus Princeps, Dominus noſter Imperator *Carolus*, circumſpecta ſua providentia motus dignoſcitur, & ex omnibus prædictis, tanquam ex motivis legitimis, ſacri Romani Imperii ſtatum & augmentum proſpicientibus, propenſius animati, ſupradictis adjunctioni, incorporationi, inviſcerationi, adſcriptio- 78
F ni, adpropriationi, communioni, interpretationi, pronunciationi, diffinitioni, proteſtationi, declarationi, decreto, defectuum ſuppletioni, revocationi, caſſationi, irritationi, annihilationi, pœnarum adjectioni, & omnibus aliis, quæ exprеſſantur, aut ſunt expreſſa ſuperius, velut *Archiepiſcopus Moguntinenſis, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, & Prin-*

& Princeps Elector, animo deliberato, & ſano præcedente conſilio, noſtrum benevolum conſenſum & aſſenſum præſentibus adhibemus; ac ſupradicta omnia, & eorum quodlibet, ſingulaque in omnibus ſuis tenoribus, ſententiis, punctis & clauſulis de verbo ad verbum, prout ſupra evidenter expreſſa, ex officii noſtri debito, laudamus, approbamus, & de certa noſtra ſcientia confirmamus pleniſſime perpetuis temporibus valitura, præſentium ſub noſtro Sigillo teſtimonio literarum. Datum *in Nurnberg, Anno Domini* M. CCC. LV. *in die beatæ Luciæ Virginis.*

XLVIII.

Confirmatio Statuti Caroli Imper. quod liceat perſonæ nullæ extra regnum Bohemiæ citari; & quod Rex tenere debeat aurifodinas, & alterius monetæ: anno 1356.

NOS GERLACUS Dei gratia ſanctæ *Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus*, *Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius*, omnibus in perpetuum. Cum per recolendæ memoriæ Divos Romanorum Imperatores & Reges, Illuſtribus quondam Regibus *Bohemiæ* claræ memoriæ, ac claro regno *Boëmiæ* & ejuſdem *Regni coronæ* olim conceſſum fuerit & indultum ſit, quod in eodem regno a tempore, cujus contrarii hodie non extat memoria, conſuetudine laudabili conſervata, diuturnitate temporum, & præſcripta moribus utentium, ſine contradictionis aut interpretationis obſtaculo introductum, quod nullus Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Cliens, Burgenſis, nulla denique perſona ejuſdem regni & pertinentiarum ejus ubicunque exiſtentium, cujuſcunque ſtatus dignitatis præeminentiæ vel conditionis exiſtat, ad cujuſcunque actoris inſtantiam extra Regnum ipſum ad quodcunque tribunal ſeu alterius jus, præterquam *Regis Boëmiæ* Regalis Curiæ ſuæ judicium citari potuerit, ſeu trahi vel vocari debeat, perpetuis inantea temporibus ſive poſſit. Cumque Sereniſſ. & Invictiſſ. Princeps & Dominus Dominus *Carolus IV.* divina favente clementia *Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex* illuſtris, Dominus noſter, gratioſus, privilegium, conſuetudinem & indultum hujus imperiali auctoritate, & de plenitudine Imperialis poteſtatis, innovans
79 & confirmans, duxerit ſtatuendum, ut ſi quiſpiam prædictorum, puta, Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Cliens, civis, burgenſis ſeu ruſticus, ac alia quæcunque perſonæ, ad cujuſcunque tribunal extra Regnum prædictum *Bohemiæ* in quacunque cauſa, criminali, civili, & mixta, ſeu ſuper quocunque negotio citatus fuerit, quoque tempore, vel citata comparere, vel in judicio reſpondere non tenetur: ſique adverſus hujuſmodi non comparentes, vel non comparentem, a quocunque judice extraneo extra Regnum Bohemiæ conſtituto, judicialiter procedi, proceſſus fieri, ſeu ſententias interlocutorias, vel diffinitivam, unam vel plures, in quibuſcunque prænotatis cauſis ſive negotiis quovis modo ferri, vel promulgari contigerit, eadem auctoritate & poteſtate citationes, præcepta, proceſſus & ſententias hujuſmodi, nec non executiones & omnia ex eis, vel aliquo eorum quovis modo ſecuta irritaverit penitus & caſſaverit: adjiciendo expreſſe & auctoritate ſimili decernendo, ut quemadmodum in prædicto Regno Bohemiæ, a tempore, cujus contrarii non habetur memoria, jugiter obſervatum exiſtit, ita nulli Principi, Baroni, Nobili, Militi, Clienti, civi, burgenſi ſeu ruſtico, nulli denique perſonæ ſeu incolæ *Regni Bohemiæ* ſæpedicti, cujuſcunque ſtatus, præeminentiæ, dignitatis vel conditionis exiſtant, vel exiſtat, a quibuſcunque proceſſibus, ſententiis interlocutoriis vel definitivis, ſive præceptis *Regis Boëmiæ* aut judicis curiæ ſuæ, nec non executionibus eorundem contra ſe in regali judicio, ſeu coram Regis, Regni & Curiæ prædictorum Judicibus, factis, latis ſeu habitis, vel ferendis inantea ſeu fiendis, ad quodcunque aliud judicium liceat appellare: provocationes quoque ſeu appellationes, ſi quas contra hoc interponi contigerit, eo ipſo juribus non obſiſtere, & appellantes ipſos pœnam perditionis cauſarum ipſo facto ſtatuens incurriſſe.

Nec non auctoritate Imperiali, & de certa ſua ſcientia declaravit, quod ipſe & omnes ſucceſſores ſui Bohemiæ Reges, univerſas auri & argenti fodinas, atque mineras ſtanni, cupri, ferri, plumbi, & alteriuſcunque metalli gravis, ac etiam ſalis, tam inventas quam inveniendas in poſterum quibuſcunque temporibus in Regno

ſuo *Boëmiæ* prædicto, ac terris, dominiis, territoriis & diſtrictibus eidem Regno ſubjectis, & omnibus pertinentiis ſuis, tenere juſte poſſint & potuerint in perpetuum & legitime poſſidere: nec non Judæos juſto titulo (a) habuiſſe & habere; & telonia a præterito inſtituta ſeu indicta percipere, & nova rationabiliter inſtituere poſſe & potuiſſe: nec non monetas auri & argenti in omni loco & parte Regni ſui Bohemiæ prædicti, & ſubditarum eidem terrarum & pertinentiis ubique, ſi heredes aut ſucceſſores ſui *Bohemiæ Reges* decreverint; ipſiſque placuerit inde facere & mandare ſub omnibus modis & forma, in prædicto Regno Bohemiæ circa talia conſuetis, uſque ad hæc tempora laudabiliter obſervari, &c.

80 Quod virtute imperialis edicti, & conſuetudine diutius introducta, liceat *Bohemiæ* Regibus perpetuo tempore a quibuſcunque Principibus, Magnatibus, Comitibus ac perſonis aliis quibuſcunque, terras, caſtra, poſſeſſiones, prædia ſive bona, emere, comparare, & in donum vel donationem ex quacunque cauſa, aut in obligationem recipere ſub talium caſtrorum, terrarum, poſſeſſionum, prædiorum, ſeu bonorum conditione conſueta, ut videlicet propria recipiantur & comparentur ut propria, libera, ut libera, & ea quæ dependent in feudum, ſimiliter emantur in feudum, ſeu donata ac comparata taliter teneantur: ita tamen quod ipſi Reges Bohemiæ de his, quæ hoc modo comparaverint vel receperint, & regno Bohemiæ applicanda duxerit, ad conſueta & debita jura de talibus ſacro explenda & reddenda Imperio perpetuo ſint adſtricti, ſicut in forma prædicti domini noſtri Imperatoris, quas deſuper noſtro & aliorum Principum Electorum conſilio edidiſſe dignoſcitur, plenius eſt expreſſum.

Nos igitur præmiſſa omnia, & eorum quodlibet, ſicut in ſolennibus Curiis *Nurimbergæ* celebratis in commune conſilium nobiſcum & cum ceteris Principibus Electoribus noſtris habitum, per ipſum Dominum noſtrum Imperatorem deducta, multoque ſtudio ventilata, & rationabilia fuerint judicata, recognoſcimus de noſtro conſilio & pleno proceſſiſſe conſenſu; ratificantes, ac ſingula & omnia rata habentes & grata, benevolum noſtrum eis adhibemus conſenſum ex certa ſcientia pariter & aſſenſum. In cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri, & noſtri ſigilli appenſione fecimus communiri. Datum in *Nurnberg, Anno 1356. in Craſtino Epiphaniæ ejuſdem.*

(a) Balbin. *judicio.*

XLIX.

Renunciatio jurium Terræ Swidnizenſis,

anno 1356.

CASIMIRUS Dei gratia *Rex Poloniæ*, &c. Notum facimus univerſis, quod nos ob amoris ſinceri puritatem, quo Sereniſſ. ac Inviciſſ. Principem & Dominum, Dominum *CAROLUM Rom. Imper. ſemper Auguſtum & Boëmiæ Regem*, fratrem noſtrum cariſſimum, ſpecialis dilectionis favore proſequimur, *ipſi tanquam Regi Boëmiæ, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Boëmiæ*, & ejuſdem *Regni Coronæ*, in perpetuum *Ducatus Schwidnicenſem & Jaurenſem*, cum omnibus ipſorum appenditiis, dominiis & pertinentiis, nec non omnia jura, quæ nobis, *Regno & Coronæ Poloniæ* in dictis Ducatibus quavis ratione competunt, ſeu valebunt competere, rite dedimus,

81 ac præſentibus ſponte & liberaliter erogamus, renunciantes expreſſe pro nobis, *heredibus & ſucceſſoribus noſtris, Regibus Poloniæ*, omni juri, impetitioni, juriſdictioni, & omnibus ſimpliciter reſpectibus, nobis, *Regno & Coronæ Poloniæ* competituris & competentibus in eiſdem. Promittimus etiam bona & ſincera fide ſupradicto *Rom. Imperat. & Boëmiæ Regi*, tanquam *Regi Boëmiæ*, fratri noſtro cariſſimo, *heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus*, dum & quoties requiſiti ſeu moniti fuerimus, adverſus quoslibet invaſores ſeu æmulos eorundem, qui eas in prædictorum Ducatuum, appenditiorum, dominiorum, jurium, pertinentiarum, poſſeſſionum impedire ſeu moleſtare contenderent, oportunum impendere auxilium & juvamen, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis Sigilli teſtimonio literarum, &c. Actum & datum *Pragæ, anno Domini 1356. in die Beatorum Philippi & Jacobi Apoſtolorum.*

L.

Caſimirus Rex Poloniæ donat oppida Bythen & Creucenburg pro Ducatu Plocenſi: & quitat omnia debita Ducis Swidnicenſis, anno 1356.

CASIMIRVS Dei gratia *Rex Poloniæ*, &c. *Ruſſiæ, necnon Cracoviæ, Sandomiriæ, Syradiæ, Lanſitiæ, Cujaviæ & Pomeraniæ*, terrarum & Ducatuum *Dominus & Heres*: Notum facimus univerſis, quia Sereniſſ. ac Invictiſſ. Princeps & Dominus, Dominus *CAROLVS Rom. Imper. ſemper Auguſtus & Boëmiæ Rex*, occaſione ſinceræ dilectionis & favoroſi affectus, quo perſonam noſtram, necnon Magnifici Principis Domini *Ludovici Regis Hungariæ* Illuſtris fratris noſtri dilecti, pia benignitate proſequitur, nobis ambobus, *heredibus & ſucceſſoribus noſtris Poloniæ & Hungariæ Regibus*, Ducatum Plocenſem cum appenditiis, dominiis & pertinentiis ſuis, necnon omnia jura, quæ ſibi in prædicto *Ducatu Plocenſi* & aliis Principatibus *Maſoviæ* competunt, rite donavit, ſicut in literis factis deſuper lucidius continetur. Nos tanto favori volentes vicem rependere, & benignis & fraternis exhibitionibus ipſius relativæ dilectionis ſtudio reſpondere, ſibi, *heredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ*, & eorundem *Regni Coronæ*, oppida *Bythen & Crucenburg* cum Vaſallis & diſtrictibus, metis, dominiis & circumferentiis ſuis, deliberatione prævia, & ſano fide- A lium noſtrorum conſilio accedente, reddimus & reſtituimus univerſos & ſingulos Vaſallos, cives, homines & inhabitatores oppidorum, & pertinentiarum hujuſmodi, ab omni fidelitatis & ſubjectionis homagio, juramentis & promiſſionibus nobis præſtitis, virtute præſentium abſolventes, ipſumque *Imper. Roman. & Regem Boëmiæ*, necnon Illuſtrem Principem Dominum *Bolkonem Ducem Swidnicenſem*, conſangui- 82 B neum noſtrum, fidejuſſores & compromiſſores ipſorum, ab omnibus debitis, in quibus nobis per literas ſeu alio quovis modo obligati noſcuntur, liberos & quitos dimittimus, ac penitus abſolutos, nominatim & expreſſe cives *Swidnicenſes* ſeu alios quoſcunque homines Ducatus ejuſdem, ab omnibus promiſſis, quæ occaſione talium debitorum pro parte Ducis præfati nobis fecerunt, voce vel ſcripto, præſentibus ab- C ſolventes. Promittimus etiam prædicta omnia rata & accepta tenere, & in nullo penitus contradicere vel facere, ſeu etiam quomodolibet deviare, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis ſigilli teſtimonio literarum. Actum & datum *Pragæ, Anno Domini 1356. in die Beatorum Philippi & Jacobi Apoſtolorum.*

LI.

Ruperti I. Comitis Palatini Rheni & Ducis Bavariæ S. Rom. Imperii Electoris, Diploma de jure Electoratus in Romano Imperio, Regibus Bohemiæ competente: anno 1356.

RUPERTUS Dei gratia *Comes Palatinenſis Rheni, S. Roman. Imper. Archidapifer, & dux Bavariæ* ad perpetuam rei memoriam. Deſideratæ pacis laudanda præſidia, abſque Principum gubernatione felici, perſæpe tanquam navem remige deſtitutam dubiorum anfractibus fluctuare contingit: & tanto periculoſius, & utique majore diſpendio, quando Rectores publicos, Illuſtres videlicet Principes, quos divina pro- E videntia in conſolationem ſui fidelis populi clementer inſtituit juribus & potentia D fuerint negligentius deſtituti. Quo fit, ut Principum quorumlibet emunitates, nobilitates, & jura diligenter cuſtodiri debeant, & in ſua integritate ſervari: ac illorum maxime qui tanquam fundamenta & columnæ fortiſſimæ, ſacri Imperialis ædificii, thronum Cæſareum gratis attollunt decoribus, quibuſque Dei gratia pia dignatione credidit eum diligere, (a) cujus potentia totius mundialis machinæ regitur Monarchia.

Sane licet de juribus Sereniſſimi Principis, Domini Regis *Bohemiæ* Illuſtris Coëlectoris,

(a) Balbin. *erigere.*

lectoris, Comprincipis & Collegæ noſtri, A nulla ſit juris ſeu facti dubietas, quin ipſe *ab atavis, proavis, avis, & progenitoribus ſuis*, ad inſtar noſtri & quorumlibet aliorum Coëlectorum Principum, in Electione Romani Regis ad Imperium promovendi pleno jure fretus ſit hactenus & fruatur: ſicut hoc luce clarius ſemper apparuit ab eo tempore, cujus apud homines memoria non exiſtit: tamen nonnulli filii
83 tenebrarum oculis cœcutientibus a divina B luce remoti, in meridiana claritate palpitant ſicut in noctibus, & offendicula laqueoſque præparant iniquitatis & ſceleris, Diabolica invidia ſuggerente, jugum veritatis deferre præ mole graviſſimi ponderis coagulati mendacii nequeuntes, ſuper ipſis offendiculis corruunt, & ſuorum laqueis iniquorum conceptuum ſe involvunt, ut lucem tenebras judicent, & tenebras ipſam lucem. C

Igitur ad abundantioris cautelæ præſidium, ut præfato Sereniſſ. Principi Domino Regi Bohemiæ, *heredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ*, in perpetuum ſecurius caveatur, & omnes dubietatum amputentur calumniæ, & ne quibuslibet otioſe loquentibus malignandi materia relinquatur, animo deliberato non per errorem aut improvide, ſed multa inveſtigatione prævia, & a multis veridica informa- D tione recepta, maturo conſilio, una cum univerſis aliis Coëlectoribus, Comprincipibus & Collegis noſtris, tam ſpiritualibus quam ſecularibus de certa noſtra ſcientia recognoſcimus, dicimus, & dictante conſcientia publice profitemur; quod Sereniſſimi Principes & Illuſtres Domini, *Boëmiæ Reges ab atavis, proavis & progenitoribus ſuis*, ab eo tempore cujus apud homines (ſicut præmittitur) memoria non exiſtit, E habuerunt continuo, habent & habere debent jus & vocem plene & omnimode ad inſtar noſtri & aliorum Comprincipum, Coëlectorum noſtrorum, tam ſpiritualium quam ſecularium, in *electione Romanorum Regis* ad Imperium promovendi: ita videlicet, ut quotieſcunque caſus talis electionis emerſerit, Sereniſſimus Princeps Dominus *Rex Bohemiæ*, qui pro tempore fuerit, ad celebrandam electionem ipſius ſolenniter vocari debeat, & in *ipſa electione* omnibus juribus ſuis, voce videlicet & loco, & aliis quibuslibet ad hæc ſpectantibus, per ſe vel Nuntios legitimos & Ambaſſiatores ſuos, & ad inſtar noſtri & omnium aliorum Comprincipum, Coëlectorum, & Collegarum noſtrorum, tam ſpiritualium, quam ſecularium, qui ſunt & qui fuerint pro tempore (ſicut præmittitur) ſic cum omni reverentia & honore gaudere, ſicut de jure & more ſacri Imperii Principes Electores talibus freti ſunt retroactis.

Quodque præfatus Sereniſſimus Princeps Dominus *Rex Boëmiæ, S. Romani Imperii Archipincerna* conſiſtit, & Archipincernatus officium coram Imperatore vel Rege Romano in ſolennibus Curiis ſub Corona Regali exercere non debet, neque tenetur ad hoc, niſi velit facere ſpontanea voluntate. Poterit tamen juxta beneplacitum, in præſentia Imperatoris vel Regum Romanorum, dum ſolennes Curias hujuſmodi celebrari contigerit, procedendo, ſedendo vel ſtando, Regalem geſtare coronam: ſicut hoc Sereniſſ. Principum Dominorum *Regum Bohemiæ, progenitorum & prædeceſſorum ipſius*, conſuetudo laudabilis ab olim noſcitur obſervaſſe.

In cujus rei Teſtimonium præſentes 84
fieri, & Sigilli noſtri volumus robore communiri. Datum *Metis*, *Anno Domini* M. CCC. LVI. *proxima Dominica ante feſtum beatæ Luciæ Virginis*.

LII.

Privilegium Dominorum de Stadicz in Bohemia, anno 1359.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis E feliciter Amen. *Carolus Quartus* divina favente clementia, *Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex*. Ad perpetuam rei memoriam, cum inter cætera humanæ conditionis, fragilitatis ſuffragia, quibus genus mortalium in ſuis pœnalitatibus potiſſime relevatur, primævæ libertati favor multus debeatur, quæ ſi nonnunquam ſublata ex cauſſis ei novercantibus, ſeu quomodolibet impedita pro tempore fuerit: iis tamen ceſſantibus, ipſa, ut quævis res alia, ad ſuam priſtinam de facili revertitur naturam. Hinc eſt quod venientes ad præſentiam noſtram dilecti fideles noſtri & Coheredes, *Ludolphus Eyrota & Cunzie Rodoſte* fratres Germani de *villa Stadicz*, in diſtrictu *Bielienenſi* prope *Vſk*, ſuper flumine *Bieline* ſita, Majeſtati Imperiali pariter & Regiæ

Regiæ noſtræ dignitati cum debita humilitate inſinuare & ſupplicare curarunt, quatenus cum ipſi & progenitores ipſorum ſint & fuerint a primordiis incolatus terræ & Regni noſtri *Bohemiæ* heredes liberi, *Diedicz*, & incolæ primi & noviſſimi dictæ villæ *Stadicz*, terræ & prædiorum ſuorum, quibus uſi ſunt, hereditario jure inconcuſſe, in nullis prorſus factionibus, cenſibus, ſeu aliis exactionibus, vel angariis quibuſcunque realibus, perſonalibus, atque mixtis, cuipiam obnoxii: prout hæc in geſtis & libris Chronicis terræ & regni *Bohemiæ*, a temporibus *Prziemislai*, *primi Ducis Bohemorum*, inde de poſt aratro aſſumpti, & in *Ducem Bohemiæ* magnifice ſublimati, latius & plenius continentur.

Tandem nuper non multis retroactis temporibus, præfati heredes & dicta villa cum ſuis pertinentiis, per injuriam & forte ignorantiam, forſitan craſſam & ſupinam, ab inclyto Principe divæ memoriæ, *Johanne Bohemiæ Rege*, illuſtri genitore noſtro, olim *Henrico de Lipa* contra prædictas libertates minus provide fuerint conceſſi, qui & alii dictam villam ſic uſque modo occupantes, prædictis heredibus contra libertates ipſorum, quam plurimas interim oppreſſiones fecerunt, dignaremur cum eis de ſolita pietatis Regiæ benignitate gratiam ſpecialem facere, eos & heredes ipſorum reſtituere libertati priſtinæ, ipſoſque in ſuis juribus primævis gratioſius confovere. Nos itaque attendentes illorum
85 rationabiles poſtulationes, præſatas libertates, jura & commoda omnia & ſingula eorum, quæ & quas ipſorum progenitores, & ipſi cum *quatuor laneis terræ agriſque ſuis* & pertinentiis omnibus priſtinis & primævis in ſæpe dicta *villa Stadicz*, plene & pleniſſime reſtituimus, conferimus & donamus ſæpe dictis *heredibus*, *liberis & heredibus eorum utriuſque ſexus ex eis legitime procreatis*. Reliquos vero tres terræ *laneos* ibidem *in Stadicz*, qui fuerunt dicti *Prziemisle*, quoſque propriis excoluit manibus, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris *Bohemiæ Regibus* duximus reſervandos. Eximentes eos & ipſorum liberos & heredes ab omnibus tributis, cenſibus annuis, & ſolutionibus pecuniarum, grani, frumenti, ſeu cujuslibet annonæ. Nec non ab omnibus & ſingulis angariis & perangariis perſonalibus, realibus & mixtis, & præſertim a *Berna regia* & aliis quibuſdam factionibus & vexationibus eos & liberos, ac eorum heredes perpetuo libertamus. Decernimus tamen & decreto Regio ſancimus ut præfati heredes ac eorum liberi & heredes virgam illam floridam *Caroli* (a) per ipſum Prziemisle, de ſtimulo ſuo in agro Stadicz propagato, continuo foveant, cuſtodiant, atque nutriant in memoriam tantæ & talis rei, quæ mihi dignoſcitur taliter eveniſſe. Volumus poſtremo & ſtatuimus perpetuo, ut præfati heredes ipſorumque liberi & heredes, omnes & ſingulas nuces, quas dictæ virgæ *Caroli* produxerint, nobis & *ſucceſſoribus noſtris Bohemiæ Regibus* teneantur annis ſingulis fideliter præſentare. Nulli igitur fidelium noſtrorum liceat hanc libertatis noſtræ gratiam infringere, aut ei auſu temerario quomodolibet contrariare, indignationem Regiam & pœnas graviſſimas pro motu regio infligendas: Si ſecus quiſpiam attemptare præſumpſerit ſe noverit incurſurum.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Caroli Quarti, Romanorum Imperatoris Invictiſſimi & glorioſiſſimi Bohemiæ Regis.

Teſtes hujus rei ſunt Venerabiles *Arneſtus Pragenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus*; *Johannes Luthomyslenſ. Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius*; *Johannes Olomucenſis, & Maurus Corobavienſ. Eccleſiarum Epiſcopi*; Illuſtres *Rudolphus Saxoniæ Sacri Imperii Archimarſchallus*; *Johannes Marchio Moraviæ*, *Bolcko Flackenbergenſ. & Prziemisle Tyeſſinenſis Duces*, Spectabiles, *Burckhardus Burggravius Magdeburgenſis, Imperialis Curiæ noſtræ Magiſter*; *Johannes & Burckhardus fratres de Recz*, Comites; ac Nobiles *Sdenco de Sterenberg*, *Judex Regalis Curiæ noſtræ per Bohemiam, & Ulricus de Nova domo*, & alii quamplures noſtri Principes, Nobiles & fideles, Præſentium ſub Imperialis noſtræ Majeſtatis
ſigillo, teſtimonio literarum. Datum *Pra-* 86
gæ, *Anno 1359. Indictione duodecima, quarto Idus Maji*, *Regnorum noſtrorum anno tertiodecimo*, *Imperii vero quinto*.

Per Dominum Imperatorem Welyslaum.

R. Hedwiges.

Confirmatum eſt hoc Privilegium per Sigiſmundum Imperatorem, Anno Domini 1436. die vigeſima quinta Octobr. Pragæ.

Eodem modo per Georgium Bohemiæ Regem, &c. Año Domini 1460. die 21. Aprilis, Pragæ.

Similiter per Vladislaum Bohemiæ Regem, &c. Die 21. Menſis Junii, Anno Domini 1478. Pragæ.

(a) Leg. cum Balbino *lib. I. Epit. R. Boh. c. 10. p. 79. coryli.*

Digitized by Google

LIII.

Rudolphi Ducis Auſtriæ Renunciatio Succeſſionis Bohemicæ, anno 1360.

NOs RUDOLPHUS, Dei gratia *Dux Auſtriæ, Stiriæ & Carinthiæ*: Notum facimus tenore præſentium univerſis: Quod nos, cum Sereniſſimo Principe & Domino, Domino CAROLO, *Romanorum Imperatore Semper-Auguſto, & Bohemiæ Rege*, Domino & Socero noſtro gratioſo, & cum Illuſtri Principe, Domino *Johanne, Marchione Moraviæ*, Avunculo noſtro chariſſimo, ſuper omnibus diſplicentiis & diſſenſionum materiis, quæ inter nos ſunt uſque in præſentem diem alterutrum ventilatæ, ex ſpeciali dicti Domini noſtri, Domini Imperatoris clementia, ita ſumus invicem reconciliati amicabiliter & uniti: Quod idem Dominus noſter Imperator gratioſus, Dominus noſter eſſe dignatur; & dictus Dominus Marchio Avunculus noſter, bonus noſter perpetuo eſſe debet amicus. Quamobrem animo deliberato, ſano amicorum & fidelium noſtrorum accedente conſilio, & ex certa ſcientia, renunciamus pro nobis, & Illuſtribus *Friderico, Alberto & Leupoldo, fratribus noſtris, nec non hæredibus & ſucceſſoribus noſtris* & eorum, perpetuo *omni juri, impetitioni & actioni, quas ſuper Regno & Corona Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ, Terris & Principatibus eorum in Polonia*, in terra *de Sultzbach*, & aliis terris, quas ipſi in *Alemania* obtinent, quæ ad *Regnum Bohemiæ* ſpectant, & cum ipſo confinant, & ſuper omnibus aliis eorum Terris,
87 Principatibus atque Dominiis, & eorum pertinentiis univerſis ubicunque ſitis, quovis modo habuimus, habemus, vel habere poſſemus; & nominatim illi juri, quod ex parte Illuſtris Principis, Dominæ *CATHARINÆ*, prædicti Domini noſtri Imperatoris filiæ, Conthoralis noſtræ chariſſimæ, habere poſſemus. Nam ipſum jus nobis ſuffragari non debet: Niſi forte Dominus noſter Imperator & Dominus Marchio memorati, & *eorum hæredes maſculini ſexus, quos habent ad præſens, vel ſint in poſterum habituri, ita decederent, quod ipſi legitimos poſt ſe non relinquerent corporum ſuorum hæredes ſexus, ut præmittitur, maſculini.* Promittimus igitur bona fide, & ſine dolo, ſub juramento quod ſuper eo ad ſancta præſtitimus E-

A vangelia, prædictis Domino noſtro Imperatori ut *Regi Bohemiæ*, & Domino *Joanni Marchioni Moraviæ*, & *hæredibus eorundem*, pro nobis, fratribus & hæredibus noſtris prædictis, quod nos pro prædicto *Regno & Corona Bohemiæ, Marchionatu Moraviæ*, & omnibus ſuperius expreſſatis nunquam ſtabimus, verbis vel factis, jure, impetitione, vel alio quovis modo, publice vel occulte: ſed eoſdem Dominos,
B Imperatorem ut *Regem Bohemiæ, & Johannem Marchionem Moraviæ*, & *eorum hæredes*, in præmiſſis perpetuo permittemus pacifice & libere permanere. Promittimus etiam bona fide, ſine dolo, in virtute prædicti per nos præſtiti juramenti: Quod nos Domino noſtro Imperatori, & Domino Marchioni prædictis, omnia Privilegia, Litteras & monimenta, quæ ſuper prædictis habemus, titulo hæreditario, obligatorio,
C pignoratitio, feudi, conceſſionis, donationis, ſeu aliis titulis quibuſcunque, etiamſi Privilegia, Litteræ & monimenta hujuſmodi, ad noſtram, & progenitorum noſtrorum poteſtatem, ab Imperatoribus vel Regibus Romanis, aut perſonis aliis, quomodolibet deveniſſent, ad plenum reſtituere & integraliter aſſignare, & nihil horum aliquo modo apud nos reſervare. (a) Sique aliqua Privilegia, Litteras, aut in-
D ſtrumenta præſenti noſtræ renunciationi contraria, aut contrarias, unquam aliquo tempore in lucem prodire contingeret; volumus, & noſtræ intentionis exiſtit, quod nullius ſint efficaciæ, virtutis, roboris, aut momenti, ſed inutiles computentur, neque nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris aliquid utilitatis adducant, ſeu valeant præfato Domino noſtro Imperatori, tanquam *Bohemiæ Regi, & Marchioni Moraviæ*,
F *hæredibus & ſucceſſoribus eorum*, aliquod præjudicium generare. Promittimus etiam bona fide, & in virtute prædicti juramenti per nos præſtiti, ſine dolo, quod omnia ſupraſcripta noſtra promiſſa, firma ſemper & inviolata perpetuis volumus obſervare temporibus, & contra ea nunquam facere quovis modo Renunciantes expreſſe ac de certa ſcientia pro nobis, fratribus, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, omni Canonici & Civilis Juris auxilio, & omnibus
G Conſtitutionibus Papalium Imperialiumque volumi-

(a) Balbin. addit *debemus*.

88 voluminum, Terrarum conſuetudinibus, omnique beneficio & obſervantiæ, quibus nos contra hoc tueri poſſemus, quibuſve vel per quæ Domino noſtro Imperatori, ut *Regi Bohemiæ*, Marchioni Moraviæ, *hæredibus & ſucceſſoribus eorundem*, *Regibus Bohemiæ*, *& Marchionibus Moraviæ*, in ſupraſcriptis Regni Principatibus, terris atque dominiis, ullum poſſet unquam impedimentum vel periculum imminere, Venerabili Domino *Johanne*, electo & confirmato *Eccleſiæ Görcenſis*, *Cancellario noſtro*, & fidelibus noſtris dilectis *Albertho de Pucheim*, *ſupremo Dapifero Auſtriæ*, A *Pilgrimo Stironone*, *noſtro Magiſtro Curiæ*, *Purchardo dicto Italo Erlbach*, *Rudolpho dicto Henrrevez de Schonaw*, *Rudolpho & Chunrado de Pluemenberg*, *Henrico dicto Prunenſi*, *noſtræ Curiæ Pincerna*, *Joanne Loſtergario*, *noſtræ Curiæ Marſchalco*, & aliis honeſtis Dominis, militibus, & clientibus, teſtibus ad præmiſſa. Præſentium ſub noſtro Sigillo teſtimonio litterarum. Datum in *Campis prope Elſlingam*, *Anno* B *Domini milleſimo*, *trecenteſimo*, *ſexageſimo*, *proxima die Sabbathi*, *ante Nativitatem Virginis glorioſæ*.

LIV.

De Honore & Privilegiis Eccleſiæ Pragenſis,

anno 1380.

WENCESLAUS Dei gratia *Romanorum Rex Semper-Auguſtus*, *& Bohemiæ Rex*, ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præſentium univerſis. Innata cordi Regio prima Eccleſiæ dignitas inter cæteras ſollicitudinum diligentias, quibus pro ſubditorum quiete, commodo pariter & profectu, hinc inde diſtrahitur, ad hoc conſideratione præcipua ex quadam ſpeciali inclinatione favoris meditari dignatur, ut Eccleſiarum & miniſtrorum ejus libertatibus & profectibus poſſit & valeat, ſub tempore felicis noſtri regiminis, ſalubriter provideri. Nec in hoc a recto tramite noſtræ recedit propoſitum Majeſtatis. In cœleſtes enim theſauros inmarceſcibiles illud indubie reponimus, quod ad magnificandum ſanctarum Eccleſiarum honores, commoda liberalius erogamus. Sane ſi ad quamlibet Eccleſiarum promovenda commoda, & temporales ubertates augendas & quodam quaſi debito teneatur: nihilominus tamen ad ſanctam & venerabilem Eccleſiam Metropolitanam *Pragenſem* ardentiori zelo noſtra inſpirat intentio, & amplioris favoris cumulata dulcedine ad ejus exaltationem deſideria noſtra porrigimus, cum ſit venerandorum patronorum noſtrorum, Bohemiæ Sanctorum, *Viti*, *Wenceslai*, *Adalberti & Sigiſmundi*, eorundem nominibus & reliquiis inſignita, cum quibus etiam nobis quædam familiaritas eſt, quo- C rum aliqui in noſtris domiciliis proprium ſanguinem perfuderunt, quique orationi- 89
bus ſuis apud Deum pro nobis peculiarius intercedunt. Accedentes igitur ad noſtræ Majeſtatis præſentiam honorabiles Præpoſitus, Decanus, Canonici & Capitulum præfatæ *Pragenſis* Eccleſiæ devoti omnium dilecti, eidem Majeſtati noſtræ cum inſtantia ſupplicarunt, cunctis ipſis univerſa & ſingula privilegia, literas, gratias, libertates, D immunitates, conceſſiones, jura, feuda, poſſeſſiones, bona, prædia, & conſuetudines prædictæ Eccleſiæ, in capite in membris, a recolendæ memoriæ Divis & Illuſtribus quondam prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, & Ducibus, indulta ſeu indultas, conceſſa ſeu conceſſas, aut quovis titulo, emptionis, donationis, conceſſionis, permutationis, aut quæ ex legatis & teſtamentis E nunc obtinet, ut ſignanter privilegia inferius præſentibus inſerta ipſis ſuper certis donationibus, conceſſionibus & gratiis, a Divo quondam Sereniſſimo Principe, Domino *Karolo Romanorum Imperatore Semper-Auguſto*, *& Bohemiæ Rege*, genitore noſtro, primo tradita & conceſſa, approbare, innovare, ratificare & confirmare gratioſius dignaremur. Quorum Privilegiorum primi tenor ſequitur, &c. Da- F tum *Pragæ*, *Anno Domini* MCCCLXXX. *octavo Kalend. Maji*, *Regnorum noſtrorum anno Bohemiæ* XXIII. *Romanorum vero* XI.

LV.

LV.

Sigiſmundi Imper. Aug. edictum de Salvo Conducti Joannis Huſſi, anno 1414.

SIGISMUNDUS Dei gratia *Romano-* A *rum Rex Semper-Auguſtus, & Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex.* Univerſis & ſingulis Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Ducibus & Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Proceribus, Militaribus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Poteſtatibus, Gubernatoribus, Præſidibus, Publicanis, Officialibus, quibuſcunque civitatum, oppidorum, villarum & locorum communita- B tibus ac rectoribus eorundem, cæteriſque noſtris & Sacri Imperii ſubditis & fidelibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, gratiam Regiam & omne bonum.

Venerabiles, Illuſtres, Nobiles & fideles dilecti, Honorabilem Magiſtrum *Johannem Huſs*, Sacræ Theologiæ Baccalaureum, & artium Magiſtrum, præſentium oſtenſorem, de *Regno Bohemiæ* ad *Concilium generale* in civitate Conſtantienſi celebran- C dum in proximo, tranſeuntem, quem etiam in noſtram & Sacri Imperii protectionem recepimus & tutelam, vobis omnibus & veſtrum cuilibet pleno recommendamus affectu, deſiderantes quatenus ipſum cum ad vos pervenerit, grate ſuſcipere, favorabiliter tractare, atque in his quæ ad celeri- 90 tatem & ſecuritatem itineris ipſius pertinent, tam per terram quam per aquam, promotivam ſibi velitis & debeatis oſtendere voluntatem, necnon ipſum cum famulis, equis & aliis rebus ſuis ſingulis, per quoſcunque paſſus, portus, pontes, terras, dominia, juriſdictiones, civitates, oppida, caſtra, villas & quælibet alia loca veſtra, ſine ulla ſolutione Tributi, telonii, aut alio quovis ſolutionis onere, omnique prorſus impedimento remoto, tranſire, ſtare, morari & redire libere permittatis, ſibique & ſuis, cum opus fuerit, de ſecuro & ſalvo velitis & debeatis providere conductu, ad honorem & reverentiam noſtræ Majeſtatis. Datum *Spiræ*, *Anno Domini* M. CCCC. XIV. *die Octobr.* XVIII. *Regnorum noſtrorum*, *Hungariæ*, *anno* XXXIII. *Romanorum vero* V.

LVI.

Copia Literarum Regis Sigiſmundi, ad Barones Regni Bohemiæ foventes memoriam Hus, anno 1417.

SIGISMUNDUS *Romanorum & Ungariæ, &c. Rex*, Nobilibus *Latzkoni de Crawarn*, Capitaneo Marchionatus, *Botzkoni de Cunſtat*, alias de *Podiebrat*, *Czenkoni de Vuartenberg*, & ſingulis aliis Baronibus, Militibus, Clientibus, per *Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ*, ad hanc partem colligatis, fidelibus nobis dilectis Gratiam Regiam & omne bonum. Nobiles fideles dilecti, bene noſtris memorialibus inſidet, qualiter E ante tempora *Regnum Bohemiæ & terra Moraviæ*, guerris aggravatæ fuerunt. Etiam vos bene notatis, quomodo circumcir- 158 ca vicini ſupradictis terris, non multum boni favent, & ſi fortaſſis aliqualis ipſis daretur occaſio, libenter in ipſas & in ipſos viceverſa manus emitterent. Denique fideles dilecti, audivimus & quotidiana relatione audimus (quod ædepol dolenter ſcribimus) quomodo vos domini in *Bohe-* D *mia & in Moravia* diviſiones facitis, partes foventes & diſponitis, neſcimus tamen quare. Et fortaſſis ſi vicini circumſedentes bene vellent, vos tamen inter voſmetipſos diſponitis & cogitatis, illas terras guerris deſtruere. De quo ſumme dolemus, quia intelligimus, immo cognoſcimus, in jacturam & præjudicium dignitatis Sereniſſimi & chariſſimi fratris noſtri vergere.

Verum antiquitus ſic deductum eſt, quod nullus Dominorum in Regno, præter voluntatem Regiam, deberet aliquas ligas ſeu fœderationes inire neque facere. Sed ſi unus ad alterum aliqualem actionem ſe habere prætenderet, hoc deberet coram Regia Majeſtate & juris tramite, ſed non guerris, diſcuti & diſcerni. Si vero hoc facitis propter Magiſtrum *Joannem Huſs* (nam ſicut percipimus alii partem *Hus* fovetis alii vero non) ſcire velitis, ut cum F *Hus* primo in Bohemia nominatus fuit, noſque

noſque intelleximus, quod propter ipſum partialitates incœperunt tenere, ſtatim vobis diſplicuit, quaſi præſcivimus, quod exinde error multus ſequeretur, & quod non facile deduceretur ad bonum finem. Et ſacrum *Concilium in Conſtantia* inchoatum fuit, & nos præſenſimus, quod *Hus* ibi etiam vellet intereſſe, fuimus plurimum gaviſi, & ſperabamus, quod propter ipſius adventum, quodque de omnibus his, in quibus incuſatus fuerat, ſe expurgare deberet, & quod propterea omnes ſcrupuli in *Bohemia* ceſſare debuiſſent. Interea nobis adhuc in partibus Rheni exiſtentibus, pervenit ad *Conſtantiam*, & ibi fuit arreſtatus, ſicut de his jam ſufficienter eſtis informati.

Verum ſi prius ad noſtram Celſitudinem applicuiſſet, nobiſcumque *ad Conſtantiam* proceſſiſſet, fortaſſis negocia ſua alium habuiſſent progreſſum. Et Deus novit, quod tanto dolore fuimus attriti propter caſum ſuum, quod etiam verbo bene exprimi non poteſt: Sed etiam omnes *Bohemi*, qui tunc temporis nobis aderant, bene perpenderunt, quomodo noſtram ſolicitudinem pro ipſo interpoſuimus, quod pluries furore permoti de Concilio exivimus: Immo verius ipſius parte de Conſtantia receſſimus, quouſque nobis intimaverunt, dicentes. Si noluerimus admittere, quod juſtitia proſequatur in Concilio, quid tunc in loco facere debeant? Sic cogitavimus,
159 quod in hac parte jam nihil facere poteramus. Neque etiam licuit nobis ulterius pro hoc negocio loqui, quia exinde Concilium totaliter fuiſſet diſſolutum. Etiam ibi in *Conſtantia* non ſunt duntaxat unus vel duo Clerici, verum ſunt & erant de tota Chriſtianitate, Regum & Principum Ambaſiatores, præſertim ex quo jam Reges & Principes, *Petri de Luna* obedientes, nobiſcum uniti ſunt, tunc omnino aliud non tenemus, niſi quod hoc ſacrum Concilium, bono & recto ordine procedit & gubernatur. Et ſi velletis ita ſerioſe & rigide partem *Hus* fovere & defendere, hoc eſſet vobis nimis difficile, quod deberetis vos totius Chriſtianitatis congregationi opponere. Et ſicut audivimus, tunc jam taliter incepiſtis, cum deſtinatione cujuſdam literæ ad Concilium, multis pendentibus ſigillis ſigillatæ, confundentes & calumniantes Concilium propter *Hus* ſupradictum, quodque Concilium contra vos taliter provocaſtis, quod eſtis jam de facto citati pro oppoſitione ſupradicta. Et fortaſſis rigore juris contra vos procedetur. Et ſi non
A obtemperabitis, ſicut obedientes filii, etiam fortaſſis & Crucem contra vos obtinere poteritis.

Ex quibus præmiſſis majora diſcrimina & ſcandala ſequi poſſent & oriri. De quo cordialiter doleremus. Etſi tunc ad tollendum hoc, libenter vellemus partes noſtras interponere, timemus ne fortaſſis veniremus nimis tarde. Ideo affectuoſe a vobis omnibus, & a veſtro quolibet
B deſideramus, rogantes quatenus conſideretis, quilibet ſub conſcientia & honore, utrum hoc ſit congruum & honeſtum, quod propter præmiſſa inter vos debeatis diſponere, quodque propter hoc, Regna & terræ periculis & devaſtationibus debeant ſubjici, & deſiſtatis a talibus ligis & conſpirationibus. Nam valde indignum arbitramur (ſicut præmittitur) quod aliquis cum aliquo, præter ſui domini voluntatem, quoquo
C modo ligas inire & diſponere debeatis. Ex quibus quidem ligis partialitates oriuntur, deſtructiones & devaſtationes terrarum poſt ſe trahentes, Et unuſquiſque veſtrum, in ſupradicto fratre noſtro chariſſimo, Domino ſuo, & in jure, ſi alter ad alterum aliquam actionem habere prætenderet, contentetur. Præterea, ſi iſta cauſa propter diviſionem ſupradictam, eſſet ita grandis & ardua, quod noſtra ad hoc interpoſitio
D eſſet oportuna, ſciatis, quod onus hujuſmodi laboris, gratanter volumus aſſumere, & cauſam veſtræ diviſionis ex utraque parte libenter examinare: Et ſperamus, quod inter vos bonum medium tangeremus. Et quod ex tali medio, vos & terræ ſupradictæ permanebitis in bona pace. Denique de ſtatu Clericorum, ſcimus, qualiter tempore Prædeceſſorum noſtrorum tentum fuerit. Quorum veſtigiis
E (volente Domino) etiam nos inhærere volumus, & Eccleſiæ ſanctæ DEI adhærere, 160
non advertentes, quaſcunque novas adinventiones. Et de fratre noſtro chariſſimo ſimiliter præſumimus, quod etiam Eccleſiæ ſanctæ DEI adhærebit. Tuncque Clerici inter ſemetipſos ſe corrigent, prout ſciunt, habent ipſorum ſuperiores, ad quod talis correctio pertinere dignoſcitur. Etiam habent
F ſcripturam ſacram præ oculis, cujus interpretationi ipſorum eſt intendere, nobiſque ſimplicibus non licet, prout neque poſſumus, ſcripturæ ſacræ profunditatem inveſtigare. Et confidimus de vobis, quod nobis in hac parte attendetis, quia conſideratis ſingulis aliud ſentire non poſſumus, niſi quod hoc fratri noſtro chariſſi-

chariſſimo ſupra dicto, & vobis ad utilitatem & honorem, ac terris ſupra dictis ad A pacem & tranquillitatem gratam & jucundam, nobiſque deſideratiſſimam valde cedet.

LVII.

Articuli XXIV. a Patribus Concilii Conſtantienſis præſcripti, ad reducendos ab Huſſica hæreſi Bohemos, anno 1417.

I. UT *Rex Bohemiæ* juret, Eccleſiam Rom. & alias Eccleſias ſuæ ditioni ſubjectas in ſuis libertatibus confirmare, & non imponat moleſtias Clero & Religioſis, per *Wicleph vel Huſſitas* introductas.

II. Ut omnes Magiſtri & ſacerdotes, qui hæreſes & errores dogmatizando vel prædicando in prædicto Regno ſeminaverunt, & cæteros ibidem infecerunt, errores ipſius *Joannis Wicleph & Joannis Hus*, C in hoc ſacroſancto Concilio condemnatos, abjurent, & quos prædicaverunt vel dogmatizaverunt, revocent: Ac ipſam condemnationem doctrinæ & perſonarum, publice in ambone approbent & juſtam pronuncient.

III. Ut ii, qui in materia fidei non comparuerunt, nec comparere curaverunt, ſed in ſententiis ſorduerunt, abjurent. Et contra quos eſt proceſſum ad annum vel plures, qui Cenſuras non curaverunt, poteſtatem clavium condemnantes, pœna condigna puniantur.

IV. Ut ipſi ſæculares, qui *Wiclephiſtis & Huſſitis* adhæſerunt, ipſos defenderunt & protexerunt, jurent eis amplius non adhærere, ac eos perſequi, nec eos amplius fovere: Et geſta Concilii ſuper condemnationem articulorum *Johannis Wicleph & Johannis Hus* approbent & rata habeant. Et idem de condemnatione perſonarum.

V. Ut ſæculares, qui Clerum ſpolia-
161 verunt, ad reſtituendum compellantur, quia peccatum non dimittitur, &c. Et quod obligent ſe & jurent, amplius libertatem Eccleſiaſticam non impedire.

VI. Ut expulſi a beneficiis, ad ſua beneficia reſtituantur & intruſi expellantur & puniantur.

VII. Ut prophani omnes & ſinguli, ſive in favore *Wiclephiſtarum*, ſive propter temporalia puniantur juxta legitimas ſanctiones, ne contemptus clavium approbetur ſeu approbari videatur.

VIII. Ut omnes, qui cauſam fidei in Curia promoverunt & extra, ad ſua beneficia reſtituantur, & ſecuritatem habeant in Regno permanendi. Quod ſi facere recuſaverint, & cum effectu non fecerint, ſi- B gnum eſt, quod non intendunt reverti: Cum illos ad reverſionem inducentes, ſi veri eſſent pœnitentes, tales fovere deberent, & ſe erraſſe & ſeductos fateri.

IX. Ut reliquiæ ablatæ, & alia eccleſiaſtica, & Theſauri Pragenſis reſtituantur ex integro, & bona alia mobilia ſive redditus ejuſdem Eccleſiæ vel aliis Eccleſiis ablata vel ablati, per Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ.

X. Ut univerſitas Pragenſis reformetur, & Wiclephiſtæ, qui eam deſtruxerunt, realiter puniantur & amoveanrur. Quia alias univerſitate non reformata, & Wiclephiſtis atque Huſſitis in ea dominantibus, illi errores non ceſſabunt.

XI. Ut Hæreſiarchæ principales, & doctores illius ſectæ, ad Curiam & ſedem Apoſtolicam venire compellantur. Et ſunt ii, *Johannes Jeſſenitz, Jacobellus de Miſna,* D *Symon de Tyſna, Symon de Rockinzano, Chriſtianus de Brachatitz, Joannes Cardinalis, Zdenko de Loben, Præpoſitus omnium Sanctorum, Zdiſlaus de Suiertitz, & Michaël de Czisko.*

XII. Ut omnes ſæculares, qui communicaverunt ſub utraque ſpecie, vel alios compulerunt, & præſertim poſt inhibitionem ſacri Concilii, abjurent illam hæreſin. Et jurent, illam communionem non E promovere, ſed pro poſſe impedire.

XIII. Ut presbyteri vel alii ordinati per Dominum *Hermannum*, ſuffraganeum Archiepiſcopi Pragenſis, captum per Dominum *Zenkonem de Wartenberg*, cum eis non diſpenſetur, ſed ad ſedem Apoſtolicam remittantur.

XIV. Ut Tractatus *Joan Wicleph*, tranſlati in vulgare per *Joannem Hus & Jacobellum*, atque alii per ipſos in vulgari F editi, in quibus errores ſuos poſuerunt: omnes & ſinguli reponantur ad manus Legati vel Ordinarii, ſub pœna Excommunicationis. Quia illis non ablatis, errores non ceſſabunt.

XV. Ut tractatus *Joan. Hus* hæretici, 162
condemnatus in hoc ſacro Concilio, ſub pœna Excommunicationis, reponatur apud eoſdem.

XVI. Ut

XVI. Ut omnes tractatus *Jacobelli* A ſub compoſitione de utraque ſpecie, & de Antichriſto, in quo Papam vocat Antichriſtum, reponantur & comburantur. Et ſimiliter tractatus editus per ipſum, *de remanentia panis poſt conſecrationem in altari.*

XVII. Ut omnes cantilenæ, introductæ in præjudicium ſacri Concilii, & virorum Catholicorum cujuſcunque ſtatus, qui *Wiclephiſtis* obſtiterunt & *Huſſitis*, vel cantilenæ in commendationem *Joannis Hus* B *vel Hieronymi* hæreticorum condemnatorum, prohibeantur in omnibus civitatibus, villis & oppidis, & quibuſcunque manſionibus decantari, ſub pœna graviſſima.

XVIII. Ut prohibeatur, ne paſſim per Clerum ſine miſſione ordinarii prædicetur verbum Dei, & ſine autoritate Plebanorum. Quomodo enim prædicabunt, niſi mittantur?

XIX. Ut Ordinarii & alii Prælati, ju- C riſdictionem habentes, in ſua juriſdictione per quempiam ſæcularem non impediantur, ſub pœna excommunicationis. Si enim illa hæreſis maledicta debet exterminari, oportet, quod libere exerceatur contra ſpirituales & ſæculares, de hæreſi vel erroribus ſuſpectos, aut de ſautoria perſonarum condemnatarum.

XX. Ut mandetur omnibus & ſingulis de ſubdita obedientia ſub pœna Excom- D municationis, quicunque aliquem *Huſſitam* vel *Wiclephiſtam* vel ipſorum doctrinam promoverit, vel perſonas cognoverit, & libros ipſos ſuſpectos ſciverit, Diœceſano vel ſuis officialibus denunciet, qui contra eos ex officio procedat juxta Canonicas ſanctiones.

XXI. Ut colligatio, quam fecerunt ſæculares cum ſæcularibus & ſpiritualibus, in præjudicium ſacri Concilii, ſedis Apoſtolicæ ac Eccleſiæ Romanæ, in favorem iſtorum hæreticorum condemnatorum, *Joannis Hus* & *Hieronymi*, & prædicatorum iſtius ſectæ: ſub pœnis graviſſimis diſſolvatur. De qua colligatione per literas patet evidenter a ſacro Concilio decretas.

XXII. Ut ritus & Cæremoniæ religionis Chriſtianæ, circa cultum divinum, imagines, & venerationes reliquiarum, obſerventur. Et talium tranſgreſſores puniantur.

XXIII. Ut omnes & ſinguli, ſpirituales & ſæculares, qui errores vel hæreſes *Joannis Wicleph & Joan. Hus, in ſacro Concilio Conſtantienſi* condemnatos, prædicant, dogmatizant vel defendunt: Et perſonas *Joannis Hus & Hieronymi* Catholicas vel ſanctas pronunciant vel tenent, & de 163 hoc convicti fuerint, tanquam hæretici lapſi puniantur ad ignem.

XXIV. Ut omnes ſæculares, per Ordinarios moniti & hortati, contra exorbitantias in prædictis, ſub pœna fautoriæ hæreſis teneantur auxilium præbere & favorem.

LVIII.

Articuli exceſſuum & Culparum contra Regem

Ungariæ, quas intulit Regno & Coronæ Bohemiæ: Oblati eidem per Barones ac Civitates Bohemiæ,

anno 1421.

INprimis is, quia Magiſtrum *Joannem* E *Huſs*, ſub ſalvo conductu duplici lingua deſcripto, damnari ad mortem permiſit: Immo ipſum primus ore proprio in Majeſtate ſedens, condemnavit, in gravem injuriam & offenſam & linguam Bohemorum.

2. Quamvis omnes ſchiſmatici & obſtinati hæretici, ab Eccleſia habuerint plenam libertatem in Conſtantienſi Concilio: Ipſe tamen malum malo accumulans, con- F tra honorem Regni noſtri, & omnem ordinem, & contra ſalvum conductum Papæ atque ipſius Regni univerſis datum & conceſſum, alterum ſcilicet Magiſtrum *Joannem Huſs*, comburi fecit & damnari.

3. Quia in prædicto Concilio Chriſtianiſſimum *Regnum Bohemiæ* pro hæretico injuſte damnari permiſit, & Cruciatam plena injuria contra Regnum prædictum erigi, ad ipſum deſtruendum & delendum.

4. Quia his non contentus, nuper in *Vratislavia* juſſit eandem publicari & proclamari, univerſo Regno Bohemiæ in intolerabile dedecus damna plurima & offenſas.

5. Quod omnes circumpoſitas regio- 91 nes & Principes, cum prædicta Cruciata & damnatione injuſta, contra dictum *Bohemiæ Regnum* convocavit & irritavit, & in propria perſona ipſos deſtructores & devaſtatores Regni induxit, & induci demandavit.

6. Quia prædicti Principes & Exerci-

 tus,

tus, ſic in *Regnum Bohemiæ* inducti per A ipſum Regem, injurias exercuerunt, combuſtiones villarum, civitatum vaſtationem & hominum utriuſque ſexus, ſcilicet virorum & mulierum ac parvulorum, fecerunt, exuſtiones, virginumque dolendas ſtuprationes, & mulierum intolerabiles devaſtationes.

7. Quia conſtitutus nuper in *Vratiſlavia*, quendam civem Pragenſem, propter ſolam venerabilis *Euchariſtiæ ſub utraque* B *ſpecie* communionem juſſit equis trahi & comburi, in dedecus *Regni Bohemiæ* innocentis.

8. Quia plurimos cives *Vratiſlavienſes*, propter culpas in piæ memoriæ Regem *Wenceslaum* commiſſas & dimiſſas, decollari fecit & multos expelli & taxari.

9. Quia *Marchionatum Brandeburgenſem*, gravi labore Imperatoris & prædeceſſorum, noſtrorum virorum ſanguine, con- C quiſitum, a *Regno Bohemiæ* alienavit, & *Marchiam*, abſque noſtro conſenſu, in magnum damnum & debilitationem *Coronæ & Regni*, prædictis alienigenis obligavit, atque liberaliter donavit.

10. Quia *Coronam*, qua Reges noſtri coronantur, in maximum damnum & dedecus Regni *Bohemiæ* ſine conſenſu Communitatis Baronum & Civitatis Pragenſis, Militum, Clientum & omnium Communi D tatum, injurioſe abſtulit, contra ſuum promiſſum & ordinem Regni ſupradicti.

11. Quod Theſauros innumerabiles Regni, quos prædeceſſores noſtri, devotione pia, ad honorem Dei & Sanctorum Patronorum Bohemiæ, & ad profectum Eccleſiis deditos & attributos, & præſertim a *Caſtro* Pragenſi & *Karlſtein* & variis clauſtris & Eccleſiis per Regnum, abſtulit: Et theſauros plurimos in Caſtro comportatos E violenter rapuit, & extra Regnum educi procuravit; in damnum intolerabile *Regni Bohemiæ* & injuriam ejus & debilitationem.

12. Quod ipſum *Regnum Bohemiæ* per libellos famoſos, plenos falſitate & injuria, contra Regnum ſcriptos & deſtinatos, injuſte & inique maculavit & dehoneſtavit: dicens falſe & impudice, fratrem cum ſorore, filium cum matre, & virum cum F viro, &c. (nefanda dictu & cogitatu indigna) turpiter commiſceri, in infamiam & dedecus omnium noſtrum importabile. Cujus occaſione fictæ infamiæ, quam plurimæ gentes & provinciæ, contra Regnum ſunt atrociter excitatæ.

13. Quia eorum Principibus & Baronibus exteris, Regni *Bohemiæ* Barones ſæpe deturpavit & dehoneſtavit, dicens, eos omnes eſſe proditores, & nullum fidelem, in injuriam omnium noſtrum & grave præjudicium.

14. Quod multos Barones & Milites *Bohemiæ & Moraviæ*, coram *Viſſegrado* ad mortem ire compulit & coëgit, & improvidentiſſima ordinatione ad mortem deſtinavit, in damnum regni irrecuperabile atque gravamen.

15. Quod Tabulas Regni, abſque conſenſu Regnicolarum abſtulit & abſcondit, & omnes pecunias pauperum, orphanorum & viduarum circa Tabulas depoſitas, contra Jus & Regnum & ordinem Regni abſtulit & collegit.

16. Quod libertates *Regni* & jura noſtra & *Marchionatus* ab antiquis Regum Prædeceſſoribus, liberaliter condonatas & conſervatas infregit & per omnia violavit.

17. Quod injuſtas exactiones, uſque ad extremam exterminationem civitatum, villarum & omnium quaſi ſubditorum crudeliter & diligentiſſime exercuit: ut in una civitate *Montanorum*, minus quam in anno medio plus quam triginta millia Sexagenarum extorqueret.

Nos igitur his injuriis læſi & offenſi, optamus a prædicto Rege: quatenus primum, omnem injuſtam injurioſiſſimeque extortam, atque iniquæ infamiæ confictam damnationem & dehoneſtationem, quam Chriſtianiſſimo *Regno Bohemiæ*, injuſte & injurioſe intulit, aut inferri procuravit & permiſit, tollat, deſtruat, reformet & emendet; Nec amplius damnari nec dehoneſtari a quoquam patiatur. Item, Quatenus *Marchionatum Brandeburgenſem & Marchiam Coronæ Regni Bohemiæ* reſtituat: Coronamque Regni, qua Reges noſtri coronari ſunt ſoliti, ablatam a nobis noſtroque Regno reddat, una cum auro & argento, a monumentis Sanctorum & Reliquiarum acceptis, ac Theſauro Regni univerſo: Tabulas Regni & pecunias pauperum, viduarum & orphanorum, more terræ juxta Tabulas depoſitas & ablatas cum univerſis aliis injuſte ablatis, reponat vice verſa: Regnaque & provincias, quas contra nos provocavit, quietet & tranquillet, juraque terræ Comitum, Baronum & omnium Statuum, cum libertatibus, privilegiisque, cuſtodiat & obſervet. Sciens noſtram finalem intentionem, Quod in quatuor articulis quibus unanimiter conſenſimus & uniti ſumus, volumus finaliter reſidere, Niſi fuerimus (quod non credimus) ex Sacra Scriptura melius informati. Videlicet, *Quod corpus & ſanguis DOMINI*

MINI ſub utraque ſpecie, cunctis fidelibus per Sacerdotes Domini publice miniſtretur.
93 Secundo, *Quod verbum DEI ſine impedimento ubique libere prædicetur.* Tertio, *quod dotatio Sacerdotum ſuperflua a Clero debite abſcindatur:* Et quarto, *quod omne peccatum mortale, in quolibet ſtatu legitime tollatur & deſtruatur, & quilibet in ſtatu ſuo, juxta legem Dei, reformetur &*
A *reguletur.* Quorum articulorum concluſio facta eſt, per nos in plena congregatione Baronum terræ *Bohemiæ & Moraviæ*, & dominorum inclytæ *Civitatis Pragenſis*, Militum, Clientum, Civitatum & Communitatum, in *Czaslavienſi civitate*, *Anno Domini* M. CCCC. XXI. *Sabbato poſt Marcelli.*

LIX.

Epiſtola Huſſitarum ad Quendam Principem

& ad Luſatiæ populos: anno 1421.

CONRADUS *Pragenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus & Apoſtolicæ ſedis Legatus, Zenko de Wartenberg; alias de Weſſle, Henricus Berka de Duba, Vlricus de Hardetz, Hyneck Cruſſina de Lichtenberg, Alzo Scopeck, Joannes de Kalsko, Mikes de Sampach, Henricus de Wartenberg, Victorinus de Cunſtat, Hinko de Cunſtat, Hermannus de Broten, Joannes de Lichtenberg, alias Cruſſina, Henricus Latzenbock de Ochlim, Wenceslaus de Schweyretitz, Joannes de Opotzna, Gmial de Sternberg, alias de Holitz, Ameſtus de Richenberg, Joannes de Chlum, Wenceslaus de Gentſenſteyn, Nicolaus de Valſtein, Nicolaus de Monachu, Zdenick Modeck de Teynitz:* Magiſtri civium atque Communitates inclytæ civitatis & invictæ in veritate *urbis Pragenſis, Joannes Ziska de Botznau.* Civitas & communitas de *montibus Cutnis*, una cum aliis nobilibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, civitatibus & communitatibus Regni Bohemiæ.

Illuſtri & Magnifico Principi, necnon Terrigenis civitatibus *Budiſſin, Görlitz, Sittaviæ, Lobaviæ, Luban, & Camentz*, fautoribus noſtris, ſervitutem paratam cum deſiderio omnis boni. Illuſtris Princeps, necnon Nobiles, Barones, Milites, Clientes, cæterique civitatum communitates, noveritis, qualiter inclytum *Regnum coronæ Bohemiæ*, innumeras & atroces injurias, & injurioſas calumnias, vaſtationem & exuſtiones villarum & oppidorum, inhumanaſque & crudeles occiſiones virorum pariter & mulierum & parvulorum, una cum aliis innumeris detrimentis (quæ gemebundum cor abſque lachrymis nec vi-
B dere nec narrare poteſt) hactenus ab invaſoribus & crudelibus exterarum gentium hoſtibus perpeſſum eſt & patitur, proh dolor, in periculo atque damna omnium noſtrorum pariter & detrimenta: ideoque veſtram Illuſtrem Magnificentiam & Generoſas Nobilitates, providaſque prudentias veſtras, nos omnes unanimi deſuper compaſſione ex intimo corde commoniti, conſtanter petimus: Immo prout de jure de-
C bemus, requirimus, & monemus, quatenus non veluti viri DEUM & famam negligentes, ſed veluti viri ſtrenui, memo- 164
res veſtrorum juramentorum, quibus jure feudi & Homagiali, *Coronæ Regni Bohemiæ* præcipue eſtis obligati, & ad ipſam protegendam, & ab omnibus invaſoribus & hoſtibus tuendam, prorſus de jure aſtricti. Contra ipſam amplius non inſurgatis, Immo inſurgere quoslibet, velut fideles
D ipſius coronæ tutores, pro poſſe prohibeatis, prout honoris veſtri puritatem, & juramenti præſtiti integritatem, diligitis firmius obſervare. Alioquin contra Vos & quemlibet hujuſmodi ſecus facientem, velut contra honoris neglectorem, & juramenti præſtiti corruptorem, juxta jura Regni, remedio oportuno durius procedemus: Significamus inſuper vobis graves exceſſus & culpas Sereniſſimi Domini *Sigiſmundi*, &c.
E Regis, quas ab ipſo paſſi præſentibus incluſas, vobis deſtinamus. Datum in plena congregatione Baronum, *terræ Bohemiæ & Moraviæ*, & Dominorum inclytæ *Civitatis Pragenſis*, nec non Militarium & Clientum, Civitatum & communitatum *in Gaslavienſi civitate. Anno Domini* M. CCCC. XXI. *Sabbato poſt Marcelli.*

Digitized by Google

LX.

Dehortatoriæ litteræ Martini Pontificis Romani, ad Vitoldum, Ducem Lituaniæ, anno 1422.

MARTINUS Epiſcopus, *Servus*
ſervorum Dei, Nobili Viro *A-*
lexandro, *Lituaniæ Duci*, ſalu-
tem & Apoſtolicam benedicti-
onem. Jampridem fama vulgaverat, te
Bohemos hæreticos, ſpe favoris, apertis au-
xiliis eos juvaturum. Quod ſcelus, de te
Viro prudentiſſimo, & probato jam Prin-
cipe Catholico, difficile creditu videbatur.
Sed tamen ſcripſimus Nobilitati Tuæ, pa-
terna charitate monentes, ut ab omni ſo-
cietate, conjunctione, & fœdere Hæreti-
corum abſtineres, & eoſdem excluderes &
privares fiducia ſubventionis tuæ. Nunc
verò per tuas literas & Nuncium, diſpoſi-
tionem tuam non dubiam nec obſcuram de
invadendo regno, & ſuſcipiendo prædictos
in protectionem tuam, habemus. Intelli-
gentes ſententiam animi tui, magno dolo-
re commoti ſumus. Videmus enim &
manifeſte comprehendimus; te, ſi hoc fe-
ceris, ultro pericula fidei [quod eſt ante
omnia declinandum] magnam & horribi-
lem novitatem Chriſtianitati nocivam mo-
liri. Ex qua multo major ſanguinis Chri-
ſtiani effuſio, & graviora ſcandala, & cru-
deliora vulnera ſubſequerentur, quam ea
ſunt, quibus aſſeris hac via velle mederi.
Nam nemini dubium eſt, quin *Bohemi*
Hæretici, ſi fuerint a ſpe præſidii tui deſti-
tuti, ad obedientiam Eccleſiæ, & recte vi-
vendi normam, & ad cultum Dei facile re-
duci poſſent, vel ſola neceſſitate compulſi:
fieretque brevi tempore conſueta tranquil-
litas & devota Religio in *Regno Boemiæ*,
hac funeſta labe purgata. Qui, ſi ſe vide-
rint, in protectionem tuam receptos, fo-
veri atque defendi, reddentur acriores, &
contra Eccleſiæ Dei inſtituta magis rebelles
& pertinaciores in hæreſi. Nec nos mul-
tum movet, quod aſſeris, te velle eos hac
conditione recipere, ut errore depoſito,
ad debitam Romanæ Eccleſiæ obedientiam
revertantur. Omnia enim faciunt & pol-
94 licentur tibi, ut te ſuis laboribus & errori-
bus immiſceant, & incendium magis exci-
tetur. Per hanc viam ſimulata eorum re-
ductio non poſſet non eſſe ſuſpecta: per
quam viam quærunt periculoſam diſcordi-
am inter Principes Chriſtianos ſeminare:
ut potentiſſimis Dominis inter ſe decertan-
tibus, Romano Imperio turbato, & tota
Chriſtianitate confuſa, poſſent ipſi pecca-
A re licentius. Nec exiſtimare debes, aliter
evenire poſſe, ſi *Boëmiæ* Regnum occupa-
bis, quod nullo modo per *Electores Roma-*
ni Imperii & Principes Almaniæ tolerabi-
tur, etiam tacente chariſſimo in Chriſto
filio *Sigiſmundo* Romanorum Rege Illuſtri.
Nec hujus regni exiſtimatio tanta eſt, nec
eſſe debet apud conſideratam providen-
tiam, ut pro eo juvare velis hæreticos;
aliena per injuriam occupare, & magnam
B Chriſtianitatis partem novo bello confun-
dere & permiſcere, cum diminutione tui
honoris & famæ, & certa animæ tuæ jactu-
ra. Quæ, etiamſi omnia ad votum ſucce-
derent, diligentius cavenda eſſent. *Quid*
enim prodert, etſi totum mundum lucreris,
animæ verò tuæ detrimentum patiaris?
Quod vero aſſeris, te non auxiliari Domi-
nii cupiditate, ſed ſola Hæreticorum redu-
cendorum cauſſa ipſos ſub tuam defenſio-
C nem recipere, nullo modo probari poteſt.
Nam cum per Dei miſericordiam Chriſtia-
nus Princeps exiſtas, in cauſſa fidei debes
cum diſpoſitione noſtra & Eccleſiæ, & no-
ſtro & Apoſtolicæ ſedis Legato tranſmiſſo,
& reliquis Chriſtianis Principibus conſenti-
re, teque cum his jungere contra Hæreti-
cos; non pro ipſis te Defenſorem exhi-
bendo ſpecialem viam quærere eorum con-
verſionis; quæ hoc modo quæſita, ſincera
D credi non poteſt. Sed qualemcunque ipſi
animum habeant, ſinceritati tuæ (quæ in-
ter Chriſtianos hucuſque probata eſt) non
convenit, a communi conſilio deviare, &
eos ulla ſpeciali conventione ſuſcipere.
Quod ne facias, tibi paterna dilectione
conſulimus, te monemus, hortamur; tibi-
que etiam præcipimus in Virtute nominis
Jeſu Chriſti: quod eſt nomen ſuper omne
nomen. Et, ſi feceris, ſcito te Deo o-
F mnipotenti nobis & Eccleſiæ (quam Deus
non deſeret) & Chriſtiano nomini injuriam
facere. Quam nec Deus ipſe feret, ſed
vertet in periculum capitis tui, & certæ in
animæ tuæ damnationem. Nos vero, (qui
Vicarius ejus ſumus in terris conſtitutus in
apice Apoſtolatus, ad conſervationem ve-
ritatis & fidei Chriſtianæ) dolenter, & tan-
quam contra vitam noſtram, ſed neceſſa-
rio contra te & quoſcunque defenſores hæ-
G reticorum, authore Domino procedemus:
quia ſic tenemur ex injuncto nobis officio.
Sed, cum multa in diebus tuis opera di-
gna

gna feceris pro amplificatione fidei ſanctæ, A cogitare non poſſumus, te poſtremo tot recte facta velle ambitione corrumpere, & tantis cladibus hominum cauſſam dare. Quare fili dilecte, ab hac via, ab hoc modo, ab hac opinione te retrahas: nec ſubſidia mittas Hæreticis: nec eorum venenoſis pollicitationibus capiaris, quæ tibi certe
95 ſunt ad inſtigationem Satanæ, ad inquinandam famam & fidelitatem tuam, involvendo te novis bellis & periculis, & effunden- B do ſanguinem Chriſtianum. Sed, ſi ſalutem & reductionem Boëmorum deſideras, ſicut debes, eos nullis tuis viribus protectos horteris, ut ad præfatum Apoſtolicæ ſedis Legatum ad hoc ſpecialiter deſtinatum a nobis, habentem plenam & liberam poteſtatem ſuper omnibus in iſta cauſſa fidei diſponendi, mittant, & ſe humiliter ſubmittant correctioni & diſpoſitioni ſuæ. A quo poterunt etiam ad Nos cum ſecuritate tranſ- C mitti. Sed tu ante omnia cave diligenter, ne ipſos ulla conditione tuearis: quia certi ſumus, quod a te deſtituti, ſtatim humilius ſe inclinabunt: recreati autem per te, fient continuo deteriores. Quod ſi tu aliquo modo inductus defenſionem eorum

ſuſcipere promiſiſti: ſcito te *dare fidem Hæreticis violatoribus fidei ſanctæ non potuiſſe & peccare mortaliter, ſi ſervabis*: quia fideli ad infidelem non poteſt eſſe ulla communio. Cæterum poſtremæ literarum tuarum particulæ, per quam requiris, ut proceſſus contra hæreticos editos tollamus vel ſuſpendamus ad tempus, reſpondemus, hoc nullo modo fieri poſſe, de manifeſtis *Hæreticis in S. Conſtantienſi Concilio condemnatis*: præſertim cum ſentiamus, communi conſenſu Principum *Almaniæ* exercitum præparari ad confuſionem eorum. Sed ut ſupra dixi, humiliter & ſincere offerant ſe Legato: qui, cauſſa & voluntate ſua cognitis diligentius, de propinquo diligenter ſaluti ſuæ conſulet. Sed Nobilitatem ſuam iterum atque iterum admonemus, teque obſecramus per miſericordiam Jeſu Chriſti, ut tantam ſtragem & calamitatem per te induci non velis, quantam neceſſario ſecuturam videmus in Chriſtianis, ſi *Bohemos Hæreticos* ſuſcipias defendendo. Datum *Romæ apud S. Petrum* XII. *Kal. Jun. Anno Pontificatus noſtri Quinto.*

LXI.

Compactata Pragæ Propoſita:

anno 1433.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, D Amen. Hæc quæ infra ſcripta ſunt, per gratiam ſancti Spiritus concordata ſunt, inter Legatos ſancti *Concilii Baſilienſis*, & Generalem congregationem inclyti *Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ, in civitate Pragenſi.*

Primo. Dicta congregatio nomine dictorum *Regni & Marchionatus*, & pro ipſo *Regno & Marchionatu* omnibuſque & ſingulis eorundem *Regni & Marchionatus*, E qui ſint de parte ipſorum, recipient & acceptabunt, & facient bonam & firmam, & perpetuam pacem, & Eccleſiaſticam unitatem, quam profitebuntur & firmabunt debito modo. Quo facto, dicti Legati, autoritate dicti ſacri Concilii, admittent & recipient dictam pacem & unitatem, & pronunciabunt pacem generalem univerſi populi Chriſtiani, cum incolis & habitatoribus dictorum *Regni & Marchionatus*. Tol- F lent omnes ſententias Cenſuræ, & plenariam abolitionem facient, & mandabunt univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, quod nemo deinceps dictum *Regnum & Mar-*

chionatum, propter præterita infamare præſumat, nec ipſa aut eorum incolas invadere aut offendere, ſed eis Chriſtianam pacem obſervent, ipſoſque tanquam fratres eorum, ſanctæ videlicet matris Eccleſiæ filios reverentes & obedientes habeant, & firma dilectione contractent. Circa mate- 165 riam primi articuli, quem Ambaſiatores dictorum Regni & Marchionatus obtulerunt ſacro Concilio ſub hac forma. *Quod communio diviniſſimæ Euchariſtiæ utilis & ſalubris, ſub utraque ſpecie, ſcilicet panis & vini, univerſis Chriſti fidelibus in Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ, & locis eis in hac parte adhærentium conſtitutis, per Sacerdotes libere miniſtretur*, eſt hoc modo concordatum. *Quod dictis Bohemis & Moravis, ſuſcipientibus Eccleſiaſticam unitatem & pacem, realiter & cum effectu, & in omnibus aliis quam in uſu communionis utriuſque ſpeciei, fidei & ritui univerſalis Eccleſiæ conformibus, illi & illæ, qui talem uſum habent, communicabunt ſub duplici ſpecie* cum autoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti & Eccleſiæ ſponſæ ejus. Et articulus

articulus ille in ſacro Concilio diſcutietur, quoad materiam de præcepto ad plenum; & videbitur quid circa illum articulum pro veritate Catholica ſit tenendum, & agendum pro utilitate & ſalute populi Chriſtiani. Et omnibus mature & digeſte pertractatis, nihilominus ſi in *deſiderio habendi dictam communionem ſub duplici ſpecie perſeveraverint*, hoc eorum Ambaſiatoribus indicantibus, ſacrum Concilium Sacerdotibus dictorum Regni & Marchionatus, *communicandi ſub utraque ſpecie populum*, eas videlicet perſonas quæ in annis diſcretionis conſtitutæ reverenter & devote poſtulaverint, facultatem in Domino pro earum utilitate & ſalute largietur. Hoc ſemper obſervato, quod Sacerdotes ſic communicantibus ſemper dicant, quod ipſi debeant firmiter credere, quod non *ſub ſpecie panis caro tantum, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantum, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer & totus Chriſtus*. Ac Legati ſacri Concilii per ſuas literas, autoritate ſacri Concilii mandabunt univerſis & ſingulis, cujuſcunque ſtatus aut conditionis exiſtant, ut dictis *Bohemis & Moravis*, utentibus dicta *communione ſub duplici ſpecie*, nemo audeat improperare, aut eorum famæ aut honori detrahere, Et hoc idem faciet ſacrum Concilium, quando conceſſionem libertationis faciet memoratam. Circa materiam trium articulorum ſequentium, per præfatos Legatos ſacri Concilii dictum eſt in forma ſequenti. Quoniam circa doctrinam Catholicæ veritatis, ſic ſobrie & caute incedendum eſt, maxime a ſacro Concilio generali, ut veritas declaretur verbis ſic ordinate conceptis, ut nulli ſit in futurum offendiculum, ubi poſſit impingere & habere occaſionem erroris. Et ut verbis utamur Beat. Iſidori, ne aliquid per obſcuritatem in captionem contineat. Circa materiam de cohibitione & correptione peccatorum, in quo poſuiſtis articulum ſuper his verbis: Omnia peccata mortalia, & præſertim publica, per eos, quorum intereſt, rationabiliter & ſecundum Legem Dei cohibeantur, corrigantur & eliminentur. Ecce verbum, per eos quorum intereſt, nimis eſt generale, & poſſet eſſe offendiculum. Et
166 juxta Scripturæ ſententiam, Non debemus ponere offendiculum ante cæcum: Et claudendæ ſunt foſſæ, ne bos vicini ibi lædatur: omnis talis occaſio tollenda eſt. Dicimus ergo, quod ſecundum Sacræ Scripturæ ſententiam ſanctorumque documenta doctorum, ſic catholice eſt tenendum. Quod omnia peccata mortalia, præſertim publica, quantum rationabiliter fieri po-

A teſt, ſecundum Legem Dei & ſanctorum Patrum inſtituta ſunt cohibenda, corripienda & eliminanda. Poteſtas autem puniendi criminoſos, non ad privatas perſonas, ſed ad eos tantummodo pertinet, qui juriſdictionem habent in eos fori, diſtinctione juris & juſtitiæ ordine obſervatis. Circa materiam de prædicatione verbi Dei, in qua poſuiſtis articulum hoc tenore. Quod verbum Dei a Sacerdotibus Domini & Le-
B vitis idoneis, libere ac fideliter prædicetur. Ne ex verbo libere ſumeretur occaſio vagæ & diſpendioſæ libertatis, quam nec vos (ut ſæpe dixiſtis] intenditis, circumſtantionandum eſt, dicimuſque quod ſecundum Scripturæ ſacræ ſententiam, ſanctorumque documenta Doctorum ſic catholice eſt tenendum. Quod verbum Dei a Sacerdotibus Domini & Levitis ad hoc idoneis & per ſuperiores (ad quos pertinet) approbatis &,
C miſſis, libere, non tamen paſſim, ſed ordinate & fideliter prædicetur, ſalva autoritate Pontificis, qui eſt præordinator in cunctis, juxta ſanctorum Patrum inſtituta. Circa materiam ultimi articuli ſub iis verbis expreſſo, Non licet Clero, tempore legis gratiæ, ſuper bonis temporalibus ſæculariter dominari. Meminimus, quod dum in ſacro Concilio ſuper hoc diſputatio ageretur publica & ſolennis. Ille qui ad diſpu-
D tandum per ſacrum Concilium extitit deputatus, duas concluſiones poſuit, ſub his verbis: Prima, quod Clerici non religioſi, ſeu qui voto ſe ad hoc non obligarunt, licite poſſunt habere & poſſidere: quæcunque bona temporalia, hæreditates paternas aut aliorum, ſi eis relinquantur, & alia bona juſte acquiſita, ex cauſa donationis, vel alterius liciti contractus, vel arte licita. Secunda, quod Eccleſia poteſt li-
E cite habere & poſſidere bona temporalia, mobilia & immobilia, domos, prædia, villas, oppida, caſtra, civitates, & in eis habere privatum & civile dominium. Ille ſiquidem ex veſtris Ambaſiatoribus, qui diſputabat, conceſſit eaſdem, dicens: Illas ſenſui ſui articuli bene intellecto non contradicere, cum ipſe articulum ſuum intellexerit de dominio civili formaliter in-
F tellecto. Ex quo & aliis, ſatis poſſet intelligi, quod verba, ſæculariter dominari, in præinſerto articulo poſita, ad aliquem ſpecialem dominandi modum vel uſum videantur referri. Sed quoniam doctrina Eccleſiæ non eſt verbis ambiguis pertractanda, ſed plane, propterea illud, quod ſecundum Legem Dei & ſanctorum documenta Doctorum Catholice tenendum eſt, duximus exprimendum, videlicet, præmiſ-

ſas

ſas duas concluſiones eſſe veras, quodque Eccleſiaſtici viri bona Eccleſiæ (quorum
167 ſunt adminiſtratores) debent fideliter adminiſtrare: Juxta ſanctorum Patrum ſalubria inſtituta. Ipſaque bona Eccleſiæ ab aliis injuſte non debent detineri vel occupari. Dicta vero congregatio declarationem dictorum trium articulorum, quæ veritati Sacræ ſcripturæ innititur, ſuſcipit & accipit. Verum, quia circa ipſorum trium articulorum materias, nonnullis videtur, abuſus plures & deordinationes aliquas currere, eſt intentionis ipſius congregationis, quod ſuper reformatione dictorum abuſuum & deordinationum intendit in ſacro Concilio per ſuos Ambaſiatores inſtantiam & ſollicitudinem adhibere. Et quod ſi quæ etiam ſingulares perſonæ, tales reformationes vellent in ſacro Concilio promovere modo debito & honeſto, quod hoc eis liceat, & ſit conceſſa facultas. Præfatis vero Legatis Sacri Concilii hoc placuit, quoniam ſacrum Concilium ad morum reformationem intendit, & vult (præſtante Domino) ſtudium & ſollicitudinem adhibere: Ipſique Legati, cum omnem bonam reformationem in Eccleſia Dei fieri, toto deſiderio cupiant: ad omnia quæ bonam reformationem Eccleſiæ concernunt, adjutores & cooperatores eſſe volunt & pollicentur. Tandem, poſtquam per Dei gratiam, pro cauſis fidei ceſſabit omne bellum, & erit pax bona, pro cujus conſervatione debet adhiberi omnis diligentia, videtur valere expediens, quod etiam pro cauſis aliis, non concernentibus fidem, ſi quas habent cum circumſtantibus vicinis ceſſent A omnes partes ab omni via facti, & de ipſis controverſiis per dietas placiti, vel alias in ſacro Concilio vel extra, concordia, amicabili compoſitione vel judicio terminentur. Pro firmitate & obſervantia pacis, per dictos Legatos ſacri Concilii dabitur omnino firma & procurabitur Bulla Concilii, & mandata ipſius ſacri Concilii ad omnes Principes & communitates circumſtantes, & alia quæ neceſſaria fuerunt & opportuna. B Pro parte vero dictorum *Regni & Marchionatus*, dabuntur literæ cum ſigillis firmis & munimentis opportunis. Procurabitur pax, & ſervari mandabitur, & omnia alia fient, quæ pro obſervatione dictæ pacis & unitatis neceſſaria fuerint & opportuna.

Concordata & firmata fuerunt præmiſſa & ſupraſcripta, per plures Magiſtros & Sacerdotes, a Generali congregatione C *Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ* deputatos, ipſius congregationis nomine & mandato ſpeciali inter ſupra nominatos Dominos Legatos ſacri Concilii parte ex una, & dictam Generalem congregationem parte ex altera, & per manuum ſtipulationem parte ex utraque, cum verbali promiſſione ſuper præmiſſis facta. In *civitate Pragenſi*, *in Collegio*, quod dicitur *Collegium Caroli*, *anno Domini* M. CCCC. XXXIII. D *Indictione* XII. *Menſis vero Novembris*, *die ultima*; *Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri*, *Domini Eugenii Divina providentia Papæ* IV. *anno tertio*, *præſentibus adhuc providis & honeſtis viris*, &c.

168 LXII.

Literæ Thaborenſium Sacerdotum ſuper eisdem: anno 1434.

IN Nomine Domini, Amen. Ego Dominus *Bedericus de Stratznitz*, meo & aliorum Sacerdotum mihi adhærentium nomine, notum facio omnibus & ſingulis, literam hanc inſpecturis aut legi audituris, quod cum Magiſtro *Joanne Rokyzana*, ſuiſque Sacerdotibus ſibi adhærentibus, pro materiis ſpiritualibus & ritibus, pro quibus fuit difficultas noſtra cum illis, annis his bellicoſis, circa divina condeſcendimus, & vigore præſentium literarum condeſcendimus finaliter &c. per omnia ſicut ſupra in proxima litera. Exceptis perſonis, quarum appenſa fuere ſigilla; Earum enim nomina hæc ſunt: E *Bedericus* ſupradictus, & *Nicolaus de Pelhrzymow*, dictus Epiſcopus & *Wenceslaus Corandæ*. Poſt has literas ſubdit *Thaboritarum* hiſtoricus, quod poſt hujus concordiæ Sereniſſimi Imperatoris cum *Thaborienſibus* terminationem, & ejuſdem per literas patentes cum pendentibus ſigillis ipſius Imperatoris, & concordatorum prænominatorum roborationem, Sacerdotes *Thaborienſes*, cum eorum arbitris die & loco ipſis F limitato, & in literis ſuperius exaratis recognitoris partis utriuſque expreſſo, in quatuor videlicet temporibus Quadrageſimæ proxime poſt concordiam præfatam affuturis, in *Pragenſi civitate* termino paruerunt,

runt, parati audire arbitrorum a parte utraque A electorum, inter eos & partem eis adverſam pronunciationem, ſecundum quod extiterat concordatum. Cum autem tempore paritionis utrorumque, quædam aliæ materiæ tractandæ cum Imperatore ſupervenerunt, occaſione quorundam articulorum per cæteros Sacerdotes & quoſdam generoſos & famoſos *diſtrictus Grecenſis*, ipſi Imperatori cum Legatis Baſilienſibus objectorum, ob non ipſorum cum *Regno* B *Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ* Compactatorum factorum ſervationem. Tandem ob prætactam cauſam diſtractione facta, interim duo ex prædictis quatuor arbitris, ad propria cum conducentibus eos receſſerunt. Quibus recedentibus, poſtea Sacerdotes *Thaborienſes* ſuam comparitionem, ad audiendum inter ſe & partem eis adverſam, pronunciationem, Domino Imperatori & Magiſtro *Joanni Rokyzana* Archiepiſcopo electo notificantes, cum eorum licentia & voluntate, ad propria recedunt gaudentes: jure & privilegio per Dominum Imperatorem mediantibus prænominatis concordatoribus gratioſe conceſſo.

LXIII.

De Gratiis Deo Agendis pro Victoria Bohemorum adverſus Taboritas: anno 1434.

Reverendissimis ac venerabilibus in C Chriſto Patribus ac Dominis, ſacro ſanctæ generalis *Synodi Baſileenſis*, in Spiritu ſancto legitime congregatis, Eccleſiam univerſalem repræſentantibus amicis noſtris chariſſimis ac grate & ſyncere nobis dilectis, *Sigiſmundus* Dei gratia *Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c. Hungariæ, Bohemiæ, &c. Rex.*

Reverendiſſimi in Chriſto patres & Do- D mini, Amici chariſſimi & reverendi, grate ſyncereque dilecti: Hodie hora veſperarum confluxerunt ad nos nuncii, qui in tribus diebus & citius de Bohemia volantiſ-
96 ſime applicuerunt, afferentes nobis jocundiſſima & feliciſſima nova de victoria noſtrorum, & conflictu *Taboritarum* & illorum; qui alias in obſidione civitatis *Bilzenenſis* erant qui per Dei gratiam, a quo omnis procedit victoria, in planitie inter civitatem *Gurim* & monaſterium *Scalicz* forti bello cum modico damno noſtrorum victorioſe proſtrati ſunt, quarum literarum aliquas originales veſtris Reverendiſſimis Paternitatibus mittimus præſentibus interclufas. Hæc Reverendiſſimi Patres, voluimus veſtris Paternitatibus pro ſingulariſſimo gaudio cunctis Chriſti fidelibus optantiſſime nuntiare, rogantes cordintime, quatenus altiſſimo Domino Jeſu Chriſto infinitas agentes gratias cum proceſſionibus & aliis ſolennitatibus, ad bonum & felicem progreſſum tam felicis principii, imo verius medii omni opera atque cura vigilare velitis, quoniam & nos ſimiliter de agendis nil prætermittemus. Et quæcunque in futurum habuerimus, veſtris Paternitatibus die noctuque intimare curabimus. Datum *Ulmæ, die 4. Jun.*

LXIV.

Sigiſmundi Imperatoris Auguſti Decretum,

quo Compactata & Concordata Legatorum Synodalium de calicis uſu laicis petentibus concedendo iterum comprobavit confirmavitque, Iglaviæ in Moravia, anno 1434.

Bohemis ac *Moravis* Eccleſiaſticam F unitatem complectentibus, ſeque in ceteris omnibus præterquam in *uſu Communionis utriuſque ſpeciei*, univerſalis Eccleſiæ fidei ac ritui conformantibus authoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti & Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, *ſub duplice ſpecie, panis ſcilicet ac vini*, his quæ conſueviſſent, divinæ Euchariſtiæ communicare licebit. An vero ex præcepto Dei id fieri debeat, generale *Concilium Baſileæ* congregatum diffiniet, & quod utilitati fidelium ſalutique congruat, lege in perpetuum valitura conſtituet. Quo facto decreto ſi nihilominus perſeveraverint *Bohemi* & *Moravi* in ejuſmodi Communionis deſiderio, idque miſſa legatione petierint, ſacer conventus *Bohemiæ ac Moraviæ* Sacerdotibus communi-

communicandi *ſub utraque ſpecie* perſonas ſibi ſubjectas, & in annis diſcretionis conſtitutas, & quæ id reverenter poſtulaverint, libertatem impartietur, ea conditione adjecta, ut inter communicandum plebem publice inſtruant, non ſub ſpecie panis A Carnem Chriſti tantum, nec ſub ſpecie vini ſolum ſanguinem, ſed ſub qualibet ſpecie totum & integrum contineri Chriſtum. Datum *Iglaviæ die 5. menſis Julii, Anno* MCCCCXXXIV.

97 LXV.

De Conciliatione Bohemorum in Materia articulorum Fidei in Comitiis Imperialibus Ratiſponæ concludenda:

anno 1434.

REVERENDISSIMI reverendique in Chriſto patres & Domini, ac Venerabiles & egregii ſyncere grateque dilecti. Confirmat continuo Deus noſter magnam miſericordiam ſuam ſuper nos in felici proſecutione rerum *Bohemiæ*, quæ, Chriſto diſponente, qui cuncta gubernat, in dies conſiderabilius diriguntur. Scribunt enim nobis illi Oratores noſtri, quos in proxima *dieta Pragenſi* habuimus, quomodo omnes *Bohemi* in unam ſententiam unamque voluntatem tracti ſunt in materia articulorum fidei. Et quod ſuper reliquis ad vos verſus *Ratiſponam* miſſuri ſunt in feſto Aſſumptionis Virginis glorioſæ. Quarum litterarum copias de Bohemico in latinum translatas V. P. mittimus præſentibus intercluſas. Verum Reverendiſſimi Patres, quia ipſi Bohemi multum affectare videntur in hujuſmodi *dieta Ratiſponenſi* præſentiam venerabilis Conſtantienſis Epiſcopi, etiam Auditoris & Magiſtri *Martini*, & aliorum, qui tracta- B tibus ipſorum prius affuerunt, nos opinioni eorum & deſideriis concurrentes, illud nedum utile, verum etiam pro bona concluſione & ſalubri conſummatione omnium neceſſariorum arbitrantes, vos attentiſſime adhortamur, quatenus P. V. velint dare operam, ut præfati Patres & Magiſtri in hujuſmodi dieta omnino interſint. Et ſi ad eam aliqui alii ſuper addendi fuerint, & illud extollimus atque laudamus, ut & deſi- C deriis ipſorum *Bohemorum* ſatisfiat & ipſi patres nobis & nos ipſis in mutuis peragendis poſſimus aſſiſtere atque conſulere. Hæc itaque, Reverendiſſimi Patres, vobis pro conſolatione ſtatuimus ſcribere, ut nil vos lateat de his, quæ ad notitiam noſtram in tam arduis rebus deveniunt. Et quicquid in proceſſu temporis habuerimus, V. P. ſignificabimus, exorantes Altiſſimum, ut ſuccedant talia, quæ V.P. cum immenſa D jocunditate ſignificare poſſimus. Datum *Ulmæ Conſtantienſis diœceſis, die 13. Jul. Regnorum, &c.*

LXVI. 169

Reſponſa Legatorum Concilii, ad Dubia Bohemorum, anno 1435.

IN Nomine Domini, Amen. Hæc ſunt reſponſa, data per Reverendum in Chriſto Patrem, Dominum *Philibertum Epiſcopum Conſtantienſem Provinciæ Rothomagenſis*, ac Venerabiles & *Archidiaconum Barchinonenſem, Henricum Tocke in Theologia Magiſtrum, Canonicum Magdeburgenſem, & Martinum Bernerii, Baccalaureum in Sacra pagina, Decanum Turonenſem*: Legatis ſacri Concilii Generalis, ad quæſita puncta ſeu dubia, per nonnullos Venerabiles Magiſtros & Sacerdotes *Regni Bohemiæ* eis mota. Primo dixerunt, quod non eſt intentionis ſacri Concilii permittere *Communionem ſub duplici ſpecie*, permiſſione tolerantiæ, vel ſicut Judæis E permiſſus fuit libellus repudii. Quia cum ſacrum Concilium viſcera maternæ charitatis exhibere dictis *Bohemis & Moravis* intendat, non eſt intentionis Concilii, permittere tali permiſſione, quæ peccatum non excludit, ſed taliter elargiri, quod autoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Eccleſiæ veræ ſponſæ ejus, ſit licita, & digne ſumentibus utilis & ſalubris. Item, cum circa materiam de punitione peccatorum F fuiſſet per prædictos Magiſtros & Sacerdotes dictum, quod ex Scripturis ſacris habetur, quod interdum Deus excitat corda privatarum perſonarum ad correctionem & punitionem peccatorum, Et ſic videtur licere inferioribus, corrigere ſuos ſuperiores & punire.

& punire. Reſponderunt, oſtendentes A textum B. Auguſtini *in Decretis* xxiii. q. *fin.* Qui percutit malos in eo, quod mali ſunt, & habet cauſam interfectionis, miniſter Dei eſt. Qui vero ſine aliqua publica adminiſtratione maleficum, furem, ſacrilegum, adulterum, perjurum, vel quemlibet criminoſum, interfecerit aut trucidaverit, vel membris debilitaverit, velut homicida judicabitur. Et tanto acrius, quantum non ſibi a Deo conceſſam poteſtatem B abuſive uſurpare non timuit. Et certe moleſtius ſuſciperet iſta civitas, ſi aliquis privatus attentaret punire unum criminoſum, & erigeret furcam in platea, & ibi eum ſuſpenderet, quam ſi unus homo interficeret alium hominem in rixa vel per inſidias. Et alios textus B. Ambroſii & Hieronymi eidem concordes etiam allegarunt. Dixerunt denuo, quod nemo dubitat, quod lex Dei ſancta & debite poſita eſt, & in ea le- C gitur ſimpliciter; Non furtum facies. Et tamen mandato DEI filii Iſraël aſportaverunt bona Ægyptiorum, quæ receperant commodata. Item, in eadem Lege ſcribitur ſimpliciter: Non occides. Ex quo B. Auguſtinus *primo de Civitate Dei* probat, quod nemini licet occidere ſeipſum. Et tamen facit inſtantiam de Samſone. Reſpondet, & dicit hæc verba: Cum autem
170 Deus jubet, ſeque jubere ſine ullis ambagi- D bus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis obſequium pietatis accuſet? ſic in propoſito, verba B. Auguſtini habeatis pro Reſponſo. Sed videat quiſque, ſi Deus jubet, & ſe jubere ſine ambagibus intimat, & probet Spiritus, ſi ex DEO ſint. Sed de talibus non eſt lex danda, nec eſt multum agitandum. Nam per hoc facile inſurgeret occaſio faciendi ſeditiones, & inferiores inſurgendi contra ſuperiores, & E quando aliquis furatus eſſet, vel aliquem interfeciſſet, diceret, quod Spiritu DEI motus eſt. Sed certe niſi de hoc bene conſtaret, puniretur.

Dixerunt denuo, quod aliqui ſint caſus, in quibus laici habent poteſtatem in Clericos. Fuit reſponſum: Quod certi ſunt caſus in jure, in quibus Laici habent poteſtatem ſuper Clericos, & aliquando ſuper Cardinales. Nam ſi mortuo Papa, F Cardinales non vellent intrare Conclave, ad electionem Papæ faciendam: Rex, Princeps, vel alius Dominus ſeu Poteſtas ſæcularis, poteſt eos compellere. Sed in illis caſibus jam ille non eſt privata perſona, ſed autoritate juris utitur juriſdictione. Similiter eſt intelligendum de aliis caſibus in jure poſitis. Dixerunt ulterius: Quod nullum jus fori habet juſtitiam, niſi jus poli illud approbaverit. Fuit reſponſum, Quod nullum jus fori habet juſtitiam, ſi ſit contra Legem Dei. Et quod Lex Dei eſt regula omnium Legum. Sed exigitur magna peritia in applicando regulam ad regulatum. Nam interdum alicui videtur, quod ſit tortuoſitas in regulato, & non eſt, ſed eſt defectus in applicando, quia non applicatur debito modo regula ad regulatum.

Circa articulum de prædicatione verbi Dei fuit motum, quod interdum aliquis Prælatus ex ſua invidia vel malitia, ſine cauſa rationabili, bonum & idoneum Prædicatorem, bene & Catholice prædicantem, inhibet prædicare. Et fuit reſponſum, quod ſatis intellexerunt, quod abuſio Prælatorum inordinate agentium, magnam occaſionem præſtitit his turbationibus; Et quod in eorum partibus nunquam audiverint tales querelas. Sed Prælati favent bonis Prædicatoribus, & eos ad prædicandum excitant precibus, favoribus & honoribus. In talibus autem caſibus jam ſunt a jure prodita remedia, quando aliquis prohibetur uti jure ſuo, habet remedium appellandi. Et ſi bene confidit, quod appellatio ſit juſta, utatur jure ſuo, omni violentia brachii utriuſque, ſpiritualis videlicet & ſæcularis ſemota. Nam exitus cauſæ declarabit, ſi ipſe habebat juſtam cauſam appellandi. Tunc declarabitur, ſuperiorem male prohibuiſſe, & appellationem juſte feciſſe. Et ſuperior injuſte prohibens debet corripi. Si autem juſte fuit prohibitus, & ipſe ſua temeritate ſuperioris juſtum mandatum ſprevit, dignum eſt, quod ipſe digna animadverſione puniatur.

Circa quartum articulum fuit motum, An 171
liceat Prælatis Eccleſiaſticis actus ſæcularis dominii in propria perſona exercere? Fuit reſponſum, quod ſi per verbum actus ſæcularis dominii, intelligantur actus, quos aliquis ſæcularis Dominus poſſet agere ſeu exercere: Tunc dicendum eſt, quod aliquos tales actus poteſt licite Prælatus in propria perſona exercere. Sicut ſunt, vendere, impignorare, infeudare, modis & formis a jure ordinatis. Aliqui ſunt, quos non licet in propria perſona exercere, ſed debet habere Oeconomum, Vicedominum vel Procuratorem, qui hos exerceat. De quibus actibus in jure cavetur in Rubrica: Ne Clerici vel Monachi ſæcularibus negociis ſe immiſceant, & aliis juribus.

Fuit motum, An illa poteſtas coactiva, quæ debet exerceri per Oeconomum &c. ſit apud Prælatum Eccleſiæ? Dominus *Joannes de Polomar* reſpondit, quod hæc quæſtio-

quæſtio præſupponit aliam, de qua ſunt diverſæ opiniones inter doctores, apud quem ſit dominium rerum Eccleſiæ. Et ulterius. An actiones ſint in perſona Tutoris vel Procuratoris, vel, licet non ſint in eorum perſona, tamen per conſtitutionem actoris vel procuratoris exercitium ipſarum demandaret ipſi actori vel procuratori, & alias intricationes, de quibus non eſt opus ad præſens agere, ſed cum multum inſtaretur, ut diceret opinionem ſuam, dixit, quod ſi otium haberet, & liberet ſolaciari in diſputando, daret optionem arguenti. Sed magis eſſet opinio ſua, quod dominium rerum Eccleſiæ eſt apud Chriſtum. Et Prælati & alii Eccleſiaſtici ſunt Canonici adminiſtratores, ad inſtar tutorum. Sed ampliorem habent poteſtatem ſeu adminiſtrationem quam tutores. Et conſtituendo Oeconomum ſeu Vicedominum, &c. eorum conſtitutione debite facta, Oeconomus ſeu Vicedominus habet illam poteſtatem coactivam, ſeu exercitium juriſdictionis. Item, circa quartum articulum, pro declaratione primæ concluſionis, eſt concordatum, quod verba, juſte acquiſita, in ipſa poſita, etiam determinant contenta in eadem. Item, circa ſecundam concluſionem, cum ſacri Canones & Doctores ſancti ſic loquuntur. Bona Eccleſiæ, res Eccleſiæ, facultates Eccleſiæ, & inter Doctores variæ ſint opiniones, apud quem ſit ipſarum rerum dominium, prout notat Gloſſa & Doctores, *in cap. Expedit. 12. q. 1.* Ad nullam illarum opinionum intendunt aliquem coarctare, ſed nec aliquam illarum opinionum excludere, ſed ſit unicuique facultas, illam, quæ ſibi melior videbitur, probabiliter ſuſtinere. Dixerunt præterea dicti *Bohemi*, quod ipſi tenent. Quod Clerici, aut viri Eccleſiaſtici, rerum temporalium Eccleſiæ ſunt Adminiſtratores, & non Domini, ad modum loquendi Scripturæ ſanctorum Doctorum 172
& Canonum. Item *Bohemi* dicunt, quod in omnibus emergentiis ſtare volunt dictamini judicii, ex unanimi conſenſu *in Egra* compactati.

LXVII.

Copia Mandati pro Obedientia ſub Sigillo Regni, anno 1435.

IN DEI Nomine, Amen. Nos *Alzo de Rizemburg*, alias de *Wrzieſtiovv*, Gubernator *Regni Bohemiæ*, Barones, Nobiles, Milites, Clientes. *Praga civitas* ac cæteræ civitates, ac Sacerdotes Generalem congregationem *Regni Bohemiæ* & *Marchionatus Moraviæ* facientes & repræſentantes, vigore præſentium facimus & dirigimus Nuncios & Ambaſiatores noſtros ſpeciales. Vos Reverendum Magiſtrum *Wenceslaum de Drachold, Curiæ Archiepiſcopalis officialem*, honorabiles & diſcretos viros *Paulum de Slavvikovvitz, artium liberalium Baccalaureum, Plebanum S. Ægidii, & Correctorem Cleri ejuſdem Curiæ Archiepiſcopalis Pragenſis. Wenceslaum de Lutznitz, Plebanum Eccleſiæ S. Nicolai antiquæ civitatis Pragenſis & Bohinkonem de Chotzna, Rectorem Eccleſiæ Litbomerick* ac Decanum ejuſdem, Sacerdotes in Chriſto Jeſu dilectos, ad præſentandum vos coram Reverendo in Chriſto Patre, Domino *Philiberto Epiſcopo Conſtantienſi* & Collegis ejus, Legatis ſacri *Generalis Concilii Baſilienſis*. Pro complemento & executione Compactatorum, per vos omnes vel majorem partem præſtandum reverentiam debitam & obedientiam Canonicam, ſanctæ matri Eccleſiæ, ſacro Generali Concilio, Romano Pontifici, & Prælatis noſtris Canonice intrantibus, prout aviſatum extitit in *Brunna*. Pro omnibus ſpiritualibus & ſæcularibus perſonis *Bohemiæ Regni & Marchionatus Moraviæ*. Ratum & gratum habituri bona fide, quicquid per nos actum fuerit in præmiſſis, in quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium, has noſtras litteras *Sigillo Regni Bohemiæ* fecimus communiri. Datum *Pragæ in Collegio Caroli, ipſo die B. Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ, Anno Domini* M. CCCC. XXXV.

LXVIII.

Formula Pactionum Imperatoris Sigiſmundi cum Bohemis, anno 1435.

SIGISMUNDUS Dei gratia *Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c.* Quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Dei hominumque mediator, ſalutis curam ex injuncto Altiſſimi, generis humani laborem ſuſtinens atro- 98
cem, pro qua & dira pati voluit, & mortem turpiſſima occumbere non eſt dedigna-

tus, puta, ut utraque in unum repararet. A Cujus quidem exemplo, velut Magiſtri & ducis peroptimi ex dignitate imperiali, nobis ab univerſorum domino diſpoſita & commiſſa, bonum pacis & veritatis atque concordiæ amplexantes, cum poſt quædam Compactata, inter Legatos ſacri *Concilii Baſilienſis*, ipſumque *Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ*, *in Praga* ſcripta & conſignata, receſſum eſt, ut aliis bene diſpoſitis & deductis, pro *Regni Bohemiæ* B *& Marchionatus Moraviæ* expurgatione, per ſacrum *Concilium Baſilienſe*, noſtramque prudentiam Imperialem, uti melius fieri poterit, provideatur. Adhuc tamen, quia difficultates variæ, inter Legatos ſacri *Concilii Baſilienſis* parte ex una, & Generoſos ac Nobiles, Strenuos, Famoſos, Reverendos & Prudentes Nuncios, nomine *Regni Bohemiæ* pridem ad nos in *Brunnam* deſtinatos parte ex altera, ortæ fuiſſent & C crebro pullulaſſent: Animum, cor ſimul & humeros, curæ diligentis & ſollicitudinis anxiæ ſuppoſuimus, pondus diei & æſtus ferentes; ut diviſa in unum, adverſa in conſona, aſpera in plana & longe diſtantia in combinata, ſimul pariterque in ſanctam & beatam reduceremus unionem. Cum nos pacem & tranquillitatem ipſius regni (quod ſemper amavimus atque coluimus) cordintime affectantes, volentes futuras D diſſenſiones & controverſias, quibus populus ſubditus poſſet quomodolibet concitari, convenientibus remediis prævenire, nonnulliſque remanentiis, quibus in Compactatis pro pace Regni, & omnium circumjacentium Nationum & totius populi Chriſtiani, ac ſalutis innumerabilium animarum. In Nomine Domini, notum facimus univerſis & ſingulis, quod ad infraſcriptas concluſiones conſenſimus, & præſentibus con- E ſentimus.

I. Primo quod beneficia non conferantur per extraneos *in Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ*, ſed omnino jus collationis eorundem ad *Regem Bohemiæ*, incolaſque *Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ*, perpetuo debet pertinere.

II. Perſonæ etiam ſpirituales & ſeculares, extra regnum & Marchionatum nec citabuntur nec judicabuntur, ſed unaquæ- F que perſona juriſdictionibus ſibi præfecti præpoſiti in præfatis regno & Marchionatui ſubjecta erit & contenta de eadem gaudebit. Libertatibus tamen Archiepiſcopatus *Pragenſis*, in Privilegiis in *via Appellationis* a ſibi ſubjectis Epiſcopatibus ſalvis & illibate conſervatis.

III. Inſuper communicantes ſub una ſpecie in ſæpe tactis Regno & Marchionatu, ne confuſa ſequatur commixtio, contra proprias eorum voluntates & libertates non ſuſtinebuntur, ſed duntaxat in locis, in quibus Communio duplicis ſpeciei, temporibus retroactis non ſervabatur, ſuſtinebuntur.

IV. Et ut materia occaſioque litium 99 auferatur, loca omnia & ſingula Eccleſiarum, populique parochiarum ſignabuntur, in quibus & a quibus Communio duplicis ſpeciei in praxi ſervabatur, ut in futurum perpetuo in iiſdem ſervaretur. Quæ quidem conſignata in littera ſpeciali in robur & perpetuam rei memoriam, ſigillo noſtræ Majeſtatis munietur.

V. Sed & hoc volumus, ut per Dominos Bohemos, Generoſos, Nobiles, Strenuos, Famoſos, Pragam & Civitates alias, una cum Clero Archiepiſcopus *Pragenſis* una cum aliis Epiſcopis Titularibus eligantur, qui alias dicuntur ſuffraganei. Qui quidem & electi per noſtram diſpoſitionem debitam, ſolicitudinem pariter & curam, confirmabuntur, & in Epiſcopos conſecrabuntur, abſque quavis pro Confirmatione, Pallii exhibitione, aut etiam Notariis, perſolutione. Et totus Clerus diœceſis Pragenſis ſubjici ipſi Archiepiſcopo, per præfatos Dominos electo, tenebitur obedire.

VI. *Scholares Diœceſis Pragenſis*, utrique, *tam ſub una, quam ſub utraque communicantes ſpecie*, habilitate & idoneitate ipſorum præſuppoſita, *ad ſacros Ordines promoveantur & ordinentur*: nihil tamen per hoc, cauſæ & praxi Communionis eorum derogando. Tamen quia licentia per ſacrum *Concilium Baſilienſe*, omnibus tam in *Regno quam Marchionatu Moraviæ* conſtitutis, dabitur, *ſub utraque ſpecie communicandi*, *Epiſcopi Olomucenſis* ſcilicet, & *Luthomislenſis*, populum Laicalem, deſiderantem *ſub utraque ſpecie* tenebuntur communicare, promovebuntque Scholares, & ad ſacros ordines conſecrabunt, habilitate eorum præſuppoſita, qui vellent populum Laicalem *ſub utraque ſpecie* communicare. Et diſponere tenebuntur ſacerdotes ad loca ſuarum Diœceſium, in quibus præfata Communio annis elapſis ſervabatur, qui ſic populum, ut præmittitur, *ſub utraque ſpecie* communicabunt. Et Plebani, ſi quis ad proprias redire cum ſcitu & conſenſu ſui Diœceſani voluerint parochias, populum ſub duplici ſpecie communicabunt, qui populus ſic communicavit, & in locis in quibus præfata ſervabatur communio. Quod ſi non fecerint, non ſunt tolerandi, ſed alii, qui *ſub duplici ſpecie*

cle communicarent populum Laicalem, per Diœceſanum vel per alios ad quos pertinet, in loca illorum ſubſtituendi. Iſta nos tenere præſentibus affirmamus, & pollicemur in verbo Cæſareo, præfatis Ambaſiatoribus ac *Regno Bohemiæ & Marchionatui Moraviæ*, quod in omnibus & ſingulis ſupraſcriptis capitulis cum eis remanebimus, Volumuſque, ut per Nos, & *Noſtros Succeſſores* in futurum pro perpetuo, ſingula eis teneantur & plene conſerventur. B Nos quoque apud ſacrum Concilium, ac A Dominum noſtrum ſummum Pontificem & alibi ubicunque expediens fuerit, omnem operam & curam adhibebimus, ut præfati articuli ſuum effectum realiter ſortiantur. Nec *in Regno noſtro ac Marchionatu* aliter 100 fieri permittemus. Quin imo ſi quis *Regnum & Marchionatum* in his turbare quomodolibet attentaverit, ipſis pro executione eorundem effectualiter aſſiſtemus, dolo & fraude ceſſantibus quibuſcunque. Datum, &c.

173

LXIX.

Executoria Dominorum Legatorum ſuper

Compactatis data Bohemis, & expedita in forma quæ ſequitur,

anno 1436.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt amator pacis & veritatis, & pro unitate Chriſtiani populi preces porrexit ad patrem. Nos *Philibertus*, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia *Epiſcopus Conſtantienſis Provinciæ Rothomagenſis*: *Joannes de Polomar*, *Archidiaconus Barchinonenſis*, Apoſtolici Palatii cauſarum auditor, Decretorum Doctor: *Martinus Bernerii*, Decanus Turonenſis: *Tilmannus Præpoſitus ſancti Florini de Confluentia*, D *Decretorum Doctor*: *Ægidius Carlerii Decanus Cameracenſis*, & *Thomas Haſelbach*, *ſacræ Theologiæ profeſſor Vienenſis*: Sacri Generalis *Concilii Baſilienſis ad Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ*, Legati deſtinati, authoritate ſacri Concilii recipimus & acceptamus unitatem & pacem, per dictos *Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ* acceptas factas & firmatas, ſecundum quod utrique parti conſtat, per E literas inde confectas, cum univerſo populo Chriſtiano. (α) Tollimus omnes ſententias cenſuræ, & plenariam abolitionem facimus. Item autoritate Dei omnipotentis & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & dicti ſacri Generalis Concilii, pronunciamus veram, perpetuam, firmam, bonam & Chriſtianam pacem dictorum Regni & Marchionatus, cum reliquo univerſo populo Chriſtiano, (β) mandantes F autoritate prædicta, univerſis Chriſtiani orbis Principibus, & aliis Chriſti fidelibus univerſis, cujuſcunque ſtatus, gradus, & præeminentiæ aut dignitatis exiſtant. Quatenus dictis Regno & Marchionatui, bonam, firmam & Chriſtianam pacem obſervent. Neque pro cauſis diſſenſionum, C pro difficultatibus aliquibus circa materias fidei, & quatuor articulorum dudum exortas & agitatas (cum jam ſint per dicta capitula complanatæ) aut pro eo quod communicarunt, communicant, & communicabunt ſub utraque ſpecie, juxta formam dictorum capitulorum, eos invadere, offendere, infamare, aut injuriari præſumant. Sed ipſos *Bohemos* & *Moravos*, tanquam fratres, bonos & Catholicos Eccleſiæ orthodoxæ filios, reverentes & obedientes eidem, habeant & firma dilectione contractent. Hoc declarato expreſſe, quod ſi aliquis contra faceret, non intelligatur pax ipſa violata, ſed debeat fieri de illo emenda condigna. Cumque (prout in dictis capitulis continetur) circa materiam communionis ſub *utraque ſpecie*, ſit hoc modo concordatum, quod dictis Bohemis & Moravis, ſuſcipientibus Eccleſiaſticam unitatem & pacem, realiter & cum effectu, & in omnibus aliis, quam in uſu communionis utriuſque ſpeciei, fidei & ritui 174 univerſalis Eccleſiæ conformibus, illi & illæ, qui talem uſum habent, communicabunt ſub duplici ſpecie, cum autoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti & Eccleſiæ veræ ſponſæ ejus. Et articulus ille in ſacro Concilio diſcutietur ad plenum, quo ad materiam de præcepto. Et videbitur, quid circa illum articulum pro veritate Catholica ſit tenendum & agendum, pro utilitate & ſalute populi Chriſtiani. Et omnibus mature & digeſte pertractatis, nihilominus ſi in deſiderio habendi dictam communionem ſub duplici ſpecie perſeveraverint, hoc eorum Ambaſiatoribus indicantibus, *ſacrum Concilium* ſacerdotibus dictorum regni &

(α) — (β) non extant in Balbino.

gni & *Marchionatus*, communicandi ſub utraque ſpecie populum, eas videlicet perſonas, quæ in annis diſcretionis reverenter & devote poſtulaverint, facultatem pro eorum utilitate & ſalute, in domino largitur; Hoc ſemper obſervato, quod ſacerdotes ſic communicantibus ſemper dicant, quod ipſi debent firmiter credere, quod non ſub *ſpecie panis caro tantum, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantum, ſed ſub qualibet ſpecie* eſt integer & totus Chriſtus. Et juxta dictorum Compactatorum formam, dictis Bohemis & Moravis, ſuſcipientibus Eccleſiaſticam unitatem & pacem realiter & cum effectu, & in omnibus aliis, quam in uſu communionis utriuſque ſpeciei, fidei & ritui univerſalis Eccleſiæ conformibus, illi & illæ; qui talem uſum habent, valeant communicare ſub duplici ſpecie, cum autoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Eccleſiæ veræ ſponſæ ejus. Hoc expreſſe declarato, quód per verbum fidei, ſupra & infra poſitum, intelligunt & intelligi volunt veritatem primam, & omnes alias credendas veritates, ſecundum quod manifeſtantur in ſcripturis ſacris, & doctrina Eccleſiæ ſane intellectis. Item, cum dicitur de ritibus univerſalis Eccleſiæ, intelligunt & intelligi volunt, non de ritibus ſpecialibus, de quibus in diverſis provinciis diverſa ſervantur, Sed de ritibus, qui communiter & generaliter circa divina ſervantur. Et quod poſtquam nomine Regni & Marchionatus in univerſitate hoc ſuſcipietur, ſi aliqui in divinis celebrandis non ſtatim ſuſcipiant ritus, qui generaliter obſervantur, propterea non fiat impedimentum pacis nec unitatis.

Idcirco Reverendis in Chriſto Patribus, Archiepiſcopo Pragenſi, & Olomucenſi & Luthomiſlenſi Epiſcopis, qui ſunt vel qui pro tempore erunt univerſis & ſingulis Eccleſiarum Prælatis, curam habentibus animarum, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus illis perſonis, quæ uſum habent communicandi ſub duplici ſpecie, juxta formam in dicto capitulo contentam, ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum ſub duplici ſpecie, requiſiti, prout ad unumquemque pertinet aut pertinebit in futurum, miniſtrent, & pro neceſſitate
175 plebis, ut non negligatur, faciant miniſtrari, & his nullatenus reſiſtere aut contraire præſumant. Scholares quoque, qui communicaverunt & deinceps juxta dictorum capitulorum formam communicare volent. Et etiam cum promoti fuerint, & ad eos ex officio pertinebit aliis miniſtrare ſub duplici ſpecie, propterea a promotione ad ſacros ordines non prohibeant, ſed ſi aliud Canonicum non obſiſtat, eos rite promoveant eorum Epiſcopi. Quod ſi quiſquam contra hoc facere præſumſerit, per ejus ſuperiorem debite puniatur, ut pœna docente cognoſcat, quam grave ſit, autoritatem ſacri Concilii generalis habere contemptam. Univerſis quoque & ſingulis cujuſcunque ſtatus, præeminentiæ aut conditionis exiſtant, præſentium tenore diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus dictis Bohemis & Moravis, ſervantibus Eccleſiaſticam unitatem, & utentibus communione ſub duplici ſpecie, modo & forma prædictis, nemo audeat improperare, aut eorum famæ vel honori detrahere. Item, quod Ambaſiatores dicti Regni & Marchionatus, ad ſacrum Concilium, Deo propicio, fæliciter dirigendi, & omnes, qui de eodem Regno vel Marchionatu, dictum ſacrum Concilium adire voluerint, ſecure poterunt, ordinato & honeſto modo proponere, quicquid difficultatis occurrat, circa materias fidei, Sacramentorum, vel rituum Eccleſiæ, vel etiam pro reformatione Eccleſiæ in capite & in membris. Et Spiritu ſancto dirigente fiet, ſecundum quod juſte & rationabiliter, ad Dei gloriam, & Eccleſiaſtici ſtatus debitam honeſtatem fuerit faciendum. Item, recognoſcimus in geſtis apud *Pragam* in ſcedula, quæ incipit. Hæc ſunt reſponſa acta per Reverendum in Chriſto patrem Dominum *Philibertum*, &c. Hanc reſponſionem ſcriptam. Primo dixerunt, quod non eſt intentionis ſacri Concilii, permittere communionem ſub duplici ſpecie permiſſione tolerantiæ, vel ſicut Judæis permiſſus fuit libellus repudii. Quia cum ſacrum Concilium viſcera maternæ pietatis exhibere dictis Bohemis & Moravis intendat, non eſt intentionis Concilii, permittere tali promiſſione, quæ peccatum non excludat. Sed taliter elargitur, quod autoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Eccleſiæ veræ ſponſæ ſuæ ſit licita, & digne ſumentibus utilis & ſalutaris. Quoniam ita concordati ſumus cum Gubernatore, Baronibus & aliis, quod per illas formas in hac & in alia litera conceptas & ſcriptas, dicta Compactata ad executionem deducantur, & in illis formis ambæ partes reſedimus. Item, in literis ab utraque parte ad invicem apponantur in teſtimonium ad partium petitionem Sigilla Sereniſſimi Domini Imperatoris, & Illuſtriſſimi Domini *Ducis Auſtriæ Alberti*: Ambaſiatoribus *Regni Bohemiæ ad ſacrum Concilium deſtinandis*, dabimus ſalvum condu-

ctum

ctum eo modo, quo dedimus Dominis *Matthiæ*, *Procopio & Martino*. Dabi-
176 mus Bullam ſacri Concilii, in qua inſerentur Compactata & confirmabuntur. Item aliam Bullam, in qua inſeretur litera pro executione Compactatorum, per nos facta cum ratificatione. Quando datæ fuerint nobis literæ Regni, & facta fuerit obedientia; nos dabimus literam, per quam promittemus, quod quam cito commode poterimus, procurabimus habere a ſacro Concilio, dictas duas Bullas. Et hæc litera erit munita ſigillis Regni, & Sereniſſimi Domini Imperatoris, & Illuſtriſſimi Domini Ducis in teſtimonium. Simili modo petimus ſalvum conductum, ſi nos vel aliqui ex nobis, velint tranſire ad Regnum. In quorum fidem & teſtimonium, Nos *Philibertus Episcopus Conſtantienſis* præfa-
A tus: *Joannes de Polomar auditor*: & *Tilmannus Præpoſitus S. Florini*, vice & nomine omnium aliorum Collegarum noſtrorum, in abſentia ſuorum Sigillorum, præſentes has literas dedimus, ſigillorum noſtrorum munimine roboratas. In alio autem Codice ſic habetur. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium, has noſtras literas Sigillis noſtris fecimus communiri. Et ad majorem evidentiam,
B robur & firmitatem, Sigilla Sereniſſimi Domini *Sigismundi Romanorum Imperatoris*, & Illuſtriſſimi Principis Domini *Alberti Ducis Auſtriæ*, & *Marchionis Moraviæ*, ad inſtantes preces noſtras ſunt præſentibus appenſa. Datum *Iglaviæ Olomucenſis Diœceſis*, *die quinta Menſis Julii*, *Anno Domini* M. CCCC. XXXVI.

LXX.

Sigiſmundi Imperatoris Auguſti Confirmatio

articulorum cum Huſſitis concordatorum per legatos Synodales, *anno 1436*.

S*IGISMUNDUS* divina favente clementia *Romanorum ſemper Auguſtus*, *ac Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ &c. Rex*.

Notum facimus tenore præſentium univerſis, quod ab alto nobis commiſſum officium, tunc recte indubitanter exequimur, cum in his, quæ ad fidem Catholicam pertinent, ſanctæ matri Eccleſiæ ipſiuſque ordinationibus inhærentes, pro earum obſervantia & executione partes noſtræ ſollicitudinis adhibemus. Cum itaque inter Legatos ſacri generalis Concilii, quod *Baſileæ* in Spiritu ſancto legitime celebratur, nomine & autoritate ipſius ſacri Concilii, & generalem Congregationem Regni noſtri *Bohemiæ* & Marchionatus *Moraviæ*, pro unitate & pace quædam Capitula concordata fuerunt, & manuum ſtipulatione firmata, debeantque Sigillorum munimine roborari, & ad executionem deduci, juxta formam in noſtri præſentia *Brunnæ* con-
C cordatam, & nunc noviter coram nobis a partibus recognitam & confeſſatam. Nos rei tam utili ac ſalutari officii noſtri partes volentes autore Domino impartiri, Deoque & fidei Catholicæ obſequium reddere, omnipotenti Deo & ſanctæ matri Eccleſiæ promittimus, & vovemus, quod poſtquam ipſa compactata fuerint, ut præmittitur, roborara, nos ea firmabimus & roborabimus & ſervari faciemus pure, ſimpliciter,
D & ſyncere, juxta ſanum & bonum intellectum eorum, nec permittemus ea in aliquo violari, vel eis abuti, nec permitemus aliquem ad communionem *ſub utraque ſpecie* coarctari, vel compelli quoquo modo in præjudicium compactorum. In cujus rei teſtimonium, ſigillum Majeſtatis noſtræ præſentibus eſt appenſum. Datum in *Alba Regali*, *Veſprimenſis Diœceſis*, *A. D.* M. CCCC. XXXVI. *die* VIII. *Januar*. *Regnorum no-*
E *ſtrorum anno Hungariæ*, *&c.* XLIX. *Romanorum* XXVI. *Bohemiæ* XVI. *Imperii*. *vero* III.

LXXI.

Literæ Concordiæ Thaboritis conceſſæ,

anno 1436.

A*NNO a Nativitate Domini* M. CCCC. XXXVI. *die Dominica ante feſtum S. Elizabeth*, facta eſt concordia
F per illuſtrem Principem, Dominum *Ulricum Comitem Ciliæ*, ac generoſos Dominos, Dominum *Ulricum de Roſenberg*, Domi-

Dominum *Aleſs de Sternberg*, Dominum A
Hintze de Pirgſtein Magiſtrum Curiæ, Dominum *Caſpar* Cancellarium, Dominum *Haſſek de Walſtein*, Dominum *Arneſtum de Wlaſſim*, Dominum *Przibik de Clenaw*, *Joannem de Cunwald* Camerarium: Inter Invictiſſimum Principem & Dominum, Dominum *Sigiſmundum*, Dei gratia *Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Ungariæ, Bohemiæ, &c. Regem*, ex una, & honorabiles ſacerdotes *Bedericum de* B
Straznic, *Nicolaum de Pelhrzymaw* dictum Epiſcopos, *Wenceslaum Corandam* cum aliis eorum partis ſacerdotibus ac providis, Magiſtro civium & tota communitate montis *Thabor*, ac eis adhærentibus, parte ex altera: Primum, quod Dominus *Bedericus* cum aliis ſacerdotibus ſibi adhærentibus, & cum illa *Hradicenſi* commu-
177 nitate, a lege Dei & a ritibus, quibus hactenus circa divina utebantur, per violen- C
tiam trahi non debent. Arbitrorum tamen quatuor, ex parte utraque electorum, quicquid pronunciatum fuerit ſecundum judicem in *Egra* Compactatum, dictamini ſtare utrique debent, modo & forma, ex unanimi conſenſu, de condeſcenſu in arbitros Magiſtrorum *Pragenſium* ex una, & ſacerdotum *Thaborienſium* parte ex altera, in literis utriuſque partis expreſſis. Hoc etiam ſignanter eſt expreſſum & concordatum, ut dicti *Thaborienſes* habeant debitam, pacificam & ſecuram audientiam, & quicquid per præfatos arbitros pronunciatum fuerit, ſecundum Judicem antedictum, ut utiliter hoc ejus ſerenitas, ipſiusque ſucceſſores eos vexari non permittant. Item, quicquid his temporibus pro eadem cauſa contra ejus Majeſtatem, a dictis ſacerdotibus & a communitate actum eſt, hoc totum tranſire debet. Et ejus Majeſtas nunquam hoc eis in temporibus futuris in malum refricare debet. In teſtimonium omnium prædictorum pactorum, nos concordatores ſuperius nominati, noſtra propria ſigilla præſenti literæ appendi fecimus. Quæ eſt data *Pragæ*, *anno & die præſcriptis*.

LXXII.

Literæ Magiſtrorum Pragenſium ſuper IV. arbitris, anno 1436.

IN nomine Domini, Amen. Ego Ma- D
giſter *Joannes de Rokyzana*, *electus Archiepiſcopus Eccleſiæ Pragenſis*, meo ac aliorum Magiſtrorum ac ſacerdotum mihi adhærentium nomine, notum facio omnibus & ſingulis, literam hanc inſpecturis, aut legi audituris, quod cum Domino *Bederico de Straznic*, ſuiſque ſacerdotibus *Thaborienſibus* & ſibi adhærentibus, pro materiis ſpiritualibus & ritibus, pro quibus fuit difficultas noſtra cum illis, E
annis his bellicoſis, circa divina: condeſcendimus & vigore præſentium literarum finaliter condeſcendimus in concordatores & arbitros quatuor, per nos & Dominum *Bedericum* cum ſuis ſacerdotibus, ex unanimi conſenſu electos, videlicet, in Magiſtrum *Petrum Anglicum*, & ſacerdotem *Martinum de Chrudim*, Epiſcopum electum, & in Magiſtrum *Wenceslaum de Drachow*, ac in Magiſtrum *Buzkonem*. In F
quos conſenſimus, & vigore præſentium literarum conſentimus, ac plenariam poteſtatem damus, quatenus ipſi, ad Deum & ſalutem proſpicientes populorum, pro rebus ſpiritualibus & ritibus circa divina, pro quibus inter nos & illos, annis his exstiterat, ſecundum judicem inter nos & Prælatos *Baſilienſes in Egra* Compactatum, finaliter in quatuor temporibus, in quadrageſima proxime affuturis, pronuncient & 178
declarent. Et ego Magiſter *Joannes* ante dictus, meo & aliorum ſacerdotum mihi adhærentium nomine, promitto bona fide, abſque omni dolo, pro me ipſo & aliis ſacerdotibus mihi adhærentibus, huic, quod ſecundum judicem ſupranominatum pronunciaverint, conſentire & aſſueſcere, atque hoc ſuſcipere corde, ore & opere. In robur & teſtimonium horum omnium Ego ſupradictus Magiſter *Joannes*, & mecum Magiſtet *Chriſtianus de Prachatitz*, & Magiſter *Joannes de Przibram*, ſigilla noſtra propria dedimus literæ huic ſponte applicari. Datum *in Praga*, *Anno Domini* M. CCCC. XXXVI. *feria ſexta poſt Martini.*

LXXIII.

LXXIII.

Tenor Literarum Sacri Concilii,

anno 1436.

SACRA *generalis Synodus Baſilienſis* in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, venerabili *Philiberto Epiſcopo Conſtantienſi*, & dilectis Eccleſiæ filiis *Joanni de Polomar*, &c. Salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Cum vos ad partes *Bohemiæ & Moraviæ* Legatos noſtros duxerimus deſtinandos cum plenaria poteſtate, prout in aliis noſtris inde literis continetur, in quibus cum dicatur, quod omnem vobis in dictis partibus poteſtatem & Juriſdictionem Eccleſiaſticam conceſſerimus. Ne generalitas hæc ambiguitatem valeat generare, harum ſerie declaramus prædicta vobis ſeu tribus aut duobus conceſſam, cauſſas omnes & lites civiles, criminales & ſpirituales, ad forum Eccleſiaſticum pertinentes per vos A aut alios, audiendi, decernendi, ſeu de delictis inquirendi, ſeu delinquentes puniendi, vel cum eis (ſi vobis viſum fuerit) diſpenſandi, quæcunque beneficia conferendi, etiamſi forent ad ſedem Apoſtolicam devoluta: Et generaliter omnem juriſdictionem voluntariam & contentioſam, & poteſtatem Eccleſiaſticam exercendi, in toto *Regno Bohemiæ* & *Marchionatu Moraviæ*. Quam habent & habere ſolent B Legati Cardinales a latere ſummi Pontificis deſtinati: Volentes & decernentes, quod facultates in prædictis noſtris literis vobis datæ, non cenſeantur per hanc in aliquo diminutæ, ſed illas ſimul & iſtas volumus in pleno robore permanere. Datum *Baſileæ* III. *Idus Martii, anno Domini* M. CCCC. XXXVI.

LXXIV. 179

Tenor Literarum Imperatoris, & Ducis Alberti, anno 1436.

SIGISMUNDUS Dei gratia *Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Ungariæ & Bohemiæ, &c. Rex.* Et *Albertus* eadem gratia *Dux Auſtriæ & Marchio Moraviæ*, &c. Notum facimus præſentibus univerſis, quod propter exortas quaſdam emergentias in materia mandati Reverendo in Chriſto Patri *Philiberto, Epiſcopo Conſtantienſi* & Collegis ſuis, Legatis ſacri Generalis Concilii dati, inter ipſos Legatos ejuſdem ſacri Generalis *Concilii Baſilienſis*, parte ex una, & inclytum *Regnum Bohemiæ* & *Marchionatum Mora-* C *viæ*, parte ex altera: promiſimus & tenore præſentium promittimus, in verbo Cæſareo, ſicut & ipſi Legati coram vobis promiſerunt, quod infra hinc & feſtum ſancti Michaëlis proxime venturum, dicti ſacri *Concilii Baſilienſis* Legati, mandati literas plenam & omnimodam facultatem continentes, a dicto ſacro Concilio diſponent, & in effectum ordinabunt, nec non ad manus Nobilis *Alzouis de Ryzenberg*, *alias* D *Wrzeſtiow*, Gubernatoris Regni Bohemiæ infra ſubſcripta reponent.

Tenor literarum Concilii.

SACRA *generalis Synodus*, &c. Venerabili *Philiberto*, &c. Cum vos ad inclytum *Regnum Bohemiæ* & *Marchionatum Moraviæ*, pro continuandis & Deo proprio fæliciter concludendis pacis & unitatis tractatibus, duxerimus deſtinandos, vobis omnibus & majori parti veſtrum omnium, ſi forſan aliquos contigerit impediri, coram congregatione generali *Regni Bohemiæ* & *Marchionatus Moraviæ* vel Ambaſiatoribus eorundem, communiter vel diviſim, aut cum deputandis ab eis, E nec non cum quibuſcunque Baronibus, Communitatibus vel deputandis ab eis, ac etiam cum clero dictorum Regni & Marchionatus & cujuſvis civitatis, ac aliis etiam etiam perſonis, ſi & prout vobis videbitur expedire, omnia ad pacem & unitatem accommoda (ſalva fide & honeſtate Eccleſiæ) explicandi, proponendi, colloquendi, concordandi & concludendi: Ut ea, quæ per quoſdam ex vobis tunc legatione fungentes, cum generali congregatione dictorum Regni & Marchionatus, concordata & con-

cluſa fuerint, executioni demandentur, & A pax & unitas effective procedat, & ipſa concordata & concluſa firmandi & roborandi, & ea executioni debitæ demandandi, & generaliter omnia & ſingula facienda, quæ pro pace & unitate dictorum Re-
180 gni & Marchionatus & habitantium in eis, cum reliquo populo Chriſtiano, vel pro bono & tranquillo ſtatu illarum partium, vobis videbitur expedire: Etiamſi majora & graviora eſſent ſuperius expreſſa, quam B ea quæ in præſenti mandato continentur, & quæ mandatum ſpeciale & expreſſum exigerent, quæ omnia in præſenti habere volumus pro expreſſis: plenam & liberam concedimus facultatem, ratumque & gratum ac firmum habebimus, quicquid a nobis vel majori parte (ſi reliquos contigerit impediri) actum fuerit ſive geſtum. Et faciemus authore Deo, ab omnibus inviolabiliter obſervari. Datum III. *Idus Martii. Anno a nativitate Domini* MCCCCXXXVI. In cujus rei teſtimonium & fidem, Nos *Sigiſmundus Imperator & Dux Auſtriæ* præfati, Sigilla noſtra huic literæ appendi juſſimus. Datum *Iglaviæ*, III. *die Menſis Julii*, *Anno Domini* MCCCCXXXVI.

LXXV.

Copia Mandati ad Subditos Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ pro pace ſervanda,

anno 1436.

NOS *Alzo de Ryſſenburg*, alias de C *Wrzeſtiow*, *Gubernator Regni Bohemiæ*, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, *Praga* civitas & cæteræ civitates, Generalem congregationem incluti *Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ* facientes & repræſentantes. Univerſis & ſingulis ſubditis & incolis præfatorum *Regni & Marchionatus*, cujuſcunque ſtatus & conditionis exiſtant, qui ſunt de parte noſtra affectu omnis boni, vario D cum genere complacendi præporrectis. Cum propter aliquas difficultates, circa materias fidei & quatuor articulorum exortas, inter nos & convicinos noſtros, tam extra quam intra *Regnum & Marchionatum* conſiſtentes, bella diutius fuerint agitata, & jam per Dei gratiam, inter Legatos ſacri generalis Concilii & generalem congregationem dicti Regni, ſit facta concordia, & nos pacem, qui promiſimus pro E dictis cauſis & articulis ſuſcipere, & inire volentes cum univerſo populo Chriſtiano, ſive intra Regnum ſive extra ſiſtente, per fidem & honorem noſtrum, omni dolo & fraude ceſſante, ſuſtepimus. Idcirco vobis omnibus & ſingulis per præſentes præcipiendo mandamus, quatenus bonam, Chriſtianam, firmam, & perpetuam pacem ſervetis & teneatis. Et ipſis ſupradictis & vicinis, tam intra quam extra Regnum, illam nullatenus violetis ſeu violari permittatis: ſed faciatis a veſtris omnibus firmiter obſervari. In horum fidem & teſtimonium, has literas noſtras Sigillo *Regni Bohemiæ* fecimus communiri. Datum *in Iglavia*, XII. *die Menſis Jul. Anno Domini* M. CCCC. XXXVI. *data eſt autem hujus mandati Copia Dominis Legatis, præſente Imperatore*, XV. *die Auguſti*, *Iglaviæ eodem anno.*

LXXVI.

101 *Friderici III. Imperatoris Epiſtola commonitoria ad Eugenium IV. Papam, ne patiatur Regnum Hungariæ heredi pupillo auferri, de anno 1441.*

FRIDERICUS Dei gratia *Romanorum Rex Semper-Auguſtus*, Sanctiſſimo Patri Domino *EUGENIO Papæ Quarto* S.P.D. Etſi non dubitemus, Apoſtolicam Sedem, tanquam veritatis doctricem, juſtamque vitæ magiſtram, quorumlibet juribus favorabilem eſſe, nullique prorſus injuriam facere, quia F quicquid ab ejus ſolio manat, juſtitiæ lancibus libratur & æquitatis: non tamen ab re fore putamus aliqua per nos ſcribi Beatitudini Tuæ, quibus *jus Sereniſſimi Principis Ladislai Ungariæ Regis*, patruelis noſtri chariſſimi, pueri pupilli & orphani commendatum efficiamus, & eorum, qui ficta pro veris referunt, impiis reſiſtamus conatibus.

conatibus. Sat enim tua Beatitudo, patruelem noſtrum præfatum, qui poſt obitum vitæ (divæ memoriæ) patrui & anteceſſoris noſtri *Alberti Romanorum atque Hungariæ Bohemiæque Regis*, in utero materno poſthumus remanſerat, ut primum natus fuit, & ſacri fontis unda renatus, adhibitis ex more ſolennitatibus, *veram Vngariæ & ſcientiam ſuſcepiſſe coronam*. Nunc autem, ſicut accepimus, magnopere quidam inſtant, ut tua Sanctitas titulum Regni hujus in alium transferat, multa illinc emolumenta tum Sanctitati tuæ, tum Regno præfato provenientia dicentes, quæ licet nullatenus Apoſtolicum movere credamus, quia nullum commodum eſt tam ingens, pro quo bene vendi juſtitia poſſit, mirandus tamen eſt eorum conatus, qui ex alieno incommodo, ſuum quærentes commodum, altiſſimi ſanguinis puerum & *paterno & avito regno cupiunt ſpoliare.* Iniquum profectò & abominabile ſcelus. Fecerit enim alius quivis magnalia, ſit potens, ſit aptus regimini, ſit per aliquos acceſſitus; volumus iſta diſcutere, nec cum injuria volumus loqui cujuſquam: nulla tamen ratio ſuadet, *huic puero ſuum adimi regnum*, qui ſi propter ſe non eſſet magni putandus, ei tamen propter facta paterna, univerſa Chriſtianitas favorabilis eſſe deberet. Quis enim noſtri temporis homo eſt, qui patris hujus glorioſos conflictus, tum contra *Turcos*, tum contra *Huſſitas* non audiverit? Debent præterea & huic puero favorem præbere avi ſui clariſſima geſta, & illa *Eccleſiæ unio Conſtantiæ* reparata, tum vero & *Caroli Quarti*, *& Henrici ſeptimi*, quorum *ultimus hic ſanguis* eſt memoria Cæſarum. Tacemus inclytæ *domus noſtræ Auſtralis* opera, tam pro Imperio quam pro Eccleſia, in favorem fidei per noſtros & hujus pueri progenitores edita. Quis tandem non compati deberet innocenti puero parentibus orbato, *vero Vngariæ Regi ac hæredi?* Inſanæ profectò mentis & animi trucis ſunt, ac totius hoſtes juſtitiæ, 102 qui tam generoſum puerum *regno privare*, *& jus tam clarum conculcare* nituntur. Sciunt tamen & illi ipſi, qui talia petunt, inhumanum eſſe quod optant, atque idcirco extinctum puerum, & nuſquam inveniri confingunt, ut vel hoc colore Regni titulus in alium derivetur. Sed aliud reperitur. Vivit enim *Rex Ladislaus*, ac fauſta & felici fruitur ſoſpitate: ſcitus puer atque formoſus. Is eſt in *Nova civitate vicinus Vngariæ*, adirique ab hominibus poteſt, qui ejus viſendi ſunt cupidi. Spes & noſtra & omnium eſt, anteceſſorum ſuorum virtutes in hoc puero revicturas. Quæ omnia Tuæ Beatitudini recenſemus, ne per ſiniſtras ſuggeſtiones aliquid ex Curia tua valeat extorqueri, quod huic patrueli noſtro poſſit eſſe nocivum, utque puerum iſtum omnibus Imperii Principibus ſanguine junctum, Apoſtolicæ Sedis favore Tua Sanctitas proſequatur. Sic igitur hic Rex pupillus in tuo conſpectu recommendatus, ſit ante oculos tuæ mentis ſua generoſitas, ſua ætas, ſua puritas, ſuorum memoria prædeceſſorum, & *hujus juſtitiam*, ex qua non inanis & ficta, ſed vera & ampla utilitas Apoſtolicæ Sedi redundare poteſt, amplecti atque tueri velis, Datum *Viennæ*.

LXXVII.

111 *Articuli editi per Magiſtros & Clerum Pragenſem, ac Dominos Conſules Communitatum Pragenſium, Feria quarta ante Feſtum S. Viti: anno 1442.*

VT compactata cum Eccleſia ſancta ab omnibus efficaciter teneantur.

Vt omnes Prædicatores affirment, Communionem utriuſque ſpeciei eſſe veram, utilem & ſalubrem.

Vt nullus audeat prædicare, quod tantum ſumitur ſub una ſpecie, quantum ſub utraque. Cum hoc ſit contra communicantes ſub utraque ſpecie.

Vt nullus audeat porrigere ſub una ſpecie publice vel occulte.

Vt omnes plebani manu propria communicent populum, ſub utraque ſpecie.

Vt ſic communicantes nullus audeat quovis modo diffamare, puta, hæreticos aut ſchiſmaticos dicere, ſed ab omnibus teneantur pro fidelibus Chriſtianis.

Vt omnes Sacerdotes *Pragenſes* & Monachi, ſint ſub obedientia Magiſtri *Przibram* & Magiſtri *Procopii*. Si autem quiſpiam nollet, non debeat foveri.

LXXVIII.

Reſponſum Cardinalis S. Angeli, Legati de Latere, ad articulos ſibi oblatos per Generalem congregationem Regni Bohemiæ, XI. die Maji, Feria ſexta ante Feſtum Pentecoſtes: anno 1448.

MAgnifici, Illuſtres, Generoſi, Spe- A ctabiles, famoſi & prudentes Domini: Pridie Illuſtres Dominationes Veſtræ, obtulerunt mihi duos articulos: Primum, de Compactatis cum *Concilio Baſilienſi* & ratificatione ipſorum. Secundum, de confirmatione & conſecratione Archiepiſcopi ad Eccleſiam *Pragenſem*. De primo igitur videlicet de Compactatis, quia heri tarde per Magnificum Dominum *Georgium* ſunt mihi obla- B ti, & nondum ſuper his deliberavi (ſed tamen cum conſilio veſtro, pro bono pacis hujus Regni inclyti, deliberare volo) pro hac vice loqui non intendo. Sed de ſecundo, videlicet de conſecratione Archiepiſcopi, quia dimiſſis aliis, primum de religione inſtatis, deſiderium veſtrum in eo laudandum eſt. Nam poſt Dominum Apoſtolicum primus in dignitate eſt Archiepiſcopus, & eſt magnæ dignitatis. Nam C
182 cum Dominus Papa ſanctiſſimus, qui caput eſt Eccleſiæ totius, primus eſt in dignitate: Archiepiſcopus poſt ipſum, qui caput eſt ſuæ Eccleſiæ & ſuorum Suffraganeorum. Secundus eſt in dignitate, & ab illo Sanctiſſimo Domino Papa gratia redundat in iſtum; prout dicitur in Pſalmo: *Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron: Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus.* Et cum Archie- D piſcopus ſit tam magnæ dignitatis, ideo S. Patres inſtituerunt, ut Archiepiſcopus in civitate Metropolitana, quæ caput eſt & ſedes alicujus Provinciæ, ſuam habeat reſidentiam. Et quia iſta inclyta *Civitas Pragenſis*, quæ eſt caput hujus Regni, digna eſt Archiepiſcopo: conveniens eſt, ut etiam Archiepiſcopus ſit dignus, qui eidem debeat præſidere. Et cum etiam inſtitutione ſanctorum Patrum Sacerdos eſt no- E men magnæ dignitatis, ideo aliquis non debet ordinari vel permoveri in Sacerdotem, niſi habeat ſufficiens beneficium vel patrimonium, quo mediante debite poſſit ſuſtentari, ne nomen ſuum vileſcat, vel ex eo poſſit levipendi. Omnino Archiepiſcopus debet habere ſufficiens Patrimonium, & dotes plurimas, quibus ipſe & ejus familia debeat ſuſtentari. Debet enim Archiepiſcopus, qui caput eſt ſuæ Eccleſiæ, F cui præeſt, habere membra, puta, Capitulum, Officiales, Abbates & Presbyteros in ſua Diœceſi, & illi omnes debent habere dotes, quibus poſſunt debite ſuſtentari. Etiam propter autoritatem, qua fungitur, ut poſſit eam exequi, debet habere dotationem ſufficientem. Nam ſi Archiepiſcopus Capitulum & membra non haberet, eſſet quaſi caput ſine membris, & quaſi monſtrum in natura. Si etiam eſſet pauper, cogeretur fortaſſis mendicare hoſtiatim, & poſſet nomen ſuum vilipendi, nec poſſet debite exequi ſuum officium, prout decet. Et ideo Magnifici Domini, qui Archiepiſcopum optatis, & a religione incepiſtis, in eo eſtis plurimum commendandi. Nam religio eſt tantæ virtutis, quod quaſi ex inſtinctu quodam naturæ ſe allicit & provocat. Gentiles enim, qui colebant deos vanos & adulterinos, ex quodam inſtinctu naturæ, templa magna & ſumptuoſa, pariter & ornata, diis ſuis conſtruxerunt, & ſacerdotes ſuos abundantiſſime dotaverunt. Sperabant enim quod per talia ſacrificia placatis diis, licet falſis, Reſpublica optime diſponeretur. Pharao etiam, qui populum Domini opprimebat, Sacerdotes ſuos honoravit, & bona eorum omnia habere voluit exempta. Et ideo antiqui religionem præpoſuerunt Imperio, ſic, quod poſt religionem Imperium locum habeat. Tempore autem Legis Templum Domini ornatiſſime eſt inſtructum, & ſufficientiſſime dotatum. Et Sacerdotes illi, qui Sacerdotes novæ Legis figurabant, fuerant ſufficienter dotati. Et non ſolum Judæi, ſed & Gentiles, de remotis partibus propter religionem ad hoc Templum veniebant, & magna munera ibi offerebant. Et cum Sacerdotes Gentilium, & illi Sacerdotes veteris Legis: qui tantum ſignificabant Sacerdotes novæ 183
Legis, & ſanguinem taurorum immolabant, cinerem vitulæ aſpergebant: fuerunt ſufficienter dotati, & à populo principaliter honorati, omnino Sacerdotes jam moderni, qui non ſanguinem taurorum, nec cinerem vitulæ immolant, ſed verum corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti conficiunt, ſunt dotandi, & maxime propter hujuſmodi dignitatem honorandi: & templa ſunt conſervanda & ornanda, ad cuſtodiendum

endum corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti. A Et ideo Magnifici & Illuſtres Domini, date operam efficacem, ut illa quæ ſunt ablata Archiepiſcopo & Clero, reſtituantur univerſa, & ſi illa non ſufficiant ad ſuſtentandum, quod magis augeantur, pro ſalute animarum, tranquillitate & concordia hujus regni. Ita etenim in ſæculari dignitate agitur, quod Reges & Principes non conferunt alicui dignitatem, niſi talis fuerit dotatus, quod poſſit eis tali dignitate B ſervire. Et cum iſta Dominationes Veſtræ fecerint, Archiepiſcopus conſecrabitur ad vota veſtra, quod hoc inclytum Regnum erit merito conſolatum. Iſta tractantes inter vos, poſtmodum ſuper his me aviſabitis, & ego cum conſilio veſtro volo facere ſecundum Deum. Ad Dominationes inſuper veſtras Magnificas ex confidentia & animo ſyncero, quam ad hoc regnum inclytum habeo, materiam aliam intendo C dicere, optans, ne mihi adſcribatur, quod in alienam meſſem falcem vellem mittere. Teneor enim hoc facere, ex duplici officio, generali videlicet & ſpeciali. Quia hoc inclytum Regnum Regem habere debet & Principem, per quem, tanquam per unum medium gubernari debeat: Cum per unum tota Reſpub. melius & efficacius regatur quam per plures. Quia hæres, ut frequenter, charitatem & favorem majo- D rem ad ſuos ſubditos habet, quam alii Rectores vel Directores. Et ideo melius regit Rempub. Etenim quod calorem in ſe habet, fortius calefacit. Et quia Dominus pluralitatem Rectorum odio habens, ideo eos deteſtando loquitur, dicens: Paſtores plurimi demoliti ſunt vineam meam. Et e converſo approbans unum Rectorem, dicit: Sit ergo unus Paſtor. Et quia vos Domini Magnifici, pridie optaſtis ratifica- E tionem Compactatorum, magnificaſtis & extuliſtis Sereniſſ. Principem & Dominum, Dominum *Sigiſmundum Imperatorem*, Regem veſtrum uſque ad ſydera. Et cum ipſe fuerit avus, & conſequenter *Rex Albertus*, qui ſibi in hoc Regno ſucceſſit, pater iſtius *Regis Ladislai*, & ipſe ejus filius, ergo & hæres hujus Regni, juxta illud Apoſtoli: Quod ſi filius & hæres per Deum. Et cum ego ſim Legatus a ſanctiſſ. Domi- F no noſtro ad hoc regnum, & eidem Domino Apoſtolico & mihi ex officio incumbit, cauſam viduæ & pupilli promovere. Quia hoc eſt officium cujuslibet Legati a Sede Apoſtolica. De quo dicitur: Pupillo tu eris adjutor. Suadeo igitur, quod hæredem veſtrum non abjiciatis. Nam ſi ſecus feceritis, timendum eſt, ne Dominus Deus fa-

ciat in vos pro illo vindictam. Punit enim illos Deus plagis multis, qui proprium hæredem abjiciunt, aut ſibi inferunt inju- 184
riam. Prout patet per Roboam, qui poſtquam cœpit ſævire in populum, decem Tribus ab eo ſunt amotæ, pro quo magna indignatio Dei venit ſuper eos. Cum enim Dominus ad eos miſerat Prophetam, præcepit, ne comederet nec biberet circa ipſos. Sed quia comedit & bibit circa eos, eum ipſum Leo in via dilaceravit. Deinde Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cum intraret cum Diſcipulis ſuis, ne tranſiret per Samariam, propter hujuſmodi peccatum. Et ideo, cum iſte juvenis Ladislaus eſt verus hæres hujus Regni, inſtandum eſt, quod pro Rege ſuſcipiatur. Et ſi quid Sereniſſimi Regis Romanorum tutoris ejus Majeſtas, quæ facere debuit, non fecit, vel aliqua neglexit, propterea ſecundum jura naturæ, immo ſecundum omnia divina & humana, iſti juveni in ſua hæreditate non poteſt fieri in præjudicium atque damnum, quoniam ipſe ſub tutore eſt tanquam ſervus, & non liber, uſque ad præfinitum tempus, juxta ſententiam Apoſtoli. Quanto tempore hæres parvulus eſt, nihil differt a ſervo, &c. Ideo Magnifici & Illuſtres Domini, conformate vos aliis Regnis Chriſtianis. Agite pro bono concordiæ & pace. Et ſi (ut prædixi) aliqua Sereniſſimi Regis Romanorum tutoris ſui, quæ fuerunt facienda, non fecit, vel aliter fecit quam debuit, vel facere neglexit, ego volo fideliter, tanquam unus ex vobis, operam dare, ut talia emendentur. Et confido clementiæ & pietati ipſius, quod faciet, & exaudiet me in hoc facto. Quod ſi facere nollet, aut forte juſtitiam huic inclyto Regno recuſaret, quod tunc Sedes Apoſtolica ſuper eo eſt imploranda, & Dominus noſter Sanctiſſimus ipſum ad hoc aſtringet, aut huic Regno faciet juſtitiam, vel amicabili tractatu interveniente, vel jure ipſum ad hoc compellendo. Sic enim *Ungariæ Regnum* fecit, quod orta inter eos diſſenſione, pro dicto juvene & inter Serenitatem Regis Romanorum, a Sede Apoſtolica Legatum Mediatorem poſtulaverunt, qui ipſos ad pacis & unitatis concordiam reduceret. Quod ſi facere non poſſet, ad Sedem Apoſtolicam eſſet recurrendum. Et ideo Magnifici Domini, ſic agite pro hærede veſtro *Ladislao*, qui ex ſemine Sereniſſimorum Principum & Regum Romanorum eſt exortus, qui etiam in toto Orbe conſanguinitatem notabilem habere dinoſcitur, prout pacem, unionem & tranquillitatem hujus Regni habere optatis.

Nam

Nam ſi aliter feceritis, odium & inimicitias A omnium conſanguineorum Majeſtatis ejus poſſetis incurrere. Hæres enim veſter eſt. Iſta dicens, quia multa verba poſui, peto, ignoſcant Dominationes Veſtræ. Et ſi aliqua dixi, quæ fortaſſe alicui diſplicerent, confido, cum omnes eſtis Nobiles & Generoſi, quia non imputabitis perſonæ meæ, quia hoc feci ex officio meo, pro bono pacis & concordiæ hujus Regni. Quam pacem & ſalutem nobis præſtare dignetur in ſæcula ſæculorum benedictus Deus, Amen. Iſta tractare velitis inter vos, & ego vobiſcum ſuper his conſiliari volo, quotiens fuerit opportunum. Actum *Feria ſexta* 185 *ante Pentecoſtes, die* XI. *Menſis Maji, Anno Domini* M. CCCC. XLVIII.

LXXIX.

Bulla Nicolai V. ad Capiſtranum:

Anno 1451.

NICOLAUS Epiſcopus, *Servus ſer-* B *vorum Dei*, dilecto filio, *Joanni de Capiſtrano*, Ordinis fratrum Minorum Profeſſori, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum intellexerimus, te in *Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ*, ac partibus illis adjacentibus, Divino tibi aſſiſtente ſpiritu, ſermonibus ac prædicationibus ad populum, vigilanter inſudare & utiliter proficere: Ut univerſorum Chriſti fidelium, qui ad te C pro audiendo verbo Dei confluunt, augeatur devotio, & dono cœleſtis gratiæ uberius ſe conſpiciant refertos, devotioni tuæ omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, quos prædicationibus tuis, celebrationi Miſſarum ac divinis officiis pro tempore intereſſe contigerit, quoties tibi videbitur expedire, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, atque noſtra autoritate, vere pœnitentibus D & confeſſis tres annos & totidem quadragenas, de injunctis eis pœnitentiis, miſericorditer relaxandi, illoſque eiſdem concedendi & pronunciandi. Nec non ut omnes & ſingulas utriuſque ſexus perſonas, quæ ſub utraque ſpecie communicarunt, ac alias erroribus, hæreſi & ſuperſtitione involuti, a ritu & unitate Sanctæ Rom. Eccleſiæ receſſerunt, ſi apertis intelligentiæ oculis, ac per Sacram ſcripturam & doctrinam E tuam illuminati, de tenebris ad lucem veritatis, prædictis erroribus, hæreſi & ſuperſtitione relictis & abjuratis, qui eorum coram te conciliari, uniri & incorporari voluerint Eccleſiæ Romanæ hujuſmodi & Sedi Apoſtolicæ, a quibuſcunque excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, etiam hæreſis, in eos tam a jure quam ab homine promulgatis, quotiens opus fuerit, in foro conſcientiæ duntaxat, autoritate noſtra abſolvendi in forma Eccleſiæ conſueta.

Et cum ſingulis perſonis eiſdem, & præſertim ſpiritualibus vel regularibus, ſuper irregularitate, ſi quam hujuſmodi ſententiis & pœnis ligati, celebrando divina vel immiſcendo ſe illis, non tamen in contemptum clavium, contraxerunt. Quodque in ſuſceptis per eas ordinibus, ipſis tamen per te prius ad tempus, de quo tibi videbitur, ab illorum executione ſuſpenſis, miniſtrare libere & licite valeant, eadem autoritate diſpenſandi. Denique ab eiſdem perſonis inhabilitatis & infamiæ maculam ſive notam per ipſos præmiſſorum occaſione contractam, dicta autoritate abolendi, necnon eaſdem perſonas ad hono- 186 rem, famam & ſtatum priſtinos, in quibus, anteaquam præmiſſa contingerent, erant, plenarie & integre reſtituendi & reponendi, plenam & liberam, tenore præſentium, concedimus facultatem. Datum *Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ* M. CCCC. LI. V. *Calendas Novembris, Pontificatus noſtri anno quinto.*

LXXX.

Epiſtola Nicolai de Cuſa Cardinalis, ad Bohemos: anno 1452.

NICOLAUS miſeratione divina, tituli F *S. Petri ad vincula*, Sacroſanctæ Rom. Eccleſiæ *Presbyter Cardinalis*, Apoſtolicæ Sedis Legatus, Epiſcopus Brixinen-

ſis: Univerſis & ſingulis Nobilibus, vene-
rabilibus, ſtrenuis, honorabilibus, pru-
dentibusque, Baronibus, Prælatis, Mili-
tibus, Presbyteris, Religioſis, Militaribus,
Magiſtris, civium oppidanis, & cunctis
Eccleſiaſticis & ſæcularibus, Inclytum Re-
gnum Bohemiæ & Marchionatum Mora-
viæ inhabitantibus, veræ pacis deſideria
fœliciter adipiſci. Poſtquam divina pietas
ſtatuit (uti firmiter ſperabamus) Regnum
& Marchionatum prædicta hoc tempore ad
obedientiam Sacroſanctæ Romanæ Catho-
licæ Eccleſiæ revocare, ſanctiſſimus Domi-
nus noſter, Dominus *Nicolaus Papa* V. no-
bis curam & ſollicitudinem tam ſancti ope-
ris commiſit, & Legati de latere plenam
tribuit facultatem. Et quoniam nuper ex
Nobilibus Regni ipſius Oratoribus, in Die-
ta Ratiſponenſi, latenter intelleximus, de-
ſideria omnium veſtrorum, divina inſpira-
tione, nunc ad veram & effectualem unio-
nem inclinari. Et quod ea propter Apo-
ſtolicam Legationem in Regno ipſo conſti-
tui optatis, pro complemento tam ſancti
propoſiti, mox operam dedimus, ut hoc
Summo Pontifici noſtro quam ocyſſime in-
noteſceret. Et quoniam ad rem ipſam
fœliciter conducendam, neceſſe eſt, ut
ante acceſſum Apoſtolici Legati ad Re-
gnum, de mente ſingulorum aut ſaltem
majoris & ſanioris partis inhabitantium,
quoad puram, veram & effectualem obe-
dientiam & ſubjectionem, ſimus certiores
facti. Nam niſi eſſet propoſiti veſtri, vos
velle conformare progenitoribus veſtris, qui
ante hanc differentiam Catholicam vitam
duxerunt, qui fidem Orthodoxam ab A-
poſtolicâ Sede atque Privilegia Metropoli-
tanæ Sedis & generalis ſtudii, pro ſua de-
votione & obedientia, ad matrem ſuam,
ipſam ſcilicet Sedem Romanam meruerunt:
Quemadmodum & alia Chriſtiana Regna,
quæ adhuc in eadem obedientia perſeve-
rant, ſupervacue Apoſtolicus Legatus in-
quietaretur: Et re non peracta, in non
parvum omnium veſtrorum dedecus redi-
ret. Ideo ut experiamur, quem fructum
introitus Legati efficere queat, honorabi-
187 lem *Joannem Dorſenit*, præſentium Lato-
rem, Capellanum noſtrum devotum ac di-
lectum, ad vos omnes & ſingulos tranſmi-
ſimus. Cui dedimus in mandatis, ut in
his noſtris patentibus literis oſtenſis, uniuſ-
cujusque mentem & intentionem inveſti-
get, circa jam dictam obedientiam præ-
ſtandam, & quæ circa ipſam atque ſecurum
acceſſum Apoſtolici Legati fuerint oppor-
tuna, prout de hoc per nos latius eſt infor-
matus. Quare rogamus vos, & in Domi-
A no exhortamur, ut ipſum Capellanum no-
ſtrum admittere, benigne audire, & quæ
mente geritis, ſcripto pateſacere velitis.
Nec putetis nos a vobis rem magni ponde-
ris leviter exigere. Nam cum impoſſibile
ſit, veram pacem eccleſiaſticam conſtitui
poſſe, quam diu non eſt omnimoda con-
formitas corporis & membrorum. Tur-
pis enim eſt omnis pars, quæ toti non con-
gruit. Hinc in ea re, ubi, qui non eſt cum
B univerſali Eccleſia, contra eam eſſe conſtat,
neceſſe eſt, pure & ſimpliciter, abſque pa-
cto & conditione omnium conformitatem
obedientiæ amplecti. Neque quendam mo-
veat, quod, cum Oratores tunc *Baſilien-
ſis Concilii*, de pace eccleſiaſtica Pragæ tra-
ctarent, ad compactiones deventum ſit.
Nam experimento compertum eſt, modum
illum integram pacem & unitatem cum
Sancta Romana Eccleſia non effeciſſe. Quæ
C cum ſit piiſſima mater omnium fidelium,
nulli redeunti, quem in fide genuit, gre-
mium claudere poteſt, & omnia, quæ filii
ſui poſtulant, ſi ſalutaria ſunt, liberaliter
concedit. Sicut enim mater ipſa per quæ-
cunque pacta non poſſet trahi ad conſen-
tiendum in iis, quæ filiorum ſuorum ſalu-
ti ſciret obviare: ita etiam quæ ſalutis ſunt
ſine pactis, aſſenſum nequit denegare. Et
infra: Nolite igitur tales pro fratribus ho-
D norare, qui ſe matris veſtræ filios nomina-
ri verecundantur. Aperite quæſo oculos,
& conſiderate unde excidiſtis, & quo per-
ducti eſtis, & per quos, & credite plus
matri veſtræ (a quo omnia, quæ ſalutis &
honoris ſunt, recepiſtis) quam ſeductori-
bus illis, qui adeo cæci ſunt, quod lumen
non vident: adeo beſtiales, quod matrem
non cognoſcunt. Parvi facite omnia, quæ
ipſi de Compactionibus ingerunt. Nam
E ad illorum ſciolorum confuſionem Deus il-
las ſic fieri permiſit. Neque religioſus fra-
ter *Joannes de Capiſtrano*, vir utique zelum
Dei habens cum ſcientia. Nec alius quiſ-
quam aſſerit, Compactiones hæreſim in ſe
continere, ſed conſtanter negatur, in eis
talia concedi, quæ vobis falſo ſuggeruntur.
Poteritis, ſi volueritis, ex Compactioni-
bus ipſis ſeductores veſtros facile convin-
cere. Nam cum extra univerſalem Eccle-
F ſiam, quæ Catholica Græcè dicitur, non
ſit ſalus, & ut ipſi negare non poſſunt, vi-
dete in Compactionibus, ubi eſt illa Ca-
tholica Eccleſia, & reperietis in capite
primi articuli eſſe ſcriptum, quod *Re-
gnum Bohemiæ* & *Marchionatus Mora-
viæ*, in fide conformare ſe debent uni- 188
verſali Eccleſiæ. Et non poteſt intel-
lectus alius dari, quam quod Romana illa

ſit univerſalis Eccleſia, cui ſe debent *Regnum* & *Marchionatus* conſormare.. Ea infra. Nam ſi aliquid ſingularitatis ex ipſis habere putatis circa ritum Comunionis ſub utraque ſpecie, ut ſeductores nonnulli perſuadent, legite textum, & ponderate mentem Concilii ex litera, & reperietis, negligentia illorum Sacerdotum, vos omnia ibi vobis oblata perdidiſſe.. Eſt enim vobis notorium, quod illi tales Sacerdotes nunquam ea, quæ fieri debebant ad habendam permiſſionem illius Communionis, procurarunt aut obſervarunt. Sed non obſtantibus Compactionibus, continuarunt illa, quæ dimittere tenebantur. Ideo ex eorum negligentia permiſſio etiam quoad perſonas, quæ uſum habebant, non eſt ſortita effectum: minus permiſſio de libertate concedenda obtineri potuit a Synodo, ſemper ob talium Presbyterorum præſumptam pertinaciam, qui toto tempore, quo Concilium ſedebat, Compactata nulla ex parte obſervare curarunt, & ita ſoluta eſt Synodus, antequam eventualis promiſſio fieri potuerit. Videte nunc quæſo, quomodo quidam tales veſtri Sacerdotes, in ſuam confuſionem ad Compactiones refugiunt, ex quibus penitus nihil, ex eorum ſeductorum culpa, etiam quoad eos qui uſum communionis habebant, eſtis aſſecuA ti. Sic alia, quæ in Compactionibus ſunt, nonne manifeſte condemnant tales allegantes? Ipſi enim ſua ſponte currere ſe ingerunt, & abſque miſſione, expreſſe contra Compactiones, prædicant. Et cum nullam habeant poteſtatem ligandi & ſolvendi, populum decipiunt. Videtisne, quomodo obedientiam illam, de qua ſimiliter in Compactionibus, quoad ſuum ſervant Romanum Pontificem? Ex his intelligitis, B Compactiones nihil ſingularitatis vobis præſtare, ſed ſolum confuſionem eorum, qui ſua præſumptione ſeducti, vos ſeduxerunt, exprimere, ut ore ſuo judicentur. Quare merito, inſtar aliorum fidelium, obedientiam puram, ſimplicem, veram & effectualem, quæ ſola Deo grata, vobis utilis & ſalutaris exiſtit; ſuademus, in Legati adventu, alacri animo acceptare, & nos de illa certiores facere, per quam ſo- C lam ab illa liberaliſſima Apoſtolica Sede indubie omnia, quæ ſalutis & pacis ſunt, potius ſine pacto quam cum pacto, quamprimum in laudem poteritis obtinere. Datum *Ratisbonæ ſub noſtro ſigillo, die* XXVII. *Junii, Anno a Nativitate Domini* M. CCCC. LII. *Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Nicolài, divina providentia Papæ Quinti, anno ſexto.*

189

LXXXI.

Epiſtola Ladiſlai Regis ad Pragenſes,

anno 1455.

Honorabilibus & prudentibus Magiſtris civium & Conſulatui *Pragenſi*, fidelibus noſtris dilectis. *Ladiſlaus*, Dei gratia *Ungariæ & Bohemiæ*, &c. *Rex*, *Auſtriæ Dux & Moraviæ Marchio.*

Honorabiles & prudentes, fideles dilecti. Quoniam proſperos ſucceſſus rerum noſtrarum ſinceritati veſtræ jocundos fore non ambigimus, ut cum iis, qui MaE jeſtatem noſtram diligunt, gratulari lætarique valeatis, notificandum vobis duximus, Celſitudinem noſtram nuper elapſis diebus Inclytum *Regnum Ungariæ* adiviſſe: aſſiſtentibus nobis Reverendiſſimo *ArchieD piſcopo Strigonienſi*, *Comite Palatino*, aliiſque Prælatis, Proceribus, & Nobilibus Regni prædicti, ipſiſque Serenitatem noſtram comitantibus, cum læto populorum occurſu, magnaque omnium exultatione, uſque *Budam*, Regni ipſius præclaram urbem perveniſſe. Itaque præfati regni noſtri nacti poſſeſſionem, acceſſu noſtro tranquilla pace & quiete nobis firmius ſolidamus. Hæc vobis ad veſtram conſolationem de noſtris proſperitatibus nunciata, aliis, qui vobiſcum congaudeant, nota facere non omittatis.. Datum *Budæ*, *die octava Menſis Februarii*: *Regnorum noſtrorum anno, Ungariæ, &c. decimoquinto*, *Bohemiæ vero tertio.*

LXXXII.

Epiſtola Calixti Papæ ad Regem Ladiſlaum:

anno 1457.

Calixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Ladiſlao, Regi Ungariæ Illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

INtelleximus non ſine gravi diſplicentia A mentis noſtræ & amaritudine cordis, quod adhuc inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum *Fridericum*, *Romanorum Imperatorem Auguſtum*, & tuam Serenitatem, non ſolum diſcordia, ſed apertum bellum perdurat, & hinc inde ſubditi veſtri vexantur & lacerantur. Quæ res tanto moleſtior nobis eſt, quanto magis exinde Chriſtianæ Reipub. detrimentum reſultat. Eſt profecto res deteſtabilis, B quod vos, qui una ex familia nati eſtis, proximi ſanguine, fratreſque patrueles, tantis ad invicem odiis fervetis, ut etiam armis decertetis. Dolendum eſt, quod opulentam & nobilem patriam veſtram,
190 nunc ferro nunc igne diſſenſio veſtra devaſtat, & illas vires inter vos conſumitis, quas deberetis in hoſtes fidei, pro tutela Chriſtianæ religionis effundere. Et quamvis Imperatori præfato, tanquam primo C inter ſeculi Principes, advocato Eccleſiæ, & protectori fidei Catholicæ, potiſſime incumbat, pace in ſuo Imperio procurata, totis conatibus in eos militaria ſigna transferre, qui nomini inſultare Chriſtiano nituntur: Tibi tamen non minor cura eſſe debet ad hoſtes fidei propulſandos, & maxime *Turcas*, qui *Regno* tuo *Hungariæ* latiſſimo & quondam florentiſſimo, non ſolum vicini ſunt, illique moleſtias indies inferunt, D ſed etiam non parvas ejus provincias ſibi uſurpaverunt. Dolemus certe, & angimur vehementer, cum indies ex illo Regno Chriſtianos capi, & in Barbaricam deduci captivitatem accipimus. Miramurque te non majori ſtudio teneri pro defenſione ipſius Regni quam videmus, qui dum in *Auſtria* cum patruele tuo contendis, præfati regni curam poſtpoſuiſſe videris: Tanquam plus doleas, unam tibi per E Chriſtianos villam auferri, quam ſi per *Turcas* una Provincia ſurripiatur. Certe illud palam eſt, quod cum tu & dictus Imperator invicem diſcordes eſtis, & domeſtico bello impliciti, non ſolum *Ungaria*, ſed tota vere Chriſtianitas in periculo ponitur. Nam quomodo *Gallici* & *Hiſpani* vel *Anglici* contra *Turcas* exercitum ducere curabunt, in remotis agentes: quando vos, qui prope eſtis, & quorum potiſſime res agitur, inter vos diſſidentes, nihil cogitare videmini ſuper his, quæ *Turcarum* perfida gens adverſus Chriſtianos in dies molitur? Eſt igitur ſupra, quam dicere poſſumus, periculoſa hæc veſtra diſcordia: Nec videmus, quin mala infinita prorumpant, niſi quam celerrime tu & Imperator præfatus ſimul conciliemini. Audivimus tamen unum, quod nobis conſolationi eſt, dilectum filium, Nobilem virum, *Ludovicum Bavariæ Ducem, in Auſtriam* deſcendiſſe concordiam inter vos, tanquam communem amicum, pacticaturum. Nos autem dilecto filio noſtro, *Joanni Cardinali S. Angeli*, Apoſtolicæ ſedis Legato, qui jam dudum pro ſalute Regni tui *Ungariæ*, proque communi Chriſtianorum utilitate, non ſine magnis laboribus & expenſis, ibidem commoratus eſt: literas dedimus, ut ad Imperatorem & tuam Serenitatem confeſtim ſe conferens, omne ſtudium ſuum ad id convertat, ut tandem lites veſtræ tollantur & penitus ſopiantur, redeatque ea inter vos benevolentia, quam propinquitas veſtra requirit, & nos deſideramus. Interea dilectus filius *Laurentius Ronarella*, ſacræ Theologiæ Profeſſor, nuncius & Subdiaconus noſter, ſimul cum dilecto Duce ad eam pacem pro viribus ſe agitabit, &c.

LXXXIII.

Pontificis Romani Vocatio Georgii Regis Bohemiæ ad Conventum Mantuanum, *anno* 1458.

PIus *Epiſcopus*, *Servus ſervorum Dei* &c. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ut perſolveremus Omnipotenti Deo, & fideli populo, vim ab infidelibus patienti, id

ti, id cujus cauſa ad hanc ſedem ſumus aſ-
ſumpti; de Venerabilium Fratrum noſtro-
rum *S. R. Eccleſiæ Cardinalium* conſilio &
aſſenſis, per certas noſtras patentes literas,
quas Celſit. Tuæ cum præſentibus mittimus,
omnes Reges & Principes Catholicos ad
dietam ſolennem *Mantuæ* & *Utini* in pro-
ximis Kalend. Junii celebrandam Apoſto-
lica voce duximus convocandos; Statuen-
tes, concedente Altiſſimo, eo loco, eo-
demque tempore perſonaliter ibidem adeſ-
ſe, impedimentis poſthabitis, quæ circum-
ſtant nos undique. Etſi ergo ea mente ad
tuendum nomen Sanctum Dei eſſe non
ambigimus, ut nullius exhortatione tibi
ad hoc ipſum ſit opus: tamen, quia hæc
res non ſolum nobis eſt cordi, ſed gregi
Dominico inprimis neceſſaria: Serenit.
Tuam hortamur in Domino, & per S. il-
lud Baptiſma, quo in Chriſto renatus es,
& nomen Chriſtianum geris, requirimus:
ut velis, pet os noſtrorum vocatus, abje-
ctis reſpectibus omnibus, qui præ honore
Dei non ſunt attendendi, ad ea loca & ad
præſcriptum diem perſonaliter intereſſe.
Etenim cum Vicarius Chriſti in terris hæc
agat, quem recte credentem ſequi Chri-
103 ſtianus populus debet, non debent Princi-
pes terræ grave ſibi ducere laborem ab illo
ſuſceptum amplecti. Habitus es ſemper,
chariſſime fili, devotiſſimus Princeps, &
fidei & Religionis cultor præcipuus. Ac-
cedit & potentia ſingularis, qua ideo Deus
Omnipotens inſignire te voluit, ut eſſet,
qui tempore neceſſario, quale nunc immi-
net, illam protectionem gregis ſui confer-
ret. Erit (ut in Domino confidimus) ad-
ventus tuus magnæ ad ſalutare opus hoc
utilitatis; non eo ſolum, quod ſapienti
tuo conſilio juvare tantam molem pruden-
tiſſime poteris, ſed quia cæteri intuentes
Sublimitatem Tuam, ad agendam commu-
A nem cauſam Altiſſimi, ad Romanum Pon-
tificem te contuliſſe movebuntur, & ipſi
exemplo tuo ad veniendum ferventius: ut
pene ad hoc ipſum plus moniti quam cæ-
teris rebus omnibus allaturus appareas. Pro
Deo igitur, chariſſime fili, pro æterna com-
mendatione nominis tui, pro compaſſio-
ne fidelis populi, quotidie Serenitati Tuæ
Turcarum ſanguinem crudeliter dantis, ex-
audire clementer velis pias noſtras hujus-
B modi preces, a fletu & lachrymis oppreſ-
ſorum nobis impoſitas. Hæc enim vera
ſunt opera Regum; hic campus, in quo
honeſte certare, & triumphum veræ ſalu-
tis reportare cum gloria poſſis. Cætera flu-
xa ſunt & caduca, nil ſolidæ laudis in ſe
habentia, Altiſſimo etiam perſæpe ingrata.
Quod ſi caſu aliquo (quod Deo non pla-
ceat) carendum nobis erit præſentia tua,
& per oratores complere hoc munus con-
C ſtitues, requirimus eo caſu Celſitudinem
Tuam: ut cum pleno mandato illos mitte-
re velis, non ad decernenda ſolum ea, quo-
rum cauſa vocatus es, ſed ad componen-
dam pacem, vel ad indicendas treugas
cum illis, cum quibus eſſet tibi forſitan
contentio: ut demum pacatis ubique fide-
libus, concordibus animis proſequi cœ-
ptum opus poſſimus. Speramus tamen
conceſſurum Omnipotentem, ut tua Sere-
D nitas potius per ſe ipſam, quam per Ora-
tores tuos ſit affutura; attento, quod re-
licta Romana Urbe, ad tibi obviandum
loca prædicta delegimus: ut ire Serenit.
Tua (quod primum expetimus) vel ſal-
tem Principes aliquos de latere tuo illuc fa-
cilius mittere valeas. Datum *Romæ, apud
S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ
milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſi-
mo octavo, Kalend. Octobr. Pontificatus*
E *noſtri anno primo.*

104

LXXXIV.

Friderici III. Confirmatio Privilegiorum Boëmicorum, anno 1459.

F*RIDERICUS*, Divina favente
clementia *Romanorum Imperator
Semper-Auguſtus, Hungariæ, Dal-
matiæ, Croatiæ &c. Rex, ac Au-
ſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ
Dux, Dominus Marchiæ Sclavonicæ &
portus Naonis, Comes in Habſpurg, Tyro-
lis, Pherretis & in Kyburg, Marchio Bur-
goviæ, & Landgravius Alſatiæ.* Ad per-
petuam rei memoriam. Omnipotens Deus,
E Conditor Orbis univerſi, ad hoc Cæſareo
& Regali titulis decoravit nomen noſtrum,
ut ad gloriam, honorem, & felicia incre-
menta procuranda tendamus illorum, qui
ſuis ampliſſimis virtutibus, tam prudentia,
lucubratione, quam induſtria, per multi-
plices magnificos eorum actus meruerunt,
Divina diſpoſitione, ad Regiam Dignitatem
ſublimari, ac in ſolio regio cæteris præſide-
re. Sane ad noſtræ Imperialis Celſitud. Se-
reniſſ.

reniſſ. ac Illuſtriſſ. Princeps GEORGIVS *Bohemiæ Rex*, affinis noſter chariſſimus, *S. R. Imperii Archipincerna atque Princeps Elector*, accedens præſentiam, nobis humiliter ſupplicavit: Quatenus ſibi, uti *Regi Bohemiæ*, & eidem *Regno atque Coronæ Bohemiæ*, omnia & ſingula eorum Privilegia, Jura, Literas, Libertates, Gratias, Immunitates, Donationes, Conceſſiones & Indulta, a Divis Regibus & Imperatoribus Romanorum Prædeceſſoribus noſtris, B ipſi ut *Regi Bohemiæ ac Regno Bohemiæ* data & conceſſa, ſeu datas & conceſſas, de noſtræ Imperial. Majeſt. clementia, confirmare, ratificare & approbare dignaremur gratioſe. Nos igitur ſupplicationibus hujuſmodi, uti rationi conſentaneis, benignius inclinati, animo deliberato, ſanoque noſtrorum & Imperii ſacri Principum, Comitum, Baronum, Procerum, atque fidelium ad hoc accedente conſilio, ac de cer- C ta noſtra ſcientia, prænominato GEORGIO *Regi Boëmiæ* & dicto *Regno*, omnia & ſingula eorum Privilegia, Jura, Litteras, Libertates, Gratias, Immunitates, Donationes, Conceſſiones & Indulta, a prætactis Prædeceſſoribus noſtris in Imperio, *Regibus ac Regno Boëmiæ* data & conceſſa, datas & conceſſas, nec non laudabiles conſuetudines dicti *Regni Bohemiæ* auctoritate noſtra Romana Cæſarea, & de noſtræ Im- D perialis poteſtatis plenitudine confirmavimus, ratificavimus, approbavimus atque innovavimus, & tenore præſentium confirmamus, ratificamus, approbamus atque innovamus: Decernentes atque volentes, & hoc Cæſareo noſtro ſtatuentes edicto, ea omnia & ſingula in omnibus & ſingulis ſuis *Punctis*, *Articulis*, *Clauſulis*, prout de verbo ad verbum ſcriptæ ſeu ſcripta ſunt, ac ſi tenores omnium præſentibus forent ſpe- E cifice inſerti, etiamſi talia forent, de quibus aut jure vel conſuetudine in præſenti-
105 bus fieri deberet mentio ſpecialis, nec non laudabiles ipſius *Regni Bohemiæ* conſuetudines etiam, ex nunc inantea habere totius roboris firmitatem; vel municipalibus ſtatutis, ſeu Edictis editis ſeu edendis, in contrarium facientibus, ſeu facere volenti-

A tibus, non obſtantibus quibuſcunque: quibus omnibus & ſingulis, ac ſi nominatim & ſpecifice de verbo ad verbum præſentibus inſerta ſeu inſertæ forent, auctoritate noſtra Roman. Cæſarea, & de plenitudine poteſtatis ejuſdem, derogatum eſſe volumus per præſentes: Supplentes nihilominus omnem defectum, ſi quis ex defectu verborum, ſententiarum obſcuritate, & ſolemnitatis omiſſæ, compertus fuerit quo- B modolibet in præmiſſis. Mandamus igitur univerſis noſtris & Imperii Sacri Principibus, Eccleſiaſticis & Secularibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, cæteriſque Noſtris & Imperii Sacri ac dicti *Regni Bohemiæ* ſubditis & fidelibus dilectis: Ne dictum *Georgium Regem*, ac inclitum *Regnum Bohemiæ*, in hujuſmodi eorum Privilegiis, Juribus, Literis, Libertatibus, Gratiis, Immunitatibus, Donationibus, Conceſſio- C nibus & Indultis, de cætero moleſtent, perturbent, inquietent, ſeu moleſtare, perturbare, aut inquietare præſumant, ſeu aliquis eorum præſumat: ſed illis pacifice & quiete, uti, frui & gaudere permittant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Imperialis Conformationis, Ratificationis, Approbationis, Innovationis, Decreti, atque Mandati paginam infringere, vel ei auſu temerario quovis modo contra- D ire. Si quis hoc autem attentare præſumſerit, noſtram & Imperii Sacri indignationem, ac pœnam amiſſionis mille Marcarum auri puri pro una, nobis ſive ærario fiſci noſtri, & alia, medietatibus prænominato *Regi Bohemiæ* irremiſſibiliter applicandarum totiens, quotiens contra factum fuerit, incurrere volumus ipſo facto: ſub noſtri Imperialis Majeſtatis ſigilli teſtimonio. Datum *Brunnæ, die ultima Menſis Julii, Anno* E *Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono: Regnorum noſtrorum Romani viceſimo, Imperii octavo, Hungariæ vero primo. Signum Sereniſſimi Principis Domini, Domini* FRIDERICI III. *Romanorum Imperatoris Semper-Auguſti, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Regis, ac Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Ducis, &c.*

LXXXV.

Literæ Baronum Regni Bohemiæ ad Sleſitas, 191

anno 1459.

JOANNES de Roſenberg, Capitaneus Sleſiæ, Zdenko de Sternberg, Burggravius Pragenſis, Henricus de Stratz, Magiſter Curiæ, Joannes de F *Colditz, Jaroslas Plirtha de tzirotyn, Wilhelmus junior de Reiſenburg, Theodericus de Janowitz, Joannes de Würtenberg, Boguslaus de Swanberg, Joannes Sagunatz de*

Cunſtat, *Wilhelmus de Ilburg*, *Burianus de Gutſtein*, *Henricus de Colobrat*, *Josko de Boskowitz*, *Sobieslaus de Pertubita*, *Zdenko Roska de Poſtupitz*, *Magiſter monetæ montium Cuthnæ*, *Joannes Czalta de Camenahora*, *Burianus Tirtzka de Lipa*, *Tabularum Regni Bohemiæ cuſtos*, *Jalubko de Wirzoſſonitz*, *Joannes Malowitz de Potzo*, *Nicolaus de Labkowitz*, *&* *Wenceslaus de Waletzeu*, *Subcamerarius Regni Bohemiæ*, cæterique Barones & Nobiles, in præſenti dieta congregati.

Illuſtribus Principibus & Dominis, Domino *Henrico Glogovienſi*, Domino *Balthaſſaro*, & Domino *Joanni Zaganenſibus*, Domino *Conrado albo Olzinenſi*, Domino *Friderico Lignitzenſi*, *Ducibus in Sileſia*: ac honorabilibus, Adminiſtratori, & Capitulo *Eccleſiæ Wratislavienſis*, Vaſallis & civitatibus *Wratislavienſi*, *Noviforenſi* *&* *Namslavienſi*: Dominis noſtris & amicis, Servitiorum promptam voluntatem.

Illuſtres, honorabiles atque prudentes Domini & amici. Meminimus ſcripſiſſe vos veſtris Dominationibus, ut quavis poſttergata dilatione, cum ſitis Coronæ *Bohemiæ* incorporati, ſicut Sereniſſimo *Regi Ladislao*, inconcuſſa ſemper fide & obedientia ſincera adhæſiſtis: Ita Illuſtriſſimo præſenti noſtro Regi, eadem fide, integritate & obedientia pareatis. Vos autem literis veſtris ea reſponſa dediſtis, quæ & petiſtis, inſufficientia & rationi fuere adverſa. Nunc iterum atque iterum rogamus, quatenus omni reverentia ſemota, attento magis fidelitatis veſtræ ſtatu, quo vos ipſa vetuſtas regno noſtro vinculis indiſſolubilibus adligavit, ut unum corpus inclytæ coronæ *Bohemiæ* nobiſcum effecti, neceſſariæ naturæ juriſque ordine, exemplo aliorum ſubditorum, non putrida, ſed viventia membra, legitimo capiti, Sereniſſimo Regi noſtro pareatis. Neque vos vana verba obloquentium deterreant, nec tenuis aliquorum conſideratio abducat. Cordi etenim eſt, Sereniſſimo Regi noſtro, in ea fide ſummaque religione, quam a patribus recepiſtis, integritateque obedientiæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ conſervare, ſed & pro adverſantibus vobis animo viribusque decertare. Quod ſi nec ea ratio vos ad juſtum obedientiæ tramitem inclinat, apud ſanctiſſimum Dominum noſtrum, 192 ſummum Pontificem, & glorioſiſſimum dominum noſtrum Imperatorem, Electores, alioſque ſacri Imperii Principes, proteſtari nos ipſa juris ratio compellit, quod juſta petita non conſequimur. At vos obedientiæ bonum, quo nihil in vita præſtantius, nulla rationis duce rejicitis & poſtergatis. Conabimurque adjutorio eſſe Regi noſtro, ut jura Regni, & Coronæ amplitudo conſerventur, quæ felicioribus auſpiciis per Divæ memoriæ Reges atque majores noſtros, pro regni incrementis, diverſarum provinciarum eidem Coronæ incorporatione adaucta unitaque fuere. Datum *Pragæ* in noſtra generali congregatione, *in die S. Joan. Apoſtoli & Evangeliſtæ Anno &c. LIX. ſub ſigillis præſentibus, vice & nomine omnium noſtrum appreſſis.*

LXXXVI.

106 *Confœderatio Friderici III. Imperatoris cum Georgio Rege Bohemiæ, anno 1459.*

FRIDERICVS, Divina favente clementia *Romanorum Imperator Semper-Auguſtus*, *Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ &c. Rex*, *ac Auſtriæ*, *Styriæ*, *Carinthiæ*, *&* *Carniolæ Dux*, *Comes Tyrolis &c.* Et GEORGIVS Dei gratia *Bohemiæ Rex*, *Marchio Moraviæ*, *Sileſiæ*, *&* *Lucemburgenſis Dux*, *&* *Luſatiæ Marchio &c.* Recognoſcimus & notum facimus tenore præſentium Vniverſis: Quod attendentes, quid & quantum pacis, unionis & amicitiarum fœdera, Sacro Romano Imperio, ac aliis Regnis & Principatibus noſtris, quæ invicem confines exiſtunt; & ipſorum inhabitatoribus fructus afferant, præſertim cum Orbis Dominus, Imperator videlicet Auguſtus, & Principum ſuorum potiſſimus & Elector, *Rex* ſcilicet *Bohemiæ*, ſe mutuo auxiliis, conſiliis, favoribus & ligis proſequuntur; ſano noſtrorum Conſiliariorum & fidelium accedente Conſilio, & deliberatione matura prævia, atque pro noſtro & noſtrorum utrinque ſubditorum incremento, ligas, uniones, amicitias, paciſque fœdera inivimus, atque præſentibus firmiter inimus, in hunc videlicet modum: Quod ſi a quopiam, cujuſcunque præeminentiæ, ſtatus, gradus, dignitatis, conditionis, meritive fuerit, Nos aut alterum ex Nobis moleſtari, inquietari ſeu turbari, quovis modo, ordine, & quæſito colore, in Regnis, Do-

miniis,

miniis, honoribus, dignitatibus & ſtatibus noſtris, aut conſpirationes, conjurationes, conventicula, & alia quæcunque in damnum, offenſam & perturbationem noſtram, aut alterutrius noſtrarumque ditionum, quicquid fieri ſeu attentari contingeret, quod ex tunc, quilibet ex nobis, ad requiſitionem alterius læſi, aut quomodolibet inquietati, eidem læſo. ſeu inquietato, conſilio, auxilio, adjutorio, & favori, realiter & cum effectu, ad propulſandum & oppugnandum hujuſmodi injuriam & moleſtiam, aſſiſtere debebit totiens, quotiens id neceſſarium fuerit & opportunum. Et ſi, quod abſit, inter nos ambos, aut noſtros, differentia quovis modo inantea oriretur. Quod in eum eventum, differentiarum hujuſmodi deciſio, amicabiliter, aut per juſtitiam, in defectum amicabilis compoſitionis per Conſiliarios, Principes A ipſius rei, ad requiſitionem conquerentis, expedite fiat, & eam fieri Princeps requiſitus efficaciter procuret dolo & fraude in his procul amotis; quemadmodum & nos id facturos, verbis noſtris Imperiali & Regio, bona fide ac jurejurando. firmavimus. In omnibus tamen prædictis, Sanctiſſimo Domino noſtro Papa & Sede Apoſtolica duntaxat exceptis.

Harum teſtimonio literarum, noſtro- B rum Imperialis & Regalis ſigillorum appen- 107
ſione munitarum. Datum *Brunnæ, die 11. Menſis Auguſti, Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo nono, noſtri FRIDERICI Imperatoris Annorum Imperii octavo, Regnorum autem noſtrorum Romani viceſimo, & Hungariæ &c. primo. Noſtri vero GEORGII Regis Bohemiæ &c. Regni ſecundo.*

LXXXVII.

Bulla Pontificis ad Uratislavienſes,

anno 1459.

PIUS Epiſcopus, Servus Servorum Dei &c. Venerabilis frater & dilecti filii. Quia ſalva veritate Catholicæ fidei, in qua omnino ſalvamur, ſummo deſiderio cupimus occaſionem omnem præſcindere, per quam ad bellum & cædes inter *Regem Bohemiæ* & vos poſſet veniri; Ideo, cum Serenitas Sua nuperrime ad nos ſcripſerit, miſſuram ſe Oratores ad hanc Mantuanam Dietam, opportunum factum judicaremus, ut veſtri quoque illo tempore adeſſent: unaque opera & de expeditione in Turcas, & de differentiis veſtris, ſecundum Deum, utiliter ageretur. Quod ut faciatis, plurimum ſuademus. Verum quoniam intelleximus eſſe aliquos veſtros, qui multa diſſeminant, quæ famam Celſitud. ſuæ non parum offendant; Videntes ex hoc ipſo poſſe gravius aliquod ſcandalum exoriri, devotionem Veſtram hortamur in Domino, Vobisque nihilomi- C nus *in virtute Sanctæ obedientiæ præcipiendo* mandamus: Vt deſiſtere ab iis calumniis omnino velitis, & ita vos erga eundem Regem habere ea non denegando, quæ ei debentur de jure, ut quod ex partium concordia quærimus, tentare armis non habeat. Ipſe enim quotidie ad nos ſcribit, velle ſe devotum filium Apoſtolicæ Sedis eſſe, & mandata noſtra reverenter ſuſcipere, ac omnia facere & ſequi, quæ D Principem Catholicum deceant. Quæ nos magis ad hæc vobis ſcribenda inducunt, credentes hanc veſtram Modeſtiam Deo acceptam & vobis ſalutarem. Quam ut bona mente amplectamini, etiam atque etiam, pro conſolatione noſtra & conſervatione ſtatus & bonæ intentionis noſtræ, requirimus Datum *Mantuæ*, XVIII. *Auguſti*, M. CCCC. LIX. *Pontificatus noſtri anno primo.* E

LXXXVIII. 108

Pontificis Epiſtola ad Georgium Regem Bohemiæ,

anno 1459.

P*ius* Epiſcopus, Servus Servorum Dei, &c. Chariſſime in Chriſto fili. Per ultimas literas T. Serenitat. cognovimus, quemadmodum, cum F propter nonnulla impedimenta perſonaliter ad dietam pervenire non valeas, intendis Oratores tuos cum pleno mandato tranſmittere. Quod nobis fuit admodum gratum,

Digitized by Google

tum, non ignorantes, quanto adjumento rebus gerendis adeſſe poſſis, ſi ea voluntate, qua Regem Catholicum decet, fueris hoc opus amplexus. Itaque hortamur in Domino, & rurſum requirimus; ut eorum adventum differre ulterius non velis: quandoquidem nos hic ſemper futuri non ſumus: & publica Chriſtianorum cauſa celeritatem, ut vides, deſiderat. Eoſdem autem venientes honorifice ſuſcipiemus: nec aliter omnibus in rebus habebimus, quam conſueverit Apoſtolica Sedes Regios Oratores tractare. *Sleſitas* autem, cum quibus contentionem tibi eſſe affirmas, nunquam verbo aut literis ad non obediendum Tuæ Serenitati induximus: neque hujus rei dictum aut factum ullum contrarium extare credimus. Quin, ſi quid ad eos ſcripſimus, paterna potius conſolatio in eorum anguſtiis fuit, quam ad rebellionem ſuaſio. Etenim, cum in fide Catholica, & devotione Apoſtolicæ Sedis, conſtanter perſeveraverint, illos ad nos venientes at- A que mittentes non æquum erat inconſolatos dimittere. Quotidie tamen optamus, ut ſalva fidei veritate tui omnino eſſent, & tibi in cunctis parerent. Neque vero, cum te per alias literas noſtras hortati ſumus, ut a via facti deſiſtens, diſſenſionem hanc patereris componi, Judices inter te & illos Nos declaravimus: neque alio modo, quam per concordiam, conciliari eos poſtulavimus: Tuumque etiam in Sleſitas, B quodcunque habes, Jus tollere, nullo modo intendimus. Mandare autem eiſdem, ut in iis, quæ Dominium temporale concernunt, T. Celſitud. pareant, officii noſtri eſſe non duximus. Ad Imperatorem, cujus nomen ſedemque recognoſcis, totum hoc pertinet: & ab illo implorare ſuper his remedium potes. Nos autem, quos charitas fidelium ex officio paſtorali aſtringit, pacem inter eos, quantum poſ- C ſumus, curare debemus. Datum *Mantuæ, ſub annulo Piſcatoris* XIX. *Aug.* M.CCCC.LIX. *Pontificatus noſtri anno primo.*

LXXXIX.

Formula Concordiæ inter Regem & Uratislavienſes facta, anno 1460.

GEORGIUS Dei gratia *Bohemiæ* Rex, &c. Notum facimus tenore præſentium univerſis, quod pia (quam ad ſanctam ſedem Apoſtolicam Romanoſque Pontifices ſemper geſſimus, & gerimus gerereque intendimus) devotio & obſervantia, nos inducunt, ut ea, præfatæ ſedis intuitu, ſuiſque Oratoribus & Legatis intervenientibus, admittenda decrevimus, quæ alias nullo pacto faceremus. Dudum ſiquidem nobis ad *Coronæ Bohemiæ* gubernacula Regiæ dignitatis ſublimatis, cum omnes Prælati, Duces, Barones & Communitates regni præfati & principatuum illi ſubditorum, debitam obedientiam & fidem præſtitiſſent: Capitula majoris & ſanctæ Crucis *Eccleſiarum Vratiſlavienſium*, ac Clerus & Communitates *Vratiſlavienſis civitatis*, & oppidi *Nambslavienſis*, nobis (neſcimus quo auſu & ſpiritu) reſtiterunt. Quare adverſum eos bella movimus, non tamen ſine noſtri cordis dolore, eo quod bellando eſſet nobis ſæviendum in eos, quos magis (quandoquidem voluiſſent ipſi) tanquam noſtros ſubditos, filios & ſervitores, amplecti, regere & tractare cupiebamus. Fecimus tamen, ne præfati Clerus vel Communitates: dum nobis ipſis & *Coronæ Regni Bo-* D *hemiæ*, quam pro tota noſtra poteſtate tueri, illæſamque defendere, in ipſius fælici ſuſceptione promiſimus, deeſſe videremur: in majores elati auſus, pernicioſiora contra nos & coronam præfatam moliremur. Tandem res hæc ad aures ſanctiſſimi Domini noſtri *Pii*, divina providentia *Papæ Secundi*, delata eſt. Qui cum ea, quæ pacis & tranquillitatis ſuorum ſunt filiorum, paterna pietate cogitet & exquirat, E nuncios & oratores ſuos adhæc ſpecialiter deputatos; ad nos direxit N. & N. Qui vice ac nomine Sedis Apoſtolicæ ac Sanctitatis ſuæ, inter Serenitatem noſtram & præfatos Clerum & communitates, partes ſuas 193 interponentes: veram prædictorum obedientiam ad nos, noſtramque ad illos indulgentiam, clementiam ac benignitatem procurarent. Cumque præfati Domini Oratores, poſtquam nos ſuper iis fuerunt allo- F cuti, & nos eis omni cum reverentia (uti debemus) ſanctæ ſedis Apoſtolicæ intuitu, reſpondimus: ſi ſe in Vratiſlaviam contuliſſent, præfatoſque Clerum & Communitates multis rationibus & exhortationibus ad propoſitum nobis obediendi conduxiſſent. Illi eis ſupplicarunt, quatenus pro obſervantia jurium & privilegiorum omnium ſuorum, gratiarumque & laudabilium

Digitized by Google

lium conſuetudinum conceſſorum vel conceſſarum ſibi, a Divæ recordationis Ducibus Regibuſque *Bohemiæ*, prædeceſſoribus noſtris, aut etiam a Regibus vel Imperatoribus Romanis, apud Serenitatem noſtram parte Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ inſtarent, nec non aliqua alia a nobis peterent, quæ ſecundum exigentiam temporis, ſaluti præfatorum Cleri & Communitatum neceſſitatibuſque opportuna ſibi videbantur. Quibus per nos conceſſis, nos in ſuum, uti debent, Regem ac Dominum fideliter accepturi eſſent. Hæc omnia nihilominus ad certa Capitula redigentes, quorum tenor ſimul & ſupplicationis præfata ſequitur in forma, & eſt talis:

Quædam verba ad ſupplicationis Uratiſlavienſium, ad Nuncios Apoſtolicos facta.

Reverendiſſime in Chriſto pater, & venerabilis ac Eximie Domine Doctor, Domini noſtri colendiſſimi: Nos qui repræſentamus Prælatos, Canonicos ac totum Clerum Eccleſiarum, Conſuleſque & Communitates civitatis *Uratiſlavienſis*, & oppidi *Namslavienſis* humilime audivimus, & intelleximus univerſa, quæ nobis parte Sanctiſſimi noſtri, *Pii* divina providentia *Papæ* Secundi, propoſuiſtis. Paterna monita, ſuaſiones, atque conſilia ſuæ Beatitudinis per veſtras Paternitates ad nos delata, cum ea qua decuit atque de-

A cet reverentia & devotione ſuſcipimus & veneramur. Agimus præterea ſuæ Beatitudini, non quas debemus atque tenemur gratias, ſed quas utique noſtra parvitas poteſt, quod inter tam multas atque frequentes curas & ſollicitudines ſuas, quibus pro ſalute commiſſi ſibi gregis angitur, 193 premitur, laboratque indies, & noſtri quoque dignata ſit recordari. Nos ſane poſtquam Sereniſſimus Dominus *Georgius*, B *Rex Bohemiæ* modernus, prout ſuæ Majeſtati placuit, bellum contra nos movit, ſicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, ita & oculos noſtros levavimus ad miſericordiſſimum inprimis Deum, ac deinde ad ſuam ſanctitatem, ut miſeretur noſtri: Non quidem, quod animum adipiſcendæ ſuperbæ libertatis unquam habuerimus, vel quod 194 nos dividere ab inclyta Corona Regni *Bohemiæ* cogitaverimus. Quemadmodum non- C nulli (pace ſua) detractores ac æmuli noſtri jactitant: Neque etiam, quod præfatum Dominum Regem ob privatas paſſiones forſitan aliquas noſtras aut aliquorum odio recuſaremus. Nam regnum nos habere volumus, ſub Rege vivere, & cum inclyta Corona regni Bohemiæ perpetuo inviſcerati permanere ſtatuimus. Et nunc quidem, quoniam Regem eligi oportuit, propter quædam, quæ noſtras conſcientias D remordebant, differendam obedientiam eſſe cenſuimus. Teſtem invocamus Deum ſuper iſtis, &c.

XC.

Capitula Concordiæ a Uratiſlavienſibus propoſita & petita, atque etiam obtenta, anno 1460.

I. SUpplicamus inprimis, ut Regia Majeſtas dignetur prorſus omnem animi perturbationem, iram, odium, rancoremque deponere, quem adverſum nos Capitula majoris & ſanctæ Crucis *Uratiſlavienſium* Eccleſiarum, nec non univerſum Clerum & Communitates civitatis *Uratiſlavienſis*, & oppidi *Namslavienſis*, aut contra aliquem ex nobis vel ex noſtris ſubditis, adhærentib. & confœderatis, occaſione præmiſſorum conceperit & habuerit.

II. Item, quod omnia & ſingula Privilegia, gratias, jura, quæ ab omnibus & ſingulis divæ recordationis Ducibus, Imperatoribus, Regibuſque *Bohemiæ* nobis præfatis Conſulibuſque & Communitatibus ſupradictis, conſuetudines, ordinationes legitime introductas, & a nobis factas & obſervatas, nec non dominia & poſſeſſio- E nes cujuſcunque conditionis exiſtant, quæ nobis & ſingulis noſtrum aut alicui ex ſubditis, aut confœderatis noſtris, quocunque modo vel titulo juſte acquiſita ſunt vel fuerunt, in futuro per univerſam ditionem præfati Sereniſſimi Domini Regis, confirmet, roboret & ſtabiliat perpetuo duratura.

III. Item, cum officium Chriſtiani Regis ſit, liberam, immunem, pacatam- F que cuſtodire, tueri, defendere, & obſervare matrem Eccleſiam, ex qua in Chriſto renati ſunt, in capite, in membris, in ædibus, in dotibus, etiam in quibuſcunque bonis, quæ ad eos quomodolibet ſpectare dignoſcuntur. Quod idem Sereniſſimus Dominus Rex, tanquam verus & Catholicus Princeps, omnia & ſingula jura & privilegia, gratias, conſuetudineſque laudabiles, nec non omnia & ſingula domi-

Digitized by Google

nia, poſſeſſiones & omnes omnino res ſtabiles & mobiles, quæ ad Epiſcopatum & Capitula Majoris & ſanctæ Crucis *Vratislavienſium* Eccleſiarum, & ad alias omnes & ſingulas Eccleſias Parochiales, Monaſteria cujuſcunque ordinis vel ſexus exiſtant, in
195 civitate, & per Diœceſin *Vratislavienſium* ſita, omnia & ſingula eis & ſingulis eorum integra, libera, abſolutaque relinquat: Quemadmodum a divæ recordationis Ducibus & prædeceſſoribus ſuis *Bohemiæ* Regibus eiſdem conceſſa, confirmata & roborata ſunt: Quæ etiam ſua Majeſtas de novo confirmare, roborare ut dignetur, ſupplicamus.

IV. Item, ut mandet omnibus & ſingulis officialibus & ſubditis ſuis per Diœceſin prædictam, ut Cenſuras Eccleſiaſticas reverenter ſuſcipiant, & denunciari ſervarique libere & ſine perturbatione faciant. Et ſi quando per judices ſpirituales contra rebelles quoſcunque, cujuscunque ſexus, ſtatus, conditionis, autoritatis, dignitatis vel præeminentiæ temporalis vel ſpiritualis exiſtunt, eos invocatos eſſe contingat.

V. Tum maxime contra quoſcunque, qui hæreſim in præfata civitate vel Diœceſi dogmatizare præſumunt, aſſiſtant, auxilium, conſilium & favorem in omnib. præbendo, quouſque executioni ultimæ demandatum fuerit, id quod præfati judices per ſuas ſententias pronunciaverunt eſſe juris.

VI. Item, quia populus iſte ex variis ſuggeſtionibus, ſcandalis, cædibus & injuriis hinc inde ſecutis, formidat Regiam Majeſtatem, cuperetque, antequam homagium præſtaret, ut repulſis odiis & rancoribus, gratiam Regiæ Majeſtatis ſibi beneficiis, & bonis præcedentibus operibus, & obſervantia compararet, & ex mutua cum Bohemis converſatione, exercitiis & continua Communicatione, animi & mentes ambarum partium, ad integram & veram amicitiam convertantur, utque interius fatigata hæc civitas impenſis graviſſimis reſpiret, & condigne erga Majeſtatem ſuam ſe habere poſſet: Supplicant præfati Domini & Communitates, quod præſtatio ſolennitatis homagii ad triennium ſuſpendatur. Quo tempore ex nunc ſub fide promittunt Majeſtati præfati Domini Regis, id ſibi tanquam vero & indubitato Catholico, Chriſtiano Regi *Bohemiæ* præſtare, quod tamen infra tempus præfatum, tanquam Regi noſtro ac inclytæ Coronæ Regni Bohemiæ, tanquam fideles ſubditi, obedientes & ſervientes, ac in omnibus una cum aliis dominis, Principib. & Communitatib. *Sleſiæ* eorundem profectui amplitudini & ſaluti intendentes, prout a retroactis temporibus ſuperioribus Regibus Bohemiæ facere conſuevimus. Dietis quoque & congregationibus, ſi quæ forte pro utilitate ac commodo regni & Sereniſſimi Domini Regis, ſive pro ſedis Apoſtolicæ amplitudine & conſervatione Chriſtianæ religionis fuerint vocatæ, una cum aliis membris regni intereſſe, & pro viribus & facultate fideliter conſulere & operari promittunt: Salvis ſemper in præmiſſis omnibus juribus & privilegiis eorum dominorum & communitatum tam præſentibus quam futuris.

169 XCI.

Nova Privilegia Regi Georgio, Regnoque Bohemiæ conceſſa, anno 1462.

FRIDERICUS divina favente clementia *Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; ac Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavonicæ ac portus Naonis; Comes in Habsburg, Tirolis, Ferretis, & in Kyburg, Marchio Burgoviæ & Landgravius Alſatiæ.* Ad perpetuam rei memoriam. Inſignis *Bohemiæ* Corona, Cæſareæ Celſitudinis honori fauſtoque ſtatui totis viribus invigilando, adeo fidelis & obſequens ſemper extiterat; ut non immerito plurimis Privilegiis, Libertatibus, & Gratiis, ultra alios Illuſtres ſacro Imperio ſubditos, a Roman. Principibus meruerit honorari: ſed & hactenus inclytam ſedem Imperialem venerari, ut debet, & tueri haud deſiſtit. Hac itaque tempeſtate, poſtquam Cives Viennenſes, & nonnullos Nobiles *Ducatus noſtri Auſtriæ*, ſubditos noſtros debitæ ſubjectionis immemores, & præſtitæ fidelitatis ſacramenta violantes, non ſine magna injuria nobis rebellare, & ſe inſolenter opponere, & crimen læſæ Majeſtatis incurrere non puduit; extunc Sereniſſimus *Georgius Bohemiæ* Rex, &c. Affinis noſter chariſſimus, cum Regni ſui Baronibus, Proceribus, Nobilibus, & aliis Regnicolis, quantocyus

arma

arma coadunare potuit, nobis ad ferendum auxilium præſidiumque, Auſtriam potenter, grate & opportune advenit: ubi de manibus infidelium noſtrorum ſubditorum, hoſtium immanium, felicibus auſpiciis, ſaluti & liberationi noſtræ prono animo ſubvenit. Quo profecto erga nos & Imperium ſacrum amoris & benevolentiæ non mediocre præſtitit argumentum. Pro quo quidem tanto beneficio, noſtræ Cæſ. ſublimitati impenſo, non indignum cenſuimus, nominatum *Bohemiæ* Regem, Regnum & Regnicolas, digna remuneratione & conſolari & honorare: Ut munificentiæ noſtræ ſingulari gratia præventi, ad parendum Nobis & Imperio ſacro magis benevoli reddantur. Ideo non per errorem, aut improvide, ſed animo deliberato, ſano Principum, Comitum, Baronum, Nobilium & aliorum fidelium noſtrorum accedente conſilio, ex certa ſcientia noſtra, auctoritate Imperiali, de plenitudine noſtræ Cæſareæ poteſtatis, ipſi Regno *Bohemiæ* & Regi ejuſdem, infraſcriptas Gratias perpetuis duraturas temporibus damus, donamus, conferimus & gratioſius elargimur.

Primo, ut dum *Rex Romanorum* aut *Imperator* futurus, pro tempore exiſtens, pro ſuſcipiendis *Imperialibus infulis in Ur-*

110 *bem Romanam* proficiſceretur, *Rex Bohemiæ* non teneatur inantea eidem dare & mittere niſi *centum quinquaginta armatos aut marchas argenti* totidem, quamvis ſuperiori tempore *trecentos armatos* dare, aut *tot argenti marchas* dare fuerit aſtrictus. Item, quod *Rex Bohemiæ* ad Curiam vocatus aut requiſitus, ſalvoque conductu, prout moris eſt, proviſus, venire alias non debeat, niſi Romanorum Regem aut Imperatorem, apud *Nurembergam*, aut *Bambergam* Curiam Imperialem habere contigerit & celebrari. Item, Dum *Rex Bohemiæ* a Rege Romanorum ſeu Imperatore Regalia ſeu Inveſtituram cum ſolennitate & *Banderiis* ſibi conferri petierit, ut

A ſolennitatibus expletis *Banderia* ipſi Regi minime læſa, fracta, aut lacerata reſtituatur; cum quibus hoſpitium ſuum a ſolio Cæſareæ Majeſtatis revertatur. Item, *Regi Bohemiæ* ad ſuſcipienda Regalia ſua proficiſcenti, per Regem Romanorum aut Imperatorem, eunti, ac ad regnum, Terras & Dominia ſua redeunti, de ſalvo conductu provideatur. Item, Quod *Rex Bohemiæ* Inveſtituram & Regalia ſua ſuſcipere

B non teneatur, niſi in metis vel finibus Regni ſui, aut finitimis locis, decem vel quindecim milliaribus Alemanicis a Regno ſuo & Dominiis ſuis diſtantibus. Item, Dum per Romanorum Regem aut Cæſarem Capitaneus vel Capitanei, (α) de ſubditis *Regis Bohemiæ*, (β) ipſis præcipiendo aut mandando contra libertates Regni Bohemiæ, (γ) ſe nullatenus intromittere debebit vel debebunt: quin imo potius præfato *Regi Bohemiæ*

C apud ſuos ſubditos præcipiendi authoritas ſalva permanebit, prout hactenus fieri conſuetum eſt & obſervari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam donationis & Conceſſionis noſtrarum gratiarum quovis modo infringare, aut ei auſu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem noſtram Imperialem graviſſimam, & pœnam mille

D marcharum auri puri & optimi totiens, quotiens contrarium fecerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum: quarum medietas fiſco noſtro Imperiali, reliqua vero *Regis Bohemiæ* Cameræ erit applicanda. Præſentium ſub aurea Bulla typario noſtro impreſſa teſtimonio literarum. Datum *in nova Civitate, die viceſima prima Menſis Decembris, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo, ſexageſimo ſecundo, Regno-*

E *rum noſtrorum Romani viceſimo tertio, Imperii Undecimo, Hungariæ &c. vero quarto. Signum Sereniſſimi Principis & Domini FRIDERICI III. Rom. Imp. S. Aug. Hung. Dalmat. Croat. &c. Regis, ac Auſtr. Stir. Carinth. Carniolæ Ducis.*

196 XCII.

Bulla Pii II. Papæ, Georgii Regis Bohemiæ juramentum continens, anno 1463.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei,

Cogit nos gregis Dominici, humeris noſtris inſufficientibus, cura impoſita, ut tanto propenſiori ſtudio, in hæreticæ pravitatis er-

F roribus extirpandis invigilemus, quanto illi per humani generis inimici fallacias aſtutius, etiam ſub religionis ſpecie, cordibus mortalium immiſſi, plures trahere poterunt in gehen-

m 2

(α) Balbin. addit ex Ms. *per ſacrum Romanum Imperium conſtituentur, extunc idem Capitaneus ſeu Capitanei de ſubd. &c.* (β)—(γ) in editione Balbini deſiderantur.

in gehennam: dudum ſiquidem inclytum A *Bohemiæ* Regnum, quod Chriſtianum & fidelem populum habere conſuevit, ad hanc perniciosam *Jacobelli* & ſuorum ſequacium, in aliquibus partibus *Huſſitarum* nuncupatam hæreticam pravitatem, pro magna ejus parte prolapſum, ut communionem *Euchariſtiæ* Sacramenti, *ſub utraque ſpecie*, vini videlicet & panis, quoad Laicos & non conficientes, de neceſſitate fore æternæ ſalutis profitetur. Cum pro- B pter obitum fælicis recordationis quondam *Ladislai* noviſſimi, Rege careret, *Georgium de Podiebrat* ſibi Regem elegit. Qui dum ſe Catholicum affirmaſſet, poſtmodum, dum Coronationis reciperet inſignia, licet in venerabilium fratrum noſtrorum *Jaurienſis & Wacenſis* Epiſcoporum, ac nonnullorum Eccleſiaſticorum & ſecularium virorum notabilium; manibus tactis per eum corporaliter Sacramentis Evange- C licis, publice & ſponte promiſerit, ſpoponderit, pollicituſque fuerit atque juraverit, quod deinceps fidelis & obediens eſſet ſanctæ Rom. Eccleſiæ, & illius pro tempore Pontificibus, in ejuſque obedientia & conformitate, more aliorum Catholicorum & Chriſtianorum Regum, in unitate orthodoxæ fidei, quam ipſa ſancta Rom. Catholica Eccleſia coſitetur, prædicat & tenet: fideliterque obſervaret, ac deinceps D fidem & Eccleſiam ipſam protegeret atque tueretur & defenderet. Et populum ſibi ſubjectum ab omnibus erroribus, ſectis & hereſibus, ac articulis ipſius Eccleſiæ & fidei Catholicæ contrariis, revocaret & averteret, nec non Catholicæ fidei obſervationem ac obedientiam, conformitatem, unionem, ritum, cultumque ipſius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reduceret & reſtitueret in dicto regno: licetque dictus etiam Geor- E gius deinde per dilectum filium *Joannem de Rabenſtein*, Notarium noſtrum, ejus ad nos Oratorem pro ſe ejuſque Conthorali & liberis pollicitaretur, ut præcepta noſtra reverenter ſuſciperet, & eis obſequeretur, ac deinde, cum ſe hujuſmodi juramento aſtrinxiſſet ac obligaſſet per chariſſimum filium noſtrum, *Fridericum* Rom. Imper. Illuſtrem, ut talis extitit confirmatus. Nihilominus, cum ipſe *Georgius* his F omnibus facta contraria ageret: publica, quæ & continuata, fama, adverſus ipſum laboraret, quod contra tam ſolenniter factas ſuas promiſſiones & jusjurandum, dictam hæreticorum ſectam foveret & ample-
197 cteretur: Dilecti filii, Clerus, Capitanei, Conſules & Communitates civitatis *Uratiſlavienſis*, & oppidi *Namſlavienſis*, tanquam

Catholici & veri Chriſti fideles, eundem *Georgium* pro Rege ſibi recipere, eique homagium præſtare debite recuſarunt. Propter quod Georgius ipſe bello illos impugnare temptavit. Nos tunc de his certam notitiam habentes, ut tantis incommodis repagulo eſſemus, dictumque Georgium, ac ipſum inclytum *Bohemiæ* Regnum, ad veram obedientiam & unionem Apoſtolicæ ſedis, & Sanctæ ipſius Romanæ Eccleſiæ, reducere poſſimus, Venerabilem fratrem noſtrum *Hieronymum*, Archiepiſcopum Cretenſem, & dilectum filium, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, *Franciſcum de Toleto*, tunc Archidiaconum *de Aſtigia in Eccleſia Hiſpalenſi*, Oratores noſtros, ad partes illas miſimus, & tandem hujus homagii ſuſpenſio ad triennium & unum menſem per eos facta extitit. Verum duobus deinde fere annis decurſis, cum idem *Georgius* nihil de hujuſmodi juramentis, per eum promiſſis, ſe facturum oſtenderet: nos tantæ rei moram eſſe periculoſam cenſentes, præfatum *Georgium*, ut promiſſionibus & juramentis prætactis ſatisfaceret, regnumque præfarum ad unionem ſanctæ matris Eccleſiæ reduceret, per certum nuncium noſtrum iterum feeimus ſollicitari. Sic demum *Georgius* ipſe, tranſacto poſt unius anni ſpacio, ſolennes ad nos Oratores tranſmittens, nobis obedientiam præſtitit verbalem, ut prius, ſed non realem, ſui & regni, in unitate fidei & ritus Communionis, quam juxta juramentum ac promiſſiones ante dictas expectabamus. Eumque tunc propriis Oratoribus ſuis hortati, pro hujus rei finali conſummatione, & dimiſſa veſania ſua, atque hæretica præſumptione ſuper articulo Communionis hujuſmodi, ipſe cum Regno *Bohemiæ* ſe nobis & Eccleſiæ ſanctæ, atque aliis regnis conformaret: Dilectum filium, *Fantinum de Valle*, utriuſque Juris Doctorem, ad eundem *Georgium*, Regnum & Marchionatum *Moraviæ*, ac vicina ejus dominia tranſmiſimus: Qui ſibi per nos injuncta, fideliter in conventu, ob id per dictum Georgium, in Feſto S. Laurentii proxime elapſo indictum, coram Prælatis, Magnatibus & aliis multis explevit. Idem tamen *Georgius*, Sathanæ laqueis ligatus, in ſua pertinacia obſtinatus permanſit. Nam publice inibi cum ejus Conthorali ſibi conſedente, in Prælatorum, Procerum, Magnatorum præſentia, poſtquam, ut intelleximus, in nos & ſanctam Sedem Apoſtolicam, ipſamque ſanctam Romanam & Apoſtolicam Eccleſiam, fidelium matrem, multis detractionibus & blaſphemiis, ore polluto

polluto & impudicis labiis invexerat, etiam proferre veritus non eſt hæc vel in effectu ſimilia verba, videlicet: Ut nemo deinceps de fide & religione mea, conjugis & liberorum meorum dubius exiſtat, nunc palam & publice profiteor, chariſſimos parentes meos in hac veritate Communionis
198 calicis utriuſque ſpeciei mortuos eſſe, meque in ea natum, educatum, atque uſque in hæc tempora vixiſſe, vivereque & mori velle cum uxore & liberis meis: Aſſerens Communionem illam de neceſſitate ſalutis. Et adjecit: Deo magis quam hominibus eſſe parendum.

Nec his contentus, ſed etiam præfatum *Fantinum* Oratorem noſtrum, poſt factam per eum confutationem aſſertorum Compactatorum ſuper Communione prædicta, poſtque erroris illius declarationem & propoſitionem eorum, quæ ipſe Orator noſter a nobis habuit in mandatis, ſacrilege in eum manus injecit, & turpiter duriſſimis carceribus mancipavit: in Dei, hujus ſanctæ Sedis, & Romanæ Eccleſiæ opprobrium, atque nobis (qui, licet immeriti, Chriſti vices in terris gerimus) in vilipendium & contemptum. Nos autem, qui nobis factam injuriam nihili pendimus, Dei tamen & Eccleſiæ ſuæ offenſam vindicare tenemur. Sic in præmiſſis animadvertere debite volentes, ne error ille ſæviſſimus arma habens, ſub religionis ſpecie, amplius ſerpere valeret, & ne fideles Chriſti, per ſubjectionem dicti Georgii ejus erroribus valeant maculari. Nuper proprio motu, ex certa noſtra ſcientia, fidelium proſpicientes ſalutem: dictos Clerum, Capitaneos, Conſules, Communitates civitatis *Uratiſlavienſis*, necnon oppidi *Namſlavienſis*, ab obſervatione concordiæ prædictæ, autoritate Oratorum noſtrorum concluſæ, omniumque dependentium & connexorum, etiamſi ejus vigore ad homagium præſtandum tenerentur, abſolvimus, & abſolutos fore declaramus, ut in aliis literis noſtris continetur, quarum tenores volumus pro præſenti habere pro expreſſis. Et quamvis pridem chariſſimus filius noſter *Fridericus Imperator*, *ac Nobilis Ludovicus Bavariæ Dux*, Illuſtres, præmiſſa ſentientes, nobis ſupplicarent, ut ab ulteriori proceſſu contra dictum *Georgium*, ob certas cauſas abſtinere, ſive jam factos proceſſus ſuſpendere vellemus, cum dictum *Georgium* ad Eccleſiæ gremium rediturum ſperarent: Nos eorundem, & præſertim ipſius Imperatoris, precibus inclinati, ab ulterioribus proceſſibus adverſus ipſum *Georgium* decernendis, uſque ad præſens

A diſtulimus. Sed cum iterum poſt hæc dictus *Georgius*, per alium nuncium exhortatus, ad cor redire, erroreſque ſuos recognoſcere, & ad Eccleſiam Catholicam reverti, & ſe illius ritui conformare non curavit, nec curat, nihilque nobis ſpei de hoc per Imperatorem ac Ducem prædictos hactenus allatum ſit: Conſiderantes debitum officii noſtri fore, hæreſes extirpare, & Chriſti fideles in obſervantia, ritu & ortho-
B doxa fide ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ confirmare. Ne igitur *Georgius* ipſe ſuum venenum liberius effundat, ac dictos Clerum, Capitaneos, Conſules & Communitatem *Uratiſlavienſem* ac oppidum *Namſlavienſe*, quovis modo opprimat, contra noſtram ac hujus Apoſtolicæ ſedis prohi- 199
bitionem, vigore dictæ concordiæ, adhomagium & quævis præſtanda, inducere & compellere poſſit: motu proprio & ex
C certa noſtra ſcientia, noſtroque mero officio, non ad eorum ſeu alterius, pro eis oblatæ nobis petitionis inſtantiam, Clerum, Capitaneos, Conſules, Communitatem *Vratiſlavienſem*, ac oppidum *Namſlavienſe* præfatos, ſub noſtra Apoſtolicæ Sedis protectione, uſque ad noſtrum & ejuſdem Sedis beneplacitum ſuſcepimus, ſuſcipimusque per præſentes. Nihilominus Apoſtolica autoritate dicto *Georgio*, nec non Duci-
D bus, Marchionibus, Principibus, Baronibus, Nobilibus, Communitatibus & cæteris quibuſcunque, ipſi *Georgio* adhærentibus, & complicibus ſeu ſubditis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam in his ſcriptis ferimus, inhibemus, ne ſe de Clero, Capitaneis, Conſulibus & Communitate, & oppido prædictis, contra noſtram hujuſmodi prohibitionem, quovis modo intromittant, aut ipſos in rebus
E ſeu bonis ſuis directe vel indirecte impediant, ſeu bello diſturbent, aut ei & ſuis adhærentibus aliquem favorem aut loci receptaculum contra eos præbeant: nec etiam prædicantes contra præfatam ſectam impediant. Quinimo harum ſerie hortamur, & in virtute ſanctæ obedientiæ, per viſcera miſericordiæ Jeſu Chriſti, requirimus omnes & ſingulos, chariſſimos Reges Chriſtianos, & dilectos filios Nobiles viros, Du-
F ces, Marchiones, Barones, Milites, Militares, Nobiles, Communitates & oppidanos, cæteroſque quoſcunque *Bohemiæ* Regni & Marchionatus *Moraviæ* Catholicos, ac *Sleſiæ & Luſatiæ* incolas, & alios quoſcunque, quatenus dictis, Clero, Capitaneis, Conſulibus, Communitati & oppidorum, omni potentia, auxilio & favore aſſiſtant, nec permittant eos per dictum

Georgium aut alium ad homagii præſtationem compelli, ſeu alias indebite vexari ſeu oppugnari, contra autoritatem noſtram, ſub pœnis & cenſuris, in aliis noſtris literis contentis: Quas contrarium facientes incurrere volumus ipſo facto: juramento fidelitatis ſeu homagii, dicto *Georgio* aut quibuſvis aliis præſtito, non obſtante, cum eos tenore præſentium, vigore dicti homagii, quo minus nobis in præmiſſis obediant, minime teneri declaramus. Aut ſi aliquibus ſit a ſede prædicta indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes de hujuſmodi indulto mentionem, cæ-

A terisque contrariis non obſtantibus quibuscunque. Et quia difficile foret has noſtras Apoſtolicas literas ad omnia, ubi de illis forte neceſſe fuerit, loca perferri, idcirco volumus, & dicta autoritate decernimus, quod eorum transſumpto, ſigillo alicujus Prælati ſive Judicis eccleſiaſtici, cum ſubſcriptione Notarii publici ſigillato, ubique, etiam in judicio & extra, ſtetur, & fides adhibeatur, ac ſi præſentes noſtræ judicia-B les literæ exhiberentur. Datum *Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Domini-* 200 *cæ* M. CCCC. LXIII. *quarto Calendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno quinto.*

XCIII.

Literæ Deprecatoriæ Georgii Regis Bohemiæ

ad Summum Pontificem, anno 1463.

GEORGIUS, Dei gratia *Bohemiæ Rex*, *& Marchio Moraviæ*, Ejuſdem Sanctitatis Veſtræ devotus filius. Beatiſſime Pater, & clementiſſime Domine, Obedientiam cum veneratione ad pedum oſcula Beatorum. Venit ad nos nomine Sanctitatis Veſtræ Venerabilis *Johannes de Rabenſtein*, *Præpoſitus Wiſſegradenſis*, Sanctitatis Veſtræ *Protonotarius & Referendarius*, *Decretorum Doctor*, Conſiliarius devotus, & fidelis noſter dilectus, ea quæ ſibi a Sanctitate Veſtra injuncta fuerunt, nobis retulit. Quæ nos intelleximus, & credimus Veſtram Sanctitatem non fugiat; Sanctiſſime Pater, nunquam aliud nobis menti noſtræ incidit, quam ut honor ſummorum Pontificum ac Sedis Apoſtolicæ, præſertim Sanctitatis Veſtræ, quantum in nobis fuit, omni cum diligentia & accuratiſſima opera intendimus. In hac quoque opinione & nunc perſiſtimus, ſtabimusque Deo juvante, in ævum. Id autem, de quo præ aliis accuſamur, factum videlicet Dietæ S. Laurentii proxime præteritæ, non ambigimus, intelligit Sanctitas Veſtra, quomodo aliter non erat faciendum, ſecundum quod res & tempus & propoſitio publica illius rei poſtulabat. *Fantinus* captus eſt, quas ob res, jam Sanctitati Veſtræ & nonnullis Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus præſcripſimus nunc aliqua. Tunc loco & tempore poſtulantibus (ut diximus) materia rei, populo aſtante, hoc volebat. Non eſt igitur, cur Sanctitas Veſtra nobis ſuccenſere ſumopere debeat: Cum Veſtra Beatitudo, Pontifex prudentiſſimus, & rerum

C maximarum expertiſſimus exiſtat, remque non ignorare poſſit, ex qua origine, quibus cauſis, quas propter rationes res hæ, in hunc finem deductæ fuere. Sunt quamplures (credimus) delatores, famæque noſtræ (quantum eorum ſe extendit potentia) deſtructores, quibus quantum fidei adhiberi debeat, ſcit peroptime Beatitudo Veſtra. Prætactus etiam *Johannes* inter alia hortatus eſt, verbis Sanctitatis D veſtræ, quatenus contra *Vratislavienſes* nihil attemptemus. Quæ res ut clarius a Sanctitate veſtra percipiatur, neceſſarium eſt, parumper principalius & altius eam ordiri. Cum nos uno conſenſu paribusque votis in Regem electi, & more regio uncti & confirmati fuimus, veſtra Beatitudo, Sereniſſimis Dominus & affinis noſter, Romanorum Imperator, Reges & omnes Principes, Comites & Barones, Militares E & Communitates, tam Sacri *Imperii Romani, quam Regni &* Dominorum noſtrorum, tam non ſubditi amici, quam ſubditi no- 201 ſtri dilecti, nos (ut decens eſt) pro Rege ſcilicet Catholico & non perfido habebant: Ut Regem, etiam non ſubditi venerati ſunt, & Regi fidelitatem ſubditi & obedientiam præſtabant. Soli *Vratislavienſes*, qui Regibus Bohemiæ ſubditi, ac regno hæreditarie incorporati exiſtunt, neſcimus F quo freti ſpiritu, aut quibus ducti conſiliis, obedientiam, prout tenebantur, facere recuſabant. Nos eos bene & juſte potentia a Deo nobis data, ad obediendum & ſuis obligationibus ſatisfaciendum compuliſſemus: ſed ſanctitati veſtræ (cui ſemper placere nitimur) moram gerere cupientes,

eos in

eos in ſubjectionem, tranquilla animi cum patientia, abſque armorum quavis ſævitia accepimus. Ipſi quoque nobis, ut vero Regi Bohemiæ fidelitatem & ſubjectionem præſtiterunt. Et infra. Faciat itaque ſanctitas veſtra, quam non dubitamus regnum Bohemiæ diſtrahi & diripi nolle, magiſque in pace & tranquillitate, ſæpeque nominatos Uratiſlavienſes hortetur & admoneat, quatenus nobis & regno debitam fidelitatem, jamdudum præſtitam obſervent, cæteraque, quibus Regibus nec non Inclitæ Coronæ Regni Bohemiæ obligantur, perfecta teneant & cuſtodiant. Non enim ipſorum eſſe exiſtimamus, ut religionis & fidei Catholicæ quæſtiones diſſolvant. Sunt A quibus dubietas fidei ad decidendum eſt commiſſa. De his autem rebus amplius latiuſque locuturus Orator & Nuncius Sereniſſ. Domini Imp. Rom. Regis &c. affinis noſtri, veniet ad ſanctitatem veſtram, quem nos jam cum Beatitudine veſtra eſſe arbitramur, qui in eiſdem verbis Sereniſſimi Domini Imperatoris, cum Sanctitate veſtra loquetur, ſperamus. Bene valeat Sanctitas veſtra, quam Deus clementiſſi- B mus & glorioſus, nobis Eccleſiæ ſuæ ſacroſanctæ, ad bonum & beatum regimen conſervare & tueri incolumem dignetur. Datum *Pragæ, die tertia Martii, Regni noſtri anno quinto.*

111 XCIV.

Reſponſum Pontificis ad Interceſſionem Friderici III. pro Georgio Rege Bohemiæ, anno 1463.

PIUS Epiſcopus, Servus ſervorum C DEI, &c. Intelleximus literis Ser. tuæ, per dilectum filium *Wolfgangum* Oratorem tuum, Majeſtatem tuam *Georgio, aſſerto Regi Bohemiæ*, qui tibi in tuis injurioſiſſimis & atrociſſimis oppreſſionibus fideliter & efficaciter ſuccurrit, non immerito, ut ſuis affici. Ideoque te a nobis expetere, ut dilectos filios *cives Uratiſlavienſes* inducamus, ut eidem, ut ſuo Regi, homagium præſtent: Cum etiam D ad id ex pacto nunc obligentur, & timere non habeant, quod unquam compellantur fidem atque ritum communionis, quem tenent, immutare. Chariſſime fili, non eſt tuæ Serenitati incognitum, ipſum Georgium, neque nobiſcum & hac ſancta Romana Eccleſia (quæ eſt mater fidei Chriſtianæ) neque tecum atque cum cæteris Chriſtianis Regibus in fide Catholica & ritu concordare: Sed ſeipſum per publicam E declarationem a corpore Chriſti myſtico & ſancta Eccleſia, cujus Chriſtus caput exiſtit, damnabiliter (quod cum dolore referimus) ſeparaſſe: Et, cum Chriſtus Dominus noſter ſit Rex Regum, & Dominus Dominantium, neceſſe exiſtat, omnes Chriſtianos Reges de ipſius Regno eſſe, quod eſt univerſalis Eccleſia: cui nos, licet immeriti, ut ejuſdem Vicarius, præſidemus. Certum profecto eſt, eum, qui ſeipſum ab F Eccleſia catholica ſchiſmatice ſeparat, in Rep. Chriſtiana nullam aut regiam, aut aliam poſſe tenere dignitatem. Nos quoque, ut fidelem Chriſti vicarium decet, eundem pro Ethnico & publicano atque abſciſſo de corpore Chriſti membro, ſine ulla diſſimulatione habere tenemur. Ex quo intelligit Majeſtas T. nos oportere mandare dictis *Vratiſlavienſibus*, ut nobiſcum ſentiant: & *Georgium* ipſum Regem eſſe non poſſe: nec ut Regi obediendum fore ei, qui de corpore Chriſti ſe ſua ſponte præſcidit. Nec in hoc quæcunque pacta ipſis obſtare poſſunt. Sicut enim mors naturalis, pacta præſtanti homagii diſſolviſſet: Ita non minus hæc abſciſſio a corpore Chriſti (extra quod Chriſtianus ut Chriſtianus non vivit) pacta illa diſſolvit. Non enim *Vratiſlavienſes* a noſtris Oratoribus inducti fuere, ut ſe obligarent, poſt triennium & unum menſem præſtare *Georgio* homagium, ut *Georgio*, ſed ut Catholico Regi. Poſtquam autem *Georgius* ipſe ſe declaravit a Catholica & univerſali Eccleſia in fide & ritu ſeparatum, facto patefecit, ſe non eſſe illum, cui a dictis fidelibus Chriſtianis præſtare debeat homagium: ſed potius mortuum cenſeri, cui nullus Chriſtianus, etiam qui eidem præſtitit homagium, obedire tenetur. Et niſi alia 112
ſcripta Celſ. T. ſpem dediſſent, quod ipſe *Georgius*, errore dimiſſo, tua opera ad Eccleſiam rediret, jamdudum ea, quæ contra ipſum officii noſtri ſunt, univerſus Chriſtianorum orbis audiviſſet. Hortamur igitur Majeſt. tuam, cum *Georgium* diligis, adhuc ipſum inducere coneris, ut noſtris monitis pareat, & ad unionem Eccleſiæ Catholicæ redeat.

Et quando *ſic ſe Regiæ dignitatis capacem fecerit*, nos ſemper tuis deſideriis pro ipſo,

ipſo, quantum cum Deo poterimus, com- A placebimus. Quod ſi tua Serenit. in hoc poſſe proficere ſperat, pro tanto bono, ac ut Celſ. Tuæ morem geramus, a publicatione ipſius ad tempus aliquod ſuperſedebimus: ita tamen, ut interim *Georgius* ipſe & ſui, ab omni infeſtatione ipſorum *Uratiſlavienſium* & aliorum Chriſtianorum abſtineant. De quo nobis quantocyus reſcribi, & eoſdem *Uratiſlavienſes* certiorari depoſcimus. Si vero tua Seren. non ſpe- B raret, quod apud dictum *Georgium* in præmiſſis poſſet proficere, rogamus Celſ. tuam, & ipſum per viſcera Miſericordiæ Dei requirimus, ut Catholicam fidem, atque ipſos *Uratiſlavienſes*, & alios Chriſtianos (uti ex Imperiali Majeſtate plus cæteris obligaris) tam ipſi *Georgio*, quam aliis cunctis *Huſſitis* & Hæreticis præferas, & juxta poſſe defendas. Datum *Romæ, apud S. Petrum, Anno Domini* M. CCCC. LXIII. *die* XVI. *Maji, Pontificatus noſtri Anno Quinto.*

XCV.

Renovatio Confœderationis cum Rege Franciæ,

anno 1464.

UNiverſis has literas inſpecturis. Nos C *Hugo de Bournaſel* Miles, Dominus dicti loci *de Bournaſel & de Lapadie Seneſcallus Tholoſanus & Albigenſis, & Rubertus Biote, Dominus de Laroque, & de Monſtreul, Magiſter Requeſtarum hoſpitii, Conſiliariique Chriſtianiſſimi Domini Ludovici D. G. Francorum Regis*, Domini noſtri Supremi, Commiſſariique & Deputati, pro parte ejuſdem Domini noſtri Regis, per ſuas patentes li- D teras tenore ſequenti: *LUDOVICUS D. G. Francorum Rex*; dilectis & fidelibus Conſiliariis noſtris, *Hugoni de Bournaſel, Militi, Domino dicti loci de Bournaſel & Labadie, Seneſcallo noſtro Tholoſano & Albigenſi, & Magiſtro Roberto Biote, Domino de Laroque & Monſtreul, Magiſtro Requeſtarum hoſpitii noſtri* Salutem & dilectionem. Conſiderantes, quod cum inter inclytæ recordationis *Francorum* Reges E Chriſtianiſſimos, noſtros prædeceſſores, & Sereniſſimos inclytoſque *Bohemiæ Reges*, Ligæ, Confœderationes, & Amicitiæ
113 per longa tempora hactenus firmæ inviolabileſque extiterint, & nuper Nobilis Baro *Albertus de Poſtupitz, Marchionatus Luſatiæ* advocatus, & ſtrenuus ac egregius Miles *Anthonius Marini de Gracioli*, Conſiliarii, Ambaſiatores, & Oratores chariſſimi & dilectiſſimi fratris noſtri *Georgii Re-* F *gis Bohemiæ*, ad nos deſtinati cum poteſtate ſufficienti, nobis verbo expoſuerunt, prædictum fratrem noſtrum, renovationem ac continuationem prædictarum ligarum, amicitiarum, & fraternitatum, deſiderare: Nos in re tam laudabili & Reip. Chriſtianæ congrua, Regibuſque ac ſubditis noſtris, hinc inde profutura; ſimili voto concurrere cupientes, confidentes ad plenum de veſtris fidelitate, & diligentia, probitate & induſtria, vos procuratores noſtros generales & nuncios ſpeciales facimus, conſtituimus, creamus, ac etiam ordinamus per præſentes, dantes per eaſdem vobis plenam & liberam poteſtatem, nomine noſtro cum prædictis Oratoribus chariſſimi fratris noſtri *Bohemiæ Regis* ligas, pacem, fœdera, & uniones jam dictas, dudum habitas, inter dictas Domus Illuſtriſſimas *Franciæ & Bohemiæ* innovandi, faciendi, agendi, ordinandi, concludendi & diſponendi, innovatas, factas, ordinatas, concluſas & diſpoſitas, literis, pactis, juramentis, promiſſionibus, ſponſionibus, & aliis juris vel facti clauſulis, opportunis conſummandi: & quæ nos cum præfato, noſtro fratre chariſſimo, *Bohemiæ Rege*, ſi præſentes eſſemus, faceremus, ageremus & firmaremus, pro bono & feliciſſimo ſtatu regnorum Chriſtianorum, Reip. fidei ac Orthodoxæ, pro ut vobis melius, expeditius & utilius videbitur expedire; promittentes nihilominus bona fide & verbo noſtro Regio ratum, gratum, firmum & acceptum nos, pro nobis *& ſucceſſoribus noſtris, Regibus Franciæ*, habituros quicquid per vos in præmiſſis ordinatum, actum, factumque fuerit & concluſum. Datum *in Villa de Dieppe die* XIV. *M. Julii, Anno Domini, Milleſimo, quadringenteſimo, ſexageſimo quarto, & regni Noſtri tertio.* Sic Signata per *Regem. Patriarcha Epiſcopo Baiecenſ. Epiſcopo Broicenſ. Admiraldo, Dominis Dulan & de Baſoges, Magiſtro Steffano Chevalier, Guillero de Varie*, & aliis præſentibus. *Rolant.* Et nos *Albertus de Poſtupitz, Marchionatus Luſatiæ Advocatus, & Anthonius Marini de Gracioli*, Milites, Conſiliarii, Ambaſiatoreſque. & nuncii

nuncii Sereniſſimi Princ. Domini noſtri, A Domini *Georgii*, D. G. *Boëmiæ Regis*, &c. Similiter ordinati per præfatum Sereniſſimum & Illuſtriſſimum *Regem Boëmiæ*, cum ſuis patentibus literis: quarum tenor ſequitur in hæc verba: *GEORGIUS*, D. G. *Rex Boëmiæ*, &c. Notum facimus tenore præſentium Univerſis: Quod cum inter Chriſtianiſſimum Regnum, Domum ac Reges
114 *Franciæ*, & inter Sereniſſimos Reges *Boëmiæ*, prædeceſſores noſtros, ligæ, fœdera, & Amicitiæ indiſſolubiles, etiam Juramentis, pœnis, literis, ſigillis vallatæ, ac obligationibus ſtrictiſſimis, firmatæ fuiſſent: ut Regna tanta, talique optima fauſtaque amicitia conjuncta, vix extitiſſent, quibus una anima, unaque pro fide Orthodoxa & Republica voluntas extitiſſet; Nos prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærere volentes, ut noſtro tempore ita Regnum noſtrum cum Chriſtianis Regibus jungatur, C quatenus hoſtibus Religionis Chriſtianæ facilius reſiſtere poſſit, & ipſa nedum domeſtica verum, externa pace & amicorum numero felici lætari; habentes plenam conſtantemque fiduciam de legalitate & prudentia Baronis *Alberti de Poſtupitz*, *Marchionatus noſtri Luſatiæ Advocati*, & Strenui & egregii Militis, *Antonii Marini*, *de Gracioli*, Conſiliariorum noſtrorum fidelium dilectorum; ipſos animo deliberato, D de noſtra certa ſcientia, authoritate Regia facimus creamus & conſtituimus meliori modo, via, jure & forma, quibus poteſt & debet fieri, noſtros veros, legitimos & certos procuratores, negotiorum geſtores, Ambaſiatores, Nuncios & Oratores ſpeciales: dantes & concedentes eiſdem plenam & omnimodam poteſtatem, authoritatem & facultatem, noſtro nomine cum Chriſtianiſſimo Principe & Domino, Domino *LUDOVICO*, *Rege Francorum*, Conſanguineo noſtro & fratre chariſſimo ligas, pacem, fœdera, amicitias & uniones veteres & habitas inter domos inclytiſſimas *Franciæ & Boëmiæ*, innovandi, faciendi, agendi, ordinandi, concludendi & diſponendi, innovatas, factas, actas, ordinatas, concluſas, & diſpoſitas, literis, pactis, Juramentis, promiſſionibus, ſponſionibus, & aliis juris vel facti Clauſulis opportunis, F conſummandi: quæ nos cum præfato Domino Rege, ſi præſentes eſſemus, faceremus, ageremus, & firmaremus pro bono & feliciſſimo ſtatu Regnorum Chriſtianorum, Reipub. ac fidei Orthodoxæ, prout

ipſis melius, expeditius & utilius videbitur, expedire: promittentes nihilominus bona fide, in verbo noſtro Regio, ratum, gratum, firmum, & acceptum nos, pro nobis & *ſucceſſoribus noſtris Regibus Boëmiæ*, habituros & tenturos, quicquid per præfatos Oratores, Ambaſiatores, Conſiliarios noſtros ordinatum, actum, factum, habitum & concluſum fuerit quomodolibet in præmiſſis. Præſentium ſub appenſione B noſtri Regalis ſigilli teſtimonio literarum. Datum *Pragæ*, *die ſedecima Maji*. *Anno Domini Milleſimo*, *quadringenteſimo*, *ſexageſimo quarto*, *regni noſtri anno ſeptimo*. Sic ſubſcripta ad mandatum Domini Regis. Vigore quarum quidem literarum, & virtute poteſtatis nobis per eas attributæ, convenientes in unum nos Commiſſarii prædicti, poſt multas communicationes matura deliberatione inter nos habita, attendentes & conſiderantes antiquas Ligas, confœderationes & amicitias, inter Reges 115 & Regna *Franciæ & Boemiæ* retroactis temporibus initas, factas, & inviolabiliter obſervatas, ipſas ad honorem Dei omnipotentis, pro bono & utilitate fidei Catholicæ, & totius Reipub. Chriſtianæ, & conſervatione Regnorum & ſubditorum regum prædictorum, virtute dictarum noſtrarum commiſſionum, & in quantum nobis per eas conceſſum eſt, facimus, ordinamus, concludimus, ac de nòvo, in quantum opus eſt, facimus, firmamus, & ſtatuimus, promittentes nominibus, quibus ſupra, quod a modo futuriſque temporibus, dicti reges inter ſe invicem amorem, dilectionem & fraternam charitatem mutuo obſervabunt. *Eruntque fratres*, *amici & colligati perpetuis temporibus*, *tam pro bono*, *utilitate & honeſtate Regnorum*, E *Perſonarumque ſuarum*, *quam fidei Catholicæ & totius Reip. Chriſtianæ*. Et ita nos prædicti Commiſſarii, virtute jam dictarum poteſtatum, pro dominis Regibus dictis, eorumque Succeſſoribus, *Regibus Franciæ & Bohemiæ*, in animam præfatorum Regum nos conſtituentium, & nobis poteſtatem concedentium, volumus, promittimus, & juramus ad Sacroſancta Dei Evangelia, per nos corporaliter tacta, in cujus rei teſtimonium, prædictas literas ſignis noſtris manualibus ſignavimus & ſigillorum noſtrorum appenſione. Datum *in Villa de Dieppe*, *die* XVIII. *Menſe Julii in Normandia*, *Anno Domini Milleſimo*, *Quadringenteſimo*, *Sexageſimo quarto*.

XCVI.

Purgravii Pragenſis Juramentum deſumptum

ex jure provinciali antiquo.

JUro Deo, omnibus Sanctis, Sereniſſimo Principi, ac Domino, Domino *Wladislao Hungariæ, Bohemiæ, &c. Regi*, omnibus Baronibus, Equitibus, & univerſæ communitati *Regni Bohemiæ*, adeoque diviti & egeno, quod in A iſto ſupremi *Purggraviatus Pragenſis*, ad quod vocatus ſum, officio, veritati patrocinabor, injuriam vero damnabo. Id utique facturus citra gratiam, odium, aut ullius rei reſpectum. Ita mihi Deus opituletur, & omnes Sancti.

116 *ALIUD.*

Lex ſancita eſt, ut *Rex Bohemiæ* eligatur, antiquitus obſervato more, juxta conſuetudinem, jus & libertatem *Regni Bohemiæ*. Tandem vero electo illo & veniente debet *ſupremus Purggravius* modernus & futurus, promittere Baronibus, Equitibus, Pragenſibus, & reliquis civitatibus, adeoque univerſæ *Coronæ Bohemiæ*, quod ei, de quocunque illi inter ſe ut rex eſſet, & in regnum veniret, arcem Pra- B genſem ſine controverſia ac placide ceſſurus ſit. Si quis vero interea temporis tumultuoſe egerit, aut turbas fecerit, vel etiam in arces præſidiarios miſerit, ideo ut hac ratione quempiam in conſequendo Regno juvaret; Talis infamiæ, bonorum, & vitæ pœnam incurret, ac in exilium mittetur; Et quicunque ei patrocinaretur, vel commodaret, in eum idem jus eſto.

ALIUD.

Quod ſi omnes tres Status de Rege inter ſe convenerint, tunc debent *Purgravii Carlſteinii*, electo illi Regi arcem cum corona & clenodiis, quam primum illi tres ſtatus hoc eis imperaverint (prout id ſupra ſcribitur) cedere. Quod ſi alteruter *Purgraviorum Carolſteiniorum* aſſentiri & cedere nollet, is notam infamiæ incurrat. Verum ei, qui ad mandatum C prætactorum trium Ordinum cedere vellet vel ceſſiſſet, nequaquam hoc fraudi erit; etiamſi invito altero ad juſſionem memoratam id feciſſet. Neque obligatio illa, quam Collegæ ſcripſiſſet, ejus honori quicquam derogabit. Porro ſi quis *Carlſteinium* a Regia Majeſtate, vel Regno mittatur, debet literis ſigillo Regni munitis inſtructus eſſe.

XCVII.

Contractus Matrimoniorum Regalium inter

Sereniſſimum quondam Ludovicum Ungariæ Regem & Mariam Regis Hiſpaniarum filiam: nec non Sereniſſ. Ferdinandum, tunc Archiducem Auſtriæ & Annam Ladislai Regis Ungariæ & Bohemiæ filiam, medio Maximiliani Imperatoris, factus, anno 1515.

NOS *Maximilianus*, divina favente clementia *Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus; ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lim-*
117 *burgiæ, Lucemburgiæ, & Geldriæ, Landgravius Alſatiæ; Princeps & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tyrolis, Goriciæ, Artheſiæ, Holandiæ, Selandiæ, Ferreti, in* E *Kyburg, Namurci & Zutphaniæ; Marchio S. Romani imperii, ſupra Anaſum, Burgoviæ; Dominus Phriſiæ, Marchiæ Slavoniæ, Mechlinæ, Portus Naonis, & Salinarum &c.* Nos *Ladislaus*, Dei gra- D tia *Rex Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramiæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæ, Marchio Moraviæ, Dux Sleſiæ & Lucemburgenſis, ac Marchio Luſatiæ, &c.* Nos *Sigiſmundus*, eadem gratia *Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ &c. Dominus & Hæres* &c. Tenore præſentium recognoſcimus, & ad perpetuam rei memoriam notum facimus univerſis: Quod cum ſuopte naturæ noſtræ inſtituto ea quæ ad ornamentum, dignitatem, amplificationem, & conſervationem regnorum ac ſubditorum noſtrorum, quibus Divina diſpoſitione ſumus præfecti, ſpectare nobis videntur, pace, concordia & amicitia, potius

potius quam ullo ſtudio ſive officio quærenda putaverimus; ac præſertim amicitiam atque fraternam inter nos unionem, quamvis alias avita neceſſitudo, ſanguiniſque ſtricta conjunctio, inter nos intercedat novis & arctioribus vinculis ſtringere atque conſolidare cogitaverimus; quo cæteri Chriſtiani Principes exemplum noſtrum imitati facilius etiam inter ſe ad ſancta pacis fœdera coirent: & Religio Chriſtiana, propriis atque concordibus viribus ac armis aliquando ſubnixa, ſibi ipſi decori, conſervationi & incremento, ſuis vero hoſtibus immaniſſimis formidini, ac demum exitio eſſet futura. Cumque ejus rei cauſa, ex multis nunc annis, tam ſuper ſponſalibus, quam vinculis matrimonialibus, inter noſtros *Maximiliani Imperatoris, & Wladiſlai Regis* Nepotes & liberos formandis eſſet tractarum alias; tandem Divino annuente favore, his negotiis extremam manum apponere voluimus, & in hoc celeberrimo atque ſanctiſſimo conventu noſtro, quem Deus propitius ſua benignitate clementer indulſit & ordinavit fieri, ultra ea, quæ ad publicam univerſalis Chriſtianæ Religionis utilitatem inter nos acta & conſultata ſunt, memoratos ſponſaliorum & Matrimoniorum tractatus, felici fine atque concluſione duximus firmandos atque ſanciendos. Itaque ad laudem & gloriam inprimis Dei Optimi Maximi & ad utile Regionis incrementum, nec non ad perpetuam tranquillitatem, quietem, ſtabilitatem atque conſervationem, non tam noſtram, quam Nepotum, Liberorum, Regnorum, Dominiorum, & Subditorum noſtrorum, ad hos infra ſcriptos contractus & tractatus devenimus.

Inprimis contracta, celebrata & confirmata ſunt ſponſalia per verba matrimonialia, & de præſenti, cum ſolennitatibus & ceremoniis in hujuſmodi actibus intervenire ſolitis & conſuetis, inter Sereniſſi-
118 mam Dominam *Mariam*, noſtri *Maximiliani Imperatoris Neptem chariſſimam*, & Sereniſſimi quondam, filii noſtri *Philippi Regis Caſtellæ filiam*, ex una; & Sereniſſimum *Dn. Ludovicum*, *Hungariæ*, *Boëmiæque Regem*, *noſtri Wladiſlai Regis filium* chariſſimum, parte ex altera; accedente ad hoc mutuo & expreſſo, quantum per ætatem licuit, eorum conſenſu & voluntate: proferente præfato *Rege Ludovico*, hæc verba formalia: *Ego Ludovicus accipio te Mariam in meam legitimam uxorem*; contra autem ipſa Domina *Maria* pronunciante: *Ego Maria accipio te Ludovicum in meum legitimum maritum*: coram Reve-
A rendiſſimo in Chriſto Patre Domino, Domino *Thoma*, *tituli S. Martini in montibus Presbytero Cardinale*, & *Archiepiſcopo Strigonienſi & Patriarcha Conſtantinopolitano*, *& Sedis Apoſtolicæ*, *de latere Legato*, hujuſmodi contractum, per annulorum ſubarrhationem, & aliis neceſſariis firmante, & ſolennizante, hac potiſſimum Lege & fine; ut ſuccedente per tempus legitima atque idonea ætate, præfati Dominus *Lu-*
B *dovicus Rex*, & Domina *Maria*, hujuſmodi Matrimonium, per copulam carnalem, ut convenit, inter ſe conſummare debeant. Quod indubitanter ita futurum, Nos *Maximilianus*, & Nos *Wladiſlaus Rex*, in verbo noſtro Cæſareo & Regio promittimus.

Secundo, Nos *Maximilianus* hodie contractum matrimonialem, cum Sereniſſima Domina *Anna*, Noſtri *Wladiſlai Regis filia* chariſſima, per verba de præſenti,
C & ad talem actum neceſſaria, & proferri utrinque ſolita, celebravimus, & ſolenniter in facie Eccleſiæ firmavimus; Nobis Imperatoribus hæc verba formalia pronunciantibus: *Ego Maximilianus accipio te Annam in meam legitimam uxorem*; & e contra ipſa Domina *Anna* referente: *Ego Anna accipio te Maximilianum in meum legitimum maritum*; coram ſupradicto Reverendiſſimo Cardinale Legato, hujuſmodi
D contractum noſtrum matrimonialem, per annulorum ſubarrhationem, & alia ad hæc requiſita & adhiberi ſolita, firmante & ſolennizante. Priuſquam tamen nos *Maximilianus* cum Domina *Anna* præfata contraheremus, coram Notariis ac Teſtibus, ſpecialiter ad hoc requiſitis & vocatis, Nos *Maximilianus* & ipſa Domina *Anna* ſolennem proteſtationem fecimus & declaravimus: Quod ſi alter ex Nepotibus noſtris
E *Maximiliani*, videlicet aut Illuſtriſſimus *Ferdinandus*, *Archidux Auſtriæ*, ſive Sereniſſimus Dominus *Carolus*, *Dux Burgundiæ*, *& Hiſpaniarum Princeps* (dummodo is a contractu cum Domina *Renata olim Ludovici Regis Franciæ filia* alias facto liber & immunis fieret, & opportuna Sanctiſſimi Domini noſtri & Sedis Apoſtolicæ diſpenſatio interveniret) cum præfata Domina *Anna* infra ſpacium unius anni a da-
F ta præſentis contractus proxime futuri, 119
contrahere vellet: quod iſtud de expreſſo conſenſu & voluntate amborum noſtrorum fieri poſſet: & præſens contractus inter nos *Maximilianum Imperatorem & ipſam Dominam Annam* in iſto caſu annihilatus, annullatus & caſſatus eſſe debeat: prout in inſtrumento proteſtationis deſuper confecto latius continetur & exprimitur. De-

bemuſque ac volumus Nos Imperator *Maximilianus*, hujuſmodi contractum matrimonialem cum Domina *Anna*, niſi alter Nepotum noſtrorum in tempore præfixo, unius videlicet anni, eam per verba de præſenti ducet, per copulam carnalem, infra trimeſtre poſt & ſupra annum a die præſentis contractus computando conſummare & complere. Et in hunc finem præfata Domina *Anna* ad manus noſtras fuit tradita & libere conſignata.

Nos vero *Wladislaus Rex*, cum utraque iſta matrimonia, non ſolum de conſenſu & voluntate noſtra, imo ex ardentiſſimo noſtro deſiderio facta ſint, ut præfatam filiam noſtram chariſſimam dote decenti & convenienti honeſtaremus, eidem filiæ noſtræ *Annæ* ducenta millia florenorum Hungaricorum, dotis nomine, tenore præſentium inſcribimus & aſſignamus: ita tamen, quod hujuſmodi pecuniæ ſolutio, neque ad præſens, neque tempore conſummationis fieri, ſed ad illud tempus differri debet, quo chariſſimus filius noſter *Ludovicus* cum Domina *Maria* matrimonium per copulam conſummabit. Cui Dominæ *Mariæ* ſimiliter, ut infra patebit, ducenta millia florenorum Hungaricalium dotis loco, ſunt inſcripta. Hoc namque matrimonio filii noſtri cum Domina *Maria* per copulam conſummato, hujuſmodi dos utrinque compenſata, & neutra partium ad illius ſolutionem alteri obligata ſit vel eſſe debeat. Ut autem viciſſim Nos *Maximilianus* Imperator Dominam *Annam* ut par eſſet, debite & ingenue remuneremus; loco donationis propter nuptias, ſeu contradotis, eidem Dominæ *Annæ* reditus annuos viginti quinque millium Ducatorum Hungaricalium ſuper certis caſtris, locis ſeu territoriis noſtris in tenore præſentium aſſignamus: Videlicet medietatem illorum redituum in Provinciis noſtris Auſtralibus inferioribus, videlicet ſuper oppidis & caſtris *Judenburg*, *Leola*, *Styra*, *Lembach*, *ad S. Hippolytum*, *& Gars*, una cum omnibus & ſingulis ipſorum territoriis, diſtrictibus & emolumentis. Alteram autem medietatem in Comitatu noſtro *Tyrolis*, videlicet ſuper oppidis & caſtro *Tmpſt*, *Caltarn*, una cum officio in *Altenburg*, & ſuper oppido & caſtro in *Ratenberg*, una cum eorum omnibus pertinentiis, ut ſupra, aſcribimus, una cum omnibus aliis, quæ vel ex Privilegio, conſuetudine, aut de jure *provinciæ noſtræ Auſtralis*, *Archiduciſſæ* debentur pro contradote. Si autem iſtorum locorum per nos aſſignatorum reditus ad præſcriptam ſummam, non

A aſcenderet; ex aliis reditibus noſtris hujuſmodi defectum, ut par eſt, ſupplere uſque ad integrum valorem ſummæ viginti quinque millium Ducatorum Hungaricalium, curabimus, & pari firmitate promittimus; ipſamque Dominam *Annam* ſtatim poſt conſummationem matrimonii inter nos per copulam, in poſſeſſionem ſupradictorum locorum ponemus & introducemus, curabimuſque, ut omnes officiales & ſub-
B diti ſupra dictorum locorum Dominæ *Annæ* per nos aſſignatorum homagia & alia fidelitatis Juramenta, eidem Dominæ *Annæ* præſtare debeant: Ipſaque Domina *Anna* de omnibus iſtorum locorum officiis & perſonis inſtituendis, ad arbitrium ſuum diſponere poſſit & valeat; ita videlicet, ut præfata Domina *Anna*, hujuſmodi reditibus, vita ſua durante, uti, frui, ac gaudere, & ex illis ſtatum ſuum ſuſtinere &
C intertenere poſſit & valeat. (*a*) In caſu autem, quo alter ex Nepotibus noſtris, *Ferdinandus* aut *Carolus*; cum præfata Domina contraheret, Nos una cum Sereniſſimo Principe, Domino *Ferdinando*, *Arragonum*, *utriuſque Siciliæ & Hieruſalem Rege Catholico*, communium Nepotum noſtrorum avo, concordabimus & providebimus, ut Domina *Anna*, pro ſupra dicta ſumma contradotis viginti quinque mil-
D lium Ducatorum Hungaricalium, convenienter & ſufficienter aſſignetur & aſſecuretur.

Circa vero contractum Domini *Ludovici Regis* cum Domina *Maria*, Nos *Imperator* eidem Dominæ *Mariæ* dotis nomine, ſimiliter ſummam ducentorum millium florenorum Hungaricalium, tenore præſentium adſcribimus & aſſignamus, recompenſandam tum ſuo tempore cum alia
E dote, ſicut ſuperius eſt expreſſum clare. Viciſſim vero nos *Wladislaus Rex*, nomine chariſſimi filii *Ludovici*, loco donationis propter nuptias ſive contradotis, præfatæ Dominæ *Mariæ*, reditus annuos valoris viginti quinque millium Florenorum Hungaricalium, ſuper bonis ac locis in Regnis noſtris *Hungariæ & Bohemiæ Reginis* aſſignari ſolitis, inſcribimus, & per tenorem præſentium aſſignamus: videlicet
F in Regno noſtro *Hungariæ Maromarſiſſium cum Camera ſalium*, & *caſtrum Hwrth* cum quinque oppidis & aliis poſſeſſionibus: in Regno autem noſtro Bohemiæ, *Hradecz ſupra Albim* fluvium, *Chrudim*, *Dwor*, *& Jaromirz*, cum attinentibus; una cum aliis omnibus, quæ vel ex privilegio, conſuetudine, aut de jure præfatorum Regnorum noſtrorum, Reginis debentur pro contradote.

tradote. Quibus omnibus ipſa Domina *Maria*, temporibus vitæ ſuæ, libere gaudere, uti ac frui poſſit, ac valeat, hoc pacto: Ut ſi ſupradicta ſumma in eorum reditibus, ſummam præfixam, videlicet viginti quinque millium Florenorum Hungaricalium, non attingeret quod de aliis reditibus noſtris hunc defectum ſupplere debeamus: ſi autem hanc ſummam viginti quinque millium Ducatorum excederent, nihilominus id totum Dominæ *Mariæ* ce-
121 dere debet. Ipſamque Dominam *Mariam*, ſtatim poſt conſummationem matrimonii cum filio noſtro *Ludovico*, per copulam in poſſeſſionem ſupradictorum locorum ponemus & introducemus: curabimusque, ut omnes officiales ac ſubditi, præfatorum locorum, Dominæ *Mariæ*, per nos aſſignatorum, homagia & alia fidelitatis Juramenta eidem Dominæ *Mariæ* præſtare debeant: Ipſa quoque Domina *Maria*, de prædictorum locorum officiis & perſonis inſtituendis, ad arbitrium ſuum diſponere poſſit ac debeat. (β)

Hæc duo matrimonia, tametſi ad laudem inprimis Dei glorioſam, & ad *propagationem Regalis ſanguinis* (qualis eſſe debet finis & intentio Sacramenti matrimonii) a nobis inſtituta & firmata ſunt: tamen ſi Deo æterno placeret, ſicut omnes mortalitati obnoxii ſumus, revocare ad ſe, (quod tamen longius abeſſe velit) unum ex ſponſis & ſponſabus, ante vel poſt matrimonii per copulæ conſummationem: ita inter nos eſt conventum & concluſum; & inprimis in caſu, quo ſponſum ſive maritum Dominæ *Annæ* (ſive nos, ſive alterum Nepotum noſtrorum) ex humanis ante copulam diſcedere contingeret; quod tunc, præfatæ Dominæ *Annæ*, ſumma centum millium Ducatorum, in ſpacio unius anni tunc proxime futuri perſolvatur, aut jocalia tanti valoris ſecundum veram æſtimationem ad numerum centum florenorum Hungaricalium, quæ apud Provinciales noſtros *inferioris Auſtriæ* deponere debemus, in eventu non ſolutionis ſupradictæ ſummæ centum millium florenorum Hungaricalium, tradantur, cum conditione tamen, nos aut *Hæredes noſtros de Domina Anna aut Hæredibus ſuis*, hujuſmodi jocalia cum ſumma memorata centum millium Ducatorum Hungaricalium redimere poſſe. Pro qua re Prælati, Comites, Barones, Nobiles, Comitatus, omnesque Status & Ordines *Provinciæ Auſtriæ*, ſufficienter ſub fide atque honore ſuo, & ſub hypotheca omnium bonorum ſuorum mobilium &

A immobilium ſe obligabunt, quod in ſupraſcripto caſu, ſumma centum millium Ducatorum Hungaricalium abſque omni diminutione, aut jocalia ipſa a nobis apud eos deponenda, manibus præfatæ Dominæ *Annæ* aut Sereniſſimorum *Regum Hungariæ & Bohemiæ*, ſive aliorum, quos Serenitates ſuæ aut Regna ipſa ad hoc deputabunt in *arce Poſonienſi* tradent & aſſignabunt omni dolo & fraude, & quavis machionatione B ſiniſtra, procul remotis. Quod ut faciant, illis tenore præſentium præcipimus, injungimus & mandamus, ipſosque ab omni obligatione ſubjectionis, fidelitatis & obedientiæ, quibus nobis & hæredibus noſtris ſunt aſtricti, ad hunc duntaxat effectum abſolvimus, & liberos fore circa executionem prædictorum, expreſſe pronunciamus, & exnunc declaramus. Hi autem, qui hujuſmodi pecuniam ſive jocalia ſupradicto C caſu ad *arcem Poſonienſem* perferent, numerum Ducentorum (ſive equites ſive pedites fuerint) excedere non debeant. Similiter moriente ante conſummationem 122
matrimonii per copulam ſponſæ præfatæ Dominæ *Annæ*, quicunque is fuerit, iidem Provinciales noſtri, ipſam Dominam *Annam*, cum omni honeſtate, ſalvis perſonis, & omnibus rebus ſuis & omnium ſuorum, ad omnem ejus atque Sereniſſimorum Re- D gum voluntatem atque arbitrium, ad *Regna paterna*, *Poſonium* videlicet aut *Znoymam*, reducere debebunt & tenentur. In caſu vero, quod unam ex ſponſabus, ante matrimonii conſummationem per copulam, mortem obire contingeret; nihilominus alteræ Sponſæ, quæ ſuperſtes erit, dos expreſſa, videlicet ducentorum millium Ducatorum perſolvatur. Similiter ſi unus ex maritis, poſt matrimonii conſumma- E tionem, fatis concederet, & uxor relicta ad ſecunda vota tranſire vellet; eidem relictæ ſumma illa ducentorum millium Ducatorum perſolvi, & ipſa relicta ſtatim e reditibus pro contradote ſibi aſſignatis, ſibi cedere debet: Interim vero & quamdiu ſolutio dotis ducentorum millium Ducatorum non fit; reditus annuos, & Statum ſuum tenere ac percipere poterit ac debet.

Quæ omnia ſupradicta, inter nos F *Maximilianum noſtrosque Nepotes, ac noſtros Vladislai filium & filiam contracta, firmata & concluſa*, poſtquam matura deliberatione præhabita, & a nobis ſancita ſunt, procerum utriuſque Imperii ac Regnorum noſtrorum accedente conſilio grata, rata, firma habemus, eaque omnia, in fide ac verbis noſtris Regiis, obſervare, exequi, ac

Quæ duabus literis (α) & (β) incluſa ſunt, ea non habet Balbinus.

ac adimplere pro nobis, *Nepotibus*, *liberis*, *& hæredibus atque ſucceſſoribus noſtris*, neque ex illis quoquomodo contravenire, directe & indirecte, ex quacunque cauſa, occaſione, ſive colore, dolo & fraude penitus excluſis, tenore præſentium promittimus & nos obligamus.

Nos vero *Sigismundus*, *Poloniæ Rex*, poſtquam hæc omnia ſupradicta, nedum in præſentia noſtra, ſed & cum ſcitu & voluntate atque conſenſu noſtro ſancita atque firmata ſunt: nosque ut fierent, omni opera & ſtudio laboravimus, rati non tam præfatis Majeſtatibus Sacratiſſimi Cæſaris, & fratris noſtri *Hungariæ Bohemiæque Regibus*, *Regnis & eorum liberis*, ſed & univerſæ Reipublicæ Chriſtianæ rem tam ſanctam & ſaluberrimam profuturam, eadem fide noſtra Regia, atque in verbo ingenui Principis, præſentium tenore promittimus, Nos omni fide, ſtudio, ac opera noſtra, quantum fieri per nos poterit, ut ſupradicta omnia obſerventur, exequantur, integra atque illæſa conſerventur, & manuteneantur & compleantur, ſincere atque ingenue curaturos atque elaboraturos.

Adhæc Nos, *Maximilianus Imperator*, *Wladislaus & Sigiſmundus Reges*, pro præmiſſorum omnium confirmatione, Sanctiſſimum Dominum noſtrum requirimus; ſi contractus ſupraſcripti debitis ſolennitati-
123 bus, vel perſonarum ætate, aut alia cauſa, ſive defectu, non ſatis eſſent fulciti, ut Beatitudo ſua, ad incrementum pacis, & univerſorum ſalutem, hujuſmodi defectus

A ſuppleat, & omnia, ut acta ſunt, confirmet & approbet, omnibus in contrarium facientibus derogari.

In quorum omnium fidem indubitatam atque teſtimonium, nos tres præfati Principes, ternas conformes literas, manibus & Chirographis noſtris propriis ſubſcripſimus, ac ſigillis noſtris Imperialibus atque Regalibus communiri ſecimus. Cumque res iſtæ etiam conſilio & induſtria at-
B que opera Reverendiſſimorum *Cardinalium*, ſupradicti videlicet *Strigonienſis & Sedis Apoſtolicæ Legati*, *Matthæi S. Angeli Diaconi*, *Cardinalis Grucenſis*, *Coadjutoris Saltzburgenſis*, *& noſtri Imperatoris Locumtenentis in Italia Generalis*, actæ, tractatæ & concluſæ ſint: manibus ſuis præſentes literas, ad majus robur & efficaciam, etiam duxerunt ſubſcribendas. Datum *in Civitate Vienna*, *Dominica die Feſti S. Ma-*
C *riæ Magdalenæ*, *22. Julii*, *Anno 1555. Regnorum noſtrorum*, *noſtri Maximiliani*, *Regni Romanorum 30. Hungarici vero 26. Noſtri autem Wladislai Hungariæ 25. Bohemiæ vero 45. Noſtri autem Sigiſmundi*, *Regni Poloniæ 9.*

Nos itaque præfatus *Wladislaus*, *Rex Hungariæ & Bohemiæ &c.* Ut hoc ſupraſcriptum Exemplum, ex literis origina-
D libus, fœdus affinitatum nobiſcum cum Cæſarea Majeſtate continentibus, ad verbum tranſſumi & transſcribi fecimus: & ut Oratoribus noſtris ea in re Sanctiſſimus Dominus noſter plenam & indubitatam fidem faciat, ſigillo quoque noſtro corroborari juſſimus.

XCVIII.

Atteſtatio Regis Poloniæ, quod Proceres Regni ipſum in tutorem Ludovici Regis ſuſceperint,

anno 1517.

NOS *SIGISMUNDUS* Dei gratia *Rex Poloniæ*, *Magnus Dux Lithuaniæ*; *Ruſſiæ*, *Pruſſiæque &c.* Dominus & Hæres, recognoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis: Quia cum duo Status Baronum & Militarium *Regni Boëmiæ*, ſponte & libera eorum voluntate, ſine præjudicio jurium & libertatum ſuarum, nos *in tutorem & protectorem illius Regni*, una cum Sereniſſimo & Excellentiſſimo Principe & Domino, Domino *Maximiliano*, Divina favente clementia electo Romanorum
124 Imperatore Semper-Auguſto, ac *Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ &c. Rege*, *Ar-*
E *chiduce Auſtriæ*, *Duce Burgundiæ*, *Brabantiæ*, *& Comite Palatino* &c. fratre & conſanguineo noſtro chariſſimo, uſque *ad legitimos annos* Sereniſſimi Principis & Domini, *Ludovici*, *Hungariæ & Bohemiæ* &c. *Regis & Marchionis Moraviæ*, Nepotis noſtri chariſſimi, per ſuos inſignes Oratores ſuſceperint ea lege, ut ipſos & *Regni Boëmiæ* terras ac Dominia, ad id pertinentia, in eorum Privilegiis, juribus, ordina-
F tionibus, inſtitutionibus, & laudabilibus conſuetudinibus, ac etiam fide ſeu Religione (prout in literis, a priſcis Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac etiam a Sereniſſimis *Boëmiæ* Regibus deſuper conceſ-

fis; ſi-

ſis; ſimiliter a bonæ memoriæ Sereniſſimo A *Wladislao Hungariæ & Boëmiæ Rege*, germano noſtro chariſſimo, confirmatis; & novis literis per Status etiam *Regni Boëmiæ* factis, & in Tabulam ſeu Regeſtrum Regni inſcriptis, patet & continetur) conſervare dignaremur, ita ut *Rex Boëmiæ* illorum Dominus, facere tenetur. Nos conſiderantes eorundem Statuum *Regni Boëmiæ* ſingularem fidem, bonum animum & confidentiam erga nos, & eorum honeſtam B poſtulationem, promiſimus ipſis ſub fide, & dignitate noſtra Regia, & tenore præſentium promittimus & pollicemur: Quod una cum præfato Sereniſſimo fratre noſtro, Romanorum Imperatore (quandoquidem ab ipſis ſtatibus ſimili modo ſuſceptus eſt) Nos tanquam tutor & protector Status ſupranominatos *Regni Boëmiæ*, ac Terras & Dominia ad id pertinentes & pertinentia, in prædictis eorum Privilegiis, juribus & ordinationibus, inſtitutionibus, & antiquis eorum bonis ac laudabilibus conſuetudinibus, & etiam in fide ſeu Religione, & ad quæ prædicti Status in Regno Boëmiæ jus habent, gratioſe permittere & inviolabiliter obſervare, & in eo ipſos manutenere. Et ſi qui eſſent, qui in contrarium eos vel Regnum Boëmiæ aggravare attentaverint, contra eos ipſos tuebimur & protegemus, ſicuti tenetur facere *Rex Boëmiæ*, ſine dolo & fraude. Harum teſtimonio litterarum, quibus ſigillum noſtrum eſt appenſum. Datum in arce noſtra *Braczlavu, Feria ſexta, die S. Galli, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, decimo ſeptimo, Regni noſtri anno undecimo.*

XCIX.

Recognitio Ferdinandi I. Imperatoris de libera Electione Bohemica, anno 1526.

NOS *FERDINANDUS* Dei gratia C *Bohemiæ Rex, Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, Sileſiæ, & Marchio Luſatiæ* &c. Notum facimus tenore præſentium univerſis: Quemadmodum Barones, Nobiles,
125 & etiam Civitates, ac tota communitas *Regni Bohemiæ*, ex ſua libera & bona voluntate, juxta libertates regni, *elegerunt nos in Regem Bohemiæ*. Quapropter re- D cognoſcimus, quod hoc ipſum ab Oratoribus ipſorum abunde intelleximus, & reipſa cognovimus, & comperimus, quod præfati ſtatus & communitas illius regni, non ex aliquo debito, ſed ita, prout ſupra ſcriptum eſt, eam *electionem, eligentes nos in Regem Bohemiæ*, ex libera & bona voluntate hoc fecerunt. Harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri, quo hactenus tanquam *Archidux Auſtriæ* uſi ſumus, appenſione roboratarum. Datum in *Civitate noſtra Vienna, die tertia decima Menſis Decembris, Anno Domini, Milleſimo, Quingenteſimo, Viceſimo ſexto, Regni vero noſtri anno primo.*

Extractum ex Tabula Regni.

Iſtæ literæ ſunt Regiæ Majeſtati a ſtatibus regni Boëmiæ in Dieta publica in arce Pragenſi feria II. poſt feſtum Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, Anno Domini 1545. redditæ. Atque aliæ literæ loco illarum a ſua Regia Majeſtate ſtatibus Regni lingua Boëmica ſunt datæ. Quæ in hunc librum ſunt quoque inſcriptæ fol. Quarum datum in Arce Pragenſi feria quarta poſt Ægidij, Anno Domini 1545.

C.

Obligatio Ferdinandi I. de Conſervatione Privilegiorum Bohemicorum, anno 1526.

NOS *FERDINANDUS*, Dei gratia E *Bohemiæ Rex, Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, Sileſiæ, & Marchio Luſatiæ*, &c. Notum facimus tenore præſentium univerſis. Quod promiſimus, *Compactata* inter ſacrum *Concilium Baſilienſe* & inclytum *Regnum Bohemiæ ac Marchionatum Moraviæ facta*, quod rurſum ad ſuum vigorem pervenirent, & deducerentur, atque cum effectu obſervarentur. Et hoc inſcribere debemus juxta omnes inſcriptiones prædeceſſorum noſtrorum *Regum Bohemiæ* inſcribere

ſcribere & obſervare, ac ad finem perdu- A
cere. Quod ſi aliquis contra hoc eſſe vellet, & *Regno Bohemiæ, ac Marchionatui Moraviæ* illud infringere, atque cum ſummo Pontifice illud tractare, ac ſi *Bohemis & Moravis* illa cum effectu eſſent confirmata.

Item promiſimus ut talis Archiepiſcopus ad Eccleſiam *Pragenſem* daretur, qui *Bohemos & Moravos*, tam ſpirituales quam ſeculares in omnibus rebus, prout illa in ſe B
continent *Compactata*, & etiam juxta Inſcriptiones & Aſſecurationes Imperatoris *Sigiſmundi* bonæ memoriæ, ac aliorum *Regum Bohemiæ*, & Inſcriptiones Regis *Uladislai*, conſervaret & teneret; & talis Archiepiſcopus ut cito impetraretur, confirmaretur & conſecraretur.

Item promiſimus, *Regnum Bohemiæ*, omnes Barones, Militares, Civitates Pragenſem, ac alias Civitates, & omnem illius C
Regni Communitatem, juxta jura, Ordinationes, Privilegia, Libertates, Immunitates & Donationes Regni, & omnes alias antiquas obſervatas bonas Conſuetudines: & ſingulariter Divæ memoriæ *Regis Ottogari, Regis Joannis, Imperatoris Caroli, Regis Wenceslai, Imperatoris Sigiſmundi, Regis Alberti, Regis Ladislai, Regis Georgii, Regis Uladislai, omnes Inſcriptiones* datas, & uſque ad ejus obitum emanatas D
tenere, obſervare, & cum effectu protegere, citra impedimentum & contradictionem quorumcunque.

Item promiſimus, *Caſtrum Carlſteinen, Coronam*, & qualiacunque *Clenodia* Regni, & etiam *Tabulas & Privilegia* Regni, nemini citra voluntatem & Conſilium Baronum & Militarium *Regni Bohemiæ, ac Civitatum Pragenſium*, prout in eo negotio ad unumquemque pertinet, commit- E
tere & concredere.

Item promiſimus, quamprimum Gubernamen effectuale præfati *Regni Boemiæ* in nos ſuſciperemus, quod obſervare debemus ritus & Conſuetudines antiquas *Regni Bohemiæ*.

Item promiſimus, neminem Alienigenarum, tam ſpiritualium quam ſecularium, ad officia Regni, Curiæ, Civitatum, vel Spiritualium, quam Bohemos præficere, neque illis Caſtra aut Civitates concredere, & eis illa committere. Quæ etiam cum conſilio facere debemus. Et etiam, ut in circumjacentibus ac ad *Regnum Bohemiæ* pertinentibus Provinciis, quod ita obſervaretur, prout illud tempore Imperatoris *Caroli* & aliorum Regum prædeceſſorum noſtrorum obſervatum fuit.

Item promiſimus, quod nullas Provincias, Ducatus, Civitates, Caſtra, Arces Omagiales, ac alia quæcunque bona Regno pertinentia, a Corona abſtrahere, aut alienare aliquo pacto, aut aliqua dote, debemus. Verum ſi quid a Corona *Bohemiæ* abſtractum, aut alienatum, hoc debemus rurſum Coronæ annectere & adjungere.

Item promiſimus, *Monetam Bohemicam* nullo pacto alleviare vel leviorem cudere ſine conſenſu totius Regni, ſed ita ſe, juxta immunitates & Privilegia *Regni Boemiæ*, ac prout jus eſt, obſervare.

Item promiſimus, quicquid Imperatores *Reges Bohemiæ*, prædeceſſores noſtri, Ordinibus, ſingularibus perſonis, aut perſonæ, in bonis Regni ſeu ſpiritualib. vel feudalib. dederunt & inſcripſerunt, quod illud tenere, & ex integro conſervare debemus. Et hoc quicquid non eſſet contra Gratias & Donationes, quas *Rex Uladislaus* omnib. Ordinib. iſtius Regni contulit.

Item promiſimus, unumquemque 127
Ordinem & ſtatum ſingillatim circa ipſorum Jura, Ordinationes, Privilegia, Libertates, Immunitates, Conſuetudines, & Donationes, quæ ad unumquemque ordinem pertinent, conſervare. Harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri, quo tanquam *Archidux Auſtriæ* hactenus uſi ſumus, appenſione munitarum. Datum in civitate noſtra *Vienna*, *die decima quinta Menſis Decembris*, *quæ eſt Sabbati proxima poſt Feſtum Luciæ*, *Anno Domini Milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſexto*: *Regni vero noſtri*, *Anno primo*.

CI.

De Hæreſi Sacramentaria Zvinglianorum exterminanda, anno 1534.

Ferdinandus Romanorum Rex Johanni Friderico Electori Saxoniæ.

Certiſſimorum hominum relatu aliquoties intelleximus, in multis Imperii locis *hæreſin Zvinglianam* indies augeſcere. Quo rumore F
non leviter perturbati ſumus, ac metuimus, niſi mature huic malo occurratur, triſtiſſimam piarum conſcientiarum ſeductionem, adeoque totius Eccleſiæ perniciem,

ciem, & damnum prorſus irreparabile, nec non etiam Imperii Ordinum defectionem ac diminutionem, & præcipue erga Magiſtratus contumaciam, rebellionem ac ſeditionem inde exorituram eſſe. Ad iſta igitur incommoda avertenda, ſumme neceſſarium ducimus, ut huic incendio tempeſtive, antequam latius ſeſe diffundat, & dum etiam ſine ſanguine & communis patriæ damno ac vaſtatione coërceri poſſit, pro virili occurratur. Nobis itaque viſum eſt, extremam & inevitabilem neceſſitatem exigere, ut dilectionem tuam tranſactionis illius admoneamus, quæ *Kadani* inter nos & ſe, ac pleroſque alios inſtituta eſt; & quidem nominatim in hoc articulo, ubi religionis eſt facta mentio, quo cautum fuit, ne Sacramentarii in Imperii ditionibus ferantur aut tolerentur. Sacramentariorum autem vocabulo *Zuingliani* intelliguntur, omnem honorem ac dignitatem venerabili Sacramento detrahentes. Quod ſi igitur Dilectio tua in locis tuæ poteſtati ſubjectis, ubi ſecta hæc invaluit, aut invaſitura videtur, privata opera amicas tractationes illius abrogandæ ac depellendæ ſuſcipere poteſt, nulli labori ea in re parces. Nos ſimiliter nihil intermittemus. Datum *Pragæ menſe Auguſto, anno 1534.*

CII.

Juramentum Burggraviorum Karlſteinenſium

renovatum anno 1545.

JUramus Domino Deo, omnibus Sanctis, Sereniſſimo Principi ac Domino, Domino Ferdinando Romanorum, Ungariæ, Bohemiæ &c. Regi, tanquam Regi Bohemiæ, & ſuæ Majeſtatis *hæredibus legitime a ſua Majeſtate provenientibus*; & omnibus Dominis, Equeſtri Ordini, Nobilibus, & univerſæ Communitati Regni Bohemiæ &c. quod iſtam arcem Karlſteinenſem, cum Corona, & omnibus privilegiis ac klenodiis Regni, quæ nobis tanquam Burggraviis a ſua Regia Majeſtate, & Dominis, Nobilibus, & univerſa Communitate Regni Bohemiæ, concredita ſunt, fideliter ac diligenter ſervare debemus, & recte cum o-
102 mnibus agere, ſuæ Regiæ Majeſtati, ejuſque *hæredibus*, & univerſo Regno. Quod ſi Deus permitteret, ut Rex ac Dominus noſter *abſque hæredibus* moreretur, tunc arcem Karlſteinenſem nulli debemus cedere, neque Coronam tradere; ſed cum Domini, Ordo Equeſtris, & tota Communitas Regni Bohemiæ, pari voluntate de Rege ſentirent, eumque ipſo facto eligerent, & pro Domino acceptarent, ita ut antiquitus fiebat, juxta conſuetudinem, jus, privilegia Regni Bohemiæ, tunc mox & quamprimum debemus & promittimus, Coronam abſque ulla repugnantia Dominis, & Equeſtri Ordini, ac univerſæ Communitati tradere, nihil ad id nobis in auxilium acceptando, quod humana ratione excogitari poſſit. Poſt coronationem vero, quandocunque moneremur, debemus etiam Regi futuro Karlſteinium in poteſtatem tradere. Quod ſi nos ita non geramus, quod Deus avertat, ſive in toto, ſive in parte, agnoſcimus, quod id ageremus (vel patraremus) contra noſtrum honorem: ipſum honorem, vitam, facultates noſtras perdituri, nullo unquam tempore in æternum ad ea reſtituendi. Sic nos Deus adjuvet, & omnes Sancti.

128 ## CIII.

Imp. Ferdinandi Aug. Aurea Bulla de Societate *Jeſu*, anno Domini 1563.

FERDINANDUS divina favente clementia *Electus Romanorum Imperator Semper-Auguſtus; ac Rex Germaniæ, Hungariæ, Boëmiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, & Marchio Moraviæ, & Comes Tyroli, &c.*

Recognoſcimus pro nobis hæredibus noſtris, & Succeſſoribus, Regibus, &c. Quod cum a multo tempore afflictiſſimorum Regnorum noſtrorum, *Germaniæ*, *Bohemiæ*, *Hungariæ*, & Provinciæ in primis *Auſtriæ* ſtatum, maxime quoad *religionem noſtram Catholicam*, uſquequaque fere retroactis annis expulſam & profliga-

tam.

tam, diligentius perpendiſſemus; cumque A ita eſſe reperiſſemus, ut niſi brevi de opportuno aliquo remedio illi diſpexiſſemus, actum profecto de miſeris ipſis reliquiis prælibatæ noſtræ *religionis Catholicæ* (præſertim invaleſcentibus tot tantiſque de die in diem novis hæreſibus) intra breviſſimum tempus cuique vel mediocri judicio prædito videri potuerit; ſane ea cura & cogitatione nihil prius aut poſterius habuimus, quam ut huic malo efficaciſſimum B antidotum inveniremus.

Quandoquidem itaque de almæ Societatis Jeſu inſigni pietate, aliiſque innumerabilibus virtutum meritis, nec non ſedula & incomparabili eorum in inſtituenda juventute, tam moribus Chriſtianis, quam in bonis omnis generis litteris diligentia, in habendiſque concionibus ad populum ipſum aſſiduitate, multorum fide dignorum relatione atque experimentis, C exemplisque non modo *Pragenſis*, *Oenipontani*, & *Tyrnavienſis* Collegiorum, quæ a nobis clementer inſtituta annis prioribus, ſed multo amplius atque uberius Cæſarei hujus Collegii noſtri Societatis ejuſdem, quod multis ante annis hic *Viennæ* eaſdem ob cauſas inſtituimus, edocti eſſemus, facile induximus animum, ut quemadmodum eos in hanc tam copioſam & luxuriantem meſſem ſcriptis de eo tum ad Summum Pontificem Romanum felicis recordationis *Paulum III.* tum ad Generalem Præpoſitum ejuſdem Societatis primum inſtitutorem *M. Ignatium de Lojola* bonæ memoriæ, quam gratioſiſſimis litteris, evocavimus. Quemadmodum vero illi, pro eorum in Rempublicam Chriſtianam ardore, ejuſmodi noſtris poſtulatis minime cunctanter annuerunt, hanc noſtram Regiam civitatem Viennenſem, nulla habita ratione tam longinqui itineris, nec non eorum diſcriminum, quæ tum eos bellis ubique flagrantibus manebant, quam ſtudioſiſſime appuliſſent, ita quoque nos nihil certe 129 tam proprium officii noſtri duximus, quam ut illis confeſtim de honeſta annua ſuſtentatione, ac certo loco, ubi ſeſe pro eorum inſtituto exercere, ac gratiam illam, quæ illis divinitus conceſſa eſt, populis noſtris ac fidelibus ſubditis communicare valerent, inprimis provideremus. Quare nos pro religionis zelo ad conſervandam & propagandam veram fidem Catholicam, ratione inſtitutionis puerorum, educationis doctorum virorum, ac præcipue Cleri almæ Societatis Jeſu, moti, ſequentem fundationem ac ordinationem fecimus, &c. Dat. *Viennæ, anno 1563. 1. Octobris.*

CIV.

De Exercitio Religionis Libero Auguſtanæ Confeſſionis, & interdicto aliarum ſectarum,

anno 1564.

ADmiſſi ad Maximilianum II. Cæſarem D Vratiſlaviæ VI. Calend. Jan. Miniſtri Evangelii in eccleſia Vratiſlavienſi, debitum Majeſtati Regiæ, piæ Gratulationis de tanta felicitate, qua nihil in humanis rebus majus & celſius eſſe poteſt, officium peregerunt: doctrinæque ſuæ ratione reddita, Auguſtum ſibi, Eccleſiis & Scholis Vratiſlavienſibus, totique adeo Reipublicæ patrocinium ſubmiſſa oratione flagitarunt, & ut Evangelicæ E doctrinæ & Sacramentorum, ſicut ea divinitus inſtituta ſunt, & omnium piorum Miniſtrorum protector eſſet, humiliter petierunt. Quibus a Doctore Zaſio Vicecancellario Regis juſſu ac nomine in hæc verba reſponſum.

Sacra Romanorum, Hungariæ, Bojemiæque Regia Majeſtas has veſtras gratulationes & preces, quæ publice fiunt pro Sua Regia Majeſtate, & Auguſtiſſima conjuge, & Illuſtriſſimis liberis, libenter ſuſcipit & acceptat; nec non narrationem de ſtatu Eccleſiæ, doctrina & moderatione veſtra, quam Regia Majeſtas antea probe novit, & ex veſtra oratione intellexit, approbat; hortaturque, ut deinceps eadem moderatione utamini, qua hactenus in docendo uſi eſtis; ac pergatis officio veſtro fideliter præeſſe, ſicut Regia ſua Majeſtas ſperat, & non addubitat. Viciſſim Regia Majeſtas vos & veſtras Eccleſias vult ſibi habere commendatas, & in ſuam defenſionem ſuſcipit, & vult vos tueri. De cætero caveatis, ne hæreſes, & præſertim Schwenckfeldiana, quam in his partibus Regia Majeſtas audit graſſari, idque Regia Majeſtas vehementer dolet, & aliæ deteſtandæ ſectæ irrumpant.

130

CV.

Oratio a Legatis Ordinum Regni Bohemiæ habita Warſaviæ in conventu Regni Poloniæ pro Erneſto Bohemiæ Principe in Regem Poloniæ aſſumendo, anno 1573.

IMmaturus obitus Sereniſſimi Regis *Sigismundi Auguſti* &c. Status *Regni Bohemiæ* in non parvum mœrorem conjecit. Solent enim magnorum Principum ex hac vita migrationes interdum periculoſas mutationes Regnis & publico rerum ſtatui prænunciare. Ipſe vero *Sigismundus* Auguſtus erat Princeps in ea animi magnitudine, iiſque virtutibus præditus, ut facile ſingulos de ſuis majoribus adæquaret, nonnullos etiam non ſine magnæ laude ſuperaret. Adde quod in eo ultima & univerſa ſpes *Jagellonici Sanguinis* (cum quo Reges & Principes noſtri antiquæ conſanguinitatis, conjunctionis & neceſſitudinis fœdera adeo arcte renovarunt, ut raro quidpiam acciderit, quod inter eos publicam tranquillitatem & bonam vicinitatem turbaret) fuerat repoſita. Sed quia ſic Deo viſum eſt, ut celeberrimum hoc *regnum Poloniæ* patre & rege, noſtrum autem *Bohemicum* vicino optimo orbaret, pietas jubet, ut divinæ voluntati noſtram ſubjiciamus. Et habent ſtatus *Regni Bohemiæ* ſui luctus non contemnendam mitigationem ex celeberrimæ hujus Synodi inſtituto, in qua pro laudabili regni conſuetudine Privilegiis & libertatibus *de novo Rege eligendo* ſunt habenda conſilia. Ad eam rem, ut quæ non modo hujus inclyti regni incolumitatem, ſed & totius Chriſtianitatis ſalutem concernat, dicti ſtatus *regni Bohemiæ* a Deo Opt. Max. Reverendiſſimis, Illuſtriſſimis & Magnificis Dominationibus veſtris benedictionem & fœlicitatem precantur, ut circa hujuſmodi electionem univerſum illud, per quod gloria Dei longe lateque propagari, ſtatus & dignitas patriæ ampliari, pax vero & tranquillitas publica ad multam ætatem conſervari poſſit. Etſi autem non dubitant Reverendiſſimas, Illuſtriſſimas & Magnificas dominationes veſtras, utpote Heroas & viros pietate, prudentia, conſilio, virtute, doctrina & multijuga rerum experientia præſtantes ad harum rerum tractationem longe inſtructiſſimas acceſſiſſe, ut nihil dici aſſerrive poſſit, de quo non antea graves deliberationes interceſſerint: nihilominus tamen injunxerunt nobis pauca quædam de noſtræ gentis cum *Polonica* conjunctione ad hanc inclytam Synodum referre, ut in

A quanam ſint de potentibus comitiis expectatione conſtituti, & quid potiſſimum a Reverendiſſimis, Illuſtriſſimis & Magnificis Dominationibus veſtris pro veteri diuturna mutuaque neceſſitudine contendant, liquido conſtare poſſit. 131

Hoc dum brevibus perſequimur, Reverendiſſimarum, Illuſtriſſimarum ac Magnificarum Dominationum veſtrarum in audiendo benignitatem obnixe & reverenter B petimus, nuſquam, ſi vel omnes omnium hiſtoriæ evellantur, (a) aliarum duarum gentium tantam circa originem, linguam, dignitates, leges, conſuetudines & mores, quanta eſt celeberrimæ hujus *Polonicæ* cum *Bohemica* ſimilitudinem deprehendas. Has duo fratres ab initio condiderunt longe melioribus auſpiciis, quam Romanum *Romulus cum Remo* Imperium conditis præfuerunt, atque earundem potentiam ſtipatam C legibus & armis *ad hæredes* demiſerunt. Poſt ubi & gubernationis procerum & ſucceſſorum fœminei ſexus eſſet pertæſum, mirabili Dei conſilio, oracula de ejuſdem gentis Principibus quaſi de novo proſpexerunt: qui cum *Ducalem ſtirpem ad multam poſteritatem propagaſſent*, decus Regni perpetuo circa domeſticos remanſit, aut pro ea, quæ ſtatuum hujus regni circa electionem Regis eſt libertas, ex *Bohemia* tan- D quam cognata gente, & viciſſim hinc in *Bohemiam* Princeps ad ſceptri Majeſtatem eſt accerſitus. Et ne hujuſmodi viciſſitudo aliquem metum periculorum afferret, eadem utrinque lingua, judicia & mores, honeſtiſſima æmulatione idque omni tempore viguerunt. Sed ut de multis pauca referamus.

Mortuo *Premislao Rege*, & abrogato ejuſdem ſucceſſori *Poloniæ Regno*, *Wen-* E *ceslao Bohemorum Regi* Diadema regium eſt delatum. Atque cum is quoque fatis conceſſiſſet, ad *Vladislaum*, quem hiſtoriæ *Lokticum* appellant, *& poſteros ejus* viciſſim delatum. Erat autem *Wenceslaus Poloniæ*, *Hungariæ & Bohemiæ Rex* ſimul conſtitutus, unde poſtea hæc tria regna arctiſſimis conſuetudinis & fœderum vinculis in hodiernum uſque diem ſunt colligata, nec multum aut crebro factum eſt, ut regni *Hungariæ* F poteſtas ab hoc *Polonico* vel noſtro *Bohemico* divelleretur. Quin & *Caſimi-*

(a) Balbin. evolvantur.

ro ſecundo, in quo primum poſt 900. & amplius *a Piaſti* temporibus annos, *Ducalis & regia poſteritas* apud *Polonicam gentem* præciſa eſt, *Ludovicus Ungariæ Rex* erat ſuccenturiatus. Huic etſi *Iagello Magnus Lithuanorum dux* in regno ſucceſſerit, cujus *regia propago* uſque ad Sereniſſimum nuper *Regem Sigiſmundum Auguſtum* pie defunctum fuit extenſa: tamen de mutua & fraterna *Polonorum* cum *Bohemis* benevolentia nihil fuit imminutum, Regno & Regibus *Bohemiæ* cum illius poſteritate & liberis arctiſſimæ amicitiæ intercedentibus obligationibus. Unde cum *Rex Georgius* vita eſſet functus, Status Regni *Bohemiæ* nihil attendentes, illius filios hæredes, non aliunde novum Regem accerſendum & impetrandum eſſe, quam a ſuis gentilibus amicis & vicinis, *Polonis* nimirum, cenſuerunt. Quæ res Dei beneficio ita fœliciter ceſſit, ut multis retro labentibus annis *Bohemia* nunquam fuerit tranquillior atque
132 *Vladislao*, *Caſimiri filio*, ad gubernacula ſubvecto. Non enim erat difficile Regem *Bohemiæ* imperare, qui prius domi, inter *Polonos*, gentem cum *Bohemis* per omnia fere ſimilem, educatus erat. Ejus *ex filia nepos* adhuc eſt in vivis invictiſſimus *Imperator Maximilianus Secundus*, patruelis nuper defuncti Regis *Sigiſmundi*: hinc quoque *pronepotes* ſuæ Imperatoriæ Majeſtatis filii, domini noſtri clementes, quorum maximus natu *Rodolphus* ob egregiam indolem nuper unanimi Statuum conſenſu in *Regem Hungariæ* electus, aſcitus & inauguratus eſt. Proximus ab eo Sereniſſimus Archidux eſt *Erneſtus*, Princeps ſupra ætatem pius, prudens, gravis, diſertus, & non niſi maximis rebus deſtinatus. Hunc ſi celeberrimi hujus *Poloniæ* regni ſtatus ſuis liberis ſuffragiis Regem elegerint, non modo ſui regni decus & libertatem, ſed & totius Chriſtianitatis concordiam & pacem, quam & longe plurimum promovebunt. Nec opus eſt de generis ſplendore quidpiam attingere, ut qui univerſo orbi ad omnem poſteritatem eſt inſcriptus, aut ſingulas Sereniſſimi Archiducis *Erneſti* virtutes commemorare. Siquidem *cor Regis in manu Dei eſt*, a quo pro ſuæ divinæ Majeſtatis arbitrio flectitur. In unum Imperatorem ſuæ Serenitatis parentem dignemini oculos convertere, qui per Dei benignitatem ea fælicitate, clementia & ſimul ſapientia ſummis rerum gubernaculis aſſidet, ut tranquillitas ſuæ Majeſtatis Imperio conceſſa cum nullius hominis memoria poſſit adæquari, quæ prius armis ſopiri & conſtitui

A non poterant, hæc Imperatoris benevolentia diſponuntur: gliſcentibus armis & diſſidiis qualibuſcunque, ea animi moderatione & prudentia itur obviam, ut nihil ſit aſperum, quod non in viam redeat, pacem colat, & clementiſſimo juſti Imperatoris judicio ſeſe ſubmittat. Sed ne dicamus de rebus Imperii aut Germanicis: noſtra *Bohemia* neque genuino patri quam illius Imperio ſubeſſe mallet. Ut qui privilegiorum, ſtatutorum, jurium, legum, libertatum & conſuetudinum regni ſummus eſt aſſertor, vindex, patronus & defenſor officiorum & dignitatum ut ſapientiſſimus ita juſtiſſimus inter domeſticos diſtributor, nihil metu periculorum cauteloſe attentans, nihil odio gentis (a quo longiſſime abeſt) circa ſtatuum prærogativas innovans, omnia ſuo vigori immutabilitec relinquens. Et ſi aliquando per temporum
C difficultatem accidit, ut impenſis ſolito majoribus ad firmanda præſidia adverſus *Europæ* & Chriſtianitatis hoſtes ſit neceſſe, communi ſtatuum conſilio ſine vi, ſineque variis aut frivolis perſuaſionibus libere, & nullis plane circumſcripto legibus conſenſu & voluntate decernitur, quantum pro facultate cujuſque, pro patriæ tranquillitate, imo pro aris & focis (pro quibus vitam & ſanguinem denotare (a) Chriſtiani homi-
D nis officium eſt) adverſus immaniſſimi & Chriſtiani ſanguinis ſitientiſſimi hoſtis Tyrannidem erogare poſſit & debeat, idque 133
ſine ulla onerum præſcriptione & privilegiorum Regni præjudicio. Præterea, quod vel inter miracula referri queat, in non paucis nec parvis de religione ſubditorum diſſenſionibus, ea utitur erga ſingulos æquabilitate, qua omnes ad unanimitatem, concordiam, pacem, & mutuam charita-
E tem invitantur; juſtitia adminiſtratur ex æquo omnibus. Neque uſque quiſque eſt adeo vel pauper vel abjectus, cujus petitionem clementiſſimus Imperator non exaudiat, ſupplicem libellum non recipiat, & juri, ſi quod habet, proſpicere non præcipiat. Hoc ingenium, haſque virtutes patris cum filius quotidie intueatur, quiſnam eſt, qui Principem bene natum, eaſdem non imitaturum, aut Deo minus charum futu-
F rum non exiſtimet? Unde poſthæc ſubditos non modo tempore pacis ſapienter, ſed & ferventibus bellis fortiter tueri & regere poſſit. Neque vero ſi ſic neceſſitas requirat, humanis & aliunde accerſitis præſidiis deſertum iri ſollicite timendum eſt, cujus pater, patrui avunculus, fratres atque adeo univerſa domus *Auſtriæ*, omnes totius Chri-

(a) Balbin. *devovere*.

Chriſtianitatis Monarchas & Principes ſibi A conſanguine, cognatione, affinitate, homagiis, nec non quam plurimis aliis ad intimam amicitiam paratis vinculis & fœderibus habeant devinctiſſimos.

At non dubitamus de his rebus alios coram hac celeberrima Synodo ſapienter, copioſe & prolixe dixiſſe, Statuum in *Regno Bohemiæ* hoc eſt præcipuum ſtudium & conatus Reverendiſſimas, Illuſtriſſ. & Magnific. Dominationes Veſtras, quacunque B poſſunt & fas eſt animi reverentia & oblectatione eo invitare, ne patiamini inclyti hujus Regni ab *Ungarico*, & inprimis noſtro *Bohemico* (per aliunde accerſitum Regem, cujus forte non eadem ſit cum hac *Polonica* gente atque noſtrorum Principum cognatio) fieri ſeparationem: ſed ut qui nobis jam inde a primis uſque gentis incunabulis eſtis junctiſſimi, in priſtina nobiſcum & cum univerſæ Chriſtianitatis conjunctione C perſiſtatis, maneatiſque. Neque id armis aut inuſitato exemplo Reverendiſſimis, Illuſtriſſ. ac Magnific. Dominationibus Veſtris efficiendum reſtat: ſiquidem tam nulla eſt in utriuſque *Hungarico* & *Bohemico* Regnis animorum & benevolentiæ erga *Poloniam* facta alienatio, ut hujus Regni incolas ſua ſponte amice & fraterne ad priſtinæ neceſſitudinis rogent atque incitent ſocietatem. Et quod Status *Bohemiæ* a Reverendiſſimis, D Illuſtriſſ. & Magnific. Dominat. Veſtris fieri exoptant, idem ab ipſis antea in ſimili caſu factitatum. Et quia factitatum, habent quod Deo Optimo Maximo gratias agant, quippe qui de Sereniſſimi quondam Regis *Caſimiri* ſex filiis *Uladiſlaum* petierunt & impetrarunt Regem. Quod ſi Status hujus inclyti Regni noſtrorum majorum exemplum imitati, unum de ſuæ Imperatoriæ Majeſt. ſex filiis Regem elegerint, futurum E eſt, ut Regis & omnium Veſtrum poſteritas
134 ſua de (α) dignitate, ſplendore & potentia perpetuo fulciat. Certe veteres amicos retinere, quam novos acquirere tutius eſt. De illis ſecure fidere, de his anxie timere, ne quid præter expectationem accidat, licet, & admodum periculoſe ſtatuit, ſi quis ex diuturnis & infeſtiſſimis quondam hoſtibus amicos ad ſtabilitatem fieri poſſe exiſtimet, neque foris manſueſcit bene, qui domi in F ſuos ferociter graſſatur. Conciliatio amicorum ab originis, linguæ, morum, conſuetudinum, legum & pietatis ſimilitudine inducta humanitatem alit & benevolentiam conſervat. Atque ſic demum regna & politiæ ſtabiliuntur, dum natura ſingulos rapit, ut idem ſentiant, velint, exoptent. His etiam nervis negotiationes & mercimonia, per quæ indigenarum victui libere conſulitur, exercentur. Contra vero mutata regni forma, & ipſæ labefactantur paulatim, ut denique concidant. Sed quid conſectamur ſingula, dum communem patriam allegamus, omnia quibus illi ad tuendam dignitatem & utilitatem opus eſt, complectimur, dum noſtros adeoque noſmetipſos in fraterna cum Reverendiſſimis, Illuſtriſſimis ac Magnificis Dominationibus veſtris ſingulis & omnibus nobis non polliceamur, (β) dum pacem publicam exoptamus. Vix quidquam eſt, quod æque requiramus, atque ut mutua inter nos conjunctio tranquillitati ornamentum addat, adverſus hoſtes præſidium paret. Quæ omnia ejuſmodi ſunt, ut nihil ſit, quod diligentius inquirere, aut juſtius deſiderare poſſimus. Et cum Dei benignitate res tanti momenti in Reverendiſſimarum, Illuſtriſſimarum & Magnific. Dominationum Veſtrarum, tanquam Statuum hujus Regni, necnon dominiorum illi conjunctorum, manu ſit conſtituta, ut ea modo velint, ex integro velint complecti, Deum Optimum Max. trinum & unum toto pectore oramus, ut Reverendiſſimarum, Illuſtriſſ. & Magnificarum Dominationum Veſtrarum, conſilia & mentes vera concordia uniat, ſapientia inſtruat, & fœlicitate gubernet, quo Regem eligant, electum pronuncient, pronunciatum videant, inaugurent & habeant, per quem gloria Dei illuſtretur, dignitas Regni Statuum ejus augeatur, & pax publica ſubinde in priſtinam, & qua nunc fruitur libertatem afferatur, (γ) Privilegia, Jura, leges & conſuetudines, & quodcunque eſt hujus Regni peculiare, & præcipuum in ſuo vigore permaneant. Conjunctio cum Regnis *Hungariæ* & *Bohemiæ* ſolidetur, commercia & negotiationes cum fructu exerceantur, & inclytum hoc *Poloniæ* Regnum adverſus omnis generis hoſtes & Tyrannos, amorem Dei & favorem vicinorum perpetuum habeant auxilium.

(α) Balbin. *ſeſe.* (β) Balbin. *nobis pollicemur.* (γ) Balbin *aſſeratur.*

135 CVI.

Reſponſum omnium Statuum & Ordinum Regni Poloniæ atque Magni Ducatus Lithuaniæ ad Legationem Sacratiſſ. & Invictiſſ. Cæſar. Cathobolicæ Majeſtatis per Illuſtres ac Magnificos Dominos Wilhelmum a Roſenberg, Rectorem Domus Roſenbergicæ, Burggrabium, & Wratislaum Dominum a Pernſtain in Towatſchaw, Proſtnitz & Leythomiſchl &c. Militem Ordinis aurei Velleris, Cancellarium Regni Bohemiæ, ſupremos Sacræ Cæſar. Majeſt. Conſiliarios & Oratores ad eoſdem Ordines miſſos ſub Warſavia in Comitiis generalibus Electionis novi Regis. Dat. 21. April. Anno Domini 1573.

QUod Sacra ac Sereniſſima Cæſarea
Majeſtas pro ſua innata & apud
omnes gentes ſatis perſpecta clementia
Regnum hoc in tam' difficili
& luctuoſo illius caſu ex morte optimi
ac pientiſſimi Principis ſui ſuſcepta benigne
ſolari, atque huc ad Senatum & Ordines
Ampliſſ. ejuſdem Regni tam ſplendidam
& honorificam legationem in perſonis
Illuſtriſſimarum ac Magnific. Domination.
Veſtrarum mittere dignata ſit, prolixe omnia
quæ ad ſalutem & incolumitatem illius
conſervandam pertinent ex ſe deferens,
magnas & immortaleis ſuæ Cæſar. Majeſtati
hoc nomine Senatus & omnes Ordines
Regni agunt gratias. Nec dubitant, quin
hæc omnia proficiſcantur ex abundantia amoris,
quo, ut univerſam Rempublicam
Chriſtianam, ita vel inprimis Regnum iſtud
ſibi Provinciiſque ſuis, non ſolum vicinitatis,
ſed fœderum atque omnium officiorum
communicatione devinctum complectitur.
Quæ vero ſumma totius iſtius
Legationis eſt, in qua Illuſtriſſimæ & Magnificæ
Dominat. Veſtræ Sereniſſimum Principem
Dominum *Erneſtum Archiducem Auſtriæ*, Sacræ Cæſ. Majeſt. filium, nomine
ipſius Majeſtatis in Regem noſtrum proponunt
atque commendant, accipimus id
& annumeramus in cumulum aliorum of-
A ficiorum atque beneficiorum etiam, a Sacr.
ipſius Cæſar. Majeſt. erga regnum hoc abunde
antehac exhibitorum, quod illius in
hoc luctuoſo caſu orbitatis noſtræ ac univerſæ
Reipub. curam habere dignatur: Cupere
nos viciſſim tantam Majeſt, ſuæ clementiam
quibus officiis & obſequiis noſtris
demereri. Verum quod Electionem ipſius
Majeſt. Sereniſſimi filii in Regem noſtrum
attinet, quoniam hæc in manu & poteſta-
B te Dei omnipotentis eſt poſita, illius arbitrio
atque providentiæ univerſum hoc negotium
permittimus, ipſumque ſedulo oramus,
ut ille Rex nobis contingat, quem
ipſemet Deus ſecundum cor ſuum ex unanimi
conſenſu noſtro deligendum nobis
ſuggeſſerit. Nos de eo, ſicut in hanc horam
nihil adhuc certi atque explorati habemus,
nihil dum etiam Sacræ Cæſ. Maje- 136
ſtati reſpondere poſſumus. Sed poſtea
C peracta electione per literas aut Oratores
noſtros reſpondere non negligemus. Interim
autem nos & obſequia noſtra gratiæ &
favori ſuæ Cæſar. Majeſt. quam diligentiſſime
commendamus.

Ex Commiſſione Illuſtriſſ. Senatus ac omnium Statuum & Ordinum Regni Poloniæ Magnique Ducatus Lithuaniæ.

CVII.

Literarum Copia Prorectoris Wittebergenſis ad Dominum Brocardum Baronium, de anno 1604.

EX aliorum literis & exinde ſparſa
fama intellexi, Brocarde Baroni,
te hinc in Weſtphaliam, & quidem
ejus urbem Lemgoviam aufugiſſe;
& miratus ſum, te in ea vicinia, unde ad
nos quotidie plurimi convolant Studioſi,
D commorari. Putabam enim ſi non in Utopiam,
ſaltem in Perſiam aut Moſcoviam
quo perpetua oblivione tui memoria ſepulta
maneret, aufugiſſe. Dum hæc miror &
ſubinde revolvo, te tamen diſceſſus tui
cauſam prætendere, quod hic juramentum
religio-

religionis a te exactum præſtare nolueris, A ejuſque rei teſtimonium a me tum Prorectore publicum te habere, gloriari. Utrumque mendacium impudentiſſimum eſt. Nam juramentum illud hic ſollenniter coram Com. Ill. noſtri Princ. Elect. inter quos erat D. Polycarpus urbis præſente Secretario ſano, & omnibus hujus Academiæ Profeſſoribus præſentibus in curia hujus urbis præſtitiſti. Cujus rei & teſtis eſt conſcientia tua, quæ te, ſi veram cauſam hanc præ- B tendiſſe, impudentiſſ. te mendacii convincet. Sed quæſo exhibe teſtimonia ſub ſigillo publico, & propria mea manu conſignata & ſubſ. unumque exhibetis. Scis equidem tibi teſtimonium conſignatum tum publicum, tum etiam privatum, verum ejus controverſiæ, quæ eſt inter te & Winshemium privata, nempe quod tibi Winshemius eos equos, quos ipſi clam abduxiſſe inſimulabaris, vendiderit, idque C publice confeſſus fuerit. At vero Juramentum Religionis non præſtiti, ſub mea manu nullum exhibebis teſtimonium ſub ſigillo publico, niſi forſan id crimen falſi commiſeris, ut ſigillum quod aut teſtimonio controverſiæ Winshemianæ, aut tuæ receptionis & inſcriptionis in album Studioſorum appoſitum, falſo inſtrumento ſuppoſueris. Exhibe igitur teſtimonium, de quo gloriaris, & ſimul teſtimonium controverſiæ Winshemiæ, & tuæ receptionis, & falſum illudque impudentiſſimum mendacium patebit. Animadverte nullum facinus tuum ſupprimi poſſe, quin innoteſcat. Uti Illuſtriſſ. Principem noſtrum decepiſti, ita eſt forſan Generoſiſſim Comit. 137
Lipp: circumvenire tentas. Sed cave & corrige.

Wittenbergæ 20. Januar. Anno 1604.

CVIII.

Judicium de Brocardo Baronio Italo, qui Conſultationem quandam Pontificis Romani de exſtirpandis in Bohemia, Moravia, Sileſia &c. Evangelicis, anno 1603. per Germaniam divulgavit.

Henricus Pleſman Aulicus Concionator Comitis Lippienſis ſcripſit *AP.*

Remitto tibi etiam publicationem D machinationum ſceleratarum Pontificum adverſus Evangelicos, miror quomodo ad tuas manus pervenerint, cum idem ſcriptum iiſdem verbis eodem ordine conceptum apud nos clam eſſet; mirum, ni ab uno eodemque autore promanarit, is & quidam Brocardus Baronius Italus Bononienſis, conſanguineus, ut jactat, Magni iſtius Baronii Cardinalis Romæ, ex multis ſcriptis notiſſimus. Hic E Brocardus Baronius hæſit aliquamdiu in Academia Wittebergenſi, præ ſe ferens ſtudium Evangelicæ veritatis. Et hæc eadem de machinationibus Pontificiorum communicaſſe dicitur Illuſtriſſ. Electori Saxoniæ, inde Witteberga aufugiens venit Lemgoviam, ſtudens ſeſe inſinuare Illuſtriſſ. noſtro Comiti, Comitibus item Schawenburgico-Benthemenſi, Stirumenſi &c. a quibus tamen minime fuit admiſſus. Hic F idem Baronius amicis quibuſdam noſtris hoc idem ſcriptum impertivit, tandem inſalutato hoſpite, a quo multa beneficia acceperat, clam abivit, auferens ſecum aureum annulum & alia κειμήλια pretioſa. Witteberga etiam diſcedens, non minus fœtorum reliquerat, ut ex literis Prorectoris Academiæ Wittebergæ, quarum copiam tranſmitto, perſpicere potes. Perſona eſt non adeo proceræ ſtaturæ, ſi forte vidiſti, fuſco colore, nigris capillis & nigra barba, homo in Latina lingua promtus & diſertus, in omni diſciplinarum genere bene verſatus. Si tibi conſtaret, quod apud illuſtres & magni nominis perſonas, quarum conſuetudinem colloquia & familiaritatem captat, ſive apud alios honeſtos viros degeret, meum conſilium eſſet, moneri homines, ne nimium creduli ab impoſtore ſibi imponi ſinant, quod ad conſilia illa pernicioſa Pontificiorum, quibus interitum fidelibus Chriſti ſtruere conantur, & ab ipſo evulgantur, non dubium eſt, ejuſmodi intentum eſſe Portificis cum complicibus ſuis. Sed an bono fine ab hoc ſtellio- 138
ne evulgentur, valde dubitant viri prudentes, &c.

CIX.

CIX.

Archiducum Auſtriæ confœderatio contra Fratrem & agnatum Rudolphum Imperatorem;

anno 1606.

Nos Conſules & Senatus *Bohemorum-Brodæ* notum facimus tenore præſentium univerſis & ſingulis, & præcipue quorum interſit eas legiſſe, infra ſcripta vidiſſe, audiſſe, & cum ſuo originali contuliſſe, & de verbo ad verbum conformia reperiſſe, quæ jam hic deſcribi curavimus:

CUm rerum præſentium deplorato ſtatu, perdita jam pene *Hungaria*, & inclytæ Domus *Auſtriacæ* Provinciis *Hungariæ* vicinis & devaſtatis, aliiſque multis de cauſis (proh dolor) conſtet, Sacram Cæſaream Majeſtatem, Dominum & fratrem noſtrum obſervandum, ex quadam animi indiſpoſitione & infirmitate, quæ ſua periculoſa intervalla habet, in gubernatione Regnorum & Provinciarum minus ſufficientem & idoneum eſſe, ita ut is, a Deo ſibi commiſſis, eo quo par eſt modo, præeſſe nequeat. Hiſce aliiſque rationibus adducti, Nos *Matthias*, *Maximilianus*, *Ferdinandus* & *Maximilianus-Erneſtus*, *Archiduces Auſtriæ*, Fratres & Patrueles, ingenti dolore permoti, a nobis illud, quod a Deo & natura conceſſum eſt, negligendum non eſſe merito conſiderantes, accelerandum nobis conventum hic *Viennæ* exiſtimavimus. Ubi negotio hoc mature & bene deliberato, nullum aliud remedium præſentius eſſe comperimus, quam ut vigore pactorum & transactionum inter nos initarum, tum etjam hactenus laudabili a majoribus noſtris conſervata conſuetudine, & attenta Sacræ Majeſtatis indiſpoſitione, ſuperiuſque commemoratata infirmitate, caput nobis & columen Domus noſtræ, nempe *Archiducem Matthiam*, *ſecundum naturæ ordinem*, & fœliciſſimæ recordationis Avi noſtri Imperatoris *Ferdinandi* diſpoſitionem, nobis in hac cauſa ſeligamus, & ore & corde unanimi conſtituamus. Sed ut tenore præſentium, omnes Nos, tam nomine noſtro, quam eorum, qui minores ſunt, omnem in eundem poteſtatem & autoritatem, meliori quo poſſumus modo conferimus: ita quicquid in negotio hoc arduo agendum

A deliberandumque ſit, tam apud *Summum Pontificem*, Dominum noſtrum colendiſſimum, quam etiam apud Sereniſſimum *Hiſpaniarum Regem*, ac fratrem & patruelem 139
noſtrum chariſſimum, *Archiducem Albertum*, alioſque Principes, nos omnes ſimul firmum & ratum habituri ſimus: Ita tamen, ut in quibuſcunque rebus negotium hoc concernentibus, conſilio & opera noſtra indiguerit, ad requiſitionem illius, ad ea
B omnia parati ſimus. Quod ſi etiam Sacrum Romanum Imperium, propter eaſdem cauſas allatas, de eligendo *Romanorum Rege* deliberaret; Nos omnes in unicum hunc, *quem Natura* poſt Imperatorem *primum dedit*, videlicet *Archiducem MATTHIAM*, Fratrem & patruelem noſtrum chariſſimum, conatus noſtros impendemus, & alium nullum, quoad nos, promovebimus. Attamen cum ſine fideli
C & ſedula Conſiliariorum, miniſtrorum & ſubditorum noſtrorum opera, tantum tamque grave negotium expediri commode non poſſit: Nos eorundem ſecuritati non minus hoc modo providendum eſſe putavimus; ut ad eorum majorem aſſecurationem, quotieſcunque opus, aut ab eorum uno vel pluribus petitum fuerit, illos in protectionem noſtram, a quocunque etiam noſtrum literæ ſecuritatis datæ fue-
D rint, nos omnes Archiduces ſimul clementiſſime recipiamus. Ea in ſupradictis rebus cunctis noſtra expreſſa eſt voluntas & ſententia. Quæ ut firma omnia & perpetuo rata ſint, tranſactionem hanc manibus noſtris ſubſcripſimus, ac ſecretioribus ſigillis comprobavimus. Actum *Viennæ*, XV. *die April. Anno ſalutis humanæ* M. DC. VI.

Matthias. Maximilianus. Ferdinandus. Maximilianus-Erneſtus.

In cujus rei teſtimonium literas haſce Sigillo civitatis noſtræ munitas & obſignatas eſſe volumus, Bohembrodæ, 24. Maji, 1606.

CX.

CX.

Nos Conſules & Senatus Bohembrodæ, notum facimus tenore præſentium univerſis & ſingulis, & præcipue quorum intereſt eas legiſſe, infra ſcripta vidiſſe, audiſſe, & cum ſuo originali contuliſſe, & de verbo ad verbum conformia reperiſſe, quæ jam hic deſcribi curavimus:

CUm Sereniſſimus Archidux MATTHIAS, frater noſter chariſſimus, nobis miſerit quandam transactionem, per ipſum, nec non Sereniſſimos Archiduces, MAXIMILIANUM, FERDINANDUM, & MAXIMILIANUM-ERNESTUM, fratrem & patrueles noſtros chariſſimos factam, & ſin-
140 gulorum manibus ſubſcriptam, ſigillisque ſuis ſecretioribus munitam, qua Sereniſſimus Archidux Matthias, ut poſt Sacræ Cæſar. Majeſtat. perſonam *major natus*, a cæteris caput & columen inclytæ Domus noſtræ Auſtriacæ conſtituitur, & quicquid ad ejuſdem Domus incrementum & conſervationem neceſſarium, aut quodammodo opportunum fuerit, deliberandi agendique poteſtas illi confertur. Quin etiam cum Sac. Rom. Imperium de eligendo Romanorum Rege deliberaret, omnes in unum Archiducem Matthiam, Fratrem noſtrum chariſſimum, conatus ſint impenſuri ſuos, Conſiliarios quoque aliosque miniſtros ac ſubditos, quorum opera uti neceſſarium fuerit, in ſuam protectionem ſuſcipere promittunt. Cum idem Sereniſſ. Archidux Matthias deſideret inſtanterque requirat, ut ejusmodi reſolutionem ratam habeamus: Hinc eſt quod fraterna benevolentia, qua illum ſemper complexi ſumus eidem in omnibus gratificari deſiderantes, ſupradictam transactionem per nos etiam ratificandam & confirmandam libenter decrevimus, prout ratificamus & confirmamus per præſentes ſubſcriptione nominis, ſigillique noſtri impreſſione, corroboratas. Datæ Bruxellæ, die 11. Menſis Novemb. Anno M. DC. VI.

Albertus.

In cujus rei teſtimonium literas haſce Sigillo civitatis noſtræ munitas & obſignatas eſſe voluimus, Bohembrodæ, 24. Maji, 1606.

CXI.

Rudolphi II. Imper. Aug. Edictum de Pace Religionis conceſſa Bohemis & conjunctarum Provinciarum incolis, Sileſiis, Moravis, Luſatis &c. anno 1609.

RUDOLPHUS II. Dei gratia Imperator Auguſtus, Rex Hungariæ, Bohemiæ, &c. Notum facimus & teſtamur ad æternam rei memoriam. Poſtquam omnes tres Regni noſtri Bohemici Status, qui corpus & ſanguinem CHRISTI JESU, ſub utraque ſpecie in Cœna participant, ſubditi noſtri dilecti, in Comitiis Anno 1608. in arce Pragenſi habitis, id humili obſervantiæ ſtudio petierunt, uti Confeſſionem ſuam Auguſtanam ab aliquibus dictam, & Maximiliano Cæſari, noſtro feliciſſimæ memoriæ parenti exhibitam, ab eoque Ordinibus permiſſam, retinere, & Religionem ſuam libere exercere ſibi permitteretur; Nos vero tum propter negotia alia, quorum cauſa Comitia iſta inſtituta fuerant, quæque procraſtinationem & dilationem nullam pati potuerant, petitionis iſtius approbationem & ratificationem ad hæc uſque Comitia differre, conſultum judicaverimus: Ordines iſti & ſtatus jam denuo congregati, pe- 141
titionem iſtam ſuam repetentes, indeſinenter, adhibitis etiam Illuſtrium quarundam perſonarum interceſſionibus, ſatisfieri ſibi cupiverunt, & uti, qua ratione tam ſub una quam ſub utraque ſpecie communicantibus noſtris ſubditis in Regno Bohemiæ conſuleretur, deliberationem cum Conſiliariis noſtris inſtitueremus, tandem effecerunt.

Cum igitur voluntas ſuaſit, ut inter omnes omnium trium Regni Bohemiæ ſtatus ſubditos, tam ſub una quam ſub utraque ſpecie communicantes, his & futuris temporibus, pax & amicitia pro amplificando Regno iſto conſervetur, utraque pars religionem ſuam, unde ſalutem æternam conſequi ſeſe poſſe ſperent, libere & abſque nullo impedimento exerceant, & receſſui Comitiorum de an-

no 1608. Mandatoque noſtro non ita pridem publicato (quo ordines iſtos ſub utraque communicantes, & Confeſſioni iſti ſubſcribentes pro fidelibus noſtris ſubditis, ad quos jura & communitates Regni Bohemici pertinent, agnovimus & etiamnum agnoſcimus) per omnia ſatisfiat, de communi Conſiliariorum aliorumque Officiariorum Regni iſtius conſilio, decernimus, ut & ſub una & ſub utraque ſpecie communicantes, concorditer & amice invicem vivant, & pars altera alteram nec injuria afficiat, nec calumniis proſcindat, propoſita ſecus facientibus, quæ in jure Municipali expreſſa eſt, pœna.

Deinde cum ſub una ſpecie communicantes libero per omnia religionis ſuæ exercitio in Bohemiæ Regno fruantur, poteſtatem facimus & volumus, ut ſub utraque etiam ſpecie communicantes, ſtatus nimirum Evangelici omnes, cum omnibus qui confeſſionem Bohemicam, Maximiliano quondam Cæſari, parenti noſtro, in Comitiis publicis Anno 1575. celebratis, & nobis jam denuo exhibitam, amplectuntur, religionis ſuæ exercitium ubique & in omnibus Regni iſtius locis habeant, & abſque ulla alicujus turbatione, donec univerſalis in univerſo regno religionis unio & diſſidiorum omnium compoſitio conſtituatur, retineant.

Præterea hanc etiam Evangelicis ſtatibus præſtamus benevolentiam, quod Pragenſe Conſiſtorium inferius illis permittimus, poteſtatemque illuc juxta Confeſſionem ſuam conſtituendi facimus, ut ſacerdotes ſuos tam in Bohemica quam in germanica lingua ordinare, & eccleſiis ſuis abſque ullo Pragenſis Archiepiſcopi impedimento, præficere jure optimo poſſint.

Quin & Academiam Pragenſem, quæ a multis annis ad ſtatus ſub utraque pertinuit, illis reſtituimus, facta ipſis poteſtate eam iterum aperiendi, doctis & eruditis ſuæ Confeſſionis viris exornandi, honeſtis legibus condecorandi, & certos ex ſuo conſortio Defenſores tam conſiſtorio quam Academiæ præficiendi, quos nobis a ſtatibus
142 deſignatos & electos nos, ſine ulla vel cunctatione & mora, vel alia, quam a ſtatibus acceperint, inſtructione & informatione, in officio iſto confirmare, & pro legitimis Defenſoribus declarare volumus, ita tamen, ut ſi interveniente forſitan graviorum quorundam negotiorum impedimento, id duarum ſeptimanarum ſpacio non poſſit, Defenſores ibi nihilominus ma-

A neant, & demandati ſibi officii munere æque ac ſi confirmati in officio iſto fuiſſent, fruantur. Quin & uno atque altero ex eorum numero demortuo, alios in eorum locum ſtatibus ſufficere, & ſi præter ea, quæ jam tenent & poſſident templa, plura adhuc alia, Scholasve aliquas pro inſtituenda juventute erigere & ædificare velint, facere id ipſis tam in urbibus, quam in oppidis & pagis, libere & abſque ullo impedi-
B mento liceat.

Quandoquidem porro etiam in aliquibus Regni, Bohemiæ civitatibus utriuſque religionis homines, h. e. tam ſub una, quam ſub utraque ſpecie communicantes conjunctim habitent, mandamus & volumus, ut pro pace & tranquillitate conſervanda, pars quælibet religionem ſuam libere colendo & ſacerdotibus ſuis obtemperando, alteram partem nullo modo vellicet vel conturbet;
C multo minus vero ſepulturas in templis & Cœmiteriis, cum campanarum pulſu & ſonitu peragere prohibeat, aut aliquem cujuſcunque ſtatus & conditionis ſit, ſive in civitatibus ſive in oppidis & pagis habitet, a religione ſua avertere, & per vim in ſua caſtra ſuamque ſententiam pertrahere ſatagat.

Nos enim id ſpectamus unice, ut pax
D & tranquillitas conſervetur, & amor mutuus inter omnes tres ſtatus vigeat, quo ſine quidem pro nobis *& heredibus noſtris, ſubſequentibusque Bohemiæ Regibus*, hæc omnia ſtatibus Evangelicis, ad quos communis etiam iſta pax, quam vocant, Religionis, tanquam ad principale Imperii membrum pertinet, fruſtra vel politicis vel eccleſiaſticis perſonis quibuſcunque repugnantibus, inviolabiliter perpetuis temporibus ſervatum iri, in fide & verbo Re-
E gio affirmamus & pollicemur, ita quidem, ut nullum mandatum contrarium vel a nobis, vel ab ullo heredum & ſucceſſorum noſtrorum adverſus ſtatus Evangelicos publicetur, vel publicatum ab aliquo, ratum & validum habeatur. Inſuper etiam omnia adverſus ſtatus iſtos ſub utraque ſpecie communicantes, publicata hactenus Edicta, invalida, annihilata & ſublata omnino hiſce literis pronunciamus; nec
F quicquam eorum, quæ, dum confirmationem hujus articuli quærerent, facta a ſtatibus Evangelicis ſunt, in malum ipſis cedere, & vitio verti a quoquam in æternum volumus.

Mandamus igitur omnibus cum imperio paſſim in Bohemia conſtitutis, ut trium

iſtorum

iſtorum ſtatuum, omniumque Confeſſio-
nem iſtam Bohemicam amplectentium pa-
trocinium & defenſionem ſuſcipiant, & nec
143 moleſtiam ipſis circa religionis ſuæ exerci-
tium creent, nec ab aliis creari patiantur.
Nos enim & *futuri Bohemiæ Reges* in o-
mnes contra has Majeſtatis noſtræ literas,
A quas ad futuram memoriam actis Comitia-
libus publicis inſeri volumus, delinquen-
tes, ſive eccleſiaſtici illi ſint, ſive politici,
tanquam in pacis publicæ perturbatores
graviſſime animadvertemus. Datum *Pra-
gæ, die 11. Julii, anno 1609.*

CXII.

Ferdinandi Archiducis Auſtriæ Pactum cum Rege Hiſpaniarum, de ſucceſſione Hungariæ & Bohemiæ, anno 1617.

NOS *Ferdinandus* Dei gratia *Archi-
dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ,
Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &
Wittembergæ*, &c. *Comes Tyrolis
& Goriciæ*, &c. Atteſtamur & notum
volumus omnibus ac ſingulis has litteras
noſtras ſeu Diploma publicum lecturis, vi-
ſuris vel auditurus. Cum *Sac. Cæſarea*, nec
non *Hungariæ ac Bohemiæ* Regia Majeſtas,
Matthias II. Dominus patruelis ac pater
noſter clementiſſimus, ſuperioribus proxi-
mis annis, poſt ſuſcepta Regnorum ſuorum
Hungariæ & *Bohemiæ* gubernacula, pro
paterno ſuo & ſingulari in Rempub. Reli-
gionem, ac univerſam domum noſtram
Auſtriacam, amore, cura, & ſollicitudine
ſtatuiſſet, ad horum omnium ſalutem &
incolumitatem pertiñere magnopere, ut
ſeſe adhuc in vivis exiſtente, *de futura eo-
rum ſucceſſione* proſpiceretur. Ac re cum
Sereniſſimo ac Potentiſſimo, Hiſpaniarum
Rege, *Philippo III.* Fratre & Patruele no-
ſtro amantiſſimo & obſervantiſſimo, nec
non Sereniſſimis Fratribus ſuis *Maximilia-
no & Aberto*, Archiducibus Auſtriæ, Pa-
truelibus & Fratribns noſtris amantiſſimis,
mature deliberata; unanimi conſenſu, *quo-
ad prætenſionem dicti regis Catholici*, con-
cluſum eſt. Primum quod Majeſtas ſua
Catholica, ad interceſſionem Cæſareæ Ma-
jeſtatis publicum privatis anteponens, re-
nunciet juri ſuo, quod tanquam *unicus An-
næ, Hungariæ & Bohemiæ Reginæ, per
lineam rectam Maximiliani II. ejuſdem Re-
ginæ Annæ Primogeniti, pronepos, in ſuc-
ceſſione dictorum Regnorum, & eis annexa-
rum Provinciarum habet*, in favorem no-
ſtri, *noſtrorumque maſculorum, per lineam
rectam maſculinam, non interrupta maſcu-
lorum ſerie, deſcendentium*: reſervata ta-
men compenſatione, de qua propter pe-
riculum moræ (quæ ad inſpectionem &
examen Privilegiorum & Compactatorum
B Auguſtæ domus noſtræ Auſtriacæ requiri-
tur) alias agetur.
Deinde, quod in favorem noſtrum & 144
deſcendentium noſtrorum, ut ſupra, confir-
met Renunciationem, a Sereniſſima Regi-
na Anna, ejus Matre, dicti Maximiliani
II. filia, XXIX. Aprilis, Anno M. D. LXXI.
factam: prout Illuſtriſſ. D. D. Inacus de
Guevarra, Comes de Ognate, ſuæ Regiæ
Catholicæ Majeſtatis ad Cæſaream Maje-
C ſtatem Orator, ejuſdem Regiæ Majeſtatis
nomine, & vigore plenipotentiæ ſibi hac in
parte traditæ, re ipſa ceſſit, renunciavit,
& præfatam Renunciationem maternam
confirmavit. In quo ceſſionis & confirma-
tionis actu, Nos ſingulare beneficium, ac
propenſam erga nos voluntatem, & bene-
volum affectum ſuæ Catholicæ Majeſtatis,
agnoſcimus, & acceptamus, cum debita
animi gratitudine atque exiſtimatione, hanc
D ceſſionem & renunciationis confirmatio-
nem. Atque ex parte noſtra *noſtrorum-
que deſcendentium*, conſentimus, ſtatuimus,
gratum & ratum habemus, *ut linea maſcu-
lina* ſuæ Catholicæ Majeſtatis, in hac ſuc-
ceſſione dictorum Regnorum, & annexa-
rum Provinciarum, *fœmininam paternæ
noſtræ ſtirpis, nec non filios ex filiabus eju-
dem ſtirpis deſcendentes, præcedat, ſine
gradus aut temporis limitatione vel præſcri-
E ptione*: ita quidem, ut caſu quo quandoque
(quod Deus avertat) *omnes noſtros, per
lineam rectam maſculinam non interrupta
maſculorum ſerie deſcendentes, maſculos de-
cedere contingeret; fœminæ quæcunque fue-
rint, & earum filÿ ac dependentes, per
deſcendentes ex linea recta Regis Catholici
Philippi III.* (modo feliciter regnantis) *in
infinitum a dictorum Regnorum ſucceſſione
excludantur.* Quoad compenſationem,
F quæ in aliqua Provinciarum Auſtriacarum
fieri poſtulatur, promittimus: Quod ſuper
ea, quantocyus fieri poterit, tractatio in-
ſtituetur,

ſtituetur, habita etiam ratione tot benefi-
ciorum & auxiliorum, quibus Auguſtam
domum noſtram in his partibus Catholica
ſua Majeſtas ſemper tutata eſt: ita ut con-
ſideratis his omnibus, hac in parte, ipſius
Catholicæ Majeſtati quantum fieri poterit,
ſatis fiat. Atque jam dictam ceſſionem &
renunciationis confirmationem, prædictis
conditionibus & oneribus, confirmamus,
acceptamus: & agnoſcimus noſtram, no-
ſtrorumque filiorum & deſcendentium, in
hoc tractatu apertam utilitatem: Ex certa
ſcientia, & deliberata voluntate, omni
dolo & fraude remota, aliaſque omni me-
liore modo, via & forma, quibus de jure,
Conſtitutionibus Imperij vel Regni, aut pro-
vinciæ, ejuſque conſuetudinibus ac ſtatutis
id fieri poteſt, ad majorem hujus tractatus
ſecuritatem promittimus, noſtro *noſtro-
rumque utriuſque ſexus deſcendentium* no-
mine, quod omnia & ſingula in hoc in-
ſtrumento contenta, ſancte & immutabili-
ter ſervabuntur & adimplebuntur. Pro-
mittimus item, neque Nos, neque poſte-
ros Noſtros, per teſtamentum, aut aliam
ullam ultimam voluntatem, aut diſpoſi-
tionem inter vivos, quicquam in contra-
rium hujus transactionis ordinaturos
vel facturos: Et ſi ſecus a quopiam no-
ſtrorum factum fuerit, id irritum &
145 nullius momenti valoriſque fore. Renun-
ciando exceptionibus quibuſcunque, do-
li mali, enormiſſimæ læſionis, reſtitu-
tionis in integrum, ſucceſſionis fœmina-
rum ad dicta regna & provincias, item ju-
ribus, & privilegiis, legibus, conſuetudi-
nibus, ſtatutis, decretis, pactis, familiæ
tranſactionibus & obſervationibus quibuſ-
vis prædictorum regnorum & provinciarum
ad ea pertinentium, ſi quæ in favorem no-
ſtrum contra conditiones in hoc inſtru-
mento contentas eſſent, quæ omnia pro
hic inſertis eſſe volumus: ut etiam contra
juratum hoc inſtrumentum & pactum,
nulla pontificum Romanorum aut Impera-
torum diſpenſatio vel relaxatio, peti aut
impetrari poſſit: aut ſi quæ a nobis vel
ſucceſſoribus noſtris impetraretur, vel ab
ipſis Pontificibus aut Imperatoribus motu
proprio aut ſponte concederetur, nullius
roboris & valoris eſſe volumus. Promit-
timus etiam nos ſacram Cæſaream Majeſta-
tem rogaturos, ut tam conceſſionem & re-
nunciationis ratificationem ex parte Regis
Catholici factam, quam Inſtrumentum,
cum expreſſa *hujus præcedentiæ ad ſucceſ-
ſionem dictorum regnorum & provinciarum
annexarum* conditione, authoritate impe-
riali & regia, ex plenitudine poteſtatis &
A qua fieri poterit meliori forma, confirmet.
Obligamus Nos præterea, quod intra ter-
minum ſex menſium, poſtquam tam in
hoc Bohemiæ, quam Hungariæ Regno,
coronati fuerimus, utrobique hoc inſtru-
mentum ſolenniter de novo confirmaturi
ſimus. Et ſi qua ex cauſſa, præmeditata vel
non præmeditata, hic vel ibi id omittere-
mus: habeatur nihilominus, quaſi factum
eſſet, & hoc inſtrumentum ſuum vigorem
B & integrum effectum habeat. Præterea, ſi
Regi Catholico, aut ejus filiis, viſum fue-
rit, aliquid pro majori ſua ſuorumque
deſcendentium ſecuritate & cautela, circa
hoc inſtrumentum in clauſulis innovandum,
addendum, aut aliquid ulterius pro majo-
ri totius Inſtrumenti autoriſatione facien-
dum eſſe; non mutatis tamen conditioni-
bus, aut rei ipſius ſubſtantia, ad id in ea
omnino forma, prout ex parte Catholicæ
C ſuæ Majeſtatis, ejuſque filiorum petitum
fuerit, Nos, Noſtroſque filios (dummodo
iſta petitio intra unius anni ſpatium, a da-
to hujus inſtrumenti commutandum, fiat)
abſolute obligatos fore fatemur & pollice-
mur. Demum promittimus omnia & ſin-
gula ſupradicta, Noſtro, Noſtrorumque
nomine ſub obligatione omnium bonorum
noſtrorum præſentium & futurorum, qua-
liacunque ea ſint, cum renunciatione le-
D gum & conſtitutionum quarumcunque,
huic obligationi contrariarum in verbo ac
vera fide Principis & Archiducis, & in vin-
culo juramenti ad ſancta DEI Evangelia
manibus Noſtris corporaliter tacta præſtiti.
Et in horum omnium firmius robur ac
certum teſtimonium, hoc inſtrumentum,
non tantum manu noſtra propria ſubſcripſi-
mus & ſigillo noſtro Archiducali commu-
niri, ſed etiam in præſentia Jacobi Chiſel
E Baronis in Kaltebrunn, Conſiliarii, Ca-
merarii, & Magiſtri ſtabuli noſtri, item
Urbani Baronis de Bettingen, Conſiliarii 146
noſtri Bellici & Camerarii, teſtium ad hunc
actum ſolenniter vocatorum, per Leon-
hardum Gezium, I. V. D. Conſiliarium no-
ſtrum Secretum & Procancellarium Aulicum
ſubſcribi fecimus: Acta & facta ſunt iſta in
arce Regia Pragenſi, in Camera vel cubiculo
noſtro Ordinario, Die 6. Menſis Junii, anno
F 1617. Indictione 15. Imperante Invictiſſimo
& Potentiſſimo Rom. Imp. Matthia.

Ferdinandus

*Johannes Jacobus Chisl, Liber Baro
in Kaltenbrunn.*

*Urbanus de Bettingen, Liber Baro in
Falckenſtein & Perſin.*

Leonhardus Gezius, Procancellarius.

Et ego

A Et ego *Comes de Ognate*, Potentiſſimi Hiſpaniarum Regis Catholici, Domini mei, Legatus, in præſentia Sereniſſimi Domini Archiducis *Ferdinandi*, teſtiumque & Cancellarii ſupra nominatorum, acceptum & ratum habeo, Regio Catholicæ ſuæ Majeſtatis nomine, vigore ſpecialis mandati ad me directi, dati *Madriti XXI. Aprilis*, præſentis hujus Anni M.DC.XVII. & Cancellario prænominato, eidemque ſuæ Serenitati ad recognoſcendum originaliter exhibiti: B Scriptum, Inſtrumentum & Obligationem hanc, ſuæ Serenitati promiſſam, in omnibus iis, quæ & quatenus in favorem ac beneficium Regis Catholici Principiſque Caſtellæ & Sereniſſimorum Infantium, Dominorum meorum, deſcendentiumque ipſorum in infinitum facit, & facere poteſt, modo & forma, quæ Catholicæ ſuæ Majeſtati ſuiſque Sereniſſimis hæredibus, ac ipſorum deſcendentibus utilior ac melior, C atque de jure validior eſſe poteſt ac debet.

In ejus rei fidem, hanc acceptationem, in præſentia ſuæ Serenitatis, teſtiumque & Cancellarii prænominatorum, manu propria ſubſcripſi, Die Menſe, & Anno ſupra dictis.

El Conde de Ognate,
Johannes Jacobus Chisl, L. B. in Kaltenbrunn.
Urbanus de Bettingen L. B. in Falckenſtein & Perſin.
Leonhardus Gezius, qui ſupra.

Ad mandatum Domini Comitis Legati proprium

Guilielmus Portugal, *Secretarius.*
Wolff Adam Czeiſz de Pirnova, Regiſtrator.

Collationatum & concordat cum originali. Actum in Cancell. Sac Caſ. Maj. Bohemica Pragæ 7. Octov. Anno 1617.

CXIII. 147

Reverſales Literæ cum renunciatione prætenſæ ſucceſſionis hæreditariæ in Regnis Hungariæ & Bohemiæ, conſcriptæ & datæ per Oratorem Regis Hiſpaniæ.

Ego Don Inacus Velez de Guevarra, Comes de Ognate, Sac. Reg. Catholicæ Majeſtatis in Germania Legatus, notum facio per præſentem ſcripturam & Inſtrumentum.

CUm ſacra Cæſarea, nec non *Hungariæ & Bohemiæ* Regia Majeſtas, *Matthias II.* pro paterno ſuo ac ſingulari in Religionem Catholicam, Auguſtamque Domum *Auſtriacam*, amore, cura & ſollicitudine, ad horum omnium ſalutem & incolumitatem pertinere ſtatuiſſet, ut ſe adhuc ſuperſtite, de futura ſucceſſione Regnorum *Hungariæ ac Bohemiæ* & provinciarum ad ea pertinentium proſpiceretur; atque in E hunc finem varia officia apud Regem, Dominum meum interpoſuiſſet, quo Catholica ſua Majeſt. induceretur ad ratificandum Renunciationem per Sereniſſimam Reginam *Annam* ſuæ Majeſtatis matrem, Dominam meam XXIX. *die Aprilis*, *M. D. LXXI.* in favorem deſcendentium maſculorum Imperatoris *Ferdinandi*,glorioſæ memoriæ, factam; nec non ad cedendum & renunciandum juri, quod in dicta Regna F ac Provincias illis annexas ipſi tanquam unico *Annæ*, *Hungariæ & Bohemiæ Reginæ*, per filii ipſius primogeniti, Domini D *Maximiliani II.* Imperaroris, lineam rectam deſcendenti Pronepoti competit, aut quoquo modo competere poteſt, in favorem & beneficium Sereniſſimi Archiducis *Ferdinandi*, Conſobrini & ſororii ſui amantiſſimi. Hinc eadem Catholica Majeſt. prædeceſſorum ſuorum Regia veſtigia & exempla Munificentiæ imitando, & quanto ſit in ſanctæ Religionis, boni Publici, domuſque ſuæ conſervandæ & amplificandæ amore & deſiderio; uti ſæpius ante hac, auxilia ſua præſtando, aliiſque modis, ita & nunc egregie commonſtrando, publicum bonum privatis ſuis commodis anteponens, mihi prænominato Oratori ſeu Legato ſuo, per Mandata procuratoria & Inſtrumenta in debita forma Mandati ad *viceſimum primum diem April. Anno M. D. XVII.* nunc currente confecta, atque in autographis ſuis, præter copiarum authenticarum communicationem, hic exhibita, ſpecialem poteſtatem & auctoritatem dedit, ad regio ſuo nomine dictam ceſſionem cum confirmatione ſupraſcriptæ renunciationis,

tionis, ad ſatisfactionem Ser. Archiduci
148 faciendam. Quocirca ego ſupranominatus Orator & Mandatarius, vigore dicti Mandati Procuratorii, in originali exhibiti & per copiam traditi, ac plenipotentiæ mihi conceſſæ, nomine Regis, Domini mei, nec non Sereniſſimi Principis, aliorumque infantium, filiorum ejus, ratifico, approbo & confirmo dictam renunciationem, a ſupranominata Regina *Anna*, ejuſdem Regis, Domini mei, Matre factam. Cedo item & renuncio eodem nomine, omni juri, quod eidem Regi, Domino meo, aut Sereniſſimo Principi & infantibus filiis ipſius, in dicta regna & provincias illis annexas competit, ſeu quavis ratione competere poteſt in favorem ac beneficium Sereniſſimi Archiducis *Ferdinandi*, ejuſque per lineam rectam maſculinam non interrupta ſerie legitime deſcendentium maſculorum, ſine gradus & temporis limitatione vel præſcriptione; ſub hiſce conditionibus & pactis: ut ſcilicet compenſatio, quæ in aliqua Provinciarum Auſtriacarum fieri poſtuletur aut poſtulari poſſet, ad aliam tranſactionem differatur. Quæ quidem tractatio quantocyus fieri poterit inſtituenda erit; habita in ea etiam ratione tot beneficiorum & auxiliorum, quibus Auguſtam Domum ſuam in his partibus Catholica ſua Majeſtas ſemper tutata eſt: ita ut conſideratis hiſce omnibus, ipſi hac in parte; quantum fieri poterit, ſatisfiat. Cum expreſſa etiam obligatione & pacto, ut, quandocunque linea recta maſculina ejuſdem Sereniſſimi Archiducis *Ferdinandi* defecerit, dicta hæc regna una cum annexis provinciis ad Poſteros Majeſtatis Catholicæ, per lineam rectam maſculinam legitime devolvantur: Ita ut filiæ ex ſua Serenitate ejuſque poſteris natæ aut naſcituræ, earumque filii & deſcendentes Maſculi, in infinitum per Maſculos a Rege Domino meo in linea recta Maſculina legitime deſcendentes, nunc & perpetuis ab hinc temporibus, a dictorum Regnorum ac Provinciarum eo pertinentium ſucceſſione excludantur. Quibus ita per Sereniſſimum Archiducem promiſſis, in ſe ſua Serenitas recipit, opportunis officiis apud Cæſaream Majeſtatem inſtare & curare, ut hæc utriuſque ſuper hæc confecta Inſtrumenta ac literæ per eandem auctoritate Imperiali ac Regia, in ampliſſima forma de plenitudine poteſtatis confirmentur. Quæ omnia ego *Comes de Ognate*, Legatus & Mandatarius, nomine quo ſupra acceptans & rata habens, ex certa ſcientia, deliberata voluntate, aliiſque omni meliori modo, via

A & forma, quibus de jure, Conſtitutionibus Imperii, vel Regnorum ſuæ Majeſtatis Cæſareæ, vel quarumcunque Provinciarum conſuetudinibus ac ſtatutis id fieri poteſt, ad majorem hujus tractatus ſecuritatem promitto, dicti Regis, Domini mei & Principis, ac Infantium hæredumque ipſorum ac poſterorum utriuſque ſexus nomine, quod omnia & ſingula in hoc Inſtrumento contenta, ſancte & inviolabili-
B ter ſervabuntur & adimplebuntur. Neque a Rege aut Principe, Infantibuſque ipſius 149
filiis, ſive per Teſtamentum, ſive per aliam ullam voluntatem ultimam, ac diſpoſitionem inter vivos, quicquam in contrarium ordinandum eſſe; & ſi ſecus factum fuerit, id irritum & nullius valoris fore: Renunciando, nomine quo ſupra, exceptionibus quibuſcunque, doli mali, enormiſſimæ læſionis, reſtitutionis in integrum, ſucceſſio-
C nis fœminarum ad dicta regna & provincias, item juribus & privilegiis, legibus, conſuetudinibus, ſtatutis, decretis, pactis, familiæ, tranſactionibus & obſervationibus quibuſcunque prædictorum Regnorum & Provinciarum ad ea pertinentium, ſi quæ in contrarium eſſent, quæ omnia quaſi hic verbotenus inſerta eſſent, habebuntur. Iſque ego, nomine quo ſupra, ad effectum harum literarum abſolute renuncio, & adeo de-
D rogatum eſſe volo, ut etiam contra juratum hoc Inſtrumentum & Pactum, nulla Pontificum Romanorum aut Imperatorum diſpenſatio vel relaxatio peti aut impetrari poſſit; aut ſi quæ impetraretur, vel ab ipſis Pontificibus & Imperatoribus motu proprio aut ſponte concederetur, nullius omnino roboris aut valoris eſſe volo. Præterea ſi ſuæ Serenitati viſum fuerit, aliquid pro majori ſua ſuorumque deſcendentium
E ſecuritate & cautela, circa hoc Inſtrumentum in clauſulis innovandum, addendum, aut quid ulterius pro majori totius Inſtrumenti Authoriſatione faciendum eſſe: non mutatis tamen conditionibus, aut rei ipſius ſubſtantia; ad id in ea omnino forma, prout ex parte ſuæ Serenitatis, eiuſque filiorum, petitum fuerit, eundem Regem Dominum meum Principemque & infantes ejus filios (dummodo intra unius anni ſpa-
F cium a dato hujus Inſtrumenti computandum iſta petitio fiat) abſolute obligatos fore promitto: Obligans ad executionem & impletionem horum omnium, univerſa Regis Domini mei bona, qualiacunque ea ſint, cum renunciatione legum, & conſtitutionum, aliorumque beneficiorum quorumcunque, huic obligationi contrariantium, in verbo ac vera fide Regis, Domini mei, &

Google

mei, & in vinculo juramenti per me, Ca- A tholicæ ſuæ Majeſtatis nomine ad Dei ſancta Evangelia manibus meis corporaliter tacta præſtiti.

In horum omnium firmius robur ac certum teſtimonium, hoc inſtrumentum, ſigillo meo communitum manu propria ſubſcripſi coram ſæpe dicta ſua Serenitate; præſentibus ibidem, Domino *Jacobo Chiſel, Barone in Kaltebrunn*, ejuſdem Sereniſſimi Archiducis Conſiliario, Camera- B rio, & Magiſtro Stabuli; item Domino *Urbano, Barone de Potingen & Perſin*, ejuſdem ſuæ Serenitatis Conſiliario Bellico & Camerario, tanquam teſtibus ad hunc actum vocatis: Adſiſtente quoque, ex Mandato ſuæ Serenitatis, ejuſdem Conſiliario ſecreto & Procancellario Aulico, Domino *Leonhardo Gezio L.V.D.* Qui omnes a me rogati hic quoque manu propria ſubſcripſerunt. Acta ſunt hæc *in arce Regia* C

150 *Pragenſi, in Camera vel Cubiculo Sereniſſimi Domini Archiducis ordinario, die ſexta Menſis Junii, Anno* M. DC. XVII. *Indictione* XV. *Imperante Invictiſſimo & Potentiſſimo Imperatore Semper-Auguſto Matthia II.*

Ill. Conde de Ognate, &c.

Johan. Jacobus Chiſel, Liber Baro in Kaltenbrunn.

Urbanus de Bettingen & Perſin, Liber Baro in Falckenſtein.

Ad Mandatum Domini Comitis Legati proprium

Guilielmus Portugal, Secretarius.

Wolff Adam Czeiß de Pirnova, Regiſtrator.

Collationatum & concordat cum originali Actum Pragæ in Cancell. Sac. Cæſ. Majeſtat. Bohemica, 7. Octob. Anno 1617.

CXIV.

Ratificatio Cæſaris Matthiæ, factæ Transactionis cum Rege Hiſpaniæ.

MATTHIAS.

Recognoſcimus ac notum facimus D vigore præſentium univerſis ac ſingulis, ad quos hæc res ſpectabit: Quod Sereniſſ. Hiſpaniarum Rex Catholicus, *Philippus III.* Nepos, Affinis, & Frater noſter chariſſimus, ab aliquo tempore cœperit rationes quaſdam & prætenſiones proponere, quarum vigore Serenitas ſua *ad ſucceſſionem Regnorum Hungariæ & Bohemiæ*, poſt extinctam, ſi DEO ita viſum foret, Divi *Maximiliani II. Impe-* E *ratoris, ac Hungariæ & Bohemiæ Regis*, Domini Genitoris noſtri obſervandi, Auguſtæ memoriæ, *maſculinam lineam*, ſecluſa Divi quoque *Ferdinandi* Imperatoris & Regis, Domini & Avi noſtri colendiſſimi, *maſculina proſapia*, præferri debeat. Quæ res deſiderium noſtrum, quod in conſervanda inclyta domo noſtra, & promovenda re Chriſtiana, *in ſtatuendo legitimo ſucceſſionis ordine*, modo & tempore ſemper ha- F buimus, multisque modis hactenus demonſtravimus, nonnulla ſollicitudine affecit ac perplicuit: ita ut nollemus adverſus Serenitatis ſuæ voluntatem, quippiam hactenus in effectum deduci: Illa tandem, non minori zelo publici boni accenſa, per Oratorem ſuum, Illuſtriſſimum Dominum *Inaco de Guevara, Comitem de Ognate*, adjunctis deſuper conditionibus, litteris, & interveniente aſſidua & fideli opera Reverendiſſimi *S.R.E. Presbyteri Cardinalis* 151 *Cleſelii*, amici noſtri, arcani conſilii Directoris, cui totum hoc negotium commiſeramus, ſeſe declaravit. Quod ſua Serenitas rationibus certis permota, Renunciationem, quam Sereniſſima ejus Mater, Regina *Anna*, Soror noſtra dilectiſſima piæ recordationis, in jus & favorem proſapiæ maſculinæ D. *Ferdinandi* Imperatoris ſupradicti *XXIX. die Menſis Aprilis, Anno* M. D. LXXI. confecerat, ac Sacramento regio firmaverat, abſolute ratificatam fore & eſſe promiſit, ut in præſentiarum dictus Orator atteſtatus eſt. Quapropter Nos, & Sereniſſ. frater noſter, Archidux *Maximilianus*, nec non Sereniſſimus patruelis & filius noſter Archidux Auſtriæ *Ferdinandus*, hac ipſa de cauſa ad nos accerſiti, ad demonſtrandum ſincerum noſtrum erga Serenitatem ipſius animi affectum, ac ſingulare gratificandi ſtudium, permittimus: ut articulus pro hac Regis benevolentia prætenſæ aliqualis compenſationis in Provinciis Auſtriacis, quæ ſine matura inſpectione & ponderatione Privilegiorum & Com-

pactatorum

pactatorum Auguſtæ Domus Auſtriacæ A noſtræ, fieri & concedi nequit, in aliud tempus & ulteriorem tractationem differatur. Conſentit inſuper memoratus filius & patruelis noſter, Archidux *Ferdinandus*, Ut futuris temporibus, caſuque ita eveniente, dicta *Regis Catholici linea maſculina præferatur fœmineæ lineæ paternæ ſtirpis memorati Archiducis Ferdinandi.* Quam quidem præcedentiæ conditionem, nos authoritate noſtra Imperiali ac Regia confir- B mamus & roboramus. Utque hæc omnia, communi atque majori utriuſque partis applauſu perficiantur, atque amoris & conſanguinitatis vinculum totius Auſtriacæ Domus magis magiſque connectatur atque conſtringatur, Nos pro paterno noſtro affectu, vigilantiaque opportuna, apud Sereniſſ. Regem officia interponemus, ut filiam ſuam, Sereniſſimi Archiducis *Ferdinandi* filio, Archiduci *Joanni Carolo*, in matrimonium collocare velit. Quæ omnia perpetuis dehinc temporibus fixa, rata & ſancta eſſe volumus, adhibita, quatenus opus eſt, Imperiali ac Regia noſtra auctoritate: Cujus vigore hæc omnia & ſingula approbamus, ratificamus & confirmamus. Harum teſtimonio litterarum manus noſtræ ſubſcriptione munitarum, & ſigillo noſtro Cæſareo roboratarum. Quæ data ſunt, &c.

CXV.

Matthiæ Imperatoris confirmatio tranſactionis Hiſpaniæ.

MATTHIAS, divina favente cle- C mentia electus *Romanorum Imperator Semper - Auguſtus*, *ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c.*
152 *Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac inferioris & ſuperioris Sileſiæ, Wirtembergæ & Teckæ &c. Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kibur-* D *gi & Goritiæ &c. Landgravius Alſatiæ, Marchio S. R. Imperii, Burgoviæ ac ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis, & Salinarum &c.* Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium, quibus expedit, & ad quos pertinet univerſis. Cum in hac rerum humanarum incertitudine, ea Nos cura majorem in modum ſollicitos haberet, quo pacto regnorum noſtrorum ac ditio- E num ſalus ac proſperitas, & quam divinæ Majeſtatis conceſſu ac munere Domus noſtra Auguſta conſequuta fuit, Majeſtas ac dignitas continuari ac perpetuari, certaque ſucceſſio ſtabiliri poſſit: Eaque de cauſa, primum cum Sereniſſimo Rege Hiſpaniarum Catholico, Domino *Philippo III.* Conſobrino ac Nepote noſtro chariſſimo; deinde cum Sereniſſimis Archiducibus Auſtriæ, *Maximiliano* & *Alberto*, Fratribus F noſtris chariſſimis, egiſſemus: ut *quod in noſtra Hungariæ & Bohemiæ Regna, haberent vel habere poſſent jus, Sereniſſimo Archiduci Ferdinando, patrueli noſtro chariſſimo, reſignarent & cederent.* Tandem obtenta utriuſque Fratris noſtri ceſſione, Renunciatio etiam conſequuta ac impetrata fuit. Ad quam quidem commodius ac plenius pertractandam, perficiendamque & abſolvendam, Serenitas Sua Illuſtri Domino *Inaco de Guevara*, *Comiti de Ognate*, Oratori ſuo, plenum ac ſufficiens mandatum, ac poteſtatem, cujus copia authentica nobis exhibita, dedit & conceſſit. Inter quos & ſupranominatum Archiducem *Ferdinandum*, patruelem noſtrum chariſſimum, præſens ſuper ea re tractatus hic in aula noſtra Cæſarea *Pragæ* habitus eſt, & in hunc, qui ſequitur, modum concorditer concluſus, confectiſque ſuper eo, quæ requirebantur, inſtrumentis finitus fuit.

Ego Don Inacus Velz de Guevara, &c.
Nos Ferdinandus Dei gratia Archidux Auſtriæ, &c.

Poſtquam igitur ex parte ſupraſcripti Sereniſſimi Regis Catholici, per nominatum Serenitatis ſuæ Oratorem *Comitem* de *Ognate*, & Sereniſſimum Archiducem *Ferdinandum*, Patruelem noſtrum chariſſimum, rogati fuimus, ut tractatum hunc & ſupra inſerta Inſtrumenta, approbare & confirmare dignaremur: Nos pro zelo ac ſtudio noſtro, quo Auguſtæ Domus noſtræ conſervationem ac dignitatem procuratam ac ſtabilitam cupimus, authoritate noſtra Cæſarea ac Regia, ſupra inſertum Tractatum & ceſſionis ac renunciationis Tractatum & Inſtrumenta ſuper eo confecta, approba-

vimus

vimus rataque habuimus; quemadmodum
vigore præſentium approbamus, rata ha-
bemus & confirmamus: Ut ſcilicet futuris
perpetuo temporibus, juxta ſupradictum
153 reſignationis ac renunciationis contractum,
noſtramque hanc approbationem, ratifi-
cationem & confirmationem, quæcunque
ratione ſupra explicatæ conceſſionis oriri
aut moveri queant dubia, reſolvantur ac
decidantur, ac reſoluta & deciſa cenſean-
tur: Ita quidem, ut nihil aut a ſucceſſori-
bus Noſtris, aut quocunque alio, in con-
trarium ſtatui aut decerni poſſit: Defectum
omnem, qualiſcunque allegari vel nomi-
nari poſſit, ex plenitudine poteſtatis no-
ſtræ ſupplentes, aut ſuppletum eſſe volen-
tes. Harum teſtimonio literarum manu
noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſa-
rei appenſione munitarum. Datum in *arce noſtra Regia Pragæ, XV. Junii, Anno Domini* M. DC. XVII. *Regnorum Noſtrorum, Romani V. Hungariæ IX. Bohemiæ vero VI.*

MATTHIAS, &c.

Vice Reverendiſſ. Dn. Joannis Schwiccardi, Archicancellarii & Electoris Mogunt. V.H.L. *von Ulm.*

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſt. proprium

Johan. Barvitius.

Wolff Adam Czeiſz de Pirnova, Regiſtrator.

Collationatum, & concordat cum originali. Actum in Cancellaria Bohemica Praga, 7. Octob. Anno M. DC, XVII.

CXVI.

Caroli Auſtriæ Archiducis, Primo Epiſcopatum Uratislavienſem tutelari Polonorum Regis patrocinio committentis, deinde Ducum & Magiſtratuum Sileſiæ Feuda, irrumpentium cupiditati offerentis, ad Archiepiſcopum Gneſnenſem Literæ:

anno 1619.

Illuſtriſſime & Reverendiſſime Domine:
Amice chariſſime. Provocavit nos
Reverendiſſ. Dominationem veſtram
hiſce temporibus compellare litteris,
tum ea, quam Sedi Metropolitanæ anti-
quitus debemus, connexio, tum Rever.
Domin. Veſtræ, quam ex Generoſiſſimo,
Magnifico fideliter nobis dilecto, *Sigiſmun-
do Opackij de Opaca*, Regiæ Poloniæ &
Sueciæ Majeſtat. & dilectionis Camerario,
& ſupremo ſtabuli præfecto, necnon no-
ſtro Camerario, uberrime accepimus, pia
& paterna prorſus erga afflictam Eccleſiam
noſtram ſollicitudo. Experimur etenim,
quanta induſtria hoſtes Religionis Catholi-
cæ, ad Nos opprimendum ſeſe conjungant,
nec nos ad propulſandam alia methodo
potentius accingi arbitramur, niſi ea, quam
154 ſuperna unitas cunabulis Epiſcopatus noſtri
Uratislavienſis primitus indiderat, conjun-
ctione viciſſim coaleſcentes; quam in rem
ſedulo & antiquioribus incumbemus curis.
Præterea cenſemus Rever. Domin. Veſt.
abunde perſpexiſſe, quo in diſcrimine Ec-
cleſia noſtra Uratislavienſis, quin imo to-
tus, qui ſupereſt, Catholicus ſtatus, ca-
lamitoſo hoc furiarum hæreticarum ſeculo
volutetur; & quemadmodum virus peſti-
lentiſſimum ſeditionis & perſecutionis, ad
funeſtam Catholicorum exſtirpationem dietim gravius ſerpat & invaleſcat; non adeo, quod diverſos ritus a noſtratibus ſectari ſtudeant; ſed magis, ut illius rei prætextu, ad bona Eccleſiaſtica aditum ſibi parent, ea diripiant, rem ſuam per illa augeant, atque hanc Patriam, quæ olim pro Romana Eccleſia ſæpe arma contra Huſſitas induit, adfligent, confundant, graviſſimaque ruina involvant. Incredibile enim eſt, quanta inſania Principes, præſertim hujus Provinciæ, in Bohemicæ Religionis tendiculas prolabantur: in perniciem Regis Sereniſſimi & everſionem Catholicæ Religionis conjurent; Articulos vere ſacrilegos, quibus Magiſtratum tam Eccleſiaſticum, quam ſecularem, obruere geſtiunt, unanimi ſuffragio conſtituant, quemadmodum Rev. Dom. Veſt. ex incluſo Concluſionum Bohemicarum exemplo fuſius intelliget. Et niſi Chriſtianorum Regum ac Principum potentia comprimatur, brevi futurum eſt, ut nulla ſit ſubditorum erga Principes & Antiſtites obedientia, nullus ordo, nulla ſuperioritas, nulla religio, niſi quam peſſimus quiſque libidine ſui animi ſuſceperit. Quæ clades finibus noſtris adeo vix coercebitur, quin etiam ad vicinum Poloniæ exuberet atque erumpat Regnum. Cui ut peſtifero, ita communi malo, extrema hac rerum viciſ-

ſitudine aliunde facilius & tutius occurri non poſſe videmus, quam ex tutelari patrocinio contermini Poloniæ Regni: Inde etenim orbata noſtra Eccleſia defenſionem jure quaſi ſuo petit, unde olim fundationem accepit, nec fieri poſſe autumat, ut mater filiæ ſuæ obliviſci, multo minus eidem deeſſe unquam poſſit. Qua fiducia in Rev. Dom. Veſt. innixi, conſilium, quod ſeſe rebus ſic afflictis inſinuat, eidem exponere, trutinæque & cenſuræ ejus porrigere duximus. Duces & Magiſtratus, qui non tam imitatores, quam authores turbarum Bohemicarum contra Regem ſuum ſeſe exhibent, per Feloniam commiſſam, ut vaſalli omnibus ſuis feudis de jure exciderunt: Executio duntaxat deſideratur, quæ non in congruo forſitan poſſit contingere modo. Concluſum eſt proxima *Vratislavienſi diæta*, confinia *Sileſiæ*, *Regno Poloniæ* contermina, omni ex parte foſſis & fortificationibus circundare. Eſt autem circa hujuſmodi quæſtiones finium talis confuſio, ut undiquaque in lite & incerto conſiſtant, adeo ut nullo in loco, abſque controverſia & læſione finitimi fundi, idipſum effici valeat. Quo quidem ex opere, veluti novo, & ſuſpecto, non modo inclytum *Poloniæ* Regnum injuriam allegare, verum etiam illi, qui
155 in limine Regni habitant, de fundorum ſuorum diſpenſio, juſtam querelam & gravamen depromere poſſent, ſub hac anſa; Si Sereniſſimus Rex Ferdinandus, cum offenſis illis Regni Poloniæ incolis, vel certe aliis, qui ad hoc negotium aptiores eſſe videantur, irruptiones in poſſeſſiones Principum conterminas pro executione, ea committeret lege, ut viribus & ſumtibus ſuis, feuda, juris & facti diſpoſitione caduca occuparent, & tamdiu eadem [ſubjectione tamen Regi Ferdinando ſalva] uſurparent, quoaduſque refuſionem cum lucro inde excipere & reportare poſſent. Super quo quidem, antequam cum Sereniſſimo fratre noſtro Ferdinando, ea de re quicquam

A communicemus, nobis prius Rev. Dom. Veſt. implorandum duximus & prudens conſilium, & præſens auxilium. Præterea Rever. Dom. Veſt. enixe rogamus, ut ea qua plurimum pollet, & poteſt, authoritate, imo celebri ſuo in protegendo divino cultu fervore, & in Eccleſiam noſtram, jam jam præcipitantem, patrocinio, Sereniſſimum Sigiſmundum III. Regem Poloniæ & Sueciæ, Magnum Ducem Lithuaniæ,
B Ruſſiæ &c. Dominum ad finem, & patrem noſtrum obſervandiſſimum, & diſponere & cohortari non intermittat, ut ſua Majeſtas Regia Regno ſuo appropinquantem, & jam minitantem tam ingentem Chriſtianæ Religionis cladem graſſari, & tam pia avorum ſuorum ad æternam Dei gloriam a ſtirpe fundata ſacraria, poſſeſſiones & bona, a religioſiſſimis Principibus, locis ſanctis, & perſonis Eccleſiaſticis collata, nefandis
C applicari & miſere diſtrahi profanationibus non concedat: quin potius pro Regia ſua virtute, omni quo poſſit, ſtudio adniti dignetur, ut in cauſa Religionis, periculum maxime ad eandem pertinens, brachio & viribus ſuis, quibus ad defendendam Eccleſiæ ſalutem, cum inclytis Regni ſui optimatibus a Deo præ aliis mundi Rectoribus cumulatiſſime adaucta exiſtit, mature ſuccurrat: Sereniſſimam domum noſtram, uni-
D cam in hiſce partibus Religionis Catholicæ, pro ea, quæ ad Sereniſſimam Poloniæ progeniem redundat, ſucceſſione, hæreditariis regnis & dominiis, ob cauſam Dei, tam turpiter & immerito exui non admittat. Nos viciſſim hoc, non modo erga Majeſtatem ſuam regiam, verum etiam erga Reverendiſſimam Dominationem veſtram, cui omne, quicquid inde in effectu boni in communem Religionis cauſam derivabatur,
E gratum & acceptum feremus, cum tota Sereniſſima familia noſtra omni quo par eſt ſtudio & officio rependere enitemur. Datum in Civitate reſidentiæ noſtræ Epiſcopalis Nyſſæ, 14. Auguſti, Anno 1619.

SUPPLE-

SVPPLEMENTVM *ACTORVM PVBLICORVM* EX BALBINO,

Quæ in hac collectione Goldaſtiana deſiderabantur.

I.

Joannis VIII. Papæ ad S. Methodium, falſo ad ſedem Apoſtolicam delatum, literæ citatoriæ.

Præcipit ut ad ſe veniat, ut de ejus doctrina cognoſcere poſſit. Miſſas Slavonica lingua celebrari prohibet; id tamen poſtea, ut in ſequentibus apparebit, conceſſum eſt.

Reverendiſſimo Methodio Archiepiſcopo Pannonienſis Eccleſiæ.

PRædicationis tuæ doctrinis populum Domini, tibi quaſi ſpirituali paſtori commiſſum ſalvare inſtruereque cum debeas, audivimus, quod non ea, quæ Sancta *Romana Eccleſia* ab ipſo Apoſtolorum Principe didicit, & quotidie prædicat, docendo edoceas, & ipſum populum in errorem mittas. Unde his Apoſtolatus noſtri literis tibi jubemus, ut omni occaſione poſtpoſita ad nos de præſenti venire procures, ut ex ore tuo audiamus & cognoſcamus: utrum ſic teneas, & ſic prædices, ſicut verbis & literis *Sancta Romana Eccleſia* credere promiſiſti, aut non, ut veraciter co- A gnoſcamus doctrinam tuam. Audimus etiam, quod *Miſſas* cantes in Barbara, hoc eſt, in *Slavina lingua*, unde jam literis noſtris per *Paulum Epiſcopum Anconitanum* tibi directis prohibuimus, ne in ea lingua ſacra Miſſarum ſolemnia celebrares, ſed vel in latina vel in græca lingua, ſicut *Eccleſia Dei* toto terrarum orbe diffuſa, & in omnibus gentibus dilatata cantat. Prædicare vero aut ſermonem in populo facere tibi licet, quoni- B am Pſalmiſta omnes admonet Dominum Gentes laudare, & Apoſtolus, *Omnis*, inquit, *lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus in gloria eſt Dei Patris.* Data *XVIII. Julii. Indictione XII.*

II.

Joannes Papa VIII.

Svvatopluco Regi Moraviæ commendat S. Methodium Roma (ubi ſuæ fidei rationem reddiderat) redeuntem.

Dilecto filio Swatopluko glorioſo Comiti.

INduſtriæ tuæ notum eſſe volumus, quoniam confratre noſtro *Methodio*, Reverendiſſimo Archi Epiſcopo *Sanctæ Eccleſiæ Moravienſis*, una cum *Semiſino* fideli tuo ad limina Sanctorum Apoſtolorum *Petri & Pauli* noſtramque Pontificalem præſentiam veniente, atque ſermone lucifluo referente, didicimus tuæ devotionis ſinceritatem totiuſque populi tui deſiderium, quod circa ſedem Apoſtolicam & noſtram paternitatem habetis. Nam divina inſpirante gratia contemtis aliis ſeculi hujus Principibus, *Beatum Petrum* Apoſtolici ordinis Principem, Vicariumque illius habere patronum, & in omnibus adjutorem & defenſorem pariter C cum nobilibus viris fidelibus tuis, & cum omni populo terræ tuæ amore fideliſſimo elegiſti, & uſque ad finem ſub ipſius & vicarius ejus defenſione colla ſubmittens, pio effectu cupis, auxiliante Domino, utpote filius devotiſſimus permanere. Pro qua ſcilicet tanta fide ac devotione tua, & populi tui, Apoſtolatus noſtri ulnis extenſis, te quaſi unicum filium amore ingenti amplectimur, & cum omnibus fidelibus tuis paterni- D tatis noſtræ gremio, velut oves Domini nobis commiſſas, recipimus, vitæque pabulo clementer nutrire optamus atque noſtris aſſiduis precibus omnipotenti Domino commendare ſtudemus, quatenus Sanctorum Apoſtolo-

poſtolorum ſuffragantibus meritis, & in hoc
ſeculo adverſa omnia ſuperare, & in cœleſti
poſtmodum regione cum Chriſto Deo no
ſtro valeas triumphare!

Igitur hunc *Methodium* venerabilem Ar-
chi Epiſcopum veſtrum interrogavimus co-
ram poſitis fratribus noſtris Epiſcopis, ſi *Or-
thodoxæ fidei Symbolum* ita crederet, & inter
ſacra miſſarum ſolemnia caneret, ſicuti *San-
ctam Romanam Eccleſiam* tenere, & in ſanctis
ſex univerſalibus Synodis a Sanctis Patribus
ſecundum Evangelicam Chriſti DEI noſtri
auctoritatem promulgatum, atque traditum
conſtat; ille autem profeſſus eſt, ſe juxta E-
vangelicam & Apoſtolicam Doctrinam, ſi-
cut ſancta Romana Eccleſia docet, & a Patri-
bus traditum eſt, tenere & pſallere. Nos
autem illum in omnibus Eccleſiaſticis doctri-
nis & utilitatibus Orthodoxum & proficuum
eſſe reperientes, vobis iterum ad regendam
commiſſam ſibi Eccleſiam DEI remittimus,
quem veluti paſtorem proprium, ut digno
honore & reverentia, lætaque mente recipi
atis, jubemus. Quia noſtræ Apoſtolicæ au-
ctoritatis præcepto Archi Epiſcopatus ei pri-
vilegium confirmavimus & in perpetuum
Deo juvante firmum manere ſtatuimus, ſi-
cut anteceſſorum noſtrorum auctoritate o-
mnium Eccleſiarum DEI jura & Privilegia
ſtatuta & confirmata conſiſtunt, ita ſane, ut
juxta canonicam traditionem omnium ne-
gotiorum Eccleſiaſticòrum curam habeat i-
pſe, & ea velut DEO contemplante diſpen-
ſet; nam populus Dei illi commiſſus eſt, &
pro animabus eorum hic redditurus erit ra-
tionem.

Ipſum quoque Presbyterum nomine
Wichinum, quem nobis direxiſti electum E-
piſcopum conſecravimus *Sanctæ Eccleſiæ Ni-
trenſis*, quem ſuo Archi Epiſcopo in omni-
bus obedientem, ſicuti ſancti Canones do-
cent, eſſe jubemus & volumus: ut pariter
cum ipſius Archi-Epiſcopi conſenſu & pro-
videntia, alterum nobis apto tempore utilem
Presbyterum vel Diaconum dirigas, quem
ſimiliter in alia Eccleſia, in qua Epiſcopalem
ſedem noveris neceſſariam, ordinemus *Epi-
ſcopum*, ut cum his duobus a nobis ordinatis
Epiſcopis præfatus *Archi Epiſcopus* veſter, jux-
ta Decretum Apoſtolicum per alia loca in
quibus Epiſcopi honorifice debent & poſſunt
exiſtere, poſtmodum valeat ordinare. Pres-
byteros vero, Diaconos, ſeu cujuſcunque
ordinis Clericos ſive Slavos, ſive cujuslibet
generis, qui intra provinciæ tuæ fines conſi-
ſtunt, præcipimus eſſe ſubiectos & obedien-
tes in omnibus jam dicto confratri noſtro
Archi-Epiſcopo veſtro, ut nihil omnino præ-
A ter ejus conſcientiam agant. Quod ſi con-
tumaces & inobedientes exiſtentes ſcanda-
lum aliquod aut ſchiſma facere præſumpſe-
rint, & poſt primam & ſecundam admoniti-
onem ſe minime correxerint, Zizaniorum ſe-
minatores ab Eccleſia & finibus veſtris aucto-
ritate noſtra præcipimus eſſe procul abjicien-
dos, ſecundum auctoritatem Capitulorum,
quæ illi dedimus & vobis direximus.

Literas denique Slavonicas a *Conſtanti-
B no* quodam (f. l. *quondam*, ut conjicit Pagi-
us) Philoſopho repertas, quibus Deo laudes
debitas reſonent, jure laudamus, & ut in ea-
dem lingua Chriſti Dei noſtri præconia & o-
pera enarrentur, jubemus: neque enim tri-
bus tantum, ſed omnibus linguis Dominum
laudare, auctoritate ſacra monemur, quæ
præcipit dicens: *Laudate Dominum omnes
gentes, & collaudate eum omnes populi*: Et A-
poſtoli, repleti Spiritu Sancto, *locuti ſunt o-
C mnibus linguis magnalia Dei*. Hinc & *Pau-
lus* cœleſtis quoque tuba inſonat, monens:
*Omnis lingua confiteatur, quia Dominus no-
ſter Jeſus Chriſtus in gloria eſt DEI patris.*
De quibus etiam in prima ad Corinthios E-
piſtola ſatis & manifeſte nos admonet, qua-
tenus *linguis loquentes* Eccleſiam DEI ædifi-
cemus. Nec ſanæ fidei vel doctrinæ aliquid
obſtat, ſive *Miſſas* in eadem *Slavonica* lingua
canere, ſive Sacrum Evangelium, vel lectio-
D nes divinas novi & veteris Teſtamenti bene
tranſlatas & interpretatas legere, aut alia
horarum officia omnia pſallere, quoniam
qui *fecit tres linguas principales*, *Hebræam*
ſcilicet *Græcam & Latinam*, ipſe creavit &
alias omnes ad laudem & gloriam ſuam.

Jubemus tamen, ut in omnibus Eccleſi-
is terræ veſtræ propter majorem honorifi-
centiam Evangelium latine legatur, & poſt-
modum Slavonica lingua tranſlatum, in au-
E ribus populi latina verba non intelligentis an-
nuncietur; ſicut in quibuſdam Eccleſiis fieri
videtur. Et ſi tibi & judicibus tuis placet,
Miſſas latina lingua audire magis, præcipi-
mus, ut latine Miſſarum tibi *ſolemnia celebren-
tur*. Data *menſe Junii, Indictione 13*.

Hæc *Joannes Papa* ita natam recens „
Eccleſiam lacte nutriens parvulorum, ſpe- „
rans opera ejus, qui linguas infantium fa- „
cit diſertas (ſicut qui cum parvulus eſt, lo „
F quitur ut parvulus, cum creverit in virum „
perfectum, ſit evacuaturus, quæ parvuli e „
rant) fore, ut *Moravenſis Eccleſia* Matris, ex „
qua genita eſt, lingua perfecte loquutura „
eſſet. Extat vero ejuſdem *Pontificis* Epi „
ſtola ad ipſum *Methodium* data *anno ſe-* „
quenti decimo Kalendas Aprilis.

III.

Literæ Apoſtolicæ Joannis VIII. Papæ ad S. Methodium Slavicarum Gentium Apoſtolum.

Gratulatur de orthodoxæ fidei cultu, & de ejus erga religionem ſtudio & cura; precatur in dies ſpiritualem profectum majorem, eumque conſolatur.

Methodio Archi-Epiſcopo pro fide.

PAſtoralis ſolicitudinis tuæ curam, quam in lucrandis animabus fidelium, Domino Deo noſtro exhibes, approbantes & orthodoxæ fidei te cultorem ſtrenuum exiſtere contemplantes, nimis in eodem Domino jocundamur, & ei immenſas laudes & gratias agere non ceſſamus: quia te magis ac magis in ſuis mandatis accendat & ad ſanctæ ſuæ Eccleſiæ profectum ab omnibus adverſitatibus clementer eripiat. Verum auditis per tuas literas variis caſibus, vel eventibus tuis, quanta cum paſſione tibi condoluerimus, ex hoc advertertere poteris, in quo te coram nobis poſitum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ doctrinam juxta Sanctorum Patrum probabilem traditionem, ſequi debere monuimus, & tam ſymbolum quam rectam fidem a te docendam & prædicandam ſubdidimus, noſtrisque Apoſtolicis literis, glorioſo Principi *Sentopulcho* quas ei aſſeris fuiſſe delatas, hoc ipſum ſignificavimus, & neque aliæ literæ noſtræ ad eum directæ ſunt, neque Epiſcopo illi palam, vel ſecreto aliquid faciendum injunximus, & aliud a te peragendum decrevimus, quanto minus credendum eſt, ut ſacramentum ab eodem Epiſcopo exigeremus, quem ſaltem levi ſermone ſuper hoc negotio allocuti non fuimus. Ideoque ceſſet illa dubietas & Deo cooperante, ſicut Evangelica & Apoſtolica ſe habet doctrina orthodoxæ fidei cultum fidelibus cunctis inculca, ut de labore tui certaminis Domino Jeſu Chriſto fructum afferas abundantem, & gratia ejus remuneratus, B mercedem recipias competentem. Cæterum de aliis tentationibus, quas diverſo modo perpeſſus es, noli triſtari, quin potius hoc, ſecundum Apoſtolum, *omne gaudium prorſus exiſtima.* Quia *ſi Deus pro te*, nemo eſſe poterit *contra te.* Tamen cum Deo Duce reverſus fueris, quidquid innormiter adverſum te eſt commiſſum, quidquid jam *dictus Epiſcopus* contra ſuum miniſterium in te exercuit, utramque audientiam coram nobis C diſcuſſam, adjuvante Domino, legitimo fini tradēmus, & illius pertinaciam, judicii noſtri ſententia corripere non omittemus. Data *X. Kal. Aprilis. Indictione XIV.*

IV.

Joannis Papæ XIII. Literæ Apoſtolicæ erigentis Pragenſem Epiſcopatum & Parthenonem Sanctimonialium S. Georgii.

Joannes ſervus ſervorum DEI, Boleſlao Catholicæ fidei Alumno, Apoſtolicam benedictionem.

JUſtum eſt benevolas aures juſtis accommodare petitionibus: quia Deus eſt juſtitia, & qui diligunt Deum, juſtificabuntur, & omnia diligentibus Dei juſtitiam cooperantur in bonum, Filia noſtra, Tua relativa, nomine *Mlada*, quæ & *Maria*, inter cæteras haud abnegandas petitione, cordis *noſtri dulcis* intulit ex parte tui preces, ſcilicet ut noſtro aſſenſu in tuo Principatu, ad laudem & gloriam Dei & Eccleſiæ, *liceret fieri Epiſcopum.* Quod nos utique læto animo ſuſcipientes Deo grates retulimus, qui ſuam Eccleſiam ſemper & ubique dilatat & magnificat in omnibus nationibus. Unde Apoſtolica authoritate, & S. Petri Principis Apoſtolorum poteſtate, licet tamen indigni D ſumus Vicarii, annuimus & collaudamus, atque incanonizamus, ut *ad Eccleſiam SS. Viti & Wenceslai Martyrum*, fiat ſedes Epiſcopalis, ad Eccleſiam vero *S. Georgii Martyris ſub Regula S. Benedicti* & obedientia filiæ noſtræ Abbatiſſæ *Mariæ* conſtituatur *Congregatio Sanctimonialium.* Veruntamen non ſecundum ritus aut ſectam Bulgariæ Gentis, vel Ruſſiæ, aut Slavonicæ linguæ, ſed magis ſequens Inſtituta & Decreta Apoſtolica, u- E num potiorem totius Eccleſiæ ad placitum in hoc opus eligas Clericum, latinis apprime literis eruditum, qui verbi vomere novalia cordis gentilium ſcindere, & triticum bonæ operationis ſerere atque manipulos frugum noſtræ fidei Chriſto reportare ſufficiat. Vale.

V.

Gregorii VII. Literæ Apoſtolicæ ad Wratislaum Bohemiæ Ducem.

Hortatur, ut in dies majores progreſſus faciat in obſervantia erga Romanam Eccleſiam; oſtendit ſe *Archi-Epiſcopo Moguntino* ſignificaſſe, ne in cauſa Pragenſis Epiſcopi longius progrederetur. Quate quæ contra ipſum egerit, nulla eſſe declarat.

Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Wratislao Duci Bohemiæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

QUoniam afflatus igne divino ſtudia devotionis erga Sanctam & Apoſtolicam Eccleſiam habere cœpiſti, ſilere nos charitas in te diffuſa non patitur, quin ardorem divinæ ſervitutis de die in diem ferventius exhortatione memoramus, illa etenim vota apud Deum præmia merentur & gloriam, quæ per gradus bonorum operum ad cacumen plenitudinis tendunt, & ſemper in bono deſideria ampliora concipiunt. Quapropter, *Chariſſime fili in* B *Chriſto*, bona quæ (Deo inſpitante) mens & devotio tua propoſuit, ad effectum perfectionis extendere ſtude; quatenus Apoſtolica benevolentia, nulla tibi labeſacta ſegnitie pro meritis tuis ampliori ſemper te dilectione comprehendat. De reliquis, & privilegio, unde nos rogaſti, cum nuntius tuus fi- A nita & perfecta Eccleſia, conſecrationis conſilium a nobis quæſierit, voluntati tuæ ſatisfacere benigne procurabimus. *Sigifredum* vero *Archi-Epiſcopum Moguntinum de præſumtione* quam in cauſa *Jeromiri Pragenſis Epiſcopi* habuit, per Epiſtolam noſtram duriter increpavimus, interdicentes ei, ne ulterius ſe hujuſmodi inertia & fatuitate occupare incipiat. Attamen ſi quid adverſum te temerario judicio fecerit præventu Apoſtolicæ auctoritatis tutus atque defenſus, donec iterum ad te noſtra legatio præferatur, pro nihilo ducas, magiſque ſibi ad periculum, quam tibi futurum eſſe non ambigas. De cætero Apoſtolicis benedictionibus ſemper te munitum eſſe gaudeas. Dat. *Romæ 15. Kal. Aprilis. Indictione duodecima.*

VI.

Literæ Gregorii Papæ VII. ad Wratislaum Bohemiæ Ducem, quibus commendat ejus in Apoſtolicam ſedem obſervantiam, & confirmat privilegium geſtandi infulam Epiſcopalem, quam Bohemiæ Ducibus novo exemplo conceſſerat geſtandam Alexander ſecundus Pontifex, ob Ducum Bohemiæ Zelum proferendæ Religionis Chriſtianæ. Quo honore inuſitato oſtendere valuerunt Pontifices, Bohemiæ Duces in Provincia ſua Apoſtolica & Epiſcopalia munera glorioſe & apoſtolice obiviſſe.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Wratislao Duci Bohemiæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

LOnga jam temporis intervalla tranſacta ſunt, ex quo & Nobilitas tua *B. Petro Apoſtolorum Principi* non modicæ devotionis animum ſpopondit, & ſtudium, & tibi in Apoſtolica ſede inter cæteros Principes larga benignitas præ multis etiam ſingularis, & egregia fuit aſtricta charitas. Cujus rei fidem & indicium ex benevolentia Domini, & anteceſſoris noſtri *Alexandri Papæ* ſatis percepiſſe potes, qui petitionibus tuis, non unquam ſine ſua, D & filiorum *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ* ſolicitudine & labore condeſcendit, & ad ſignum intimæ dilectionis, *quod laicæ perſonæ* tribui non conſuevit, *mitram, quam poſtulaſti, direxit*; C Neque vero nos in noſtris temporibus tantæ dilectionis gratiam (providente Deo) labefactari volumus, imo ſi quid eſt, in quo comitante juſtitia, firmius conglutinari valeat, hoc noſtra apud Deum ſolicitudo impetrare valde deſiderat. At te quidem erga *Apoſtolicam Reverentiam*, quam ſis in votis conſtans, quam in promiſſis perſeverans, non modo pro dignitate, verum etiam pro ſalute tua fideliter oportet attendere, ſcriptum eſt enim. *Vovete & reddite*: Quæ autem illa, vel qualia ſunt, a tui ipſius conſcientia ſatis te commonitum eſſe putamus; Cauſas vero & negotia, quæ in partibus illis ad audientiam, diſcuſſionemque Legatorum noſtrorum perlata, pec

lata, pec

lata, peccatis impedientibus, congrua determinatione diffiniri non poterant, ſicut officii noſtri cura nemine nos rogante, compellit ad eum, quem juſtitia poſtulaverit finem (adjuvante Domino) perducere procurabimus. Porro quæ ipſi iidem ſtatuerunt, interim donec ad nos negotia perferantur, immota manere volumus, atque Apoſtolica Auctoritate præcipimus. DEUS autem *o-*

A *mnipotens*, qui bonorum omnium dator, & auctor eſt, talem vos in votis veſtris & actibus eſſe faciat, ut cum ante cœleſtes judices, videlicet *Petrum & Paulum*, in futuro Examine veneritis, nulla vos in illorum oculis, niſi, quæ remuneratione digna ſit, conſcientia denotare vel oſtentare valeat. Data *Romæ ſexto decimo Kalendas Januarii, Indictione duodecima.*

VII.

Literæ Innocentii III. Papæ ad Proceres Bohemiæ; quibus gratulatur de victoria parta adverſus Philippum Sueviæ Ducem pro Othone Imperatore Romanorum deſignato

Innocentius III. Papa Jappanis Bohemiæ ſalutem.

DEvotionem veſtram in Domino commendamus, quod ſicut veridica multorum relatione comperimus, Venerabilem fratrem noſtrum *Praneſtinum* noſtrum, Apoſtolicæ ſedis legatum ob reverentiam Dei & noſtram humiliter recepiſtis, & curaſtis honorifice pertractari, ita quod ad commonitionem ejus relictis uxoribus, & filiis veſtris in forti manu & brachio extento cum Domino veſtro *Bohemiam* exeuntes, Chariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri *Regi Othoni* in Romanorum Imperatorem electo potenter & viriliter adſtitiſtis; in acceſſu autem veſtro ei plurimum honoris acceſſit, cum congreſ-

B ſum ejus, ipſius fugerit inimicus, nec coram vobis auſus fuerit comparere, ſed diſparuerit potius, & ad propria redierit relicto exercitu, & diſperſo. Super hoc igitur Nobilitatem veſtram proſequentes actionibus gratiarum monemus, & exhortamur attentius, quatenus ſicut bene cœpiſtis eidem Regi de cætero fideliter, & fortiter aſſiſtatis, & faveatis, & promoveatis taliter partem ejus, quod ipſius negotium in brevi dante Domino fe-

C liciter conſummetur. Nos enim reputabimus nobis ipſis impenſum, quicquid gratiæ, & honoris ei duxeritis impendendum. Datum &c.

VIII.

Literæ Ottogari promittentis cum juramento aſſiſtere Ottoni deſignato Imperatori, cui tum Innocentius III. ſtudebat.

Sanctiſſimo Patri, & Domino *Innocentio* Divina Providentia *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici*, *Othogarus* Dei gratia *Illuſtris Regis Bohem. Filius, Dux Auſtriæ & Stiriæ, & Marchio Moraviæ* cum debita reverentia pedum oſcula beatorum.

SIgnificamus Sanctitati veſtræ, quod nos ad requiſitionem Venerabilis Viri Fratris *Valaſti Ordinis Fratrum Minorum Pœnitentiarii & nuncii veſtri* promiſimus & juravimus tactis Sacroſanctis Evangeliis, bona fide & ſine ullo malo ingenio in manibus ejuſdem nuncii, in præſentia venerabilium patrum videlicet *Conradi* Friſingenſis, *Alberti* Ratisbonenſis, & *Bertholdi* Pataviensis Epiſcoporum, præſentibus etiam *Friderico Guardiano Fratrum minorum de Stein*, & fratre *Menhardo Subpriore Fratrum Prædicatorum de Chrems*, & etiam ſub noſtro juramento Paternitati veſtræ tenore præſentium promittimus, quod nos aſſiſtemus,

D per nos & noſtros, cum terris, caſtris & civitatibus noſtris, & cum toto poſſe noſtro, Romanæ Eccleſiæ, & Summo Pontifici, qui pro tempore fuerit, & *Othoni Wilhelmo* Illuſtri Regi Romanorum, quamdiu in gratia & devotione ejuſdem *Romanæ Eccleſiæ* perſtiterit, & juvabimus eum fideliter & ſincere, & ad ipſius *Regis* requiſitionem, quam citius commode poterimus, adibimus præſentiam ejus, & recipiemus ab eo *regalia*, & ſibi

E *homagium ligium* præſtabimus, & hæc omnia, quæ promiſimus, & juravimus, in hac parte ſervabimus pure, & ſincere, & ſine fraude toto tempore vitæ noſtræ; in cujus rei teſtimonium & evidentiam pleniorem præſentes literas

literas ſigillis prædictorum Nuncii ac Pœnitentiarii, & Epiſcoporum Guardiani & Subptioris, ac noſtro fecimus ſigillari. Datum

A in *Chrenis, 15. Kal. Octob. Anno Domini M. CC. III. &c.*

IX.

Literæ Innocentii III. Papæ; quibus Przemiſlaum Ottogarum, licet ab hoſte Apoſtolicæ ſedis Philippo Cæſare deſignatum, nominatum, ejuſque Auctoritate coronatum, agnoſcit pro Rege Bohemiæ.

LIcet ante tuæ promotionis tempora multi fuerint in Bohemia *Regio Diademate* inſigniti, nunquam tamen potuerunt a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus obtinere, ut *Reges* eorum in ſuis literis nominarint. Nos quoque tum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, tum conſiderantes ſolicite, quod a nobili Viro *Philippo Duci Sueviæ*, te feceras coronari, qui cum coronatus legitime non fuiſſet, nec te, nec alium poterat legitime coronare, Regem te hactenus non duximus nominandum. Verum cum ad commonitionem Apoſtolicæ ſedis, & noſtram relicto *Duce Sueviæ* ad Chariſſimum in Chriſto Fili-

B um noſtrum Illuſtrem Regem *Othonem* in Romanorum Imperatorem electum te converteris, uſus conſilio ſaniori, & ipſe habet te pro Rege, tam intuitu precum ejus, quam tuæ devotionis obtentu, Regem te de cætero reputare volumus & vocare. Tu igitur taliter gratiam tibi factam agnoſcas, & ſic ingratitudinis vitium ſtudeas evitare, ut tua devotio mereatur, quod & gratia tibi detur ex gratia, & data gratis perpetuo conſerve-

C tur, proviſurus attentius, ut quantocyus poteris ab eodem *Rege Othone* te facias ſolenniter coronari. Datum *Later. decima tertia Kalendas Maji, Anno ſeptimo.*

X.

Bulla aurea Henrico Marchioni Moraviæ ſuper Mocram & Mokny data 1212.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen.

Fridericus divina favente Clementia Rom. Imp Electus & ſemper Auguſtus, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ.

CUm decor & poteſtas Imperii noſtrum præceſſerit ſtatum; dignum tamen ac honeſtum arbitramur fore, eorum votis uberius acclinare, quorum fidem ac devotionem circa univerſa negotia noſtra promovenda integram ac inconvulſam certiori experientia didicimus. Inde eſt, quod nos advertentes grata & præclara devotionis obſequia, quæ *Henricus nobilis Marchio Moraviæ* hactenus tam fideliter quam devote nobis exhibuit, ac etiam, Do-

E mino largiente, inantea eſt exhibiturus ſuis ad præſens in quantum poſſumus reſpondere cupientes obſequiis. Notum facimus tam præſentibus, quam in ævum ſucceſſuris, quod nos eidem Marchioni & hæredibus ſuis de noſtræ libertatis munificentia, concedimus & confirmamus, *Mocram & Mokny*, cum omni jure & pertinentiis ſuis, ſalvo ſervitio, quod in curia noſtrâ debetur. Ad hujus autem confirmationis & conceſſionis

F noſtræ memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens privilegium per manus *Hen-*

D *rici de Pariſiis* Notarii & fidelis noſtri ſcribi & *Bulla* noſtra aurea juſſimus communiri. Anno, menſe & indictione ſubſcriptis. Hujus rei teſtes ſunt: Archi Epiſcopus *Barenſis*, Epiſcopus *Tridentinus*, Epiſcopus *Baſilienſis*, Epiſcopus *Conſtantienſis*, Epiſcopus *Curienſis*, Abbas *Augenſis*, Abbas *Sancti Galli*, Abbas *de Wilsburg*, *Bertholdus de Niſſhe Regalis Curiæ Protonotarius*, Comes *Ulricus de Rhiburk*, Comes *Rudolphus de Habsburgk* & Landgravius *de Alſatia*, Comes *Ludovicus & Hermannus de Friburk*, Comes *Walterus de Hohenburgk*, *Arnoldus Nobilis de Warth*, *Rudolphus Advocatus de Rapthe*, *Scurlare*, & alii quam plures. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ incarnationis 1212. Menſe Septembris, quindecima Indictione, Regni vero *Domini noſtri Friderici Illuſtriſſ. Roman. Imp. Electi & ſemper Auguſti Regis Siciliæ*, quindecimo. Datum in nobili Civitate *Baſilienſi* per manus *Ulrici* vice protonotarii. *Sexto Kalendar. Octob. feliciter Amen.*

XI. *Fri-*

XI.

Fridericus II. confirmat Electionem Wenceslai I. Regis Bohemiæ. 1216.

Fridericus II. divina favente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ.

SI ſpecialibus & expertis fidelibus, & di- A lectis noſtris gratiam facimus ſpecialem, non eſt indignum, ſed conſonat omnimodis æquitati. Ea propter univerſis *Imperii fidelibus* tam præſentibus, quam futuris, in perpetuum notum eſſe volumus, quod miſſo ad præſentiam noſtram *Benedicto Venerabili Archidiacono Belinenſi* expoſuerunt Celſitudini noſtræ dilecti fideles noſtri, *Henricus Marchio Moraviæ, & Univerſitas Magnatum & Nobilium Bohemiæ:* B quod communi voluntate & adſenſu dilecti noſtri *Odacrii* Illuſtris Regis Bohemiæ elegerunt in *Regem eorum Wenceslaum, filium ipſius Regis Bohemiæ primogenitum*, propter quod Majeſtati noſtræ attentius ſupplicarunt, ut electionem ipſius *Wenceslai* ratam haberemus & firmam, & eidem noſtrum benignum impertiremur aſſenſum. Nos autem, quia votivæ hujus ſupplicationis affectum ex magnæ fidelitatis ardore novimus provenire, C conſiderantes ſinceritatem fidei & puræ devotionis ipſius *Odacrii Regis Bohemiæ*, quam erga Majeſtatem Noſtram hactenus habuiſſe dignoſcitur, attendentes etiam obſequia filii ſui *Wenceslai, dilecti ſororii noſtri*, quæ *Nobis & Imperio* fideliter poterit exhibere, de ſolita gratia noſtra, & conſilio Principum & Magnatum Imperii, qui tunc circa nos exiſtebant, *Electionem præfatam* ratam habemus & firmam; & concedimus eidem *Wenceslao* D *totum Regnum Bohemiæ*, cum terminis & omni jure, & honore ac rationibus eidem *Regno* pertinentibus, ſicut ipſum *Regnum* pater ſuus & alii prædeceſſores ſui, tam Duces, quam Reges antea tenuerunt. Mandamus itaque & firmiter ſtatuimus, ut quæcunque Perſona Eccleſiaſtica vel Sæcularis hanc noſtram confirmationem, & conceſſionem infringere vel evacuare præſumſerit, mille libras auri puri componat: quarum Medietas Curiæ noſtræ, altera vero injuriam paſſis perſolvatur. Ut autem hæc rata & firma in perpetuum perſeverent, præſens Privilegium ſcribi & Bulla aurea Typario noſtræ Majeſtatis impreſſa, præcepimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt: *Syffridus Auguſtenſis* Epiſcopus, *Ulricus* Abbas S. Galli, *Cono* Abbas Elvvacenſis, *Henricus* Abbas Campidonenſis, *Rodulphus* Palatinus Comes de Tungen, Comes *Ludovicus* de Ottingen, *Bertholdus* de Nyfen, *Anſelmus* de Juſtingen, Mareſcallus, *Valterus* de Sypf, Pincerna, & alii quam plures. Ego *Conradus Metenſis*, & Spitenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini *Syfridi*, *Moguntinenſis* Sedis Archi-Epiſcopi, & totius Germaniæ Archi-Cancellarii recognovi. Acta hæc ſunt Anno Dominicæ Incarnationis 1216. 7. Kalend. Auguſti, indictione quarta, Regnante Domino noſtro Friderico II. Dei gratia Romanorum Rege ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ. Anno Romani Regni ipſius quarto, & Siciliæ octavo decimo, feliciter, Amen. Datum apud *Ulmam* per manus *Bertholdi de Nyffen*, Imperialis Aulæ Protonotarii, Anno, menſe, & indictione prætitulatis.

Germanice hanc confirmationem exhibuit Goldaſtus in Beylagis num. 9. ubi pro anno 1216. legitur 1226.

Haſce *Friderici Secundi* Literas vidit & ſua Cæſarea Auctoritate *aurea Bulla* confirmavit *Carolus Quartus Imperator* Anno 1348. ſeptimo Idus Auguſti *Pragæ*. Quæ *Bulla Caroli Germanice reperitur in Beylagis num. 30.*

XII.

Alexandri IV. literæ dantis facultatem Pragenſi & Olomucenſi Epiſcopis, ut inungant & coronent Primislaum Ottogarum, cum Wernerus Arch. Moguntinus nondum eſſet a Papa confirmatus.

Pragenſi & Olomucenſi Epiſcopis.

QUoniam ad ſubſiſtentiam multorum E & regimen præeſſe oportet unum ſingulare præcipuum, quia pluralitas in præſentia ſciſſuram induceret & ſolidam gubernaculi diſrumperet firmitatem, præeminent quidem ob hoc ſingulis Regnis

& mundi Provinciis ſingula regnantium ſo- A lia & ſingulæ Principantium poteſtates: quia dum Reges populis imperant & populi Regibus reverenter intendunt; dum ii humiliter ſubſunt, & illi benigne præſunt; dum congruis illi præeunt juſſibus & devotis iſti animis obſequuntur, viget ex hoc in eiſdem populis concordium unitas animorum, miſericordia & veritas ſibi obviant, & juſtitia & pax ſe ad invicem complectuntur. Ideo namque a ſummo illo Rege, *per quem* ſin- B guli *Reges regnant*, & Principes principantur temporalis gladii ad malorum vindictam, laudemque bonorum terrenis eſt Regibus attributa poteſtas, ut affirmato ab eis dominandi officio judicent in æquitate populos, & dirigant in terris ſubjectas ſibi gentium nationes, quatenus ſit voluntas eorum in executione juſtitiæ, ac mediatio in lege rectitudinis & obſervantia ſanctæ pacis. Ad quæ utique perfectius exercenda iidem Re- C ges unctionis ſacræ virtute, quam per venerabiles Chriſti miniſtros antiquo more ſuſcipiunt, donum gratiæ recipiunt potioris, ut & in proſecutione juſti regiminis fortius convaleſcant, & tam in ſe, quam in eorum ſubditis prudentiori & ſanctiori ſpiritu dirigantur. Nam etſi differat Principis unctio a Pontificis unctione, *quia in capite Pontifex ungitur, Princeps autem in brachio ſive humero, vel in armo*, in quibus Principatus con- D grue deſignatur: quia etiam illius caput conſecratur chriſmate, brachium vero iſtius oleo delinitur; vehemens tamen eſt in ipſis Regibus hujus efficacia Sacramenti: quoniam inuncto Saule, inſilüt Spiritus Domini ſuper eum & in virum alterum eſt mutatus; & in David, unctione ſuſcepta, Spiritus Domini eſt directus. Ad inſinuandum quoque, quod in Regibus eſſe debeat plenitudo virtutum, quodque in eis eſt integra Domi- E nii temporalis auctoritas, capiti Principis honorabile ac venerabile ſub circulari forma imponitur Diadema: a quo ſiquidem Principe quia talibus decoratus inſignis & titulis præſignitur tanquam a capite ſubditis, velut membris recte vivendi modus indicitur, & modeſtiæ regula componitur & dictatur.

Sane chariſſimus in Chriſto filius noſter, *Illuſtris Rex Bohemiæ, devotiſſimus Eccleſiæ filius*, præmiſſa, velut Princeps Catholicus diligenter attendens, ac ſpectans per hujuſmodi unctionem ſpiritualis gratiæ rore perfundi, nobis humiliter ſupplicavit, ut cum progenitores ſui Reges Bohemiæ inuncti & coronati in Reges extiterint, per Archi Epiſcopos Moguntinos, qui fuere pro tempore; ac ipſe per dilectum filium Moguntinum electum, pro eo quod nondum eſt ejus electio per ſedem Apoſtolicam confirmata, inungi & coronari non poſſit, eum in Regem inungi & Regale Diadema ſuo imponi capiti faceremus.

Nos igitur dicti *Regis* devotionem multimodam attendentes & conſiderantes, quod progenitoribus ſuis, qui fuerunt ardentes Catholicæ fidei zelatores, non ſolum derivatione ſanguinis, ſed & puritatis ac bonitatis imitatione ſuccedit; ac cupientes ob hoc eam in iis ſpecialiter honorari, ipſius ſupplicationibus benignius inclinari, fraternitati veſtræ mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrûm adhibito vobiſcum decenti Epiſcoporum numero, tum propter ejuſdem Regis honorificentiam, tum propter reverentiam Sacramenti, ſibi auctoritate noſtra hujuſmodi unctionem impendere & capiti ejus imponere regale diadema curetis. Volumus autem atque ſtatuimus, ut nullum ex hoc in poſterum *Pontificibus Moguntinis* qui erunt pro tempore, & *Eccleſiæ Moguntinæ* aliquod præjudicium generetur, quin circa ipſius *Regis* ſucceſſores exequantur libere, quod ad eos pertinet in hac parte. Ea vero quæ exhibiturus eſſet Idem *Rex Archi-Epiſcopo Moguntino*, ſi inungeret & coronaret eundem, integre ab eodem Rege recipiatis, illa dicto electo, ſi eam confirmari contingat, alioquin ei, qui prædictæ *Moguntinæ Eccleſiæ* regimini præfuerit, fideliter transmiſſuri. Dat. *Anagniæ, II. non. octobris, anno VI.*

XII.

De voce in Electione Romanorum Regum, & Archipincernarum in Imperio Regum Bohemiæ. 1289.

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.

AD univerſorum Sacri Romani Imperii fidelium notitiam cupimus pervenire, quod *Nos* ex officio Noſtræ Celſitudini divinitus injuncto, cupientes jura quorumlibet ſalva (nam veræ F juſtitiæ virtus hæc eſt, alterum non lædere, unicuique tribuere quod eſt ſuum) maximè tamen Virorum Illuſtrium diſpendiis præcaventes, quorum inſudare nos ſemper perdecet commodis & honori inquiſitionis circumſpectæ

circumſpectæ

cumſpectæ præhabito ſcrutinio, quid, quantumve Juris in Romanorum competat Imperio, *Inclyta Regi Bohemia Wenceslao Principi Noſtro &* Imperii Pincernæ Chariſſimo, nec non ſuis *haredibus*, licet de ipſius Juribus veriſſima notitia nobis conſtet, ad majorem tamen cautelam & evidentiam indagantes, ac indagari facientes ut *dicti Regis* jura lucidius paiefierent, nniverſis communi teſtimonio & aſſertione comperimus aſſonante, quod Rex ſupradictus *jus ac officium Pincernatus*

A pariter & ejus hæredes in Romano obtineat Imperio, nec non in *Romanorum Regis Electione*, inſtat aliorum Principum, in ipſa Electione habentium jus & vocem, quoad idem jus, & vocem eligendi poteſtate parili potiantur, quæ jura ipſis competere profitemur præſentibus, & authoritate Regia approbamus, præſentium teſtimonio literarum. Datum *Ægra, quarto Nonas Martii. Indictione ſecunda, Anno Domin 1289, Regni noſtri Anno ſexto decimo.* B

Confer ejuſdem argumenti literas a Rudolfo Imperatore Wenceslao Regi Bohemia conceſſas Erfurti 1290 in Beylagis num. 13.

XIV.

De oppido Crotkovv & aliis Civitatibus literæ.

Rudolphi I. Romanorum Regis Literæ, quibus conſenſit ordinationi & promiſſioni Henrici Ducis Wratislavienſis cum Wenceslao Rege Bohemiæ factæ ratione ſucceſſionis ejuſdem Regis in terram & Principatum Wratislavienſem poſt mortem ipſius Ducis. 1290.

Rudolphus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.

UNiverſitatis veſtræ notitiæ innoteſcat, quod nos ordinationem ſeu promiſſionem de *terra & Principatu Wratislavia & Sileſia* quæ a nobis & imperio habentur in feudum, quam *Illuſtris quondam Henricus Dux Wratislavia, noſter Princeps cum illuſtriſſima & præclaro Wenceslao Rege Bohemia filio & Principe noſtro chariſſimo* videlicet: quod idem *Rex Bohemia* in terra & *Principatu Wratulavia & Sileſia*, ſi ipſum *Henricum Ducem* præmori contigerit, ſibi deberet ſuccedere, iniiſſe dignoſcitur, & feciſſe, habemus gratam & ratam, eam de plenitudine poteſtatis Regiæ confirmantes, & dantes has literas noſtras ſigillo noſtro munitas in teſtimonium ſuper eo. Datum *Erfordia ſeptimo Calendas Octobris. Indictione 3. anno Domini M. CC. XC. Regni noſtri anno decimo ſeptimo.*

C *Earundem literarum Rudolphi per Carolum Romanorum Regem confirmatio & in literis ejus aſſertio.*

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi noſtro benignitas circa fidelium &c. *quarum tenor & ſeries ſequitur in hæc verba.*

Rudolphus, Dei gratia Romanorum Rex
D ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Univerſitatis veſtræ notitiæ innoteſcat &c. *ſub eodem data & loco.*

Noſtra confirmare authoritate Regia dignaremur,

Nos utique Præfatorum, Prælatorum, Ducum, Principum &c. ſub eodem dato.

XV.

Ejuſdem Rudolphi Romanorum Regis literæ,

quibus concedit VVenceslao Regi Bohemiæ ex ſuis hæredibus Principatum Wratulavia & Sileſia ac omnia feuda vacantia per mortem Henrici Ducis Wratislavienſis. 1290.

Rudolphus Dei gratia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum,

LIcet munificentiæ noſtræ dexteram ad cunctos fideles, quos Romanum ambit Imperium, & officii debito no-

E bis deſuper recommiſſi porrigere teneamur, maxime tamen Illuſtres Principes, qui velut aurora ſtellis, prærutilans virtutum inſigniis

cœteris præſtantiores, Imperialem gloriam A reddunt radiantius illuſtratam, nos delectat gratioſius gratioſa dulcedine prævenire. Attendentes itaque inclitum *Wenceſlaum Regem Bohemiæ, Principem & filium noſtrum chariſſimum*, utpote bene meritum, condignis præmiis præmiandum, *Principatum Wratiſlaviæ & Sileſiæ*, quem a nobis & Imperio Illuſtris quondam *Henricus Dux Wratiſlaviæ* recepit in feudum, nec non omnia feuda vacantia ex morte ejuſdem *Henrici* B quondam *Ducis Wratiſlaviæ ad nos & Imperium* pertinentia, cum omnibus ſuis attinentiis, poſſeſſionibus, Juriſdictionibus & Juribus univerſis, quocunque nomine cenſeantur, dicto *Regi Bohemiæ*: & ſuis hæredibus habenda & poſſidenda a nobis & Imperio tenenda titulo feudali duximus conferenda. Si quid autem diminutionis vel calumniæ quod non credimus, circa prædicta cavilloſe malitioſe vel ſubdole poſſet opponi, ſupplemus de plenitudine Regiæ poteſtatis. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum noſtræ Majeſtatis ſigillo fecimus communiri. Datum *Erfordiæ ſexto Calendas Octobris indictione tertia. Anno MCCXC. Regni vero noſtri anno ſeptimo decimo.*

Earundem literarum Caroli IV. Romanorum Regis confirmatio & literis ſuis inſertio.

Carolus IV. Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi noſtro benignitas &c. uſque in hæc verba: *Rudolphus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Sacri C Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam & omne bonum. Licet munificentiæ noſtræ dexteram &c. Noſtra confirmare authoritate Regia dignaremur. &c.

XVI.

Bonifacius VIII. concedit, ut Clerus Bohemiæ pro coronatione VVenceſlai Regis congrua ſubſidia præſtet 1297.

Chariſſimo in Chriſto filio Wenceſlao Regi Bohemiæ Illuſtri.

Exhibita nobis Celſitudinis tuæ petitio continebat, quod cum diſponas in proximo coronationis tuæ ſolemnia celebrare, ac ad id inevitabiliter concurrere habeat importabilis tibi quaſi fluvius expenſarum, tam Eccleſiaſticorum, quam Secularium locorum & perſonarum tui Regni ſubſidium eſt tibi ad hoc plurimum opportunum, nec in tuum & ejuſdem Regni diſpendium te propter hoc gravia ſubire oporteat onera debitorum: E quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut ad hujuſmodi tua & ejuſdem Regni diſpendia evitanda, univerſis Prælatis, Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis ejuſdem Regni, cujuſcunque eminentiæ, conditionis, ordinis, ſive ſtatus, impendendi tibi ſubventionem congruam pro hujuſmodi tuis præfatæ coronationis expenſarum oneribus relevandis, tibique ſubventionem ipſam recipiendi abſque tranſgreſſione conſtitutionis noſtræ, ſuper F hoc editæ licentiam concedere dignaremur, maxime cum in tali caſu prædeceſſoribus tuis Bohemiæ Regibus a Prælatis, Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis dicti Regni fuerit ab antiquo ſubventum.

Profecto licet conſtitutionem illam edideremus pro Eccleſiaſtica libertate, noſtræ mentis non tamen habuit intentio tibi ac a- D liis Principibus ſecularibus in ſtrictæ neceſſitatis articulis viam ſubventionis excludi, quo minus ipſi Prælati, Eccleſiæ atque Perſonæ ſponte liberoque arbitrio *de licentia* noſtra pro communis honoris, utilitatis & neceſſitatis articulis, Principibus, ac per hoc ſibi ipſis, juxta ſuarum modum provideant facultatum. Regiis itaque ſupplicationibus inclinati, præſentium auctoritate concedimus, ut cum te hujuſmodi tuæ coronationis contigerit ſolemnia celebrare, liceat eiſdem Prælatis, Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis abſque conſtitutionis noſtræ prædictæ tranſgreſſione pro hujuſmodi tuæ coronationis ſubſidio expenſarum ſubventionem congruam prout eis, ſeu majori parti eorum videbitur, voluntariam, liberalem & liberam, non coactam, abſque omni concuſſione, exactione ac executione temporali, vel laicali exigendam *hoc vice præſenti* noſtra freti licentia impertiri: eamque ſimiliter ſit tibi recipiendi licite attributa facultas. Volumus autem, quod ſi ſubventionem hujuſmodi præſtari tibi contingat, formam & modum & quantitates etiam, ac quicquid ſuper hoc factum extiterit, iidem Prælati & perſonæ Eccleſiaſticæ *nobis per eorum literas* ſerioſius intimare procurent, ut quam diſcrete vel indiſcrete, moderate vel immoderate præ-

rate præmiſſa proceſſerint, & ſi acceptationem vel moderationem exegerint, clarius videamus. Te quoque ac ipſos volumus ſcire, quod noſtræ intentionis exiſtit, ut ſine noſtra iterata licentia hujuſmodi ſubventio annualem terminum non excedat. Et ecce prælibatis Prælatis ac perſonis Eccleſiaſticis conſimiles ſuper hoc noſtras literas deſtinamus. Datum *Romæ apud S. Petrum II. Kal. Aprilis, Anno III.*

XVII.

Bonifacius VIII. Papa concedit, ut quicunque Confeſſiones Regis VVenceslai & Reginæ Juthæ exceperit, poſſit eos abſolvere ab omnibus Cenſuris &c. 1297.

Dilectis filiis de Cedelis (id eſt Sedlecz) & de Aula Regia Monaſteriorum, Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis Pragenſis Diœceſis.

PErſonas generoſitate ſublimes libenter proſequimur favore gratiæ ſpecialis. Cum itaque, ſicut accepimus, chariſſimus in Chriſto filius noſter *Wenceslaus Rex Bohemiæ Illuſtris*, & chariſſima in Chriſto filia *Guota Regina*, Conſors ſua ſolemnia coronationum ſuarum in proximo celebrare diſponant: & propterea cupiant ſibi ſolemnius & efficacius de animarum ſalute conſulere, ut divinarum & humanarum laudum incrementa proſpiciant; nos eorum deſideriis in hac parte potiſſime libentius annuentes, Ut tempore prædictarum coronationum ipſorum Regis & Reginæ confeſſiones audire, ac eos abſolvere a commiſſis & etiam ab excommunicationum ſententiis ab homine vel a canone promulgatis, ſi quos forſitan incurrerint, impenſa prius per eos ſatisfactione debita ſuper iis, pro quibus excommunicati fuerint, ac injuncta eis prout animarum ſuarum ſaluti expedire videritis, pœnitentia ſalutari, niſi talia fuerint, propter quæ ſit merito ſedes Apoſtolica conſulenda, vobis & veſtrum cuilibet liberam concedimus, auctoritate præſentium facultatem. Dat. *Romæ apud S. Petrum, II. Kal. Aprilis, anno III.*

XVIII.

Alberti Romanorum Regis literæ, quibus fatetur Reges Bohemiæ in ſolemni Curia Imperiali rogatos exiſtentes, ſi Imperatores vel Reges Romanorum Coronam geſtaverint, & eos quoque geſtare poſſe. 1298.

Albertus Dei gratia Rex Romanorum ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.

SIc nos decet Principum & amicorum noſtrorum ſpontaneis uti ſervitiis, ut ſi quid per eos nobis honoris & obſequii propter debitum deprompta benevolentia exhibetur, eis vel eorum hæredibus aut ſucceſſoribus in ſuis juribus nullum per hoc impoſterum præjudicium generetur. Ea propter ſcire *Vos* facimus & tenore præſentium proteſtamur, quod licet Illuſtres *Reges Bohemiæ* dum rogati, vel per Reges vel Imperatores Romanorum, eos ad ſolemnem eorum Curiam venire contingit, prædictis Rege vel Imperatore Coronam Regalem geſtantibus cum eiſdem, & eis præſentibus corona Regia uti poſſint, non tamen in corona Regia debent prædicti Reges Bohemiæ prædictis Regi vel Imperatori miniſtrare in officio Pincernatus. Quod autem Magnificus *Wenceslaus Rex Bohemiæ, Princeps & Frater Noſter* chariſſimus nobis apud *Nuremberg* in ſolenni noſtra Curia proximo die Dominico poſt feſtum Beati Martini ſedentibus in Corona coronatus ad preces noſtras miniſtravit, in officio Pincernatus, hoc non de jure, ſed ex mera dilectione, quam ad noſtram gerit perſonam, tum eum feciſſe dicimus, & ad ſerviendum, ſive miniſtrandum, in eodem officio ſub Corona Regia nobis vel ſucceſſoribus noſtris Regibus vel Imperatoribus Romanorum prædictum Regem & omnes Succeſſores ſuos *Reges Bohemiæ* teſtamur & volumus de cætero non teneri, nec aliquid eis exinde præjudicium generari. In cujus rei teſtimonium & prædicti *Regis Bohemiæ & Hæredum & Succeſſorum* ſuorum cautelam præſentes fieri & Si-

gillo Noſtro Regio juſſimus communiri. Actum & datum in *Nurmberg, anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo, de-* A *cimo quinto Calendas Decembris. Indictione duodecima, Regni noſtri Anno primo.*

Quanquam has literas germanice ediderit Goldaſtus in Beylagis num. 20. ubi annus 1299. præfertur, attamen latine hic pariter exhibere voluimus, cum in hac lingua primum prodierit.

XIX.

Alberti Regis Romanorum literæ, quibus concedit VVenceslao Regi Bohemiæ poteſtatem ſubjugandi terras Ladislai Ducis Majoris Poloniæ. 1300.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Magnifico Principi Wenceslao Regi Bohemiæ Illuſtri, fratri ſuo chariſſimo, gratiam ſuam & omne bonum.

IN aliqualis tuæ ſinceritatis & fidei teſtitutionem quibus præ cæteris *Regibus & Imperii Romani Principibus*, erga nos & ipſum *Imperium* dignoſceris clarius præclarare, non immerito nos inducunt, ut univerſis & ſingulis, quæ honoris & ſtatus tui incrementa reſpiciunt, ferventibus deſideriis intendamus. Quod attendens noſtra Serenitas tibi ex gratia ſpeciali concedimus, ut quidquid de terra Illuſtriſſimi *Ladis-* B *lai* Ducis Majoris Poloniæ, quam occupat, tibi ſubjugare poteris, a nobis & dicto Romano Imperio, a te, & tuis hæredibus teneri volumus perpetuo titulo feudali. In cujus rei teſtimonium præſentes literas tibi tradimus ſigilli noſtri robore communitas. Datum *Moguntiæ tertio Calendas Julii. Indictione decima tertia. Anno M.CCC. Regni noſtri ſecundo.*

XX.

Homagium Civitatis in Gurzim Henrico Regi Bohemiæ & Annæ ejus uxori præſtitum 1308.

Nos judex jurati & univerſitas Civium in Gurzim ad univerſos tam præſentium, quàm futurorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire.

QUod nos Sereniſſimo & Chariſſimo Domino, Domino noſtro *Henrico Germaniæ & Poloniæ Regi, Duci Carinthiæ & Comiti Tyrolis*, & Illuſtri Dominæ *Annæ Bohemiæ & Poloniæ Reginæ*, conſorti ſuæ, ac futuris *Hæredibus ſuis*, ſi quos eis ſimul Clementia divina donaverit, nec coacti, nec vi aut metu aliquo inducti, ſed bona, libera & ſpontanea voluntate noſtra, omni fraude, dolo malo, occaſione, cauſſa & excuſatione quibuslibet excluſis præſtitimus fidelitatis debitum Sacramentum, promittentes *noſtro & heredum noſtrorum nomine*, quod ipſum Dominum *Henricum ac Heredes ſuos* futuros, ſi quos cum prædicta Dominà *Anna Regina* noſtra habuerit, quos ex nunc *Reges Bohemiæ &* C *Dominos noſtros veros ac legitimos eſſe affirmamus, pro noſtris Dominis habere perpetuo volumus*, & eis ac cuilibet ipſorum, qui pro tempore *Regno Bohemiæ* præfuerit, obſequi obedienter, prompte & fideliter, ipſique aſtare, & eos contra omnem hominem juvare, quandocunque & quotieſcunque mandaverint, totis noſtris viribus atque poſſe, & nihil contra ipſos, aut eorum aliquem, nunquam occaſione, vel cauſa acceptare, vel facere per nos vel alium, aut alios verbo, vel D facto publice, vel occulte. In cujus promiſſionis noſtræ teſtimonium præſentes literas Sigillo Civitatis noſtræ duximus ſigillandas. Datum *in Gurzim, Anno Domini 1308, Calend. Aprilis, Indictione ſexta.*

XXI.

Joannes XXII. Papa teſtatur hiſce literis, ſe nunquam cogitaſſe de mutandis Electoribus, & Statu Rom. Germ. Imp. 1324.

Joann.

Joanni Regi Bohemiæ Illuſtri.

INfauſti rumoris aſſertio noſtris pertulit auribus his diebus, quod quidam iniquitatis filii, ſub veſte humili religionis exterius geſtantes habitum, ſed interius a religionis veritate vacui, iniquitate pleni, & malitia non carentes, ejus, qui ab initio mendax eſt, & pater mendacii, opera nequiter imitando, *tibi fili chariſſime*, ac quibuſdam aliis Regis Romanorum promovendi in *Imperatorem Coelectoribus* tuis falſo & mendaciter ſuggeſſerunt, quod circa progreſſus, quos contra Magnificum Virum *Ludovicum Ducem Bavariæ* dudum in diſcordia in *Regem Romanorum* electum, propter varios exceſſus execrabiles contra Deum, nos, & Romanorum Eccleſiam, reique publicæ utilitatem per eum perpetratos, nuper habuimus, ad hoc noſtra ferebatur intentio, & dirigebantur ſtudia mentis noſtræ, ut tandem te & *Coelectores* alios eligendi jure hujuſmodi privaremus; Et licet credamus te, A tuoſque Coelectores hujuſmodi falſis ſuggeſtionibus aures non accommodaſſe faciliter ad credendum: tamen ad confundendum omnino nequitiam hujuſmodi detractorum, ſatagentium inter matrem & filios ſcandala ſuſcitare, præmiſſa tuæ Celſitudini providimus deſcribenda, quam tenere volumus indubie, quod noſtræ intentionis nequaquam exſtitit, nec exſtitit per proceſſus prædictos tuis & aliorum Coelectorum juribus in aliB quo derogare: indecens enim eſſet, quod inde ſequerentur injuriæ, unde jura naſcuntur, & illi de paterna manu nocumenta ſentirent, qui per eam ad gratiam meruerunt attolli. Quocirca Serenitatem Regiam attentius deprecamur, quatenus tuum animum ad cujuſcunque ſiniſtræ ſuggeſtionis inſtantiam ſuper his non inclines, ſed potius ſuggeſtores eoſdem Fabricatores mendaciorum reputes & mendaces. Datum *Avin. VII. Kalend.* C *Junii. Anno VIII.*

XXII.

Literæ Joannis Regis ad Joannem Epiſcopum Pragenſem, ut veniat ſibi in auxilium cum ſuo Epiſcopali Exercitu adverſus Ducem Auſtriæ. 1331.

Joannes Dei gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex, ac Lucemburgenſis Comes. Venerabili Epiſco3o Joanni Pragenſi, Principi ſuo dilecto, ſalutem cum plenitudine omnis boni.

ILluſtri Principi *Ottoni* Duci Auſtriæ qui jam *Danubio* tranſito cum ſuo exercitu prope ad invadendum noſtri *Regni* terminos ſe hoſtiliter collocavit, *Nos* de protectione Dei Altiſſimi & noſtræ juſtitiæ meritis confiſi, pro defenſione noſtri *Regni* eidem armata manu occurrere cupientes, te ſerioſe requirimus *&* monemus, preces noſtras denuo repetentes, quatenus omnibus tuis amicis ſervitoribus & aliis hominibus armatis, equitibus (non habita conſiderati- E D one ad Equorum valorem, dummodo ipſi homines armati ſint, quaſcunque movere & habere poteris) congregaris, *Nobis* venias in ſubſidium, ita quod ſis apud Nos *juxta La* die Sabbathi nunc inſtanti ad ſtandum in Campis. Ad quos ibidem ipſo die Nos recipiemus præſentaliter conſtitutus; In hoc nobis tuam fidem, ut confidimus, oſtenſurus. Datum *Koſtelectz, in Vigilia omnium Sanctorum, hora matutina.*

XXIII.

Balduini Trevirenſis Epiſcopi Electoris Imperii. 1335.

VIdimus literarum Ludovici Rom. Regis in quibus *Joanni Regi Bohemiæ* certas promiſſiones facit, eo quod in Regem Romanorum ipſum promovit, in quibus etiam fit infra ſcripta mentio obligationis terræ Egrenſis ut patet. *Item obligamus ſibi pro decem millibus Marcharum argenti terram Egrenſem & caſtra Floſs & Parckſtein, cum omnibus Regalibus, Dominiis mero, & mixto Imperio, fructibus, redditibus & juribus & aliis quibuſcunque pertinentiis pro expenſis factis ea de occaſione promotionis noſtræ in Romanorum Regem, quouſque ſibi aut ſuis hæredibus de dicta ſumma integre fuerit ſatisfactum percipiendis ſibi & hæredibus ſuis in ſortem minime computandum.* Da-

Digitized by Google

dum. Datum literarum *Coloniæ ſecundo nonas Decembris*, vidimus autem Actum &

A Datum *Treviris*, *Anno MCCCXXXV. 18. Auguſti.*

XXIV.

Boleslai literæ, quod ex mandato vivæ vocis Joannis Regis Bohemiæ, Carolo primogenito filio ſuo promiſit pro ſe & hæredibus ſuis homagium præſtare, ut ipſum naturali Domino &c. 1341.

Nos Boleslaus Dei gratia Dux Sileſiæ & Dominus Lignicenſis tenore præſentium recognoſcimus univerſis pro nobis & noſtris hæredibus.

QUod *Magnifico Principi Domino Carolo Sereniſſimi noſtri Domini Regis Bohemiæ primogenito, Marchioni Moraviæ, ſororio noſtro chariſſimo* ejuſque hæredibus & ſucceſſoribus in *Regno Bohemiæ* ex juſſu & mandato nobis viva voce per ipſum *Dominum noſtrum Regem Bohemiæ* facto, noſtra bona fide duximus firmiter promittendum, quod cum *Dominum noſtrum præfatum Regem* decedere contigerit ab hac vita, quod tunc prædictum C

B *Dominum Carolum*, & non alium, ratione *primogenituræ ſuæ*, & ipſo non exiſtente, *ſuos hæredes aut ſucceſſores* in Regno jam dicto *Bohemiæ* habere volumus pro noſtris naturalibus & legitimis Dominis, eiſque ex tunc fidelitatis homagium præſtare debitum & conſuetum. Harum noſtrarum teſtimonio literarum, quibus noſtrum ſigillum duximus appendendum. Datum *Poſnavv' feria ſecunda proxima poſt feſtum Sancti Michaelis Archangeli, Anno Domini M. CCC. XLI.*

XXV.

Boleslai Ducis Mazoviæ & Domini Plocenſis, quibus promittit, quod ad mandatum Regis Joannis Carolo ejus primogenito, ſi Rex moreretur, homagium fidelitatis præſtabit. 1341.

Nos Boleslaus Dei gratia Dux Mazoviæ & Dominus Plocenſis, recognoſcimus pro nobis, & noſtris hæredibus tenore præſentium & ſucceſſoribus univerſis.

QUod ad requiſitum & mandatum *Sereniſſimi Principis, Domini noſtri chariſſimi, Domini Regis Bohemiæ* nobis præſentibus literis factum *Magnifico Principi Domino Carolo* ipſius *Domini Regis Primogenito Marchioni Moraviæ conſanguineo noſtro chariſſimo & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus* fecimus, & præſentibus facimus promiſſum, bona & ſincera noſtra fide in eum caſum, ſi (quod abſit) prædictum Dominum noſtrum *Regem Bohemiæ* E decedere contigerit ab hac vita, ex tunc

D ipſum Dominum *Carolum* & non alium *ratione primogenituræ ſuæ*, vel eo non extante, *hæredes & ſucceſſores ſuos*, pro Dominis noſtris legitimis & naturalibus habere volumus & debemus, eiſque ex tunc homagium fidelitatis præſtare ſolitum & conſultum. Harum noſtrarum teſtimonio literarum, quibus noſtrum ſigillum duximus appendendum. Actum & datum *Poznaniæ in craſtino Sancti Michaelis Archangeli ſub anno Domini MCCCXLI.*

XXVI.

Benedictus XII. ſolvit Arneſtum Epiſcopum Pragenſem ab authoritate Henrici Moguntini Archi-Epiſcopi Metropolitani, quod eſſet Schiſmaticus 1341.

Venerabili Fratri Epiſcopo Pragenſi.

TE ignorare non credimus, ſicut cunctæ fidei Chriſtianæ Provinciæ non ignorant, proceſſu diverſos, & varios dudum per felicis recordationis *Joannem* Papam XXII. prædeceſſorem

F noſtrum contra *Ludovicum de Bavaria* manifeſtum Dei & Eccleſiæ inimicum ac per ipſam Eccleſiam de hæreſi condemnatum. exigentibus & excreſcentibus gravibus & notoriis ejus culpis & exceſſibus, adverſus

Deum

Deum & univerſalem ſtatum Eccleſiæ in con- A ctorum fidelium ſcandalum perpetratis cum magna deliberatione & gravitate, cogente juſtitia publice habitos & ſolemniter publicatos; quibus conſtat eundem *Ludovicum* omni jure regali & Imperiali, ſi quod ſibi competebat, fuiſſe privatum. Nec etiam te latere credimus, quod idem Prædeceſſor univerſis Patriarchis & Epiſcopis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis quibuſcunque ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio & Ex- B communicationis (quam eos incurrere voluit ipſo facto, niſi inhibitioni hujuſmodi efficaciter obedirent) duxit diſtrictius inhibendum, ne prædicto *Ludovico* tanquam Regi ſeu in Regem Romanorum electo ſuper iis, quæ ad Regnum vel Imperium Romanorum aut ejus Regimen pertinerent, quovis modo parerent, adhærerent, vel intenderent, ſeu præſtarent per ſe, vel alium, ſeu vel alios, directe vel indirecte, publice C vel occulte, auxilium, conſilium vel favorem, nec nomine Regni vel Imperii prædictorum aut Dominii cujuſvis per eum uſurpati in illis ei reſponderent, vel aliam ſatisfactionem ſub quocunque velamine impendere attentarent; quibus pœnis & ſententiis adeo ipſos ligari & aſtringi voluit & decrevit, ac ſi propriis eorum nominibus nominati fuiſſent ſpecialiter & expreſſe. Quas quidem pœnas & ſententias *Henricum Archi-Epiſcopum Moguntinum, Metropolitanum tuum* D eidem *Ludovico* tanquam Regi ſeu in Regem Romanorum electo in præmiſſis publice ac notorie parendo, adhærendo, & intendendo ac præſtando per ſe & alios auxilium, conſilium & favorem, non eſt dubium incurriſſe.

Licet igitur ex prædictis proceſſibus prædeceſſoris ejuſdem & pœnis contentis in eis credamus te pleniſſime informatum, qualiter circa ipſum Archi-Epiſcopum debeas te habere; tamen in iis, quæ ſtatum tuum reſpiciunt & ſalutem, adjicere Apoſtolicæ inſtructionis & juſſionis inſtantiam utile ac neceſſarium reputantes, fraternitati tuæ conſulimus, tibique per Apoſtolica ſcripta in virtutem obedientiæ diſtricte præcipiendo, mandamus, quatenus eidem Archi-Epiſcopo, qui non ſolum indiſcrete, ſed etiam infideliter in præmiſſis ſe habuit & habet ad præſens, pœnis & ſententiis contentis in dictis proceſſibus propterea involuto, in nullo pareas vel intendas, nec per tuos ſubditos, quantum in te fuerit, parere vel intendi permittas: nam ſi talia faceres, quod abſit, eſſent a via ſalutis deviatio & manifeſta periclitatio ſtatus tui; Et ſi forte idem Archi-Epiſcopus in tantam prorumperet temerariæ perſecutionis audaciam, ut ad parendum ſibi per ſe vel alium, ſe alios te quovis modo requireret vel urgeret, tu memor Apoſtolicæ doctrinæ omnino ſtudeas plus Deo quam hominibus obedire in devotione & fidelitate, Romanæ Eccleſiæ firma conſtantia perſiſtendo, ſicut hactenus te credimus perſtitiſſe. Nos enim omnes & ſingulos proceſſus, contra te vel ſubditos tuos communiter vel diviſim per eundem Archi-Epiſcopum, vel quemvis alium ejus nomine, poſtquam fuit eiſdem pœnis & ſententiis involutus, forſitan ſuper hoc habitos, vel quos eum per ſe vel alium ſeu alios facere contingeret in futurum, ex nunc, donec ad unitatem Eccleſiæ redierit, caſſamus, irritamus ac caſſos ac irritos, prout ſunt, fore decernimus, ac nullius exiſtere roboris & momenti, Datum *Avin. X. Kal. Auguſti, anno VII,*

XXVII.

Benedictus XII. Papa concedit Epiſcopo Pragenſi Arneſto, ut (cum Henricus Archi-Epiſcopus Moguntinus ſit in ſchiſmate) poſſit in Eccleſia Pragenſi Carolum Joannis Regis filium inungere & coronare. 1341.

Venerabili fratri Epiſcopo Pragenſi.

NUper ad noſtrum fide digna relatio- E ne pervenit auditum, quod chariſſimus in Chriſto filius noſter *Joannes Rex Bohemiæ*, Illuſtris, certis cauſis rationabilibus ſuadentibus, dilectum filium nobilem virum *Carolum* primogenitum ſuum Marchionem Moraviæ proponit in *Regem* facere, Bohemiæ coronari. Verum quia coronatio & inunctio Regis & Reginæ Bohemiæ, qui ſunt pro tempore ad *Archi-Epiſcopum Moguntinum*, qui pro tempore exiſtit, de antiqua & approbata conſuetudine dicitur pertinere: ac omnis juriſdictio & auctoritas *Henrici Archi-Epiſcopi Moguntini* (qui adverſus Deum & ſanctam Romanam Eccleſiam, a qua honores & beneficia multiplicia recepiſſe dignoſcitur, ſe obnoxium reddidit & ingratum) per proceſſus Apoſtolicos ejus demeritis exigentibus totaliter eſt ſuſpenſa, nec poteſt ipſius Regis pro-

poſitum ſine providentia Sedis Apoſtolicæ, A adimpleri; nos qui bonum ſtatum Regis ac primogeniti prædictorum ac Regni Bohemiæ diligimus & honorem, volentes in hac parte per ipſius ſedis providentiam opportunum remedium adhibere, ac de tuæ circumſpectionis induſtria, plenam in Domino fiduciam obtinentes fraternitati tuæ, ut dictum primogenitum in Regem & dilectam in Chriſto filiam, *nobilem mulierem Blancam* ſuam conſortem in Reginam Bohemiæ, ad B hoc ipſius Regis accedente conſenſu, *hac vice* auctoritate Apoſtolica inungere & coronare in tua Pragenſi Eccleſia valeas juxta conſuetudinem & ſolemnitatem in talibus hactenus obſervatas, auctoritate prædicta, tenore præſentium duximus concedendum, per hoc autem *Eccleſiæ Moguntinæ* a ſucceſſoribus ejuſdem *Henrici* Archi-Epiſcopis Moguntinis, qui erunt pro tempore, in obedientia & devotione noſtra & ſucceſſorum noſtrorum ac ipſius Romanæ Eccleſiæ perſiſtentibus, nullum volumus in præmiſſis impoſterum præjudicium generari. Nulli ergo &c. Datum *Avin. Id. Octobris, Anno VII.*

XXVIII.

Ludovici Ducis Lignicenſis conſtitutio & Ordinatio VVenceſlai fratris ſui, ut nomine ipſius a Carolo Joannis Bohemiæ Regis primogenito feudum ſuſcipiat. 1342.

In nomine Domini, Amen.

NOverint univerſi ac ſinguli præſentium notitiam habituri: Quod nos *Ludovicus Dei gratia Dux Sileſiæ Dominus Lignicenſis* de fidelium noſtrorum conſilio facimus, conſtituimus, & prout melius poſſumus, ordinamus illuſtrem Principem Dominum *Wenceſlaum Ducem Sileſiæ*, & ſimiliter Dominum *Lignicenſem*, fratrem noſtrum chariſſimum, noſtrum verum & legitimum Procuratorem, negotiorum noſtrorum geſtorem & nuntium ſpecialem ad comparendum & ſe ſuo, noſtro, terrarum noſtrarum, incolarum earundem, ac omnium ſubditorum noſtrorum, cujuſcunque conditionis fuerint, nomine, coram excellenti & magnifico Principe *Domino Carolo*, Sereniſſimi Domini noſtri, *Domini Joannis Bohemiæ Regis* Primogenito, *Marchione Moraviæ*, avunculo & Domino noſtro chariſſimo præſentandum. Dantes & concedentes eidem fratri & procuratori noſtro plenum mandatum ac liberam & omnimodam poteſtatem, prædictas terras noſtras, cum Civitatibus, Munitionibus, Oppidis, Caſtris, Villis, Prædiis, Territoriis, Diſtrictibus, Juribus, Juriſdictionibus, Honoribus & pertinentiis univerſis, præſentibus & futuris, in quarum ſeu quorum poſſeſſione jam ſumus, aut ex hæreditaria ſucceſſione quorumlibet paternorum bonorum & terrarum ejuſdem erimus in futurum, præfato *Domino Carolo* vice & auctoritate *Regia* ſuorum *Regum Bohemiæ* nomine, recipienti & denuo conferenti, noſtro hæredum, ſucceſſorum, nobilium, Vaſallorum & quorumlibet ſubditorum noſtrorum nomine reſignandi; Nos ac eaſdem terras noſtras, nec non præ- C dictos ſubditos noſtros *Regis Bohemiæ* ditioni & Dominio ſubmittendi, Juriſdictionem Regiam in nos, ac ſæpe dictos ſubditos noſtros quoslibet, aſſumendi nec non renunciandi, obligandi, cavendi terras noſtras prædictas cum omnibus ſuis appendiis & pertinentiis ſuis ſupradictis, ab ipſo *Domino Carolo*, Domini noſtri *Regis Bohemiæ primogenito Marchione Moraviæ*, vice & auctoritate *Regia*, quemadmodum præmittitur conferente D in perpetuum ac hæreditarium feudum, pro nobis hæredibus & ſucceſſoribus, & ſubditis noſtris omnibus recipiendi, ſibique juramentum fidelitatis in animam noſtram præſtandi, ac alia omnia & ſingula faciendi, quæ verus & legitimus procurator facere poteſt & debet, & quæ circa ejuſmodi neceſſaria fuerint, vel etiam opportuna, ſeu quæ in talibus requiruntur, & quæ noſmet poſſemus & facere deberemus, ſi perſonaliter aut E præſentialiter adeſſemus, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, vel ſi majorem caſum aut clariorem interpretationem verborum requirerent quam ſuperius eſt expreſſum. Promittentes nos ratum, gratum & firmum perpetuis temporibus habituros, ſub bonorum noſtrorum omnium hypotheca, quidquid per prædictum *Dominum Wenceſlaum Ducem Sileſiæ, Dominum Lignicenſem, fratrem & Procuratorem noſtrum* actum, geſtum & le- F gitime procuratum fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum. In cujus rei teſtimonium præſens procuratorium per *Laurentium* infra ſcriptum Notarium ſcribi & ſigilli noſtri voluimus appenſione muniri. Actum & datum in *Allodio juxta rivulum Lau diſtrictus Wratiſlavienſis*, quondam Jeczeny de Gœrlitz

de Gœrlitz Civis Wratislavienſis, nunc vero Joannis Salomonis & *Joannis* de Oppavia, Civium Wratislavienſinm. *Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo. Indict. decima Menſis Julii, die quarta decima*; præſentibus patronis ac noſtris dilectis fidelibus, *Stephano de Porchwvicz, Henrico de Landskron, Hermonno de Kutlicz, Ottone de Molticz*, militibus; *Perzone*, dicto Schyrin, *de Lippe* & *Luthero de Schelndorff*, famulis teſtibus ad præmiſſa vocatis.

Et Ego Laurentius quondam Nicolai de A *Dieditz Olomucenſis Diœceſis publicus, Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius*, factioni, conſtitutioni & ordinationi, nec non conceſſioni & promiſſioni, ac omnibus aliis & ſingulis ſupradictis præſens una cum prædictis teſtibus interfui, & ad voluntatem *præfati Principis Domini Ludovici Dei gratia Ducis Sileſiæ, Domini Lignicenſis* fideliter ſcripſi & in hanc publicam formam redegi, meoque ſigno conſueto & nomine conſignavi, B rogatus in teſtimonium præmiſſorum.

XXIX.

Wenceslai & Ludovici Fratrum Ducum Lignicenſium literæ, quibus profitentur ſe eſſe Vaſallos Regum & Regni Bohemiæ, & quod Carolo, Joannis Regis Bohemiæ, primogenito, tanquam primogenito teneantur obedire, & ad ipſum reſpectum habere &c. 1348.

Nos Wenceslaus & Ludovicus Fratres, Dei gratia Duces Sileſiæ Domini Lignicenſes, recognoſcimus, & ad univerſorum volumus notitiam pervenire.

Quod quia per alias noſtras certi tenoris literas profitemur, nos ab *Excellentiſſimo Principe, Domino noſtro chariſſimo, Domino Joanne Rege & a Regno Bohemiæ*, terras noſtras & poſſeſſiones univerſas & ſingulas, quas habemus, aut ex ſucceſſione ſeu devolutione paterna, vel alias ſub nominio *Regis & Regni Bohemiæ*, quæ feudales fuerint, obtinebimus in futurum in feudo & jure feudi obtinere, ac ipſius Domini *Regis* & ſucceſſorum ſuorum *Regum & Regni Bohemiæ* nos eſſe meritos Principes & Vaſallos. Idcirco promittimus in ſolidum, bona fide, vice & nomine juramenti, quod ex nunc ad *Magnificum Principem Dominum Carolum, antedicti Domini noſtri, Domini Joannis Bohemiæ Regis Primogenitum, Marchionem Moraviæ, Avunculum & Dominum noſtrum chariſſimum*, C tanquam ad ipſum *Dominum Regem* habere reſpectum in omnibus, & ubilibet debeamus, ſibique & mandatis ſuis intendere fideliter & parere, præfato quoque Domino noſtro *Rege* divina jubente Clementia, decedente, vel ipſum in vita quomodolibet annuente, terras noſtras prædictas ab ipſo Domino *Carolo*, quandocunque voluerit & mandaverit, in feudum perpetuum ſuſcipere, ac præſtare ſibi de ſervando perpetuæ fi- D delitatis homagio ſolitum juramentum. Nec non omnia & ſingula, quæ in dictis literis continentur, obſervare fideliter & implere. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri & noſtrorum ſigillorum appenſione communiri volumus. Actum & datum in *Caſtro Pragenſi, tertio Calendas Auguſti, anno Domini M. CCC. XLIII.*

XXX.

Clementis VI. Pontificis Maximi Bulla, qua Eccleſiam Pragenſem erigit in Metropolitanam, eximitque a ſubjectione Eccleſiæ Moguntinenſis. 1343.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Ex ſupernæ providentia Majeſtatis Romanus Pontifex conſtitutus in ſupremæ ſpecula dignitatis circa gregem Dominicum ſuæ curæ commiſſum & Eccleſiarum profectum, prout ex debito eidem incumbit officii paſtoralis diligenter proſpicit, & intendit & Eccleſiarum E ipſarum ſtatum mutat & honorem accreſcit, prout ipſarum Eccleſiarum, & locorum requirit neceſſitas, cauſæ ſuadent rationabiles, Catholici populi augmentum expoſtulat, & ſalus exigit animarum. Sane quidem pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri *Joannis Regis Bohemiæ*, Illuſtris & dilecti filii nobilis

Viri *Caroli Marchionis Moraviæ* primogeniti [A] ſui, coram nobis, & Fratribus noſtris, Sanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, expoſitum extitit reverenter, quod Pragenſis per decem, & Olomucenſis Eccleſiæ ipſarumque Civitates & Diœceſes in Regno Bohemiæ conſiſtentes, quæ Moguntinenſi de Provincia exiſtebant & ſubjacebant, jure Metropolitico Archi-Epiſcopo Moguntinenſi, qui eſt pro tempore, ac Eccleſiæ Moguntinenſi eidem, a Civitate Mogunrinenſi, per duode- [B] cim dietas, vel circa diſtabant, & quod Incolæ dicti Regni, qui loquuntur Idioma Slavonicum omninn diverſum & non intelligibile, incolis aliorum Epiſcopatuum dictæ Provinciæ, qui purum Idioma Teutonicum loqui noſcuntur, ſunt omnino diverſi in Idiomate ab eiſdem, quod illi de dictis Pragenſi & Olomucenſi Civitatibus & Diœceſibus, tum propter prædones & raptores, in itineribus occurrentes, ut itinerum ipſorum diſcri- [C] mina, & aſperitates, nemora, & montana, in exitu & regreſſu dicti regni exiſtentia, tum etiam, quia oportebat eos per aliam ſeu alias Provincias tranſire, cum Moguntiam volebant accedere pro Appellationibus & aliis cauſis ad forum Archi-Epiſcopalis Curiæ Moguntinenſis, Metropolitico jure ſpectantibus proſequendis, prædictis periculis & importabilibus expenſis & laboribus ſubjacebant; Et præter hæc non erat memoria ho- [D] minum, quod Eccleſiæ, Civitates & *Diœceſes Pragenſes & Olomucenſes* prædictæ forent per *Archi-Epiſcopum Moguntinenſem*, niſi ſemel tantummodo viſitatæ, & quod Altiſſimus in tanta multitudine populi dictas, *Pragenſes & Olomucenſes Diœceſes* quarum prima per quinque, & altera per quatuor dietas vel circiter diſtant, in Eccleſiis & locis Eccleſiaſticis fœcundavit & auxit, quod ſingularum ipſarum, ſingulos vultus unicus Paſtor [E] nequibat, ut officium paſtorale decet, inſpicere, & alias partes boni Paſtoris implere, quodque durum erat & difficile in qualibet tam latarum & diffuſarum Diœceſium ad unum tantum Paſtorem a tot perſonis Eccleſiaſticis & mundanis recurſum habere. Quare pro parte ipſorum Regis & Primogeniti fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut dictas *Pragenſem & Olomucenſem Eccleſias*, ab omni Dominio & poteſtate dictorum Archi [F] Epiſcopi, & Eccleſiæ Moguntinenſis eximere ipſamque *Eccleſiam Pragenſem in Metropolitanam*, & aliquas Eccleſias in eiſdem Diœceſibus ſic diffuſis *in Cathedrales* erigere, illaſque ac præfatam *Olomucenſem Eccleſiam* dictæ Pragenſis Eccleſiæ Metropolitico jure ſubjicere, Authoritate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus auditis, volentes in promiſſis gravitatem & modeſtiam debitam obſervare, ac de cauſis hujuſmodi nobis expoſitis certitudinaliter informari Venerabili fratri *Bernardo Epiſcopo Oſtienſi* & dilectis filiis *noſtris*, *Bernhardo Tituli Sancti Cyriaci in Thermis Presbytero ac Reimundo Sanctæ Mariæ novæ Diacono Cardinalibus* commiſimus Oraculo vivæ vocis, ut de præmiſſis cauſis & earum circumſtantiis in talibus attendendis ſe diligentius informarent, & quæcunque ſuper his invenirent, nobis fideliter referre curarent. Et quia per relationem *Epiſcopi Oſtienſis & Cardinalium* prædictorum juxta commiſſionem hujuſmodi noſtram eis factam comperimus, cauſas ejuſmodi eſſe veras, & quodammodo manifeſtas & poſtulata hujuſmodi fieri, non ſolum utile fore, ſed ſumme neceſſarium, ac etiam opportunum, & propterea cultum augere Divinum, ac ſpiritualem animarum profectum, quem ex his indubie provenire ſperamus, promovere ſalubriter intendentes, deliberatione ſuper his cum fratribus noſtris habita diligenti, promiſſis & nonnullis aliis rationabilibus cauſis ſuadentibus, Eccleſiam, Civitatem, & Diœceſin Pragenſem prædictas de ipſorum fratrum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, authoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia ab omni juriſdictione, poteſtate & ſubjectione Archi-Epiſcopi, qui eſt pro tempore & dilectorum filiorum *Capituli Eccleſiæ Moguntinenſis* ex nunc eximentes & totaliter liberantes, ac eam *ſoli Romanæ Eccleſiæ* de cætero ſubjacere immediate perpetuo decernentes, ipſam *Pragenſem Eccleſiam* ad Dei Laudem & Gloriam, exaltationem Catholicæ fidei, ejuſdem cultus augmentum & animarum profectum in Metropolitanam erigimus, ipſamque honoribus & inſignibus *Sedis Metropoliticæ* decoramus authoritate prædicta: nihilominus ſtatuentes, quod ipſa Pragenſis Eccleſia pro Metropolitana in perpetuum habeatur & ejus præſul Archi-Epiſcopus cenſeatur. Et quia dignum eſt, ex quo dicta Eccleſia Pragenſis, olim filia nunc mater effecta, Metropoliticæ dignitatis ſuſceptæ Inſignia, ſuffraganeos & Provinciam decentem habeat, ut ad judicium *Archi-Epiſcopi Pragenſis*, qui pro tempore fuerit, omnes cauſæ *Suffraganeorum Epiſcoporum* & Perſonatum Eccleſiaſticarum ac Civitatum & Diœceſium ejuſdem Provinciæ juxta Sacrorum Canonum inſtituta referantur. *Villam Lythomyslienſem* de Pragenſi Diœceſi exiſtentem, locum nobilem & inſignem, ad laudem Divini Nominis & honorem, nec non pro incremento profectu &

fectu & exaltatione prædictis in Civitatem A erigimus, ipſamque *civitatis* vocabulo inſignimus & nihilominus *Eccleſiam Monaſterii* hujuſmodi novæ Civitatis Præmonſtratenſis Ordinis in Cathedralem etiam erigentes, eum decernimus fore perpetuo ipſius novæ Civitatis Eccleſiam Cathedralem, cui certam partem de dictis Olomucenſis & Pragenſis Diœceſis adjacentem eidem & certis finibus diſtingnendam intendimus facere, aſſignari, & tam Olomucenſem & Lythomislenſem Ec- B cleſias & ipſarum Civitates, quam Olomucenſem, nec non præfatam eidem Lythomislen. Eccleſiæ aſſignandam Diœceſi ex nunc ipſius *Pragenſis Eccleſiæ Suffraganeos* & de Provincia Pragenſi in perpetuum fore decernimus, & Juri Metropolitico ſubjicimus, & ſubjectas fore volumus *Archi-Epiſcopo Pragenſi*, qui erit pro tempore & *Pragenſem* Eccleſiæ memoratæ Eccleſiam, Civitatem & *Diœceſin Olomucenſem* a Metropolitici Archi C Epiſcopi & *Eccleſiæ Moguntinenſis* prædictorum, nec non *Lythomyslenſem Eccleſiam* & Civitatem præfatas, ac Diœceſin ei, ut præmittitur, aſſignandam, ab ordinaria olim Pragenſis Epiſcopi, nec non dilectorum filiorum Capituli ipſius Pragenſis Eccleſiæ ac qualibet Prælatorum & Capituli generalis dicti ordinis Juriſdictione, ſubjectione ac Dominio prorſus eximimus, authoritate ac de plenitudine ſupradictis. Hæc igitur per Apo- D ſtolicæ ſedis prudentiam & providentiam circumſpectam ſic facta ſalubriter & utiliter ordinata perpetuis eſſe valitura temporibus, & robur firmitatis immutabilis obtinere volentes, authoritate prædicta diſtrictius inhibemus, ne quis cujuscunque præeminentiæ, ordinis, conditionis aut ſtatus, etiamſi Archi-Epiſcopali, aut Epiſcopali ſeu Regia, ſeu majori præfulgeat dignitate, hujuſmodi ordinationes Apoſtolicas, & alia ſupradicta quovis quæſito colore vel modo, ſive cauſa vel occaſione qualibet adinventis turbare ſeu quomodolibet impedire præſumat. Et nihilominus in eos, qui ex certa ſcientia contrarium facere præſumpſerint, niſi infra octo dierum ſpatium poſt publicationem præſentium reſipuerint, cum effectu excommunicationis, nec non in univerſitates, terras, & loca eorum interdicti, ac Capitula & Conventus ſeu Collegia ſuſpenſionis ſententias de prædictis authoritate & conſilio promulgamus, a qua quidem ſententia Excommunicationis, illi, qui eam incurrerint, non niſi per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo abſolutionis beneficium valeant obtinere, decernentes, irritum & inane, ſi ſecus, ſuper præmiſſis quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum exemptionum, liberationis, erectionis, ſubjectionis, voluntatis, inhibitionis & conſtitutionum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Avione ſecundo Calend. Maji, Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

XXXI.

Clemens VI. Eccleſiam Pragenſem Cathedralem erectam in Archi-Epiſcopalem & Metropolitanam, abſolvit a juriſdictione Antiſtitum Moguntinorum. 1344.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Attendentes Pragenſem Eccleſiam E magnæ titulo dignitatis inter alias partium Eccleſias præfulgere dignitate, rationabile fore conſpicimus, ut ipſam Pragenſem Eccleſiam & Archi-Epiſcopos, qui pro tempore inibi præfuerint ſpiritualibus gratiarum largitionibus in iis potiſſime, quæ ad ſuum decus & decorem ex ipſius Eccleſiæ excellentia dignitatis pertinerent, honoremus. Nuper ſiquidem ſuadentibus rationabilibus cauſis, eandem F Pragenſem Eccleſiam olim ſuffraganeam Eccleſiæ Moguntinenſis, ac tunc de Provincia Moguntina exiſtentem, & venerabili fratre noſtro *Arneſto Epiſcopo*, olim Pragenſi, in Archiepiſcopum Pragenſem electo Regimini ejuſdem Pragenſis Eccleſiæ præſidente de fratrum noſtrorum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis in Archi-Epiſcopalem & Metropolitanam ereximus, & honoribus ac inſigniis ſedis Metropolicæ duximus decorandam. Et attendentes, quod ipſe *Arneſtus* in ejuſdem Eccleſiæ Regimine, dum Epiſcopalis exiſtebat, hactenus ſe geſſit fideliter & prudenter, & quod illud impoſterum attentius gereret, præfatum *Arneſtum* ipſi Eccleſiæ Pragenſi in *Archi-Epiſcopum* præfecimus & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius eidem *Arneſto* in ſpiritualibus & temporalibus committendo, ſibique deinde *pallium*

inſigne videlicet plenitudinis pontificalis, a nobis ex parte ſua humiliter poſtulatum du ximus concedendum.

Ut autem idem *Arneſtus* & ejus ſucceſſores Archi-Epiſcopi Pragenſes, qui erunt pro tempore, eo licentius pallio uti poſſint, quo ſpecialiori Apoſtolicæ ſedis ſuper hoc fuerint Privilegio communiti, ipſius *Arneſti* ſupplicationibus inclinati, eidem *Arneſto & ſucceſſoribus ſuis* præfatis, ut in ipſa Pragenſi & aliis ſuæ Pragenſis Provinciæ Eccleſiis videlicet in Nativitate Domini & Joannis Evangeliſtæ, S. Stephani & Circumciſionis ac Epiphaniæ Domini, ramis palmarumque & Cœnæ Domini, Sabbatho Sancto, tribus diebus reſurrectionis, nec non in aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, & omnium Apoſtolorum & qua-

A tuor beatæ *MARIÆ* Virginis in commemoratione omnium Sanctorum & S. Michaelis Archangeli & Eccleſiarum dedicationibus, ac in principalibus ipſius Pragenſis Eccleſiæ feſtivitatibus, & die anniverſarii conſecrationis ipſius Arneſti & Eccleſiarum Provinciæ Pragenſis prædictæ, ubi ipſum *Arneſtum* vel ſucceſſores ejus prædictos, intereſſe & Miſſarum ſolemnia celebrare contigerit, principalibus feſtis; ac etiam in conſecrationibus B Epiſcoporum & ordinationibus Clericorum in Abbatum & Abbatiſſarum ac Monialium benedictionibus pallio, alias eis rite conceſſo, & etiam aſſignato, uti licite valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. Dat. *apud Villam novam Avinionenſis Diœceſis VIII. Kal. Septembris, anno III.*

XXXII.

Ejuſdem Clementis alia Bulla, qua indulget Archi-Epiſcopis Pragenſibus, ut poſſint Reges Bohemiæ inungere, coronare, & cætera ſolemnia Regalia eis conferre. 1345.

Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

ROmanorum Pontifex a Deo, per quem Reges regnant, & Principes imperant, & qui ſolus habet in Regno hominum poteſtatem, conſtitutus ſuper Gentes & regna illa, quæ ad utilitatem Regum ac Principum & ſubditorum ſuorum ſalutem & pacem expedire conſpicit, obſervantias antiquas commutando, quandoque prout opportunitas temporis requirit, in melius de poteſtatis plenitudine ordinat & diſponit. Sane pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Regis Bohemiæ ad Succeſſionem Regni ſui Bohemiæ, venientes de manibus Archi Epiſcopi Moguntinenſis, tunc ipſorum Metropolitani ſeu inunctionis & coronationis ſolemnia conſueverunt recipere ab antiquo, ſed in nullo alio, niſi ſolum, quia *Metropolitani* erant, eorum ſibi ſubjecti quomodolibet exiſtebant. Cum autem nos pridem, certis, juſtis, honeſtis & rationabilibus cauſis ſuadentibus Eccleſiam Pragenſem in prædicto Regno Bohemiæ conſiſtentem, tunc *Eccleſiæ Moguntinenſi ſuffraganeam & Metropolitico jure ſubjectam* deliberatione cum fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, præhabita provida & matura & de ipſorum conſilio ac Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis a jure & ſubjectione prædictis per nos exemptam totaliter & ſedi Apoſtolicæ immediate ſubjectam, in Eccleſiam Metropolitanam duxeri-

C mus erigendam, ipſam dignitate & authoritate Metropolitica nihilominus decorando, fuit nobis pro parte regis ejuſdem inſtanter & humiliter ſupplicatum, ut concedere, quod Reges Bohemiæ, qui erunt de cætero, dum ad Regni prædicti ſucceſſionem eos contigerit devenire, ſuæ hujuſmodi unctionis & coronationis ſolemnia, de manibus Archi Epiſcopi Pragenſis, qui erit pro tempore, recipere valeant, & idem Archi-Epi- D ſcopus illas eis poſſit deinceps perpetuis futuris temporibus impendere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur deliberatione prævia & matura ſuper his habita ex certis cauſis nos ad hæc rationabiliter, inducentibus, ſupplicationi hujusmodi benignius inclinati, quos *Archi-Epiſcopus Pragenſis*, qui eſt & erit pro tempore, gratiam & communionem ejuſdem Apoſtolicæ ſedis habens Reges prædictos Bohemiæ in fide ac E devotione præfatæ Romanorum Eccleſiæ perſiſtentes, quos ad ſucceſſionem venire contigerit ſupra dictam, inungere ac coronare cum ſolemnitate debita valeat, ipſique Reges perpetuis futuris temporibus ſolemnia inunctionis & coronationis hujuſmodi de manibus ipſius Archi-Epiſcopi devote poſſint recipere, authoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si

quis

quis autem hoc facere præſumſerit, indi-
gnationem Omnipotentis Dei & Beatorum
Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, noverit ſe
A incurſurum. Datum *Avinione, tertio Nonas*
Maji, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

XXXIII.

De inunctione & coronatione Regum Bohemiæ

Caroli Romanorum & Bohemiæ Regis Bulla Aurea. 1347.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

INnata cordi noſtro benignitas circa fide-
lium & devotorum noſtrorum hono-
res & commoda continuis intenta vi-
giliis votis ipſorum annuere jugiter &
propenſius nos inducit, quoties poſcentium
vox eſt juſta. In hoc enim liberalitatis noſtræ
non errat intentio, ſed regalis ſceptri faſtigi-
um extollere ſalubriter arbitratur. Sane ad
noſtræ Celſitudinis, Venerabiles: *Archi-Epi-*
ſcopus Pragenſis, Olomucenſis, Wrotislavienſis,
Lythomyslenſis Epiſcopi; nec non Illuſtres: Jo-
annes Carinthiæ Comeſque Tyrolis & Goritiæ,
Germanus noſter chariſſimus, Nicolaus Oppa-
viæ & Ratiboriæ, Bolco Opolienſis, Wenceslau-
us Sileſiæ, Bolco Sileſiæ, Caſimirus Teſſinenſis,
Henricus Saganenſis & Joannes Sileſiæ Duces,
Jodocus de Roſemberg, Wilhelmus de Lond-
ſtein, Bertald & Czenko de Lippa fratres,
Wanko & Beneſius de Wartenberg fratres,
Geſſek de Michelsberg, Hinco de Nachod, Jeſco
de Warsemberg, Hinco de Sleven, Ulricus &
Henricus filius ejus de Novadomo, Jeſco de
Kravvorz, Stephanus de Sternberg & Joros-
laus de Sternberg, ac cœteri Prælati, Duces,
Principes, Barones, Proceres & Nobiles Re-
gni noſtri Bohemiæ, præſentiam accedentes
nobis humiliter ſupplicarunt. Quod cum
Eccleſia Pragenſis per Sanctiſſimum Domi-
num Clementem Divina Providentia Papam
ſextum ad noſtri dum eſſemus in minoribus
conſtituti, inſtantiam & petitionem in *Me-*
tropoliticam Eccleſiam cum plenitudine Juris
Metropolitici exaltata fuerit & erecta, ut
Regibus Bohemiæ quod ipſi de cætero Sacræ
Unctionis & Coronationis ſolemnia per ma-
nus Archi-Epiſcopi Pragenſis Moderni ſuo-
rumque ſucceſſorum Archi-Epiſcoporum
Pragenſium in perpetuum recipere valeant,
indulgere & concedere liberaliter dignare-
mur. *Nos* utique attenta Eccleſiæ Pragenſis
exaltatione & erectione præfata non abſque
provida conſideratione, quod de jure crean-
di ſunt, de vice populi, Magiſtratus, quod-
que ſi *Archi-Epiſcopus Moguntinenſis* ad di-
ctam accederet Pragenſem Eccleſiam, pro
dictis ſacræ unctionis & coronationis ſolem-
nibus offerente ſe caſu, ſicut ſolebat ante ex-
B altationem & creationem hujuſmodi non le-
ve *Archi-Epiſcopis Pragenſibus* præjudicium
oriretur, foretque falcem in meſſem ponere
alienam, attendentes, & ſic ingratitudinis
maculam, qua *Henricus de Wirnburg*, quon-
dam *Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, ipſiuſque*
Eccleſiæ Capitulum propter adhæſionem *Lu-*
dovico quondam de Bavaria per ſanctam Ro-
manam Eccleſiam ſuis demeritis exigentibus
una cum ſuis complicibus & adhærentibus
C condemnato, factam contra ſanctam dictam
Romanam Eccleſiam ac Regnum Romano-
rum & ſacrum Imperium, & ob hoc idem
Henricus per ſanctam Romanam Eccleſiam
depoſitus, damnabiliter aſperguntur, delibe-
ratione prævia & matura ſuper his cum non-
nullis Regis Romanorum futuri Imperatoris
Coelectoribus & aliis Principibus, noſtræ
tunc temporis aſſiſtentibus Majeſtati habita,
ac de ipſorum conſilio pleniori, dictumque
D Regnum Bohemiæ dulcoratis favoribus &
honoribus gratioſis, in quantum ex divina
nobis providentia permittitur, proſequi ſum-
mopere cupientes, prædictorum Prælato-
rum, Ducum, Principum, Baronum, Proce-
rum & Nobilium, quos honoris & felicis ſta-
tus Regni Romani & Sacri Imperii fideles ſo-
licitos & ſedulos præ cæteris comprobavi-
mus zelatores, ſupplicationi quam his & non-
nullis cauſis aliis, quæ rationabiliter nos in-
E ducunt rationi conſonam & æquitati proxi-
mam merito reputamus, benignius & libe-
ralius inclinati. Quod *Archi-Epiſcopus Pra-*
genſis, qui eſt & erit pro tempore Reges
præfatos Bohemiæ coronare, eiſdemque dia-
dema imponere ac *gladium, pomum & ſce-*
ptrum, cæteraque inſignia *Regalia* tradere
cum ſolemnitate debita valeat. Ipſique Re-
ges perpetuis futuris temporibus dictæ co-
ronationis ac diadematis, gladii, ſceptri & a-
F liorum inſignium Regalium impoſitionis &
traditionis ſolemnia & prout ad Regem per-
tinent, de manibus ipſius Archi-Epiſcopi &
ſucceſſorum ſuorum devote poſſint recipe-
re, prout per *Sanctiſſimum patrem noſtrum*
prædictum de ſacra inunctione & conſecra-
tione, cæteriſque ſolemnitatibus & inſigni-
bus ad

bus ad forum ſpirituale pertinentibus eisdem A
Regibus & *Archi-Epiſcopis Pragenſibus* ſuiſque ſucceſſoribus in exaltatione & erectione dictæ Pragenſis Eccleſiæ ad noſtri inſtantiam, ut prædicitur, eſt conceſſum de noſtræ Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis, ac ex certa ſcientia præſentis ſcripti patrocinio liberaliter concedimus & etiam indulgemus. Omne jus & omnem conſuetudinem ac uſum, quod, & quos Eccleſiæ ſeu Epiſcopi Moguntinenſes præfati habuerunt, & habere B
potuerunt huc uſque in coronatione dictorum Regum & Diadematis impoſitione eisdem *Regibus Bohemiæ*, revocantes, caſſantes & irritantes, annullantes, & de prædicta *Romana Regia* plenitudine poteſtatis penitus abolentes eum noſtri & noſtræ *Romana Regia* plenitudine poteſtatis & authoritatis interpoſitione Decreti præfatarum Coronationis, Diadematis, Impoſitionis & gladii cæterorumque inſignium Regalium C
traditionis ad *Archi-Epiſcopum Pragenſem* modernum ejuſque ſucceſſores futuros perpetuos ipſorumque per manus imponi & tradi ſolennia & inſignia prælibata, & non ad ſupradictum *Archi-Epiſcopum & Eccleſiam Moguntinenſem* præfatos juſte & legitime pertinere, non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus, municipalibus, vel communibus ſtatutis ſeu edictis factis & editis in contrarium quibus-D
cunque quas & quæ, quantum ad hæc, ac ſi forent nominatim & de verbo ad verbum ſcripta præſentibus & inſerta, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & de dicta *Romana Regia plenitudine* poteſtatis decernimus, firmitatis fore nullius vel momenti. Nulli ergo omnino liceat hanc noſtræ donationis, juſſionis, indulgentiæ, revocationum, caſſationum, irritationum & annullationum paginam infringere vel ei auſu temerario contraire. Contrarium vero facientes ſiqui fuerint (quod abſit) ultra indignationem noſtræ Celſitudinis Romanæ, quam ob hoc ſe noverint gravirer incurſuros, mille marcas auri puri noſtro & Regni Romani fiſco componant, ipſarum videlicet medietatem noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Regum vel Imperatorum Curiæ ſeu Cameræ, & reliquam paſſis injuriam irremiſſibiliter applicandam. In quorum omnium teſtimonium & ad certitudinem pleniorem præſentes fieri juſſimus & Bulla Aurea Typario noſtræ Majeſtatis impreſſa præcepimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt, *Joannes* Miſen & *Apetzka* Lubecen: Epiſcopi, *Rudolfus* ſenior Saxoniæ, Sacri Romani Imperii Matſchalcus, *Rudolfus ejus* filius & *Fridericus* de Deck Duces, *Albertus & Guntherus* de Barby, Comites, Joannes Dominus in *Mechelburg*, Crafto de *Habenloch*, Henricus de *Bruneck*, Ulricus Dominus in *Hanovv*, Henricus de *Eberſtein*, Eberhardus & Henricus de *Walſe*, ac Ægidius Dominus *de Rodemacker*, Romani Regni præfati Principes & Barones. Datum *Pragæ anno Domini 1347. indictione decima quinta, Calend. Septembri, Regnorum noſtrorum anno ſecundo,*

XXXIV.

Caroli IV. Cæſ. Confirmatio literarum Rudolfi I.

Cæſ. quibus cedit omnibus Feudis Imperii, quæ poſſet habere in ditionibus Ducis Wratiſlavienſis, & illa Feuda canfert Regibus Bohemiæ. 1348.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

INnata cordi noſtro benignitas circa fi E
delium & devotorum noſtrorum honores, & commoda continuis intenta vigiliis, votis ipſorum annuere jugiter nos inducit, quoties poſcentium vox eſt juſta: In hoc enim liberalitatis noſtræ non ertat intentio, ſed regalis ſceptri faſtigium extollere ſalubriter arbitratur. Sane ad noſtræ Celſitudinis Venerabiles: *Archi-Epiſcopus Pragenſis, Olomucenſis, Wratiſlavienſis, & Luthomiſlenſis Epiſcopi*, nec non illuſtres, F
Joannes Carinthiæ, Comesque Tyrolis & Goriciæ, Germanus noſter cariſſimus, ac *Nicolaus Oppaviæ & Ratiboriæ* Duces, cæterique Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres & Nobiles Regni noſtri *Bohemiæ* & pertinentiarum ejuſdem præſentiam accedentes, nobis humiliter ſupplicarunt, ut quaſdam Literas *Rudolfi, Divi Romanorum Regis*, Prædeceſſoris noſtri, nobis per ipſos exhibitas, quarum tenor, & ſeries ſequitur in hæc verba:

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.

AD univerſorum Sacri Romani Imperii fidelium notitiam cupimus præſenti pagina pervenire. Quod nos attendentes multiformia meritorum inſignia, virtutum & fidei præmia pretioſa, quibus illuſtris *Wenceslaus Rex Bohemiæ* Princeps & filius noſter cariſſi-

cariſſimus, erga nos & Romanum Imperium ſe conſtituit multiformiter generoſum; omnia *feuda nobis & Imperio* per mortem Illuſtris *Ducis Wratislavienſis* vacantia, dicto *Regi Bohemiæ*, nec non ſuis hæredibus, tenenda, habenda, poſſidenda, titulo feuda li duximus conferenda. In cujus rei teſtimonium præſentes literas conſcribi, & Noſtræ Majeſtatis Sigillo juſſimus roborari. Datum *Erfordiæ 6. Calendas Auguſti, Anno Domini 1290. Indictione tertia; Regni vero Noſtri Anno 17.*

Noſtra confirmare authoritate Regia dignaremur. Nos itaque præfatorum Prælatorum, Ducum, Principum Bohemorum, Procerum & Nobilium, quos honoris & felicis ſtatus Romanorum Regni & ſacri Imperii fideles & ſollicitos præ cæteris novimus Zelatores, *ipſumque Regnum Bohemiæ Romanorum Regni membrum fore nobilius*, ſupplicationibus benignius inclinati; præfatas literas ac omnia, & ſingula in eisdem contenta laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, & de novo, ex certa ſcientia, de noſtræ Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis, præfato Regno, Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Proceribus & Nobilibus, ac Univerſitati Regni ipſius & pertinentiarum ejuſdem, ad uſum & opus Regum Bohemiæ in perpetuum damus tenore præſentium conferimus, & donamus; omnem diminutionem & defectum, ſi quis in præmiſſis fuerit, reparantes omnimode & ſupplentes ac omne dubium & obſcurum, pro parte & in favorem ipſorum *Regni, & Regum Bohemiæ*, de uberiori dono Majeſtatis Romanorum Regni, & plenitudine poteſtatis, interpretantes & etiam declarantes non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, uſibus, Obſervantiis, juribus, Municipalibus, vel communibus ſtatutis, ſeu edictis factis, & editis in contrarium quibuſcunque, Aquas & quæ, quantum adhæc, ac ſi forent nominatim, & de verbo ad verbum inſerta præſentibus, & inſerta revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus & de dicta Romanorum Regiæ plenitudine poteſtatis decernimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti.

Nulli ergo omnino liceat hanc noſtræ laudationis, ratificationis, approbationis, confirmationis, donationis, reparationis paginam infringere, vel ei auſu temerario in aliquo contraire. Contrarium vero facientes, ſi qui fuerint; quod abſit, ultra indignationem noſtræ Celſitudinis Romanorum, quam ob hoc ſe noverint graviter incurſuros, mille Marcas auri puri noſtro, & Romanorum Regni fiſco componant, ipſorum videlicet noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Regum & Imperatorum Curiæ ſeu Cameræ, & reliquam paſſis injuriam irremiſſibiliter applicandum. In quorum omnium teſtimonium & ad certitudinem pleniorem præſentes fieri juſſimus, & Bulla aurea Typario noſtræ Majeſtatis impreſſa præcepimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt: *Gerlacus* Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, ſacri imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, *Rudolphus*, ſenior Dux Saxoniæ, ſacri Imperii Mareſchalcus, *Rudolphus* junior Saxonenſis, & *Fridericus* de Deck, *Joannes Burgravius* Nurnbergenſis, *Ulricus* Landgravius de Leichtenberg, & *Fridericus* de Oilemund, *Ulricus* de Helffenſtein, & *Rudolphus* de Wertheim. Comites, *Petrus* de Hebby, *Crafto* de Holoch, *Gotfridus* de Pruneck, *Eberhardus* de Wallite *Fglo de Friberg & Burchardus de Elebach Romani Regni Præfati, Principes & Barones.* Datum *Pragæ anno Domini 1348. Indictione prima 6. Idus Aprilis Regnorum noſtrorum Anno ſecundo.*

XXXV.

Gratulatoriæ literæ Clementis ſexti Papæ, de Victoria adverſus Comitem Guntherum de Schwartzburg

Carolo IV. 1349.

Clemens &c. Carolo Romanorum & Bohemiæ Regi illuſtri

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, qui humilia reſpicit & alta de longe cognoſcit, ſicut humilibus gratiam ſuam benignus impendit, ſic profecto ſuperbis cogitantibus alta reſiſtit, & prava ſtudia eorum annihilat ac adverſos perverſoſque conatus elidit. Probavit hoc in humilitate tua, *chariſſime fili*, potentiæ ſuæ mira dignatio his diebus, dum *Guntherum Comitem Schwarzburg*, qui ad inſtar Luciferi ſuperbia nimia intumeſcens, ſedem ad ruinam potius, quam aſcenſum ab Aquilone ponere, ſolium tuum evertere ſatagens, temeritate damnabili præſumebat, & *Henricum* olim *Archi-Epiſcopum Moguntinum*, qui non attendens ad petram, de qua

ſciſſus fuerat, ſed in ſuperbiam leviter eleva-
tus, immemor beneficiorum a Romana Ec-
cleſia perceptorum, tergum ei vertit, non
faciem, ne ſuperbus humili Deo ſacerdotio
fungeretur, merito reprobatus, & dum ele-
varetur, abjectus eſt, nec non filium & ne-
potem damnatæ memoriæ *Ludovici de Ba-
varia* Dei & ipſius Eccleſiæ perſecutoris, &
hoſtis, qui tanquam ſquammæ, per quas
non tranſit vitæ ſeges & vitulum ſe invicem
colligarant, & ſe tibi ut erigerent idolum,
quod conflarant, ſuperbe nimis opponere,
tuiſque obviare proceſſibus conabantur; ſi-
cut nobis per Celſitudinis tuæ literas, quas
cum ingenti lætitia, & exultatione magna
recepimus, intimaſti, in manu tua mira o-
mnipotenti ſua virtute ſine humani ſangui-
nis effuſione concluſit, de quo ei, per quem
datur regnare Principibus, & a quo eſt o-
mnis victoria, laudes & gratias referentes, &
immolantes pro triumpho tantæ victoriæ vi-
tulum labiorum, Serenitatem tuam mone-
mus, requirimus, & hortamur in Domino,
attentius deprecantes, quatenus tantæ tibi
gratiæ collatæ a Domino in victoria hujuſ-
modi, quæ non viribus tuis, ſed ipſius poti-
us adſcribetur potentiæ, gratus & devotus
acceptor, ſic te ante ipſum Creatorem tuum
ſemper humilies, & tua devoveas vota ſibi,
ſicque tuos greſſus in ſemitam ſuorum diri-
gas mandatorum, quod ipſe, qui fidelibus
A ſuis potenter aſſiſtit, & eos favore proſequi-
tur opportuno, ſic actus tuos & opera diri-
gat, ſicque tuis propitius proceſſibus faveat,
quod ad ejus & ipſius Eccleſiæ ſuæ ſanctæ
honorem & gloriam & collapſi ſtatus in vir-
tute reparationem Imperii, ac pacem ac tran-
quillitatem populi Chriſtiani, confringas in
virtute ſua elata cornua ſuperborum, eiſque
ſub potentiæ ſuæ dextera humilitatis & do-
mitis de bono ſemper in melius proſpereris.
B Cæterum ſuper eo, quod de adducendo, ut
literarum tuarum verbis utamur, eodem fi-
lio dicti *Ludovici* pro honore ipſius Eccleſiæ
ad noſtram præſentiam, prædictæ literæ con-
tinebant, tuæ erga nos & eandem Eccleſiam
ſinceræ ac ſolitæ devotionis affectum dignis
proſequimur actionibus gratiarum, tu tamen
fili, qualitate negotiorum grandium incum-
bentium tibi, quorum proſecutioni favit &
favet Divina potentia, & præſentium tempo-
C rum conditione penſatis, attente proſpicias,
& provideas diligenter, qualiter Alemanniæ
partes (quæ utpote præteritorum fluctuum
conquaſſatione laſſatæ ad ægrotantium inſtar
in recidivum, quod Deus avertat, poſſent
relabi) facile ſis hoc tempore ſine periculo,
quod ex abſentia tua poſſet eiſdem forſitan
imminere negotiis, quæ felicibus cupimus
ſucceſſibus provehi dimiſſurus. Datum *A-*
D *vin. decima quarta Kalendas Junii, Anno
octavo.*

XXXVI.

Quod Epiſcopatus Olomucenſis & Marchionatus Moraviæ & Ducatus Oppaviæ ſint hæreditaria feuda Regum & Coronæ Regni Bohemiæ. 1348.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Boëmiæ Rex ad perpetuam memoriam.

NOn modicos famæ perſonantis titu-
los moderni temporis meretur po-
ſteritas, ſi, quod prædeceſſorum
inſtauravit laudanda proviſio, vigi-
lanti cura proſequitur & talibus providæ cir-
cumſpectionis munit ſolertiis, ut fructuoſa
cautela, Ducatu præambulo, vivaci ſucceſ-
ſorum memoriæ commendetur. Sane cum
inſignes & magnifici Principatus, videlicet
*Epiſcopatus Olomucenſis, Marchionatus Mora-
viæ & Ducatus Oppaviæ* longo jam & anti-
quo temporis tractu a claræ memoriæ illu-
ſtribus olim *Regibus & Ducibus Bohemiæ* o-
lim eidem *Regno* præſentibus, & a *coronæ ac
Dominio Regni* præfati in feudum ſemper ha-
biti fuerint, & poſſeſſi, & Ven. *Olomucenſis
Eccleſiæ Antiſtites*, nec non Illuſtres *Marchio-
nes Moraviæ & Oppaviæ Duces*, olim *Bohemiæ*
E *Regibus & Ducibus, Pregenitoribus & Præ-
deceſſoribus noſtris* in ſuſceptione feudorum
& in aliis, quæ ad Vaſallatus ſpectant obſe-
quia, vel uti Dominis ſuis ordinariis & na-
turalibus debitam ſemper exhibuerint reve-
rentiam & honorem, ſicut hoc literæ *Divi
Friderici Rom. Imp. Auguſti* qui de certa ſua
ſcientia, in prima ipſarum claræ memoriæ
Vladiſlaum Ducem Bohemiæ Illuſtrem, dum vi-
veret, *heredes & ſucceſſores ſuos* virtutibus &
F Excellentiæ ipſius induſtria rite poſcente, an-
tequam eundem ad *Regnum Bohemiæ* coro-
nari contingeret, geſtando circulo decora-
vit, ut eodem inſigni circulo ad inſtar *Im-
peratorum & Regum Romanorum in Nativita-
te Chriſti & Salvatoris noſtri, Paſcha & Pen-
teceſtes*, nec non *B. B Wenceslai. & Adalberti
Patrenorum Bohemiæ* feſtivitatibus uteretur,

Qui

Qui tamen circulus eidem Duci, a nemine A præterquam a *Pragenſi & Olomucenſi Epiſcopis*, vel eorum altero, qui, dum alterum ex eis abeſſe contingeret, vices ſuppleret amborum, in prædictis feſtivitatibus fuerat imponendus, ac in ſecunda litera claræ memoriæ Illuſtri *Ottogaro primo & ſucceſſoribus ſuis* præclaris *Bohemiæ Regibus* ob inſignia & grata ſervitia, quibus *Sacr. Imp.* dignis honoribus proſequi ſtuduerunt, inveſtiendi ac infeudandi Epiſcopos præfati *Regni Bohemiæ* tri- B buit poteſtatem, plane quibus exprimitur, quod Illuſtris *Henricus Marchio Moraviæ & Univerſitas Magnatum & Nobilium Bohemiæ* de aſſenſu & voluntate Illuſtris *Ottogari*, quondam *Bohemiæ Regis*, proavi noſtri chariſſimi, Illuſtrem *Wenceſlaum primogenitum* ipſius in *Regem* ſuum elegerint, & ejuſdem electio per ſupra dictum *Fridericum Romanorum Regem* fuerit approbata, & literæ divi *Ri-* C *chardi* olim *Rom. Regis*, qui auctoritate ſua, ſicut proteſtatur in literis, præfatum *Regem Ottogarum Proavum noſtrum*, dum adhuc vitam ageret in humanis, de *Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ Principatibus*, & omnibus *feudis* ad eadem ſpectantibus inveſtivit, & ſpecialiter donatio claræ memoriæ *Illuſtris Ottogari ſecundi*, quondam *Bohemiæ Regis*, Proavi noſtri dilecti, quam Patri Illuſtris *Nicolai Ducis Oppaviæ*, quem de mera ſuæ D benignitatis graria ſublimavit in Principem, Hæredes & ſucceſſores ſuos, una cum Ducatu ſive Principatu præfato, ſibi, *Hæredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus*, & ejuſdem *Regni Coronæ* voluit immediate ſubeſſe, lucidiſſime proteſtantur. Quarum quidem literarum ſententias & clauſulas, quas ad probationem dictarum intentionum adduximus, ſemper & ubique in judicio & extra, ac in ſingulis actibus publicis & privatis, E quoties præſentium tenorem legi vel publicare contingeret, ejuſdem efficaciæ vigoris & auctoritatis exiſtere decernimus, ac ſi in figuris propriis Originalia viderentur, eo præcipue, cum eadem Originalia pridem per nos ac nonnullos *Romanorum ac Bohemiæ Regnorum Principes & Proceres venerabili Joanne Olomucenſi Epiſcopo conſanguineo*, nec non *Illuſtribus Joanne Marchione Moraviæ fratre & Nicolao Duce Oppaviæ Principibus noſtris* F ibidem & in præſentia conſtitutis, auſcultata & examinata fuerint diligenter, ſicut etiam nos & *Illuſtres Progenitores & Prædeceſſores noſtri Bohemiæ Reges* in prædictorum jurium vera & juſta poſſeſſione præſtitimus, præſcriptione temporum diuturna, & Divina favente Clementia perſiſtimus in præſenti. Nos gratanter attendentes & accuratæ meditationis ſtudio limpidius intuentes, qualiter impoſitio præfati *circuli* per manus Venerabilium *Pragenſis & Olomucenſis Eccleſiarum Antiſtitum* vel alterius ex eis, dum alterum abeſſe contingeret, ut præfertur, rite fieri, ut *Rex Bohemiæ per illuſtrem Marchionem Moraviæ* præfatum, & Univerſitatem *Baronum & Procerum Regni Bohemiæ*, ut prædicitur, eligi non valeret, niſi etiam tam præfati *Epiſcopi*, quam *Marchiones Moraviæ Illuſtrem Bohemiæ Regem*, qui foret pro tempore, veluti verum, ordinarium, hæreditarium & naturalem Dominum ſuum inſpicerent & inveſtituras ac feuda ſua reciperent & cognoſcerent ab eodem, ſicut etiam *Bohemiæ Regibus*, prædeceſſoribus noſtris inveſtiendi ac infeudandi ſuos Epiſcopos, ut præmittitur, a *Romano Principe* eſt pridem attributa facultas, neque *Marchionatum Moraviæ* prædictum, ut utile & immediatum Dominium, quod *Regibus Bohemiæ*, ſicut ex præmiſſis colligitur, competiit & competebat ibidem, a prædicto *Rege Ottogaro* vel ſuis *ſucceſſoribus*, *Bohemiæ Regibus*, in aliquam perſonam juſta æſtimatione præſumimus fore translatum, niſi utique titulum feudi & ſuperioritatis Dominium ſibi & ſucceſſoribus *Bohemiæ Regibus* provide reſervarint, ſicut etiam, nos, qui non aliunde ob hoc exempla colligimus, dum eſſemus in minoribus conſtituti, eundem *Marchionatum cum omnibus ſuis Dominiis, honoribus & pertinentiis a claræ memoriæ Illuſtri Joanne* quondam *Bohemiæ Rege, genitore noſtro chariſſimo* dignoſcimur tenuiſſe; præſertim cum & creatio ſive nova ordinatio dicti *Ducatus ſive Principatus Oppavienſis* modo ſupra dicto rite fuerit inſtaurara, non ex interpretatione ſiniſtra quorumlibet, aut ex dubietatibus obſcuritatibus & eventibus contrariis quibuſcunque, noſtris, *heredum & ſucceſſorum noſtrorum*, *Regum Bohemiæ & Coronæ Regni* præfati, juribus, honori & ſtatui valeat impoſterum quomodolibet derogari, communicato ſuper his nonnullorum *ſacri Imperii Principum*, *Baronum & Procerum*, *fidelium noſtrorum conſilio* ſpeciali prædictis omnibus, de verbo ad verbum prout ſuperius exprimuntur, intellectis & in examen deliberatæ ac providæ diſcuſſionis adductis, authoritate Rom. Regia interpretamur, pronunciamus, diffinimus, proteſtamur, dicimus, ac de certa noſtra ſcientia declaramus, ſupradictos Principatus inſignes videlicet *Epiſcopatum Olomucenſem*, *Marchionatum Moraviæ & Ducatum Oppaviæ* ad juriſdictionem, & Directionem, *Dominium*, *Regum & coronæ Regni Bohemiæ* jure ſpectare, quodque Epiſcopi, Marchiones & Duces præfati, hæredes & ſucceſſores ipſorum in perpetuum Principatus eoſdem

 & præ-

& præſata Dominia, quoties per mortem aut aliis canſis legitimis rite vacaverit, a nobis, Hæredibus & ſucceſſoribus noſtris *Bohemiæ* duntaxat *Regibus & a Corona Regni Bohemiæ* absque renitentia ſeu difficultate in feudum reverenter ſuſcipere, nobiſque ac dictis Hæredibus & ſucceſſoribus noſtris *Bohemiæ Regibus & corona Regni* præſati in caſibus ante dictis, homaginm obedientiæ ac ſubjectionis debitæ conſueta juramenta corporaliter facere teneantur, omnem defectum, ſi quis in lireris & Privilegiis dictorum *Imperatorum & Regum Romanorum* memoriæ recolendæ, aut etiam in præſentibus ſeu donatione *Illu-* A *ſtris Ottogari ſecundi Regis Bohemiæ, Proavi* noſtri, ut, ſi fortaſſis *Ducatum Oppaviæ* abſque *Romani Principis* & ſuperioris licentia creare non potuit, vel, ſi eadem donatio Juri comuni contraria videretur, quavis obſcuritate, interpretatione dubia, verborum defectu, aut ex alia occaſione, vel cauſa compertus fuerit, ſupplentes *de plenitudine Romanorum Regis poteſtatis.* Non obſtantibus legibus, conſuetudinibus &c. B Datum *Pragæ Anno Domini 1348. Indictione prima, ſeptimo Idus Aprilis Regnorum noſtrorum anno ſecundo.*

XXXVII.

Civitatis Wratislavienſis homagium Principi

Wenceslao Primogenito Caroli, & ex mandato Patris præſtitum, ubi etiam mentio ſit de ſucceſſione legitima filiorum Regum Bohemiæ. 1351.

Nos Conſules Jurati & Univerſitas Civium Civitatis Wratislavienſis tenore præſentium notum facimus univerſis.

Quod ad mandatum Sereniſſimi & invictiſſimi *Principis & Domini noſtri gratioſi Domini Caroli Romani Imperatoris, ſemper Auguſti & Bohemiæ Regis*, & juxta antiquam *Regni Bohemiæ* conſuetudinem dudum laudabiliter obſervatam, nec non ordinationem providam, quam claræ memoriæ Illuſtris & Magnificus *Princeps & Dominus noſter, Dominus Joannes* quondam *Bohemiæ Rex*, genitor ipſius matura deliberatione inſtituiſſe dignoſcitur, qua ipſe prædictum *Dominum noſtrum Romanorum & Bohemiæ Regem* primogenitum ſuum ejuſque hæredes & ſucceſſores per maſculinam lineam deſcendentes ab ipſo in præſato *Regno* ſuo *Bohemiæ* ſuos hæredes eſſe conſtituit, voluit & decrevit, Illuſtriſſimo *Principi noſtro Domino Wenceslao, præfati Domini noſtri Romanorum & Bohemiæ Regis* primogenito, animo deliberato, non per errorem aut improvide, ſed omnibus votis pariter accedentibus, in præſentia Domini Conradi de Falckynheim Capitanei noſtri, & nonnullorum nobilium ac fide dignorum corporalia juramenta homagii, & obedientiæ, atque fidelitatis debitæ præſtitimus & præſtamus; nec non promiſimus & promittimus bona fide noſtra & ſine dolo, pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum ad præſatum Dominum noſtrum *Wenceslaum* in caſu, ubi fortaſſe Sereniſſi- C mum Dominum noſtrum, Genitorem ipſius, quem Deus Omnipotens cuſtodire dignetur, ab hac luce migrare contingeret, immediatum habere reſpectum, ſibique tanquam *Regi Bohemiæ*, nec non vero legitimo & naturali Domino noſtro in omnibus & ſingulis parere & intendere, & abſque omnis contradictionis impedimenti ſeu difficultatis obſtaculo fideliter obedire. Promittentes nihilominus bona noſtra fide ſine dolo, D pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, ut præmittitur eadem juramenta corporalia de fide, legalitate & obedientia ſervanda non extante præſato Domino *Wenceslao*, ſuo primogenito, vel illo non exiſtente, ſeniori ſuorum hæredum, vel, ipſo abſque hæredibus decedente fratri ſuo ſeniori, ſi quem habuerit, aut illo decedente, ſeniori ejuſdem fratris hæredi, & ſic demum, in ante a ſenioribus fratribus ac ſeniorum fratrum E ſenioribus hæredibus, in linea ſexus maſculini, procedendo continuo præſtare & corporaliter facere, perpetuis temporibus affuturis. Præſentium ſub noſtræ Civitatis ſigillo teſtimonio literarum. *Datum Wratislaviæ MCCCLI. in Craſtino circumciſionis ejuſdem.* Earundem literarum *vidimus* extat *Sigiſmundi* Romanorum Regis & *Alberti* Ducis Auſtriæ. Datum *Viennæ Anno MCCCC XXVI.* F

XXXVIII.

XXXVIII.

De obligatione Civitatatis Egrenſis & ejus territorio, Regibus & Coronæ Regni Bohemiæ litera Gerlaci Archiep. Moguntinenſis Electoris Imperii.

Nos Gerlacus, Dei gratia Sanctæ Moguntinenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, S. Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius. Notum facimus præſentium Inſpectoribus & auditoribus univerſis.

QUamvis literæ *Sereniſſimi ac Invictiſſimi Principis & Domini, Domini Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Augusti & Bohemiæ Regis, Domini noſtri gratioſi*, quas ſuper obligationem & infra ſcriptis ſuis pignoribus videlicet *Civitate Egrenſi* & ejus *territorio*, nec non *Caſtris & munitionibus Floſ. & Parckſtein* & eorum pertinentiis pridem obtinuit, quaſque claræ memoriæ *Illuſtres Principes quondam Bohemiæ Reges Progenitores ſui* ex notabilibus cauſis a Sacr. Romano Imperio obtinuiſſe noſcuntur, ſiniſtri caſus, odioſis eventibus crematæ & perditæ fuerint, & ſint, quod earum præſidio uti non poteſt ad oſtenſionem ſui juris, ſicut eiſdem merito uteretur. Tamen cum eadem obligatio, ſeu pignoratio, nota ſit publice, & nos de conditione obligationis hujuſmodi ſimus plene & ſufficienter inſtructi, videlicet quod præfata Egrenſis Civitas cum ſuo territorio, nec non caſtro ſeu munitione *Floſs & Parckſtein* cum omnibus ſuis pertinentiis, *Regno & Coronæ Bohemiæ*, pro quadraginta millibus marcharum puri argenti, quinque florenis cum dimidio Florentini ponderis, pro marca quali bet computandis a S. Rom. Imperio rite fuerint obligata, & *Progenitores ac Prædeceſſores ſui Reges Bohemiæ Illuſtres* in poſſeſſione præfatorum pignorum ſuerint, & ipſe Dominus noſter prædictus eadem pignora rite poſſideat in præſenti. Conſideratis igitur multiplicibus favoribus & gratiis, & fructuoſa diligentia, nec non laboribus indefeſſis, quibus præſatus Dominus noſter ad honorem & utilitatem S. Imperii fideliter & frequenter intendit: inſpectis etiam notabilibus & ſtudioſis obſequiis, quas progenitores ſui quon- A dam *Reges Bohemiæ* ipſi S. Imperio reverenter & utiliter ſæpius oſtendiſſe noſcuntur, cum præfatum *Regnum Bohemiæ Imperialis Coronæ dignum quidem & nobile membrum* exiſtat, damnis hujuſmodi, quibus præfatum *Regnum Bohemiæ* ex præmiſſis eventibus gravari valeret, deſideramus occurrere ſapienter nominatim ob illam fidem, qua velut *Princeps Elector* Sacro tenemur Imperio, ne *præfatus Dominus noſter & Regnum Bohemiæ* B ſuum occaſione dubitationum talium, damna quævis, impedimenta ſeu diſpendia patiantur, animo deliberato & de certa noſtra ſcientia notum facimus & fatemur, quod præfata Egrenſis Civitas cum ſuo territorio & caſtra ſive munitiones, *Floſs & Parkcſtein* cum oppidis, Villis, Nobilibus, plebeis, pauperibus & divitibus, circumſtantiis, & omnibus ſuis pertinentiis, quæ infra metas, ſive limites, terrarum, caſtrorum ſeu munitio- C num hujuſmodi ſituantur, præfati *Domini noſtri Regis* tanquam *Regis Bohemiæ hæredum & ſucceſſorum ſuorum Regum Bohemiæ* & ejuſdem *Regni Coronæ* pignus & obligatio dudum fuerunt, & ſunt pro quadraginta millibus Marcharum puri argenti ponderis antedicti. Et eandem obligationem ſeu pignorationem confirmamus de noſtra ſcientia, ſub omnibus modis & conditionibus, ut præfati ſumus, ipſiuſque obligationi & pignora- D tioni favorem, voluntatem & plenum conſenſum apponimus velut *Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, per Germaniam Archi-Cancellarius, & Princeps Elector S. Imperii* ſupradicti, præſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum. Datum *Spiræ, Anno MCCCLIII, feria quarta proxima ante feſtum S. Nicolai.*

XXXIX.

Fœdus Regis Franciæ cum Rege Bohemiæ perpetuo.

Joannes Dei gratia Francorum Rex.

NOtum facimus univerſis tam præſentibus, quam futuris. Quod ſicut pridem animo deliberato, dum adhuc eſſemus in minoribus conſtituti, *cum Sereniſſimo Principe Carolo quarto divina favente Clementia Romanorum Imperatore ſemper Au-*

per Auguſto & Bohemiæ Regi illuſtri, fratre A *noſtro præcariſſimo*, ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo, dum adhuc ipſe in minoribus conſtitutus foret, pro nobis, nec non filiis & liberis noſtris, videlicet *Carolo Primogenito noſtro Duce Normandiæ, & Delphino Viennenſi*, & *Philippo ultimo genito noſtro*, tum ratione Genealogiæ, tum ratione ſinceriſſimæ dilectionis, qua perſonam ipſius ex affectu ſincero proſequimur, fœdera circa colligationes, promiſſio- B nes, & uniones inivimus, prout literæ utrinque datæ deſuper clarius atteſtantur, ſic & nunc eadem promiſſa & colligantias ad inſtar promiſſorum fœderum *in Dei Salvatoris noſtri nomine, pro conſolatione Regnorum*, & grata ſalute ſubjectorum nobis ex utraque parte fidelium, ſicut ex præcedentibus pactis rite quidem teneri dignoſcuntur, innovamus, firmamus & corroboramus ſub tenoribus in fra ſcriptis. Imprimis, *ſiquidem promittentes* C *bona noſtra fide ſine omni dolo, & virtute juramenti, quod deſuper ad Evangelia ſancta juravimus* pro nobis, nec non dictis filiis & liberis, *noſtris hæredibus & ſucceſſoribus noſtris Regibus Franciæ*, ſeu quotumcunque aliorum titulorum extiterint, præfato *Sereniſſimo Principi Carolo Romanorum Imperatori & Regi Bohemiæ, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus*, quod a modo in antea ac etiam in perpetuum, ipſorum & cujuslibet D ex eis Regales, & boni atque perfecti amici erimus, & honorem uberem, ſtatum commodum, & profectum eorum ſemper promovebimus, omnibus modis adjutoriis & ingeniis, ſicut unquam melius poterimus, ac univerſum damnum ipſorum, quod eis in perſonis, honore vel rebus irrogari poſſet, dum ad noſtri notitiam pervenerit, fideliter avertemus, ipſoſque & eorum quemlibet ad reſiſtendum omnibus eorum adverſariis & E hoſtibus, qui talia damna contra eos, ſeu eorum alterum in præjudicium honoris, ſtatus & conditionis eorum quomodolibet molitentur, *ipſoſque prædictos Imperatorem & Regem Bohemiæ adjuvabimus & fortificabimus toto noſtra potentia, conſilio*, auxilio & alio modo, quo poterimus meliori & realiter & effective adverſabimur, & opponemus *nos omnibus Regibus, Principibus* & aliis, cujuſcunque ſtatus, eminentiæ, aut dignitatis exſiſtant, qui ipſorum diſpendium, jacturam ſeu verecundiam procurarent; & honorem profectum & ſtatum eorum cuſtodiemus regaliter juxta poſſe. Et ne poſt amicabilis hujuſmodi unionis & amicitiæ gratam concordiam aliquæ dubietates inter nos utrobique quacunque ratione conſurgant, & ut futuris ſcandalis via ſeu materia præcludatur, deliberatione matura rite promiſimus, videlicet, *quod nos ac dicti noſtri filii & hæredes ſupradictum Imperatorem* in poſſeſſione omnium & ſingulorum, *Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, Juriſdictionum, Dominiorum* pertinentium & Jurium *ad Imperium Romanum* quomodolibet ſpectantium, ubicunque talia fuerint conſtituta, non impediemus aut invademus, ſeu de talibus prædictis juribus & poſſeſſionibus ſicut exprimuntur ſuperius, non intromittemus, vel invadi, moleſtari, aut ſe de his intromitti conſtituemus, patiemur & ſuſtinebimus verbo, facto vel ſuggeſtu, imo verius eum ſub fide & juramento, quibus ſupra ad manutenendum prædicta & eorum quodlibet tota noſtra potentia tenebimur fideliter promovere, ſicut idem *Imperator Romanorum & Bohemiæ Rex, nobis ac dictis filiis & liberis noſtris*, vice verſa promiſit fide & juramento, quibus ſupra *Nos & dilectos filios & liberos noſtros, in omnibus civitatibus, caſtris, terris, Juriſdictionibus, Dominiis, pertinentiis, & quibuslibet Juribus ad Regnum Franciæ*, ſeu quævis ipſorum Dominia ſpectantibus, promovere fideliter, & in eorum ſeu earum poſſeſſione non impedire, aut moleſtare ſeu invadere, vel nos moleſtari aut invadi conſtituere, imo verius promiſit fide & juramento, quibus ſupra, nobis ad manutenendum, poſſidendum & conſervandum prædicta, auxilio, favore & conſilio, modis expreſſatis ſuperius fideliter ſubvenire, ac ſupra dictas uniones, confœderationes & colligantias ſub omnibus conditionibus expreſſatis ſuperius, inviolabiliter obſervare. Quod, ut firmum ac ſtabile permaneat in futurum, ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum *Pariſiis anno Domini M. CCC LV. Menſe Maji, per Dominum Regem, ad relationem Domini Ducis.*

XL.

Collatio Marchionatus Moraviæ tanquam feudi Regnum & Coronæ Regni Bohemiæ 1355.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter. Amen.

Carolus IV. Divina favente Clementia Rom. Imp. ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam.

Inter

INter cæteras ſolicitudinum curas, quibus pro univerſorum ſtatu fidelium noſtræ Majeſtatis animus ex innata nobis benignitate diſtrahitur; illud noſtræ meditationi occurrit præcipuum, unde honorifico ac decenti ſtatu *Illuſtris Joannis Marchionis Moraviæ Fratris Germani noſtri chariſſimi*, ſolerter & diligentius intendamus, non ambigentes noſtris applicari theſauris, quidquid eidem ad inſignis ſui ſtatus & congrui honoris augmentum, ſi fraternæ pietatis affectu liberaliter erogamus. Sane animo deliberato, nonnullorum tam *Eccleſiaſticorum* quam *ſecularium Principum*, *Baronum ac Nobilium Regni noſtri Bohemiæ conſilio præcedente*, *dicto fratri & Principi noſtro*, *& ſui hæredibus ac prohæredibus legitimis ſexus maſculini Nobilem & inſignem Principatum* videlicet *Marchionatum Moraviæ cum Civitatibus*, *Terris*, *diſtrictibus*, *Oppidis*, *Villis*, *Monaſteriis*, *præpoſituris*, *Baronibus*, *Vaſallis*, *Militibus*, *Clientibus*, *Civibus*, *Ruſticis*, *Emphyteutis & Cenſitis & ad Glebam aſtrictis*, *Caſtris*, *munitionibus*, *prædiis*, *agris cultis & incultis*, *Montibus*, *Vallibus*, *planis*, *ſilvis*, *nemoribus*, *rubetis*, *Virgultis*, *paſcuis pratis*, *Venationibus*, *occupationibus*, *piſcinis*, *piſcaturis*, *vineis*, *aquis*, *aquarumve decurſibus*, *Molendinis*, *Montanis*, *auri*, *argenti*, *ſtanni*, *plumbi vel cujuslibet alterius generis Metallorum*, *Juriſdictionibus Balliviis*, *Judiciis*, *Dominiis*, *Bernis* tam in bonis *Venerabilis Olomucenſis Epiſcopi*, *Principis noſtri*, *& ſucceſſorum illius*, quam aliorum *Baronum & incolarum Moraviæ*, quoties easdem ſecundum approbatam *Regni* noſtri *Bohemiæ* conſuetudinem per nos, *hæredes ſive ſucceſſores noſtros Reges Bohemiæ* ex legitimis cauſis exigi ſeu requiri contingeт, & dum nobis ſive dictis *hæredibus & ſucceſſoribus noſtris jure debentur*, *redditibus*, *proventibus*, *cenſibus*, *exactionibus*, *pœnis & emendis*, *mero & mixto Imperio*, *Juribus Patronatus*, *Eccleſiarum & beneficiorum* quorumcunque, nec non cum omnibus juribus, honoribus, dignitatibus, obventionibus, conſuetudinibus, adhærentiis & ſingulis pertinentiis ſuis, quibuſcunque ſpecialibus nominibus & vocabulis poſſint ſeu valeant expreſſari, in feudum nobile & inſigne, & in juſto *feudi* titulo a nobis *hæredibus & ſucceſſoribus Regibus Bohemiæ*, & a *corona Regni* præfati habendum, tenendum, poſſidendum ac uti fruendum perpetuo damus, conferimus & donamus, præſertim, cum eundem *Marchionatum Moraviæ*, *Duces* claræ recordationis, *illuſtres progenitores & prædeceſſores noſtri*, quondam *Bohemiæ Reges* a Divis *Rom. Imperat. & Regibus* memoriæ venerandæ in feudum tenuerint, & in feudum præſentialiter teneatur, & demum ac de conſequenti Illuſtres quondam *Marchiones Moraviæ* eundem *Principatum a Bohemiæ Regibus* ulterius in feudum tenuerint, ut ſic, & inantea ſupradictus *Frater & Princeps noſter* dilectus, hæredes & prohæredes ſui *Marchiones Moraviæ* dictum Marchionatum a nobis *hæredibus & ſucceſſoribus noſtris Bohemiæ Regibus* & a *Corona Regni Bohemiæ* etiam *in feudum* perpetuo tenere debeant, ſicut etiam nos, qui non aliunde ab hoc exempla colligimus, dum eſſemus in minoribus conſtituti, eundem *Marchionatum* cum omnibus ſuis honoribus, Dominiis & pertinentiis a Claræ Memoriæ Illuſtri *Johanne*, quondam *Rege Bohemiæ*, genitore noſtro chariſſimo, dignoſcimur tenuiſſe, ſicut etiam illud argumento probabili ex literis *divi Friderici Romanorum Regis* in quibus exprimitur, quod Illuſtris *Henricus* pro tunc *Marchio Moraviæ* & univerſitas *Magnatum & Nobilium Bohemiæ* de aſſenſu *Illuſtriſſimi Ottogari quondam Bohemiæ Regis*, *Proavi noſtri*, *Wenceslaum Primogenitum* ipſius Illuſtrem *in Regem ſuum* elegerint, & eadem electio per ſupradictum *Fridericum Romanorum Regem* approbata fuerit, & ex literis *divi Richardi Romanorum Regis* ſimiliter, in quibus idem ad inſtar aliorum *Imperatorum & Romanorum Regum*, *Illuſtrem Ottogarum ſecundum*, quondam *Bohemiæ Regem*, Proavum noſtrum, pro ſe *hæredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ Regibus* de prædicti *Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ* Principatibus & feudis ab ipſis deſcendentibus inveſtivit, quas diligenter auſcultari, & in examen providæ diſcuſſionis adduci fecimus, evidenter accipitur, & colligitur manifeſte, *venerabili Joanne Olomucenſi Epiſcopo conſanguineo noſtro*, nec non *Illuſtri Nicolao*, *Duce Oppaviæ*, *Principibus noſtris hæredibus & ſucceſſoribus* ipſorum duntaxat exceptis. Quorum alterum videlicet *Olomucenſem Epiſcopum* & ſucceſſores ejuſdem, virtute literarum, recolendæ memoriæ Divorum *Friderici Imperatoris & Friderici Regis Romanorum Auguſtæ potentiæ prædeceſſorum noſtrorum*, in quibus iidem illuſtri *Ottogaro* primo quondam *Bohemiæ Regi* prænorato, & *VVenceslao Olomucenſi Epiſcopo*, qui fuit pro tempore & ſuis ſucceſſoribus, inſigne, circulum *VVladislao Duci Bohemiæ*, qui *Regnum* prædictum ante coronationem ſuam regebat, & ejuſdem *Wladislai* Hæredibus in *Nativitatis* Chriſti, *Paſchæ*,

ſchæ, Pentecoſtes & B. B. *Wenceslai & Adalberti Patronorum Bohemiæ* feſtivitatibus, ad inſtar *Imperatorum Romanorum Principum* imponendi ut tamen a nemine, præterquam a *Pragenſi & Olomucenſi Epiſcopis*, aut eorum altero, qui dum alterum abeſſe contingeret vices ſuppleret amborum, imponi deberet, licentiam & facultatem gratioſius erogarunt & hoc edictis ac mandatis Imperialibus & Regiis perpetuo ſtatuerunt. Alterum vero videlicet *Ducem Oppaviæ, hæredes & ſucceſſores* ipſius propter donationem claræ memoriæ Illuſtris *Ottogari ſecundi*, quondam *Bohemiæ Regis Proavi noſtri*, quam Patri ejuſdem Ducis fuiſſe dignoſcitur dum terram *Moraviæ* dividens, *Ducatum & Principatum Oppavienſem* creavit ex novo, ipſumque Ducem, quem de mera ſuæ benignitatis gratia ſublimavit, *in Principem, Hæredes & ſucceſſores* ipſius una cum Ducatu ſive Principatu præfato ſibi & *Hæredibus & ſuis ſucceſſoribus Regibus Bohemiæ*, ac ejuſdem *Regni Coronæ* voluit immediate ſubeſſe. Nobis enim hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, *Regibus Bohemiæ* & ejuſdem *Regni Coronæ*, tanquam rem appropriatam & inſeparabiliter incorporatam *Regno Bohemiæ* præfato ſpecialiter & ex nomine reſervamus de Romanæ Imperatoriæ poteſtatis plenitudine ſtatuentes, quod omnes ſupra dictæ ſententiæ & clauſulæ Imperialium & Regalium literarum, quæ a *Romanis Imperatoribus & Regibus Prædeceſſoribus noſtris* dictis *Bohemiæ Regibus & Principibus Regno & Coronæ Bohemiæ* indultæ noſcuntur & quas ad probationem dictarum intentionum adduximus, ſemper & ubique in judicio & extra, ac in ſingulis actibus, publicis & privatis, quoties præſentium tenorem legi, ſive publicari contigerit, ejuſdem efficaciæ, vigoris & auctoritatis exiſtant, ac ſi in figuris propriis Originalia viderentur eo præcipue, cum eadem Originalia pridem per nos, ac nonnullos Rom. & *Bohemiæ Regnorum Principes, Barones & Proceres Illuſtri Joanne Marchione Moraviæ*, fratre & Principe noſtro, prædicto, ibidem & in præſentia conſtituto, auſcultata & examinata fuerunt diligenter, ſicut etiam nos & *Illuſtres Progenitores & Prædeceſſores* noſtri *Bohemiæ Reges* in prædictorum Jurium vera & juſta poſſeſſione perſtitimus in præſenti decernentes, ac edicto Imperiali deinceps perpetuo ſtatuentes, quod ſupra dictus Princeps & frater noſter chariſſimus, hæredes & prohæredes ſui, *Marchiones Moraviæ* eundem *Marchionatum* a nobis velut *Rege Bohemiæ, Hæredibus & ſucceſ-*

A *ſoribus noſtris Bohemiæ Regibus & a Corona Regni Bohemiæ* prædicti in *feudum* cum debitis & conſuetis ſolemnitatibus & ceremoniis reverenter ſuſcipere, nobisque ac dictis Hæredibus & ſucceſſoribus & Coronæ præfatæ, tanquam veris ordinariis & naturalibus ac hæreditariis dominis ſuis tenebuntur, & debent fidelitatis, homagii ſubjectionis & obedientiæ, ſicut in ſuſceptione *feudorum* conſuetum eſt fieri, ad inſtar B prædeceſſorum ſuorum quondam *Marchionum* ibidem præſtare & facere corporalia juramenta. Noſque, hæredes & ſucceſſores noſtri, *Bohemiæ Reges* prædictum fratrem noſtrum, hæredes & prohæredes ipſius *Marchiones Moraviæ* tanquam alios *Regni & Coronæ Bohemiæ* Principes & Vaſallos ab oppreſſionibus violentis, & injuriis defendere tenebimur & tueri. Et quamvis de jure communi & poſitivo conſtat quod C Vaſallo non relictis legitimis maſculini ſexus hæredibus, moriente, feudum de ſui natura ad ipſius feudi Dominum juſto titulo revertatur; tamen ut via dubietatibus & calumniis præcludi valeat conſilio ſaniori pronunciamus, definimus & præſentibus declaramus, ut quoties dictum fratrem noſtrum, quem Deus cuſtodiat, hæredes aut prohæredes ſuos abſque maſculini ſexus hæredibus contingeret decedere, quod Marchionatus D Moraviæ prædictus ad nos, hæredes ſive ſucceſſores noſtros *Reges Bohemiæ* & ejuſdem *Regni Coronam* abſque difficultate libere revertatur noſque & dicti *hæredes ſive ſucceſſores noſtri Bohemiæ Reges* vel alter eorum, qui pro tempore fuerit, filias dicti Marchionis, hæredum & prohæredum ſuorum, ſi quas poſt ſe dimiſerint ad ſtatum ordinare decentem & earum cuilibet, dum matrimonio copulatæ fuerint a die E conſummatæ copulæ, infra unum annum decurrentem continuo de *decem millibus marcarum argenti groſſorum Pragenſium* pagamenti Regalis, de pecuniis *Bernæ*, quæ ob eandem cauſam in *Marchionatu* prædicto inſtaurari debebit, ut juris eſt, obſervatæ conſuetudinis, tenebitur providere. Adjicientes de ſingulari munere gratiæ ſpecialis ob illum ſinceritatis affectum, quo prædictum fratrem noſtrum favoroſe F complectimur, ut quoties nos, hæredes aut ſucceſſores noſtros *Reges Bohemiæ* non relictis maſculini ſexus hæredibus ab hac luce migrare contingeret, *Regnum Bohemiæ* præfatum, *Comitatus Lucemburgenſis, Marchionatus Budiſſinenſis, & Gorlicenſis* ac cæteri noſtri Principatus ad ſupradictum fratrem noſtrum, aut eo non extante, hæredes ſive prohæredes ſuos legitimos ſexus maſcu-

maſculini, *Moraviæ Marchiones* abſque A electione ſive aſſumptione alia, & abſque difficultate qualibet devolvatur. Et quod is, cujus tunc jure præfato, & virtute declarationis prædictæ intereſſe videbitur, in Bohemiæ *Regem* aſſumi & coronari debeat, impedimento quolibet non obſtante. Qui denique noſtris, hæredum ac prohæredum noſtrorum, ſive ſucceſſorum *Regum Bohemiæ* filiabus, ſi quas dimiſerimus, de congruenti ſtatu ſecundum *Regni Bohemiæ*, B conſuetudinem approbatam, tenebitur & debebit decenter & magnifice providere. Neque nos, hæredes, vel ſucceſſores noſtri *Bohemiæ Reges*, dictum *Regnum Bohemiæ* vel ſupra dictus Princeps & frater noſter hæredes ſui, *Marchiones Moraviæ*, *Marchionatum* eundem in toto vel in parte, occaſione filiarum noſtrarum, utrobique aut alia cauſa quacunque, donare, vendere, obligare, aut alienare debebimus ali- C quo dismembrationis, aut ſequeſtrationis modo, quo præfati *Regni Bohemiæ Coronæ*, Principatus & Dominia, quæ ad Idem *Regnum Bohemiæ* pertinent, ſpecialiter comitatus *Lucemburgenſis*, cum ſuis pertinentiis, ut præfertur, a dictis *Moraviæ Marchionibus* vel præfati *Marchionatus*, devolutis a nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris *Bohemiæ Regibus* poſſet in caſibus prænotatis quomodolibet removeri. Cæterum D prædictus *princeps & frater* noſter dilectus hujuſmodi noſtræ gratiæ largitione contentus *Marchionatum Moraviæ* ſupradictum cum digna gratiarum actione ſuſcepit, neque ipſe, hæredes & prohæredes ſui *Marchiones Moraviæ* a noſtra Celſitudine, hæredibus ſive ſucceſſoribus noſtris, *Bohemiæ Regibus* aliud quicquam per diviſionem, ſucceſſionem ab inteſtato, vel alio quovis titulo, jure vel facto poterunt ſive debebunt E repetere aut exigere, niſi quod ipſis de ſingulari favore & noſtræ mentis beneplacito liberaliter duxerimus erogandum. Renunciavit etiam dictus frater noſter pro ſe & dictis hæredibus, ac prohæredibus ſuis *Marchionibus* Moraviæ, omni juri & juris fictioni, ſi quod, vel quam in *Regno Bohemiæ* aut cæteris noſtræ ditionis Principatibus & dominiis habere potuit, aut poſſe potuerunt ſeu poterunt quomodolibet in F futurum; Canonum etiam aut legum auxiliis, ac omni Juris beneficio, quibus ordinationi & renunciationi præfatis poſſet in toto vel in parte aliqualiter derogari. Promiſit etiam pro ſe & dictis hæredibus ac Prohæredibus ſuis legaliter & bona fide, omnes & ſingulos noſtros & *coronæ Regni Bohemiæ Principes Eccleſiaſticos & ſecula-*

res, ubicunque reſideant, noſtræ ditioni ſubjectos in omnibus & ſingulis ipſorum Privilegiis, literis, juribus, gratiis, libertatibus & immunitatibus tam in bonis, quam in hominibus ipſorum non offendere, imo verius ipſos & eorum quemlibet dictis privilegiis, literis, Juribus, & cæteris conditionibus prænotatis, libere gaudere & potiri permittere, & ad cautelam certitudinis amplioris, nos una cum principibus, Baronibus, Nobilibus, Civitatibus *Regni Bohemiæ* pro nobis, *hæredibus, & ſucceſſoribus* noſtris *Bohemiæ Regibus* ex una, dictus frater noſter una cum Baronibus, Nobilibus ac Civitatibus Moraviæ pro ſe, ſuiſque hæredibus & prohæredibus, *Marchionibus Moraviæ* parte ex altera, ſuper omnibus punctis, clauſulis, articulis & ſententiis prælibatis non per errorem aut improvide, ſed matura conſideratione prævia fecimus & præſtitimus corporalia juramenta, quæ etiam hæredes & ſucceſſores noſtri *Reges Bohemiæ* in poſterum in Coronatione ſua quam ac ad alia honorem & ſtatum *Regni Bohemiæ* concernentia, dictus *Marchio*, hæredes & prohæredes ſui, ſicut alii *Bohemiæ Principes* vocati venire debebunt, una cum Principibus, Baronibus, Nobilibus ac Civitatibus *Regni Bohemiæ* præfati, qui pro tempore fuerint, præſtare & facere tenebuntur. Hæredes quoque & Prohæredes ejuſdem noſtri fratris dictum *Marchionatum Moraviæ*, dum caſus vacationis ipſius evenerit, a nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris *Bohemiæ Regibus*, qui tamen eundem *Marchionatum*, dum honore ſolito quæſiti fuerint, infra limites *Regni Bohemiæ* abſque difficultate conferre debebunt, in *feudum per unius anni* ſpatium a die vacationis continuo revolvendi, cum debita ſolennitate recipient & facient, ac præſtabunt tempore ſuſceptionis, ſive infeudationis hujuſmodi, cum ſuis Baronibus, Nobilibus ac Civitatibus *Marchiæ* prælibatæ, ad inſtar patrum ſive Progenitorum ſuorum conſimilia juramenta, & ſpecialiter univerſi & ſinguli, Principes, Barones, Nobiles ac Civitates *Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ* prædictorum nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris *Regibus Bohemiæ*, ac præfato fratri noſtro, hæredibus & prohæredibus ſuis *Moraviæ*, ubi in caſu contra præfatam ordinationem, ſive diſpoſitionem in toto, vel in parte venire vellemus, aut alter ex nobis dictis tractatibus contrairet, conſentire non debent, aut in talibus obedire, per quæ præmiſſa omnia, vel alterum ipſorum poſſet diminui ſeu turbari. Supplentes omnem defectum ſi quis in literis &c. *Signum Serenis-*

Sereniſſimi Principis & Domini Domini Caroli IV. Romanorum Imperatoris. Datum *Pragæ Anno Domini* M.CCCLV. *Indicti-* A *one octava, quinto Calendas Octobris, Regnorum noſtrorum Anno decimo, Imperii vero primo.*

XLI.

Gerlaci, Archi-Epiſcopi Moguntinenſis, Electoris Imperii, Litera de jure & voce Bohemiæ Regum, & quod Bohemiæ Reges ad Electionem Imperatoris debent ſolenniter vocari, & quod poſſunt vel perſonaliter, vel per Oratores ſuos intereſſe Electioni. 1356.

Nos Gerlacus, Dei gratia Sanctæ Moguntinenſis ſedis Archi-Epiſcopus. Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, ad perpetuam rei memoriam.

DEſideratæ pacis laudanda præſidia, abſque Principum gubernatione felici, perſæpe tanquam navem remige deſtitutam dubiorum anfractibus fluctuare contingit, & tanto periculoſius & utique majore diſpendio, quanto *Rectores publicos*, *Illuſtres* videlicet *Principes*, quos *divina providentia* in conſolationem ſui fidelis populi clementer inſtituit, Juribus & potentia fuerint negligentius deſtituti. Quo fit, ut Principum quorumlibet immunitates, Nobilitates & jura diligenter cuſtodiri debeant & in ſua integritate ſervari, ac illorum maxime, qui tanquam fundamenta & columnæ fortiſſimæ *Sacri Imperialis Ædificii Thronum Cæſareum* gratis attolunt decoribus, quibuſque Dei gratia pia dignatione tradidit eum eligere, cujus potentia totius mundialis machinæ regitur *Monarchia*. Sane licet de juribus *Sereniſſimi Principis Domini Regis Bohemiæ Electoris*, *Illuſtriſſimi Comprincipis & Collegæ noſtri*, nulla ſit aut fuerit Juris ſeu facti dubietas, quin ipſe ab *Atavis*, *Proavis*, *Avis & Progenitoribus ſuis*, ad inſtar noſtri & quorumlibet aliorum *Coelectorum Principum in Electione Romani Regis ad Imperium* promovendi pleno jure ſit fruitus hactenus & fruatur, ſicut hoc luce clarius ſemper aparuit ab eo tempore, cujus apud homines memoria non exiſtit.

Tamen quia, nonnulli filii tenebrarum oculis cœcutientibus a divina luce remoti, in meridiana claritate palpitant, ſicut in noctibus, & offendicula & laqueos præparant iniquitatis & ſceleris diabolica invidia ſuggerente, jugum veritatis deferre præ mole graviſſimi ponderis coagulati mendacii nequeuntes, ſuper ipſis offendiculis corruunt, & ſuorum laqueis iniquorum conceptuum ſe involvunt, ut lucem tenebras judicent, & tenebras ipſam lucem; igitur ad abundantioris cautelæ præſidium, ut præfato *Se-* B *reniſſimo Principi Domino Regi Bohemiæ*, *Hæredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ* in perpetuum ſecurius caveatur & omnium dubietatum amputentur calumniæ; Et ne quibuslibet otioſe loquentibus malignandi materia relinquatur, animo deliberato, non per errorem aut improvide, ſed multa inveſtigatione prævia & a multis veridica informatione recepta maturo conſilio, una cum *Univerſis aliis Coelectoribus*, C *Comprincipibus*, & *Collegis Noſtris*, *tam ſpiritualibus*, *quam ſecularibus*, de certa noſtra ſcientia recognoſcimus, dicimus & dictante conſcientia publice profitemur: quod *Sereniſſimi Principes & Illuſtres Bohemiæ Reges ab Atavis*, *Proavis*, *avis & Progenitoribus* ſuis ab eo tempore, cujus apud homines, ſicut præmittitur, memoria non exiſtit, habuerunt, continue habent, & habere debent *Jus & vocem plene &* D *commode ad inſtar Noſtri & aliorum Comprincipum*, *Coelectorum & Collegarum noſtrorum tam ſpiritualium*, *quam ſecularium in Electione Romani Regis ad Imperium promovendi*, ita videlicet, ut quotieſcunque caſus talis electionis emerſerit, *Sereniſſimus Dominus Princeps Rex Bohemiæ*, qui pro tempore fuerit, ad celebrationem Electionis illius ſolenniter vocari debeat, & in ipſa *Electione* omnibus juribus ſuis, voce vide- E licet & loco, & aliis quibuslibet ad hoc ſpectantibus per ſe vel nuncios legitimos, & Ambaſſatores ſuos ad inſtar Noſtri & omnium aliorum *Comprincipum*, *Coelectorum & Collegarum Noſtrorum*, *tam ſpiritualium quam ſecularium*, qui ſunt & fuerint pro tempore, ſicut præmittitur, in omni reverentia & honore gaudere, ſicut de jure & more *Sacri Imperii Principes*, *Electores* talibus freti ſunt temporibus retroactis, quo F æque præfatus *Sereniſſimus Princeps*, *Dominus Rex Bohemiæ*, *Sacri Romani Imperii Archipincerna* conſiſtit, ac *Archipincernatus Officium*

C[illegible]cium coram *Imperatore* vel *Rege Romanorum in ſolemnibus Curiis* ſub *Corona Regali* exercere non debet, neque tenetur ad hoc, niſi illud velit facere ſpontanea voluntate. Poterit tamen juxta beneplacitum in præſentia *Imperatoris* vel *Regum Romanorum*, dum ſolemnes curias hujuſmodi celebrare contigerit, procedendo vel ſedendo, vel ſtando *Regalem geſtare Coronam*, ſicut

A hoc *Sereniſſimorum Principum Dominorum Regni Bohemiæ progenitorum & prædeceſſorum* ipſius conſuetudo laudabilis ab olim noſcitur obſervaſſe. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri & ſigilli noſtri volumus robore communiri. Datum *Metis Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo quinquageſimo ſexto, Dominico die, proximo ante feſtum Beatæ Luciæ Virginis.*

XLII.

Ruperti I. Comitis Palatini Rheni & Ducis Bavariæ S. R. Imperii Electoris, Diploma de Jure Electoratus in Romano Imperio, Regibus Bohemiæ competente Anno 1356.

Rupertus Dei gratia Comes Palatinenſis Rheni. S. R. Imperii Archidapifer & Dux Bavariæ, ad perpetuum rei memoriam.

DEſideratæ pacis laudanda præſidia, abſque Principum gubernatione felici, perſæpe tanquam navem remige deſtitutam dubiorum anfractibus fluctuare contigit: & tanto periculoſius & utique maiore diſpendio, quanto *Rectores publicos, Illuſtres* videlicet *Principes*, quos divina providentia in conſolationem ſui fidelis populi clementer inſtituit, juribus & potentia fuerint negligentius deſtituti. Quo fit, ut Principum quorumlibet immunitates, nobilitates & jura diligenter cuſtodiri debeant, & in ſua integritate ſervari: ac illorum maxime, qui tanquam fundamenta & columnæ fortiſſimæ *Sacri Imperialis ædificii, thronum Cæſareum* gratis attollunt decoribus, quibusque Dei gratia pia dignatione credidit eum erigere, cujus potentia totius mundialis machinæ regitur monarchia. Sane licet de Juribus *Sereniſſimi Principis, Domini Regis Bohemiæ Illuſtris Coelectoris, Comprincipis & Collegæ noſtri*, nulla ſit juris ſeu facti dubietas, quin ipſe ab Atavis, proavis, avis & Progenitoribus ſuis ad inſtar noſtri & quorumlibet aliorum *Coelectorum Principum in Electione Romani Regis* ad imperium promovendi pleno jure fretus ſit hactenus & fruatur, ſicut hoc luce clarius ſemper apparuit ab eo tempore, cujus apud homines memoria non exiſtit: tamen nonnulli filii tenebrarum oculis cœcutientibus a divina luce remoti in meridiana claritate palpitant, ſicut in noctibus, & offendicula laqueosque præparant iniquitatis & ſceleris, Diabolica invidia ſuggerente, jugum veritatis deferre præ mole graviſſimi ponderis coagulati mendacii nequeuntes, ſuper ipſis offendiculis corruunt, & ſuorum laqueis iniquorum conceptuum ſe involvunt, ut lucem tenebras ju-

B dicent & tenebras ipſam lucem.

Igitur ad abundantioris cautelæ præſidium, ut præfato *Sereniſſimo Principi Domino Regi Bohemiæ, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ* in perpetuum ſecurius caveatur, & omnes dubietatum amputentur calumniæ, & ne quibuslibet oblo-ſe loquentibus malignandi materia relinquatur animo deliberato non per errorem, aut improvide; ſed multa inveſtigatione

C prævia & a multis veridica informatione recepta, maturo conſilio una cum univerſis, aliis *Coelectoribus, Comprincipibus & Collegis ſpiritualibus quam ſecularibus*, de certa noſtra ſcientia recognoſcimus, dicimus & dictante conſcientia publice profitemur: quod *Sereniſſimi Principes & Illuſtres Domini, Boëmiæ Reges ab atavis, proavis & progenitoribus ſuis* ab eo tempore, cujus apud homines (ſicut præmittitur) memoria

D non exiſtit, habuerunt, continuo habent, & habere debent jus & vocem plene & omnimode ad inſtar noſtri *& aliorum Comprincipum Coelectorum noſtrorum tam ſpiritualium quam ſecularium, in electione Romanorum Regis ad Imperium* promovendi; ita videlicet, quotiescunque talis caſus electionis emerſerit, *Sereniſſimus Princeps Dominus Rex Bohemiæ*, qui pro tempore fuerit, ad celebrandam electionem ipſius ſolenniter vo-

E cari debeat, & in ipſa Electione omnibus juribus ſuis, voce videlicet & loco, & aliis quibuslibet ad hæc ſpectantibus, per ſe vel nuncios legitimos & Ambaſſiatores ſuos, & ad inſtar noſtri & omnium aliorum *Comprincipum, Coelectorum & Collegarum noſtrorum tam ſpiritualium quam ſecularium*, qui ſunt & qui fuerint, pro tempore (ſicut præmittitur) ſic cum omni reverentia & honore gaudere, ſicut de jure & more *Sa-*

cri Imperii Principes Electores temporibus
freti ſunt retroactis.

Quodque præfatus *Sereniſſimus Prin-*
ceps Dominus Rex Bohemiæ S. Romani Im-
perii Archipincerna conſiſtit & *Archipincer-*
natus officium coram *Imperatore* vel *Rege*
Romanorum in ſolennibus curiis *ſub corona*
Regali exercere non debet, neque teneri
ad hoc, niſi velit facere ſpontanea volun-
tate. Poterit tamen juxta beneplacitum
in præſentia *Imperatoris* vel *Regum Roma-*
norum, dum ſolennes curias hujuſmodi ce-
A lebrari contigerit, procedendo, ſedendo
vel ſtando, *Regalem* geſtare *coronam*: ſi-
cut hoc *Sereniſſ. Principum Dominorum Re-*
gum Bohemiæ Progenitorum & Prædeceſ-
ſorum ipſius, conſuetudo laudabilis ab olim
noſcitur obſervaſſe.

In cujus rei teſtimonium præſentes fie-
ri & ſigilli noſtri volumus robore commu-
niri. Datum *Metis Anno Domini M.CCC.*
LVI. proxima Dominica ante feſtum beatæ
B *Luciæ virginis.*

XLIII.

Fœdus perpetuum inter Reges Franciæ & Reges Bohemiæ. 1356.

Carolus Primogenitus Regis Francorum Dux Normandiæ, & Delphinus Viennenſis.

NOtum facimus tenore præſentium
univerſis. Quod ſicut pridem *Se-*
reniſſimus Princeps Dominus & Ge-
nitor noſter Joannes Rex Franciæ
dum eſſet in minoribus conſtitutus, animo
deliberato, cum *Sereniſſimo Principe Domino*
Carolo IV. Romanorum Imperatore ſemper Au-
guſto & Bohemiæ Rege Illuſtri Domino, & a-
vunculo noſtro chariſſimo, ſub anno Domini
1357. dum ipſe adhuc in minoribus conſti-
tutus foret, *pro ſe hæredibus & cæteris fratri-*
bus noſtris, videlicet *Ludovico Andegavenſi,*
Joanne Putamenſi Comitibus & Philippo fra-
tre noſtro juniore, tum ratione genealogiæ,
tum ratione ſinceriſſimæ dilectionis, qua
perſonam ipſius proſequebatur & affectu ſin-
cero proſequitur, fœdera circa colligationes,
promiſſiones & uniones inivit: prout literæ
utrinque datæ deſuper clarius atteſtantur;
ſic & nunc nos, qui ſupra *Normandiæ Dux*
in perſona noſtra eadem promiſſa & colligan-
tias ad inſtar promiſſorum veterum dicti *Ge-*
nitoris noſtri in Dei Salvatoris noſtri nomine
pro conſolatione Regnorum & grata ſalute ſub-
jectorum nobis ex utraque parte fidelium, ſi-
cut ex præcedentibus pactis rite quidem te-
neri dignoſcuntur, innovamus, firmamus,
& corroboramus ſub tenoribus infra ſcriptis.
In primis ſiquidem promittentes bona fide
ſine omni dolo & in *virtute juramenti* quod
deſuper ad Evangelia ſancta juramus, *pro*
nobis hæredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ
Regibus, quodamodo in antea ac etiam in
perpetuum ipſorum & cujuslibet ex eis Re-
gales, boni atque perfecti amici erimus, &
honorem uberem, ſtatum commodum, &
profectum eorum ſemper procurabimus, o-
mnibus modis & adjutoriis & ingeniis, ſicut
C unquam melius poterimus ac univerſum
damnum ipſorum, quod eis in perſonis, ho-
nore vel rebus irrogari poſſet, dum ad noſtri
notitiam pervenerit, fideliter avertemus, i-
pſoſque & eorum quemlibet ad reſiſtendum
omnibus eorum adverſariis & hoſtibus, qui
talia damna contra eos, ſeu eorum alterum
in præjudicium honoris, ſtatus & conditio-
nis eorum quomodolibet molirentur, & i-
pſos prædictos *Imperatorem & Regem Bohe-*
D *miæ adjuvabimus & fortificabimus tota no-*
ſtra potentia, conſilio & auxilio, & alio mo-
do, quo poterimus meliori & realiter & effe-
ctive adverſabimur & opponemus & omnibus
Regibus, Principibus & aliis cujuſcunque ſta-
tus, eminentiæ, aut dignitatis exiſtant, qui
ipſorum diſpendium ſeu verecundiam pro-
curarent, & honorem, profectum & ſtatum
eorum *cuſtodiemus Regaliter juxta poſſe*. Et
ne poſt amicabilis hujuſmodi unionis & a-
E micitiæ gratam concordiam aliquæ dubieta-
tes inter nos utrobique quacunque ratione
conſurgant, & ut futuris ſcandalis via, ſeu
materia præcludatur, promittimus & ſpon-
demus fide & juramento, quibus ſupra pro
nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris in
quocunque ſtatu fuerimus, ſeu fuerint con-
ſtituti, quod ſupra dictum *Dominum Impera-*
torem cariſſimum avunculum noſtrum in poſ-
ſeſſione omnium & ſingularum Civitatum,
F terrarum, Caſtrorum, Juriſdictionum, Do-
miniorum, pertinentium & Jurium ad Impe-
rium Romanum quomodolibet ſpectantium,
ubicunque talia fuerint conſtituta, non im-
pediemus aut invademus ſeu de talibus præ-
dictis Juribus & poſſeſſionibus, ſicut expri-
muntur ſuperius nos intromittemus, vel in-
vadi, moleſtari, aut ſe de his intromitti con-
ſtituemus

ſtituemus, patiemur, aut ſuſtinebimus verbo facto vel ſuggeſtu, imo verius eum ad manutenendum prædicta, & eorum quo dlibet tota noſtra potentia tenebimur fideliter promovere; ſicut idem *Dominus Imperator Romanorum & Bohemiæ Rex* nobis vice verſa promiſit fide & juramento quibus ſupra, *Nos, hæredes & ſucceſſores noſtros* in quocunque ſtatu fuerimus ſeu fuerint in omnibus *Civitatibus, Caſtris, Terris, Juriſdictionibus,* Dominiis, pertinentiis & quibuslibet juribus ad nos, ſeu noſtra Dominia ſpectantibus, promovere fideliter, & in eorum ſeu earum poſſeſſione non impedire aut moleſtare ſeu A invadere aut nos moleſtari aut invadi conſtituere; imo verius promiſit fide & juramento, quibus ſupra, nobis ad manutenendum & conſervandum prædicta, auxilio, favore & conſilio modis expreſſatis ſuperius fideliter ſubvenire, ac ſupradictas uniones, confœderationes, & colligantias ſub omnibus conditionibus expreſſatis ſuperius, inviolabiliter obſervare. Quod ut firmum & ſtabile permaneat in futurum, præſentibus literis nos B fecimus apponi ſigillum. Datum *Metis*, anno Domini MCCCLVI. menſe Decembri per Dominum Ducem, præſente Domino Cancellario Franciæ.

XLIV.

Joannis Marchionis Moraviæ literæ, quibus

promittit, ſi eum per ſucceſſionem in Regem Bohemiæ coronari contigerit, quod nihil penitus ab eo Regno & Corona alienabit. 1356.

Nos Joannes Dei gratia Marchio Moraviæ.

NOtum facimus tenore præſentium univerſis, quod attendentes labores multiplicis & multæ circumſpectionis ſolertiam, quibus *Sereniſſimus ac invictiſſimus Princeps & Dominus Dominus Carolus IV. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, Dominus noſter gratioſus Regnum Bohemiæ* & felicem ipſius Coronam, feliciter exaltavit ut hujuſmodi providi laboris gratum exercitium effectu non careat; ſed quod per eum felici principio ortum ſuſcepiſſe dignoſcitur, ſolicitudine ſuccedentium ſibi *Regnum Bohemiæ* pro Regni gloria felici ſemper incremento proficiat & beatæ ſortis favore dilatetur; promittimus bona fide, ſine dolo & ſub juramento, quod ſuper eo ad ſancta Dei Evangelia corporaliter præſtitiſſe dignoſcimur pro nobis *hæredibus & ſucceſſoribus noſtris*, quod in eventum ubi juxta declarationes alias, quas prædicti Domini noſtri diſpoſuit laudanda proviſio, Nos, ſeu hæredes noſtros in *Regno Bohemiæ* continget voluntate divina ſuccedere quod tunc in eodem inſtanti prius & antequam nos aut dicti hæredes noſtri ad præfati *Regni* faſtigia coronemur & antequam de manibus *Pragenſis Archi-Epiſcopi* nos C ſeu dictos hæredes noſtros eandem coronam contingent ſuſcipere, in præſentia *Principum, Baronum, Procerum & Nobilium,* ac etiam Civitatum dicti *Regni Bohemiæ*, quos & quas tunc intereſſe continget ſeu qui commode poterunt & voluerint intereſſe, adhibitis ceremoniis & ſolennitatibus conſuetis debitis, publice jurabimus ſuper ſanctis Dei Evangelicis, tacto ligno Crucis Sanctæ, quod nunquam aliquo tempore, D *Principatus, Dominia, Vaſallagia, Vaſallatus* & partem *Bohemiæ* alienabimus.aliquo etiam alienationis titulo, quibuſcunque valeat ſpecialibus vocabulis deſignari, imo verius prædictum *Regnum* Principatus, Dominia, Vaſallatus & pertinentias ipſius, in ſua plena & perfecta integritate, & plene abſque diminutione ſervabimus & ad incrementum talium Principatuum, Dominiorum, Vaſallatuum & pertinentiarum E *Regni & Coronæ Bohemiæ* intendemus continuo, ſerventibus deſideriis, bona fide & juxta noſtrarum virium facultatem. Præſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum, Datum *Pragæ Anno Domini* M.CCC.LVI. *die ad vincula S. Petri Apoſtoli glorioſi.*

XLV.

Literæ Civitatum Marchionatus Moraviæ,

quod literis infeudationis Joannis Marchionis Moraviæ & Conditionibus iſtic expreſſis ſatisfacere velint & obligantur. Ubi etiam de decreto ſucceſſionis Filiorum Regum Bohemiæ in Regnum & Marchionatum Moraviæ mentio fit 1356.

§. I. Civitatis Olomucenſis.

NOs *Pezoldus* Advocatus Milotha, *Joann* de Gewezka *Nicol.* Berhardi & *Adam* Conſules. *Nicol.* Poten-Walder, *Matthias* Carnifex, *Ula* de Praga, *Joan.* Himundi *Cunzmannus* Tyſſnerii, *Stenslinus* Strauhing & *Zdenco*, Jurati Cives Civitatis Olomuczenſis qui nunc ſumus actu aut pro tempore erimus in futurum; Notum facimus tenore præſentium Univerſis: Quod, quia in literis Magnifici & Excellentiſſimi Principis Domini *Joannis Marchionis Moraviæ*, Domini noſtri gratioſi, quas ipſe ſano Baronum & Procerum ſuorum accedente conſilio animo deliberato, non per errorem, ſed ex certa ſcientia, Sereniſſimo ac invictiſſimo Principi & Domino, *Carolo Romanorum Imperatori* ſemper Auguſto, & glorioſiſſimo *Bohemiæ Regi* ſuper recognitionem feudi *Marchionatus Moraviæ*, & ejus pertinentiis dedit, quædam ſpecialis clauſula repetitur expreſſa. Cujus tenor, ſive ſententia ſequitur in hæc verba: *Et quamvis de jure communi & poſitivo conſtat, &* uſque *in prænotatis caſibus quomodolibet removeri.* Conſiderato nihilominus & extra formam præcedentis articuli diligenter inſpecto: Quod ſi conſortes ſive Conjuges prædicti Domini noſtri *Imperatoris & Regis Bohemiæ*, nec non *Marchionis Moraviæ*, ſeu earum alteram in tempore obitus, alterius Dominorum prædictorum prægnantem, ſeu prægnantes fore contingeret, quæ tunc proles ipſa, ſi maſculina fuerit, patri ſuo juxta formam expreſſam in præcedenti articulo, ſine qualibet difficultate ſuccedet; ſi vero fœmella fuerit, quod tunc provideatur eidem ſicut ſuperius eſt expreſſum. Adjecit etiam Dominus *Imperator & Rex Bohemiæ* prædictus & ſimiliter extra articulum contentum in literis inſeudationis prædictæ, ad abundatioris cautelæ præſidium, rite decrevit, quod in ſupra dictis Principatibus videlicet *Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ Primogenitus* in Regem ſive Marchionem aſſumi debeat, aut eo non exſtante, *ſecundo genitus* vel in defectu ſecundigeniti, ſi fortaſſe non fieret, *tertio genitus*, vel *quarto genitus*, vel *quintogenitus*, quotquot fuerint, & ſicut ſe caſus obtulerit vitæ ſive mortis eorum, ſic quod dignitas *Regni & Coronæ Bohemiæ* & *Marchionatus* ſimiliter penes illum remaneat, qui paterno ſtipiti Regis vel Marchionis conſpicietur in procedente linea fore propinquior, ea conditione, quod ſi primo genitus, ſecundo genitus, tertio genitus, quarto genitus, ſeu

A quinto genitus, quotquot etiam fuerint ante obitum Patris decederent, & quilibet eorum maſculinos hæredes filios poſt ſe dimitteret, tunc *Regnum* prædictum *Bohemiæ* ad filium primogeniti Regis, & Marchionatus ad filium primogeniti Marchionis ſine difficultate qualibet devolventur, cum quilibet eorum paterno ſtipiti propinquior videatur. Si vero primo genitus non quidem filium, ſed nepotem & ſecundo ge-
B nitus filium poſt ſe dimitterent, tunc Principatus hujuſmodi ad filium ſecundo geniti, non ad Nepotem primogeniti devolventur, & hoc idem eſt de filiis & Nepotibus tertio geniti, quarto geniti, quinto geniti, & ſic de ſingulis perpetuo ſentiendum. Cum ubique filius ſecundo genitus paterno ſtipiti propinquior, quam nepos primogeniti, & etiam Nepos ſecundi geniti eidem paterno ſtipiti vicinior, quam utique pro-
C nepos primo geniti videatur. Nos igitur ad mandatum Domini Marchionis, quod ab ipſo tanquam vero & naturali Domino noſtro reverenter accepimus, & de certa ipſius ſcientia non per errorem, aut improvide, ſed matura deliberatione prævia, nobis ob hoc pluries in conſilium convocatis, de verbo, ſcitu, voluntate & expreſſo conſenſu ſeniorum & Univerſitatis noſtræ promittimus & bona noſtra fide, ſine dolo
D ſpondemus, præfato Domino noſtro *Imperatori & Bohemiæ Regi*, tanquam *Bohemiæ Regi*, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis *Regibus Bohemiæ* prædicta omnia & eorum quodlibet ſub omnibus ſententiis, punctis, & verborum declarationibus, ſicut prius invenitur expreſſum in caſibus declaratis ſuperius, quando ſeu quoties emerſerint, attendere, obſervare & adimplere, & offerente ſe caſu juxta ſententiam, quæ decla-
E ratur ſuperius tam in articulo prænotato, alias in literis inſeudationis contento, quam in aliis adjunctis eidem, ad præfatum Dominum Imper. & *Regem Bohemiæ* tanquam *Bohemiæ Regem*, hæredes & ſucceſſores ſuos *Reges Bohemiæ*, tanquam ad verum & naturalem Dominum, fide homagio, & obedientia habere reſpectum, ſibique in dictis caſibus, ſecundum formam præcedentis articuli & aliarum declarationum, quæ ex-
F primuntur ſuperius, vel ſuis hæredibus & ſucceſſoribus *Regibus Bohemiæ* tanquam veris legitimis, naturalibus & ordinarii Dominis noſtris in omnibus obedi[illegible], dum tamen præfati *Reges Bohemiæ* aut alter eorum, cujus juxta declarationum præcedentium ſententiarum tunc interfuerit filiabus,

Mar

Marchionatum Moraviæ Dominorum noſtrorum, ſi quas poſt ſe dimiſerint, rite provideant, ut præfertur. In cujus rei teſti-
A monium præſentes literas fieri, & ſigillo noſtræ Civitatis volumus communiri. Datum. &c.

XLVI.

§. II. Civitatis Brunenſis. 1356.

NOs *Jocobus de Roi Judex*, *& Nicolaus Ellendr*, pro nunc Magiſter Civium, *Nicolaus* Svveri, *Joannes Anshelmi*, *Henslinus* cum Rufis Crinibus, *Bernhardus de Wiſchovv*, *Henricus Fuſchſo*, *Haimlinus Pellifex*, *Henslinus* piſtor, *Bouſchus de Thuſabitez*, *Peſchlinus Smelicztini*, *Henricus Tuchs*-
B *lini & Siglinus de Slapanitz*, Jurati Cives Civitatis *Brunenſis*: notum facimus tenore præſentium univerſis. Quod, quia &c. In cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri & ſigillo noſtræ Civitatis voluimus communiri. Datum ibidem in *Bruna in Vigilia S. Laurentii Martyris anno Domini M. CCC. LVI.*

XLVII.

§. III. Civitatis Jglavienſis.

N*OS Haimannus de Broda Teutanicali judex*. *Heinczlinus Pronczlaber*, *Magiſter Civium*, *Cunclinus Hersvvici*, *Nicolaus Monachus*, *Ulricus de Heyczmadorff*, *Jacobus de Pylgrenis*, *Jacobus Richnaver*, *Chuntmannus Styslai*, *Martinus Dalsator*, *Petrus de Polna*, *Michael Heydenrici*,
C *Fridmannus Haslauer*, *Nicolaus Peſchil*, *jurati & Cives Iglavienſis Civitatis*; Notum facimus tenore præſentium &c. In cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri, & Sigillo noſtræ Civitatis voluimus communiri. Datum ibidem in *Iglavia in Vigilia S. Laurentii Martyris anno Domini M. CCC. LVI.*

XLVIII.

Quibus conditionibus Civitates Dotalitiæ Reginis Boëmiæ concedantur. 1363.

Civitas Grecenſis

Nos judex, Jurati, & univerſitas Civitatis Grecenſis.

NOtum facimus tenore præſentium univerſis. Quia Sereniſſimus ac Invictiſſimus Princeps & Dominus *Corolus Quartus*, divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & *Bohemiæ Rex Illuſtris*, animo deliberato, ſano Principum, Baronum & Procerum ejus accedente Conſilio, de certa ſua ſcientia Sereniſſimæ Principi & Dominæ, Dominæ *Eliſabeth Romanorum Imperatrici* ſemper Auguſtæ, & Bohemiæ Reginæ Illuſtri legitimæ ſuæ conſorti Dominæ noſtræ granoſæ, *Civitatem noſtram* prædictam cum certis aliis Civitatibus, quæ in literis ejuſdem Domini noſtri expreſſantur diſtinctius, cum omnibus cenſibus, redditibus, fructibus, utilitatibus, Judiciis, Dominiis, & univerſis pertinentiis ſuis, in quibuſcunque rebus conſiſtant, quibus etiam nominibus valeant appellari, nullo penitus excepto, *in verum, juſtum & ordinatum dotalitium*, ſicut dotalitiorum Reginalium Jura depoſcunt, ad tempora vitæ ipſius Dominæ noſtræ prædictæ dedit, contulit & donavit, modis & conditionibus infra ſcriptis, videlicet: Quod
D eadem *Sereniſſima Princeps & Domina noſtra*, & nos cum ea ſimiliter Domino noſtro Rege Boemiæ, qui pro tempore fuerit, tota potentia, omni fide, & diligentia adverſus quoslibet invaſores *Regni & Coronæ Boemiæ*, & in procurandis, manutenendis ac defenſandis Juribus, commodis, profectibus ac honoribus ejuſdem *Regni & Coronæ* pariter debeamus aſſiſtere, ac ipſi *Boemiæ Regi* Domino noſtro, nullis unquam temporibus adverſari,
E quodque *Dominus noſter Rex Boemiæ*, qui pro tempore fuerit, præfatam Sereniſſimam Principem Dominam noſtram teneatur & debeat in hujuſmodi ſuo dotalitio, tam in Civitate noſtra, quam in locis aliis, ubi hoc juxta formam literarum Domini noſtri prædicti ſibi datum, collatum & aſſignatum fore cognoſcitur, toto tempore vitæ ejus Dominæ noſtræ benigne magnifico & favorabili patrocinio defenſare, neque eidem Dominæ no-
F ſtræ injuriam ac violentiam in eo facere, ſeu facienti conſentire, dare vel concedere operam vel favorem, ſic tamen quod mox defuncta ſupra dicta Sereniſſima Domina noſtra omnes Civitates, caſtra, reditus, proventus &

tus & pertinentiæ talis dotalitii, ut præmittitur, ad Dominum noſtrum Regem Bohemiæ, qui pro tempore fuerit, abſque impedimento ſeu difficultate qualibet libere revertantur. Sique poſt obitum præfati *Sereniſſimi Principis, Domini noſtri Imperatoris & Boemiæ Regis* (quem Deus omnipotens benigna ſua miſericordia in longæva ſanitate cuſtodire dignetur) præfata Domina noſtra *Imperatrix & Baemiæ Regina* ad ſecundas nuptias convolaret, ex tunc, dum Rex *Boemiæ*, qui pro tempore fuerit, eidem Dominæ noſtræ *ſex millia ſexagenarum groſſarum Pragenſium & currentis monetæ* perſolverit in parata pecunia, integraliter & complete ſtatim ad ipſum *Regem*, qui pro tempore fuerit, nec non *Regnum & Coronam Baemiæ* reſpectum habere debebimus, ſicut etiam promiſimus & tenemur; ideoque ad mandatum ſingulare ſupra dicti *Sereniſſimi Principis* & A Domini noſtri *Imperatoris & Boemiæ Regis* animo deliberato ſano præcedente conſilio de verbo, ſcitu & expreſſa voluntate totius univerſitatis noſtræ, nobis ob hoc pluries ad conſilium convocatis ſuper omnibus & præfatis ſuperius de verbo ad verbum, prout expreſſa ſunt. Et ſicut in literis ejuſdem Domini clariore diſtinguuntur notitia, præfatæ Dominæ noſtræ fidelitatis homagium fecimus, & facimus, promiſimus & promit-B timus, juravimus & juramus, ea, ſicut expreſſa ſunt, rata, grata & accepta habere, & tenere tanquam fideles ſubditi, & non contra facere vel venire verbo, vel facto, publice vel occulte. Præſentium ſub noſtræ Civitatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum *in ſupra dicta Civitate noſtra Gretz. Anno Domini M.CCCLXIII. in vigilia Sanctæ Ludmillæ Martyris glorioſæ.*

XLIX.

Joannis Marchionis Moraviæ Literæ Univerſales, & obligationes Regno Bohemiæ factæ. 1366.

Nos Joannes Dei gratia Marchio Moraviæ.

NOtum facimus tenore præſentium Univerſis; quod licet alias *Sereniſſimus ac Invictiſſimus Princeps & Dominus, Dominus Carolus IV. divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex Illuſtris Dominus noſter gratioſus* tanquam *Bohemiæ Rex* nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris legitimis, *Marchionibus Moraviæ* ſexus maſculini inſignem & *Illuſtrem Principatum, Marchionatum Moraviæ* cum attinentiis & pertinentiis ejuſdem Principatus *Vener. Olomucenſ. Eccleſiæ*, & Illuſtri *Oppaviæ* Ducatu duntaxat exceptis, propter *Bernam Regiam* generalem in bonis Epiſcopalibus dictæ Olomucenſis Eccleſiæ, quæ ad nos hæredes & ſucceſſores noſtros *Marchiones Moraviæ* pertinet, prout in aliis litteris deſuper editis plenius eſt expreſſum, in *feudum* illuſtre & inſigne conceſſerit. Noſque dictum *Marchionatum* cum ſuis pertinentiis, ut præfertur, a præfato Domino noſtro Imperatore, ut a *Rege Bohemiæ*, in *feudum* ſuſcepimus, & fidelitatis, homagii, ſubjectionis & obedientiæ, ſicut in ſuſceptione feudorum conſuetum eſt fieri, ſibi, ut *Regi Bohemiæ*, præſtitimus corporalia juramenta, ſicut etiam noſtri hæredes & ſucceſſores legitimi *Marchiones Moraviæ* maſculini ſexus, eundem *Marchionatum* cum attinentiis ejuſdem ab ipſo, ut a *Rege Bohemiæ* & a *Corona Regni* ejuſdem, C in feudum recipere tenebimur & habere, ea tamen conditione notanter adjecta, quod idem *Marchionatus* cum pertinentiis ſuis in eum caſum, ubi nos, hæredes & ſucceſſores noſtri legitimi *Marchionatus Moraviæ* ſexus maſculini ſine hæredibus maſculini ſexus legitimis decederemus, ad ipſum, ut ad *Regem Bohemiæ*, hæredes & ſucceſſores ſuos *Reges Bohemiæ*, & ad *Coronam* ejuſdem *Regni* immediate devolvatur, ſicut præmiſſa omnia D in aliis literis deſuper confectis ſunt expreſſa. Nos tamen ex fidelitate & dilectione debitis commoditatibus dicti Domini Imperatoris hæredum & ſucceſſorum ſuorum prædictorum providere cupientes ſibi bona fide abſque omni dolo, & ſub juramento, quod deſuper viva voce ad Sancta Dei Evangelia corporaliter præſtitiſſe dignoſcimur pro nobis noſtriſque Hæredibus & ſucceſſoribus *Marchionibus Moraviæ* promiſimus, quod E homines ipſorum *feudatarios, Vaſallos & alios quoslibet ſubjectos, Barones, Nobiles & Ignobiles, Eccleſiaſticos & ſeculares* contra ipſorum voluntatem & in præjudicium ipſorum, quantum in nobis eſt, quæ in *Regno Bohemiæ* obtinent, nunquam defendemus, protegemus, proloquemur, manu tenebimus, nec ipſos tuebimur in futurum. Sicut etiam ipſe, hæredes & ſucceſſores ſui prædicti contra noſtram hæredum & ſucceſſorum noſtrorum *Marchionum Moraviæ* voluntatem

lunratem, & in noſtrum præjudicium noſtros homines feudatarios, Vaſallos & alios quoslıber ſubjectos Barones, Nobiles & Ignobiles Eccleſiaſticos & ſeculares, qui in *Marchionatn Moravia* bona obtinent, & in eisdem bonis defendere, manutenere, protegere, proloqui, aut tueri aliqualiter non debent. Notanter etiam pro nobis, dictis noſtris hæredibus & ſucceſſoribus noſtris *Moravia Marchionibus*, ſibi, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis, *Bohemia Regibus* animo deliberato & de certa noſtra ſcientia bona fide ſine omni dolo promiſimus, & ſuper eo Baronum & fidelium noſtrorum communicato conſilio ſano & maturo promittimus per hæc ſcripta, quod nos & dicti noſtri hæredes ſucceſſores *Marchiones Moravia* præfatum *Regnum Bohemia*, attinentias & pertinentias ejuſdem ſingulas a dicto Domino noſtro, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis prædictis, jure Eccleſiaſtico vel Civili aut facto tacite vel expreſſe per nos, alium ſeu alios, aliqua occaſione, ratione vel cauſa directe vel indirecte, quantum in nobis eſt, ſine omni dolo invadi non permittimus, nec ipſum *Regnum Bohemia* aliqualiter impetimus, niſi in eum caſum, ubi dictum Dominum noſtrum Im-

A peratorem, hæredes & ſucceſſores præfatos abſque hæredibus legitimis maſculini ſexus decedere contingeret, quia tunc dictum *Regnum Bohemia* cum attinentiis & pertinentiis ſuis ad nos, hæredes & ſucceſſores noſtros *Marchiones Moravia* eſſet devolutum & nos, hæredes & ſucceſſores noſtri præfatum *Marchionatum* cum attinentiis & pertinentiis ſuis a dicto Domino noſtro Imperatore, ut a *Rege Bohemia, haredibus & ſuc-*

B *ceſſoribus, Regibus Bohemia, & a Corona Regni* prædicti in *feudum Illuſtre & inſigne* recipere, & omni tempore tenere debebimus, prout in aliis literis deſuper traditis plenius eſt expresſum. Quas literas in omnibus ſuis clauſulis, ſententiis, tenoribus & punctis, ſicut ſcriptæ ſunt, in ſuo robore per omnia volumus remanere, & ad omnia & ſingula prædicta & eorum, quodlibet prout expreſſantur ſuperius, obſervanda, nos bona fide, abſque o-

C mni dolo, virtute corporalis juramenti prædicti de certa noſtra ſcientia obligamus, Præſentium ſub appenſo majori noſtro ſigillo, teſtimonio literarum. Datum *Praga* Anno 1366. *in die Sanctorum Tiburtii & Valeriani Martyrum.*

L.

Ludovici Hungariæ & Poloniæ &c. Regis, & Eliſabethæ conſortis ſuæ, literæ, quibus promittunt ſub juramento pro ſe & futuris Regibus Hungariæ & Boëmiæ in perpetuum, quod nunquam ad Regnum Bohemiæ & Principatus ejuſdem Regni Coronæ velint aſpirare, aut eos ſibi quocunque modo vendicare, & præcipue Ducatus VVratiſlaviæ, & alios Ducatus, ac terras in literis eorum contentas &c. nec quemquam ex Subditis Regni Bohemiæ ad protectionem & ſubjectionem recipere. 1372.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Poloniæ &c.

NOtum facimus univerſis, quibus intereſſe vel intereſſe poterit in futurum per præſentes; quod ob ſingularem internæ charitatis ardorem, quo *Sereniſſimum ac Invictiſſimum Principem & Dominum, Dominum Carolum IV. Romani Imperii ſemper Auguſtum, & Bohemiæ Regem Illuſtrem, Sereniſſimam Principem, Dominam Eliſabeth*, Romanorum Imperatricem, & *Bohemiæ Reginam*, ſororem noſtram, & Illuſtrem *ac Magnificum Principem Dominum Wenceslaum, Bohemiæ Regem præfati Domini Imperatoris filium, ac illuſtres Principes, Dominos Joannem & Jodocum ejus primogenitum, Marchiones, & Dominos terræ Moraviæ*, fratres noſtros chariſſimos, cæterosque filios ac hæredes ipſorum, pio fraternoque ſinceritatis zelo complectimur, ipſis animo deli-

D berato, non per errorem aut improvide ſed maturo Principum Eccleſiaſticorum & ſecularium, Comitum, Baronum ac Nobilium noſtrorum, fidelium ad hoc accedente conſilio, & ex certa noſtra ſcientia pro nobis ac *Sereniſſima Principe, Domina Eliſabeth, conſorte noſtra chariſſima, Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ &c. Regina*, nec non *Hæredibus, hæredum hæredibus & ſucceſſoribus noſtris Hungariæ, Poloniæ,*

E *Dalmatiæ &c.* Regibus in perpetuum promiſimus & promittimus bona fide, dolo & fraudibus quibuslibet procul motis, & ſub eo juramento corporali, quod nos & prædicta Domina, conſors noſtra chariſſima Regina Hungariæ ſuper lignum vivificæ crucis, & ſuper Dei Evangelia in manus Reverendi in Chriſto Patris Domini *Joannis Patriarchæ Alexandrini* Apoſtolicæ ſedis legati

præſtitimus, quam tam nos, quam eadem *Domina Regina, hæredes & ſucceſſores noſtri*, nunquam nos vel hæredes noſtri, & hæredum hæredes & ſucceſſores aſpirare debemus nec volumus ad vendicandum aut uſurpandum nobis vel ipſis aut alicui ex nobis *Regnum Bohemiæ, Principatus ſeu Principes aut Prælatos Eccleſiaſticos ſive ſeculares*. Et ſignanter ſpecifice & expreſſe ejuſdem *Regni & Coronæ Bohemiæ Principes, Principatus & Ducatus videlicet Wratislaviæ, Suidniciæ, Jaurenſis, Munſterbergenſis, Lignicenſis, Bregenſis, Olsnicenſis, Glogovienſis & Croſſii, Saganenſis, Oppolienſis, Falckenbergenſis, Strilitzenſis, Theſſinenſis, Ratiborienſis & Oppaviæ, Koslenſis, Bytonenſis, Uſvicienſis, Stinaviæ & Gorenſis*, nec non *Marchionatus Moraviæ, Luſatiæ Budiſſinenſis & Gorlicenſis*, ſeu alios eorum quoſcunque *Principatus, Ducatus, terras, homines, Dominia, Civitates, Caſtra*, ſeu quaslibet pertinentias eorum communiter & diviſim, in genere ſeu in ſpecie, ſive in *Bohemia, Moravia, Sileſia, Polonia, Saxonia, Bavaria, Franconia*, ſeu alias ubicunque locorum exiſtant, vel ad vendicandum ſeu uſurpandum nobis, qualcunque vel alicujus eorum metas, granitias, Gades ſeu terminos aut jura, libertates, pertinentias, conſuetudines, vel obſervantias; quæ, ſeu quas ad præſens tenent, habent & poſſident ſeu authore Domino, adipiſci, habere, tenere, obtinere vel poſſidere poterunt, aut debebunt, quomodolibet in futurum. Seu etiam quæcunque alia ad ipſos quovis modo ſpectantia ubicunque ſita, quæ non ſunt nominatim, incluſa præſentibus, etiamſi talia ſorent, de quibus hic fieri deberet vel poſſet mentio ſpecialis. Et in eum caſum, ſi hujuſmodi eorum *Principes, Principatus, Ducatus, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Milites & Clientes, Cives, Civitates, oppida, Caſtra, aut Univerſitates terræ ſeu homines*, aut eorum aliquis vel aliqui ſe voluntarie ſeu ſponte, libere offerent, offerre vellent, vel quovis modo deliberarent, ſubdere, ſubjicere vel offerre, quod ex nunc, prout ex tunc promittimus & ſpondemus, pro nobis & omnibus & ſingulis ſupradictis ſub juramento & fide præfatis, tales vel talem nullatenus aſſumere, recipere, ſeu aliquatenus acceptare, quibuſcunque adinventionibus ingenio vel colore quæſitis. In cujus rei teſtimonium præſentes noſtræ Majeſtatis, & ejuſdem Dominæ *Reginæ*, conſortis noſtræ chariſſimæ, ſigillis authenticis ſimplicibus appenſione juſſimus communiri. Datum in *Wyſſegrad in feſto Sanctæ Trinitatis anno Domini M. CCC. LXXII.*

LI.

Sigiſmundi Hungariæ Regis literæ, quibus cedit juri ſuo, quoad ſucceſſionem in Regnum Boëmiæ Joanni Duci Görlicenſi, & Marchioni Luſatiæ fratri ſuo, atque in his literis mentio quoque fit de ſucceſſione in Regnum Filiorum Regum Bohemiæ. 1388.

Sigiſmundus Dei gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Marchio Brandenburgenſis &c. Univerſis & ſingulis Principibus Eccleſiaſticis & ſæcularibus, Vaſallis, Homagialibus, Comitibus, Nobilibus, Baronibus, Clientibus, Judicibus, Magiſtris Civium, Conſulibus, Juratis, Ruſticis, Villanis, & incolis Civitatum, Oppidorum, & Villarum, ac locorum quorumcunque, nec non omnibus & ſingulis ſubditis & Fidelibus Regni Bohemiæ, cujuſcunque ſtatus, conditionis vel præeminentiæ fuerint, aut quibuſcunque ſpecialibus vocabulis nuncupentur, præſentibus & futuris, nobis ſincere dilectis, ſalutem & omne bonum.

Quia pridem *Sereniſſimo Principi, Domino Wenceslao, Romanorum Regi ſemper Auguſto, & Boëmiæ Regi Illuſtri, fratri noſtro chariſſimo*, bona & ſufficienti deliberatione præhabita ſpecialiter propter ſingularis amoris affectum, quem *ad Illuſtriſſimum Principem, Dominum Joannem Ducem Gorlicenſem & Marchionem Luſatiæ, fratrem noſtrum chariſſimum*, naturæ quadam inclinatione tenemur, ad ejus etiam honores & profectus augendos, ex vinculo ſanguinis obligamur, ſcientes indulſimus, annuimus, conſenſimus, & plenam ac omnimodam facultatem, poteſtatem & libertatem conceſſimus & donavimus, ut ipſe *inſigne Regnum Boëmiæ*, & ejuſdem *Regni Coronam*, in quo nobis ex donatione paterna ac ſucceſſionis ordine, tanquam poſt dictum *Dominum Wenceslaum fratrem noſtrum, ſeniori Divi Imperatoris noſtri filio*, in caſu, quo ipſum (quod abſit) legitimis Hæredibus non relictis, præmori contingeret, plenum jus competit ſuccedendi, uni Noſtrum, videlicet inter nos

nos & præfatum *Dominum Ducem Johannem*, qui ſibi ex nobis magis placuerit, & ad quem propria & ſpeciali affectione ac libera voluntate trahetur ſine alterius ex nobis & ſignanter noſtri reclamatione & renitentia aliquali in vita vel in morte, quomodo, vel quando ſibi placuerit dare, donare, legare & eundem ex nobis cui legaverit ſeu dederit *Regnum* præfatum coronari facere & ſubjectionem & fidelitatem quorumvis ſubjectorum *Regni Bohemiæ* ſibi B fieri diſponere & ordinare valeat ac poſſit, prout hoc ipſum in aliis *Noſtræ Majeſtatis literis dicto Domino VVenceslao fratri noſtro* datis deſuper ſufficientibus continetur, idcirco in caſum quo ipſe *frater noſter Dominus VVenceslaus Romanorum Rex* in vita vel in morte præfato *fratri noſtro Domino Duci Joanni Regnum Boemiæ* prædictum concederet, vel donaret & non nobis ex tunc vos omnes in genere, vel C veſtrum quemlibet in ſpecie animo deliberato & de certa ſcientia, ac noſtra libera voluntate de omnibus & ſingulis promiſſionibus juramento nobis factis, quibus nos ex fide facta, vel alias quomodolibet ex ſucceſſionis ordine ſive jure aſtricti tenemini quo quomodo abſolvimus, liberos dicimus & dimittimus ac tenore præſentium A libertamus; mandantes vobis virtute præſentium ſerio quatenus, ſicut præmittitur, dictus *Dominus VVenceslaus dicto Domino Duci Regnum Bohemiæ* concederet vel donaret, quod ex tunc ad eundem *Dominum Ducem Joannem* ad quem vos ex nunc, prout ex tunc transducimus, tanquam *verum & naturalem & ordinarium Dominum veſtrum & hæredes ſuos legitimos* & ad nullum alium reſpectum habere, & eidem fidelitatem juramenta, & ſubjectionem facere & parere, & obedire modis omnibus debeatis. In caſu vero quo vos omnes vel aliqui ex vobis præſentia mandata noſtra literalia non curaretis advertere, nec eiſdem forſitan obedire ex tunc promittimus ſine dolo bona fide noſtra, quod vos omnes, & veſtrum quemlibet, dum ad nos perſonaliter veneritis, aut nuncii aut Procuratores veſtri mandatum veſtrum ac poteſtatem habentes veſtro nomine venerint, de juramentis promiſſionibus & fidelitatibus, quibus nobis aſtricti tenemini, quocunque vivæ noſtræ vocis oraculo abſolvemus & liberos dimittemus. Præſentium ſub Regiæ noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum *Semphæ Anno Domini* M. CCCLXXXVIII. *die 3. menſis Junij.*

LII.

Salvus Conductus datus a Cæſare Friderico Bohemis ut Comitia Viennæ celebrare poſſint. 1447.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux, Comesque Tyrolis.

D NOtum facimus tenore præſentium univerſis: quia Magnifici Barones, Nobiles, Milites & Clientes, Civitates & communitates inclyti Regni Bohemiæ, per ſuos nobiles oratores, ex parte totius *Regni* nobiſcum hic Viennæ conſtitutos cum noſtra Majeſtate de Dieta generali ad feſtum ſancti *Michaëlis* proxime futuri in Civitate Viennenſi celebranda præſentialiter concluſerunt, & convenerunt, ad quam quidem dietam ex ipſo inclyto E *Regno* quam plurimi, *Barones*, *Nobiles*, *Milites*, *Clientes Civitatum & Communitatum Oratores* dante Domino ſunt acceſſuri. *Nos* autem volentes, ut ipſi omnes in terris noſtris plena libertate & ſecuritate gaudeant & fruantur, *Nobilibus Ulrico de Roſenberg*, *Meinhardo de nova Domo*, *Alſſio de Sternberg*, *Georgio de Kunſtadt & de Podiebrad*, *Nicolao de Zagiecz de Hazenburg & de Coſt*, *Haſſkoni de VValdſtein &* F *Hinkoni Cruſſina de Lichtenburg*, *Zbynkoni Zagiecz de Hazenburg*, *Joanni de Nova domo & de Telcz*, *Hynkoni dicto Kruſſina de Sovamberg*, *VVenceslao de Michalowicz*, *Joanni de Ritzmberg alias de Rabe*, *Joanni de Dieczin & Burjan de Kutsſtein*, *Henrico de Duba & Lippa*, *Alſſio de Zieberg Borſſoni de Oſſek*, *Wilhelmo de Rieſenberg & de Swihow*, *Georgio de Dube & de VViſenburga*, *VVilhelmo & Alſſio de Sſumburga*, *Joanni & Henrico de Straz*, *Henrico de Michalowitz*. *Joanni de Potenſtein & de Zambach*, *Hynkoni de VValdſtein & de Skal*, *Blanksſteinio de Bleiksſtein*, *Joanni dicto Zagimacz de Kunſtat*, *Zdenkoni de Rozmital*, *Jarolsrao dicto Plichta do Zyrotin*, *Diethrzichoni de Janowitz & de Chlumecz*, *Henrico de Kolowrat*, *Jenczoni de Janovicz & de Petersburg*, *VVilhelmo de Elburg*, *Joanni de Guttſtein*, *Joanni dicto Kolda de Zambach & de Nachod*, *Joanni de*

ni de Kolowrat & de Bezdruzicz, *Henri-* A *co dicto Berka de Dube*, *Kunſſio dicto Rozhoſs de Duba* reſidenti in *Koſtelecz*, Baronibus; ac ſtrenuo *Joanni de Ruſſinovo* Capitaneo diſtrictus *Czaslavocenſis*, & Conſilio ſibi deputato; *Dietrzichoni de Milčinka* Capitaneo diſtrictus *Hradeczenſis* & conſilio ſibi deputato, *Joanni de Suticz* Capitaneo diſtrictus *Gurimenſis* & conſilio ſibi deputato; *Bohuſſoni de Poſtupicz* Capitaneo diſtrictus *Chrudimenſis* & Conſilio ſibi B deputato, *Jacobo de VVrzeſowicz* Capitaneo diſtrictus *Lithomierziczenſis* & Conſilio ſibi deputato, *Joanni de Smirzicz*, *Przibikoni de Klenovo*, *Nicolao dicto Trezka de Lippa Zdenkoni de Poſtupicz Bedriko de Straznicz*, *Joanni dicto Pardus de Hradek*, *Nicolao & Joanni fratribus de Lobkowitz*, *Petro & VVenceslao de Swoyſſin VVenceslao dicto Czarda de Petrowiz*, *Joanni de Miliczin reſidenti Leſſeztna*, militibus & C Clientibus ac providis ac circumſpectis Civibus *antiquæ*, *novæ & minoris Pragenſis*, Montium *Kutnis*, *Grecenſium ſuper Albea Zaczenſium*, *Pilsnenſium*, *Taborenſium & Budicioveniſium*, *Glattowienſium*, *Lithomerzicenſium*, *VVurzimenſium*, *Lunenſium*, *Slanenſium*, *Beraunenſium*, *Auſtenſium Pieſczenſium VVodnianenſium*, *Brodenſium Bohemicalis*, *Colomenſium*, *Nymburgenſium*, *Tuſtenſium*, *Ariſtenſium ſuper* D *Albea*, Civitatum de aliis Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus & Civitatibus, qui per ipſum *Regnum* in legatione mitterentur, aut qui a ſe ipſis ad hujusmodi dictam venire deliberarent, conjunctim ſeu diviſim, ſive ſint ſpirituales, ſive ſeculares perſonæ, uſque ad numerum mille equorum & totidem perſonarum, noſtrum ſalvum & ſecurum damus & impartimur conductum ac integram libertatem: ita E quod hujuſmodi Barones, Nobiles, Cives & Oratores, cum eorum familiaribus & Comitiva uſque ad numerum prænotatum ad præfatam *Civitatem Viennenſem* ſuper feſto Sancti Michaëlis memorato, vel etiam ante, dum eis illud literis noſtris deſinuaverimus pro celebratione hujus modi dictæ, accedere, venire, omniaque negotia neceſſaria & opportuna tractare ac practicare, illiſque concluſis, vel non concluſis ad ipſorum propria ſecuri & liberi valeant remeare ſalvis omnibus ipſorum rebus pariter & perſonis. quem quidem ſalvum conductum promittimus ipſis ſub verbo noſtro regio firmiter tenere & obſervare a data præſentium juſque feſtum *Sanctæ Catharinæ*, proxime venturum, ac manifeſte obſervari facere, per omnes noſtros officiales, ſervitores & ſubditos, dolo & fraude ceſſantibus quibuſcunque; Mandamus igitur vobis univerſis & ſingulis *Baronibus*, *Nobilibus*, *Militibus*, *Clientibus*, *Civitatibus*, *oppidis*, *Villis & Rectoribus earundem*, *Caſtellanis & officialibus* cæteriſque ſubditis noſtris, quatenus Præfatos Barones, Nobiles & cæteras perſonas quaſcunque ad Dietam hujuſmodi huc acceſſuros, in eorum adventu mora ac reditu nequaquam impediatis ſeu moleſtetis, quam potius eaſdem promoveatis, adjuvetis & hoſpitia ac cætera libertatis beneficia impendatis, providentes eis, dum per eos, aut eorum parte deſuper inquiſiti fueritis, de ſalvo & ſecuro conductu ſecus non facturi, noſtro regio ſub favore, & quemadmodum nobis volueritis ſingulariter complacere. Præſentium ſub noſtri Regalis ſigilli appenſionis teſtimonio literarum. Datum *Viennæ die Dominica ante feſtum ſancti Valentini. Anno Domini M.CCCCXLVII. Regni vero noſtri Anno VII.*

Ad mandatum Domini Regis:

D. Caſpar Cancellarius Referebat.

LIII.

Confœderatio Friderici Tertii, Imperatoris cum Georgio Rege Boëmiæ, Anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono.

Fridericus divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex ac Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux, Comes Tyrolis &c. & Georgius Dei gratia Boëmiæ Rex, Marchio Moraviæ, Sileſiæ & Lucenburgenſis Dux, & Luſatiæ Marchio &c.

Recognoſcimus & notum facimus tenore Præſentium Univerſis: quod attendentes quid & quantū pacis unionis & amicitiarum fœdera: *Sacro Ro-* F *mano Imperio ac aliis Regnis & Principibus noſtris*, quæ invicem confinis exiſtunt & ipſorum inhabitatoribus fructus afferant præſertim cum orbis *Dominus Imperator* videlicet *Au-*

guſtus

guſtus & Principum ſuorum potiſſimis. Et E-lector, Rex ſcilicet Boëmiæ ſe mutuo *auxiliis, conſiliis, favoribus & ligis* proſequuntur ſano noſtrorum Conſiliariorum & fidelium accedente Conſilio & deliberatione matura prævia atque pro noſtro & noſtrorumque utrinque ſubditorum incremento, *ligas, uniones, amicitias pacisque fœdera inivimus*, atque præſentibus firmiter inimus in hunc videlicet modum; quod ſi a quopiam cujuſcunque præeminentiæ, ſtatus, gradus, dignitatis, conditionis meritive fuerit, nos aut alterum ex nobis moleſtari inquietari ſeu turbari, quovismodo, ordine & quæſito colore, in Regnis Dominiis, honoribus dignitatibus & ſtatibus noſtris, aut conſpirationes, conjunctiones, conventicula & quæcunque in damnum & offenſam & perturbationem noſtram, aut alterutrius noſtrorumque dictionum, quidquid fieri, ſeu attentari contingeret, quod ex tunc quilibet ex nobis ad requiſitionem alterius Læſi aut quomodolibet inquietari, & eidem Læſo ſeu inquietato *Conſilio, auxilio, adjutorio & favore realiter* & cum effectu ad propulſandum & oppugnandum hujuſmo-

A di injuriam & moleſtiam aſſiſtere debebit toties, quoties id neceſſarium fuerit & opportunum. Et ſi, quod abſit, inter nos ambos aut noſtros differentia quovis modo inantea orir etur & quod in eum eventum differentiarum hujuſmodi deciſio amicabiliter, aut per juſtitiam in defectum amicabilis compoſitionis, per *Conſiliarios Principes ipſius rei* ad requiſitionem conquerentis expedire fiat & eam fieri Principi requiſitus efficaciter pro- B curet, dolo & fraude in his procul amoris quemadmodum *& nos id facturos, verbis noſtris Imperiali & regio bona fide ac jurejurando firmavimus.* In omnibus tamen prædictis; *Sanctiſſimo Domino noſtro Papa & ſede Apoſtolica duntaxat exceptis.*

Harum teſtimonio literarum noſtrorum *Imperialis & Regalis* ſigillorum appenſione munitarum, Datum *Brunnæ die ultima menſis Auguſti Anno Domini M. CCCC.* C *LIX, noſtri Friderici Imperatoris annorum imperii octavo, Regnorum autem noſtrorum Romani vigeſimo & Hungariæ &c. Primo, Noſtri vero Georgii Regis Boëmiæ & Regni ſecundo.*

LIV.

Friderici III. Romanorum Imperatoris Literæ

ad ſupplicationem humilem Georgii Bohemiæ Regis, quibus confirmat omnia & ſingula Regum & Regni Bohemiæ Privilegia. 1459.

Fridericus divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex ac Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Slavoniæ & Portus Naonis, Comes in Habſpurg, Tyrolis, Pherhetis & in Kyburg, Marchio Burgoviæ & Landgravius Alſatiæ
Ad perpetuam rei memoriam.

OMnipotens Deus, Conditor Univerſi adhoc *Cæſareo & Regali* Titulis decoravit nomen noſtrum, ut ad gloriam honorem & felicia incrementa procuranda tendamus illorum qui ſuis ampliſſimis virtutibus tam prudentia, lucubratione, quam induſtria per multiplices magnificos eorum actus meruerunt, divina diſpoſitione ad *Regiam dignitatem* ſublimari ac in ſolio *Regio* cæteris præſidere. Sane ad noſtræ Celſitudinis Imperialem Sereniſſimus ac Illuſtriſſimus Princeps *Georgius Bohemiæ Rex Affinis noſter chariſſimus Sacri Romani Imperii Archipincerna atque Princeps Elector* accedens præſentiam Nobis humiliter ſupplicavit: Quatenus ſibi uti *Regi Bohemiæ* & eidem *Regno* atque *Coronæ Bohemiæ* omnia & ſingula eorum *Privilegia, jura, Literas, Libertates, Gratias, Immunitates, Donationes, Conceſſiones & Indulta a Divis*

D *Regibus & Imperatoribus Romanorum Prædeceſſoribus Noſtris ipſius, Regi Bohemiæ & Regno Bohemiæ* data & conceſſa ſeu datas & conceſſas de *Noſtræ Imperialis Majeſtatis Clementia* confirmare ratificare & approbare dignaremur gratioſe. Nos igitur ſupplicationibus hujuſmodi uti rationi conſentaneis benignius inclinati, animo deliberato ſanoque *Noſtrorum & Imperii Sacri Principum, Comitum, Baronum, Procerum* atque fideli- E um adhoc accedente conſilio ac de certa *Noſtra ſcientia* prænominato *Georgio Regi Bohemiæ* & dicto *Regno* omnia & ſingula eorum *Privilegia, Jura, Literas, Libertates, Gratias, Immunitates, Donationes, Conceſſiones & indulta a præfatis Prædeceſſoribus noſtris in Imperio Regibus ac Regno Bohemiæ* data & conceſſa, datas & conceſſas; Nec non laudabiles conſuetudines dicti *Regni Bohemiæ Authoritate noſtra Romana Cæſarea &*

de Noſtra Imperialis poteſtatis plenitudine confirmavimus, ratificavimus, approbavimus atque innotavimus & tenore præſentium confirmamus, ratificamus, approbamus atque innovamus decernentes atque volentes, & hoc Cæſareo noſtro ſtatuentes edicto & omnia & ſingula in omnibus & ſingulis ſuis punctis, *Articulis, Clauſulis, prout de verbo ad verbum ſcripta ſeu ſcripta ſunt* ac ſi tenores omnium præſentibus forent ſpecifice inſerti, etiamſi talia forent, de quibus aut jure vel conſuetudine in præſentibus fieri deberet mentio ſpecialis. Nec non laudabilis ipſius *Regni Bohemiæ conſuetudines* etiam ex nunc inantea habere totius roboris firmitatem, & municipalibus ſtatutis ſeu edictis editis ſeu edendis in contrarium facientibus, ſeu facere volentibus non obſtantibus quibuſcunque, quibus omnibus & ſingulis, ac ſi nominatim ac ſpecifice de verbo ad verbum præſentibus inſerta ſeu inſertæ forent *Auctoritate Noſtra Romana Cæſarea* & de plenitudine poteſtatis ejuſdem derogatum eſſe volumus, per præſentes, ſupplentes nihilominus omnem defectum, ſi quis ex defectu verborum ſententiarum obſcuritatis, & ſolemnitatis omiſſæ compertus fuerit, quomodolibet in præmiſſis. Mandamus igitur Univerſis *Noſtris & Imperii ſacri Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus Comitibus, Baronibus Nobilibus, cæterisque noſtris & Imperii ſacri ac dicti Regni Bohemiæ* ſubditis & fidelibus dilectis, ne dictum *Georgium Regem, ac inclytum Regnum Boëmiæ* in ejuſmodi eorum *Privilegiis, Juribus, Literis, Libertatibus, Gratiis, Immunitatibus, Donationibus, conceſſionibus & indultis* de cætero moleſtent, perturbent, inquietent, ſeu moleſtare, perturbare aut inquietare præſumant, ſeu aliquis eorum præſumat, ſed illis pacifice, aut quiete uti, frui & gaudere permittant. Nulli ergo omnino liceat hanc noſtræ Imperialis Confirmationis, ratificationis, approbationis, innovationis Decreti atque mandati paginam infringere vel ei auſu temerario quovis modo contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumſerit, Noſtram & Imperii ſacri indignationem ac pœnam amiſſionis *mille Marcharum auri puri* pro una Nobis ſive ærario fiſci noſtri & alia medietatibus prænominato *Regi Bohemiæ* irremiſſibiliter applicandarum toties, quoties contra factum fuerit, incurrere volumus ipſo facto.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini Friderici Tertii Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Regis ac Auſtriæ, Stiriæ Carinthiæ, & Carniolæ Ducis, &c. præſentium ſub noſtri imperialis Majeſtatis ſigilli teſtimonio Literarum Datum Brunæ *die ultima menſis Julii. Anno Domini 1459. Regnorum noſtrorum Romani 20. Imperii 8. Hungariæ vero primo.*

LV.

Concordia Regum Hungariæ & Bohemiæ; inter Uladislaum ſcilicet Bohemiæ & Matthiam Ungariæ 1478.

IN primis concluſum eſt, quod uterque Princeps in ſuo jure acquiſito permaneat tanquam *Dominus Hæreditarius* & quilibet eorum *titulo Regis integro Bohemiæ*, prout alii *Reges Bohemiæ* conſueverunt, utatur ita ut *Dominus Rex Matthias Dominum Regem Uladislaum* ſcribat *Bohemiæ Regem* ſimiliter ſubditi utriuſque Regis erga utrumque facere debebunt.

Item concluſum eſt quod *Rex Matthias* condeſcendat Regi *Uladislao* Barones, Militares terras, civitates & provincias, quaſcunque tenet in *Bohemia:* Similiter etiam *Rex Uladislaus* omnes *Civitates, Terras, Provincias, Duces, Barones & Militares* quoſcunque tenet in *Moravia* & utraque *Sileſia, Luſatia & ſex Civitatibus* præfato *Regi Matthiæ* condeſcendat. Item concluſum eſt, quod poſtquam *Uladislaus, terras Civitates, caſtra, oppida & provincias, Duces, Barones militares* in provinciis *Moravia* utraque *Sileſia, Luſatia* & ſex *Civitatibus* ſub ditione ſua exiſtentes præfato *Regi Matthiæ* condeſcendat ſtatim & in continenti omnes de *Moravia* & utraque *Sileſia, Luſatia* ac *ſex Civitatibus* teneantur communiter præſtare homagium *Regi Matthiæ* tanquam vero Domino eorum & hæreditario *Bohemiæ Regi & Barones ac Nobiles* ſecundum conſuetudinem erga Dominos ſuos, & *Reges Bohemiæ* ab antiquo obſervatam, ipſum pro tali Rege ſuſcipiant & teneant, ſibique & nulli alteri tanquam eorum vero & hæreditario Regi obediant, & poſtquam *Dominus Rex Matthias, Barones, Militares, civitates terras & provincias* quas in *Bohemia* tenet, præfato Domino *Uladislao* condeſcenderit, illi in terra & corpore *Regni Bohemiæ* eundem Dominum *Uladislaum Regem* ſimiliter ſuſcipiant eique promittant & ſecundum conſuetudinem Regni ab antiquo obſervatam facere teneantur, ſibique & nulli alteri tanquam eorum vero & hæreditario Regi obediant, e converſo autem Reges dictos ſubditos conſervare in

re in juribus regni & illatum terrarum, & privilegiis ab antiquo conſuetis promittent, in quantum præſenti diſpoſitioni non obſiſtant.

Item concluſum eſt, quod præfatus *Rex Matthias* durante vita ſua provincias & patrias *Moraviæ*, utriuſque *Sileſiæ*, *Luſatiæ & ſex civitatum* cum omnibus pertinentiis libere, quiete, pacifice & absque omni impedimento & conditione præfati *Uladislai Regis & Regni Bohemiæ ac ſubditorum* coronæ ejuſdem teneat, poſſideat, & utatur, tanquam eorum verus & hæreditarius Dominus: Similiter *Rex Uladislaus*, *Provincias*, *garones*, *Militares*, *Civitates & loca in Bohemia* libere, quiete & pacifice, & abſque omni impedimento præfati *Regis Matthiæ* teneat, poſſideat, & utatur tanquam eorum *verus Rex & Dominus Hæreditarius*.

Item concluſum eſt ad confirmandam pacem & amicitiam utrorumque *Regum*, & ne propter diverſitatem ſucceſſorum diverſa mala & novæ differentiæ oriantur, ut quandocunque poſt obitum *Regis Matthiæ Dominus Rex Uladislaus*, *aut ſui ſucceſſores*, *ſeu regnum Bohemiæ*, præfatas *terras & Provincias Moraviæ*, utriuſque *Sileſiæ*, *Luſatiæ & ſex civitatum* recipere & reunire corpori *Bohemiæ* voluerint, illud facere poſſint libere & ſine ullo impedimento *Regis Hungariæ* pro tempore exiſtente *vel Regni Hungariæ* &c. adjectæ ſunt plures conditiones, quarum præcipua ea fuit, ut cum Provinciæ illæ *ad Coronam Bohemicam* revocarentur, quadraginta *aureorum Hungaricorum millia Pannoniæ Regi* penderentur: Si vero Uladislaum

A præmori contingeret, ac ſuperſtitem *Matthiam a Regni Bohemici* ordinibus ad *Solium Bohemicum* vocari, conventum eſt, *Sileſiam*, *Luſatiam*, *Moraviam & ſex alias urbes* cum reliquo *Bohemiæ* regno coalituras. Sancitum etiam, ſi quis finitimorum *Regum ac Principum* alterum ipſorum injuſto bello peteret, alterum mutuis opibus viribusque alteri ſubſidio futurum. De redintegranda vero in *Bohemia re Catholica* hoc decretum additum.

B Item concluſum eſt, quod ex parte differentiarum *in ſedem Apoſtolicam & Bohemos*, poſtquam Majeſtates eorum convenient, debebunt hoc negotium ſimiliter pertractare & videre de modo, quo tales differentiæ poſſint complanari: Similiter & diligentiam facere & ſolicitare, quod quidam *Archi-Epiſcopus in regno* ordinetur, qui ab omnibus decenter & honorifice honoretur, ſuſcipique debebit & teneri, & ut ſententia excommu-

C nicationis per Dominum *Paulum Pontificem* piæ memoriæ promulgata, tam a vivis quam a mortuis auferatur, apud *Dominum Pontificem* laboretur.

Conſtitutum etiam eſt, ut ſolemne *Regum* Colloquium in agro inter *Olomucium*, quo *Matthias* accederet, & *Unitzoviam*, quo *Uladislaus* ſe conferret, celebraretur, in quo fœdus æternum *Hungaros* inter & *Bohemos* ſanciretur, deque reſarciendis damnis poſt in-

D ducias *Uratislaviæ* pactas illatis ageretur, ac vi occupata reſtituerentur & capti liberarentur. Datum *in Præfata Civitate Olomucenſi die Lunæ in octava S. Andreæ Apoſtoli anno Domini* M. CCCCLXXVIII.

LVI.

De jure Electoratus in Romano Imperio, Regibus Bohemiæ competente, Rudolphi & Caroli Rom. Regum & Ruperti palatini Senatus Atteſtationes. 1486.

In nomine Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Amen.

ANno nativitatis ejuſdem M. CCCC. LXXXVI. Indictione IV. die 5. Menſis Aprilis hora tertia vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in *Chriſto Patris ac Domini noſtri*, *Domini Innocentii Papæ octavi*, anno ejus II. in regia Caſtri Pragenſis, *Sereniſſimus Princeps & Dominus*, *Dominus Uladislaus Bohemiæ Rex*, *Marchio Moraviæ*, *Lucenburgenſis & Sileſiæ Dux & Luſatiæ Marchio*, *Sacri Romani Imperii Princeps Elector*, in mei notarii publici ſubſcripti, & teſtium infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia accerſivit & vocavit *Reverendum Patrem & Dominum*, *Dominum Paulum Pragenſem*, *Sdera-*

E *ſienſem*, *Præpoſitum*, *Viſitatorem Archiepiſcopatus Pragenſis a ſede Apoſtolica* deputatum, *Decretorum Doctorem*, & quaſdam literas in pergameno deſcriptas; primam videlicet felicis recordationis, invictiſſimi olim *Principis & Domini*, *Domini Caroli Romanorum Regis ſemper Auguſti & Boëmiæ Regis*, ejus vero bulla aurea in filis ſericis rubri coloris more imperiali dependentibus, bullatam & ſignatam. Bulla quoque aurea in parte una

F continebat imaginem *Imperatoris* in ſolio Imperiali ſedentis, & literæ in circumferentia hæ videbantur: *Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus*. Ad latus vero dextrum & ſiniſtrum *& Rex Bohemiæ*. In

altera

altera parte figura *Urbis* turrim in medio & ad latera duo propugnacula habentis. In porta turris literæ erant, *Aurea Roma*; in circumferentia vero: *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi*. Alteram autem felicis recordationis olim *Illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini Ruperti Comitis Palatini Rheni, Sacri Imperii Romani Archidapiferi, & Ducis Bavariæ* ejus vero ſigillo rotundo de cera rubea communi impreſſa, in filis ſericis viridis coloris dependente, habentis *Clypeum cum duobus leunculis* alternatim, & in aliis duobus angulis quidam tractus ſimiles punctis apparebant, ſupra clypeum galea, & ſupra galeam leunculus cernebatur. Literæ autem in circumferentia hæ videbantur: *Secretum Ducis Ruperti ſenioris*. Sanas & inte- A gras, non vitiatas, non cancellatas, non raſas, vel abolitas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, ut prima facie apparebat. Eidem *Domino* viſitatori patenter palamque exhibuit atque obtulit inſpiciendas, legendas & ſollicite ac diligenter auſcultandas, ipſum inſtantiſſime requirendo, ut eis opportune inſpectis & pleniſſime auſcultatis, tranſſumptum earum, & copiam in formam, B quæ *vidimus* nuncupatur, traducat atque transformet, ut ubicunque locorum ipſa earum ſeries delata fuerit, & oſtenſa, fides huic habeatur ſicut authenticæ principali. Tenor autem literæ primæ & continentis per omnia talis exiſtit;

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Boëmiæ Rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

INnata cordi noſtro benignitas circa fidelium & devotorum noſtrorum honores & commoda continuis intenta vigiliis, votis ipſorum annuere nos jugiter inducit, quoties poſcentium vox eſt juſta: In hoc enim liberalitatis noſtræ non errat intentio, ſed regalis ſceptri faſtigium attollere ſalubriter arbitratur. Sane ad *noſtræ Celſitudinis Venerabiles, Archiepiſcopus Pragenſis, Olomuczenſis, Uratislavienſis & Lytomislenſis Epiſcopi*, nec non *Illuſtres Joannes Carinthiæ, Comes-* C *que Tyrolis & Goriciæ, Germanus noſter chariſſimus, ac Nicolaus Opaviæ & Ratisboriæ Duces, Cæterique Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres & Nobiles Regni noſtri Boëmiæ* & pertinentiarum ejuſdem, præſentiam accedentes Nobis humiliter ſupplicarunt, ut quaſdam literas *Rudolphi Divi* Romanorum Regis, prædeceſſoris noſtri nobis per ipſos exhibitas, quarum tenor & ſeries ſequitur in hæc verba;

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.

Quanto jura &c. *ſuperius recitatæ ſunt hæ literæ Rudolphi ad annum* 1290.

NOſtra confirmare auctoritate regia dignaremur. Nos itaque præfatorum *Prælatorum, Ducum, Principum, Baronum, Procerum & Nobilium* (quos honoris & felicis ſtatus *Romanorum Regni & ſacri Imperii* fideles & ſollicitos præ cæteris novimus Zelatores, ipſumque *Regnum Boëmiæ Romanorum Regni nobilius membrum fore*) ſupplicationibus benignius inclinati, præfatas literas ac omnia & ſingula contenta in eiſdem, laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, ac de novo ex certa ſcientia de noſtræ Romanorum Regiæ plenitudine poteſtatis, præfatis Regno, *Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Proceribus & Nobilibus & Univerſitati Regni* ipſius & pertinentiarum ejuſdem ad uſum & opus *Regum Boëmiæ* in perpetuum damus tenore præſentium, conferimus & donamus, omnem diminutionem & defectum, ſi quis in præmiſſis fuerit, reparantes omnimode & ſupplentes, ac omne dubium ac obſcurum pro parte & in favorem ipſo- D rum Regni & *Regum Boëmiæ* de uberiori dono *Majeſtatis Romanorum Regiæ* & plenitudine poteſtatis interpretantes & etiam declarantes. Non obſtantibus legibus conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus vel communibus, ſtatutis ſeu edictis factis & editis in contrarium quibuscunque, quas & quæ quantum ad hæc, ac ſi forent nominatim & de verbo ad verbum ſcripta præſentibus & E inſerta, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus & de dicta ratione Regiæ plenitudine poteſtatis decernimus firmiter fore nullius penitus momenti. Nulli ergo omnino liceat, hanc noſtræ laudationis, ratificationis, approbationis, confirmationis, donationis, reparationis, ſupplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, caſſationis, irritationis & annullationis paginam infringere, vel ei auſu temerario in aliquo contraire, F Contrarium vero facientes, ſi qui fuerint (quod abſit) ultra indignationem noſtræ

Celſitu-

Celſitudinis Regiæ, quam ob hæc ſe noverint graviter incurſuros, mille marcas auri puri noſtro & *Romani Regni* fiſco componant ipſarum videlicet medietatem noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum *Romanorum Regum & Imperatorum* curiæ ſeu Cameræ, & reliquum paſſis injuriam irremiſibiliter applicandas. In quorum omnium teſtimonium & ad certitudinem pleniorem, præſentes fieri juſſimus, & Bulla aurea Typario noſtræ Majeſtatis impreſſa præcepimus communiri, hujus rei Teſtes ſunt, *Gerlacus Archiepiſcopus Moguntinenſis, per Germaniam S. Imperii Archi Cancellarius, Rudolphus ſenior Dux Saxoniæ, Sacri Imperii Marſchalcus, Rudolphus Junior Saxoniæ, & Fridericus de Teck Duces; Joannes Burggravius Norimbergenſis, Ulricus Landgravius de Leuchtenberg, Fridericus de Ollremund, Ulricus de Helffenſtein, & Rudolpus de Wertheim Comites; Petrus de Hedvvig, Craffio de Holach, Gotfridus de Prunes, Eberhardus de Walſe, Fridericus de Walſe, Eglof de Fryburg & Burckhardus de Elrbach, Romani Regni præfati Principes & Barones.* Datum *Pragæ anno Domini* M. CCCXLVIII. *Indictione prima, ſeptimo Idus Aprilis Regnorum noſtrorum anno ſecundo.* Tenor autem & continentia alterius literæ talis erat. *Rupertus Dei Gratia Comes Palatinenſis Rheni Sacri Romani Imperii Archidapifer Dux Bavariæ*, ad perpetuam rei memoriam. Deſideratæ pacis laudanda præſidia &c. &c. *ut ſupra ad verbum recitata ſunt ad An. 1356.* Datum *Metis anno Domini* M. CCCLVI. *proxima Dominica ante feſtum B. Luciæ Virginis.* Igitur præfatus *Dominus viſitator ad ſolertem Regiæ Majeſtatis requiſitionem*, viſis & auſcultatis ſingulis, quæ circa præmiſſa & in ipſis merito fuerant auſcultanda, qualitatem dictatum literarum & contentorum in eiſdem ſagaciſſime diſpiciens, mihi *Notario* infra ſcripto injunxit ſollicite, ut juxta Majeſtatis Regiæ vota per mei officii debitum executioni ſolitæ demandentur. Atque hæc ipſa omnia in ſuo diſpoſita ordine in publicam redigi formam, & publicum fieri deſuper inſtrumentum mandavit & præcepit: Sigillo, quo pro ſuo utitur officio, in fidem omnium præmiſſorum præſentibus ſubappenſo. Datum & actum *anno, Indictione, Die, menſe, hora, Pontifice & loco quibus ſupra.*

Præſentibus ibidem venerabilibus & eximiis viris, Domino Joanne de Crumlovv, Decano Eccleſiæ Pragenſis, Domino Wenceslao de plana, Archidiacono ejuſdem Eccleſiæ, Decretorum Doctoribus Domino Paulo de Plsna, Archidiacono Zatcenſi, Magiſtro Joanne de Elbogen, S. Theologiæ Baccalaureo formato Archidiacono Boleslavienſi, Canonicis Eccleſiæ Pragenſis; Domino Benedicto de Strakonitz, Archidiacono Bielinenſi; Atque honorabilibus viris, Domino Jordano de Tachovv Medico præbendato, Domino Gregorio de Crappiz, Domino Michaële de Budevveis, Domino Bartholomæo de Kapplitz, Vicariis & Altariſtis ſupra memoratæ Eccleſiæ Pragenſis: Et aliis quampluribus teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.

LVII.

Quomodo Sigiſmundus Rex Poloniæ una cum

Divo Maximiliano Romanorum Imperatore a Duobus ſtatibus Regni Bohemiæ ſtatu Baronum & ſtatu militarium in Tutorem & Protectorem Regis Ludovici & Regni illius fuerunt recepti. 1517.

Nos Sigiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæque Dominus & Hæres.

RECognoſcimus & notum facimus tenore præſentium Univerſis, quia cum duo *ſtatus Baronum & Militarium Regni Boëmiæ* ſponte & libera eorum voluntate ſine præjudicio jurium & libertatum ſuarum *Nos* in Tutorem & Protectorem illius *Regni* una cum Sereniſſimo & Excellentiſſimo Principe & Domino, Domino *Maximiliano, Divina favente Clementia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rege, Archiduce Auſtriæ, Duce Burgundiæ, Brabantiæ & Comite Palatino, Fratre & conſanguineo noſtro Chariſſimo* uſque ad legitimos annos *Sereniſſimi Principis & Domini Ludovici Hungariæ & Boëmiæ &c. Regis & Marchionis Moraviæ, Nepotis noſtri chariſſimi* per ſuos inſignes Oratores ſuſceperint ea lege ut ipſos & *Regni Bohemiæ terras ac Dominia* ad id pertinentia in eorum *privilegiis, Juribus, Ordinationibus, Inſtitutionibus ac laudabilibus Conſuetudinibus* ac etiam *fide* ſeu *Religione*, prout in literis a priſcis *Romanorum Imperatoribus & Regibus* ac etiam a *Sereniſſimis Boëmiæ Regibus* deſuper conceſſis,

ſimiliter a bonæ memoriæ *Vladislao Hungariæ & Bohemiæ Rege*, *Germano Noſtro chariſſimo* confirmatis & novis literis per ſtatus etiam *Regni Boëmiæ* factis & in *Tabulam* ſeu *Regiſtrum Regni* in ſcriptis patet & continetur, conſervare dignaremur, ita ut *Rex Boëmiæ* illorum Dominus facere tenetur.

Nos conſiderantes eorundem *ſtatuum Regni Boëmiæ* ſingularem fidem, bonum animum & confidentiæ erga nos, & eorum honeſtam poſtulationem, promiſimus ipſis ſub fide & dignitate Noſtra Regia & tenore præſentium promittimus & pollicemur: Quod una cum præfato *Sereniſſimo fratre Noſtro*, *Romanorum Imperatore*, quandoquidem ab ipſis ſtatibus ſimili modo ſuſceptus eſt, *Nos* tanquam Tutor & Protector, ſtatus ſupra nominatos *Regni Boëmiæ* ac A *Terras ac Dominia* ad id pertinentes & pertinentia in prædictis eorum Privilegiis, Juribus, Ordinationibus, Inſtitutionibus, & antiquis eorum bonis & laudabilibus Conſuetudinibus, & etiam in fide ſeu religione, & ad quæ prædicti ſtatus in *Regno Boëmiæ* jus habent gratioſe permittere, & inviolabiliter obſervare & in eo ipſos manutenere; Et ſi qui eſſent, qui in contrarium eos vel *Regnum Boëmiæ* aggravare attentaverint, B contra eos ipſos tuebimur & protegemus, ſicuti facere tenetur *Rex Bohemiæ* ſine dolo & fraude.

Harum Teſtimonio literarum, quibus ſigillum noſtrum eſt appenſum. Datum *in arce noſtra Brazlaw*, *Feria ſexta die S. Galli Anno 1517. Regni noſtri Anno 11.*

LVIII.

Ferdinandi Romanorum Hungariæ & Bohemiæ Regis aliæ literæ quibus promittit, ſi aliqui contra Provincias Regno Bohemiæ Hæreditarie adjunctas, aliquid vi aliqua velint attentare, quod eos deſerere non debet. 1526.

Nos Ferdinandus Dei gratia Bohemiæ Rex, Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgæ, Sileſiæ & Marchio Luſatiæ &c.

Notum facimus tenore præſentium Univerſis: Quod informati ſumus *a Baronibus*, *Nobilibus Pragenſibus* ac aliis Civitatibus, *Regni Boëmiæ* qualiter intellexiſſent, quod *Corona Hungariæ* & Status ejuſdem velint habere aliquod jus ad aliquas Provincias *Regno Boëmiæ* hæreditarie adjunctas, ac ad illud pertinentes, & quod aliquas inſcriptiones haberent, quomodo dictæ Provinciæ ad *Regnum Hungariæ* pertinerent, quousque a *Regno Boëmiæ* certa ſumma florenorum ipſis non daretur. Cui quidem rei *Regnum Bohemiæ* & Status ejuſdem contradicunt, quod in eo *Coronæ Hungariæ* nec alicui alteri, ſunt obligati, rogantes *Nos*, quod dictum *Regnum Bohemiæ* & ſtatus in eo non derelinqueremus, ſed ipſos ſicut Rex *Bohemiæ* protegeremus, proponentes C & hoc nobis, quod in ea cauſa poſſent juſtam diſcuſſionem ab aliquo vel aliquibus, qui partiales non eſſent, ſubire. Nos itaque audientes tale præfati *Regni* & ſtatuum ejuſdem deſiderium & hoc ipſum pro juſto cognoſcentes: Quapropter dicto *Regno Boemiæ* & ſtatibus in eodem Regno promittimus quod ſi quis contra aliquam ex præfatis provinciis ad *Regnum Boemiæ* ab antiquo pertinentibus & adjunctis aliquid D aliqua vi attentare vellet, vel attentaret, quod eos deſerere non debemus, ſed ipſis in eo adjutorio eſſe volumus & tenemur perpendentes, quod talis res & defenſio etiam ex debito ad Nos ſicuti *Regem Boemiæ* pertineat. Harum teſtimonio literarum *Viennæ 13. Menſis Decembris. Anno Domini 1526. Regni vero Noſtri Anno primo.*

LIX.

Reſponſum omnium ſtatuum & Ordinum Regni Poloniæ atque Magni Ducatus Lituaniæ ad legationem ſacratiſ. & invictiſ. Cæſareæ Catholicæ Majeſtatis per Illuſtres ac Magnificos Dominos Wilhelmum a Roſenberg, Rectorem Domus Roſenbergicæ, Burggravium & Wratislaum Dominum a Pernſtain in Towatſchaw Proſtnitz & Leuthomyſchl &c. Militem Ordinis aurei Velleris,

ris, Cancellarium Regni Bohemiæ, ſupremos ſac. Cæſ. Maj. Conſiliarios & Oratores ad eoſdem Ordines miſſos ſub Warſavia in Comitiis generalibus Electionis novi Regis. Dat. 21. Aprilis: Anno Domini 1573.

QUod *Sacra ac Sereniſſima Cæſarea Majeſtas* pro ſua innata & apud omnes gentes ſatis perſpecta *Clementia*, *Regnum* hoc in tam difficili ac luctuoſo illius caſu ex morte optimi ac pientiſſimi *Principis* ſui ſuſcepta, benigne ſolari, atque huc ad Senatum & *Ordines Ampliſſ.* ejuſdem Regni tam ſplendidam & honorificam legationem in perſonis *Illuſtriſſimarum ac Magnif. Domination. Veſtrarum* mittere dignata ſit, prolixe omnia quæ ad ſalutem & incolumitatem illius conſervandam pertinent ex ſe deferens magnas & immortales *ſuæ Cæſ. Majeſtati* hoc nomine *Senatus & omnes Ordines Regni* agunt gratias. Nec dubitant, quin hæc omnia proficiſcantur ex abundantia amoris, quo ut *univerſam Rempubl. Chriſtianam* ita vel inprimis *Regnum* iſtud ſibi provinciiſque ſuis, non ſolum vicinitatis ſed fœderum atque omnium officiorum communicatione devinctum complectitur. Quæ vero ſumma totius iſtius legationis eſt, in qua *illuſtriſſimæ & magnificæ Dominat. veſtræ Sereniſſimum Principem Dominum Erneſtum Archiducem Auſtriæ, Sacr. Cæſ. Maj. filium*, nomine ipſius *Majeſtatis in Regem noſtrum* proponunt atque commendant, A accipimus id & annumeramus in cumulum aliorum officiorum atque beneficiorum etiam a *Sacr. ipſius Cæſ. Maj.* erga Regnum hoc abunde ante hac exhibitorum, quod illius in hoc luctuoſo caſu orbitatis noſtræ ac Univerſæ Reip. curam habere dignatur: Cupere nos viciſſim tantam *Majeſt.* ſuæ Clementiam quibus officiis & obſequiis noſtris demereri. Verum quod *Electionem* ipſius *Maj. ſereniſſimi fily in Regem noſtrum atti*- B *net*, quoniam hac in manu *& poteſtate Dei omnipotentis* eſt poſita, illius arbitrio atque providentiæ univerſum hoc negotium permittimus, ipſumque ſedulo oramus, ut ille *Rex* nobis contingat, quem ipſemet Deus ſecundum cor ſuum ex unanimi conſenſu noſtro deligendum nobis ſuggeſſerit, *Nos* de eo ſicut in hanc horam nihil adhuc certi atque explorati habemus, nihil dum etiam *Sac. Cæſ. Majeſtati* reſpondere poſſu- C mus. Sed poſtea peracta electione per literas aut Oratores noſtros reſpondere non negligemus. Interim autem nos & obſequia noſtra gratiæ ſuæ *Cæſ Majeſt.* quam diligentiſſime commendamus.

Ex commiſſione Illuſt. Senatus ac omnium ſtatuum & ordinum Regni Poloniæ *Magnique Ducatus Lithuaniæ.*

LX.

Literæ Rudolphi Secundi datæ Ordd. Bohemiæ pro ſereniſſimo Fratre ſuo Archiduce Matthia. 1608.

Nos Rudolphus Secundus D. G. Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex &c. Archidux Auſtriæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgi & Sileſiæ, Marchio Lauſnicenſis.

REverſalibus hiſce notum facimus omnibus & ſingulis, inprimis ubi opus fuerit; notaſſe nos a multo tempore ac in animum revocaſſe *plurima magni nominis fidelia ac utiliſſima officia ab Ordinibus Regni Bohemiæ annis compluribus, imo ab ipſo; Deo ita favente Regnum ingreſſus initio liberalitate ſua in ſubſidiis & contributionibus maximæ notæ in uſum & ſalutem univerſæ Chriſtianitatis nobis præſtita, nec quidquam ipſis erat tam charum, quin & vitam gratia noſtri impendere fuere promptiſſimi. Quo nomine vaſti ipſorum animi ſinceritas emicuit, curæ ipſis eſſe gloriam & honorem Rei, reverentiam ſupremæ poteſtatis, Patriæ conſervationem hoc ipſo teſtati ſunt.* Eodem titulo cæteris D quoque noſtris *Regnis Exemplum* laudabile dedere, continuaturos ipſos in eadem affectione certo perſuaſum gerimus. Ob tanta ergo ipſorum erga *nos, Prædeceſſoresque noſtros Sanctæ memoriæ* ſerio præſtita officia ac merita *imperatoria ac Regia noſtra*, ſingulari gratia ipſos afficere, curam paternam ipſorum gerere, & ſi Altiſſimo ita placuerit diebus adhuc vitæ & Regni noſtri, non modo gratos nos oſtendere, E ſed ipſo facto gratitudinem noſtram exhibere conſtituimus, *Regnumque* iſtud una cum incorporatis ita diſponere propoſuimus, ut in perpetuum in ſtatu integro conſervari, incolæ Civesque charitate perpetua gaudere, vivere unanimes poſſint. Proſpecturi quoque ſum[illegible] ut diſcordia

 omnis

omnis & cætera quæ ad ipſam inſervire poſſint media procul averſa maneant.

His ita penſatis cum ſciamus nos non minus ut cæteri mortales vitæ diſcrimini ſubjectos (quod Deus avertat) nec optaremus, ut poſt exceſſum ex hac vita noſtrum *Imperitante vacans ullis inquietudinibus aut injuriis* afficiatur, ſicuti regna alia tali caſu magnas experta viciſſitudines, conſultum invenimus diebus adhuc noſtris inconvenientias tales prævenire de remedio convenienti proſpicere. Diſponente nobis cum ita Altiſſimo, ut ſive in cœlibatu aut matrimoniali thoro ſine prole diem ſupremum nobis obire contigerit, ut *Regno Bohemiæ* eique incorporatis recte conſultum ſit de capite ipſis proſpicere, quo omnes forte imminentes averteremus inconvenientias, nervis omnibus laboravimus. Eo nomine ad ſæpius petita & poſtulata ſeria *Illuſtriſſimi Principis ac Domini Matthiæ Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Crain & Wirtembergæ, Comitis Tyrolis ſenioris fratris Germani noſtri* dilecti, ut *Comitia generalia Regni ſcriberemus*, quibus *omnes tres ordines Bohemiæ* compararent, nominata die Martis poſt *Dominicum Exaudi* Anni 1608. ibi apud ipſos nomine ejus intercederemus (ea tamen conditione, ſi ſine prole exceſſerimus) meo tanquam *Regis Bohemiæ* conſenſu, ut nominatus *Archidux Auſtriæ, Matthias ſenior frater Germanus noſter* ſi forte more conſueto debitoque ſalvis ipſorum *Privilegiis & libertatibus*, apud ipſos quæſiverit, ut nemo præter ipſum pro expectante *Regni Bohemiæ* admittatur, impetrare, poſt exceſſum vero noſtrum in Regem eligi poſſit. Confiſi certo, *nominatos ordines Regni Bohemiæ chariſſimos, ac dilectos noſtros* conſideratis ſupra recenſitis conſiderandis interceſſioni huic noſtræ gratioſæ ſatis facturos & negotium illud, *bonum patriæ* privatumque concernens, comitiis præſentibus expedituros. Impetrato dicto ad peticeſſionem noſtram petito, pollicemur nos penes *Archiducem Matthiam fratrem chariſſimum noſtrum literis reverſalibus* ſufficientibus atteſtaturos in nullum præjudicium *Regni Bohemiæ, Privilegiorum Libertatum, conſuetudinum*, ordinationum & *ſtatutorum* præſentium ceſſiſſe actum.

Cum itaque *Ordines Regni Bohemiæ, dilecti & fideles noſtri* offerta noſtra ſane judicio conſideraſſent, nos utpote *Regem pacis amantem*, nil niſi *Regni* iſtius cum incorporatis ſalutem, & quod in privatum ipſorum commodum cederet, ut patrem filiis gratioſe promovere quæſiiſſe nec ipſos alienos eſſe, quam ut quod in Regni perniciem præcaveri poſſet; eo ipſo commoti fuere, ut in propoſitum noſtrum conſentirent, interceſſionem ſuſciperent, neque *Archiducis Matthiæ ſenioris, Domini fratris noſtri* recuſarent petita: quin imo ſupra nominata conditione expectantem ipſum Regni ſuſceperunt, conſenſeruntque ut in Regem eligeretur ab obitu noſtro.

Ea propter nos a parte noſtra, *Heredum ac poſterum Regum Bohemiæ nomine, omnibus Baronibus, Nobilibus Pragenſibus & cæteris Civitatibus ac omni communitati ordinum Regni Bohemiæ* teſtamur & pollicemur, nominati *Archiducis Matthiæ Romani fratris noſtri* agnitionem iſtam pro expectante & ab obitu noſtro in *Regem* electionem eſſe factam, ſalvis manentibus omnibus *Regni Bohemiæ Juribus, ordinationibus, ritibus & conſuetudinibus*, inprimis vero *Regis Ottogari, Regis Joannis, Caroli Imperatoris, Regis Wenceslai, Regis Sigismundi, Regis Alberti, Regis Ladislai, Regis Georgij, Regis Vladiſlai, Imperatoris Ferdinandi, Imperatoris Maximiliani &c. Domini Patris noſtri chariſſimi ſanctæ memoriæ & aliis Regno Bohemiæ* datis diplomatibus ſalvis, inquam, & integris omnibus iſtis recenſitis, manentibus nunc & perpetuum.

Ad confirmationem harum Reverſalium ſigillum noſtrum Imperiale appendere juſſimus. Datum *in arce noſtra Pragenſi die ſabbathi Anno 1608. Imperij noſtri Romani 33. Hungarici 36. & Bohemici 33.*

Rudolphus

Zdenko Adam Popel de Lobkowicz
S. R. Bohemiæ Cancellarius

ad Mandatum S. C. Majeſtatis proprium.

Johan Mencelius.

LXI.

Reverſales literæ Archiducis Matthiæ datæ Ordd. Boh. 1608.

Nos Matthias D. G. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Iſtriæ, Carinthiæ, Crainæ, Wirtebergæ, Comes Tyrolis &c.

Rever-

REverſalibus hiſce notum facimus, nos innatam quaſi erga *Ordines Bohemiæ*, *Regnumque* ipſum, *tanquam ex Stirpe Bohemica oriundi* affectionem habuiſſe & habere, geſſiſſeque ſemper in animo ac omnibus viribus noſtris apud nos cogitaſſe, ut commodam occaſionem invenire poſſemus, qua nominato *Regno*, in bono ipſius publico gratificaremur. Quapropter non tantum in exorto iſto *bello Hungarico* in conſervationem *ſuæ Majeſtatis Domini fratris noſtri Rudolphi Imperatoris* regionum, ſed & nominati *regni Bohemiæ*, ab hoſte *totius Chriſtianitatis hæreditario Turca* intentati, defendebamus ab crebrioribus inſultibus, ſæpius in perſona, cum periculo vitæ noſtræ nos oppoſuimus nec quidquam nobis tam carum erat, quod non pro tutela ipſorum expoſuiſſemus; ſed etiam cum ſuperiorem armis & viribus hoſtem notaſſemus, in conditiones pacis perpetuum duraturæ acceptabiles cum ipſo deſcendere laborabamus, ut a diuturno iſto belli onere ipſos liberaremus.

Conſideravimus etiam apud *nos*, *Majeſtatem ſuam Imperatoriam* humanæ mortalitati (a qua omnipotens ipſam conſervare velit) non minus, ut & alii ſubjectam; metuebamus etiam, ſi forte abſque prole maſcula *Majeſtatem ſuam* ex hac vita diſcedere contingeret, ne *Regnum* dictum una cum Incorporatis, Curatore carens, periculoſas ſicuti circumjacentia Regna experiretur viciſſitudines, quod ipſum vivente adhuc Imperatoria ſua Majeſtate prævenire volumus, cujus cauſa ſæpius *ſuam Majeſtatem* ſolicitabamus, rationem noſtri hoc nomine haberet, eoque apud *Ordines Regni Bohemiæ* rem diſponeret, ſi forte tale quidpiam ex more, & ſecundum privilegia & libertates ipſorum conſueto, apud ipſos quæreremus, ea tamen conditione ut ſupra meminimus, ſi *Imperatoriam ſuam Majeſtatem Dominum fratrem noſtrum* abſque prole maſcula ex hac vita decedere contigerit; ut pro *Expectante Regni Bohemiæ* præ cæteris ſuſciperemur. Et tandem poſt obitum *ſuæ Majeſtatis* in Regem eligeremur. Sicuti eo nomine ſua *Cæſarea Majeſtas Comitia generalia* ad diem martis poſt *Dominicam Exaudi* Anni 1608. ſcribere in forma uberiore negotium Ordinibus proponere voluit, quibus etiam legati noſtri præſentes aderant. His ita propoſitis, additum, quod ſi in cauſa *Electionis pro exſpectante* ſuſcepti fuerimus, futurum id extra omne *privilegium Regni Bohemiæ, libertatum, Ordinationum & conſuetudinum præjudicium*, ſicuti nunc ita etiam in poſterum, Tale *ſuæ* A *Majeſtatis propoſitum & poſtulatum* in deliberationem ſumſere, invenere etiam quod bono publico ſalutare, non contemnendum, præveniendum & avertendum, quod noxium, reſolutionem in noſtri favorem ſumſere. Et iisdem comitiis conſenſu *ſuæ Majeſtatis Regis Bohemiæ* & ex bona & libera ipſorum ordinum libertate pro exſpectante *Regni Bohemiæ* communi voto nos ſuſceperunt, ſupra nominata tamen conditione, ſi B abſque *prole maſcula ſuam Cæſaream Majeſtatem* diſcedere ex hac vita contigerit. ac tum demum etiam in Regem nos electuros ſunt polliciti.

Quaptopter ſicuti ſupra pollicebamur *omnibus Baronibus*, *Nobilibus Pragenſibus & cæteris Civitatibus* ac univerſæ communitati *Ordinibus dicti Regni Bohemiæ* noſtro poſterorúmque nomine pollicemur ac promitti C mus, liberam iſtam ipſorum perſonæ noſtræ pro *Exſpectance*, & ab obitu ſub nominata conditione *ſuæ Majeſtatis in Regem Bohemiæ Electionem* ipſorum juribus, *Ordinationibus*, *Privilegiis*, *Libertatibus*, ſtatutis, gratiis, donationibus antiquis, ritibus & laudabilibus conſuetudinibus, inprimis vero *Regis Ottogari*, *Regis Joannis*, *Caroli Imperatoris*, *Regis Wenceslai*, *Cæſaris Sigiſmundi*, *Regis Alberti*, *Regis Ladislai*, *Regis Georgii*, *Regis Uladislai*, *Cæſaris Ferdinandi*, *Cæſaris Maxi-* D *miliani gratioſi noſtri Domini Parentis*, & *Cæſaris Rudolphi Domini fratris noſtri* chariſſimi & omnibus aliis ſcriptis & reſcriptis, uſque ad mortem *ſuæ Majeſtatis* ſeſe extendentibus, (unico ſaltem eo fine, quod pro *Expectante nos* ſuſceperit, quod ipſum *Reverſalibus ſuis* nobis confirmarunt) in nullum præjudicium, nec nunc, neque in poſterum ſeſe extenſurum. Pollicemur & promittimus etiam vivente adhuc *ſuæ. Imperatoria* E *Majeſtate* nullius regiminis vel gubernationis, nec in *Regno Bohemiæ* neque in incorporatis, utpote *Principatu Sileſiæ*, *Marchionatu Moraviæ ſuperiori & inferiori Luſatia*, citra voluntatem & conſenſum *ſuæ Imperatori Majeſtatis* omniumque *trium Ordinum* Regni Bohemiæ, aut poſt obitum ſuæ Cæſareæ Majeſtatis officium nos ſuſcepturos. Quod ſi vero ſuperſtite adhuc *ſuæ Majeſtate*, tale quidpiam ſuſceperimus vel commiſeri- F mus, vel etiam contra juramenta & Sanctiones *Anteceſſorum Regum Bohemiæ* deliquerimus, vel ſi omnibus noſtris ſuperius pollicitis, poſtquam ad regimen admiſſi fuerimus, non ſatis fecerimus, non obligati erunt nobis Regni Ordines vel in minimis ſtare promiſſis. Ad confirmationem horum omnium Sigillum noſtrum innatum Rever-

 ſalibus

ſalibus hiſce literis appendere mandavimus, A *in Caſtris noſtris Striebobolez & Miecbolup* illaſque propria manu ſubſcripſimus, Datæ *die Mercurii, feſto Joannis Baptiſtæ Anno 1608.*

LXII.

Imperatoris Matthiæ Literæ Reverſales ante ſuam coronationem. 1611.

Nos Matthias II. Dei Gratia Rex Hungariæ, deſignatus Rex Bohemiæ, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Moraviæ, Comes Tyrolis &c.

Confitemur *Reverſalibus* hiſce, coram omnibus, ubicunqne locorum, aut ubi opus fuerit: Poſtquam Sereniſſimus, Potentiſſimus ac invictiſſimus Princeps, Dominus Dominus *Rudoldolphus ſecundus*, Dei gratia Electns *Romanorum Imperator*, *Hungariæ*, *Bohemiæque Rex*, Archidux Auſtriæ, Dux Burgnndiæ, Marchio Moraviæ, Dux Lncemburgi & Sileſiæ, Marchio ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Dominus frater noſter chariſſimus omnibus *tribus Ordinibus Regni Bohemiæ* in propoſitione Publicis Comitiis facta, die Lnnæ poſt Dominicam *quaſimodogeniti* 2. Aprilis injunxiſſet, *Majeſtatem ſuam* ex ſingulari erga nos fraterno amore tanqnam erga ſeniorem fratrem ſuum, tnm quoque boni publici cauſa dicti *Regni Bohemiæ*, ut omnibns inconvenientiis diſcordiiſqne præveniret & conſuleret, in id conſenſiſſe, utpote ſi ex divina diſpoſitione abſque prole maſcula, *ſuam Majeſtatem* decedere contingeret ex libero quoque omninm trinm ordinum conſenſu ad noſtrum ab ipſis more ſolito & conſuero poſtulatum, ut poſt obitum *S. Cæſareæ Majeſtatis* præ cæteris *in Regnum Bohemiæ* deſignaremur & ſuperſtite adhuc *S. Cæſarea Majeſtate* etiam Regio diademate coronaremur, ſic pro Domino & Rege ipſorum agnoſceremur. Quapropter nominati tres *Ordines Regni Bohemiæ* revocato in memoriam cauſa noſtri a *Majeſtate ſua Cæſarea* Domino fratre noſtro chariſſimo poſtulato præſentibus Comitiis ad conſiderationem & ſanam deliberationem id aſſumſere, conſiderato etiam hæc penes eo, quod anno 1608. præterito, ad interceſſionem *ſuæ majeſtatis Cæſareæ* nobis deſignati Regis, ſub certa conditione titulnm contulerunt. Poſt hæc etiam libere ad electionem & publicationem noſtri in *Regem Bohemiæ* ſeſe declararunt & una cum *Majeſtate ſua Cæſarea* de die certa coronationis convenerunt, quæ nominata erat dies Lunæ 23. Maji ea tamen conditione, nt ante nominatam coronationis diem, nos Matthias Rex dictis *tribus Ordinibus Regni Bohemiæ* ſufficientibus literis reverſalibus nos obligaremus & intra dies quatuordecim a co- B ronatione noſtra effectualiter id, omnibus & ſingulis in communi etiam omnibus *tribus Ordinibus*, non in genere tantum, ſed in particulari ab anteceſſoribus noſtris *Regibus Bohemiæ* data ipſis Privilegia & Majeſtatica donata, ſicuti etiam a *ſua Majeſtate Rudolpho ſecundo* Domino fratre noſtro ipſis collata, non ſolum quoad exercitium Religionis ſub utraque, ſed etiam in politicis omnium mulctarum, quibus in corpore & bonis luere C ſolebant remiſſionem. Sicuti etiam omnium Libertatum, Jurium, Ordinationum, antiquarum conſuetudinum, Rituum, conventionum, etiam in ſpecie illarum anno 1608. & 1610. factarum, ſic quoque Ordinum inter ſe in cauſa Religionis præſtitarum, non minus etiam conjunctionis iſtius anno præterito 1609. ſub utraque ordinum cum Principibus & Ordinibus Sileſiæ in Comitiis publicis factæ, in omnibus punctis, articu- D lis & concluſionibus in illa comprehenſis, nullis exceptis totaliter & plenarie renovaremus & literis noſtris *Regiis Majeſtaticis* confirmaremus, literaſqne tales intra dies quatuordecim ad ſummum, ſub poteſtatem & in manus *Ordinum Regni Bohemiæ* vel ipſorum ſupremi Burggravii traderemus, hoc ipſum Regia noſtra fide gratioſe ipſis ſumus polliciti.

Cum itaque, Nos *Matthias Rex Bohe-* E *miæ*, ab omnibus tribus Ordinibus *Regni Bohemiæ* ob cauſam recenſitam, videlicet, quia in *Regem Bohemiæ* proclamati vel deſignati ſumus; tandem etiam de coronatione noſtri cum *Sacra Cæſarea Majeſtate* Domino fratre noſtro cariſſimo convenere, & effectualiter ex mera ipſorum ac libera voluntate præſtitere. Ea propter daturi ſumus operam, quomodo omnibus *tribus Ordinibus Regni Bohemiæ*, Regia noſtra gratia gratos F nos oſtenderemus, ita ut optime nobiſcum contenti ſint.

Pollicemur etiam & promittimus vigore harum noſtrarum *Reverſalium*, nominatis *tribus Ordinibus*, verbis noſtris Regiis nos in omnibus iſtis ſupra recenſitis propoſitis renovationibus, omnium & ſingulorum ad omnes & ſingulos ipſorum pertinentium Privilegiorum,

vilegiorum, tam in puncto Religionis, quam in Politicis, tum quoque omnium libertatum, juriũ ordinationũ antiquarum ipſorum conſuetudinum & rituum, Comitialium, Concluſionum illarum inprimis, quæ annis 1608 & 1610. factæ ſunt, ſimiliter etiam in puncto religionis *ſub una & ſub utraque*, inter ipſos *Regni Bohemiæ* ordines & incolas nec minus *cum Ordinibus Ducatus Sileſiæ* tranſactionum & unionum anno præterito 1609. publicis ac plenis Comitiis abſolutarum, nominato ſpatio duarum hebdomadarum, mox a coronatione noſtra (quam Deus fauſtam felicemque eſſe velit) in omnibus punctis clauſulis, articulis & ſummariis, cujus tenoris illa fuerint, totaliter complete nullis exceptis, ex gratia noſtra, nos confirmaturos, omniaque bona fide, bono animo, fideliter præſtituros, literaſque haſce noſtras *Reverſales & Majeſtaticas* eo nomine diſpoſituros, manu propria ſubſcripturos, & ſigillo noſtro regio conſignaturos, obfirmaturos & in manus omnium trium Ordinum *Regni Bohemiæ*, vel ipſorum ſummi Burggravii tradituros. Quantum ad alios nobis ab Ordinibus *Regni Bohemiæ* propoſitos communes articulos, quos ad proxima comitia Deo dante, ex certis cauſis diſtulimus in illis etiam ante omnia proximis Comitiis nos ipſis gratificaturos. Quod ipſis omnibus dictis *tribus Ordinibus Regni Bohemiæ*, ſicuti ipſis verbis, ita bona fide noſtra Regia promittimus. Certi hac in re ſunto, omnia iſta a nobis *utpote Rege Chriſtiano*, cujus verba ut in ore, ſic in pectore, bona fide & conſcientia præſtita & ſatisfacta fore.

Ad horum confirmationem *Nos Reverſales* haſce manu propria ſubſcripſimus, ſigilloque noſtro Regio conſignavimus. Datæ *Hradezini ſuperioris urbis Pragenſis die Sabbathi poſt Dominicam Exaudi Anno 1611. Regni noſtri Hungarici tertio.*

LXIII.

Matthiæ Regis Reverſales & obligatio univerſalis quoad Religionem & Privilegia poſt coronationem Ordinibus datæ. 1611.

Nos Matthias II. D. G. Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex &c. Archidux Auſtriæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucenburgi & Sileſiæ, Marchio Luſatiæ &c.

NOtum facimus *Reverſalibus* hiſce, omnibus & ſingulis: Promiſiſſe Nos tutelam & conſervationem *Regni Bohemiæ*, *Nobilium Pragenſium*, *aliarumque Civitatum*, totiuſque communitatis Regni, ita ut irrita, integraque ipſorum *jura ordinationes*, *Majeſtatica*, *Privilegia*, *Libertates*, *ſtatuta*, *Gratiæ*, *in Eccleſiaſticis*, *& in Politicis*, Concluſiones denique Regni, in primis vero Anni 1608. & 1610. factæ, ſic quoque tranſactiones illorum in puncto Religionis, cum communicantibus ſub *una & ſub utraque* eorumque unionis; Nec minus cum Principibus & Ordinibus Sileſiæ *ſub utraque* eorumque anno 1609. facta & aliæ ipſorum conſuetudines & ritus ac donationes, inprimis vero piæ & ſanctæ memoriæ *Regis Ottogari*, *Regis Joannis*, *Caroli Imperatoris*, *Regis Wenceslai*, *Cæſaris Sigiſmundi*, *Regis Alberti*, *Regis Ladislai*, *Regis Georgii*, *Regis Vladislai*; *Imperatoris Ferdinandi*, *Cæſaris Maximiliani & Domini Fratris noſtri cariſſimi Rudolphi Imperatoris.* Ab omnibus ipſorum Majeſtatibus præcedentes, donationes & reſcriptiones, cis omnem contradictionem, ut diximus, ſartæ tectæque integræque ut maneant, & promittimus adhuc, in omnibus iſtis nos fidem ſervaturos. *Promiſimus etiam Arcem Carlſtein, ubi Diadema Regium, cum cæteris Clenodiis, Tabulis & privilegiis Regni aſſervatur nemini citra voluntatem & conſenſum Ordinum, Baronum Nobilium & Pragenſium, niſi illis, quos ipſi elegerint, ſub curam daturos.* Polliciti quoque ſumus, *nos* ſub bono ordine, antiquaque conſuetudine *Regnum Bohemiæ* directuros & conſervaturos. Cæterum promiſimus, nullum exterum vel peregrinum ſive ille ſit *Eccleſiaſtici* vel *politici Ordinis* in ullum officium ſive Regni aut civile nos intruſos vel admiſſuros. Neque ad ulla particularia *officia Regni Præfecturas*, aut cujuscunque nominis illa fuerint, promoturos. Sed ſolis *natione Bohemis* id relicturos, facturos nos iſta non niſi cum conſilio Ordinum: Obſervaturos nos etiam hoc idem in circumjacentibus & incorporatis Regionibus, *ſicuti Carolus Imperator & alii Reges Prædeceſſores noſtri* fecere. Promiſimus inſuper, nulla nos bona, ſive ſint *Principatus*,

Urbes,

Urbes, ***Arces***, ***Fortalitia***, ***Feuda***, & quæ his ſimilia ***a Corona Bohemiæ***, vel incorporatis, neque per dotes aut alio quocunque modo nos abalienaturos; imo potius quod a Corona unquam ſeparatum, ut reſtituatur, procuraturos, ſimul etiam, quantum ad ***monetam***, promiſimus in ſuo valore ipſam nos relicturos, nec ullo pacto extenuaturos abſque ***ordinum*** conſenſu, ſed ſicuti a ***Corona Bohemiæ*** vigore privilegiis ipſorum ſtatutum eſt, ita relicturos. Hæc penes quoque promiſimus, ſic vi ex Ordinibus in particulari ab ***anteceſſoribus noſtris Bohemiæ Regibus*** fuerat donatum, ſive illud in Eccleſiaſticis aut ſecularibus, vel Regiis bonis fuerit, nos nihil immutaturos, modo id contra *Regis Vladislai* Omnibus Ordinibus *Regni Bohemiæ gratiam* & libertatem datam non quadret. Finaliter, promiſimus *Ordini Curvis* in ſpecie, ipſum in ſuis *juribus*, *ordinationibus*, *Privilegiis*, *Libertatibus*, *ſtatutis*, *Conſuetudinibus*, *Gratiis*, prout cuique proprium eſt, conſervaturos & confirmataros.

Ad confirmationem harum *Reverſalium*, cum ſubſcriptione manus noſtræ propriæ, Sigillum noſtrum regium appendi mandavimus. Datæ in *arce Pragenſi Die Veneris poſt feſtum corporis Chriſti Anno 1611.*

MEL:

Digitized by Google

Digitized by Google

XVII
F 24